19. 4. 24

ANTHOLOGIA
VETERVM LATINORVM
EPIGRAMMATVM ET POËMATVM.
SIVE
CATALECTA
POËTARVM LATINORVM,
IN VI. LIBROS DIGESTA.

ex Marmoribus & Monumentis Inſcriptionum vetuſtis, & Codicibus MSS. eruta.

primum a

JOSEPHO SCALIGERO, PETRO PITHOEO, FRID. LINDENBROGIO, THEOD. JANSONIO ALMELOVENIO, ALIISQVE,

COLLIGI INCEPTA.

Nunc autem ingenti ineditorum acceſſione locupletata, concinniorem in ordinem diſpoſita, & nonnullis Virorum Doctorum Notis excerptis vel ineditis illuſtrata,

CVRA

PETRI BVRMANNI SECVNDI,

qui perpetuas Adnotationes adjecit.

TOM. II.



AMSTELAEDAMI,
ex Officina SCHOVTENIANA.
CIƆIƆCCLXXIII.



NOBILITATE ET ERVDITIONE

EXCELLENTI VIRO

OTHONI FRIDERICO COMITI DE LYNDEN,

VOORSTAE ET INFERIORIS HEMERTI TOPARCHAE,

ETC. ETC.

S. P. D.

PETRVS BVRMANNVS SECVNDVS.

Si genus, & celsa deductus origine sanguis,
Stemmataque antiquae conspicienda domus;
Si merita, & virtus, & mores labe carentes,
Et probitas, fuci non vitiata notis,
Partaque ab insigni Musarum laurea cultu,
Laurea nobilibus non aliena comis;

Si Patrium multo sibi devincire labore,
Mortalem aetherio tramite tollit humo.
Tu certe ante alios, populi dos rara Batavi,
Rarior at doctae Nobilitatis honos,
Cujus amicitiam multis venerabar ab annis,
Materiem numeris das, FRIDERICE, *meis.*
Tu titulos, sola Proavûm de stirpe petitos,
Non tua, sed Proavûm priva tropaea vocas.
Et propriis fultam meritis extendere famam,
Unde sibi exemplum postera turba petat;
Ingenii vel laude decus proferre Parentum,
Indicium excelsi pectoris esse probas.
Nam licet in Batavûm priscis splendentia Fastis
Nomina LYNDENAE *gentis honora micent;*
Lumina praelustris Tu clara propaginis augens
Praeradias altos nobile sidus Avos.
Et tibi, quae ceras foliorum tegmine obumbrat,
Atria Daphnea fronde decora virent.

Hinc

Hinc tua dant aditus Musis penetralia gratos,
Et domus Aoniis semper aperta viris.
Talis Tyrrhenis de Regibus orta propago
Cilnius, Augusti dextra comesque sui;
Talis ab Ambracia, domitaque Aetolide gente,
Pierisin posita Fulvius aede; redux,
Qui Grajos fama celebres, comitatus amato
Agmine, in Ausonios Hellade duxit agros;
Talis & Hesperiae decus indelebile terrae,
Pollio, facundo vix Cicerone minor,
Quo duce Libertas, doctis instructa libellis
Atria Aventino colle reclusa dedit;
Talis, ab eversa magnum Carthagine nomen,
Scipio Romulidis Aemilianus erat.
Talis erat Medicea domus, qua sospite felix
Arnus ab irriguis ora levavit aquis:
Illa domus fecunda Ducum, telluris Etruscae
Gloria, & Attalicis aemula divitiis,

Cujus ab auspiciis Florentia, Martis alumna,
Non minus ingeniis extulit alta caput,
Quaque patet Latium, doctrinis Itala Pallas
Feta, patrocinio tuta potente fuit.
Talis Celtigenas inter Colbertia virtus,
Artibus antiquum reddere promta decus,
Regia Castalisin Phoeboque palatia pandens,
Barbariem patriis cedere jussit agris,
Ut Ludoviceae, Martis potiora tropaeis,
Necteret e Pindi vertice serta comae.
Hinc Montozeriis & nobilitata Thuanis
Hospitium Musis Gallia lauta dedit.
Talis & e Belgis, laus prima sagique togaeque,
Dousa pater, palma duplice clarus erat,
Palladia non arte minus quam sanguine Dousa
Nobilis, Hollandi lucida gemma fori,
Vindex, Leida, tuus, dein tutor Apollinis acer,
Milite quum premeret moenia dirus Iber:

Nort-

Nortvicoque suo statuens Heliconia Tempe
Adseruit Batavis sacra Latina focis.
Inde domus gemina velatur Dousica fronde,
Innuba quam laurus, quernaque serta tegunt:
Tam quia pro Patria rebus fuit inclyta gestis,
Quam quia Castalio semper amica Deo.
Dousa pater, doctae sobolis sator ille, vetustam
Progenie ornavit splendidiore domum:
Quae genus Aoniis illustratura choreis
Orgia per Belgas continuata tulit.
Hinc & purpureo Dousarum nomina peplo
Mnemosyne aeternis scripsit honora notis.
Nec magno Genitore minor victura propago est,
Dum Batavus liquidas Rhenus habebit aquas:
Conjugis ille Tuae proavum decus, unde jugali
Tam bene LYNDENO DOUSIA *juncta toro.*
DOUSIA, *praeclaro dignissima stemmate proles,*
Indolis hinc duxit semina rara suae.

Va-

Vanaque feminei ſurgens ſuper otia ſexus,
Artibus ingenuis corda polita gerit.
Doctrinamque ſui venerari ſueta Mariti
Pierios Tecum ponderat aequa viros.
Phocidos hinc inſtar ſacros Voorſtana receſſus,
Regifico ſumtu condita, villa refert:
Teſtis Arauſiaci quae quondam opulenta favoris
Inclyta Keppelias amplificavit opes.
Mobilis at rabiem furiaſque experta popelli
Triſtia nudato damna decore tulit.
Poſtmodo LYNDENO *ſed poſſeſſore beata*
Splendidius tollit jam recidiva caput:
Et domino exſultat, meritis cui congrua magnis
Nobilitas, celſos quae bene jactet Avos.
Nec tamen hunc clari dos unica ſanguinis ornat,
Pallade ſed titulos nobiliore petit.
Sive per Hiſtoriae campos ſpatietur apertos,
Et veteris ſecli geſta novique legat:

Sive

Sive animum pascant monumenta Pelasgidos orae,
Romula quaeve sinu divite terra tegit,
Vel Latia quondam visae tellure ruinae,
Et rerum dominae rudera prisca Deae:
Sive Italûm evolvat crebris commercia chartis,
Orbe quid a docto nuntia fama ferat:
Seu comites ducat per prata virentia Musas,
Adtonitum & rapiat grande Maronis epos:
Aut mentem exhilarent festivo carmine vates,
Mireturque tuam, terse Tibulle, chelyn:
Ingenium aut stupeat Nasonis amabile, vel cui
Dictavit numeros Cynthia, forma potens:
Aonidumve sacris excultos mensa sodales
Eligat, & recreet frons genialis heri.
Hinc nemora, & saltus, tacitique silentia ruris,
Quercus & annosis luxuriosa comis,
Aequa vel Hesperidum pomaria laudibus horti,
Et par Alcinoi fructibus uber agri,

 Por-

Porticus aut Phariis ſpatio diſtincta columnis,
Et quae Daedalea mole operoſa domus,
Quaeque animum invitant Voorſlanae plurima villae
Gaudia, ſed domini tincta lepore ſui,
Non tetricis praebent jucunda theatra Poëtis,
Carminibus vires ſufficiuntque novas.
Ut juvat exactas aeſtivi temporis horas
Rure tuo, laetos & meminiſſe dies!
Gelrica quum cupido peragrarem praedia viſu,
Arvaque ſpiciferae meſſe beata Deae;
Praedia Theſſalicos cultu referentia lucos,
Et Luculleis invida culminibus.
Saepe recordanti quam non mihi blanda voluptas,
Otia Voorſlanus quot bona ferret ager!
Aut dum ſilva daret denſam ſpatiantibus umbram,
Aut oculos traherent lata vireta meos,
Muſeive tui caperet me culta ſupellex,
Nobilium oſtentat quam niſi rara domus.

Quot

Quot non colloquiis Tecum, numerosa libellis,
Materiem doctis Bibliotheca dabat!
Hic aliquem, LYNDENE, *aevi sociata prioris*
Vatibus, obtineant haec monumenta locum:
Temporis antiqui monumenta perennia, bustis
Eruta, & obducto marcida facta situ:
Naufragio lacerae, senii vel labe, tabellae,
Frustaque, ceu tumulis ossa relecta suis:
Aut quae marmoribus caelata Epigrammata priscis,
Inscriptasque tenent cassa sepulcra notas:
Sive Poëtarum ignotis latitantia libris
Carmina, vel Latiae fragmina trunca lyrae:
Vel quas inmundo vitiatas pulvere secli,
Et carie adrosas blatta terebat opes:
Quas varia, invisis tamquam praeclusa catenis,
Condebat pluteis Bibliotheca suis:
Seu quas thesauris Musea referta vetustis
Ausonia, & gremio Romula terra fovet:

b 2 *Sive*

Sive Palatini quas ſervat Apollinis aedes,
Atria vel foralis quas Medicea premunt:
Gallia membranis vel quas opulenta miniſtrat,
Belgica vel Patriae ſcrinia docta meae:
Pluraque, privatos inter ſervata penates,
Heinſia congeſſit Voſſia quaeve manus:
Vel quae Salmasî de codice ducta ſupellex
Nunc Divioneas auget & ornat opes.
His longa annorum ſeries ſpoliarat honorem,
Tabidaque intulerat vulnera ſqualor iners.
Jamque videbantur, tinearum dente pereſa,
Vermibus indignam forte datura dapem.
Vindice ſed cura, vigilique adſerta labore,
Eripui tenebris interitura ſuis:
Poſceret & Criticam quum plurima plaga medelam,
Suppetias aegris, qua licet, arte tuli:
Ut maculis terſis, emendatiſque lituris,
E tenebris poſſent laeta videre diem.

Auſpi-

Auſpiciis animata tuis, LYNDENE, *reſurgunt*,
Et, velut e clauſtri ſordibus, ora levant.
Cernis ut ornatu jam ſplendidiore polita
Hoſpitio ſiſtant ſe recreanda tuo.
Sic Operis grata dignans primordia fronte
Adplauſu ſtimulos HOPPIVS *ante dedit*;
HOPPIVS, *heu! Patriae nuper dos maxima noſtrae*,
Praeſidium rebus, Belgica, grande tuis,
Aonidum numen quem tutelare ſuarum
Legerat illuſtri Leida ſuperba Viro;
Cujus ab interitu ſed vota caduca Lycei,
Spemque repentina luget abiſſe fuga.
Hanc tamen a digno nunc Succeſſore reſumit,
HVGENIOQVE *novum gaudet habere decus.*
Adde quod & noſtro MEERMANNIA *cura labori*
Auxiliaturam conciliavit opem:
Muſeique ſui reſerans ſacraria, doctas
Contulit hinc gazas officioſa manus:

 Et

Et sua, ni Lachesis votis adversa fuisset,
Optavit prima nomina fronte legi.
His tamen infesto doctrinae funere raptis
Quem mea pensaret Pieris, unus eras.
Unus eras, sacra nexas cui fronde corollas,
Floreaque e Cyrrhae culmine serta daret.
Nec timet admitti, morosae insueta repulsae,
Sed faciles aditus, me comitante, feret.
Judicium docti Comitis subitura papyrus
Laetior, arbitrii desinit esse sui:
Cujus ab adsensu, ceu Gorgonis aegide tutus,
Despiciam Bavios Carviliosque rudes.
Et quae Livor atrox, & felle Calumnia pasta,
Jam toties scriptis insidiata meis,
Maeviadumque insana cohors, turpesque Vacerrae,
Thespiacis semper turba maligna choris,
Tincta Meduseae conjectent tabe colubrae
Tela, patrocinio sunt ruitura tuo.



GREGO-

GREGORII MAJANSII,

GENEROSI VALENTINI,

EPISTOLAE DUAE

AD

PETRUM BURMANNUM SECUNDUM,

DE INSCRIPTIONIBUS METRICIS IN DIVERSIS HISPANIAE URBIBUS VEL OLIM VEL HODIE EXSTANTIBUS.

CELEBERRIMO, ERUDITISSIMO VIRO,

PETRO BURMANNO SECUNDO

S. D.

GREGORIUS MAJANSIUS,

GENEROSUS VALENTINUS.

Intellexi ego a nobiliſſimo Viro Gerardo Meermanno, collegiſſe Te, atque eruditiſſimis Commentariis illuſtraſſe maximum numerum antiquarum Inſcriptionum, ſermone ligato conſcriptarum; & tamen cupere pro tua ſumma diligentia, ut Hiſpanienſia epigrammata, quotquot reperiri poſſint, ad Te mittantur. Certiorem de tuo conſilio & voluntate feci eruditiſſimum virum, & ſummum amicum meum, Joſephum Fineſtreſium, qui Cathaloniae Inſcriptiones collegit, & ex iis quatuor metricas ad me miſit, ut ad Te perferri curarem, quarum tres meo judicio ſubleſtae fidei ſunt. Eas cum his litteris habebis. Et ut videas etiam meam erga Te voluntatem, indicabo Tibi omnia epigrammata Hiſpanienſia, metro ligata, quae aut exſtare hodie ſcimus, aut exſtitiſſe legimus uſque ad Maurorum invaſionem, dominationemque. Notabo autem, quis primus ſingula ediderit, quinam poſtea & quid quiſque addiderit, detraxerit, aut intactum reliquerit; uno verbo, quid emendarit, aut corruperit, quae omnia optime animadvertentur temporum ordine allegatis editoribus, ut horum diverſas lectiones conferas; & earum cenſor, aut arbiter ſis. Praeterea adnotabo, quaenam Inſcriptiones a viris eruditis tamquam ſpuriae rejectae ſint; aut mihi tales videantur. Ut autem ſingulae facile inveniri poſſint, alphabeti ordinem ſequar in deſignandis locis, ubi eſſe nunc, aut fuiſſe olim dicuntur. Incipio igitur.

BANOS.

Ambrosius Morales, Antiquitatum Hispaniensium primus illustrator, Lib. XII. cap. 37. fol. 153. refert, in Ecclesia oppiduli Banos esse lapidem inscriptum, in quo hi versus leguntur:

PRAECVRSOR. DOMINI. MARTYR. BAPTISTA. IOANNES
POSSIDE. CONSTVCTAM. IN. AETERNO. MVNERE. SEDEM.
QVAM. TIBI. DEVOTVS. REX. RECCESVINTHVS. AMATOR
NOMINIS. IPSE. TVI. PROPRIO. DE. IVRE. DICAVI.
TERTIO. POST. DECIMVM. REGNI. COMES. INCLYTVS. ANNO
SEXCENTVM. DECIES. ERA. NONAGESIMA. NOVEM.

Moralis scripturam secuti sunt Cl. Vir Franciscus Padilla in *Historiae Ecclesiasticae Centuria* VII. cap. 46. *fol.* 274. Moralem & Padillam Martinus Carrillo in *Annalibus*, fol. 149. *pag.* 2. Eundem Moralem Franciscus Xavier Emmanuel de la Huerta in *Annalibus Regni Gallaeciae*, *Lib.* V. *cap.* 17. *pag.* 96. Sed Cl. Vir Petrus Fernandez del Pulgar, Palentinae Ecclesiae Canonicus in *Theatro Clericali Parte* 1. *Historiae Secularis*, & *Ecclesiasticae Urbis Palentiae* (quae ab oppidulo *Banos* solum distat duas leucas) *Lib.* I. *cap.* 43. *pag.* 621. in secundo versu omisit praepositionem IN. Utrovis modo legas, versus ligaturam improbabis. In tertio versu pro RECCESVINTHUS, legit, CINDASVINTHUS. & in ejus explicatione idem nomen repetit. Quae lectio, si vera est, inscriptio erit conficta. Idem in quinto versu pro TERTIO legit TERTII: utrumque adversus legem metricam, quod in illo tempore dissimulandum est: sed hoc posterius nullo sensu legitur; cum illa Moralis lectio sic explicari possit. *Ego inclytus comes* (patris mei Chindasvinthi) *anno tertio post decimum Regni mei.* Vide Chronica Regum Wisigothorum imaginario Vulsae tributa. Denique laudatus Morales, cum videret esse monstrum lectionem illam, SEXCENTUM DECIES, difficultatem secare voluit, dicens, DECIES additum fuisse ad implendum versum. Sed nodum dissolvit Cl. Fernandez del Pulgar, postremum versum veritati ac legibus metricis congruentiorem ita exhibens,

SEXAGIES DECIES AERA NONAGESIMA NONA.

quae lectio optime accommodatur initio regni Reccesvinthi.

BAR-

BARCINONE.

Hieronymus Paullus in *Barcinone* (quod opusculum absolvit in eadem Urbe anno M. CCCC. XCI.) ita scripsit: *Creditur a nonnullis, vestigia quaedam columnarum & antiquorum ruderum, quae in paradiso, sublimiore urbis parte, videntur, sepulcrum olim Athaulphi sustinuisse: pars reliquias arcis, alii porticus arbitrantur. Fama vulgi habet, Herculem ibi monumento conditum.* Paulli igitur tempore, quo omnium oculis expositae erant illae reliquiae, nulla erat Inscriptio. Primus Petrus Antonius Beuter in *Prima Parte Historiae Valentiae* edita in eadem urbe, & ejusdem Regni lingua, anno 1538. *cap.* XV. *fol.* 54. *col.* 4. de Athaulpo loquens, ita scripsit: *Barcinone sepultus fuit in pretioso monumento cum suis insignibus gentilitiis, eique adscripti sunt versus sequentes.*

* BELLIPOTENS. VALIDA. NATVS. DE. GENTE. GOTTORVM (sic)
HIC. CVM. SEX. NATIS. REX. ATTAOLPHE. (sic) IACES.
AVSVS. ES. HISPANAS. PRIMVS. DESCENDERE. IN. ORAS
QVEM. COMITABANTVR. MILIA. (sic) MVLTA. VIRVM.
GENS. TVA. TVNC. DEMVM. NATOS. ET. TE. INVIDIOSA. PEREMIT
QVEM. POST. AMPLEXA. EST. BARCINO. MAGNA. GEMENS.

Ad marginem videntur Insignia Athaulpho tributa: & in fine libri in *testimonio erratorum Typographicorum*, ubi citatur *folium* LIII. *co.* 4. haec adduntur. *En lo marge estan les Armes del rei Athaolpho pintades al revès: que lo que esta à la part esquerra, den estàr à la dreta, y los liones den mirar hacia la dreta, perque no sien Armes falses.* id est, *In margine sunt Insignia Gentilitia Regis Athaolphi picta praepostere: nam quod est ad sinistram partem, debet esse ad dexteram: & leones debent conspicere dexteram partem versus, ne Insignia sint falsa.* Huc usque Beuterus, homo in rebus Theologicis sapiens, in Historicis credulus. Sola igitur Insignium Gentilitiorum appositio sufficere deberet, ut epigramma judicaretur recenter confictum. Certe Gothici temporis nullo modo est. Hoc igitur epigramma evulgavit anno 1550 memoratus Beuterus in *Chronico Generali Hispaniae*, *Lib.* I. *cap.* 27.

Florianus Campensis, qui Beuterum Valentine scribentem non legit, & ejusdem Chronicon Generale non potuit legere; anno 1544. inscite *Lib.* I. *cap.* 17. *in fine*, dubitans an Barcinone sepultus fuerit Her-

* Vid. Tom. I. Antholog. Lat. pag. 333.

Hercules, aut Hispanus; inclinat in eorum opinionem, qui ajunt, antiquitatis vestigia, de quibus loquimur, fuisse Athaulphi sepulcrum; sed hujus epigrammatis nullam mentionem fecit.

Johannes Vasaeus anno 1552. in *Chronicorum Hispaniae tomo priore*, *fol.* 81. *ad annum* 417. Petrum Antonium Beuterum sequens, idem epigramma descripsit, auferens T ex verbo GOTTHORVM in primo versu, &, ut consuleret quinto, haec adjecit: *Quintus versus claudicat, forte superest*, DEMVM, *quod obiter admonendum duxi.*

Franciscus Tarrapha, Barcinonensis, anno sequenti 1553. in libello *de Origine, ac rebus gestis Regum Hispaniae*, *pag.* 87. nihil aliud agit, quam describere, quae dixerat Hieronymus Paullus.

Ambrosius Morales anno 1577. *Lib.* XI. *cap.* 14. *fol.* 20. descripsit epigramma, prout Vasaeus emendari posse indicaverat, auferens e quinto versu particulam DEMVM. admonuitque nonnullos esse, qui existimarent, epigramma illud non esse antiquum. Praeterea dubitavit de numero sex filiorum, quos existimavit Athaulphum non suscepisse ex Placidia, quam ante sexennium duxerat. In eo vero erravit Morales, quod ait, nullum Historicum mentionem fecisse occisionis liberorum Athaulphi, cum apud Photium auctorem habeamus Olympiodorum, referentem, unicum filium ex Placidia susceptum obiisse antea, & superstites ex prima uxore occisos fuisse a Sigerico post Athaulphi necem perpetratam a Dobbio quodam. Sed cum Olympiodorus liberorum numerum non indicavit, procul dubio fictus est ab epigrammatis auctore.

Antonius Augustinus, qui decessit anno 1586. & multo antea composuerat *Dialogos de Insignibus Gentilitiis*, & *Familiis nobilibus Hispaniae*, *Dialogo* 1. *num.* 14. ita scripsit; *Legens ego Petri Antonii Beuteri primam partem libri de rebus Hispaniae, & singulatim de Valentinis, inveni ibi Regis Athaulphi gentilitia insignia cum epitaphio, quod ait esse Barcinone in ejus sepulcro. Existimavi ego, quotquot homines docti Barcinone essent, illud mihi indicaturos, & nusquam inveni vestigium aliquod ejusmodi epitaphii, neque talium insignium. Verum quidem est Salmanticae in Sancti Francisci Coenobio me librum invenisse, in quo erant Vitae Gothorum Hispaniae Regum, & singuli Reges habebant scutum insignium, inter quae erat unum fere idem ac Beuteri; & insignia Regum Gothorum, quae publici juris fecit Olaus Magnus, non multum distinguuntur, jungendo cum illis ea, quae sunt Ducum Saxoniae.* Non dubito quin Antonius Augustinus fuerit unus ex illis, quos Morales dixit censere, epitaphium, quo de agimus, non esse antiquum.

Jo-

Johannes Mariana, anno 1592 ante oculos habens Florianum Campensem, uti solet, de vestigiis sepulcri Herculis inepte dubitat, & Barcinonensium ruderum mentionem facit, *Lib.* I. *de Reb. Hisp. cap.* 5. & Ambrosium Moralem excerpens pro more suo, *Lib.* v. *cap.* 2. inspectoque etiam Olympiodoro, omnia permiscuit hoc modo: *Sex Athaulfi filios una cum patre periisse, sepulcri inscriptio carmine concepta declarat, cujus hodie sepulcri pars Barcinone extat. Ei inscriptioni quanta fides sit arroganda, aliorum esto judicium: nobis recentior visa est, quam pro horum temporum antiquitate.*

Adolphus Occo anno 1596. hoc epigramma transcripsit ex Morali, nullo interposito judicio, pag. VI. n. 10.

Alphonsus a Villadiego in *Chronicis Gothorum Regum*, *pag.* 20. testem advocavit Beuterum anno 1600. sed epigramma descripsit secundum Vasaei emendationem.

Doctor Hieronymus Pujades, civis Barcinonensis, in *Chronicis Universalibus Principatus Cataloniae, editis anno* 1609. *Lib.* VI. *cap.* 9. *fol.* 265. scripsit, se arbitrari, sepulcrum non fuisse positum a Sigerico (Athaulphi successore, & invasore regni, qui per septem dies solum regnavit, ut refert Olympiodorus) sed a Wallia; & epitaphii assertores non alios laudat, nisi Moralem, Baronium, Beuterum, Viladamorem, Vasaeum, cum illud oculis suis videre posset, si Barcinone exstaret.

Huic epigrammati parens deerat, & tandem aliquando apparuit Ficulneus Dexter, qui illud sibi adoptavit: quod in publicam notitiam pervenit anno 1619. quo Caesaraugustae editum fuit Fragmentum *Chronici, sive Omnimodae Historiae Flavii Lucii Dextri Barcinonensis*, cujus mendacissimum opus in Athaulpho desinit, *qui* (inquit commentitius Dexter) *Barcinone patria nostra occisus* XXI. *Augusti*, *anno* 416. *in cujus memoriam hoc ego carmine lusi:*

Bellipotens valida natus de gente Gothorum
Hic cum sex natis, Rex Atäulphe, jaces.
Ausus es Hispanias (sic) *primus descendere in oras,*
Quem comitabantur millia multa virûm.
Gens tua (*tum demum nato*) *& te invidiosa peremit,*
Quem post complexa & Barcino magna Parens.

ubi nonnulla notari debent, primo Higueram more suo variis erratis aspersisse epigramma; quae vero facile agnoscerentur, quo posito po-

ſtremum verſum ſic emendari voluit,

Quem poſt complexa es, Barcino magna parens.

In quo fictitius Dexter patriam ſuam indicare voluit. Nolo dicere Higueram fuiſſe carminis inventorem, ſed ſuum novitium Dextrum feciſſe Patrem adoptivum P. Fontejo ſimilem, qui P. Clodium majorem natu adoptavit. Praeterea, cum Beatus Hieronymus librum ſuum de Viris Illuſtribus abſolverit anno Theodoſii Principis xiv. ut ipſe memorat in fine libri *de Viris Illuſtribus*, ſive quod idem eſt, anno aerae Chriſtianae 392. quo in Opere, *cap.* 132. *Omnimodae Hiſtoriae*, veri Dextri mentionem fecit; tamen hic novus Dexter, qui ſe eumdem Dextrum adeo ſiniſtre profitetur, ait ſe abſolviſſe *Omnimodam Hiſtoriam* anno 416. Nolo plura addere de Dextro illo Praefecto Praetorio; nam cum apud Eſcolanum, *Lib. II. Hiſt. Valent. cap.* 2. legiſſem, ſapientisſimum virum Iohannem Baptiſtam Perezium exiſtimaſſe duos fuiſſe Dextros Beato Hieronymo coaevos; poſt magnam meditationem, variaſque obſervationes, in ejus ſententiam inclinavi.

Dexter Ficulneus ſtatim aſſertores, & epigrammatis illuſtratores habuit anno 1627. Rudericum Carum, & Franciſcum Bivarium, qui maxime laudandi eſſent, niſi tempus & multiplicem rerum cognitionem conſumſiſſent in alienis mendaciis incruſtandis.

Cl. Vir Didacus Saavedra, vir alioqui prudentiſſimus, in *Corona Gothica*, *cap.* 2. in fine, licet de partu eſſet quaeſtio, contra graviſſimorum virorum auctoritatem, ut legitimum Dextri agnovit. Sed eruditiſſimus Joſephus Pellicerius ſpurium exiſtimavit in *Maximo*, *Parte* 1. *fol.* 15. itemque Marchio Mondexarenſis, Hiſpanienſis Hiſtoriae peritiſſimus, in *Notitia*, *& Judicio praecipuorum Hiſtoricorum Hiſpaniae*, *§.* 9. *& in Diſſertatione V. Eccleſiaſtica*, *cap.* 1. *num.* 9.

Narciſſus Feliu in *Annalibus Cataloniae* editis anno 1709. Lib. vii. cap. 2. pag. 161. n. 162. negat fuiſſe alicujus ſepulcri reliquias, quas alii volunt fuiſſe, & tamen credere videtur epitaphium fuiſſe genuinum. Tantum ſuadere potuit Dextro habita fides!

Paullus Yanez de Avilès, Monachus Ciſtercienſis, in *Primo Tomo Hiſpaniae in Sacris Bibliis*, *pag.* 203. epitaphium ex eo improbavit, quod Athaulphus non extinctus fuerit ob invidiam a Gothorum gente, ſed a quodam ſuorum inter familiares fabulas jugulatum, ut refert Rodericus *Lib. II. cap.* 6. Cenſeo igitur hoc epigramma confictum eſſe, & a nemine viſum niſi in chartis. Sed fortaſſe nimis multa cumulavi de commento per ſe notiſſimo.

CARTHA-

CARTHAGINE NOVA.

Nescio a quo acceperit Adolphus Occo epigramma, quod exhibuit pag. XII. *num.* 5. quodque ita se habet.

IOVI OPTIMO MAXIMO
IVNONIQ. VXORI OB TRES VICTORIAS E TRI
BVS MAXVMIS CARTHAGINENSIVM IMPERATO
RIBVS PARTAS
P. SCIPIO VICTOR TEMPLOM POSVIT APVD
BASVLAM FLVVIVM HISP.

* DEVICTO. HANNIBALE. ET. CAPTA CARTHAGINE. ET. AVCTO
IMPERIO. HOS. CINERES. MARMORE. TECTVS. HABES.
CVI. NON. EVROPA. NON. OBSTITIT. AFRICA. QVONDAM
RESPICE. RES. HOMINVM. QVAM. BREVIS. VRNA. PREMIT.

Merito Gruterus hoc epigramma numeravit inter Spuria, *pag.* I. *num.* 6. sed, cum sciret Occonem plurima descripsisse ex Morali, hunc citavit, in cujus operibus non legitur. An illud habuit Occo a nugacissimo illo nebulone Cyriaco Anconitano? a quo descripsit illud quod legitur, ad Scipiones pertinens, *pag. XIII. num. 6.* Utcumque sit, Philippus Labbe, nullo delectu illud exhibuit in *Thesauro Epitaphiorum, pag. 63.*

CONIMBRICAE.

Lud. Antonius Muratorius, *Tomo* II. *Novi Thes. vet. Inscript. pag.* 1040. *num.* 4. ex suis, & P. Cattanaei schedis, hoc epigramma edidit,

SCRIBI IN TITVLO VERSICULOS VOLO
QVINQVE DECENTER
VALERIVS AVITVS HOC SCRIPSI CONIMBRICA NATVS
MORS SVBITA ERIPVIT VIXI TERDENOS ANNOS
SINE CRIMINE VITAE
VIVITE VICTVRI MORS
OMNIBVS INSTAT

Hoc epigramma videtur mihi a poëtastro inficetissimo confictum.

EME-

* Vid. Tom. I. Antholog. Lat. pag. 214.

**

EMERITAE.

Occo, *pag.* XIX. *num.* 8. & 9. ait Emeritae in domo Ioh. Astigiensis esse haec duo epigrammata in uno eodemque lapide. Primum sic se habet,

M. HELVIVS M. LIB. MAR
SVA. ANN. LX. MALLIA M.
LIB. GALLA VXOR ANN. XXXXI.
H. S. S. V. T. L.

Alterum semiligatum, ita,

TV QVI CAPIS ITER GRESSV
PROPERANTE VIATOR SISTE
GRADVM QVOD PETO PARVA
MORA EST ORO VT PRAETERIENS
DICAS S. T. T. L.

Gruterus pag. DCCCCLXXVII num. 13. in primo versu pro CAPIS, emendavit, CARPIS, supplevitque secundum, ita legens,

Siste gradum, quaeso, quod peto, parva mora est.

Idem Gruterus indicavit se habuisse hoc epigramma e Morali, cum ex Occonis Inscriptionibus illud desumserit, & in nullo Moralis opere legatur. Philippus Labbaeus in *Thesauro Epitaphiorum*, pag. 34. descripsit illud secundum Gruterum. Franciscus Sweertius in *Epitaphiis*, *pag.* 19. ut tertium versum ad metricas leges dirigeret, omisit illa duo verba *oro ut:* & sine offensione legit,

Praeteriens dicas, sit tibi terra levis.

sic depravata corriguntur, ut ficta videantur vera.

Inter ejusdem Urbis epigrammata est etiam illud, quod in *Historia Emeritae*, *fol.* 137. exhibuit Barnabas Moreno de Vargas, cujus imperitiam in antiquitatum monumentis describendis, intelligendisque, manifestam fecit Johannes Gomez Bravo in *Animadversionibus* ad illius *Historiam*. Idem epigramma edidit, laudavitque Henricus Florezius, *Tomo* XIII. *Hispaniae Sacrae*, *Tract.* 41. *cap.* 8. *pag.* 170. Ecce autem illud ineptiis plenum, & eo stilo exaratum, qui & a prisca elegantia omnino sit alienus; & barbariae saeculi, cui tribuitur, nihil habere videatur, si excipias ignorantiam quantitatum syllabarum, sed quae speciosa versuum concinnitate velatur,

LVX MIHI SIRICIA DIVINA PARTA FLAGELLO
TE MATREMQ. TVAM TEMPVS IN OMNE TVLIT

NEC-

NECDVM TER QVINOS CRESCENS ATTIGERAS ANNOS
LIQUISTI MOESTO VVLNERA DIRA PATRI
FLETIBVS ECCE TVIS RENOVASTI FVNVS OPERTVM
QVOD MATRIS TVMVLO IVNGERIS IPSA CITO
ERA DLXXXVII.

HELLERENAE.

Occo, *pag. XI. num.* 5 & 6. indicavit, se ex Morali edere haec epigrammata,

FORTISS. MIL. L. V. ET XIX. LEG
QVORVM OPERA FORTITER
VETERA CASTRA DEFENSA SVNT
POLIANDRION.

HVC. REDVCES. OLIM. POST. TEMPORA. LONGA. REVECTVM
SENSERAT. IRI. AQVILAS LEGIO. VNDEVIGESIMA. CVIVS
HAEC. VETERVM. MANES. CASTRORVM HYBERNA. TVENTVR.

Ibidem.

D. M.
OSSA. MIL. V. ET. XIX. LEG. CVM
QVINTIL. V. INTERFECT. IVSSV
GERMANICI. IMPERATORIS. HVC
COLLATA REQVIESCVNT

SI QVID. ADHVC. MANES. CINERES ATQVE OSSA SEPVLTA
MENTIS. HABENT. VOTISQVE IVBENT. SALVERE. REDVCTAS
IN. SVA. CASTRA. AQVILAS. FELIX. FAVSTVMQVE PRECAMVR.

Occoni fidem habuit Gruterus, & eadem epigrammata exhibuit, *pag. XII. num.* 7. & 8. tamquam a Morali edita, cum tamen in ejus scriptis non legantur. Facile apparet ea fuisse conscripta a nebulone, qui suadere volebat Hellerenam esse *Castra Vetera.*

HISPALI.

Rudericus Carus, *Lib.* 1. *de Antiq. Hispal. cap.* 22. *fol.* 41. ex Morgado, & aliis, ut ipse ait, edidit hanc inscriptionem,

NOME. VIXIT. ANNO. ET
MENSIBVS. VIII. DIEBVS XII.
H. S. E. S. T. T. L.

NOME FVIT. NOMEN. HAESIT. NASCENTI. CVSSVCCIA.
VTRAQ. HOC. TITOLO. NOMINA. SIGNIFICO.
VIXI. PAROM. DVLCISQ. FVI. DVM. VIXI. PARENTI.
HOC TITOLO. TEGOR. DEBITA PERSOLVI.
QVIQ. LEGIS. TITOLOM. SENTIS. QVAM. VIXERIM. PAROM.
HOC. PETO. NVNC. DICAS. S. T. T. L.

Ego vero percurri Alfonsi Morgadi *Hiſtoriam Hiſpalenſem*, atque hoc epigramma nusquam vidi. Addit Carus, videri ſibi Enniani temporis: in quo illius ſaeculi ſtilum, orthographiam, & peritiam quantitatis ſyllabarum ſe ignoraſſe prodit. Mihi videtur imperitiſſimi verſificatoris luſus, ut lectoribus illuderet.

Illuſtriſſimus vir, Michaël de Eſpinoſa, Maldonado, Tello de Guzman, Comes Aquilae, quem ob eximias animi dotes mirifice diligo, ad me miſit epigramma, quod exſtat in compluvio Capituli Eccleſiae Hiſpalenſis, quod fideliter deſcriptum ſic ſe habet,

CONMV . . . .
BEATA TENES
IAMQ. NOVĒ LVSTRIS GAV
DENS DV VITA MANERET
SP̄S ASTRA PETIT COR
PVS IN VRNA IACET
OBIIT IDĒ PONTIFEX SVB D. PRII
DIE IDV. NOVĒBRES
ERA DCLXXVIIII.
IN HONORE VIXIT ANN.
QVINQ. MENSES VI.
NON TIMET OSTILES
IAM LAPIS ISTE MI
NAS.

Similiter hoc epigramma deſcripſit Henricus Floreziūs in *Hiſpania Sacra*, *Tomo IX. Tract.* 29. *cap.* 6. *pag.* 213. ex Joſepho Cevallio, viro multiplicis lectionis, a quo ego etiam accepi aliud exemplar. Hinc apparet, mendoſe tranſcripſiſſe hanc Inſcriptionem Rudericum Carum, licet teſtem oculatum, in *Additionibus ad Maximum*, *pag.* 233. ſibi adverſantem in *Antiquitatibus Hiſpalenſibus*, *Lib.* 1. *cap.* 12. *fol.* 22.

22. Fidelior fuit in descriptione Franciscus Bivarius; sed aeque infelix, ac Carus, in explicatione. Vide ejus *Praelocutionem Apologeticam pro Dextro, & Maximo, pag.* 39. postremus versus desumtus est ex Martialis Lib. VI. Epigr. 76.

Hoc epigramma, quod in sepulcri operculo marmoreo legitur, repertum fuit inter antiquae Ecclesiae Hispalensis rudera, & conservatum fuit Benedicti Ariae Montani, summi viri, diligentia, qui apud se illud habuit, & ex ejus Museo in supra memoratum locum translatum fuit. Cumque hoc jam omnibus innotuisset, nomine Tajonis, Caesaraugustani Archidiaconi, suppleta & interpolata fuit haec Inscriptio, ut videre est apud Carum in memoratis *Additionibus ad M. Maximum*, & apud Bivarium *dicto loco*, & in *Additionibus ad Braulionem*, *pag.* 56. quod jam observavit Nic. Antonius, Hispalensis, in *Biblioth. Veter. Hisp. Lib. V. cap.* 8. *num.* 423. Quod ut clarius appareat, vide larvatum Tajonem sic versificantem post Dextri editionem Caesaraugustanam, *pag.* 9.

Praesul Honoratus successerat hic Isidoro,
Hispalis illius ossa beata tenet.
Jamque nomem (sic) *lustris gaudens dum vita maneret,*
Spiritus astra tenet, corpus in urna jacet.
Vita fuit melior lingua, sed lingua modesta.
Nunc ovat, hostiles nec timet ille minas.

Obiit idem Pontifex pridie idus Novembris, Aera DCLXXIIX. *In honore vixit annis quinque, mensibus sex.* Adde Cari *Additiones* ad *M. Maximum fol.* 232. *pag.* 2. ubi a prima editione recedens, Aeram designavit DCLXXIX. quod animadvertit Bivarius in *Additionibus ad M. Maximum pag.* 57.

De falso additamento & interpolatione fidem facit ipsa marmoris inscriptio, cujus initium (licet bene lectum non sit) & ipse etiam contextus, procul dubio aliter se habent.

Illud unice inquirendum est, an hoc epigramma pertinuerit nec ne ad Honoratum Episcopum Hispalensem. In quo facile assentior fictitio epigrammatis compositori, caeteroquin impostori manifesto. Nam in vera marmoris inscriptione fit mentio Pontificis, qui obiit pridie idus Novembres Aerae DCLXXVIII. & in honore vixit annos quinque, menses sex. Incepit igitur esse Pontifex IV Idus Maii Aerae DCLXXIV. in qua Aera in aeternas sedes translatus fuit Beatus Isidorus, ut Redemtus refert. Honoratum autem S. Isidoro successisse, constat ex Hispalensium

Episcoporum *Catalogo Aemilianensi*, quem ego edidi in *Nic. Antonii Vita*, §. 156. quam *Vitam* praemisi eruditissimae ejus *Censurae Historiarum Fabulosarum*.

I L I P A E.

Fuit olim Ilipae, nunc *Pennaflor*, marmor ita inscriptum,

Q. MARIVS OPTATVS
HEV IVVENIS TVMVLO QVALIS IACET A . . .
QVI PISCES IACVLO CAPTABAT MISSILE DEXTRA
AVCVPIVM CALAMO PRAETER STVDIOSVS AGEBAT

Edidit hoc epitaphium Ambrosius Morales in *Antiquitatibus*; *fol.* 34. *pag.* 2. ubi laudes ineptissimas his similes in amissis versibus fuisse conjectatur. Idem Morales primum versum supplevit, ita scribens ABDITVS ISTO. Supplementum hoc ut genuinum descripsit Occo *pag.* XVII. *num.* 4. Idem epigramma ex Ilipa Cordubam translatum fuit, ut laudatus Morales ait, & ex eo Carus in *Antiquit. Hispal. Lib. III. cap.* 11. *fol.* 101. Gruterus inter Spuria retulit, *pag.* XVIII. *num.* 4. fortasse ob epigrammatis ineptias. Sed de ejus existentia dubitare non debemus.

I L I P L A E.

In hoc oppido, hodie *Niebla*, vidit Rudericus Carus (ut ipse testatur in *Antiquit. Hispal. Lib. III. cap.* 72. *fol.* 217.) marmor in B. Martini Ecclesia positum, ita scriptum,

TERRENVM. CORPVS. COELESTIS. SPIRITVS. IN. ME
QVO. REPETENTE. SVAM. SEDEM. NVNC. VIVIMVS. ILLIC
ET. FRVITVR. SVPERIS. AETERNA. LVCE. FABATVS

Monet ipse Carus, marmori deesse superiorem partem. Unde verisimile est, ut idem ait, in ea scriptum fuisse hunc titulum, qui legitur in *Epigrammatis Veteribus*, *pag.* 105.

IVLIA. MARCELLA
CLODIO. FABATO
MARITO.

In hoc epitaphio introducitur sepulcrum loquens, & si pro VIVIMVS, legeretur VIVIT ET, non ineptum esset. Gruterus, *pag.* DCCLXXII. *num.* 8. ait, Pighium locum ejus indicasse extra oppidum Rignani, in Aede S. Abundii, dedicatione aliquantulum discrepante, quae ita se habet,

C. CLO-

EPISTOLA I.

C. CLODIO. FABATO
MARITO. OPTIMO
ATILIA. MARCELLA.

Adde Smetium, *fol.* CXLII. *num.* 13. & notam ultimam. Certum igitur est, unum epigramma ab altero descriptum fuisse; & verisimilius puto, Iliplense a Rignanensi, quia hoc prius publici juris factum est.

N E R T O B R I G A E.

Ambrosius Morales in *Antiquitatibus*, *fol.* 100. *pag.* 1. existimavit Nertobrigam esse *Fregenal*, aitque ibi juxta portam Sancti Michaëlis scriptum esse in saxo, tempore Gothorum, uti videtur, hoc epitaphium,

IN NOMINE DOMINI. HIC TVMVLVS HO
NORII ABBAT.

RESPICIS ANGVSTVM PRECISA RVPE SEPVLCRVM
HOSPTIVM BEATISSIMI HONORII ABBATIS CE
LESTIA REGNA TENETIS IN SECVLA
SAECVLORVM. AMEN.

Legitur idem epigramma in Ruderici Cari *Antiq. Hispalensibus*, *Lib. III. cap.* 66. *fol.* 195. & in Francisci Bivarii *Commentario in M. Maximi Chronicon*, *pag.* 561. in quo epigrammate, si delerentur duo illa verba *Beatissimi*, & *Abbatis*, secundus versus proprius accederet ad leges metricas. Porro Abbatum antiquissima mentio in Hispania est Concilii Ilerdensis celebrati anno xv. non Theodorici, sed Theudii, uti Johannes Baptista Perezius emendavit in *Conciliorum Hispaniae Chronologia* apud Aguirrium. Idemque hoc docuit Antonium Augustinum, ut hic fatetur in *Epistola XXV.* earum, quas edidi ad calcem *Censurae Historiarum fabulosarum* Nic. Antonii: sive, quod idem est, anno 546. ut observavit Ambrosius Morales *Lib. XI. cap.* 45. *fol.* 52. quam observationem illustravit Cl. vir Petrus Fernandez de Pulgar in *Historia Saeculari, & Ecclesiastica Palentiae*, *Lib.* 1. *cap.* 17. *pap.* 316. & 461.

N O R B A E.

Celeberrima est Inscriptio Pontis Alcantarae, quam indicavit L. Marinaeus Siculus anno 1533. initio *Lib.* IV. *de Reb. Hispaniae*, *fol.* 14. & exhibuerunt Petrus Apianus, *pag.* 4. anno 1534. Johannes Vasaeus anno

anno 1552. *Chronicorum Hispaniae Tomo priore*, *fol.* 62. & 63. *ad annum* 106. ubi notavit Inscriptionem esse supra limen superius aedis Divi Juliani in principio pontis, quod maxime observandum est: Johannes Bellerus anno 1560. in fine *Locorum Neotericorum ac vulgarium Appellationum*, ubi etiam admonet, Inscriptionem esse in aedicula juxta ipsum pontem. Johannes Paullus Ubaldinus anno 1563. in *Carminibus Poëtarum nobilium*, *pag.* 104. Aldus Manutius anno 1566. in *Orthographiae Ratione*, *pag.* 571. & 572. L. Andreas Resendius, testis oculatus, in *Epistola ad Ambrosium Moralem* data Eborae XIV. Calendas Aprilis 1570. cujus explicationis meminit Andreas Schottus in *Hispaniae Bibliotheca*, *Tomo* I. *cap.* 4. *pag.* 94. diligentissimus Historicus Franciscus de Rades & Andrada, anno 1572. in *Chronico Alcantarae*, *fol.* 5. & 6. admonens in exitu Alcantarae & ingressu Pontis esse parvulum templum, quod non est majus, quam aedicula ad summisse Deo offerendas preces, quod ipse Hispano vocabulo appellat, *humilladero*, ibique in superiori januae limine ait esse Inscriptionem. Ambrosius Morales, oculatus testis, anno 1574. *Lib.* IX. *cap.* 28. *fol.* 285. & 286. admonens sacellum, ubi est Inscriptio, situm ad pontis ingressum e Castella pontem adeuntibus, latum decem pedes, longum viginti; & Beato Juliano sacrum esse. Aelius Antonius Nebrissensis in fine *Dictionarii* post ejus mortem impressi Antiquariae anno 1581. Martinus Smetius anno 1588. ex Alfonso de Castro Canonico Salmanticensi, a quo Inscriptionem hanc accepit Antonius Augustinus, *fol.* IV. num. I. Adolphus Occo anno 1596. *pag.* XXIV. *num.* 5. 6. & 7. *ex Morale.* Janus Gruterus, anno 1603. *pag.* CLXII. *num.* 1. & 2. ex laudatis Alfonso de Castro, & Antonio Augustino, & *pag.* CCXLVIII. *num.* 1. ex Strada. Ludovicus Nonius, anno 1607. in *Hispania*, *cap.* 39. Hiacynthus Arias de Quintanaduennas anno 1661. in *Antiquitatibus & Sanctis Alcantarensibus*, *fol.* 27. 28. 47. 52. 54. & 57. Emmanuel Pereira de Silva Leal anno 1729. in *Monumentis ad Historiam Ecccesiasticam Episcopatus Guardiae pag.* 23. & 24. Henricus Florezius anno 1758. in *Hisp. Sacra Tomo XIII. Tract.* 41. *cap.* 7. *pag.* 126. Et, ut plurimos alios omittam, data opera ego Inscriptionem hanc examinavi in Epistola ad Virum Antiquitatis callentissimum Johann. Ernestum Imman. Walchium. Verum ecce ipsam Inscriptionem, prout Ambrosius Morales, vir doctissimus, *Lib. IX. cap.* 28. *fol.* 285. eam edidit fideliter, ut ipse ait, tamquam oculatus testis, admonens communiter solere depravate legi.

IMP. NERVAE. TRAIANO. CAESARI. AVGVSTO.
GERMANICO DACICO SACRVM

* TEM-

IMP. NERVAE. TRAIANO. CAESARI. AVGVSTO.
GERMANICO. DACICO. SACRVM

* TEMPLVM. IN. RVPE. TAGI. SVPERIS. ET. CAESARE. PLENVM
ARS. VBI. MATERIA. VINCITVR. IPSA. SVA
QVIS. QVALI. DEDERIT. VOTO. FORTASSE. REQVIRET
CVRA. VIATORVM. QVOS. NOVA. FAMA. IVVAT
PONTEM. PERPETVI. MANSVRVM. IN. SECVLA. MVNDI
FECIT. DIVINA. NOBILIS. ARTE. LACER
INGENTEM. VASTA. PONTEM, QVOD. MOLE. PERE GIT
SACRA. LITATVRO. FECIT. HONORE. LACER
QVI. PONTEM. FECIT. LACER. ET. NOVA. TEMPLA. DICAVIT

Hic verſus legi non poteſt, Morale teſte.

IDEM. ROMVLEIS. TEMPLVM. CVM. CAESARE. DIVIS
CONSTITVIT. FELIX. VTRAQVE. CAVSA. SACRI
C. IVLIVS. LACER. H. S. F. ET. DEDI
CAVIT. AMICO. CVRIO. LACO
NE. IGAEDITANO.

Diſſolve, quaeſo, Vir Antiquitatis peritiſſime, horum verſuum ligaturam, eoſque converte in orationem ſolutam: ac poſtea dicito mihi, an hujusmodi cogitandi ratio, & loquendi modus, Trajani tempori conveniant.

Ante omnia conſidera, verſus eſſe in aedicula, quam Sancto Juliano conſecrarunt Equites Alcantarenſes. Quid de Trajani anima dictum ſit, optime noſti. Vide an ad eam alluſerit ſuperſtitioſus verſificator, cum *templum* dixit, *Superis, & Caeſare plenum.*

Ovidius magnificentiſſimam Solis Regiam deſcribens, & Mulciberi artem laudare volens, dixit, *Materiam ſuperabat opus.* E contrario hujus Epigrammatis auctor ait,

Ars ubi materia vincitur ipſa ſua.

At quae ars, quae materia arte praeſtantior?

Rupes in tribus lateribus ruditer excavata, & impolita; praegrandes lapides impoſiti, & in ingreſſu tres lapides ſunt, quorum duo laterales ſunt antae, & tertius, limen ſuperius, ubi eſt Inſcriptio. Quae omnia refert Morales *dicto libro* IX. *cap.* 28. *fol.* 285. *pag.* 1.

Ec-

* Vid. Antholog. Lat. Vol. I. Lib. II. Ep. XCV. p. 237. & 238.

***

Ecquis illo modo locutus eſt? *Quis quali voto dederit.*

Deerat aliquid, quo quartus verſus finiretur, & verſificator ineptiſſime dixit, *Quos nova fama juvat.*

In verſu ſeptimo ſcire aveo, quomodo accipias illud, *quod*, an ut relativum per ſoloecismum, an vero tamquam adverbium ineptiſſimo ſenſu?

Sacra litaturo, nemo dixit, nec Poëta quidem (ut epigrammatis auctor fortaſſe opinabatur) cum IV. *Aeneidos* cecinit,

> *Tu modo poſce Deos veniam, ſacriſque litatis*
> *Indulge hoſpitio.*

Nam Servio ibi monente, intelligimus, *Deos litatis ſacris, id eſt, per ſacra.*

Quid ſibi velit verbum illud, *honore*, cum declarabit Oedipus, ſciam.

Quaenam ſint *nova Templa*, quae dicavit Lacer, qui ſciant, dicant.

Verſum decimum ſic exhibuerunt Vaſaeus, Rades, Smetius, Gruterus,

ILLIC SESOLV . . . . VOTA LITANT.

Apianus, peſſimus Inſcriptionum Hiſpanienſium editor, ſic,

SCILICET ET SVPERIS MVNERA SOLA LITANT.

Apianum deſcripſit Bellerus. Hunc Sanctius Nebriſſenſis in fine Dictionarii patris ſui. Eodem modo legit Occo, & Quintanaduennas, Antiquitatum imperitus tractator.

Licenciatus Johannes Fernandez Franco, ſive ex propria lectione, ſive ex conjectura verſum ſupplens, ita legi voluit.

ILLIC. SE. SOLVVNT. HIC. SIBI. VOTA. LITANT.

Ut ut ſit, hunc verborum ſenſum, & contextum improbabis.

Morales eumdem verſum nullo modo legere potuit. SOLA legit Nonius, nullo auctore allegato.

Quinam ſint DIVI ROMULEI in undecimo verſu memorati, ſcire vellem. Iis cum Caeſare Divis templum conſtituiſſe dicitur *Lacer*, Lacer, inquam, quater laudatus, ut tantum nomen ſciremus: idemque laudatur *felix utraque cauſa ſacri.* Quod laudandi genus ineptiſſimum eſt.

Tres

Tres postremi versiculi oratione soluta compositi, mirum est quantum torserint primum Moralis ingenium, qui a Resendio quaesivit eorum sensum; deinde ipsius Resendii, qui summa animi vi contendit, ut aliquem sensum erueret. Sed frustra, cum expeditius eis futurum fuisset, epigrammatis auctorem susque deque habere. Qui post eos compendia illa H. S. F. interpretari, & cum reliquo tituli contextu concordare voluerunt, frustra laborarunt. Quicumque tandem fuerit epigrammatis auctor, voluit ille, ut se docente sciremus, quis fuisset Alcantarensis Pontis Architectus: & valde notandum est, magnifico ponte perfecto ibi mansisse, ut in aedicula illa sepeliretur, nam sic ait amicus ejus Curio, H. S. F. id est, *Hic situs fuit*. Ita enim legerunt Vasaeus, Resendius, Morales, Smetius, Occo, Gruterus, Nonius, Quintanaduennas, & alii.

SAETABI.

Franciscus Diago *Lib. II. Annal. Val. cap. 6. fol.* 28. *col.* 2. refert suo tempore affirmari, inventam fuisse Saetabi Inscriptionem hujusmodi,

SETABIS HERCVLEA CONDITA DIVA MANV.

Hic videmus, in nomine hujus urbis, deesse primam vocalem, versum claudicare, & ineptissimum esse. Equidem non alium ob finem suppositus est, nisi ut urbis antiquissimae origo ab Hercule deduceretur, quem ibi cultum fuisse opinatus fuit, qui praedictum pentametrum evomuit. In excerptis Tabularii Saetabitani ego legi, vulgo narrari, hanc inscriptionem repertam fuisse anno 1347. quo Saetabis a Petro IV. Aragonum Rege, die 3. Julii obtinuit Civitatis jus.

SAGVNTI.

Omnium Inscriptionum Hispaniensium elegantissima ea est, quae Sagunti extat, quamque ego cum illustrissimo viro Ernesto Guidone Harrachii Comite legi, & descripsi, quae ita se habet,

M. ACILIVS. L. F.
FONTANVS.

ERIPVIT. NOBEIS. VNDEVICENSVMVS. ANNVS
INGRESSVM. IVVENEM. MILITIAM. CVPIDE
PARCAE. FALLVNTVR. FONTANVM. QVAE. RAPVERVNT
CVM. SIT. PERPETVO. FAMA. FVTVRA. VIRI.

Edidit hanc Inscriptionem Caspar Escolanus, *Lib. VII. Hist. Valent.*

 cap.

cap. 21. Franciscus Diago, *Lib. IV. Annal. Val. cap.* 12. *fol.* 153. *col.* 4. Ego etiam in meis *Epistolis*, *Lib. III. Epist.* 25. & postea Lud. Antonius Muratorius, *Tomo II. pag.* DCCLXXIII.. *num.* 1.

S I N T R A E.

Ne Sibyllarum oracula deessent in Hispania; anno 1505. effossum fuit saxum in Lunae monte, in quo literis Latinis scriptum erat.

SIBILL. VATICINIVM OCCIDIIS DECRETVM
VOLVENTVR SAXA LITERIS ET ORDINE RECTIS
CVM VIDEAS OCCIDENS ORIENTIS OPES.
GANGES INDVS TAGVS ERIT MIRABILE VISV
MERCES COMMVTABIT SVAS VTERQ. SIBI
SOLI AETERNO AC LVNAE DECRETVM.

Hujus inventionis fabulam narravit Valentinus quidem Moravus apud Apianum, *pag.* II. Moravi credulitatem irridendam indicavit Ant. Augustinus, *Dial. XI. Inscriptionum, aliarumque Antiquit. pag.* 455. & post eum Occo, *pag.* XXV. *num.* 1. Resendius *de Antiquit. Lusitaniae*, *pag.* 56. & Florezius, *Tomo* XIII. *Hisp. Sacr. Tract.* 41. *cap.* 2. *pag.* 62. meritoque Gruterus hoc epigramma *inter Spuria* recensuit, *pag.* 11. *num.* 5. cui adjunge Ericeirae Comitem, *nota* III. in suam *Henriqueidem.* Sed hujus fabulae originem pulcre narravit Caspar Varrerius in *Censura in Berosum*, cujus narrationem descripsit Ioh. Albertus Fabricius in *Bibliothecae Latinae Lib. IV. cap.* 13.

S O L I A.

Antequam describam epigramma, quod fuisse dicitur in oppido, *San Lucar la mayor*, quod Soliam esse volunt, nonnulla praemittam, ut evidentius appareat, epigramma illud confictum esse. Scire debes ante omnia, Casparem de Guzman Comitem de Olivares, Ducem in San Lucar majori, virum illustrissimum, inter alia ambitionis suae deliramenta sibi proposuisse, in omnibus rebus antecellere Guzmanos Asidonienses Duces. Cumque viro apud Regem Philippum IV. summa gratia adulatores non deessent; fuit eruditulus nescio quis, qui oppidum *San Lucar de Alpechin*, in quo vir nobilissimus Ducatum habebat, multo celebrius facere voluit, quam revera fuerat Luciferi Fanum, sive *San Lucar de Barrameda*, cujus Dynastae erant Guzmani Medinae Sidoniae Duces. Ecce igitur confictam historiolam. Fuit oppidum, cui nomen *Arae Hesperi.* Evertit illud Marcus quidam:

voca-

vocatum postea *Solia*, juxta quam fuisse dicitur *Solis Lucus*; unde nomen *Solluco*, ex hoc *Solucar*, postea, *San Lucar mayor*. Qui contextus, si postremam hancce notationem excipias, omnino fabulosus est. Singula igitur in examen revocemus praemisso epigrammate, quod primus in lucem protulit Henricus Florez, in *Hispania Sacra*, *Tomo IX. Tractatu* 29. *cap.* 4. *pag.* 118. cujus elegantiam ipse ait ad Augusti saeculum referri posse. Ecce illud,

NOMINE. MVTATO. . . . . . ROMANVS IBERO.
NVMINE. CRESCENTI. CRESCERE. TECTA. FACIT.
ARCE. POTENS. ARMIS. FVERAM. DECORATA. MEORVM.
CVM. CECIDI. MARCI. VIRIBVS. ATQ. MANV.
INFAVSTA. AMISI. SPLENDORIS, QVIDQVID. HABEBAM.
VRNAQ. FATALIS. PVLVERIS. IPSA. FVI.
ASCENDI. AD. CVLMEN. MISERO. REVOCATA. SEPVLCRO.
ROMANI. IVRIS. CAESARIS. . . . . IO. .
. . . .
QVODQ. TVIS. ARIS HESPERE NOMEN ERAT.

Ex Ruderici Cari manuscriptis *Additionibus ad Antiquitates Hispalenses*, refert Florezius, *Tomo IX. pag.* 116. invenisse aliqua epigrammata Licentiatum Iohannem Matthiam Gallego juxta *San Lucar la mayor*, quatuor leucis ab Hispali distans oppidum, occasum versus. Hoc vero epigramma, quo de agimus, fuisse dicitur in Turri *San Lucar*: cumque pars, ubi sita memoratur, novo tecto cooperienda esset, Vicarius Antonius Carus (Ruderici gentilis, ut videtur) praedictum epigramma descripsit, & in Ecclesiae Fabricae protocolum transtulit, ut ejus memoria conservaretur. Sed consultius fuisset ipsum inscriptum marmor conservare. Verum Rudericus Carus valde operose illustravit illud, Carus, inquam, homo literis humanioribus tinctus, sed fabulis deditus, quibus magnam fidem ipse conciliavit, vir caeteroquin probitatis fama satis celebris. Cum autem epigramma illud ad majorem vetustatis fidem faciendam integre propositum non fuisset; idem Rudericus Carus ita illud supplevit, ut facile in eam adducar suspicionem, fuisse illum ejus auctorem. Certe magno ingenio ineptissimas nugas conjunxit. Ecce igitur epigramma, prout ab eo suppletum fuit.

Hesperiae nuper nomen dedit Hesperus arae
Solia dicta modo sum. Hespere amice, vale.

 Nomi-

SOLIENSIS. EX
SENTENTIA. IV
LL. PROCVLI
IVD. IMP. CAE
SARE. IVVEN
CIANO. AVG.

Ipſe Morales, primus hujus Inſcriptionis editor, ait, dubium non eſſe, quin vitioſum ſit in hoc lapide Imperatoris nomen, cum nullus eorum nominatus fuerit IVVENCIANVS. Ergo in lapide ſic legebatur, quemadmodum etiam deſcripſit Rudericus Carus *ad Dextrum*, *fol.* 103. niſi quod IVVENTIANVM ſcripſit cum T. ſed Caro religioſior Nic. Antonius in *Cenſura Hiſtoriarum fabuloſarum*, *Lib. VI. cap.* 1. *num.* 28. conſervavit Gruterus, *pag. CCI. Num.* 5. ex Busbequio, Morale, & Antonio Auguſtino, ut ipſe ait, legit, IVLIANO. Sed Busbequius, & Antonius Auguſtinus lapidem inſcriptum non viderunt; neque conſtat eos Inſcriptionem accepiſſe ab oculato teſte: ideoque eorum fides vacillat. Unde merito culpandus eſt eruditiſſimus Thomas Tamayo de Vargas, qui cum ad manum haberet Ambroſium Moralem, primum hujus inſcriptionis editorem, qui facile ſcire poterat, quomodo legeretur; videns lectionis abſurditatem, maluit allegare in *Dextri Defenſione*, opere Hiſpana lingua conſcripto, *fol.* 102. *p.* 2. Gruterum hominem exterum ſolum notum eruditis, ex Busbequio, Morali, & Antonio Auguſtino, quam ipſum Moralem, hujus lectionem diſſimulans, quia, ſi vera eſt, inſcriptum lapidem ſuppoſitionis arguit. Mihi aliqua veniunt in mentem, quae hujus ſuppoſitionis ſuſpicionem praebent. Illud *Sacilernuſi* videtur nomen ſubſtantivum, cum *Idienſis*, & *Solienſis*, ſint adjectiva, quod aliquo modo incongruum videtur. Praetereo primum, & ſecundum nomen nusquam legi. Formula illa, *ex ſententia Iulii Proculi Judicis, Imperatore Caeſare*, inſolens eſt, ut videre eſt apud Gruterum in tot & tam variis Inſcriptionibus hanc praecedentibus, & ſubſequentibus. Nec in alium finem videtur conficta haec Inſcriptio, niſi ad ſuadendum *Villa nueva de la Iara* eſſe Soliam in Concilio Eliberitano memoratam. De iis autem, quae Pſeudo-Dexter confinxit occaſione hujus Inſcriptionis, vide Nic. Antonium in *Cenſura Hiſtoriarum Fabuloſarum*, *Lib. VI. cap.* 1. *n.* 32. Enimvero, ſi praecedens Inſcriptio conficta fuit, ut oppido *Villa nueva de Iara* antiquum nomen *Solia* adoptaretur; aliam etiam Inſcriptio excogitata fuit, ut huic recenti nomini originis cauſſa aſſignaretur: nimirum, ut ab *Ara*, nomine

mine Latino, absurde *Xara*, nomen Arabicum, virgultum significans, deduceretur. Ecce autem Inscriptionem, quam ex Schedis Patris Catanaei, Lud. Antonius Muratorius edidit. *Tomo I. pag. 5. num. 15.*

P. PORTIANVS
PO.
ARA IOVI.

Quae, si cum aliis ejusdem paginae conferatur, conficta etiam videbitur ob insolitam sacrandi formulam. Non minus igitur quam haec Soliae Cordubensi adjudicata Ara, imaginariae fuerunt illae aliae *Hesperi*, de quibus Carus voluit epigramma, quod examinamus, locutum fuisse, ut ex ejus supplemento apparet. Verum ipsum textum perscrutemur.

Qui hoc epigramma composuit, ante oculos habuit IX. illud Ausonii Clararum Urbium, in quo Hispalim celebrans, dixit,

Clara mihi ante alias memorabile nomen Iberum,
Hispalis, aequoreus quam praeterlabitur amnis,

ubi proculdubio Poëta Burdigalensis de *Hispali* Hibero nomine, & non de *Emerita*, Romano, locutus est, praesertim cum Baetis, Hispalim urbem alluens; multo melius vocetur *aequoreus amnis*, quam Ana praeterlabens Emeritam, a mari longius distantem. Hiberum autem nomen ex mente auctoris epigrammatis est *Solia*. Non igitur a Sole derivatum fuit, alioqui esset Romanum. *Sol Romanus*, ut Carus intellexit, metaphoram exhibens insolentem, videtur esse C. Caesar, qui iterum ad fabulam veniet versu VIII. Manifesta autem futilitas, & Hispanismus est,

Numine crescenti crescere tecta jubet.

id est, *Creciendo la Deidad, hace crecer la poblacion.*

Tertius versus indicat, in hoc epigrammate loqui ipsam Soliam, quae a semetipsa laudatur *arce potens*, sumens hanc laudem ex memorato epigrammate Ausonii, qui ita cecinit,

Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certat.

Praeterea *potens armis* dixit Virgilius Aeneidos *Lib. I. v. 535.* Sed *armis fueram decorata meorum*, nemo diceret, nisi poëtaster aliquis, Justiniani ineptus imitator.

Ver-

Versus ille,

Cum cecidit Marci viribus, atque manu,

compositus fuerat, ut auctoritatem acciperet ab alia Inscriptione, quam epigrammatis auctor spuriam esse ignorabat, quales etiam sunt aliae duae, quas Ambrosius Morales memoravit in *Antiquit. fol.* 101. cujus verba hic referam. Sunt autem haec ex Hispana lingua fideliter translata. *Oppidum Aroche Jurisdictionis Hispalensis inter Cazalla, & Alanis, est etiam intra provinciam Baeticae, & antiquitus nominatum fuit Aruci, atque hoc nomine recensetur a Plinio & Ptolemaeo inter hujus provinciae oppida. Lapides, qui illic extant, nomen comprobant, & hi sunt.*

M. ATTERIO PAVLINO. M. F. QVI TV
MVLTVARIO BAETICAE BELLO ASSVR
GENTE MVLTA PRO REP. ARVCITANA
BELLO RETINENDA FORTISSIME GESSE
RAT. ARVCITANI VETERES ET IVVENES
OPT. CIVI.

Subjungit Morales Hispanam inscriptionis interpretationem, & ait: *Quod bellum fuerit hoc, & quo tempore, lapis non indicat, nec aliunde sciri potest. Alia dedicatio illius loci habet has litteras,*

IVLIAE AGRIPPINAE CAES. AVG. GERMANIC.
MATRI. AVG. N. CIVITAS ARVCCITANA.

Basis est statuae, quam Civitas Aruccitana posuit matri Germanici Caesaris Augusti, & nepoti Imperatoris Augusti. Hic lapis inventus fuit in Saltu Aroche, qui confinis est Portugalliae, & abductus fuit Mauram, oppidulum propinquum. Alia basis statuae Herculis est Aroche sic inscripta,

HERCVLI DEO INVIC. ET RESP. ARVCCITA
NAE PATRONO STATVAM AEREAM SE
CVND. TAEBANI TEMPLI TROPH. ARVC
CITANI. D. D.

Huc usque Morales, post quem ediderunt primam illam Inscriptionem Adolphus Occo, *pag. VIII. num.* 14. Janus Gruterus, e Schotti schedis, (quae, si Inscriptiones Tarraconenses excipias, suspectae mihi

**** sunt)

ſunt) *pag.* CCCLXVIII. *num.* I. ubi pro ATTERIO legit ATTEIO. Rudericus Carus, in *Antiq. Hiſpal. Lib. III. cap. 6. fol.* 43. magno artificio meras nugas contexens: Franciſcus Bivar, in *Addit. ad Braulionem*, pag. 69. mendacia mendaciis ſuperaddens: Iohannes Tarnayo de Salazar in *Martyrologio Hiſpano, die* 21. *Auguſti, pag.* 533. Bivarii veſtigia premens: Antonius a Jeſu Maria, Carmelita excalceatus, in *Vita Cardinalis Balthaſaris de Moscoſo & Sandoval, Lib.* II. *cap.* 9. *num.* 379. easdem fabulas confirmans; & Henricus Florez, *Tomo* IX. *Hiſp. Sacrae, Tract.* 28. cap. 4. pag. 120. de veritate Inſcriptionis, qua de agimus, ſibi perſuaſus. Verum age, eam ad examen revocemus.

Si legitima eſſet, non legeremus in ea, M. ATTERIO. PAULINO. M. F. Sed M. ATTERIO. M. F. PAULINO. Neque Tribus nomen deeſſet ſuo loco. Neque, TUMULTUARIUM BELLUM, inſolenter ſcriptum eſſet: quod ſi verum fuiſſet, apud aliquem Hiſtoricum legeretur. Nunc autem ſolum connumeratur in Inſcriptionibus manifeſte confictis. BELLO ASSVRGENTE, novus eſt loquendi modus, & Hiſpanienſis, *levantandoſe la guerra.* PRO REPVBLICA ARVCITANA BELLO RETINENDA, inaudita locutio eſt. Repetitio verbi BELLO, inepta, & faſtidioſa. Adde illud, PRO REPUBLICA RETINENDA, dignam videri vocem Suffetis Carthaginienſis, aut Conſulis, aut Dictatoris Romani, cum de ſumma Reipublicae ageretur. Denique illud ARVCITANI VETERES ET IVVENES, imperita eſt imitatio Inſcriptionis, quam primus omnium edidit Morales, *Lib.* IX. *cap.* 28. *fol.* 287. *pag.* 2. & poſt eum Occo, *pag.* I. *num.* I. de cujus Inſcriptionis cxiſtentia dubitavit laudatus Morales, & ea certe ſpuria eſt, quia originem habet a Cyriaco Anconitano, cujus omnes Inſcriptiones Hiſpanienſes ſuppoſitae ſunt, & ut talis recenſita eſt a Grutero, *pag.* IV. *num.* 5. in qua Inſcriptione leguntur ARCOBRICENSES. IVVENES. ET. VETERES. Aut, ſi magis placet, imitatio eſt alterius Inſcriptionis, de cujus exiſtentia etiam ſubdubitavit idem Morales, *Lib.* VII. *cap.* 57. *fol.* 118. & 119. atque etiam edita fuit ab Occone, *pag.* XXXIV. *num.* 8. ab Eſcolano, *Lib.* I. *cap.* 19. *Num.* 7. a Johanne Briz Martinez in *Hiſtoria Sancti Iohannis de la Perna, Lib.* V. *cap.* 20. *pag.* 768. & a Grutero, qui illam in Spuriis recenſuit, *pag.* XIII. *num.* 6. poſt Antonium Auguſtinum, *Dial.* X. *Antiquit. fol.* 148.

Longe diverſum eſt hoc loquendi genus, VALENTINI. VETERANI. ET. VETERES. quod obſervari poteſt in quatuor Inſcriptionibus Valentinis, quarum prima loquebatur de Q. Herennio Etruſco, quam ediderunt Petrus Antonius Beuter in *Chronico Valentiae*, Valentina lingua ſcripto, *Lib.* I. *cap.* 6. *fol.* 27. & in *Chronico Hiſpaniae, Lib.* I. *cap.* 23. *pag.* 133.

133. Morales, *Lib.* IX. *cap.* 44. *fol.* 316. Smetius, *fol.* CLV. *num.* 12. Occo, *pag.* XXXVIII. *num.* 5. Gruterus, *pag.* CCLXXIV. *num.* 1. Escolanus, *Lib.* 1. *Hist. Val. cap.* 16. *num.* 3. *col.* 117. & *Lib.* IV. *cap.* 13. *num.* 3. *col.* 789. Diago, *Lib.* IV. *Annal. Val. cap.* 17. *fol.* 161. quam inscriptionem, quae sita erat in templo maximo inter sacella Sancti Benedicti, & Beatissimae Virginis Mariae, malleo corrumpi jussit Isidorus Aliaga, Archiepiscopus Valentinus, ut refert Iosephus Vincentius del Olmo in *Lithologia*, *cap.* 7. *pag.* 63. Et lapidem, ubi fuit inscriptio, saepe ego vidi.

Secunda Inscriptio pertinet ad Gn. Sejam, eamque ediderunt Morales, *Lib.* IX. *cap.* 44. *fol.* 317. Smetius, *fol.* CLV. *num.* 14. Occo, *pag.* XXXVIII. *n.* 6. Gruterus, *pag.* CCLXXIV. *num.* 2. Escolanus, *Lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 7. & *Lib.* IV. *cap.* 13. *num.* 1. *col.* 787. Diago, *Lib.* IV. *cap.* 17. *fol.* 161. *col.* 3. Florezius, in *Hisp. Sacra*, *Tomo* IIX. *Tract.* 25. *cap.* 2. *pag.* 142.

Tertia Inscriptio, quae loquitur de Valente Hostiliano, edita est a Beutero in *Chronico Valentiae*, *Lib.* 1. *cap.* 6. *fol.* 27. *col.* 2. & in *Chronico Generali Hispaniae*, *Lib.* 1. *cap.* 23. *pag.* 133. Morale, *Lib.* IX. *cap.* 44. *fol.* 317. Smetio, *fol.* CLV. *num.* 13. Occone, *pag.* XXXVII. *num.* 7. Nonio, in *Hisp. cap.* LXIX. Grutero, *pag.* CCLXXIV. *num.* 3. Escolano, *Lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 10. *col.* 117. & *Lib.* IV. *cap.* 13. *num.* 3. *col.* 789. Diago, *Lib.* IV. *cap.* 17. *fol.* 161. *col.* 4. quam etiam deleri jussit Isidorus Aliaga, ut refert Olmo in *Lithologia*, *dict. cap.* 7. *p.* 63.

Quarta Inscriptio pertinet ad Iuliam Mamaeam, atque edita fuit ab Olmo, in *Lithologia*, *cap.* 2. *pag.* 19. & *cap.* 5. *pag.* 47. a Lud. Antonio Muratorio, cui ego misi *Lithologiam*, *Tomo* IV. *Thes. vet. Inscr. fol.* MCMXLII. *num.* 6. & a Florezio in *Hisp. Sacra*, *Tomo* IIX. *Tract.* 25. *cap.* 25. *pag.* 143.

In quatuor igitur memoratis Inscriptionibus leguntur VALENTINI. VETERANI. ET VETERES, quorum hi sunt intelligendi, quos Brutus reliquit, cum eo coloniam deduxit, ut refert *Epitome Liviana*, *Lib.* LV. his verbis: *Iunius Brutus* Cos. (anno scilicet Varroniano DCXVI.) *in Hispania iis, qui sub Viriato militaverant, agros oppidumque dedit, quod Valentia vocatum est.* Veterani autem erant, quos C. Caesar Valentiam deduxit, cum eam fecit Coloniam, ut constat ex Plinio, *Lib.* III. *cap.* 3. junctis Valentiae numismatibus, in quibus dicitur *Colonia Julia.* Simile exemplum habes apud Ciceronem, *Lib.* II. *in Verrem*, *Act.* 2. *cap.* 50. Imperite autem epigrammatis Aruccitani confictor Aruccitanos veteres a iuvenibus distinxit inusitato loquendi modo. Verum

rum Rudericus Carus, egregius fabularum contextor, in *Antiq. Hispal. Lib.* III. *cap.* 6. *fol.* 93. declaravit consilium artificis harum fictionum, distinguens Arucci Vetus, & Novum, quorum alterum vult esse *Aroche*, & alterum, oppidum *Maura*, sive, ut Castellani dicunt, *Mora*, in Lusitania prope ejus confinium; & de hac Carus ait, loqui Inscriptionem supra memoratam, Juliae Agrippinae dicatam, quae ideo NOVA CIVITAS ARVCCITANA dicitur: qui loquendi modus arguit, hujus Inscriptionis confictorem nescivisse, quid esset *Civitas*, quod discere potuit a Gn. Pompejo apud Apianum, *Lib.* II. *de Bel. Civ. pag.* 459. & ab Augusto apud Dionem, *Lib.* LVI. *pag.* 574. a B. Augustino de *Civ. Dei*, *Lib.* I. *cap.* 15. & *Lib.* XV. *cap.* 8. & a Servio ad illud Virgilii, *Lib.* II. *Aeneid. v.* 265.

Invadunt Urbem somno vinoque sepultam.

ubi ait: URBEM, *id est*, *Cives: cum Urbs muros significet*; *Civitas vero habitatores.*

Sed, ut clare videamus, mendacia consistere non posse, memoria repetamus, Moralem in *Antiquitatibus*, *fol.* 101. *pag.* 1. scripsisse, dedicationem hanc extare in oppido Aroche inter *Cazalla* & *Alanis.* Postea idem Morales, *Lib.* IX. *cap.* 16. *fol.* 266. *pag.* II. commemoravit dici extare inter oppidum *Mora*, situm in Lusitania, & saltum Aroche, jurisdictionis Hispalensis. Occo retulit eam ad *Aroche*, *pag.* VIII. *num.* 15. & repetivit illam, *pag.* XXIII. *num.* 3. Gruterus, *pag.* CCXXXVIII. *sub num.* 6. eam sitam esse dixit *Moronii* ex Strada & Schotti schedis, fictionum plenis, & *num.* 7. *Maurae* in Lusitania, ex Resendio oculato teste; & *Aroche* prope Hispalim, ex Morali, *num.* 8. meritoque existimavit unam eamdemque esse Inscriptionem, licet diversis locis attributam.

Verum operae pretium faciemus, si audiverimus Resendium, qui de *Maura* agens *Lib.* IV. *de Antiquit. Lusit. pag.* 195. ita scripsit. *Mauram insigne oppidum*, *Novum fuisse Arucci*, *ex cippo istiusmodi*, *quem ibi legi*, *persuasum habeo.*

IVLIAE. AGRIPPINAE.
CAESARIS. AVG. GERMANICI
. . . . MATRI. AVG. NOVA
CIVITAS. ARVCCITANA.

Hoc est: IULIAE AGRIPPINAE CAESARIS AUGUSTI GERMANICI MATRI AUGUSTAE NOVA CIVITAS ARUCCITANA. *Novum autem Arucci dici puto*, *quoniam adhuc superest Arucci vetus*, *nomenque retinet. vulgo enim Arouche dicitur*, *proferturque plane Graece*, *ut a Ptolemaeo vocatur. Parum tamen iam*

iam frequens est Arucci vetus. Accommodant Maurenses novo nomini, haud scio an fabulam appellem, Fuisse Maurum Regulum quendam tractus illius dominum, qui cum de finibus cum altero potentiore bellum gereret, atque in proelio cecidisset, ejusque uxorem forma luculenta mulierem saepe victor interpellasset, additis, nisi acquiesceret, minis, illam contumaci odio interfectoris postulata respuisse. Cumque Arucci veteri, propter hostis vicinitatem diffideret, migrasse ad novam Civitatem, ut tutiorem situ, ita bonitate uberioris agri magis accommodatam. Cumque ab indigenis Maura & Arucci vulgo appellaretur, factum esse, ut etiam ipsa urbi Maura exinde nominata sit. Hic duo scimus, Resendium scilicet fuisse primum, qui permotus hac falsa Inscriptione dixit, Mauram fuisse Novum Arucci: deinde Maurenses excogitasse fabulam illam de Regulo Mauro, ut Maurae nomen originem darent. Maurum autem fortasse finxerunt ex compendio, M male intellecto, quod Marcum denotat, Marcum, inquam, male designatum illo versu,

Cum cecidi Marci viribus, atque manu.

Obiter addo, ut omnes Maurenses Inscriptiones in medium proferam, Apianum, qui multas Inscriptiones Hispaniensis evulgavit, quas nemo vidit, *pag.* XXIV. edidisse hanc *Maierouae* (ut ipse loquitur) tributam.

LEONTIVS FAMVLVS DEI QVI ANNOS
PLVRES VEL MINVS REQVIESCIT IN PA
CE LXXXII. MORTVVS EST ERA DCXIIII.

quam paulo aliter, & ordinatius descripsit, & vico *Moron* tribuit Muratorius, *Tomo* IV. *pag.* MCM. *num.* 6. ex schedis Patris Cattanei, qui spuria cum legitimis nullo discrimine commiscuit.

Ad illud chimericum M. Atterii bellum confirmandum, & ad alia etiam mendacia stabilienda, etiam conficta fuit alia Inscriptio, quam Carus a Florezio allegatus, *Tomo* IX. *pag.* 119. fabulatus est inventam fuisse in agro *Solucar* (hodie *San Lucar la mayor*) quae sic se habet,

D. M. S.
C. BAEB. CAEC. F. VENVL. CRIN.
BAEB. F. F. AD. HESP. BELLO
EXTINCTOS
FL. DEMETRIA. CRISPINA
L. L. C. C. EAD. VR . . . P. M. D. C. S. . . . ;

cujus explicationem, ne nos ingenia nostra torqueremus, ipse Carus exhi-

exhibuit hoc modo. *Diis Manibus Sacrum Cajum* BAEBium CAECILium, *Flavium* VENULEjum CRINitum, BAEBII *Filios* AD HESPERiam BELLO EXTINCTOS, FLavia DEMETRIA CRISPINA *Liberos Carissimos* EADem VRNA *Proprio Monumento Dolenter condidit. Sit vobis terra levis.* Hujus Inscriptionis suppositio in oculos incurrit. F. pro *Flavius*, non memini legisse: & sane infra in versu quinto scriptum est solito compendio FL. Baebius pater sine praenomine ponitur. Ejus filii dicuntur C. *Baebius Caecilius*, & *F. Venulejus Crinitus*, cum extra casum adoptionis, cujus nullum indicium est, uterque deberet etiam dici *Baebius*. *Ad Hesperiam*, pro *in Hispania*, Poëtica locutio est: quod, ut opinor, Carus ipse non ignorabat; sed fortasse compendium illud sic interpretatus est, ignorantiam praetexens, ut ingeniosiores legerent, *Hesperum*, intelligentes quod ipse vellet. Verba illa, *Eadem Urna*, alludunt ad Urnam fictilem, quae in *Solucar* reperta dicitur, ut ex eodem Caro docet Florezius, dicto *Tomo* IX. *pag.* 117. in cujus collo legebatur.

SOLLVCO

XX.

Atque hinc aditus patet ad aliam fabulam detegendam. Nam *Soliae* fuisse dicitur Solis simulacrum, & etiam *Lucus*. Atque ad utrumque confirmandum, duae fictae fuerunt Inscriptiones, quas in eodem oppido *San Lucar* repertas fuisse memoriae Carus mandavit. Alteram ita descripsit Florezius, *Tomo IX. Hisp. Sacrae, pag.* 117.

AEDEM. STIM. EVSTACHI
SIMVLACRO. SOLIS. EVERSO

cujus primum versum sic legendum puto,

AEDEM. STI. M. EVSTACHI.

id est, *Aedem Sancti Martyris Eustachii.* Quamobrem haec Inscriptio conficta fuit non ad memoriam eversi simulacri Solis; sed immo potius ad stabiliendum, ibi fuisse Solis simulacrum, & ad antiquitatis gloriam conciliandam Ecclesiae Sancti Eustachii, quae est in oppido *San Lucar*, de qua Rudericus Carus, in *Antiq. Hispal. Lib.* III. *cap.* 7. *fol.* 95. *col.* 1.

Altera Inscriptio conficta fuit ad Solis *Lucum* persuadendum. Facile autem fuit Lucum Soli adjudicare in ea regione, ubi Lucos fuisse refert Strabo, *Lib.* III. *pag.* 97. Communicavit eam Rudericus Carus cum Nicolao Antonio, ut ipse memorat in *Censura Historiarum fabulosarum*,

rum, *Lib.* VI. *cap.* 1. *num.* 30. & in manuscripta Latina *Censura Dextri*, quam ego possideo, *Lib.* II. *cap.* 10. *characterismo* 6. *sect.* 2. & ex ejusdem Cari manuscriptis *Additionibus* ad *Antiquitates Hispalenses* etiam nactus est Henricus Florezius, ut ipse ait, *Tomo* IX. *Hisp. Sacrae*, *Tract.* 21. *cap.* 1. *pag.* 46. Ea vero sic se habet.

FL. AEMILIA. A. L. H. S. E.
P. MARSIVS. INTER MENVBAE
RIPAM. ET. LVCVM. AMPLISS.
SOLIENSIVM. ORDINIS
INDVLGENTIA. ACCEPTO. LOCO
P. S. C. B. M. D. P.
S. T. T. L.

hoc est, interprete Nicolao Antonio, *Flavia Aemilia Liberta hic sita est. Publius Marsius inter Menubae ripam, & Lucum splendidissimi Soliensium Ordinis indulgentia accepto loco pecunia sua Conjugi benemerenti dolenter posuit.* Ex hac Inscriptione collegit Nic. Antonius in *Censura Historiarum Fabulosarum*, *Lib.* VI. *cap.* 1. *num.* 31. Fluvium Menubam a Plinio commemoratum, *Lib.* III. *cap.* 1. esse *Guadiamar*, contendentibus aliis esse *Guadalete*. Haec inscriptio non minus suspecta, quam aliae, videri debet, si quis consideret inventionem ejus tribui Licentiato Johanni Matthiae Gallego, qui spurias alias Inscriptiones invenisse dicitur, ut constat ex relatis a Florezio, *Tomo* IX. *Hisp. Sacrae*, *Tractatu* 28. *cap.* 1. *pag.* 46. juncto *Tractatu* 29. *cap.* 4. *pag.* 116. Praeterea hujus Inscriptionis notitia, & artificiosa connexio cum aliis spuriis debetur Caro, ingenioso mendaciorum sutori. Denique reperta dicitur in agro *San Lucar*; caeteras autem ibi repertas, spurias esse vidimus: quibus, ut hoc obiter moneam, possunt addi tres aliae ex eodem Caro a Florezio memoratae, *Tomo* IX. *Hisp. Sacrae*, *Tract.* 28. *cap.* 4. *pag.* 121. quarum prima haec est.

A ☧ Ω
VBITILDE. FAM. D.
DIB. MAI. ER. D.

cujus suppositionem denotat nomen feminae Gothae Catholicae in Aera D. sed ita fingi oportebat; ut antiquior Aerae mentio in lapidibus inscriptis deberetur oppido *San Lucar*.

Secun-

Secunda Inſcriptio ſic ſe habet.



CEFALIVS FAMVLVS DEI
VIXIT. ANN. P. M. L. RE
CESSIT IN PACE D.
CALEND. DECEMBRES
ERA D. LXXXII.

ubi nomen CEFALIUS mihi valde diſplicet propter novitatem.

Tertia denique haec eſt.



XPS. VIVIT. XPS. VINCIT. XPS. INPERAT. (ſic)
PER CRVCIS HOC SIGNVM FVGIAT PRO. . . . E MALIGNVM
EN ERA DE M.CC.LII. TOME ACABO DE LABRAR
ESTA EGLEJA.

ubi de induſtria omiſſae ſunt literae, quae facile ſuppleri poſſunt, ut legatur PROCVL OMNE. Sed cum ex Olderico Vitale *ad annum* MCXXV. & ex Roderico Toletano, *Lib.* IV. *cap.* 3. ex *Annalibus Toletanis Secundis*, aliisque antiquis monumentis conſtet, Almohades extirpaſſe Chriſtianam Religionem in omnibus terris, quibus dominabantur, adeo ut neque Iacobus I. Rex Aragonum in ſuis *Commentariis*, neque *Chronicon* Sancti Ferdinandi Caſtellae Regis, ullam mentionem fecerint Mixtarabum in terris expugnatis ab illis inclytis Regibus; nullo modo credere debemus liberum Chriſtianae Religionis uſum in oppido *San Lucar*. Adde ridiculam eſſe Caſtellanae linguae uſurpationem inter eos, qui vivebant Mohammedanorum ditioni ſubjecti. Vide vaniſſimos conatus adulatorum, qui nihil inauſum reliquerunt, ut oppidum *San Lucar Majoris* magnifacerent.

Verum ut e diverticulo in viam redeam, tertia Inſcriptio, quam Morales ait, repertam fuiſſe in oppido *Aroche*, aeque ſpuria eſt ac duae ſupra memoratae, ut arguunt illa verba SECVNDVM TAEBANI TEMPLI TROPH. quae, & ſenſu & ſcriptura conſideratis, ineptiſſima ſunt. Itaque concludendum eſt, omnes Inſcriptiones, quae *Aroche* repertae dicuntur, confictas fuiſſe ad comprobandum Arucci ſitum, qui neque Aroche, neque Maurae convenit, ut bene obſervavit *Antonini Itinerarii* illuſtrator, Petrus Weſſelingius, *pag.* 427.

Sed

Sed redeamus ad explicationem Epigrammatis, quod examinandum fuſcepimus. In eo ita legimus non ſine manifeſta affectatione, & inſolito loquendi modo, Hiſpaniſmum redolente.

Infauſta amiſi, ſplendoris quidquid habebam,
Vrnaque fatalis pulveris ipſa fui.
Aſcendi ad culmen miſero revocata ſepulcro,
Romani juris Caeſaris (auſpic) *io.*

quam poſtremam ſententiam ita ordino; *Aſcendi ad Romani juris culmen*, ut ſcilicet intelligamus, Soliam fuiſſe Coloniam Civium Romanorum beneficio C. Caeſaris: quod, ſi verum fuiſſet, ab eo, ut multa alia oppida, cognominata fuiſſet Julia, ut videre eſt apud Plinium *Lib.* III. *cap.* I.

Denique Carus, uti ſupra vidimus, ut poſtremus verſus interpretationem acciperet propoſitae fabulae accommodatam, ſic ſupplevit hexametrum.

Sol fovet igne novo: magno cede Heſpere Soli,
Quodque tuis Aris, Heſpere, nomen erat.

id eſt, *& tu, Heſpere, cede nomen, quod erat tuis Aris, ut ex hinc Solia voceris.*

Quamobrem ſi Solia ſuum habebat nomen, &, ut fabulatores videntur velle, a Sole derivatum; quid ei opus erat alio nomine, *Solluco* ſcilicet, a *Sol*, & *Lucus*, compoſito? Adde originationem hanc non poſſe eſſe veram: nam cum ſecunda compoſiti pars ſit etiam ſignificativa, in compoſitione deberet integra manere, ita ut non *Solucus* ſed *Sollucus* diceretur. Verum aliquid excogitandum erat, ut ex *Solia* tranſitus eſſet veriſimilior ad *Solucar*, quod verum fuit oppidi nomen, ut conſtat ex privilegio Regis Ferdinandi III. apud Didacum de Colmenares in *Hiſt. Secoviae*, *cap.* XXI. *pag.* 207. & ex alio allegato, *cap.* XXIII. *pag.* 239. unde apud Cl. virum Didacum Ortiz de Zunniga in *Annal. Eccl. & Saecularibus Vrbis Hiſpalis*, *pag.* 77. ubi agitur de Hiſpalenſis agri diſtributione facta Era 1291. *Solucar* nominatur, & etiam apud Carum in *Antiq. Hiſpal. Lib.* III. *cap.* 7. *fol.* 95. *col.* 1. quod nomen poſtea ut ſacrum fieret, dici coepit *San Lucar*, id eſt, Sanctus Lucas, ad imitationem Fani Luciferi, quod idem nomen accepit cum adjuncto *de Barrameda*, ſicut noſtrum oppidum diſtinctionis gratia cum adjuncto de *Alpechin*, quod Arabice idem ſonat, ac *amurca*. Sed

**** ** cum

cum ingratum esset hoc nomen, tempore Nicolai Antonii dictum fuit illud oppidum *San Lucar la mayor*, titulus Ducatus Comitis Linariensis, ut ipse ait in *Censura Historiarum fabulosarum*, *Lib.* VI. *cap.* I. *num.* 30. Quanquam additamentum illud, *la mayor*, jam fuit frequentatum tempore Ferdinandi III. ut docet ejus diploma in *Annal. Hispalis*, *pag.* 77. Vides mendaciorum segetem copiosissimam ob res nullius momenti.

T A R R A C O N E.

Ludovicus Pontius Icart in libro *de rebus magnis & memorabilibus Urbis Tarraconis*, *fol.* 161. refert, Tarracone fuisse lapidem, in quo insculptus erat homullus sinistra manu palmam tenens, cum hujusmodi inscriptione.

D.		M.
EVTY	Hic hominis statua.	CHETI
AVRI		ANN. XXII
FL. RVFI		NVS. ET

SEMP. DIOFANIS. SERVO. B. M. F.

HOC. RVDIS. AVRIGAE. REQVIESCVNT. OSSA. SEPVLCRO
NEC. TAMEN. IGNARI. FLECTERE. LORA. MANV
IAM. QVI. QVADRIIVGOS. AVDEREM. SCANDERE. CVRRVS
ET. TAMEN. A BIIVGIS. NON. REMOVERER. EQVIS
INVIDERE. MEIS. ANNIS. CRVDELIA. FATA
FATA. QVIBVS. NEQVEAS OPPOSVISSE. MANVS
NEC. MIHI. CONCESSA. EST. MORITVRO. GLORIA. CIRCI
DONARET. LACRIMAS. NE. PIA. TVRBA. MIHI
VSSERE. ARDENTES. INTVS. MEA. VISCERA. MORBI
VINCERE. QVOS. MEDICAE. NON. POTVERE. MANVS
SPARGE. PRECOR. FLORES. SVPRA. MEA. BVSTA. VIATOR
FAVISTI. VIVO. FORSITAM. (sic) IPSE. MIHI.

Hoc epigramma ex Icartio descripsit Morales in *Antiquit. fol.* 67. *pag.* 2. & tamen in versu primo pro OSSA, male substituit MEMBRA, & SEPULCRO adspirationis notam adjecit. In versu 8. scripsit LACHRYMAS cum Y. cum Pontius expresserit I. in postremo versu Morales lapicidae scripturam emendavit, scribens, FORSITAN. Occo Moralem secutus est, *pag.* XXXII. *num.* 10. Haec Inscriptio translata fuit in hortos Antonii Augustini, ut ait Gruterus ex Schotti schedis, *pag.* CCCXL. *n.* 4. ubi ex-

exacte descripsit hoc epigramma. Ex Grutero Iac. Gutherius *de Jure Manium*, *Lib.* II. *pag.* 173. & 174. & Petrus Pantoja de Ayala in *Commentariis in legem finalem*, *Cod. de Aleatoribus*, *pag.* 219. atque iterum ex Morale, ut videtur, Franciscus Sweertius in *Epitaphiis*, *pag.* 11. & Philippus Labbe post Pithoeum in *Thesauro Epitaphiorum*, *pag.* 24. Atque haec de hoc epigrammate; aliud nunc exhibeamus.

In Bibliotheca Regia Madridiensi schedulae sunt Andreae Schotti manu exaratae, in quibus inter alia ego legi, Tarracone extare in angulo horti Commensalis Pocorrull hoc epigramma.

D. M.
FACTIONIS VENETAE FVSCO SACRA
VIMVS ARAM DE NOSTRO CERTI STV
DIOSI ET BENE AMANTES VT SCI
RENT CVNCTI MONIMENTVM
ET PIGNVS AMORIS. INTEGRA
FAMA TIBI LAVDEM CVR
SVS MERVISTI. CERTASTI
MVLTIS NVLLVM PAVPER TIMV
ISTI INVIDIAM PASSVS SEM
PER FORTIS TACVISTI PVL
CHRE VIXISTI FATO MORTA
LIS OBISTI. QVISQVIS HOMO
ES. QVAERES TALEM SVBSISTE
VIATOR PERLEGE SI MEMOR
ES. SI NOSTI QVIS FVERIT VIR
FORTVNAM METVANT OMNES
DICES TAMEN VNVM. FVS
CVS HABET TITVLOS MOR
TIS HABET TVMVLVM. CON
TEGIT OSSA LAPIS. BENE HABET
FORTVNA VALEBIS. FVNDIMVS
INSONTI LACRIMAS. NVNC VI
NA PRECAMVR. VT IACEAS PLA
CIDE NEMO TVI SIMILIS
TOYC. COYC. ΑΓΩΝΑC. ΑΙΩΝ. ΑΛΛΗCΕΙ.

Petrus Apianus, qui quam plurimas Inscriptiones spurias Hispaniae attribuit; primus fuit, qui anno 1534. edidit hoc epigramma, *pag.* x. referens existere Dianii, ubi nunquam fuit. In versu 3. apud eum legitur CVMCTI pro CUNCTI; MONVMENTUM, pro MONIMENTVM: omissum fuit in versu 7. initium illud PVLCHRE VICISTI. In 9. ante NOSTI, praetermissum SI. In 15. pro HABET legitur HABENT. Postea Ludovicus Pontius Icart anno 1573. *fol.* 159. idem epigramma edidit, asserens extare Tarracone prope Ecclesiam B. Mariae, quae a Miraculo nomen habet. Is in versu 7. pro FATO, legit FACTO, in 8. pro HOMO, HUMO; pro SUBSISTE, SUBCISTE. Morales in *Antiquit. fol.* 67. edidit hoc epigramma ex Icartio, ut apparet ex *fol.* 64. & tamen *versu* 7. pro FACTO emendavit FATO. versu 10. pro DICES, substituit DISCES. versu 13. pro FUNDIMVS, FVDIMVS. Occo secutus fuit Moralem, *pag.* XXXII. *num.* 9. Gruterus, *pag.* CCCXXXIX. *num.* 4. ex Schotti Verderiique schedis proxime accessit ad veram lectionem, & versuum ordinem, nisi quod versu 13. pro FVNDIMVS, scripsit FVDIMVS. Nonius in *Hispania*, *cap.* XXXV. Icartium, ut videtur, secutus est, nisi quod versu 8. pro QVAERES legit, QVAERENS. Philippus Labbe in *Thesauro Epitaphiorum*, *pag.* 390. Gruterum secutus est. Ego minime dubito de hujus epigrammatis existentia; sed spurium esse omnino mihi persuasi: quod facile probabis, si versuum singularum sententiam, pueriles imitatiunculas, & ridiculam connexionem observare volueris, omnia ab illo tempore alienissima.

In eadem Urbe Tarracone, dicitur olim fuisse in lapide Romam transportato, Puer recubans, qui juxta caput habebat ramum floridum, & ad pedes alterum exsiccatum: & sub eo legebantur hi versus, uti refert Morales in *Antiquit. fol.* 71. *pag.* 2.

ASPICE QVAM SVBITO MARCET QVOD FLORVIT ANTE
ASPICE QVAM SVBITO QVOD STETIT ANTE CADAT
NASCENTES MORIMVR FINISQVE AB ORIGINE PENDET.

Cum videretur autem deficere postremus versus, Morales eum ita supplevit.

Illa eadem vitam quae inchoat, hora rapit.

& Franciscus Hernandez apud eundem hoc modo:

Ipsaque vita suae semina mortis habet.

Nescio a quo didicit Morales, lapidem hunc translatum fuisse Romam. Ex Morale descripsit Occo, *pag.* XXXV. *num.* 3. non exprimens defectum

tum postremi versus, & quibusnam deberetur ejus supplementum. Gruterus merito hoc carmen *inter Spuria* collocavit, *pag.* XVI. *num.* 10. Philippus Labbe *pag.* 15. illud descripsit ex Pithoei Collectione, tribuitque illud Camillo Aquilejo. Sed certe versus suppletus Aquilei non fuit, & Manilio tertius debetur Astronomicon *Lib.* IV. *v.* 16. Omitto ineptissimam illam pessimi versificatoris Inscriptionem, quam e nugacissimo Strada nobis conservavit Gruterus *pag.* DLXXII. N. 7. & Muratorius *Tomo* III. *pag.* MCCCCXXVIII. *n.* 3. e schedis P. Cattanei ajentis fuisse in aedibus Majani Jurisconsulti. In ea oratio soluta cum adstricta miscetur perquam ridicule.

TOLETI.

Isidorus Pacensis in *Epitome* ita scripsit, prout ego emendate legi debere existimo. *Hujus temporibus in Era* DCCXII. *anno Imperii ejus primo, Arabum* LVII. *Moaviae regni* XXIII. *Wamba Gothis Praefectus regnat annos* VIII. *qui jam in suprafata Era anni tertii, sceptra regia meditans, Civitatem Toleti miro & eleganti labore renovat, quem & opere sculptorio versificando pertitulans, haec in portarum epigrammata stilo ferreo, nitido lucidoque marmore patrat.*

EREXIT FAVTORE DEO REX INCLITVS VRBEM
WAMBA SVAE CELEBREM PRETENDENS GENTIS HONOREM.

In memoriis quoque Martyrum, quas super easdem portarum turriculas titulavit, haec similiter exaravit.

VOS SANCTI DOMINI, QVORVM HIC PRAESENTIA FVLGET,
HANC VRBEM ET PLEBEM SOLITO SERVATE FAVORE.

Descripsit hoc epigramma Rodericus Toletanus, Isidorum ante oculos habens, *Lib.* III. *cap.* 11. Legitur etiam in *Historia Generali* Alphonsi Regis, *Secunda Parte*, *cap.* 51. *fol.* 193. Ediderunt eadem epigrammata Iohannes Vasaeus *Chronicor. Hispaniae Tomo priore*, *fol.* 108. *pag.* 2. Ambrosius Morales, *Lib.* XII. *cap.* 48. *fol.* 170. *pag.* 2. Iohannes Mariana, *Lib.* VI. *de Reb. Hisp. cap.* 14. Alphonsus a Villadiego in *Chronicis Gothorum*, *pag.* 41. Martinus Carrillo, *Lib.* II. *Annal. fol.* 151. *pag.* 2. Franciscus Cascales in *Discursibus Historicis*, *fol.* 431. *col.* 3. Thomas Tamayo de Vargas in *Notis ad Luitprandi Chronicon*, *pag.* 73. Laurentius Ramirez de Prado ad idem Luitprandi *Chronicon pag.* 352. & 357. Didacus de Saavedra Fajardo in *Corona Gothica*, *pag.* 405. & 406. Comes Morae, Petrus de Rojas, in *Historia Toletana*,

Secunda Parte, *Lib.* III. *cap.* 31. *pag.* 441. Henricus Florez, in *Hisp. Sacra*, *Tomo* V. *Tract.* 5. *cap.* 1. *pag.* 184.

TUCCI.

Tucci, quae cognominata *Augusta Gemella*, (hodie *Martos*) Colonia fuit immunis, teste Plinio, *Natur. Hist. Lib.* III. *cap.* 1. distincta a *Semella*, memorata ab Anonymo Ravennate, *Lib.* IV. *cap.* 44. ubi immerito Florezius, *Tomo* XII. *Hisp. Sacrae*, *Tractatu* 40. *cap.* 1. *pag.* 347. legi vult *Gemella*, cum sit *Angellas* Antonini *Itinerarii*, *pag.* 412. ut ex utriusque collatione constabit. Tucci fuit antiquissimum Hispaniae oppidum, a Romanis postea in pretio habitum, honoratumque, secundum doctam illam observationem Ambrosii Moralis, qui in libello de *Cordubae Urbis origine*, *situ*, & *antiquitate*, *pag.* 361. *Tomi* IV. *Hispaniae Illustratae*, ita scripsit. *Quaecumque urbes in Hispania duobus nominibus olim Romanorum tempore compellabantur: alterum Hispanum nomen, priscum, vetustissimae originis, & quasi vernaculum peculiaris linguae habuisse constat: alterum vero tanquam Romanae ditionis & Imperii stygma eisdem fuisse impressum, aut adulatione dominantium Imperatorum certe expressum. Tales fuere in Celtiberia Illurcis, ab Tiberio Graccho, mutato nomine, ut auctor est Verrius Flaccus* (Sex. Pompejum Festum intelligit) *Gracchuris dicta. Salduba in eadem regione, Plinio teste, Caesaraugusta postea nominata. Eodem authore, & priscis lapidibus etiam attestantibus. Obulco, Municipium Pontificense nomen accepit. Attubi, Claritas Iulia: Astigi, Iulia Firma: Tucci, Augusta Gemella: Iliturgi, Forum Iulium: Hispalis, Romulensis Colonia est dicta. Multae sunt ejusmodi apud eum authorem, & antiquis marmoribus, & nummis nominum in urbibus geminationes. In quibus omnibus negari non possit, prius nomen vernaculum esse & Hispanum, aequalisque cum Urbis primordio antiquitatis fuisse. Talis est Corduba, quae Colonia Patricia postea est cognominata: testemque suae vetustatis priscum nomen habet, veluti nascenti sibi olim impositum.* Huc usque Morales, qui eodem modo disputavit in *Antiquit. fol.* 113. *pag.* 2. *Tucci* igitur, nomen est Hispanum, antiquissimum, cujus origo ignoratur; *Augusta Gemella*, Romanum, idque notissimum. Utrumque conservatum a Christianis saeculo nono, ut apparet ex inscriptione apud Tamajum de Salazar in *Martyrologio Hispano die* XVII. *Septembris*, *pag.* 224. & Blasium Antonium Nassarre in *Prologo Bibliothecae Universalis Polygraphiae Hispanae*, *Christophori Rodriquesii*, *fol.* 18. *pag.* 2.

Prae-

Praeterea Tucci sedes fuit Episcopalis, cujus Episcopos recensuit nobilis vir Gundijalvus Argote de Molina, *Lib.* 1. *de Nobilitate Andaluciae*, *cap.* 8. & Franciscus Padilla in *Chronologia Episcoporum*, *fol.* 44. *pag.* 2. & priscum nomen retinuit Gothorum tempore; sed cum illud mutatum fuit in *Martos*, sub Mohammedanorum imperio, alii Christianam originem huic nomini; alii Gentilem dare voluerunt. Illi solo nominis tinnitu permoti, nomen *Martos* derivarunt a Sancta Martha, quod si verum esset, nominaretur oppidum, *Sancta Martha*, ut *Sancta Iuliana*, hodie *Santillana*; *Sancta Irene*, nunc *Santaren.*

Alii nomen duxerunt a *Marte*; atque ut aliquo modo hoc persuaderent, confecti fuerunt duo lapides inscripti, quorum alter exhibitus fuit a Didaco de Villalta in *Historia Tucci*, & editus est a Florezio in *Hisp. Sacra*, *Tomo* XII. *Tract.* 40. *cap.* 1. *pag.* 352. atque ita se habet.

LIBYCO HERCVLI DEO INVIC
STATVAM ARG. C. L. P. CIVITAS
MARTIS
D. S. P. P. P.

Animadvertere potuit Florezius hujus Inscriptionis falsitatem, quam subodoravit Ludovicus Antonius Muratorius, *Tomo* I. *pag.* LXIII. *num.* 9. ubi post illam exhibitam, ita scripsit, *Vereor ne quisquam recentiorum nobis hoc saxum obtruserit, ut loci famam augeret, quasi olim Civitas Martis appellaretur.* Atque hoc ipsum est, quod Florezius ait, dum opinatur, Tucci esse Martem apud Hispanos: quod nulla probabili conjectura verisimile videri potest. Qui confinxit illam inscriptionem, ignorabat quid esset *Civitas*. Praeterea nesciebat, in nullo lapide inscripto, aut nummo antiquo genuino, extare mentionem Herculis Libyci ab Hispanis culti. Certe statua argentea pondo centum librarum, quae ei posita dicitur, chimerica est; nam si ipsi Libes Herculis sui non habuerunt simulacra, ut colligitur ex Origene *contra Celsum*, *Lib.* VII. *cap.* 63. quis credat Hispanos ea habuisse, cultu ab iis accepto.

Aeque spuria est alia inscriptio, quae legitur apud Gruterum, *pag.* XLVI. *num* 8. e Schotti schedis mihi valde suspectis, & repetita est apud eundem, *pag.* MLXIIX. *num.* 3. ex adversariis Pighianis, & a Ruderico Caro ad *Dextri Chronicon*, *fol.* 5. *pag.* 1. atque in Tuccitani carceris pariete hodie collocata est, quae, ut refert Florezius *Tomo* XII. *pag.* 354. hujusmodi est.

HER-

HERCVLI INVICTO
TI. IVLIVS. AVGVSTI. F. DIVI. NEPOS. CAESAR. AVG.
IMP. PONTIFEX. MAXVMVS. DED.

Sed hujus Inſcriptionis ſuppoſitio ex eo convincitur, quod Tiberius a nemine dictus fuit IVLIVS. Ideoque Laurentius Padilla in *Antiquit. Hiſpaniae*, *cap.* 3. *fol.* 14. *pag.* 2. ubi hanc Inſcriptionem tranſtulit in linguam Caſtellanam, nomen IVLIVS omiſit. Rudericus Carus videns eandem abſurditatem in *Dextri Chronico ad annum.* XV. *fol.* 4. *pag.* 2. ut monſtrum illud defenderet, dolo malo allegavit Tabulas Capitolinas apud Panvinium, loco non deſignato, ut incautos lectores facilius falleret. Exiſtimo ego Panvinium errori cauſſam dediſſe *Lib.* II. *Faſtorum pag.* 26. & ab eo deceptos Dextri, & Inſcriptionis fabricatores.

Sed haec omnia quorſum? inquies. Ut videas quam imperite fictum ſit diſtichon, quod hodie legitur in pariete Carceris Tuccitani, quodque olim fuiſſe dicitur ad radicem praecelſi ſaxi, quod nominatur, *La penna de Martos*, in cujus culmine ſita eſt arx. Inſcriptio a Florezio edita *Tomo* XII. *Hiſp. Sacrae*, *pag.* 353. ſic ſe habet.

HERCVLES ANTIQVA CLA
RISSIMA RVPE COLVMNA
DICERIS A CLARO STEMMA
TE NOMEN HABENS.

Hercules hic intelligitur Libycus cum alluſione ad Inſcriptiones commentitias ſupra commemoratas. Quam ineptus autem ſit contextus hujus diſtichi, non eſt neceſſe dicere. Indoctiſſimus erit, qui novitatem non agnoſcet.

V T R E R A E.

Utrera fuit patria Ruderici Cari, qui ſi Dextrinis commentis non fuiſſet addictus, optime conſuluiſſet famae ſuae. Ibi in exiguo marmore hanc inſcriptionem ſe legiſſe memorat, *Lib.* III. *Antiquit. Hiſpal. cap.* 37. *fol.* 146. *pag.* 2.

FIRMA EPAPHRODITI
ANN. XXIIII.
FIRMA. SATIS. FELIX. CVM. ME. MEA. VITA. MANERET
CONIVGIS. OBSEQVIO. CVM. PIETATE FVI

CONIV-

CONIVGIS. ILLIVS. QVEM. VIX. AEQVARE. MARITI
ADFECTV. POTERINT. AVT. BONITATE. PARI
CONLIBERTORVM. VVLTVS. ANIMOSQVE. MEORVM
PLACATOS. MERVI. SEDVLITATE. MEA
PLACATOS. MERVI. PER. TE. MAGIS. OMNIS. VT. AETAS
SANGVINE. ME. IVNCTAM. CREDERET. ESSE. SIBI
QVI. TECVM. PIA. CASTRA. SEQVI. CONSVETVS. ET. ILLE
QVEM. LEX. SERVITII. DISTRAHIT. A. DOMINO
HOS. OMNES. TIBI. PRO. MERITIS. QVI. SIDERA. TORQVENT
SECVM. PLACATOS. SEMPER. HABERE. VELINT
H. S. E. S. T. T. L.

Pertinet hoc epigramma ad Firmam Epaphroditi contubernalem, non uxorem; nam Civis Romanus fuiſſe non videtur, qui praenomine, & familiae nomine caruit. Idque confirmat tertius verſus, ubi Conjux diſtinguitur a Maritis, qui proprie tales dicuntur poſt contractas nuptias, *l. Lex Iulia* 4. *de fundo dotali.* Epigramma meminit Conlibertorum, qui duo videntur fuiſſe, quorum alter Militiam ſequebatur; alter a domino juſſu ejus aberat. Reliqua abſque ulla interpretatione facile intelligi poſſunt.

Idem Rudericus Carus in *Narratione Inſcriptionum, & Antiquitatum oppidi Vtrerae, fol.* 29. *pag.* 2. ait ſe domi ſuae habuiſſe epigramma ſcriptum in Tabula marmorea, ſic ſe habens.

PYLADES. ANNI. NOVATI. PATRIS
H. S. E.
SVBDVCTVM. PRIMAE. PYLADEN. HAEC. ARA. IVVENTAE
INDICAT. EXEMPLVM. NON. LEVE. AMICITIAE
NAMQ. SODALICII. SACRAVIT. TVRBA. FVTVRAM
NOMINIS. INDICIVM. NEC. MINVS. OFFICII
DICITE. QVI. LEGITIS. SOLITO. DE. MORE. SEPVLTO
PRO. MERITIS. PYLADES. SIT. TIBI. TERRA. LEVIS

Evulgavit idem Carus hoc epigramma cum interpretatione Hiſpana; *Lib.* III. *Antiquit. Hiſpal. cap.* 37. *fol.* 145. cui adde Muratorium, qui male illud deſcripſit *Tomo* I. *Novi Theſ. vet. Inſcript. pag.* DXLIV. *Num.* 3. Ego hujusmodi quisquilias flocci facio.

** ** **

Atque

Atque haec sunt, Vir Literatissime, Epigrammata Hispaniensia metrica, ante Sarracenorum dominationem scripta, quae festinanter potui colligere. Non dubito quin multo plura exstiterint longe elegantiora. Si aliqua ex his, quae Tibi mitto, in tuo eruditissimo opere locum invenerint, maxime laetabor. Certe mea erga Te voluntas debet esse Tibi non ingrata, cum vehementer cupiam Tibi morigerum me praestare. Vale, literarum decus, & Patruum tuum, celeberrimum virum, praeclaris erga Rempublicam Literariam meritis aequa, imo vince. Olivae, Iohannis Baptistae Die Natali, Anno a Christo nato MDCCLVIII.



ERUDI-

ERUDITISSIMO VIRO,

PETRO BURMANNO SECUNDO,

GREGORIUS MAJANSIUS,

GENEROSUS VALENTINUS.

S. D.

Septimana penultima ineunte mihi fuit nunciatum, Valentiae in domo destinata portoriis solvendis (nostrates dicunt *aduana*) die xi. Septembris elapsi anni depositum fuisse fasciculum inscriptum mihi. Statim jussi ut inde extraheretur: & antequam in manus meas perveniret, litteras accepi ab Amplissimo Gerardo Meermanno, quibus significavit, Te misisse mihi Tomum primum Anthologiae Veterum Latinorum Epigrammatum, & Poëmatum: quo nuncio mirifice exhilaratus fui. Ubi vero Tuum eximium opus accepi, ita delectatus sum ejus dulcissima lectione, ut ad hoc usque momentum vix e manibus dimiserim. Valde me recreavit mirabilis illa eruditio litteraria Epistolae Tuae Dedicatoriae. In ipso autem opere incredibile est quantum mihi placeat criticum acumen Tuum in restituendis veris lectionibus, exemplorum copia & electio, ipsorumque epigrammatum necessaria, &, ubi opus est, exquisita explicatio. Mihi certe videris diligentiae, eruditionis, & elegantiae Patrui Tui (ut omnia uno verbo complectar) ex asse heres.

Hinc facile colligere potes, quanti ego faciam liberalissimum consilium Tuum collocandi in limine Secundi Tomi Epistolam illam, quam Tibi scripsi, incitatus cupiditate obsequii Tui. Si autem ego cogitassem prodituram illam favore Tuo in lucem publicam, modo quo potuissem, exornassem illam.

Haec interim addantur iis, quas priore Epiſtola ad te miſi, Inſcriptionibus metricis Hiſpanienſibus, ut in praeſtantiſſima tua Collectione non deſiderentur. Gruterus *pag.* DCCCCLXXXIV. *n.* 6. Inſcriptionem affert, quae fuiſſe dicitur in domo Pingonii; ſed ſi Patris Cattanei ſchedis, quas citat Muratorius *Tomo* III. *pag.* MDLXXXIV. *n.* 3. credimus, reſtitui debet Caſtro del Rio (ſic enim ibi legi debet) erat enim in via Garci Perez, atque ita plenius, quam apud Gruterum legitur:

TE LAPIS OBTESTOR LEVITER SVPER OSSA RESIDAS
NE NOSTRO DOLEAT CONDITVS OFFICIO
GRAECA. SER. HIC SITA EST
VALE
IACCVS VIR. DD.

Inter Inſcriptiones, quas Cordubam in ſuam domum comportari juſſit Cl. vir Petrus de Villacevallos, quo nullus in Hiſpania diligentior eſt in hujusmodi monumentis colligendis, & cuſtodiendis, invenitur epigrammatis fragmentum, ſic ſe habens.

INSPICE. QVI. TRANS ...
VENATOR. STVDIO. MA....
LVCORVM. CVLTOR. E.....
IVNGERE. QVI. VALLIS....
ADQVE. NOVAS. SC.....

In *Torrecampo* oppido Regni Giennenſis, in jaſpide caeruleo hoc legitur epigramma ineditum.

CAESIA. T. F. CELSA
AN. LXV. H. S. E
QVOD. VOTO. PETIERE. SVIS. PLERVMQVE. PARENTES
CVNCTA. TIBI. DIGNAE. CAESIA. CONIICERVNT
LANIFICI. PRAECLARA. FIDES. PIETATIS ALVMNA
PRISCAE. PRAECIPVE. FAMA. PVDICITIAE.
TE. ROGO. PRAETERIENS. DICAS
S. T. T. L.
Q. Q. V. L. P. XII.

Extremum verſum ita ego interpretor: *Quoquo verſus latitudo pedum duodecim.*

Cartha-

Carthagine Nova apud Emmanuelem Martinez in vicinia Sancti Rochi prope portam Murciae, in cisterna.

SICINIA. Q. F. MATER

& haec altera Inscriptio metrica, etiam inedita, perperam descripta.

SICINIA. C. F. SECVNDA
FILIA CVM. MATRE. EST. HOSPES. SEI. FORTE. REQVIRIS
HEIC. SICA. QVAS. RAPIT. MORTIS. ACERBA. QVIS
SEDPRNS. ERIPVIT. MATRI. QVI. IN. OMNIA. POLLET
CRVDELIS. CASSIVS. FILIOLAM. E. MANIBVS. PAENE. IMMATVRA
MORTE. EREPTAM. SIBI. GNATAM. HEV. QVANTVM. MATER
IN. BICIOCIOST. NAM. POSTQVAM. ET. MONVMENTO. HOC. CONDE:
CORAVIT. GNATAM. PERLVCTVS. REDDIDIT. IPSA. ANIMAM.

Quam ego, quantum possum, ita restituere conor.

Filia cum matre est, hospes sei forte requiris,
Heic sita, quas rapuit mortis acerba dies.
Sed prius eripuit matri qui in omnia pollet
Crudelis casus Filiolam e manibus.
Paene immatura morte ereptam sibi gnatam
Heu quantum mater. . . . .
.. *Nam postquam & monumento hoc condecoravit*
Gnatam, per luctus reddidit ipsa animam.

Cum nuper Tarracone fossa fieret ad novae aulae capitularis fundamenta substruenda in Ecclesia Metropolitana, repertum fuit sepulcrum ita inscriptum.

D. M.
L. ALFIDIO VRBANO TRIB. MIL
LEG. VII. G. P. F. ANTONINIANAE
HOMINI IN VITA SVA OPTIMO
EX TESTAMENTO EIVSDEM
ARBITERIO CORNELI RVSTI
CL. SOCERI. VIVE LAETVS
QVIQVE VIVIS VITA PARVO MV
NVS EST. MOX EXORTA EST SEN
SIM VIGESCIT DEINDE. SEN
SIM DEFICIT.

C. Josephus Fineſtres, Juris Civilis Anteceſſor Cervarienſis emeritus, hanc Inſcriptionem ad me miſit his notis ſubjectis.

Arbiterio, pro *arbitrio*, ut ſaepe in Pandectis Florentinis, & D. Iſidori Etymol.

Quique vivis, pro *Quicumque vivis.*

Parvo munus eſt, *Parvo*, ſupple tempore, vel PARVO MUNUS. hoc eſt, *Parvom munus*, geminato M. nempe *parvom*, pro *parvum*.

Verſus ſunt trochaici, ſed male a quadratario inciſi. Ita legi debuiſſent.

> *Vive laetus, quique vivis,*
> *Vita parvo munus eſt,*
> *Mox orta ſenſim vigeſcit*, = vel potius, *Orta mox.*
> *Deinde ſenſim deficit.*

Huc uſque vir optimus & eruditiſſimus.

Quod vero attinet ad ea, quae a me debent expectari, de Antiquitatibus & Inſcriptionibus Hiſpalenſibus in unum colligendis & illuſtrandis, ita ut in animo habuerat Emanuel Martinus, exiſtimo ego Te uſum Oratorio artificio, ut me excites ad ea ſcribenda; quibus res Hiſpaniae ſatis obſcurae & involutae pro facultatibus meis explicentur. Si aliquis Tui ſimilis, cum vigebam ego aetate florenti, tam benigne de me ſenſiſſet, ſimiliterque me hortatus fuiſſet, & extra Hiſpaniam tunc habuiſſem tales amicos, quales nunc, litterarum & litteratorum fautores; proculdubio obſecundaſſem tam benevolae & honorificae ſuaſioni. Nunc vero candide exponam difficultatem parendi Tibi.

Ego ab initio juventutis meae mihi propoſui res Hiſpaniae illuſtrare. Ut melius id praeſtare poſſem, ſpatio quadraginta annorum abſque ullo duce ſumma diligentia conquiſivi, magniſque impenſis mihi comparavi optimos libros Hiſpanicos, quibus adjunxi mendaciorum praecipuos inventores, compoſitoreſque. Tempus a ſcientiarum, humaniorumque litterarum ſtudio, & a ſcriptione vacuum, impendi in eorum lectione, ſemper adnotans in adverſariis omnia ſcitu digna, ſive ea ad vocabulorum ſignificationes, eorumque uſum frequentem, aut rarum; ſive ad proverbia; ſive ad hiſtoriam, aut aliquam ſcientiam, aut artem pertinerent; adnotavique omnia, vel litterarum ordine ad memoriae ſubſidium, in variis indicibus Grammaticis, Rhetoricis, Adagiographis, Hiſtoricis, Moralibus, Legalibus, Politicis, Theologicis, Litterariis, Criticis, Miſcellaneis; ſive temporum ordine ſervato,

vato, in diversis libris Annalibus, Historicis, a Creatione Mundi, ab Urbe Condita, a Christo nato, & secundum alias Epochas. Scire fategi, quae Inscriptiones memorentur in Hispania fuisse, aut esse; ubi fuerint, aut sint; a quibus descriptae, & apud quos legi possunt. Earum autem descriptionem reservavi in tempus, in quo eas inter se conferre cogitabam, ut emendatiores ederem, separatis spuriis a legitimis.

Magnam habeo copiam Numismatum Hispanorum, Municipiorum, Coloniarum, priscorum incognitorumque characterum, quorum lectioni assequendae observationes cumulavi plusquam quingentas, quae si inter se conferantur, multa nova, scitu digna reperientur.

Omnia quae in scriptoribus antiquis de rebus Hispaniae sparsa legi, in adversaria retuli ordine litterarum, aut temporum. Omnia judicia, quae vidi, audivi, aut ipse feci de scriptoribus Hispanis, diligenter adnotavi, ut aliquando meam Bibliothecam Hispanam testimoniis criticis ornatam publice exhibeam.

Notas perpetuas ad Iohannis Marianae Historiam de Rebus Hispaniae viginti ab hinc annis, aut circiter, coepi scribere, & usque ad caput 14. Libri 1. elucubravi nonaginta sex animadversiones, quibus totidem Marianae errores data opera deteguntur, & confutantur. Similem suscepit laborem frater meus Iohannes Antonius, qui in eodem auctore complures errorum centurias animadvertit indicatis locis, unde argumenta debent desumi ad illorum confutationem.

Valentiae institui Academiam unice destinatam Hispaniae rebus illustrandis, non eo quidem animo, ut Academici aliquid laboris impenderent; sed ut levissime quisque contribueret, ut eorum omnium inpensis ederentur opera in Constitutionibus Academicis commemorata: quod proculdubio feliciter factum fuisset, ut fieri coepit, & in libellis, quos a me accipies, videbis, nisi invidia obstitisset, & discordia me absente Academicorum animos a tam utili consilio avertisset.

Detegendis Historiae Hispanicae erroribus ab hominibus pravissimi ingenii confictis insignem diligentiam adhibui. Videbar mihi operae pretium facturus, si ante omnia ederem maximorum hominum opera in eum finem scripta, ut eorum auctoritate praecedente legentium animos mihi conciliarem, aut minori odio expositus essem. Itaque vulgavi Nicolai Antonii Censuram Histioriarum fabulosarum, quam mea manu descripseram in Bibliotheca Regia, una cum Anti-Dextro, & Anti-Juliano, illius eruditissimi viri operibus maximis: promisique Censurae Continuationem, quam incredibili alacritate & facilitate, nec sine magna novitate elucubrabam. Sed cum paulo post sub praelo essent

essent Marchionis Mondexarensis Opera Chronologica; omnes spes meae conciderunt. Nam cum in Censura Nicolai Antonii de Laminis Granatensibus scripsissem, quae homo sani judicii, & Christianus, scribere debueram; eo praetextu Cardinalis Molina, qui summus Iustitiae Praefectus erat, Nicolai Antonii, & Marchionis Mondexarensis opera sequestrari jussit, & mihi eripi centum & septem volumina manuscripta, quorum maxima pars a me incredibiii labore exarata: quae omnia postea supremus Castellae Senatus sine ullis impensis mihi restitui jussit.

Quaeres igitur, quam ob caussam ad institutum non redeam. An existimas, Vir prudentissime, ignorantiam factam esse sapientem, & invidiam benevolam? Eaedem sunt, quae fuerunt. Nuper Theologaster edidit duodecim ineptissimas, & insulsissimas Epistolas, in quibus sapientissimorum virorum famam denigrare tentavit. Nam, ut alia omittam, Nicolaum Antonium, ut audacissime impium; Thomam Vincentium Toscam, ut periculosae doctrinae magistrum; Emmanuelem Martinum, ut Gentilem, censoria virgula notavit. Cum autem ego edidissem eorum opera; existimavi esse officii mei eorundem famam vindicare. Scripsi itaque Epistolam apologeticam ab omni malignitate alienissimam, & juventuti frugiferam. Et tamen Valentiae, ubi minime decebat, mihi denegata fuit facultas edendi eam, & summa injuria reprehensa est a quibusdam monachis ad id selectis. Sed cum a viris sapientissimis vehementer probaretur, timereturque, me Regii Auditorii auctoritatem invocaturum; post multas & graves altercationes concessa mihi fuit a Judice Ordinario Ecclesiastico edendi facultas; eodemque tempore clam Apologia delata fuit coram supremo Typographorum Iudice, qui cum caussam ad se pertraxisset, me extra Iudicium, quod sollemniter instituere nolui, audito, post longas moras, & quinque mensium sollicitam diligentiam aegerrime obtinui imprimendi veniam, & adhuc certo pro facultate edendi jam impressam Epistolam.

Veni igitur, eruditissime Petre Burmanne, & scribe; atque aude scripta Tua publici juris facere. Ego autem nihilominus officio meo non deero. Nam quae unâ viâ non potero, aliâ consequar. Necesse est Adolescentes optimis artibus instituere: patriam, & Latinam linguam docere illos: optimos scriptores illis designare, horum usum ostendere, veram veritatis agnoscendae & amplectendae methodum indicare, & facilem reddere. In his igitur totus sum: non sine invidia, sed cum minore consiliorum meorum impedimento. Adversaria

ria mea fortasse, Deo providente, aliquando aliis erunt utilia. Tu vero aliique Tui similes, qui suffragii habetis jus in Republica Litteraria, pergite, ut facitis, de me bene sentire, & dicere: nam ad bene de litteris, deque Hispaniae gloria merendum, mihi neque voluntas, neque facultas; sed opportunitas deest. Vos autem exteri, & vobiscum Hispani sapientissimi, testes mihi eritis justae meae excusationis, & animi mei semper promti ad litterarum studia provenda. Nemini enim, qui a me litterarum auxilium petierit, umquam defui. Si, cum eram juvenis, meae famae propagatores extra Hispaniam, quales nunc mihi sunt, habuissem; multa infecta fecissem; & quam plurima affecta perfecissem. Sed nunc senectus, licet, Deo favente, vivida, spem me vetat inchoare longam; tantumque finit cogitare de his, quae mentem non fatigent, & facile queant expediri. Et tamen (ut verum fatear) scribendi laborem numquam intermitto. At Tu, Vir eruditissime, qui supra invidiam es, perge scriptis tuis locupletare Rempublicam Litterariam: &, si Tibi placet, ad me mittito secundum Anthologiae tuae Tomum per Cl. Weltherum Reipublicae tuae Consulem Alicantii degentem, ut facilius tutiusque, quam primus, ad me perveniat. Et, si putas me in aliqua re Tibi morigerum esse posse, utere Tua libertate, ut amicitiae Tuae beneficio fructus percipiam dulcissimorum praeceptorum: Deusque Te diutissime incolumem servet, ut Rempublicam Litterariam scriptis tuis clarissimis illustrare pergas. Olivae die 24. Novembris an. 1760.



EPIGRAMMATA

A

JOSEPHO FINESTRESIO,

JURISCONSULTO BARCINONENSI,

Ad GREG. MAJANSIUM missa.

Tarracone Circus erat, cujus certa vestigia hodieque exstant, ex quibus ejusdem magnitudinem facile est deprehendere. Hinc praeter alias Inscriptiones, ad ludos Circenses pertinentes, gemina habuit epitaphia, carmine exarata, in laudem duorum Aurigarum, primum satis elegans, alterum inconcinnum.

Primum, quod exstabat in hortis Ant. Augustini, produxit Gruterus ex Schotti schedis *pag.* 340. *num.* 4. Jac. Gutherius *de Iure Man. Lib.* 2. *cap.* 36. & Petrus Pantoja *ad l. ult. Cod. de Aleator. vers. praeterea num.* 50. in Thesauro Jur. Ottoniano Tom. IV. colum. 1106.

D. (Hic statua hominis cum palma in sinistra.) M.
Euty cheti
Auri. ann. XXII.
Fl. Rufi nus, &
Semp. Diofanis servo B. M. F.

Hoc. rudis. aurigae. requiescunt. ossa. sepulchro.
Nec. tamen. ignari. flectere. lora. manu
Nam. qui. quadrijugos. auderem. scandere. currus
Et. tamen. a bijugis. non removerer. equis
Invidere. meis. annis. crudelia. fata
Fata. quibus. nequeas. opposuisse. manus
Nec. mihi. concessa. est. morituro. gloria. circi
Donaret. lacbrimas. ne. pia. turba. mihi

Usse-

Vssere. ardentes. intus. mea. viscera. morbi
Vincere. quos. medicae. non. potuere. manus
Sparge. precor. flores. supra. mea. busta. viator
Favisti. vivo. forsitam. (sic) *ipse. mihi.*

Alterum extra Tarraconem, via quae ducit ad D. Virginis miraculorum, exhibuit Ludovic. Pontius de Icart *de las granderas de Tarragona cap.* 27. atque ex Schotti, & Verderii schedis Gruterus *pag.* 339. *num.* 4. itemque *Ant. Muratorius* in suo Thesauro Inscriptionum.

D. M.

Factionis. Venetae. Fusco. sacravimus. aram.
De. nostro. certi. studiosi. &. bene. amantes
Vt. scirent. cuncti. monimentum. & pignus. amoris
Integra. fama. tibi. laudem. cursus. meruisti
Certasti. multis. nullum. pauper. timuisti
Invidiam. passus. semper. fortis. tacuisti
Pulchre. vixisti. * *facto. mortalis. obisti*
Quisquis. homo. es. quaeres. talem. subsiste. viator
Perlege. si. memor. es. si. nosti. quis. fuerit. vir
Fortunam. metuant. omnes. disces. tamen. unum
Fuscus. habet. titulos. mortis. habet. tumulum
Contegit. ossa. lapis. bene. habet. fortuna. † *valete*
Fundimus. § *insonti. lacrimas. nunc. vina. precamur*
Vt. jaceas. placide. nemo. tui. similis
ΤΟΥΣ ΣΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ ΑΙΩΝ ΛΑΛΗΣΕΙ.

Puer Tarracone supinus in saxo: ad ejus caput ramus unus florescens; ad pedes alter marcidus; ad latus sequens Inscriptio, quam ex Strada & Morali, qui alia subnectit, exhibet *Muratorius Tom.* IV. *pag.* 16. *num.* 10. cui tamen videtur seculi recentioris.

Aspice. quam. subito. marcet. quod. floruit. ante
Aspice. quam. subito. quod. stetit. ante. cadat
Nascentes. morimur. finisque. ab origine pendet.

. . . .

Sunt qui sequens epitaphium, quum ἀνέκδοτον existiment, Barcinone exsti-

* *fato* Murat. † *valebis* Murat. § *Fudimus* Murat.

exſtitiſſe affirmant, ſed, ut puto, ſola conjectura ducti, quod in eo dicatur, *Hic Athaulphe jaces.*

Bellipotens. valida. natus. de. gente. Gothorum
Hic. cum. ſex. natis. Rex. Athaülphe. jaces
Auſus. es. Hiſpanas. primus. deſcendere. in. oras,
Quem. comitabantur. millia. multa. virum.
Gens. tua. tum. natos. &. te invidioſa. peremit
Quem. poſt. complexa. eſt. Barcino. magna. parens.

In Athaulphi Regis memoriam Barcinone occiſi an. Xpti 416. vel 417. hoc carmen ſe luſiſſe ſcribit ſuppoſititius Dexter ſub finem ſui Chronici, hoc eſt anno 440. atque ita creditum a quibuſdam viris doctis, antequam fraus detegeretur. Certe hic hypobolimaeus Dexter non ille eſſe poteſt, quem laudat S. Hieronymus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi eum clarum apud ſeculum vocat. atque ad ſe omnimodam hiſtoriam texuiſſe tradit: ſiquidem hunc librum ſcribebat Hieronymus an. 392. atque ita ante annos ferme 50. quam Pſeudodexter Chronicon abſolviſſet, quum ageret, ceu ipſe teſtatur, annum aetatis ſuae 72. Accedit quod Hieronymi Dexter ab omnibus creditur fuiſſe Praefectus Praetorio anno ſaltem 395. ſub Arcadio & Honorio, quippe cujus mentio fit in inſcriptione L. 53. & 54. *Cod. Theod. de Curſ. publ. l.* 2. *cod. Theod. de Indulg. debit. l.* 5. *eod. cod. de Executoribus*, & aliis relatis a Jac. Gothofredo in *Proſopogr. Cod. Theodoſiani*, & Nic. Antonio *Bibl. vet. Hiſp. cap.* 8. n. 367. Quibus congruunt quae ipſe Hieronymus ſcribit in *Apolog. advers. Rufinum. Ante annos ferme decem cum Dexter amicus noſter, qui Praefecturam adminiſtravit Praetorij, me rogaſſet* &c. itemque Sophronius, qui in Graeca verſione Operis Hieronymiani de *Scriptor. Eccles.* eum vocat Ἔπαρχον πραιτορίῳ. Jam vero, quum, ſicut diximus, Dexter ille ficulneus, in extremo articulo ſui Chronici fateatur ſe aetatem 72. annorum attigiſſe; ſequitur eundem natum fuiſſe anno 368. factumque Praefectum Praetorio ante annum aetatis ſuae 24. quod nemo cordatus credet.

VIRO CELEBERRIMO

PETRO BVRMANNO
SECVNDO

S. P. D.

JOANNES SCHRADERVS.

Pergratae perque jucundae mihi literae tuae fuerunt, ex quibus intellexi, te propediem postremos Anthologiae Latinae libros esse editurum. Gratulor tibi, mi Burmanne, quod opus omnibus, qui cum Musis & Gratiis aliquod commercium habent, exspectatum conficere, & feliciter absolvere potuisti. Mallem tamen id in tempore nunciasses: nam libenter Animadversiones in Epitaphia, quas olim te desiderare significabas, misissem, ut eas Addendis intexeres. Nunc, quando id desideras, illico, licet magnis occupationibus distinear, hanc ad te Epistolam mitto, Conjecturarum Correctionumque plenam; quas praepropere partim describo, partim, lectione longo intervallo repetita, facio. Quod nisi ita festinares, uterer mea consuetudine, ut plerasque accuratius tractarem; de nonnullis autem fusius disputarem. Sed mihi majori curae est, quemadmodum tibi, vehementer urgenti, brevitatemque commendanti, morem geram, quam quemadmodum tenui gloriae serviam.

Ep. III. p. 2.

Quintilio *victus jacet hic* Aemilius *igne*,
Materiem fati cui dedit ater *amor*.

Ante multos annos emendabam,

Materiem fati cui dedit acer *amor*:

quod & *Heinsio* placuit; & hoc amplius,

Quinctiliae *victus jacet hic Aemilius igne*;

ut *Ovid*. Trist. II, 380.

Hospitis igne *duas incaluisse Deas.*

Vix autem carmen est dignum, quod emendetur: nam *Ferretius* in Musis Lapid. V, XXI. p. 333. inter *suppositicia* refert; inperitus autem metri scriptor ignoravit secundam nominis, *Aemilius*, syllabam naturâ brevem esse, & ab optimis

poëtis,

poëtis, ut *Horatio*, corripi. Sed errorum talium plena sunt haec Epitaphia, tamquam IX, LXVII, LXX. p. 50.

His jacet exanimis tumulis Aelĭa *Sabina*;

[sic legendum pro, Hic —] cx. p. 74.

Hic Phocăeensium *civis in patrio solo.*

CXIII. p. 82.

Invida Dŏmitium *fata tulere sibi.*

CXXIX. p. 84.

Rufinus! prior & Rŭfinilla dehinc.

CXXXI. p. 86.

Haec Theodŏtc *habuit nomen.*

pro quo *Fleetwoodus* dedit, *Theodorae.* CXLVI. p. 102.

Hic Prŏbina *jacet.*
Quid Prŏbina *tibi fecundae viscera prosunt?*

CCCXLI. p. 251.

Dĕcimus *a prima sectatus castra juventa.*

Errores autem tales plerumque clara dant indicia seculorum, quibus scripta sunt; interdum fraudis auctorum novorum.

Ep. IX. p. 4. APICII.

Qui patrias consumsit opes, ventrique dicavit,
Hic situs, ignavae gloria prima gulae.
Quique sibi jugulum secuit, *ne paupere mensa*
Factus inops tristes duceret inde dies.
Sparge mero, dapibusque igitur, non thure sepulcrum,
Hoc Apici *redeat priscus in ossa calor.*

Fabrettus Inscript. cap. x. p. 752: „ Fictam inscriptionem hanc suspicatur idem „ Auctor, ex quo eam desumsi, adjuvatque candem suspicionem *Martialis* traditio, „ qui Epigr. XXII. Lib. III. *veneni potione* exstinctum dicit. „ Ego non dubito, quin carmen a nebulone, veteris historiae, & poëseos inperito, fictum sit. *Apicius* enim veneno vitam finivit teste *Seneca* Conf. ad *Helv.* cap. x. secunda autem nominis syllaba semper ab *Juvenale* & *Martiale* producitur. Itaque non curo, *Bonadam*, metri securum, pro nugis propugnare Vol. II. p. 534.

Ep. XIII. 35. p. 12.

Si libeat ———
Et velare comam palmite, Liber eris.
Pascere si crinem, ——
Arcum cum pharetra sumere, Phoebus eris.
Indueris teretes manicas, Phrygiu. . . . .
Non unus Cybeles pectore vivet A. . . .

Prae-

Praecedentia, *Liber eris*, *Phoebus eris*, requirunt,

Non unus Cybeles pectore vivet Atys.

Rectius tamen poëta scripsisset:

Non unus Cybeles pectore vivet amor;

ut p. 102.

Cum tuus in nostro pectore vivat amor.

Juvenis enim, quem Cybele dilexit, non *Atys*, priore syllaba brevi, sed *Attis*, *Attin*, Ἄττης a Latinis & Graecis vocatur; ut firmis argumentis probavimus Obscrv. I, v. p. 57. Nec aliter nominatur Anthol. Tom. I. p. 33.

Attin *castratum subito praedicere solem.*

& Tom. II. p. 150.

Tu Dindymenes, Atteosque *antistitem.*

Quis autem credat antiquum poëtam tam turpiter errasse? Ne multis; carmen a novo, quem vitiosa nominis scriptura deceperat, suppositum videtur. Quaedam sane in eo deprehenduntur affectata; quaedam ab emendata scribendi consuetudine penitus aliena; quaedam vix ferenda. Quid? quod nemo ex editoribus lapidem vidit. Apud *Gruterum* quidem Inscript. p. MCXXIII. 7. legitur exstare „ Romae in palatio Dn. Eitelfrederici Comitis de Zolleren;" at subjicitur: „ Gruterus ex autographo D. Comitis:" ut apud *Fabrettum*, qui post eum dedit, Inscript. cap. III. p. 234. „ Dicitur extare apud Panizzas.„

Ep. xv. p. 15.

Claudius hunc vivus Stygias Rufinus ad umbras
Instituit *titulum post animae requiem.*
Qui testis vitae fati sit lege futurus,
Cum domus accipiet saxea corpus hebes.
Quodque meam retinet vocem data litera saxo,
Voce tua vivet, *quisque* leget *titulum.*

Corrigimus: *Institui*; &,

Voce tua vivet, *quisque* leges *titulum*;

quae non egent argumentatione.

Ep. xvi, 6. p. 16.

Credis? sunt Pythio *vera magis tripode.*

Auctor novi carminis syllabarum modos ignoravit; aut, veterum consuetudine neglecta, *Pythius*, bisyllabum fecit.

Ep. xvii. p. 17.

Sponte fui pauper tam re, *quam nomine*, *Felix:*
Quaesivi nomen: *quaerat avarus opes.*

Congruentius videtur:

Quaeſivi numen.

Aſſentior autem *Muratorio*, qui Tom. III. p. 1806. n. 4. „ recentiorum ſeculorum fetum ſuſpicatur.„

Ep. XVIII. p. 16.

Si qua tamen Marii *nomen, genus eſſe* Catonis
Fama ſit, hoc unum, quod ſciat, hoſpes habet.

Suſpicor ſcriptum fuiſſe, *Marci;* carmen autem recens eſſe.

Ep. XIX, 2.

Plus reliqui *huic, mors quam vita datura fuit.*

Dudum vidi nihil eſſe mutandum.

Ep. XX, 24. p. 19.

Qui tumulum *legitis cum pietate meum.*

Titulum quoque *Theodorus van Kooten*, eruditus juvenis, mecum corrigebat, in Specim. Emend. p. 5.

Ep. XXII. p. 21.

Huc reduces olim poſt tempora longa reverſas
Senſerat ire Aquilas Legio Undevigeſima, *cujus*
Haec veterum manes caſtrorum hiberna tuentur.

Notae leges carminis, in una voce, *undĕvīgeſima*, bis turpiter neglectae, nebulonis, qui popularibus inponere voluit, fraudem patefaciunt.

Ep. XXIII. p. 22.

Qui dolet interitum, mentem ſoletur amore.

Forte fuit, *honore.* Eo ducunt,

poſt fata ſuperſtes
Fama viget: periit corpus, ſed nomen in ore eſt
——— ——— *fama eſt, quae neſcit obire.*
Vivit, laudatur, legitur, celebratur, amatur:

unde transferri potuit.

Ep. XXIV. p. 23.

Nullius thalamos turbavi, *nemo queretur.*
Malim, ——————— *turpavi.*

Ep. XXVII. p. 24.

Deſine, me ſoror jam flere ſepultum:
Hoc etiam *multis regibus hora tulit.*

ex *Ficoronio* profers, *Hoc* & enim. Quapropter fuiſſe videtur,

Hoc etenim *multis regibus hora tulit:*

ut

ut in Epitaphio, quod apud *Muratorium* legi notas,

Desine jam, mater, lacrymis renovare querelas:
Namque *dolor talis non nunc tibi contigit uni.*

Ep. XXXI. p. 28.

Vester ego, Insubres, jaceo hic sub marmore, vester
Laevinus, Lyciae *gloria gentis eram.*

Forte, ——— Latiae *gloria gentis eram;*

ut Ep. XXIII, 6.

Cui Latiae gentis *nomen, patriaeque Sabinus.*

Ep. XXXIV. p. 30.

Telephus hac sede jucunda Potiusque *quiescent,*
Debita cum Fatis venerit hora tribus.

ita *Ferretius* p. 73. & *Fleetwoodus* p. 331. edidere; *Maffejus* autem Muf. Veron. p. 170. Pothusque *quiescent*, adjiciens: „ *Jucunda sede* scripsisset hujus auctor tetrastichi, prosodia constabat, attamen neglexit.„ Elegantius vero fuisset:

Telephus hac positus jucunda sede quiescet:

quod & verbis subscriptis congrueret: *Telephus sevir sibi & suis.* Si tamen constaret in lapide exaratum esse,

TELEPHVS HAC SEDE IVCVNDA POTHVSQVE QVIESCENT,

legerem:

Telephus hac sede Jucunda Pothus*que quiescent.*

Jucunda quidem, & *Pothus* in Inscriptionibus saepe memorantur.

Ep. XXXV. p. 30.

Majansius Ep. I. p. 41. hujusmodi quisquilias flocci se facere declarans fictum credidisse videtur.

Ep. XXXIX. p. 37.

Ossa relata domum, cinis *hic adoperta* quiescit.

Maffejus in Muf. Veron. p. 171. „ Multa heic insueta occurrunt. — cineris distinctio ab ossibus & separatio." Poëtae sane, ne nunc alios commemorem, conjungunt, ut *Ausonius* Epitaph. XXXVIII. *Virgilius* Aen. V, 55. *Ovidius* Metam. VII, 521.

Ossa cinis*que jacent, memori quos mente requiris.*

& auctor Ep. XC. p. 60.

Pomptillae cineres ossa*que parva tegit.*

His itaque congruentius foret,

Ossa relata domum cinere *hic adoperta* quiescunt;

ut Ep. CXXXII. p. 86.

Usta cinis *proprio* contegat ossa *solo.*

Ep. XL. p. 32.

Hic situs ille ego sum merulator Publius ipse,
Qui *vocitatus eram Baebius cognomine patris.*

Distinguendum videtur, & scribendum:

Hic situs ille ego sum merulator Publius, ipso
Qui *vocitatus eram Baebius cognomine patris.*

Ep. XLV. p. 34.

Hic Chiae cubat amphorae maritus,
Metius Fuffetius Corelianus.

Novitatem redolet.

Ep. LIII. p. 38.

Haec fuit eximia specie, miroque decore,
Membraque erant *vere corpore digna suo.*

Accipio, quod *Gudius*, & *Muratorius* offerunt,

Mens inerat *vere corpore digna suo.*

Ep. LXVI. p. 47.

Bassa vatis quae Laberî *conjuga hoc alto sinu* cet.

Praestaret, *Laberii.* Secunda quidem nominis syllaba non tantum corripitur ab *Horatio*; sed & in hoc carmine:

Hic corpus vatis Laberî: *nam spiritus ivit.*

ibid. p. 48.

Inde oro gramenve *novum*, *vel flos oriatur.*

Immo *germen.* Idem error permansit in Ep. CVI. p. 72.

Nascentur tumulo formae, *nova messis*, *honores*,
Et lepor, & *suavis* gramina *nequitiae.*

nam poëta scripserat, *germina*; sicut v. 1.

Si fructus proprio subdit de germine *tellus.*

Nec aliter *Schradaeus* edidit in Monum. Ital. p. 146. b.

Ep. LXVII. p. 49.

Quid lacrymis opus est, Rusticelli, *carissime coniux*,
Exstinctos cineres sollicitare meos?

Bonada Tom. II. p. 381. „ Si dicas *carissime Rustiecelli*, sculptorem emendabis.„ Sed non cogitabat secundam syllabam nominis, *Rusticelli*, naturâ corripi.

Ep.

Ep. LXXI. p. 50.

O quanta pietas fuit hac adolescentia:
Fides, amor, sensus, pudor, atque sanctitas!
Noli dolere, amica, eventum meum:
Properavit aetas: hoc dedit fatum mihi.

Hi versus distingui & separari debent: etenim duobus posterioribus adolescentula dolentem solatur. Primum sic conplures exhibent:

O quanta pietas fuerat in hac adolescentula!

Sed metri lex postulabat:

O quanta pietas fuit in adolescentula!

Ep. LXXII. p. 50.

Hic jacet in medio quae concidit Angela *partu.*

Et mihi vel ob *Angelae* nomen vehementer est suspectum.

Ep. LXXIII. p. 51.

Lux, fatum, fetus, proles geminantur, & ante
Quam pariam, pereo, reddita *utrumque fero.*

Melius intelligerem, perdita *utrumque fero.*

Ep. LXXVI. p. 52.

Pleraque hujus generis carmina, quae, tamquam ex Italia sibi missa forent, Angli nuper credulis venditarunt, ab hominibus versutis & callidis videntur esse ficta. Quo similiora autem sunt antiquis, hoc suspectiora; velut hoc:

Et lac, & vini pateras, & liquida *mella* cet.

quo scriptor eruditulus similitudinem ducere voluit e *Lucretio*, qui primam syllabam vocis, *liquidus*, porrigere solet.

Ep. LXXVII. p. 25. LVCRETIAE.

Schradaeus in Monum. Ital. p. 156. a, versus distinctos exhibet hoc pacto:

LVCRETIAE MAFFAEAE.

Si cineres vitae specimen post fata reservent,
Hic proprio nulli cedet honore cinis.

MAFFAEORVM GEMELL.

Una dies cet.

Nec aliter exhibentur in tuo codice MS. Quare dubitandum non videtur, quin duo sint epitaphia recentissima.

Ep. LXXVIII. p. 52.

Levitae coniux Petronia, forma *pudoris.*

Olim corrigere gestiebam: fama *pudoris:* nam favere videbantur *Propertius* I, XV, 21.

Con-

Conjugis Euadne miferos elata per ignes
Occidit, *Argivae* fama pudicitiae.

& Auctor epigrammatis, quod *Majanfius* edidit Epift. II. p. 45.

pietatis alumna,
Prifcae praecipue fama pudicitiae.

fed inpetum corrigendi deinceps repreffere vetus interpres facrorum librorum, qui ter quaterque *formam* vocat, exemplum, quod ad imitationem proponitur, & *Ennodius* Epigr. 79.

Forma pudicitiae *juvenis fectanda Veneri*
Venit.

& 17.

ecce fenator adeft.
Ingenium velox, *fermonis cura rotundi*,
Virtutum pretium, forma pudicitiae:

quae loca non videntur effe tentanda.

Ep. LXXIX. p. 53.

Thallufa

N. Heinfius conabatur emendare, *Thalufia:* fed infeliciter. Ut a Κρέω, Κρέων, Κρεοῦσα, *Creufa*; a Μέδω, Μέδων, Μεδοῦσα, *Medufa*; a Φαέθω, Φαέθων, Φαεθοῦσα, *Phaëthufa*; a Τελέθω, Τελέθων, Τελεθοῦσα, *Telethufa*; fic a Θάλλω, fit Θάλλων, Θαλλοῦσα, *Thallufa*. Hujus autem formae nomina frequenter in Infcriptionibus occurrunt, ut *Anthufa*, *Philufa*, *Sympherufa*.

Ep. LXXXIV. p. 58.

Cervia, *quae fidei vexit fundamina feclo*,
Terdenos aevo *binos quater* attulit *annos*,
Laeta, *dolique expers*, *culpa procul*, inpigra, *honefta*,
Aftrigeram fecat alma *viam*, *coeloque recepta*
Hic vitae metas, *&* *inania membra reliquit*.

Heinfius e diverfis lectionibus v. c. *Moroni*, quae prodigialiter variant, emendandum putabat: *vixi*; *fcandi*; *reliqui:* fed emendationibus repugnat vox, *attulit*. Mihi corrigendum videbatur:

Terdenis aevi *binos quater* addidit *annos*,
Laeta, *dolique expers*, *culpa procul*, integra, *honefta*.

Poftremae conjecturae favet fcriptura v. c. *Moroni*, *infons;* & confuetudo librariorum vocabula permutantium. v. Interpr. *Gratii* v. 333. Nec deterius effet, *Aftrigeram fecat* alta *viam*.

Ep. LXXXV. p. 58.

Felix Polia, *quae fepulta vivis*,
Charo Marte Polyphilus *quiefcens*,
Jam fecit vigilare te fopitam.

Recte

Recte notas: „ *Polyphilus* peccat in metrum." non minus tamen peccatum est in voce *sopitam*. Sed inscriptio commenticia est. Vix autem dubito, quin auctor sit *Franciscus Columna*, qui multas hujus generis in *Hypnerotomachia Poliphili* finxit: de quo libro *Moneta* diligenter exposuit *Menag.* Tom. IV. p. 248-266.

Ep. LXXXIX. p. 59. APVSVLENA GERIA VIX ANN. XXV.

Quod quisque vestrum optaverit * mihi,
Eveniat illi semper vivo & mortuo.

In v. c. *Moroni* legitur:

Quod quisque vestrum mortuo optavit *mihi*, cet.

ut in Inscriptione alia, quam protulisti:

Quod quisque vestrûm mortuo optârit *mihi*,
Id illi eveniat semper vivo & mortuo.

Fidenter itaque corrigo:

Quod quisque vestrûm mortuae optârit *mihi*, cet.

mulier enim loquitur.

Ep. xc. p. 60.

Urbis alumna graves casus huc usque secuta
Conjugis infelix *Atilia cura Philippi.*

sic dedit *Bonada* Vol. II. p. 133. sed *Muratorius*, de cujus opere sumsit, Tom. III. p. 1638. 4. dederat:

Conjugis infelicis *Atilia cura Philippi.*

quod restituendum puto. Nam prima syllaba nominis *Atilius* corripitur. *Martialis* IX, LXXXVI, 1.

Languidior noster si quando est Paullus, Atilî.

& antiquus poëta Anthol. Lat. Tom. I. p. 431.

Sed, o superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium.

ib. p. 61.

Unum & viginti bis *juncti viximus annos.*

Praestaret, ——— ——— vix ——— ——— ———

ibid.

Languentem tristis dum flet Pomptilla maritum,
Voluit *pro vita Conjugis ipsa mori.*

Transponendum putas, *Pro vita voluit;* ut ante,

Proque viro fama est me voluisse mori.

Malim tamen corrigere:

Vovit *pro vita Conjugis ipsa mori.*

Hoc enim probant & firmant praecedentia:

Pro cujus vita vitam penſare precanti
Indulſere Dei;

atque adeo ſubſequentia:

Protinus in placidam delabi viſa quietem
Occidit. o celeres in mala vota *Dei!*
Has audire preces, *vitam* ſervare *marito*,
Ut pereat vita dulcior illa mihi

quo modo recte *Muratorius* edidit: quod *Bonadae* negligentia mutavit in *audite*.

Ep. xciv. p. *65*.

Dum ſis in vita, dolor eſt amittere vitam.
Dum *ſemel* occidimus, omnia deſpicias.

Repono: Cum *ſemel* occideris: ut, *Dum ſis*; *deſpicias*; *Si habeas*; *dum vivis*. *Occidimus* petitum videtur e praecedente, *Occidimus*. Eſt autem de *Horatio* ſumtum. Carm. IV. vii, 21.

Cum ſemel occideris, *& de te ſplendida Minos*
Fecerit arbitria, cet.

Ep. xcv. p. *65*.

Luderet in viridi dum ceſpite Lydius infans cet.

Recens eſt carmen, quod habetur in Poëmatibus *Baſilii Zanchii* Lib. VII. p. 232. ed. Baſil. a. 1553. novae p. 181. In quibusdam ſimilitudo ducta eſt e Carmine xcii.

Thrax puer adſtricto glacie dum luderet Hebro cet.

quod & ipſum recens videtur.

Ep. xcvii. p. *66*.

Funere non aequo puer immaturus obivi,
Marmoreis*que meis hic jaceo tumulis.*

Fabricius edidit *Marmoreus*: at *marmoreos tumulos Varro* tuetur Anthol. Tom. I. p. 205.

Marmoreo *Licinus* tumulo *jacet; at Cato parvo.*
Saxa *premunt Licinum.*

Alia teſtimonia, atque argumenta nunc omitto.

Ep. xcviii. p. *67*.

Fortuna invifa eſt, ſpes & fruſtrata jacentem.

Corrigo:

Fortuna invidit,

Infra p. 111.

Perſephone votis invidit *pallida noſtris*.

p. 249.

Invidere *meis annis crudelia Fata*.

Ovi-

Ovidius Pont. II, VIII, 59.

Quod quoniam nobis invidit *inutile Fatum.*

Virgilius Aen. XI, 42.

Tene. inquit, miserande puer, cum laeta veniret,
Invidit Fortuna *mihi?*

Ep. XCIX. p. 68. QVINTERINI PVERI TVMVLVS.

Me longe effigie venustiorem
Narcissi vel Apollinis comati
Parcarum Lachesis soror severa
Isti Quinterinum dedit sepulcro.
Cum tanti fuerim puer decoris?
Haec tellus nimis arida est, viator,
Nostri facta perustione amoris.
Nam terram quoque laesimus decore.
Quod si lacrymulis tuis madescet,
Forsan flos novus ibit e sepulcro.

Ornatissimum carmen turpat, atque obscurat hic versus inter quartum quintumque omissus,

Cur non flosculus exeat requiris,
Cum tanti fuerim puer decoris?

Invenitur autem in *Sweertii* Selectis Christ. Orb. Delic. p. 315. qui „ Tergestae in Istrio" scribit exstare, & *Cottae* Carminibus; in quibus *Epitaphium* totum legitur. Dedi vero,

Cur non flosculus exeat *requiris?*

pro, *exeam;* quod ipsa res postulat, & versus ultimus,

Quod si lacrymulis tuis madescet,
Forsan flos novus ibit *e sepulcro.*

Nomen itidem, *Quinterinum*, v. 5. suspectum est, propterea quod *Aquilinus*, *Censorinus*, *Marcellinus*, *Messallinus*, similiaque. syllaba, quae postremae proxima est, longa dicuntur. Et liber quidem *Buckelii* MS. & *Sweertius* offerunt, *Quinterinem*; verius autem videtur, *Quinterium;* quod in *Cottae* Carminibus exhibetur. Nec dubito quin recens sit carmen a *Cotta* scriptum in *Joannem Quinterium* Laudensem, cujus adolescentis pulchritudo celebrabatur.

Ep. C. p. 73.

Una juventutis *domus haec produxit alumnos.*

Jure & merito praefers:

Una Iuvaviae *domus haec produxit alumnos.*

Sed tamen pene ultima syllaba, vocis, *Juvavia*, quae natura porrigitur, repugnat; quod sentientes nonnulli, *Juvaneiae*, dederunt. Ego vero viam, quam mon-

monstrabas, ingressus veram lectionem feliciter inveni:

Una Juvavonis *domus haec produxit alumnos:*

nam *Juvavia Juvavonis* etiam nomine vocabatur, ex gr. in versibus, quos ipse profers ex Analectis *Mabillonii* p. 347.

Hic locus, ut fertur, quondam Juvavo *vocatus;*

& p. 346.

Dicta Juvavo *fuit quondam metropolis ista.*

Juvavonis itidem propius accedit ad *juventutis, juventatis*, quam *Juvaniae*.

Ep. CII. p. 71.

Parcae nam *impubem quem rapuere mihi.*

Lege: tam *inpubem*.

Ep. CVIII. p. 73.

Sic tibi praeterito redeat felicior annus,
Caper, *& ex facili vita regatur ope.*

Nunc amplius de vera lectione deliberandum censeo.

Ep. CX. p. 74.

Speciem obtinentem moribus cum vinceret.
Hic Phocaensium *civis* patrio in *solo*,
Nunc Italorum Ditis intra terminos.
Nomen tenebit *Isidis nati puer.*

Senarii lex requirit:

civis in patrio *solo*.

Lubenter itaque accipio, quod *Cyriacus, Reinesius, Muratorius*, aliique nobis offerunt. Sed hoc amplius requirere videtur:

Hic Phocaeensium *civis* in patrio *solo:*

ut secunda syllaba vocis, *Phocaea*, corripiatur; Incolae quidem *Phocaeae* vocantur *Phocaeenses*, non autem *Phocaenses*. Erunt etiam forte, qui requiri putent:

Nomen tenebat *Isidis nati puer.*

Ep. CXI. p. 75.

Vervex, & pueri puer unus, sponsa, maritus,
Cultello, lympha, fune, dolore cadunt.
Esse putas marmor, latet hic cum Castore Pollux,
Munus olorino de Jove Leda dedit.

Duo sunt carmina inter se maxime diversa.

Ep. CXIII. p. 75.

In Alexandrum Novoleriae Comitem, cui congruit, scriptum esse *Schradaeus* indicat Monum. Ital. p. 230. *a*. Est itaque recens, aeque ut praecedens Epitaphium.

Ep.

Ep. CXIV. p. 75.

Qui sunt hi gemitus? Charitum. quae pompa? Camillae.
Unde odor hic? cineri tura ministrat Amor.
Unde pyra? ex pharetra. quisve ardet in igne? Lepores.
Quaeve est inlacrimans? quae legit ossa? Venus.

vehementer mihi displicent:

quisve ardet in igne? Lepores.
Quaeve est inlacrimans? quae legit ossa? Venus.

Valde autem mihi arrident haec *Sannazarii* lib. I. Ep. 42.

Unde pyra? ex pharetra. quinam struxere? Lepores.
Ast haec illacrimans quae legit ossa? Venus.

Recens vero carmen est in Camillam; quo nomine non una mulier in Italia fuit, ab aequalibus poëtis cantata. Nam *J. A. Flaminius* Carm. p. 453. Camillam Veneream laudat; *J. C. Scaliger* in Delic. Poët. Ital. P. II. p. 816. & *Sannazarius* Epigr. II, 60. Camillam Scalampam Mediolanensem; quibus alias addere non necesse est.

Ep. CXVI. p. 76.

Heus tu, qui transis secura mente, viator,
Siste gradum, hoc *tumulo verba notata lege.*

corrigere tentabam,

Siste gradum, ac *tumulo verba notata lege.*

sed nunc in tempore video solum *Bonadam* negligenter dedisse: *S. g.* hoc *t. v. n. l.* nam *Ferretius*, *Muratorius*, unde sumsit, & *Fleetwoodus* dederant:

Siste gradum hoc tumulo & *verba notata lege.*

Ep. CXIX. p. 79.

Nec thalamis longinqua soror trieteride quinta
Taenarias *crudo funere vidit* aquas.

Aut scriptor erravit; aut dedit,

Tartareas *crudo funere vidit aquas.*

Etenim boni poëtae *Taenarius*, pro *Tartareus*, & *Taenara*, pro *Tartaro*, non ponunt. In alia quidem discedunt *Barthius*, *Heinsius*, & *Fleetwoodus* p. 472. sed falluntur. *Horatii* enim, *Nasonis*, *Claudiani*, *Boëthii*, & praesertim *Senecae* loca, quibus haec sententia probari videtur, partim a librariis, partim ab *Heinsio* depravata sunt. Sed haec brevi nequeunt expediri.

Ep. CXX. p. 80.

Nomine *Acilianus*, *quo nomine nunc soror orba* est.
Vivat, & *a fatis sit procul usque meis.*

ſcripſiſſem:

Nomen Acilianus, quo nomine nunc foror orba
Vivat, & a fatis ſit procul uſque meis.

v. Interpr. *Auſon.* p. 297. & *Virg.* ad Aen. III, 614.

Ep. CXXVIII. p. 84.

Hac Corale *caſta condita ſede jacet.*

Nomen *Crocale*, quod apud *Muratorium* Tom. III. p. 1664. 13. legitur, notius eſt ex Inſcript. Gruter. p. 1046. 4. *Murat.* T. III. p. 1589. 10. & *Ovidio* Metam. III. 169. ubi vid. *Burm.*

Ep. CXXXI. p. 86.

O quam longinquae fuerat digniſſima vitae,
Heu cujus vivit nunc ſine fine dolor.

Fuiſſe videtur, *Haec cujus* &c. ut v. 2.

Unius huic *luſtri vix fuit acta dies.*

Ep. CXXXII. p. 86.

Mortua cum fueris, *fati quod lege neceſſe eſt,*
Uſta cinis proprio contegat oſſa ſolo.
Socratam cunctis ſedem ne laede, viator.

Requiri putem, *Mortua cum* fuerim.

Ep. CXXXIV. p. 87.

Deiphobe jacet hic, prima intercepta juventa,
Et ſecli & ſexus gloria rara fui:
Quae, dum vita fuit, Superos ipſumque Tonantem
Torſerat, inferno nunc movet arma Jovi.

An carmen, ex unius *Schradaei* Monum. Ital. p. 187. *a.* ſumtum, ſit antiquum, dubito.

Ep. CXXXVI. p. 88.

Hinc moeſtus pater eſt, aviae matrique perennis
. . . . . . heu facinus!

Legendum eſt: ——— ——— ——— *aviae matrique perennis*
Hinc *dolor.*

ut, Hinc *moeſtus pater eſt.*

Ep. CXL. p. 89.

Sors *tibi ſub teneris, Argentea, contigit annis,*
Cujus Fauſta *patrum ſecula nomen erant.*

Emendo:

Mors ——— ——— ——— ——— ———
Cujus fauſta *patrum ſecula nomen erant.*

ut

ut v. ult.

Et gemmam in fructu mors inimica tulit.

fausta etiam *Fleetwoodus* exhibet.

ibid.

Nomen dulce matris, *solumque Argentea pignus,*
Heu mihi, quam subito funere rapta jaces!

Erratum turpe sic corrigendum;

Nomen dulce patri.

ibid.

Vernantes calidum *decoxit frigore flores,*
Et gemmam in fructu mors inimica tulit.

Forte melius foret,

——— gelido *decoxit frigore flores.*

Mors quidem *frigida* vocatur, *calidus* item & *gelidus* saepe permutantur:

Ep. CXLII. p. 92.

Cui formam Paphie, *Charites tribuere decorem.*

Vavassor de Vi & Usu Q. V. p. 154: „ *Paphie* pro Venere nusquam exstat. — Nam quod legimus — versum hunc,

Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,

id forsan fuerit satis argumenti nobis, ut suspicemur ab antiquis epigramma non profectum. Certe non ulli dubium, quin *Paphie* vocabulum aut sit propter vetustatem obsoletum prorsus, aut in morem novissime inductum. „ Sed omnem tollit suspicionem inscriptio: ATIMETVS. PAMPHILI. TI. CAESARIS A. L. L. ANTHEROTIANVS; tollunt itidem *Martialis*, *Statius*, atque adeo *Severus* in Aetna, qui vocabulo sunt usi. vid. Observ. meas p. 13, 14.

Ep. CXLIX. p. 107.

Cujus fatales pensare optaverat horas
Ponticus.

Accipio, quod dant *Fabrettus*, & *Gudius*,

fatales pensare optaverat annos.

Horae loco non congruunt.

Ep. CLIX. p. 116.

Te, Tellus, sanctosque precor pro conjuge manes,
Vos ite *o placidi, tu levis ossa tegas.*

Bonifacius exhibet, *Vos* sitis *placidi*; sed omnes fere libri: *Vos* ite *placidi*, scribendum tamen, este *o placidi*. Notum *Maronis* illud Aen. XII. 646.

Vos, o *mihi* manes
Este *boni.*

Ep.

Ep. CLXI. p. 117.

Feido feida viro veixſit ſtudio parili, quin
Nulla in avaritie *ceſſit ab officio.*

Fidenter emendo:

Nulla in amaritie *ceſſit ab officio.*

Nullus hic *avaritiae* locus eſt. *Amarities* occurrit apud *Catullum* LXIX, 18.

Quae dulcem curis miſcet amaritiem.

Hunc autem pariter imitatur v. 2.

Conjunx una meo perdite amata *animo:*

ſic enim favente Critica' corrigebas, congruenter *Catullo* CII, 3.

Non potui, nec, ſi poſſem, tam perdite amarem;

& XLV, 3.

Ni te perdite amem:

Cujus loci memor eandem correctionem feceram. Accedit, quod hujus & ſequentis epitaphii conditor vocabulis & loquendi generibus, antiquorum poëtarum propriis, valde delectatus videtur, ut, *ſupera*, quod a *Lucretio* frequentatur; *necis potiri*, quod apud eundem reperitur IV, 776.

Nec diſſentit eum mortis, letique potitum.

&, *nominitata*; quo ſaepe gaudet uti.

Ep CLXVII. p. 121.

An antiquum ſit, dubito. Sed ne cogar hoc identidem monere, ſemel dico, pariter in ſuſpicionem novitatis mihi veniſſe CLXXIV. p. 127. CLXXXVII, p. 138. CXC. p. 141. CCXLIV. p. 183. CCLVIII. p. 196. CCLXII. p. 199. CCLXXX. p. 217. CCCXLII. p. 252. CCCXLIX. p. 261. CCCC. p. 291. CCCCI. CCCCIII. p. 293. cet.

Ep. CLXXII. p. 126.

Praeſtat:

Et comes in lacrymas *veniet pro conjuge Siren*,
Semper & Halcyone *flebit te voce ſuprema.*

Ep. CLXXV. p. 128.

Dulcis, caſta, viro *reverens.*

Lege viri *reverens;* ut *Auſon.* Parent. VIII, 16.

Quam reverens natae, *quamque* tui *maneam.*

Conf. *Heinſ.* ad *Ovid.* Metam. I, 323.

Ep. CLXXVIII. p. 129.

Placatos merui per te magis, omnis ut aetas
Sanguine me junctam crederet eſſe ſibi.

Exaratum videtur, *tibi.*

Ep.

Ep. CXCIV. p. 144.

Quid lacrymas? factum eſt. *vir bone, vive, vale*

Melius erit: *actum eſt*; ut p. 213.

Actum eſt. *exceſſi ſpes, & Fortuna, valete.*

ubi te pariter emendere video. Sed Ep. ſequente lectio libri MS recipienda videtur: *Conjugis ad natum cum bene* ductus *amor.*

Ep. CXCVIII. p. 147.

.... *inter nos ſemper fuit*, & tamen eſt nunc,
... *m ſub terris ſum reſoluta cinis.*

Non dubito, quin ſcriptum fuerit: —— eſt etiam *nunc*. ſunt autem duo primi verſus jambici ſenarii: Ep. vero CC. pro, *grato* reponi debet, *gratus*.

Ep. CCI. p. 150.

Nam te marito cur *placere non queam?*

Forte: cui *placere non queam?*

Ep. CCVIII. p. 157.

Quae ſuboles olim ſervavit *tempore longo.*
Repone, —— —— ſervabit —— ——

Ep. CCIX. p. 158.

Ne ſit mirum, quod comis, quod dulcis, amoenus
In vita fuerit, nomine Floris *erat.*

E praecedente diſticho conficitur fuiſſe: *nomine* floris *erat:*

Ep. CCX. p. 159.

Sanguine, fortunis, anima *formi* ....

Et hic, & p. 120.

Dulcis nomine erat, anima *quoque dulcior uſque.*

Corrigendum eſt, *animo*.

Ep. CCXIV. p. 160.

Majanſius Epiſt. p. X. fictum putat.

Ep. CCXVII. p. 162.

ſcribendum: —— *cui* Tertia *conjux.*

Ep. CCXXIV. p. 169.

Major enim *longa veniens de ſtirpe Senator*
Auxiſti mentes nobilitate genus.
Judicis imperium ſervans bonitate magiſtra
Cum *tibi ſubiectis tu quoque* miles *eras.*

Olim non infeliciter reponebam:

Majorum *longa veniens de stirpe Senator* cet.
Tum *tibi subjectis tu quoque* mitis *eras*.

praeferebam vero:

Te Levita *pater, soboles, conjuxque fidelis*,
Te mixtis lacrymis luget *amata domus*.

Ep. CCXXVII. p. 171.

Heus *immatura mors properata tibi*.

Scripsit auctor: *Heu!*

Ep. CCXXXIII. p. 175.

Murra patris *primum referens* e *nomine* patrem
Amborum effigiem matre favente tuli.

Vix dubito, quin *Sponius* in Miscell. Erud. Antiq. p. 173. negligenter haec descripserit. Nam vox, *amborum*, docere videtur, mentionem matris precessisse. Rectius foret:

Murra patrem *p. referens* & *nomine* matrem.

Ep. CCXXXIV. p. 175.

Hujus epitaphii tres ultimi versus post decimum sunt collocandi: cohaerent enim:

desiderio gnatae fletus in dies
Edunt sibi esse talem ereptam filiam.
Quas ob res hoc monumentum aedificavit
Suae gnatae, sibique uxori hanc constituit,
Aeternum ubei omnes pariter aevum degerent.

Undecimus autem, & quinque subsequentes,

Pater mei & genetrix germana, oro, atque
Desinite luctu questu lacrumas fundere,
Sei in vita jucunda vobis voluptatei fuei,
Viro, atque ameiceis, noteisque omnibus.
Nunc quoniam fatum se ita tollit, animo volo
Aequo vos ferre, concordesque vivere.

Verba sunt defunctae, quibus suos solari conatur. Conf. Ep. LXXI. cui parem medicinam fecimus. Ipsis vero versibus non tantum confectrix monumenti vetustas; sed & inperitorum correctorum temeritas & audacia nocuerunt. In Animadversionibus quidem ad *Gruter*. p. CCCL. tam depravati sunt, ut senarios in senariis quaeras. Quidam tamen leviter curari queunt; ut, 13, & 14.

Sei in vita jucunda vobis *voluptatei fuei,*
Viro, atque ameiceis noteisque omnibus;

hoc pacto:

Si in vita jucundae [aut *jucunda ac*] *voluptati fui.*
Vobis, *viro atque amicis, notisque omnibus.*

&

& XI.

Pater mei & genitrix germana, oro, atque.

addita voce:

Pater me; & genitrix, germana, oro, atque obſecro:

nam *Pierius* ad *Virgil.* Aen. I, 594. ex ipſo lapide profert, *atque o.* verſus ultimi;

Quas ob res hoc monumentum aedificavit
Suae gnatae, ſibeique uxori hanc conſtituit
Aeternum ubei omnes pariter aevum degerent,

in Animadverſionibus ad *Grut.* ſic refinguntur:

Quas ob res hoc monumentum aedificavit
Suae gnatae, ſibique uxori hanc conſtituit domum.

cum ſenariorum leges, quas correctori notas eſſe oportebat, requirant:

Quas ob res monumentum aedificavit ſuae
Gnatae, ſibique & uxori hanc conſtituit domum.

Sed quis aedificavit monumentum? Pater. At hoc nomen deſideratur. An itaque fuit?

Quas ob res hoc monumentum aedificavit pater?

Primos verſus non attingo: nobiles enim medici deſperatis vetant adhibere medicinam. Facile quidem eſt, una atque altera voce in, principiis inculcata, ſenariolos inde, reliquis ſimiles, conficere; ſed laborem non neceſſarium ſuſcipere nolo: nam nihil eſt incertius, nihil fallacius hac corrigendi ratione.

Ep. CCXXXIX. p. 180.

Nunc pater & mater nato fecere ſepulcrum,
Oſſaque funeſtis fluctibus adluerunt.

Abluerunt illud tuum valde mihi placet; Sed hoc amplius placeret:

Oſſaque funeſtis fletibus abluerunt.

voces quidem confundi ſolent, vid. *Heinſ.* ad *Claud.* in *Ruf.* II, 472.

Ep. CCXLII. p. 183.

Viator audi, ſi libet, *intus veni.*

Heinſii, *Voſſii*que conjecturis meam praefero:

Viator audi, ſi libet, & *intus veni.*

Ep. CCXLIX. p. 189.

Requiri videtur: Nonne *igitur, lector, lacrymes?*

Ep. CCLII. p. 191.

Vivite felices, quorum fortuna beata *est.*

Immo: ———————— peracta *est.*

Virgilius Aen. III, 493.

Vivite felices, *quibus* est fortuna peracta
Jam sua.

Idem versus deprehenditur in fine carminis editi. Mus. Veron. p. 172.

VIVITE FELICES QVORVM FORTVNA. . . .

ubi *Maffejus*: „ Extremum verbum, opinor, erat, PERACTA." Nam quod *Achilles Statius* l. c. *Virgilii parata* legit, refutatur imitatione *Statii* Theb. XII, 338.

Sed bene habet superi, gratum est; Fortuna peracta est.

Totos autem *Maronis* aliorumque poëtarum versus in epitaphiis inveniri doces p. 27 & 181.

Ep. CCLV. p. 191.

Quod fas *pareuti facere* debuit filius,
Mors immatura fecit, ut faceret parens;

Ego congruenter Latinitati metroque scripsissem:

Quod par *parenti facere* fuerat filium:

ut in Inscriptione post Sicula *Dorvil.* edita p. 596.

Quod par *parenti* facere fuerat filiam.

& Tiburtina, quam *Muratorius* exhibet Tom. II. p. 1212. 2.

Quod par *parenti* fuerat facere filium.

sed minore mutatione facta legi potest:

Quod fas *parenti facere* fuerat filium;

ut in Inscript. *Gud.* p. 249. 2. *Quod fas erat filium facere parentibus*: & Ep. CCLXXXVI. p. 221.

Fas erat, ut *potius natus pia munera nobis*
Penderet.

Altero versu scripsissem:

Mors fecit immatura, faceret ut *parens.*

ut

uti *Bonifacius* profert. sed metri leges in his epitaphiis saepissime negliguntur; ut in Inscriptione memorata:

Quod par parenti facere fuerat filiam,
Mors immatura fecit, ut *faceret* mater
Filiae.

inpudens enim videretur, qui corrigeret:

Mors fecit immatura, faceret ut parens.

Ep. CCLVII. p. 195.

Ipso mihi flore juventae
Ruperunt fila sorores;
Annos post decem & octo
Vetuerunt visere lumen.

Lex carminis & sententia postulant, ut corrigatur:

Atque *anuos post decem & octo*
Vetuerunt visere lumen.

Nec aliter ante multos annos corrigebam.

Ep. CCLX. p. 198.

Inscriptio docet antiquos esse versus; sed si paullo diligentius attendas, eos non apte cohaerere sentis; aptius autem cohaerebunt, si 7. & 8. *Gratus eram* cet. post 14. trajeceris. hoc modo:

Vita fuit nullis tunc violata malis
Quis bona non hilari vidit convivia vultu,
Adque meos mecum pervigilare jocos
Quondam ego Pierio vatum monumenta canore
Doctus cycneis enumerare modis.
Doctus Maeonio spirantia carmina versu,
Dicere Caesareo carmina nota foro.
Gratus eram populo quondam, notusque favore,
Nunc sum defleti parva favilla rogi.
Nunc amor & nomen superest de corpore toto,
Quod spargit lacrymis moestus uterque parens.

sic disjuncta conjunguntur, Quondam *ego cet. Gratus eram populo* quondam; &, Nunc *sum defleti p. f. rogi*, Nunc *amor & nomen superest.* Nam poëta venustus venustis delectabatur repetitionibus; tamquam,

Doctus *cycneis enumerare modis;*
Doctus *Maeonio spirantia* carmina *versu*
Dicere Caesareo carmina *nota foro.*

Ego quidem sic scripsissem.

Ep. CCLXIV. p. 202.

Flevit praesentem mater, *flevere sodales*,
Et mater tepido condidit ossa rogo:
Quae prius hoc titulo debuit ipsa legi.

sic conplures dedere; nonnulli, pater, *flevere* sorores; *Muratorius* autem, pater, & *flevere* sorores; quod auctoritate MS. firmatur. At si pater filium praereptum flevisset, an de sola matre diceretur,

tepido condidit ossa rogo;
Quae prius hoc titulo debuit ipsa legi?

Mihi magis arrideret:

Flevit p. frater, *flevere sorores;*

ut p. 170.

Moesta soror, *moesti* fratres.

& p. 223.

Parcite fata meis, *valeant*, fratresque sorores;

vel, uti coniicis, *sororque. Frater* & *patres* commutari putantur in *Sulpic.* Sat. v. 56.

In ipsa carminis Inscriptione pro, T. ARRIO. T. F. ETROM. TERTIO. convenienter antiquitati reponebam: T. ARRIO. T. F. TROM. TERTIO. Tribus quidem Tromentina saepe commemoratur in Inscriptionibus *Grut.* ut p. MXLII. 7.

L. FVLVIVS. L. F. TROM. FRONTO.
L. FVLVIVS. L. F. TROM. ERASTVS.
D. FVLVIVS. D. F. TROM. MODESTVS.

Ep. CCLXVI. p. 17.

Consilio fratres & pietate colens.

suspicor fuisse, *fovens*; ut p. 229.

Eloquio miseros vel pietate fovens.

Ep. CCLXVII. p. 32.

Si quis forte mea gaudet de sorte iniqua,
Huic sit iniqua Ceres, perficiatque *fame.*

scripsissem: conficiat*que fame*: nam sic veteres loquebantur, ut *Ovidius* in Ibin. v. 428.

Plenus inexstincta conficiare fame.

Ep. CCLXIX. p. 206.

Boniti moriens, o decus atque dolor:
Qui bene cum ingenio florebas barbula *grata*,
Moribus ornatus, pulcher, & acer eras.

Rei-

Reinesins Inscript. p. 907. ad v. 3. „ Sermo patris blandientis -- filio primum „ puberi --.„ Sibi istas blanditias habeat: ego corrigam: — florebat *barbula.* *Favonias Eulogius* in *Ciceronis* Somnium Scipionis p. 442. *ter septeno* [*anno*] florem barbae *juvenilis absolvi.* vid. *Bart.* ad *Claud.* Conf. Ol. & Prob. 69. & ad *Stat.* Theb. I. 705.

Ep. CCLXXI. p. 209.

Ego conjectis in hoc carmen oculis, hoc pacto corrigebam:

Tu, qui tendis iter properatim, siste parumper,
Si grave non animo est, fataque acerba lege.
Ter senos aetas mea cum processit in annos,
Et me florentem specie videre sodales,
Praevenere diem —— *crudelia Fata,*
Et raptam inferna me posuere rate.
Hoc lecto elogio juvenis misereto jacentis,
Et dic discedens: sit tibi terra levis.

Non enim patienter ferre poteram: *Tu, qui tendis iter, siste. fataque lege, juvenis miserete. & dic discedens.* In mediis,

Fratrem flentem ex parte altera dolere mater noli,
Faciundum hoc fuit, properavit aetas, voluit hoc fatus meus.

ex altera parte, verba sunt, ut sagaciter odoratus es, hominis, qui lapidem describens indicare volebat, ex altera parte versus hos legi:

Dolere mater noli: faciundum hoc fuit.
Properavit aetas: voluit hoc fatus meus.

pro *fratrem flentem* fuisse videtur, ad matrem *flentem*; voces autem natae ex, *Dolere mater noli.* Quapropter hinc versum facere non ausim:

Et fratrem flentem *est* (vel, *flet*) *comitata soror*;

quippe qui cum caeteris connecti nequeat. Sed an huic loco convenit *faciundum hoc fuit?* Mihi magis convenire videbatur: *patiendum* hoc fuit. sane *p*, & *f* in libris MSS. confundi solent. vid. *Heins.* ad *Claud.* in Conf. Pr. & Ol. v. XI. Sed a mutatione deterrent exempla, quae protulisti.

Ep. CCLXXII. p. 211.

Parce oculis, nec nostra velis cognoscere fata,
Sanguinea palla quae texit provida Clotho,
Et pavit *rupisse suas quoque fila sorores*
Luctifica properante manu jam siste viator.

Crediderim fuisse:

Expavit *rupisse suas quoque fila sorores*
Luctifica properante manu.

ul-

ultima, *placet hoc*, Fortuna, *sepulcrum*, spiritus non tenuis poëta sumsit ex *Lucano* VIII, 793.

Hic situs est Magnus. placet hoc, Fortuna, sepulcrum
Dicere Pompeji.

Ep. CCLXXIV. p. 214.

Busta eheu, tristesque notas domus, invida quondam
Mors immaturo funere te rapuit.

Ipse contextus carminis exigit, ut reponamus:

invida quando
Mors immaturo funere te rapuit.

Nec aliter *Sannazarius* Lib. II. ep. 19. ubi totum fere carmen legitur.

Ep. CCLXXVII. p. 214.

Quod *voto petiere suis plerumque parentes*
Cuncta tibi dignae, Caesia, conjicerunt.
Lanifici *praeclara* fides *pietatis alumna*,
Priscae praecipue fama pudicitiae.

Aut nihil in Criticis certum est; aut poeta dedit:

Quae *voto petiere suis plerumque parentes*
Cuncta tibi dignae, Caesia, contigerunt.

Idem fortasse dedit:

Lanifica, *praeclara* fide, *pietatis alumna*,
Priscae praecipue fama pudicitiae.

nam quid est, *fides lanificii*, praesertim, ubi, *pietatis alumna*, subjungitur?

Ep. CCLXXXII. p. 219.

Hanc annis X *privavit munere lucis.*

sic edidere *Muratorius*, & *Bonada*: quivis tamen emendet:

Hanc annus decimus *privavit munere lucis.*

Ep. CCLXXXIII. p. 219.

Nam solos *septem proles* * o vos *duxerit orbes*
Septuaginta forent, ni miseros cuperet.

Bonada, qui primus edidit Tom. II. p. 227. e fracti lapidis scriptura, *PROLES O . . OS*, effinxit, *o vos*, at bardus, quod corrigere volebat, magis depravavit. Novus enim versus una syllaba longior est, absurdamque habet sententiam. Ne multa: praefero diversam, quam commemoras, lectionem, *quos*; atque insuper reponendum conjicio:

Nam solis *septem proles*, quos duxerat orbes,
Septuaginta forent;

ut

ut p. 212.

Vixi bis deno circine Solis.

vulgata tamen ſcriptura defendi poteſt: *orbis* enim pro anno ponitur in Epigr. *Pith.* p. 4.

Vota Faventinus bis deni *ſuſcipit orbis.*

vid. *Burm.* ad *Virg.* Aen. I, 269.

Ep. CCLXXXIX. p. 223.

Oſſa ſub hoc tumulo pia ſunt, ſed acerba parenti.
Amphio mi *frater hoc tumulum poſuit.*

Metri peritior ſcripſiſſet: Amphion *frater.*

Ep. CCXCII. p. 224.

Hoc Epios tumulo Cinir *eſt cum fratre ſepultus.*

Legerim: ——— ——— Cinyra eſt ——— ———

Cinyras quidem viri nomen eſſe conſtat ex *Ovid.* Metam. X, 299.

Ep. CCXCIX. p. 226.

Omnino diſtinguendum & legendum:

Nec gravius pote, nec brevius ſuperante parente,
Hic jacet aeterna filius in requie.

Ep. CCCVIII. 8, p. 229.

Doctiloquum *cupidus carminis ardor* eras.

Facile fuit emendare:

Doctiloqui *cupidus carminis ardor* erat.

ut p. 199.

Leniretque animum carmine doctiloquo.

Facilius v. 8. *poteretur*; & v. 13. quum *reſumeret*: Sed haec omnia fere menda jam ſublata ſunt in *Labbaei* Theſ. Epitaph. P. II. 18.

Ep. CCCIX. p. 230.

Quod certe hic meruit, cuncta eſt data cura ſepulcro,
Exſtruxere *favi de Siculis apibus.*

Praeſtiterit:

Huic certe, ut meruit, cuncta eſt data cura ſepulcro,
Et fluxere *favi de Siculis apibus.*

Ep. CCCXI. p. 231.

Maea fui felix, ſeptem circumdata natis,
Dum vixi, aſtabat Romula turba *mihi.*

Bonada, *Muratorius*, & *Schradaeus* in Monum. Ital. p. 187. ediderunt:

——— *astabat* turba novella *mihi*,

quo modo *Tibullus* loquitur II, 11, 12.

prolemque ministres,
Ludat & ante tuos turba novella *pedes*.

Ep. CCCXXVI. p. 239.

Florus ego hic jaceo, raptus *bigarius infans*,
Qui cito dum cupio currus, *cito decidi ad umbras*.

Plerique, *raptus*, omittunt; *Apianus* autem dat, *nec dum*. *Moroni* vero liber;

Florus hic jaceo QD *bigarius infans*.

Hinc confici potest olim lectum fuisse:

Florus ego hic jaceo quondam *bigarius infans*.

Ep. CCCXXVIII. p. 240.

Hae sunt, *parve*, *tuae*, *meaeque sedes*.
Haec certa est domus, *haec colenda nobis*.
Haec est, *quam mihi* suscitavi vivus.

Ego, metri & Latinitatis habita ratione, scripsissem:

Haec est, *quam mihi* vivus excitavi.

Nec aliter poëtam scripsisse suspicor.

Ep. CCCXXX. p. 242.

Mecum super *eris*, *aut dolor una obiet*.

Gruterus, *Ferretius*, *Fleetwoodus*, & *Bonada*, *Semper*, exhibent. recte. Pariter autem p. 233. & p. 236. *forte*, &, *folui*, vitiose vulgatur, pro, *forte*, & *folus*.

Ep. CCCXXXVI. p. 246.

A pupula annos viginti obtinui domum
Omnem, *supremus* fere *judicium dies*.
Mors animam eripuit, *non vitae ornatum abstulit*.

Senarii lex exigit, ut editorum scriptorumque librorum recipiatur lectio:

——— *supremus* fecit *judicium dies*.

Ep. CCCXXXVII. p. 248.

Hic in flore cubat longum securus in aevum
Post ter vicenos plures *bene conditus annos*.

Et hic sequor diversam lectionem:

Post ter vicenos, & tres *bene conditus annos*.

Ep.

Ep. CCCXLI. p. 251.

> Decimus *a prima sectatus castra juventa*,
> Circitor *morior*, *praemia parca*, *senex*.

Melioris aevi poëtae mediam vocis, *circitor*, syllabam corripiunt, ut Auctor Priap. XVI.

> *Quid mecum tibi*, circitor, *moleste?*

omnes itidem primam nominis, *Decimus*, corripiunt. Quis itaque neget errare, qui nugatoris hujus auctoritate, *Circitor*, media brevi pronuncient.

Ep. CCCLIV. p. 269.

> *Parva sub hoc* titulo *Festi sunt ossa* labillo.

Non dubito, quin duplex haec correctio Criticis valde sit arrisura:

> *Parva sub hoc* tumulo *Festi sunt ossa* Papirî.

Illud *Papirî*, ex Inscriptione FESTIO. PAPIRI. PRISCI. DEL.C. feliciter effinxi: nam metri securum reddit *Manilius* I, 784.

> *Pyrrhi par bella* Papirius *ultor.*

sub *tumulis* autem, non *titulis* ossa dicuntur jacere, tamquam p. 223.

> Ossa sub hoc tumulo *pia* sunt, *sed acerba parenti.*

Ep. CCCLVIII. p. 271.

> *Assyrios tumulus non hic sibi poscit odores,*
> *Florida nec multo pressa canistra croco.*
> *Ipsa* etiam *raros spirant haec ossa liquores,*
> *Urnaque perpetuo vere beata nitet.*
> *Flevit Amor, moestae Charites,* & Cynthia *flevit,*
> *Pulcra Venus molles subsecuitque comas.*

In scedis conjeceram carmen recens esse, inque eo scriptum fuisse:

> *Ipsa* etenim *raros spirant haec ossa liquores.*

Utramque conjecturam veram esse didici deinceps e *Schradaei* Monum. Ital. p. 162. *a* ubi legitur, *etenim*, &, quod majus est, subscriptum: „ Vixit annos XXII. obiit V. Decemb. M. D. XL.„ Ex inscriptione vero: CYNTHIAE SEMPER VIVAE. probabiliter confici potest insuper corrigendum esse:

> *Flevit Amor, moestae Charites*, te, Cynthia, *flevit*
> *Pulchra Venus, molles subsecuitque comas.*

Ep. CCCLIX. p. 272.

> *Dat tamen haec patronae pietas solatia fidae,*
> *Jugera quot terrae dedicat hic* tumulus.

Cur non, ——— ——— ——— — titulus?

Ep. CCCXCII. p. 281.

Emendatius exhibueras Ep. CCCLXII. p. 275.

Ep. CCCXCII. p. 283.

Molliter ossa cubent, dicat *rogo quisque viator.*
Sic tibi defuncto dicere Dî jubeant.

Ex ultimo versu patet esse scribendum, *dicas.*

Ep. CCCXCV. p. 285.

Quisquis es aut olim nostra de stirpe futurus,
Sis memor antiqui nominis & tituli
In quorum titulis *hic datur esse locus.*

videtur fuisse, —— tumulis —— ——

Ep. CCCXCIX. p. 288.

Gassendus in Vita Peirescii lib. 4. p. 331. testatur in ipsa Tabula marmorea legi:

Borysthenes Alanus
Caesareus veredus
Per aequor & paludes,
Et tumulos Etruscos
Volare qui solebat
Pannonicos in apros.
Nec ullus *insequentem*
Den . . . .

Atque huic consentit *Honoratus Boucheus.* Facessant itaque *Pithoeus*, *Opitius*, & *Casaubonus*, quorum conjecturae lege carminis refutantur.

Habes, Vir Eruditissime, correctiones desideratas. Cupiebam nunc adjicere, quas in sequentibus Anthologiae libris feci. Sed audio librarium de parva mora queri. Valebis igitur, meque, ut a longo tempore fecisti, amabis. Franequerae A. D. VI. Kal. Maj. CIƆIƆCCLXXIII.



INDEX

INDEX

IN TOM. II.

ANTHOLOGIAE

Epigramm. & Poëmat. Vet. Latin.

editorum & ineditorum,

eo ordine digeſtus, quo nunc primum prodeunt.

LIB. IV.

Continet Epitaphia metrica, ex Inſcriptionibus, aliiſque monumentis vetuſtis, vel Codd. MSS. collecta.

VIRORUM a pag. 1. ad pag. 38.

********* Ep. 36

Ep. 136.

Ep. 51.

LIB. VI.

Ep. 23.

** ** ** ** *

Ep. 82.



ANTHO-

ANTHOLOGIAE
VETERVM LATINORVM
EPIGRAMMATVM
ET
POËMATVM
LIBER QVARTVS.
IN QVO
CARMINA SEPVLCHRALIA.

VIRORVM.

EPIGR. I. IN FRATRES CASCAS.


Occidere simul Cascae, simul occubuere,
  Dextra quisque sua, qua scelus ausus erat.
Castra eadem fovere, locus quoque vulneris idem.
  Partibus adflictis victus uterque jacet.
Quanta fuit mentis, tanta est concordia fati.
  Et tumulus cinerem parvus utrumque tegit.
Par fratrum multo celebrandum carmine vatum,
  Una si fierent parte minus gemini.

EP. I. IN FRATRES CASCAS] edidit Pithoeus Lib. III. pag. 99. Scaliger Lib. I. pag. 189. & Almelov. pag. 7. male Demsterum hoc Epigramma adscribere Pentadio, notavi ad Lib. III. Ep. 105. inscriptio autem IN FRATRES CASCAS omittitur in eod. Vossiano; in quo v. 2. *Dextera.* & v. 4. *Partibus affructis*, forte pro *ab fractis*, vel *adtritis.* sed *afflictis* etiam recte se habet. vide Rupert. ad Pompon. de Orig. Jur. pag. 138. in eodem codice Vossiano *uterque latet.* quomodo edidit Scaliger. qui tamen in marg. edit. primae Lugd. pag. 195. *jacet* legendum jussit. in ejusdem Scaligeri schedis MSS. in quibus ex veteri codice, qui cum Vossiano plerumque consentit, plurima descripserat Epigrammata vetera, etiam inveni *partibus affructis*. pro quo in margine emendaverat *a fractis*, vel *afflictis*, & *jacet* correxerat pro *latet.* in iisdem v. 5. *discordia*, sed in marg. *concordia.* & v. 6. *utrumque* emendaverat pro *uterque*, ut in codice illo MS legebatur. ex sic in variis lectionibus editioni ejus secundae Plantinianae subjectis p. 345. etiam notatur ex veteri codice *jacet.* recte omnino. est enim hoc proprium verbum in vehementi nece. ut monuit Scheffer. ad Phaedr. Lib. I. fab. 24. & ita quoque adfert Casaub. ad Sueton. Caes. in fine.

EP. II. D. D. S.

Urna brevis geminum quamvis tenet iſta cadaver,
  Attamen in coelo ſpiritus unus adeſt.
Viximus unanimes Luciuſque & Flavius: idem
  Senſus, amor, ſtudium, vita duobus erat.

EP. III. AEMILII.

Quintilio victus iacet hic Aemilius igni,
  Materiam fati cui dedit ater amor.

EP. IV. Q. CETRONII Q. F. PASSERIS.

Vixi, quod volui, ſemper bene, pauper honeſte:
  Fraudavi nullum, quod iuvat oſſa mea.

EP. V. AVLI EGNATII.

Aulu' Palateina Egnatiu' Priſcilianus,
  Arte ſuper gemina nobilis, & Sophia.
Dum vixi, didici, quae mors, quae vita homini eſſet,
  Aeterna unde animae gaudia percipio.

EP. VI. HELVIDII ORATORIS.

Hic jacet Helvidius, fatis extinctus iniquis,
Egregius juvenis, cauſſarum orator honeſtus.

EP.

EP. II. D. D. S.] ita apud Pithoeum, Apianum p. 227. Gruter. pag. 1055. 2. & Ferret. Lib. III. p. 197. ſed rectius apud Fabric. in Monum. Antiq. pag. 133. LVCII ET FLAVII FRATRVM. ultimo verſu male *idem cenſus* apud Ferret. & *vitae* vitioſe apud Apian. legitur etiam in cod. Bucheliano.

EP. III. AEMILII] ibidem apud Pith. & Ferret. p. 333. verſu ſecundo *acer amor* legendum cum Heinſio.

EP. IV. Q. CETRONII Q. F. PASSERIS.] apud Pithoeum, Smetium fol. 87. Mazochium pag. 66. Fabric. p. 133. Gruter. pag. 535. 2. & Ferret. pag. 267. *Romae* haberi addit cod. Buchel. qui inſcribit CAETRONII PASSERIS. uberior autem inſcriptio eſt apud Mazochium, Gruterum, & Ferretium,

Q. CAETRONIVS. Q. F. PVB. PASSER.
MIL. COH. IIII. PR. ANNIS XVIII.
MISSVS DVOBVS GEMINIS
COS.
SIBI ET
MASVRIAE M. F. MARCELLAE.

& ſubſcribitur Epigrammati,

IN F. P. XI. IN. AGR. P. XIII. S.

& ſic apud Bonadam Vol. I. p. 338. Sed differunt nonnihil. nam apud Mazochium MIL. COH. III. ubi, ut apud Ferret. COS. deſideratur. tum MANSVRIAE Mazoch. & in ſubſcriptione IN F. P. XI. S. apud Gruter. IN F. P. XIS. IN. AGR. P. XIIIS. imitatus eſt hoc Epitaphium Lucas Fruterius in Reliquiis Carminum a Douza editis, p. 146. initio Epitaphii Quintinae Dixmudis:

Vixi, quod potui, vobiſque mihique ſuperſtes,
  Mente fui caſta, quod juvat oſſa mea.

EP. V. AVLI EGNATII] ibidem edidit Pithoeus, & diu ante Mazochius pag. 144. G. Fabric. p. 134. Smetius p. CXLII. 1. & ex eo Gruterus p. 1050. 1. qui inter Chriſtiana monumenta retulit, forte ex verſu ultimo. *Romae* inſcribit cod. Buchel. ex Mazochio etiam habet Polycarp. Palermus de Plinii Sec. Patria Lib. III. cap. 1. apud ſolum Ferretium Lib. II. pag. 128. hanc inſcriptionem praefixam reperi:

SALVIS AVGVSTIS
FELIX LEONIDES
AVLI EGNATII.

verſu ſecundo vitioſe apud Mazochium *eſſophia.*

EP. VI. HELVIDII ORATORIS] apud Pithoeum pag. 100. Mazochium pag. 71. b. Smetium pag. XCVII. 1. Fabric. p. 134. Gruter. p. 652. 2. Ferret. Lib. II. p. 125. Bonifac. de comp. Epitaph. p. 70. &

EP. VII. BLASANI NOVII.

Blaſanus hoc Novius, requiem ſortitus in aevum,
* * *

Cuncta locus ſanctus plauſu qui excepit agreſti,
Cum primum fundo venerat hic dominus.
Parebat nemo, Fauni Nymphaeque ſonabant,
Laetitiam divûm ſenſit & ipſe locus.
Hic olim ſtatuis urbem decoravit, & orbem:
Nomen habet populus, corpus habet tumulus.

EP. VIII. AVARI PATRIS ET FILII.

Qui, dum vita data eſt, ſemper vivebat avarus,

Here-

70. & in codice meo Inſcriptt. MSS. Perottl. *Romae apud S. Mariam in Equitio* praefigit cod. Buchel. Helvidium hunc forte illum eſſe, cujus Suetonius facit mentionem, adſcripſerat Caſaubonus; nimirum in Dom. cap. 10. tradit ab illo Imperatore Helvidium filium occiſum eſſe; patrem vero Helvidium Priſcum a Veſpatiano cap 15. de fillo intelligendum conjicio, quia apud Mazochium. Smetium, Gruterum, & Ferretium, ſubſcribitur, QVI. VIXIT ANNIS XXX. unde *egregius juvenis* hic vocatur. eumque a Domitiano occiſum indicare videntur illa, *fatis extinctus iniquis*. de utroque vide Glandorpii Onomaſticon p. 396. qui tamen ab iis diverſum videtur ſtatuere hunc Helvidium Oratorem, cui epitaphium hoc poſitum eſt. Quidquid ſit, male *Helpidius* legitur in codice Redii, ut Grutero adnotatum eſt. poſterioris enim ſeculi nomen eſt *Helpidius*, vel *Elpidius*. vid. Sirmond. ad Ennod. Lib. VII. Epiſt. 7. p. 32. & Lib. VIII. Ep. 8. p. 39.

EP. VII. BLASANI NOVII] ibidem apud Pith. pag. 100. ed. Pariſ. ſed in altera editione Genevenſi bis legitur, pag. 83. & in Praeterm. p. 613. ubi initio Epigrammatis editum eſt *Bleſius hoc Novius*. ut in cod. Buchel. apud Gruterum p. 376. 2. & Ferret. p. 131. *Bleſanus* eſt in codice meo Perotti, & in Heinſii Inſcriptt. MSS excerptis ex veteri codice membranaceo Caroli Moroni, ante annos pluſquam ducentos ſcripto. & ſic in Schedis Ligorii apud Metellum ad marginem Gruteri indicatur. ſed *Blaſanus* apud G. Fabric. p. 134. & Mazoch. pag. 80. b. ubi notatur, ſecundum verſum in marmore abraſum eſſe, qui in margine Gruteri ſic ſuppletur,

Bleſius hic Novius, requiem ſortitus in aevum,
Poſt ſua fata cubat antra ſueta petens.

quem ab inepta interpolatoris manu profluxiſſe nemo negabit. *ſortitum* in cod. Mor. *ſortitur* legebat Heinſius.

Cuncta locus ſanctus] ſic Pith. & G. Fabric. *Contra* Pith. in Praeterm. Mazoch. cod. Perot. Buchel. & Moron. Gruter. & Ferret.

Cum primum fundo venerat hic dominus] *eundo* vitioſe apud Ferret. *veneratur* in cod. Moron. *Quam primum fundi venerat huc dominus* margo Gruteri.

Parebat nemo] *Parabat* Mazoch.

Laetitiam divum ſenſit & ipſe locus] *Divom* cod. Perot. Buchel & Moroni. Mazoch. & Fabric. illuſtrant huncverſum notata ad Lib. I. Ep. 125. v. 4. unde conſtabit, poëtis familiare eſſe, locis inanimatis, lapidibus, ac ſtatuis, etiam ſenſum laetitiae vel doloris dare, quod & e Graecis ſcriptoribus obſervat Cel. Dorvill. ad Chariton. pag. 187.

Statuis urbem decoravit & orbem] *decorabat* cod. Buchel. Gruter. Pith. in Praeterm. & Ferret. *in orbem* Mazoch.

Corpus habet tumulus] *corporis hic tumuli* apud Pith. in Praeterm. Mazoch. & cod. Perot. *Corporis hic tumulus* cod. Mor. & Buchel. *corpus at hic tumulus* margo Gruteri ed. noviſſ. Graevii, qui addit, varietates has a Gudio exemplari ſuo adſcriptas eſſe, ſed incertum, an e marmoribus vel ſchedis MSS. aut ex conjectura. Mihi videtur ex collatione aliarum ſchedarum iſta libro ſuo adleviſſe Gudius, ut pleraque ſunt in illo exemplari editionis primae Gruteri, quod apud me adſervatur ut pretioſum & in his praeſertim utiliſſimum cimelium, quia ad autographum illud ſaepius confugiendum fuit, ut diverſas inſcriptionum & epigrammatum lectiones, quas e ſaxis & marmoribus vetuſtis, aut aliorum ſchedis eruit Gudius, dum peregrinaretur, exxminarem ac conferrem.

EP. VIII. AVARI PATRIS ET FILII] Epigramma hoc, quod merito elegans & poëtae optimi eſſe adſcripſerat Opitius, editum eſt a Pithoeo p. 100. Mazochio pag. 145. Fabricio p. 134. Chytraeo in Deliciis pag 23. Smetio p. CLXXIII. 30. Grutero pag. 823. 2. Ferretio Lib. IV. pag 225. Fleetwoodo p. 289. & nuperrime ex Celſo Cittadino a Bonada Vol. II. pag. 97. & inveni id etiam in

 codice

Heredi parcens, invidus ipſe ſibi,
Hic accumbentem ſculpi genialiter arte
Se iuſſit docta poſt ſua fata manu:
Ut ſaltem recubans in morte quieſcere poſſet,
Securaque iacens ille quiete frui.
Filius a dextra reſidet, qui caſtra ſecutus
Occidit ante patris funera moeſta ſui.
Sed quid defunctis prodeſt genialis imago?
Hoc potius ritu vivere debuerant.

EP. IX. APICII.

Qui patrias conſumſit opes, ventrique dicavit,
Hic ſitus ignavae gloria prima gulae.
Quique ſibi jugulum ſecuit, ne paupere menſa
Factus inops triſtes duceret inde dies.
Sparge mero, dapibuſque igitur, non thure, ſepulcrum,
Hoc Apici redeat priſcus in oſſa calor.

EP. X. Q. VIRII SEVERINI.

Raptus ego ſuperis, patribuſque ablatus inique,

Cum

codice Perotti. Habetur vero in monumento elegantiſſimo, ubi avarus ille, dum vixit, pater C. Rubrius Urbanus in lecto recubat, ollam numis plenam amplexus, unde plures aureos effundit, cui ad pedes adſidet filius Cn Domitius Urbicus Rubrianus, habitu militari indutus, & gladio cinctus, manu numos decidentes excipiens: quae luce optima perfundunt hoc Epigramma, cui additur in marmore ſubſcriptio minime omittenda, ita ut apud Gruterum, Ferretium, & Bonadam exhibetur:

C. RVBRIVS. VRBANVS. SIBI. ET.
ANTONIAE.
DOMESTICAE. CONJUGI. SVAE. ET.
CN. DOMITIO.
VRBICO. RVBRIANO. FILIO. SVO.
ET. LIBERTIS.
LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE.
EORVM. ET. M.
ANTONIO DAPHNO FECIT.

De vetuſtate autem horum verſuum male Smetius aliique dubitarunt, quos genuinos eſſe Fabrettus, Gudius, aliique, qui oculis monumentum ipſum Romae in horto aedium Barberinarum luſtrarunt, adfirmant: eoſque ad aevum Auguſteum retuliſſe Cittadinum teſtatur Bonada. Arnoldus etiam Buchelius in Volumine MS. quo Inſcriptiones veteres & Epitaphia collegit, ac manu ſua deſcripſit, Romae legi in aedibus Ludovici Mattaei, antiquo inſculptum marmori, praefixerat.

Qui, dum vita data eſt] *dum vita fuit* Gruter. & Ferret. ſed in ipſo monumento *vita data eſt* legi teſtatur Fabrettus in Emend. ad Gruter. pag. 5. *dada eſt* vitioſe apud Bonadam.

Heredi parcens] *parcus* in cod. Buchel. *Heredis parens* apud Mazoch. & v. 4. *docte. docta manu* eſt perita & artifici manu ſtatuarii. ut recte exponit Cuperus in Apoth. Homer. p 116.

Filius a dextra reſidens] ſic cod. Perotti. Gruter. Chytr. Ferret. & Bonad. *a dextro* cod. Buchel. & ed. Pith.

Vivere debuerant] *defuerat* Mazoch. pro *debuerat*, ut eſt in cod. Buchel.

EP. IX. APICII] Exſtat apud Fabrettum cap. X. p. 752. & Schradacum in Monum. Ital. p. 186. ubi male *Qui primas conſumſit opes.* & v. 3. *jugulum ſolvit in.* v. 4. *duceret unde.* & in fine *Hoc capiti redeat. Jugulum ſolvit* etiam in ſchedis Italicis inveni. & v. 5. *igni* pro *igitur.* ſed vitioſe. primum diſtichum tantum eſt in cod. Buchel. ubi *primas* etiam pro *patrias.* de Apicio hoc, aliiſque illius nominis, vid. Caſaub. ad Athenaeum Lib. I. cap. 6. Glandorpii Onomaſt. pag. 105. & Contaren. Var. Lect. cap. XXVII. ubi & de libris Artis Coquinariae, qui hodie circumferuntur, ſed a gulone hoc melius *Coelii Apicius* inſcriberentur, quam quod Apicio ipſi velut auctori tribuantur, ut recte judicat Ryckius in notis ad Tacit. Lib. IV. Ann. pag. 84. & ante eum Voſſius Lib. I. de Analog. cap. 14.

EP. X. *Raptus ego ſuperis* &c.] ita exſtat apud Pith. p. 100. Fabric. p. 132 Sed longe aliter ediderunt Apianus pag. 44. & Gruterus pag. DCLVI.

2,

Cum frui debueram aetate, horrida fata negarunt.
Praecipitem memet ſuperi merſere ſub undas,
Ac tumulo cluſere gravi, jam partus & uſus,
Arſque mihi fuerat ſtudioſo corde reperta
Maxima quadrupedum: ſtudia & quoque plura fuerunt.
Ingenio ſemper plenus, probitate beatus:
Vt quandoque ſimul, finito lumine vitae,

Mani-

2. & Ferret. Lib. II. pag 123. aliterque ex veteri codice Moroni in libello Inſcript. MS. deſcripſit Heinſius. in meo etiam codice MS. Cyriaci Anconitani diverſiſſima in plerisque verſibus eſt ſcriptora, praefigiturque exſtare *apud Mediolanum*, (*Romae* Gruter. ſed *Mediolani* etiam Apian. Ferret. & in cod. Moroni.) *extra portam Comenſem in aede S. Simpliciani in tumulo ornatiſſimo.* Reperi etiam hoc epigramma in codice apud me apographo Inſcriptionum veter. Mediolanenſium Andreae Alciati, qui in notis adſcripſerat, ſe pulcherrimum monumenti hujus ſtylobatem dono accepiſſe a Galeacio Vice Comite, & de carmine ipſo hanc addit ſententiam: *Licet carmen ſaxo inſcriptum non omnino ad regulam factum ſit, habet tamen in ſe neſcio quid reverendae antiquitatis, longe pluris faciendum, quam ſyllabarum canones.* Inſcriptio autem eadem praefigitur, quae apud Apianum, Gruterum, Ferretium, & Cyriacum,

Q. VIRI SEVERINI
ATTIA SEVERINA ET. Q. VIRIVS
ONESAS PARENTES.

pro quo O NEFAS legendum monetur ad Gruter. ex hoc autem titulo non dubitavi praeſcribere nomen Q. VIRII SEVERINI. pro ATTII EPICTETI, ut eſt apud Pithoeum, & Fabricium, quod ex ſubſcriptione promanavit, quam mox exhibebo.

Cum frui debueram aetate, horrida fata negarunt. Praecipitem memet ſuperi &c.] uno verſu amplius apud Gruterum, ac Ferretium, & in cod. Moroni, Cyriaci Anconitani, & Alciati haec leguntur, ſed varia ac corrupta ſcriptura. Gruterus edidit, ut in cod. Moroni invenit Heinſius,

Cum frui debueram aetate florida luce
His requieſco locis vitam cui fata negarunt,
Praecipitem memet &c. quibus conſentit Alciati codex, & Cyriaci, niſi quod in eo, *vitam ſeu fata negare.* corruptiſſime autem apud Ferretium editur:

partibuſque ablatus inique,
Cum frui debueram aetate florida Luccbis
Requies coloris vitam cui fata negarunt
Praecipitem iminet &c. qui inepte *Luccbis* interpretatur pro *Lucis*, ſeu ſilvis religioſis, ſi enim alios conſuluiſſet, facile potuiſſet videre in mendoſa iſta lectione *luccbis requies coloris* latere *luce His requieſco locis.* Apianus vero unum tantum verſum, ſed vitioſum quoque, dedit,

Cum frui debueram aetate florida fata negarunt.
unde *horrida* pro *florida*, & omiſſis ceteris, *luce His requieſco locis*, praetuli, ut apud G. Fabricium & Pithoeum legitur.

Cum frui debueram aetate, horrida fata negarunt. Praecipitem memet ſuperi merſere ſub undas] *ſub aulas* cod. Moroni, & Alciati, Apian. Gruter. & Ferret. qui initium verſus mendoſum quoque habet, *Precipitem iminet.* MS. cod. Cyriaci, *Precipite memet inſere ſubdulas.* in quo additur haec ſubſcriptio,

QVI VIXIT ANNOS XXVIII. M. V. D. V.
ET ATTIO EPICTETO LIBERI
V. I. AVAE ALAMAE BENE
SIT TIBI D. M.

ubi pro AVAE ALAMAE forte emendandum AVE ANIMVLA.

Ac tumulo cluſere gravi] *ducere* Ferret. ex confuſa *cl* & *d* ſcribendi ratione. *Ac tumula inſere gravi* cod. Cyriac. *Ac tumulo merſere gravi* cod. Moroni. voce male repetita ex verſu praecedenti. Sed *cluſere* recte in codice Alciati, & apud Apian. Fabric. Pith. & Gruter. vide Cuper. Lib. I. Obſerv. pag. 56.

Jam partus & uſus, Arsque mihi fuerat ſtudioſo &c.] ſic Pithoeus & Fabricius ediderunt. Apian. Gruter. & Ferret. *cluſere gravi, uſus & arſque mihi fuerat.* Sed in veteri libro Moroni, *uſus & arſque, Venandique mihi fuerat ſtudioſo corde reperta.*
Maxima quadrupedum cura, ſtudia quoque plura fuerunt. & ſic fere in codice Cyriaci & Alciati, niſi quod in illis *Venandique* abſit, quod in ſolo Moroni codice eſt, & neceſſario addendum videtur, licet verſus extra metri orbitam vagentur. Sed caſtigari poſſet ex horum codicum veſtigiis, *Venandique mihi ars ſtudioſo corde reperta*, vel *recepta*, *Curaque quadrupedum*: ut ultimum *fuerunt* ad ſingula praecedentia referatur, ubi *fuerat* inconcinne ponitur. *cura* quoque additur apud Apian. & Gruter.

Ut quandoque ſimul finito lumine vitae] Gruterus, & Ferretius addunt,

Ut quandoque ſimul patribus inito lumine vitae.
quomodo in Alciati, Cyriaci, & Moroni codi-

Manibus his juncti pariter fociavimur una.
Quisque legis, doleas: devites talia fata.

EP. XI. F. ATINIVS. C. F. FAB.

Si lutus, aut pulvis tardat te forte viator,
Arida five fitis nunc tibi iter minuit:

Per-

dicibus, nisi quod *Et quandoque* in duobus ultimis. *limine vitae* in singulis.

Manibus his juncti pariter fociavimur una] ita dederunt G. Fabricius & Pithoeus. In codice Moroni,

Manibus his quieti pariter fociavimus una.

& fic Cyriaci codex, & Alciati liber MS. nisi quod in eo *fociamur una.* Heinsius ad Pithoei marginem conjecerat, *fociemur in urna.* forte etiam praestet *pariti fociabimur urna.* ne *fimul*, *pariter*, *una* cumulentur. idem optat ac Canace apud Ovid. Epist. XI. 114. *Urnaque nos habeat, quamlibet arcta, duos. fociabimur* requirit lectio codicis Cyriaci *fociavimur*, quod & apud Apianum & Gruterum editum est, si versu praecedente ex MSS *Et quandoque* praefeiatur. innuit commune illud conjugum & consanguineorum votum, apud poëtas frequens, quod ita exprimit Livia apud Albinovanum Epicedio Drusi v. 161.

Quod licet, hic certe tumulo ponemur in uno,
Druse, neque ad veteres conditus ibis avos.
Miscebor cinerique cinis, atque offibus offa.

apud Claudianum Laud. Serenae v. 152.

—— *Capaneia conjux*
Communes ardente viro mixtura favillas.

& in Epitaphio Sulcipiae:

Exsequias geminas nunc cinis unus habet.

vide ad Tom. I. pag. 322.

Quisque legis, doleas: devites talia fata] ita clare in MS. Alciati, ut ediderunt Pith. Fabric. & Gruter. *devitas* Ferret. *Quisquis legis* Apian sed *quisque* ponitur pro *quisquis.* ut saepe. vid. ad Vol. I. p. 356. vitiose in cod. Moroni & Cyriaci,

Quisque legis doleas divi pestalia fata.

Subscriptio carmini additur in codice Moroni & Cyriaci,

QVI VIXIT ANNOS XXVIIII.
MENS. V. D. V.
ET ATTIO EPICTETO LIBERTO.

in libro autem Alciati est,

QVI VIXIT ANN. XXVII.
M. XI. D. XV
ATTIO EPICTETO LIBERT.

ut apud Gruter. Apian. & Ferret. unde patet cur ATTII EPICTETI nomen praescriptum huic epitaphio fuerit apud G. Fabric. & Pithoeum.

EP. XI. F. ATINIVS C. F. FAB. *Si lutus, fi pulvis &c.*] fic ediderunt Pithoeus Lib. III. p. 101. Gruter. pag. 904. Jacobonius Adpend. ad Fontej. de prisc. Caesior. gente p. 154. Ferretius Lib. I. pag. 63. Octav. Rubeus (Rossi) in Monum. Brixian. pag. 77. Tom. IV. P. 2. Thes. Ital. Bonifacius de compon. Epitaph. cap. XXIII. p. 80. Labbaeus Thesaur. Epitaph. P. 1. pag. 12. Fleetwood p. 302. & ex veteri Moroni codice descripsit Heinsius, in quo praefigebatur titulus,

P. ATINIVS L. F. FAB.
HIC SITVS EST.

in cod. meo Inscriptt. vett. Henniniano,

Boarni in Ecclesia.

P. ATINIVS L. F. FAB
HIC SITVS EST.

& fic in cod. MS. Pighiano, ubi *Brixiae* praefigitur, & v. 1. *Si lutus, fi pulvis* legitur. *Si lutum* apud Jacobon. *Si coenum aut pulvis* exhibet Bonifac. *Si luteus pulvis* conjecerat Heinsius. Sed in ipso marmore legi *Si lutus aut pulvis*, testatur Maffejus in Museo Veronens. p. 171. in fine. quare sic edidi, ne prima in *lutus*, quae brevis est, producatur. Martial. Lib. XII. Ep. 26.

Et matutinum ferre patique lutum.

cui Lib. I. Ep. 56. recte *Aventinum lutum* restituit nuper vir eruditissimus Ant. Rooyius in Conject. ad Martial. p. 60.

Arida five fitis nunc tibi] ita Gruter. Rubeus, Fleetwood, & v. c. Moroni, & Henninianus. *Aridave fitis nunc* Bonifac. *Arida seu vestis tibi* Jacobon. *Si vestis tibi* Pith. hiante versu. *Arida fi vestis nunc tibi* Ferret. *vestis* emendabat Heinsius. Sed praetuli Gruteri, Rubei, & veteris Moroni codicis lectionem, *Arida five fitis nunc tibi.* & ita Labbaeus versum hunc in collectione Pithoeana, ut notat, prave editum, ex Grutero restituit. *arida fitis* passim. ut apud Ovid. XI. Met. 129.

Copia nulla famem relevat, fitis arrida guttur Urit,

ejusque imitatione auctor Epigrammatis de navigatione, quod edidi Vol. I. hujus Operis pag. 504. *Illic inter aquas urit fitis arida fauces.* ubi plura notavi. *iter minuere* hic eo sensu, quo *rumpere iter* Horatio Lib. III. od. 27. 5. *Rumpat aut serpens iter institutum.*

In

Perlege, cum in patriam tulerit te dextera fati,
Ut requietu' queas dicere saepe tuis:
Finibus Italiae monumentum vidi Vobernae,
*In quo est corpus Atini conditum.

EP. XII. CAESII AEQVIDICI.

Caesius Aequidicus iam centum vixerat annos,
Felices annos tot tulit hora brevis.

EP. XIII. *Romae.*

MEMORIAE M. LVCCEI. M. F. NEPOTIS SEX. * ONVSIANIVS.

Quum praematura raptum mihi morte nepotem
Flerem,

In patriam tulerit te dextera fati] *in patria* apud Rubeum. & in cod. Henniniano. *tulerint* recte Heinsius, ut *dextera fati* dicantur, quomodo apud Claudian. Bel. Gild. 103. *prospera fati*, & VI. Conf. Hon. 548 --- *in hunc sibi prospera fati Gratantur durasse diem.* ita utroque loco ex scriptis castigandum monuit, & apud Lucanum legit Lib. VI. 305. *pro tristia fati!* non *fata.* ubi vide Patrui mei notas. idem Heinsius Virgilio ex melioribus membranis restituit *libera fati* X. An. 154. ubi plura exempla in notis adtulit. & apud Silium Ital. XV. 520. emendabat *prospera belli.* & sic saepe loquitur Tacitus. vide & Oudend. ad Lucan. V. 782. *tuleris te dextera fati* cod. Hennin. ut edidit Pithoeus.

Ut requietu' queas] *Ut requiete* apud Bonifacium. *requietus* cod. Pighian. & Hennin.

Finibus Italiae monumentum vidi Vobernae] *Vobernae*, quod apud Pithoeum & Ferretium desideratur, ex Grutero, Rubeo, vetusto Moroni codice, MS. Pighii & Henniniano addidi, in quibus *Voberna. vidi Vobernae* apud Bonifac. *Vobernam* esse vicum ad Clesii amnis ripam situm, *Boarna* nunc vulgo dictum, ex Cluverii Italia antiq. p. 108. Grutero adscripserat Gudius.

In qua est corpus Atini conditum] interpolatum hunc versum dedit Bonifacius, *In quo P. Atini condita membra jacent.* aliam opem praestare conatus est auctor Periculi Animadv. in Gruter. pag. 46. qui versum hunc a Ferretio (quem solum memorat, licet a tot aliis sit editum hoc Epitaphium) vitiose prolatum sic restituendum confidenter adfirmat,

In quo Atini corpus conditur exanime.

deleto *est*, additis vocibus *corpus exanime*, & *conditum* in *conditur* mutato. Sed hoc quidem in loco talem interpolationem admitti non posse, cavet Maffejus in Museo Veron. p. 171. ubi testatur in ipso marmore Brixiano tantum legi, *In qua est corpus Atini conditum.* refertque inter exempla obvia in lapidibus, qui carminibus mutilis, vel infectis hemistichiis scatent, vel metrica in solutam orationem desinentia exhibent, quod pluribus probare nihil adtinet, ut praeteream *Atini* primam brevi perperam poni: quia *Attinii*, non *Atinii*, inter Gentes Romanas noti, cum duplici litera potius scribuntur. ut patet ex Glandorpii Onomast. p. 137. in cod. MS. Pighiano & Henniniano *In quo est Atini conditum*..... relicta lacuna. Maffeji itaque auctoritatem secutus sic edidi, ut in ipso marmore legi admonet.

EP. XII. CAESII AEQVIDICI.] Est apud Joh. Matth. Toscanum inter Epigrammata ex Lapid. vetustis, post Illustr. Poët. Ital. Carm. Tom. I. p. 92. Gruterum p. 904. 9. Ferret. Lib. II. p. 139. & Pithoeum p. 102. qui in secundo versu male distinxit *vixerat annos Felices. annos* &c. in Grutero *centum clauserat annos* editum est, ut in margine ed. Pith. correxerat Opitius.

EP. XIII. MEMORIAE M. LVCCEI. &c.] Nescio an in tota hac Catalectorum veterum Sylloge elegantius & genii venustioris carmen inveniatur, quam prolixum hoc & luculentum Epitaphium, quod sane eximii Poëtae, licet nobis ignoti, foetus est egregius, quodque meo quidem judicio ad laudem optimorum aureae illius aetatis poëtarum adspirare merito possit. Utinam ab eodem ingenio ac manu nobis plura superessent similia, profecto multis sequioris aevi barbaris & inconditis naeniis patienter carere possemus. Optandum tamen esset, ut omni ex parte integrum ad nos pervenisset, neque postrema septem disticha in fine lacera claudicarent: sed quas tamen lacunas partim aliorum judicium secuti, partim propria conjectura ducti supplere tentabimus. Legitur autem totum hoc, ita ut descripsi, apud Gruterum pag. MCXXIII. Inscr. 7. & ex eo, sed suppletis aliter versibus in fine hiantibus, apud Labbaeum in Thesaur. Epitaph. veter. pag. 41. Ferretium in Musis Lapid. Lib. IV. pag. 240. Fleetwood,

Flerem, Parcarum putria fila querens.
Et gemerem trifti damnatam forte juventam,
Verfaretque novus vifcera tota dolor;
Me defolatum, me defertum, ac fpoliatum
Clamarem, largis faxa movens lacrimis;
Exacta prope nocte, fuos quum Lucifer ignes
Spargeret, & volucri rofcidus iret equo:

Vidi

wood. in Syllog. Antiq. Infcript. p. 233. & Anglum Anonymum in Delectu Infcript. Rom. Metric. N. X. pag. 10. & feq. Poft Gruterum etiam e fchedis Vaticanis edidit Fabrettus in Infcript. Syntagm. cap. III. pag. 233. ubi monet totam Epigraphen tribus columnis continuari, & ex Joh. Macario verfus mutilos fupplet. ex illo etiam exhibuit Bonada Vol. II. pag. 231. unde mirari licet poft tot editores tam lacerum, & corruptum denuo editum effe ab Illuftri Marchione Scip. Maffejo in Infcriptionibus variis, Mufaeo Veronenfi fubjunctis, pag. CCLVIII. In noviffima autem Gruteri editione ita expreffum fuit, ut in tria frufta diffectum adpareat, non quafi totidem diverfa effent Epigrammata; fed forte hiatus illic inter octavum & nonum, itemque inter fextum & feptimum decimum diftichon relictus eft, ut indicetur hoc Epigramma per tres partes in tribus columnis fuiffe defcriptum, five revera fuerint tres lapides, five unus lapis, fed in tribus lateribus fculptus; ne quis forte exiftimet, intercidiffe ibi unum & alterum diftichon, nam perpetua ferie, ut hic legi voluimus, recte omnia inter fe cohaererent, & in prima editione Gruteri non interrupto ordine exhibetur. Ceterum auctor Epitaphii, tibi adparuiffe fingit nepotem, ex aethere delapfum, cujus mortem luget; Ille inter divos relatus eum adloquitur a verfu 15. ufque ad v. 28. in reliquis idem ad nepotem jam in aethera reverfum orationem denuo dirigit.

LUCCEI] fcribendum LUCCEJI ex fide lapidum antiquorum. vide Victor. ad Cic. V. ad Fam. 12. fic *Luccejus Torquatus*, Confularis, memoratur apud Lamprid. in Commod. c. 7. *Luccejus Albinus* apud Plin. III. Ep. 9. quem *Lucium* vocat Lib. IV. Ep. 9. ut in duobus Leidenfibus MSS. priore loco fcriptum inveni. fed *Luccejus* in utroque agnofcit vetuftiffimus codex Mediceus, ad Heinfio collatus. & frequens hoc nomen effe in Infcriptionibus antiquis, ex Indice Gruteri patet.

1. *Raptum mihi morte*] *forte* apud Ferret. errore typi. *quaerens* apud eumdem.

3. *Et gemerem*] *Ut* male apud Labbaeum, & *morte* pro *forte*.

5. *Me defolatum, me defertum, ac fpoliatum*] Egregium numerorum artificium in hoc difticho ad ingentis dolorem exprimendum, optimo cum judicio cumulatis fpondaeis, & verbis idem fere fignificantibus, admirabitur, cui aures funt ad poëticas delicias factae. *defolatus* vox eft elegantiffimi ufus, pro folo relicto, deferto, orbo. fic apud Reinef. Cl. XII. Infc. 30. IN TANTA DEMUM ORBITATE DESOLATUS SUPERSUM. &, *defolatus ac defertus*, ut hoc in verfu, conjungitur apud Sueton. Calig. cap. 12. Gloffarium MS. Bibl. Leid. poft Ifidori Etymolog. *Defertum*, *incelebre*, *defolatum*, *derelictum*, *diftitutum*, *in occultum dimiffum*. & paullo poft, *Deftitutum*, *relictum*, *defolatum*, *deftructum*. inde leviter corrigendus eft Papias, apud quem legitur *Defertus*, *fedolatus*, *egens auxiliis*. lege tranfpofitis literis *defolatus*. optime notionem verbi non ita tritam illuftravit Gronovius Lib. IV. Obferv. cap. 21. ubi quod in Juftini loco primus, ceteris Interpretibus merito emendationem ejus laudantibus, reftituat, *viduufque jam ac defolatus in regnum refugit*, id confirmatum inveni a codice Bibliothecae Franequeranae. Sed & frequens occurrit hoc verbum in monumentis antiquis. ut DESOLATA ORBITAS in Infcriptione, quam Luifinus in Parergis, & ad Petronii cap. CXI. Gonzalius protulerunt, fed quae a Grutero inter fpurias relata eft pag. 11r. Infcr. 4. de qua vide Reinef. Epift. ad Rupert. pag. 444. fic FAUSTINA MATER UNICO FILIO DESOLATA in alia Infcript. apud Gruterum pag. DCLXXXII. inf. 9. *gentes defolatas & cultoribus fuis viduatas* apud Arnobium Lib. 1. pag. 4. *aeve jam defolata fenectus* apud Petronium cap. 124. *defolati penates* Statio Lib. II. Sylv. 1. v. 67. & in fine,

——— *defolatamque fororem*,
Qua potes, & miferos perge infinuare parentes.

Saxa movens lacrimis] *fata movens* Struhtmeyer. Anim. Crit. pag. 43. tentabat, fed dein vulgatae acquiefcit. recte. innuit enim, fe *faxa* & lapides triftitia ac lacrimis fuis ad mifericordiam commovere. ut de Amphione Horat. A. P. 395. *faxa movere fono teftudinis*. & Lib. III. od. 13. *Movit Amphion lapides canendo*. *Saxa moves gemitu* Ovid. XIII. Met. 48.

8. *Et volucri rofcidus iret equo*] eft imitatio Ovidii Lib. II. Faft. v. 314.

Hefperus & fufco rofcidus ibat equo.

9. *Vidi*

Vidi ſidereo radiantem lumine formam
Aethere delabi. non fuit illa quies.
Sed verus juveni color & ſonus; at ſtatus ipſe
Major erat nota corporis effigie.
Ardentes oculorum orbes, humeroſque nitentes
Oſtendens, roſeo reddidit ore ſonos:
Adfinis memorande! quid o me ad ſidera coeli
Ablatum quereris? deſine flere Deum.
Ne pietas ignara ſuperna ſede receptum
Lugeat, & laedat lumina triſtitia.

Non

9. *Vidi ſidereo radiantem lumine formam*] Adumbratum videri poſſet ex Statio Lib. II. Sylv. I. v. 42.

O ubi purpureo ſuffuſus ſanguine candor,
Sidereique orbes, radiataque lumina coelo!

ſic paullo poſt *ardentes oculorum orbes.* quod eſt hemiſtichium Virgilianum Lib. XII. Æn. 670.

Ardentes oculorum orbes ad moenia torſit
Turbidus.

Id vero divinitatis ſignum veteribus fuiſſe videbis apud Barthium Lib. XIX. Adverſ. c. 14. ita *ardentes oculos* apud Virg. V. Æn. v. 648. inter illa poni, quibus numina cognoſcuntur, notavit Servius.

12. *at ſtatus ipſe Major erat nota corporis effigie*] *at ſtatus ipſi Major erat* &c. corrigit Struchtmeyer. in Animadv. Crit. cap 8. in fine. apud Fabrettum, Bonadam, & Anglum anonymum, *& ſtatus ipſe Major erat.* pro *nota major* vitioſe *nota* apud Maffejum. expreſſum ex Virgilio Lib. II. Æn. 773.

Infelix ſimulacrum atque ipſius umbra Creuſae
Viſa mihi ante oculos, & nota major imago.

& de voce aut ſono apud Valer. Flac. Lib. II. 226.

——— *adeo ingentes inimica videri*
Diva dabat, notaque ſenat vox conjuge major.

ubi adpoſite Patruus meus illud Silii Italici adſcripſit Lib III. v. 700.

At major nota jam vox prorumpit in auras.

Claudian. VI. Conſ. Hon. 530. *& nota major ſe Roma videndam Obtulit.* & ſic paſſim nota ſpecie majores & humana auguſtiores in ſomniis adparere imagines finguntur, ad divinitatem conciliandam. vide ad Lib. II. Ep. 36. p. 204. ita Romulus apud Ovid. II. Faſt. v. 503

Pulcher & humano major, trabeaque decorus
Romulus in media viſus adeſſe via.

Florus Lib. I. cap. I. 18. *mox Julius Proculus fidem fecit, viſum a ſe Romulum affirmans, auguſtiore forma, quam fuiſſet.* Curtio Ruſo *ſpecies mulieris oblata ultra modum humanum* apud Tacitum XI. Ann. cap. 21. ubi vid. Lipſ. ſic Druſo *ſpecies mulieris humana amplior* offertur apud Sueton. in Claud. cap. I. vid. Merulam ad Enn. pag. 36. & ſeq. neque aliter fieri credebant veteres in adparitionibus umbrarum, ſpectrorum, & deorum Manium. vid. Broukh. ad Tibul. III. 6 22.

10. *Non fuit illa quies*] ante oculos habuit illud Virgilii Lib. III. Æn. 173.

Nec ſopor illud erat, ſed coram agnoſcere vultus,
Velataſque comas, praeſentiaque ora videbar.

15. *memorande*] *venerande* Cl. Schrader. quae voces alibi etiam mutantur.

18. *& laedat lumina triſtitia*] Ita in noviſſima Gruteri editione. id eſt nimio fletu oculos fatiget & corrumpat. ut apud Propertium Lib. I. El. 21. 3.

Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques.

ſic Atimetum conjugem Homonoes poſt mortem rogat, ne nimio fletui indulgeat, egregio epigrammate apud Pithoeum Lib. III. pag. 129.

Parce tuam conjux fletu quaſſare juventam,
Fataque moerendo ſollicitare mea.
Nil proſunt lacrimae, nec poſſunt fata moveri.
Viximus. hic omnes exitus unus habet.

quod infra pluribus a me illuſtrabitur. Ita in Epitaphio apud Gruter. pag. MCXXVII. 8.

Definite extinctum dulces me flere parentes,
Definite & fati triſtia jura queri.

Sed quia praeceſſit *pietas*, puto poëticum magis eſſe, *& laedat numina triſtitia.* ut emendandum conjeceram, antequam vidiſſem ita in prima Gruteri editione haberi. & ſic Labbaeus, Ferretius, & Anglus anonymus. ſaepe enim apud poetas nimio vel intempeſtivo luctu Dii laedi & violari di-

cun-

Non ego Tartareas penetrabo triſtis ad undas,
Non Acheronteis transvehar umbra vadis.

Non

cuntur. Romulus apud Ovidium, inter Deos relatus, & Julio Proculo adparens, Lib. II. Faſt. 506.

——— probibe lugere Quirites;
Ne violent lacrimis numina noſtra ſuis.

ita manes defunctorum inmodicis querelis *laedi* exiſtimabant. de quo vide Brouk. ad illa Tibulli Lib. I. El. I. 81.

Tu manes ne laede meos, ſed parce ſolutis
Crinibus, & teneris, Delia, parce genis.

ſic *fata* vel *fortunam queſtibus onerare, fatigare*, & ſim. apud Juſtinum Lib. V. cap. 7. *In foro deinde coëunt, atque ibi perpeti nocte fortunam publicam queſtibus onerant.* ut recte Schefferus, & firmatur a MS. Oxonienſi. pro quo in vulgatis *iterant*. probaturque Virgilii loco IX. Aen. 24. *oneravitque aethera votis.* Id *fatigare fortunam onerando* dixit Lib. XII. cap. 8. ubi vide Gronov.

19. *Non ego Tartareas penetrabo triſtis ad undas* &c.] Adhaeret Virgilio Lib. V. An. 733.

——— non me impia namque
Tartara babent, triſtes umbrae; ſed amoena piorum
Conſilia, Elyſiumque colo.

& in Epitaphio Graeco Rhetoris apud Gruter. p. MXXXV. 12.

Ναίω δ' ἡρώων ἱερὸν δόμον, οὐκ Ἀχέροντος.
Τοῖον γὰρ βιότου τέρμα σοφοῖσιν ἔνι.

Id eſt, interprete Grotio,

Nunc Acheronte procul ſacrata Heroibus arva
(Nam finis doctos excipit iſte) colo.

ad umbras in margine Gruterus, Fabrettus, & ex eo Bonada. male. nam ſequitur *umbra*. Reſpiciunt haec ſuperſtitionem veterum, qua credebant animas pias, quae ad remos in cymba Charontis ipſae ſedebant, (ſubjungit enim, *Non ego caeruleam remo ſulcabo carinam,*) tranquillius & laetius ad infernas ſedes penetrare, & a Charonte, tremendo illo Cerbero, Minoë, ceteriſque Diis Stygiis cum aliqua gratia excipi. vid. Broukh. ad Propert. Lib. IV. El. 7. v. 52. & 56. hinc putabant probos poſt vitam apud inferos quadam προεδρίᾳ honorari. de qua vide Hemſterh. ad Luciani Dialog. p. 44. Facit huc illuſtris Statii locus in Lacrimis Etruſci Lib. III. Sylv. 3. 21.

Exſultent placidi Lethaea ad flumina manes,
Elyſiae gaudete domus. date ſerta per aras,
Feſtaque pallentes hilarent altaria lucos.
Felix, & (lege *ter* cum Heinſio) *nimium felix, ploratuque nato*
Umbra venit, longe Furiarum ſibila, longe
Tergeminus cuſtos; penitus via longa pateſcat
Manibus egregiis. &c.

pietate Abaſcanti in Priſcillam Lib. V. Sylv. I. 251.

Nempe times, ne Cerbereos Priſcilla tremiſcat
Latratus! tacet ille piis. ne tardior adſit
Navita, proturbetve vadis. vebit ille merentes
Protinus, & Manes placidos locat hoſpite cymba.

& Cornelia Paulli apud Propert. IV. El. XI. v. 17. & ſeqq.

Inmatura licet, tamen huc non noxia veni.
Det pater hic umbrae mollia jura meae.
Aut ſi quis poſita judex ſedet Aeacus urna,
In mea ſortita vindicet oſſa pila.
Adſideant fratres. juxta Minoïda ſellam
Eumenidum intento turba ſevera foro.
Siſyphe, mole vaces. taceant Ixionis orbes.
Fallax Tantaleo corripere ore liquor.
Cerberus & nullas hodie petat inprobus umbras,
Et jaceat tacita laſſa catena ſera.

ſic iſta ſcribenda, quae in vulgatis corruptiora. & haec Propertiana felici artificio expreſſet Paullus Panſa, optimo Molſae Epicedio,

Portitor excipiat cymba, ducatque per alveum,
Leniter alludat, Styxque ſecunda rati.
Eumenides procul, atque Erebi procul omnia monſtra,
Nec Phlegethonteae flamma minetur aquae.
Non rota, non ſaxum, non vultur terreat, abſint
Belides infames, Tantaleuſque labor.

& his antiquorum poëtarum veſtigiis inſiſtit Flaminius, cultiſſimo illo in Hyellae obitum epigrammate, quod profert Broukhuſ. ad Propert. p. 441. Joh. Matth. Toſcanus in Proſopopoeia Adriani Turnebi inter Poët. Italos ab eo editos, poſt Tom. I. p. 31. b. loco prolixo. & noſtras Janus Secundus Libro Funerum pag. 187. in obitum Joannae Fontanae Bituricenſis,

Non ego tergemini Canis indignantia roſtra
Vidi, non oculos terruit Hydra meos.
Moenia non hic ſunt triplici circumdata muro,
Flammanti Phlegethon quae ruber ambit aqua.
Saxa, rotae, ſcopuli, fugientia flumina, vultur:
Tale nihil noſter mitior orbis habet.

Sed hoc loco M. Luccejus, inter divos relatus, jactat ſe ad Elyſias ſedes non penetraturum, neque remos in cymba Charontis acturum, licet Orci portitorem terribilem non timeret, utpote anima pia & in coelum recepta. Statius Lib. II. Sylv. I. 184.

Pone metus, letique minas deſiſte vereri,
Illum nec terno latrabit Cerberus ore,

Nulla

Non ego caeruleam remo ſulcabo carinam,
  Nec te terribilem fronte timebo, Charon.
Nec Minos mihi jura dabit grandaevus, & atris
  Non errabo locis, nec cohibebor aquis.
Surge, refer matri, ne me noctesque diesque
  Defleat, ut moerens Attica mater Ityn.
Nam me ſancta Venus ſedes non noſſe ſilentum
  Juſſit, & in coeli lucida templa tulit.
Erigor, & gelidos horror perfuderat artus,

30. Spi-

Nulla ſoror flammis, nulla adſurgentibus hydris
Terrebit, quum ipſe avidae trux navita cymbae
Interius ſteriles ripas & aduſta ſubibis
Litora, ne puero dura adſcendiſſe facultas.

Hercules Oetaeus ad matrem Alcmenam apud Senec. v. 1962. & ſeqq.

Non me rigentis ſtagna Cocyti tenent,
Non puppis umbras furva tranſvexit meas,
Jam parce, mater, queſtibus &c.

& paullo poſt:

Virtus in aſtra tendit, in mortem timor.
Praeſens ab aſtris, mater, Alcides cano &c.
Me jam decet ſubire coeleſtem plagam.

haec autem & ſimilia ſunt ex illa veterum opinione, qua credebant illuſtrium & bonorum hominum manibus locum aſtris proximum adſignari. qua de re videſis Heinſium Lib. 1. Adverſ. cap. 2. pag. 17.

21. *caeruleam remo ſulcabo carinam*] In aliis *pulſabo* haberi, teſtatur margo Gruteri. & ſic edidit Fabrettus, Bonada, & Angius anonymus. ceteri *ſulcabo*, quod verbum poëtis frequentiſſimum. Ovid. II. ex Pont. Epiſt. 10. 33. *Seu rate caeruleas piĉta ſulcavimus undas.* & ſic ipſe Charon *umbriferae ſulcator pallidus undae* Statio VIII. Theb. 18. & *nigri ſulcator Averni* Lib. XI. 588. patet ex hoc loco, apud poëtas defunctorum animas fingi ad remos ſedere in cymba Charontis, portitore ipſo clavum regente, quapropter hic vocatur *terribilis fronte*, quia, qui remos agebat, frontem & ora illius, qui clavo praeerat, intuebatur. vide Broukh. ad Propert. Lib. IV. 7. 56. ubi hunc ipſum locum adfert. & Hemſterh. ad Luciani Dialog. pag. 19. inſolentior tamen locutio videtur, *carinam remo ſulcare. ſulcare* enim *undas*, *mare*, *aquas* &c. recte dicitur, non vero *ſulcare navem.* at *remo pulſare carinam* admitti poteſt. Cel. Dorvillius tentabat, *caeruleam remo ſulcabo paludem.* Si liberiori conjecturae indulgere licet, poſſet refingi,

Non ego caerulea Lethen ſulcabo carina.

Lethes nomen non raro apud auctores veteres corruptum. Lucret. Lib. V. 1231.

——— *quoniam violento turbine ſaepe*
Correptus nihilo fertur minus ad vada leti.

ubi optime Heinſius legebat *ad vada Lethae.* Statius Lib. II. Sylv. 7. 101.

Sic & tu (rabidi nefas tyranni!)
Juſſus praecipitem ſubire Lethen.

Martialis Lib. VII. Ep. 47.

Redderis heu quanto fatorum numine nobis,
  Guſtata Lethes paene remiſſus aqua.

& Lib. X. Ep. 2.

Pigra per hunc fugies ingratae flumina Lethes.

Valer. Fl. II. 483.

Virgineam damnare animam ſortitaque Lethen
Corpora.

Claudianus II. R. P. 219.

Sunt tibi deformes Dirae, ſunt altera Lethes
Numina. ut recte praefert Heinſius, pro *Flumina.*

22. *terribilem*] *terribili* male apud Angium anonymum.

24. *nec cohibebor aquis*] Stygiis nempe. eſt enim imitatio Horatii Lib. II. od. 20. 8.

——— *non ego, quem vocas*
Dilecte, Maecenas, obibo,
Nec Stygia cohibebor unda.

Sedes non noſſe ſilentum] id rectius quam *ſedes ſilentes.* nam *ſilentes* hic pro mortuis, qui in inferno. vide Muret. ad Catull. p. 140. ed. Ald. Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. 124. Gronov. ad Senec. Herc. Oet. 22. Hagenbuch. Epiſt. Epigraph. p. 435. & quae Patruus meus notat ad illud Ovidii XIII. Met. 25.

Aeacus huic pater eſt, qui jura ſilentibus illic
Reddit.

ſequenti igitur verſu multum eriges ſententiam, ſi levi mutatione legatur,

Juſſit, at in coeli lucida templa tulit.

ut ſilentum ſedibus in inferno opponat *templa coeli lucida*, quae incolere ſe gloriatur.

29. *gelidos*] *gelidus* apud Ferret.

Spirabat fuavi tinctus odore locus.
Die nepos, feu tu turba ftipatus Amorum
Laetus Adoneis lufibus infereris;
Seu grege Pieridum gaudes..........
Omnis coelicolum te c.........
Si libeat thyrfum gravidis a..........
Et velare comam palmite, Lib......
Pafcere fi crinem, & lauro redimi,........

Arcum:

30. *Spirabat fuavi tinctus odore locus*] Indicat ex grato, quo repletus erat locus, odore fe fommo expergefactum fenfiffe, Deum fibi adparuiffe, quo indicio adeffe Deos agnofcebant. Ovid. v. Faft. 376.

——— tenues feceffit in auras;
Manfit odor. poffes fcire, fuiffe Deam.

Virgil. I. Aen. 403. & feq.

Ambrofiaeque comae divinum vertice odorem
Spiravere: pedes veftis defluxit ad imos,
Et vera inceffu patuit Dea.

ubi vide Cerdam. Claudian. Epith. Honor. 240.

Cum procul augeri nitor, & jucundior aër
Attonitam luftrare domum, fundique comarum
Gratus odor; mox vera fides, numenque refulfit.

Statius Lib. I. Sylv. 3. 11.

Tum Venus Idaliis unxit faftigia fuccis,
Permulfitque comas, blandumque reliquit honorem
Sedibus.

ita circumfertur in vulgatis editionibus, & in vetuftioribus Veneta, Aldina, aliifque. fed recte Scriverius ad libri fui marginem fufpicabatur fcriptum fuiffe *hodorem* pro *odorem*, ut legendum eft. idque Marklando non animadverfum miror. nam quod Barthius *honorem* explicet amabilitatem, venerationem, fruftra eft. ita *fpiritum*, feu *odorem gratum*, apud Virg. v. Aen. 648. etiam inter illa recenferi, quibus cognofcuntur Numina, monet Servius.

31. *Die nepos*] fic prima Gruteri editio. nam in noviffima contra metrum, operarum incuria, ut puto, editur DIC NEPOS. & fic perperam apud Fabrett. Ferret. & Bonadam. quod & monuit Celeb. Dorvillius Diatrib. ad Infcript. Antiq. in Obferv. Mifc. Nov. 1741. Tom. III. p. 141. mallem tamen *Dive*. fimilis Claudiani locus Nupt. Hon. & Mar. v. 303.

Dive parens, feu te complectitur axis Olympi,
Seu colis Elyfios, animarum praemia, valles.

33. *Seu grege Pieridum gaudes.....*] *divifque Camoenis* fupplet Macarius. quomodo etiam apud Fabrettum, Bonadam, & Anglum anonymum. fed fic bis idem cumulatur. apud Labbaeum vero editur,

Seu grege Pieridum gaudes plaudente fororum.

vide an rectius fit, *Seu grege Pieridum gaudes, & Apolline jungi.*

34. *Omnis coelicolum te c.....*] *te comitatur honos* Gruterus, Labbaeus, Ferretius, & Fleetwodus. mihi fcriptum fuiffe videtur *te chorus excipit.* quod fupplementum firmabunt notata ad Epitaphium Oppiae a marito Comminio Firmio pofitum, ubi occurrit, *Accipite hanc animam, numerofque augete facrorum.* nam quod Macarius addebat *te chorus infequitur*, ut & Fabrettus edidit, & ex eo Bonada, & Anglus anonymus, non intelligo.

35. *thyrfum gravidis a....*] *onerare corymbis* Macarius, Fabrettus, & Bonada. fed veftigiis monumenti preffius infiftit Scriverii fupplementum, *armare corymbis. agitare corymbis* Labbaeus & Anglus, pro quo *amicire* Dorvillius. corymborum ufum in facris Bacchi illuftrat Gorius ad Columbar. Servor. Liviae pag. 203. fequens verfus defiderat omnino, *Et velare comam palmite, Liber eris.* ut recte Macarius, Gruter. Fabret. Labbaeus, Ferret. Fleetwodus, Bonada, & Anglus anonymus. An non haec quoque e Virgilio defumta funt? Lib. VII. Aen. v. 390.

Evoë, Bacche, fremens, folum te virgine dignum
Vociferans. etenim molles tibi fumere thyrfos,
Te luftrare choros, facrum tibi pafcere crinem.
Fama volat:

ubi illud *facrum tibi pafcere crinem* de Baccho, hic refertur ad Apollinem.

37. *& lauro redimi....*] *lauro redimitus ovanti* Macarius, Fabrett. & Bonada. Non placet. requiritur infinitivus, nec quem *laurus ovans* hic locum habere poffit, video. Legendum omnino, *& lauro redimire capillos.* quomodo emendaveram, antequam a Labbaeo ita fuppletum vidiffem.

Fleet.

Arcum cum pharetra ſumere, P.....
Indueris teretes manicas, Phrygiu.........

40. Non

Fleetwodus hiatui non ſuccurrit. ſic *mitra redimire capillos* apud Ovid. Ep. IX. 63. *crinem* & *capillos* uno verſu hic jungi diſplicebat Cl. Schradero, ideoque ſuppIebat, *Paſcere ſi crinem & lauro redimire fluentem.* ut ſit imitatio Virgilii, de Phoebo, IV. Aen. 147.

Ipſe jugis Cynthi graditur, molliqne fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro.

ſed quia *crinem paſcere*, & *lauru redimire capillos*, diverſa ſunt, prius praefero. *libeat* ex praecedentibus repetendum. *redimire capillos* illuſtrant notae Heinſii ad Claudian. II. in Eutrop. 184. notum crines Apollinis intonſos a veteribus admodum celebrari. quo refer illud Ovidii III. Art. Am. v. 141.

Alterius crines humero jactentur utroque,
Talis es adſumta, Phoebe canore, lyra.

his lucem egregiam adſundit monumentum longe pulcherrimum, in quo formoſiſſimus Apollo, decora inſignis caeſarie, lauro redimitus, cum arcu & cithara. quod ex Muſaeo Romano Cauſei de la Chauſſe dedit Broukh. ad Tibull. Lib. III. El. 4. v. 27. In pentametro ſenſus ipſe poſtulat, ut cum Grutero, Fabretto, Macario, Bonada, & Anglo anonymo ſuppleatur, *Arcum cum pharetra ſumere, Phoebus eris.* & ita Labbaeus, Ferretius, & Fleetwood. Ante oculos habuit poëta illud Ovidii, Epiſtola Sapphûs,

Sume fidem & pharetram, fies manifeſtus Apollo;
Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

cui ſimilis locus Propertii Lib. IV. 2. 31.

Cinge caput mitra, ſpeciem furabor Iacchi,
Furabor Phoebi, ſi mihi plectra dabis.

39. *Indueris teretes manicas, Phrygiu.....*] *Phrygiamque tiaram* Macarius, Fabrettus, Bonada, & Anglus anonymus. *Phrygiumque tiaram* praefert Cl. Schraderus, propter ſuperſtitem literam *u.* ut in illo Virgilii VII. Aen. 247. *ſceptrumque ſacerque tiaras.* & in pentametro cum Grutero & Anglo anonymo, *vivet Atys*, quae ultima ut veriſſima & per ſe facilis emendatio eſt, ſic de priori ſupplemento dubito. licet aliqua ſpecie poſſet firmari ex Juvenali Sat. VI. 516.

——— *& Phrygia veſtitur bucca tiara.*

ubi Scholiaſtes antiquus: *ſacerdotis habitu, tiara enim galea ſacerdotis eſt, quae, per malas veniens, mento ſubligatur. tiara eſt Phrygium quod dicunt.* ex quibus Scholiaſtae verbis Salmaſius ad Vopiſc. Aurelian. cap. 46. p. 571. obſervat poſteriori aevo *Phrygium* abſolute dictum, quod vetuſtiores Phrygiam tiaram vel mitram. Gloſſarium antiquiſſimum Voſſianum MS. *Tiara, frigeum pallium, vel galea Perſica:* lege, *Phrygium pileum.* aliud Gloſſarium MS. Leidenſe poſt Iſidori Origines: *Frygium, thiara, pilleum, vel trojanum.* lege, *tiara, pileum Phrygium, vel Trojanum.* idem Gloſſarium, *Galearum, junarum, ideſt pylleum paſtoralem ex juncis factum.* quae corrupta ſunt. Lege, *Galerum* (vel *galearium*) *tiaram, ideſt pileum paſtoralem* &c. Papias in Vocabulario: *Galearia, pileus ſive tyra.* ubi ſcribe, *ſive tiara.* ſed haec nihil ad Attin. Quia igitur in monumento ultima ſuperſtes littera eſt *u*, requiri videtur, ut legamus, quomodo a Labbaeo editum video, *Phrygiumque galerum*, & intelligamus pileum illum Phrygium, incurvum & inflexum, quo ornatus ſaepe in vetuſtis monumentis Cybelae Deûm matri adſtans conſpicitur Attis. ut in numo apud Spanhem. de Praeſt. & Uſu Numiſm. Tom. II. p. 291. & hic Phrygius Attidis pileus videri poteſt in Begeri Tom. III. Theſ. Brand. pag. 312. & Murator. Tom. I. Theſ. Inſc. vet. pag. 31. talis pileus eſt in numo Regis Midae, edito a Sponio in Miſcell. p. 130. aliiſque. ſed praecipue legi meretur Scriverius ad Martial. Lib. I. Ep. 53. pag. 48. ubi cum gemma Gorlaei comparat eximium marmor a Boiſſardo depictum, quod Romae quondam apud Alberinos fuit, in quo elegans Attidis figura, Cybelae turritae a latere adhaerentis, & Phrygius ille pileus conſpicitur. illud ipſum eſt monumentum, quod in tabula aenea exhibetur apud Gruter. pag. XXIX. & in marmore Cardinalis Caeſii pag. XXVII. ubi pinui adſtat cum baculo incurvo, & Cybele currui a leonibus tracto inſidet. tali etiam mitra ſeu galero Phrygio opertus eſt Attis in ſtatua apud Pignor. in Orig. Patav. cap. XII. ubi plura adnotavit. Ceterum eumdem hunc Attidis pileum baculo paſtorali impoſitum, addita Inſcriptione, quae legitur apud Gruter. pag. XXVIII. 2. offendi in tabella marmorea, non procul a Maſſilia in Galliis reperta, ſed quam Gruterus praetermiſit; depicta in Libro variar. Antiqq. & Inſcriptt. cujus mihi copiam fecit Ampliſſimus Vir Balthaſar Huydecoper, Inſigne patriae urbis & Muſarum decus. *galerus* autem hic ideo Attidi datus eſt, quia paſtorale capitis velamentum eſt. de quo vide Barth. ad Calpurn. Ecl. I. v. 7. Denique ut *manicae*, & *galerus*, ſive mitra, hic conjunguntur,

Non unus Cybeles pectore vivet A...
Si spumantis equi libeat quatere ora.....
Cyllare, formosi membra vehes e....
Sed quicumque Deus, quicumque vocab......
Sit soror, & mater, sit puer incoli......
Haec dona unguentis & sunt potiora......
Quae non tempus edax, non rapi......

ita apud Virgil. Lib. IX. Aen. 616. ubi de Phrygum mollitie ac luxu:

Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae,
O vere Phrygiae, neque enim Phryges. ite per alta
Dindyma &c.

ex quo loco hic etiam legi posse *Phrygiamque mitellam* conjecerat Cel. Schraderus. quomodo Auctor Copae in initio: *Copa Syrisca caput Graja redimita mitella.* & de *mitellis* vide Abramii notas ad Cic. pro Rabir. cap. 10.

40. *Cybeles pectore vivet A...*] *Atys* facili conjectura suppleverunt omnes quamquam proprie *Atys* nomen sit Regum quorundam Lydorum, *Attis* vero Cybeles amasii: sed quae tamen in plerisque Latinorum, praesertim poëtarum, scriptis confusa observat Salmas. in Solin T. I. pag. 51.

41. *spumantis equi libeat quatere ora.....*] bene Gruter. Macarius, Fabrett. Labb. & Ferret. addunt *lupatis* quomodo etiam Fleetwood. & Bonada. ad rem facit elegans Claudiani locus IV. Cons. Honor. 564.

Quin etiam velox Aurorae nuntius Aethon,
Qui fugat hinnitu stellas, roseoque domatur
Lucifero, quoties equitem te cernis ab astris,
Invides, inque tuis mavult spumare lupatis.

talem equum lupatis frenari inpatientem describit Prudentius Psychomach. v. 192.

Nec minus instabili sonipes feritate superbit,
Inpatiens madidis frenarier ora lupatis,
Huc illuc frendens obvertit terga, negata
Libertate fugae, pressisque tumescit habenis.

42. *Cyllare formosi membra vehes e.....*] *equitis* iidem. vere. *Cyllari* vitiose apud Fabrett. apposite Claudian. IV. Cons. Hon. 557.

Servireque tuis, contemto Castore, frenis
Cyllarus, & flavum Xanthus sprevisset Achillem.

de *Cyllaro* Pollucis, vel Castoris, equo velocissimo, omnia nota. vid. Lutat. ad Stat. VI. Theb. 328. & Probum, Philargyr. & Cerdam ad Virgil. III. Georg. 89. & Cellar. ad Eumen. Paneg. Constantin. cap. 8

43. *quicumque Deus, quicumque vocab....*] *vocaberis heros* inserunt Gruter. Macarius, Fabrett. Labb. Ferret. Fleetw. Bonada, & Anglus. id tamen juveni non apte convenire videtur, ideoque praestaret forte, *quicumque vocabere Divus.* sive inter Deos sive inter Divos fueris relatus. ut supra venuste conparatur cum Diis, pulchritudine praestantibus, Apolline & Baccho, tum Divis, Attide, Castore, ac Polluce. *Heros* tamen praeferebat Cel. Dorvillius, sive intelligantur Bacchus aut Apollo, Dii, sive Attis, Castor & Pollux, qui inter heroës. isto enim tempore, saltem apud Graecos, defuncti non de plebe, sed viri illustres, omnes dicebantur *heroës*. sic apud Gruter. p. 683. n. 7. Φλαβιανῷ ἥρωι &c. & Alciphron. Lib. III. Ep. 37. τὸν ἥρω Φαιδρίαν, id est, maritum meum defunctum. vid. Bergler. & hinc sepulcra ipsa vocantur ἡρῷα, pro Heroum monumentis. vide Maffeji Mus. Veron. p. 126. Spon. Miscell. p. 330. fin. & 370. Reines. Clas. VII. 28. Murator. Tom. III. p. MDCCXVI. 10. & MDCCXXII. 15. Hagenbuch. Epist. Epigraph. p. 55. & Miscellan. Observ. Nov. Tom. I. Vol. III. p. 136. & 149. in pentametro recte Gruterus, & ceteri iidem *incolumis.* perperam apud Fabrettum & Bonadam *Sic soror* &c. *sic puer.*

45. *Haec dona unguentis & sunt potiora....*] *metallis* volebat Gruterus, quod secutus est Labbaeus, Fleetw. & Anglus; ut versus ultimi sententia videtur exigere. & sic Ferretius, sed qui male edidit *aptiora. corollis* Macarius, Fabrett. & Bonada, quod praefero. quia cum *unguentis* melius videntur conjungi, ut innuat, carmen suum, ultimum pietatis officium, donum esse unguentis, floreis coronis, vel aliis muneribus funeralibus praestantius ac perennius. similis locus Statii Lacrymis Hetrusci Lib. III. Sylv. 3.

Macte pio gemitu, dabimus solatia dignis
Luctibus, aeternasque ultro sacrabimus umbris
Inferias, Hetrusce, senis. tu largus Eoa
Germina, tu messes Ciliciumque Arabumque superbis
Merge rogis &c.
——— *nos non arsura feremus*
Munera, venturosque tuus durabit in annos,
Me monstrante, dolor.

46. *Quae non tempus edax, non rapi.....*] Gruterus & Ferretius, *non rapit unda maris.* quod sequitur Fleetwodus. Labbaeus supplevit: *Non rapit*

D. M.

EP. XIV. CAMILLI AQVILEJI.

Adſpice quam ſubito marcet, quod floruit ante.
  Adſpice quam ſubito, quod ſtetit ante, cadit.
Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet.
  Illa eadem, vitam quae inchoat, hora rapit.

EP. XV. RVFINI.

Claudius hunc vivus Stygias Rufinus ad umbras
  Inſtituit titulum poſt animae requiem:.

Qui

pit hora ruens. ſed amplector potius conjecturam Macarii, *Non rapit ira Jovis.* & ſic ediderunt etiam Fabrettus, Bonada, & Anglus anonymus. ut ex Ovidii noto Metamorphoſeon Epilogo deſumſerit poëta:

——— quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

imitatus eſt auctor Epigrammatis de Romae ruina apud Pithoeum Lib. III. p. 84.

Non tamen annorum ſeries, non flamma, nec enſis
Aeternum potuere hoc abolere decus.

ubi male *nec beſtis* apud Opitium. & *poterunt* pro *potuere* melius apud Schottum. ſimile illud in Inſcriptione Praeneſtina;

Hoc poſuit donum, quod nec ſententia mortis
Vincere, nec poterit Fatorum ſumma poteſtas.

Propertius Lib. III. El. I. 61. de Pyramidum & Mauſoleorum monumentis:

Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,
Annorum aut ictu, pondere victa, ruent.

vid. Barth. ad Stat. XII. Theb. 810.

EP. XIV. *Adſpice quam ſubito marcet* &c.] ediderunt Pithoeus Lib. III. p. 102. Jacobon. Adpend. ad Fontej. de priſca Caeſior. gente pag. 87. Ferretius p. 307. Bonada Vol. II. p. 250. & ante hos Ambroſius Morales in Antiqq. Hiſpan. pag. 71. b. ubi verſu ſecundo, *quod ſtetit ante, cadat.* ſed male, quia praeceſſit *Adſpice quam ſubito marcet.* pro quo *marciat* apud Jacobon. ſaxo autem referunt inſculptam fuiſſe juvenis figuram, ad cujus caput ramus floreſcens, ſed alter ad pedes marcidus. ut roſae mane florenti, veſpere languenti, paſſim comparatur vita humana. verſum vero ultimum *Illa eadem vitam* &c. lapidi defuiſſe, ſed ab aliis ita ſuppletum, ut apud Pithoeum editur, teſtatur Morales, verum a Franciſco Hernandez hoc modo fuiſſe interpolatum,

Ipſaque vita ſuae ſemina mortis habet.

utrumque illum pentametrum habet Adolph. Occo Inſcript. Hiſpan. p. XXXV. 3. certe deeſt etiam apud Jacobon. & Gruter., qui hoc epigramma inter Spuria refert pag. XVI. N. 10. & ſeculi recentioris eſſe cenſet. durior autem numerus *vitam quae inchoat*, molliri potuiſſet, ſi ſcripſiſſet auctor, *vitam quae dedit*, ut ſupra in Epitaphio Avari Patris, *Qui, dum vita data eſt, ſemper vivebat avarus.* eadem fere querela in epitaphio pueri apud Pith. pag. 106.

——— quae me generaverat hora,
Illa eadem vitae terminus hora fuit.

vide etiam de hoc epigrammate Majanſium in Epiſt. I. huic Volumini praefixa pag. XXXVI. illa vero, quae apud Pithoeum praefiguntur,

HE. VIVO. SCRIBI. IVSSIT. SIC:
NON. FVI. DEINDE. FVI MODO. NON. SVM.

ut ineptiſſimum additamentum delevi.

Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet] totum hunc verſum ex Manilio Lib. IV. 16. deſcripſit hujus Epitaphii auctor. vid. Caſaub. ad Perſium p. 449. & habetur quoque in Inſcriptione apud Reineſium Cl. XII. N. 77. p. 675.

D. M.
SALASIAE. L. F. MERVLAE
AN. XIII. D. V.
PROH. DOLOR. ET. LACHRYMAE.
MERVLA. MATER. INFELICISS.
SIBI. IPSA. ET. SVIS. O. V. F.
NASCENTES. MORIMVR. FINISQ. AB. ORIGINE. PENDET.

EP. XV. RVFINI.] apud Pithoeum pag. 102. Gruter. p. DCLXI. I. Ferret. Lib. II. p. 149. Bonadam Vol. II. p. 524. & Menetrier Hiſtoire de Lyon pag. 58. apud quos v. 3. *fatis.* & v. 4. *accipiens ſaxea corpus habens.* & *titulos* in fine. *rata litera* Heinſius. Quae autem apud Gruterum, Ferretium, Bonadam, & Menetrejum huic Epitaphio adnectuntur, *Rottio hic ſitus eſt juvenili robore quondam*, & ſeqq. recte a Pithoeo omiſſa ſunt, nam alterius Epitaphii fruſtum conſtituunt.

v. 2. *Inſtituit titulum poſt animae requiem*] malim hic *tumulum*, quae voces paſſim in Epitaphiis confunduntur, praeſertim quia in fine ſequitur, *quiſque leget titulum.* propria enim locutio eſt *ſepulcrum inſtituere*, pro ponere, exſtruere. ſic infra in Epitaphio Leſbiae: *Hanc ſibi ſola domum corporis inſtituit*, ubi vide plura.

Ep.

Qui testis vitae fati sit lege futurus,
Cum domus accipiet saxea corpus hebes.
Quodque meam retinet vocem data litera saxo,
Voce tua vivet, quisque leget titulum.

EP. XVI. HERSILI.

Semicapri quicumque subis sacraria Fauni,
Haec lege Romana verba notata manu.
Hersilus hic jaceo. mecum Marulla quiescit,
Quae soror & genetrix, quae mihi sponsa fuit.
Vera negas, frontemque trahis? aenigmata Sphingis
Credis? sunt Pythio vera magis tripode.
Me pater e nata genuit, mihi jungitur illa:
Sic soror & conjux, sic fuit illa parens.

EP.

EP. XVI. HERSILI.] saepissime hoc inter vetera editum. & jam Fani an. 1505. produxit Laur. Abstemius, in cujus editione an. 1515. a Francisco Polyardo repetita, etiam conspicitur inter Epigrammata post Pindarum Thebanum; & praefigitur *Romae* haberi. & sic in cod. Meermanniano. *Romae in antiquo marmore* cod. Buchel. a multis quoque inter Inscriptiones vetustas relatum. ut ab Apiano p. 239. Mazochio p. 130. b. G. Fabricio pag. 139. Boissardo Part. VI. Antiqq. Rom. pag. 25. Grutero pag. DCCLXXXIX. 6. sed qui inter Spuria retulit pag. XV. 5. ejusque exemplo Ferretius Lib. V. p. 305. repetitumque est in Gudianis pag. 291. 1. a Bonifacio de compon. Epitaph. p. 160. Fleetwoodo p. 300. & Bonada Vol. II. p. 134. denique ex cod. MS. Inscriptionum veterum Jac. Beyellii dedit Barthius Lib. LII. Advers. cap. 1. sed forte merito inter adulterina rejectum est; fictumque & suppositum a Michaele Marullo, aut ab alio ejus amico, suspicatus jam fuit Anton. Augustinus Dialog. X. Antiqq. pag. 164.

v. 2. *verba notata manu*] *pauca notata* Boissard. *carmina scripta manu* Abstem. & Bonifac. *scripta notata*. est imitatio Ovidii Epist. III. 2.

Vix bene barbarica charta notata manu.

& I. Am. XI. 14.

Cetera fert blanda cera notata manu.

3. *Hersilus hic jaceo, mecum Marulla*] sic cod. Buchel. & ed. Pith. *Hergilus* & *Atalda* Abstem. *Hercilus*, *Maurulla* Boissard. *Ergilus* & *Marchalla* Bonifac. *Hirsalus* & *Merballa* apud Gudium. *Marcella* Gruter. Ferret. & Fleetwood. sed *Marchalla* in cod. Meerm apud Gruter. in Spuriis. ut apud Mazochium. *Hergilus* & *Maralda* Barthius.

4. *Quae soror, & genetrix, quae mihi sponsa fuit*] *Haec soror, haec genetrix, haec mihi* cod. Buchel. & Meerm. & utroque loco Gruter. Mazoch. Ferret. Bonifac. & Fleetwoodus. *Haec soror, haec genetrix*, quae Barth. cum Pithoeo consentiunt Abstemius, Apianus, G. Fabric. Boissard & Gudius. talis locus aenigmaticus de Oedipo in Senecae Phoenissis v. 134. & seqq.

Avi gener, patrisque rivalis fui,
Frater suorum liberûm. & fratrum parens;
Uno avia partu liberos peperit viro,
Ac (leg. *At*) *sibi nepotes. monstra quis tanta explicet?*
Ego ipse, victae spolia qui Sphingis tuli,
Haerebo, fati tardus interpres mei.

quem hoc Epigrammate illic illustrat Delrius. notum illud de Alexandro VI. & Lucretia,

Hoc jacet in tumulo Lucretia nomine, sed re
Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.

neque dissimile illud Hadriani Marii de pari monstro epigramma p. 42. Poëm.

Huic soror & frater, nata & pater, & vir & uxor,
Et tamen hic non sex, sed duo contegimur.
Substravit nato ignare se mater, eique
Quam tulit, huic junxit impia conjugio.

5. *Vera negas, frontemque trahis, aenigmata Sphyngos*] sic Apianus, Fabricius, Boissardus, Pithoeus, & Ferretius, *Vera negas, frontem trahis, ac aenigmata* apud Gudium. *Ficta putas, frontem trahis ac aenigmata Sphyngis* cod. Meerm. Gruter. Mazoch. Bonifac. & Fleetwood. *Ficta putas, frontem trahis ac aenigmata credis Sphyngis* cod. Buchel. *Miraris; frontemque trahis, aenigmata Sphyngis Credens* apud Abstemium & Barthium.

7. *Me pater e nata genuit*] sic plerique *e nata gignit* apud Gudium. *mihi jungitur ipsa* Barth.

8. *Sic soror, & conjux, sic fuit illa parens*] sic Pithoeus & reliqui, ac Gruterus in Spuriis, sed apud quem primo loco, *Sic mihi sponsa parens, sic fuit illa soror.* & ita edidit Fleetwoodus, & Bonada, licet ex Ferretio producat, apud quem tamen eadem lectio, quae apud Pithoeum, ceterosque. *Sic soror & genitrix, sic mihi sponsa fuit* edidit Abstemius.

EP.

EP. XVII. FELICIS.

Sponte fui pauper, tam re quam nomine Felix:
Quaefivi nomen: quaerat avarus opes.

EP. XVIII. MARII.

Inscribunt titulos & grandia verba sepulcris,
Vix longa absumsit quos Libitina die.
Ista nihil miserae praeter solatia matris,
Et quas nunc lacrimas adspicis, urna gerit.
Terna ego Pisaeae numerabam praemia palmae,
Injecere suas cum mihi fata manus.
Si qua tamen Marii nomen genus esse Catonis
Fama sit, hoc unum, quod sciat, hospes habet.

EP. XIX. T. STATILIVS PROCVLVS T. STATILIO APRO FILIO.

Innocuus Aper ecce jaces; non virginis ira,
Nec Maleager atrox perfodit viscera ferro.
Mors tacita obrepsit subito, fecitque ruinam,
Quae tibi crescenti rapuit juvenile figuram.

EP.

EP. XVII. FELICIS] apud Gruterum p. CMXI. 15. Ferret. p. 181. & Pithoeum p. 103. *Veronae* exstare praefigitur in cod. Meermanniano. & Bucheliano; & ex Apiano apud Smetium fol. 171.

quaerat avarus opes] est hemistichium Ovidianum Lib. II. Amor. 10. 33.

Quaerat avarus opes, &, quae lassarit arando
Aequora, perjuro naufragus ore bibat.

EP. XVIII. MARII.] apud Schradaeum in Monum. Ital. p. 156. b. & G. Fabricium in Roma p. 273. ubi [illegible] tertio *praeter* [illegible]*ria matris*. rectius, nisi *so*[illegible] ut [illegible]lo Ausonii Epigr. XVII. [illegible]

Cui [illegible] *linquens,*
Destituis [illegible]*crucias.*

& in Epigr. Musei [illegible] p. 172.

Parva tamen nostro remanent solatia fato.

sic scribendum, non *facto*. ut infra notavi ad Ep. XXI.

EP. XIX. *Innocuus Aper ecce jaces*] Exstat apud Aldum Orthogr. pag. 7. G. Fabricium p. 140. Gruter. p. DCXXIV. Smetium fol. 95. b. Joh. M. Toscanum inter Epigr. ex vetust. Lapid. post Carm. Illustr. Poët. Ital. Tom. I. p. 190. b. Ferret. Lib. I. pag. 39. Fleetwood p. 205. & Bonadam Vol. II. p. 121. marmor ipsum pulcherrimum, in cujus basi hoc Epigramma legitur, habet Boissard. Tom. IV. Antiq Rom. P. VI. Tab. 115. *Romae in Vaticano* inscribitur in cod. Buchelii, ubi v. 4. *oppressit subito*. sed praefero *obrepsit*. Romae in hortis Juliis legi dicit Onuphr. Panvinius de Civit. Rom. cap. 49 Tom. I. Thes. Antiq. Rom. Graevii, ubi male editur *Innocentius Aper* &c. subjungitur vero haec Inscriptio,

T. STATILIO. T. F. VOL. APRO. MENSORI
AEDIFICIOR. VIXIT. ANN. XXII. M. VIII.
D. XV.
T. STATIVS. VOL. PROCVLVS
ACCENSVS. VELATVS. ET. ARGENTARIA
EVTYCHIA. PARENTES. FILIO. OPTVMO. ET
ORCIVIAE. ANTHIDI. VXORI. EJVS. SIBI
QVE. ET. SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQVE
EORVM.

quae in codice Meermanniano, & apud Aldum, Gruterum, aliosque etiam additur. tertio versu pro T. STATIVS, Boissard. & ceteri rectius STATILIVS. ut STATILIVS PROCVLVS in alia Inscript. apud Gruter. pag. DCLXXII. 14 itaque in titulo Epigrammatis correxi & supplevi, T. STATILIVS PROCVLVS T. STATILIO APRO FILIO. non STATIVS STATILIO. ut ediderat Pithoeus. & perperam apud G. Fabricium praefigitur, T. STATIVS ET ARGENTARIA EVTYCHIA T. STATILIO APRO FILIO. illud VOL sine dubio est Voltinia tribu, & merito Bonada rejicit ineptam Itali Mich. Mercati lectionem VOL APRO, notatque passim in Inscriptionibus antiquis tribum poni inter gentilitium nomen & cognomen, sed saepe corruptum fuit. de quo infra ad Epitaphium T. Arrii. porro ORCINIAE ANTHIDI legitur apud Gruter. sed ORCIVIAE etiam Palerm. de Patria Plinii cap. 5.

Innocuus Aper] simili ratione, qua Virgilius,

Invalidus etiamque tremens, etiam inscius aevi.

in fine, *juvenile figuram*, genus neutrum pro foeminino, antique & inusitate. G. FABRIC.

EP. XIX. PHILOTIS.

Hic jacet ereptus matura morte Philotes.
Plus reliqui huic mors quam vita datura fuit.
Non habuit vivus, calcem quo fistere poffet:
Nunc fpatium extincti grande cadaver habet.
Nec natos fraudaffe bonis credatur avitis.
Quod pater huic, natis ipfe reliquit idem.

EP. XX. VITALIS MIMI.

Quid tibi, mors, faciam, quae nulli parcere nofti?
Nefcis laetitiam, nefcis amare iocos.
His ego praevalui tota notiffimus urbe.
Hinc mihi larga domus, hinc mihi cenfus erat.
Gaudebam femper. quid enim, fi gaudia defint,
Hic vagus ac fallax utile mundus habet?
Me vifo rabidi fubito cecidere furores:
Ridebat fummus, me veniente, dolor.
Non licuit quemquam mordacibus urere curis:
Nec rerum incerta mobilitate trahi.
Vincebat cunctos praefentia noftra timores,
Et mecum felix quaelibet hora fuit.
Motibus ac dictis, Tragica quoque voce placebam,
Exhilarans variis triftia corda modis.
Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,

Ut

EP. XIX. PHILOTIS] apud Pithoeum Lib. III. p. 103.

Plus reliqui huic mors] ita in Pithoei edit. Parifina: nam in vitiofa Genevenfi *reliquis*, errore typorum. unde Clariff. & amiciff. Joh. Schraderus in egregiis Obfervationibus Criticis, luci publicae nuper donatis, Lib. I. cap. VI. pag. 75. illud mendofum *reliquis* ex fine hujus epigrammatis petitum cenfens, hic corrigebat,

Plus dedis huic mors quam vita datura fuit.

v. 5. *Ne natos* legendum puto.

EP. XX. VITALIS MIMI] apud Pithoeum ibidem pag. 103. & Ferretium Lib. V. p. 334. qui fuppofititium pronuntiat, fed nonnulla exhibet corrupta. ut v. 11. *praeftantia noftra.* rectius enim *praefentia* edidit Pithoeus. v. 16. male etiam *Et plures*, pro *Ut*. v. 19. *fi foemina*, pro *fe*. & v. 21. *videantur corpora forma*, pro *corpore formae*, ut apud Pithoeum. Eft tamen deterioris aevi carmen, ut oftendit ultima in *nefcis* perperam correpta v. 2. de quo vide ad Tom. I. p. 697. *crederes* v. 16. & *ergo* ultima brevi v. 21. Cujus ... addi poteft hic Vitalis Mimus illis, quos ejufdem hominis ex monumentis vetuftis haud parvo numero recenfet Gul. Mufgravius pag. 54. Commentarii ad Julii Vitalis Epitaphium, a Dodwello, Hearnio, aliifque illuftratum.

quae nulli parcere nofti] fimile in alio Epitaphio apud Fabrettum p. 734.

Mors, quae perpetuo cunctos abforbet hiatu,
Parcere dum nefcit, faepius ipfa fovet.

altero verfu legi poffet,

Nefcis laetitiam, nefcis, amara, jocos.

9. *mordacibus urere curis*] conjeceram aliquando *mimis* pro *curis*. praeftat etiam *libuit* pro *licuit* reponere. vel *urere* hic pofitum pro *uri*.

13. *Tragica quoque voce placebam*] verbo nititur proprio hiftrionibus, & in vetuftis monumentis frequenti. vide quae notavi ad Tom. I. p. 624.

EP.

Ut plures uno crederes ore loqui.
Ipſe etiam quam noſtra oculis geminabat imago,
Horruit in vultus ſe magis ipſe meos.
O quoties imitata meo ſe femina geſtu
Vidit, & erubuit, totaque mota fuit!
Ergo quot in noſtro videantur corpore formae,
Tot mecum raptas abſtulit atra dies.
Quo vos jam triſti turbatus deprecor ore,
Qui tumulum legitis cum pietate meum;
O, quam laetus eras, Vitalis! dicite moeſti,
Sint tibi, Vitalis, ſint tibi laeta modo.

EP.

16. *Ut plures uno crederes ore loqui*] nota indicium ſequioris aevi, quo verſificatores iſti ſyllabam *es* corripuerunt, quia literam *e* tamquam *i* pronuntiabant. ſic in Epigrammate apud Spartian. in Peſcenn. Nigr. cap. 12. *Hunc reges, hunc gentes amant.* ubi vid. Salmaſ. & Muncker. ad Hygin. fab. 223. pag. 288. qui & hunc locum adfert, verſumque Marciani Capellae Lib. VI. p. 191. ed. Grot. *oculos ſplendeſcere noctis Cerneres ex auro.* aliam hujus licentiae cauſſam dat Tollius ad Auſon. pag. 271. qui putat poëtas Latinos ſecutos eſſe accentus Graecorum: quod in nominibus propriis, ut *Ganymedes*, *Thales*, *Lyriſtes*, & ſim. locum habere poteſt, ſed in ſimplicibus vocabulis, ut hic *crederes*, *cerneres*, *gentes*, & aliis, rectius eſt ut admittamus opinionem Munckeri. ſic *vides*, ultima correpta. de quo Voſſ. Lib. II. Art. Gram. pag. 322.

17. *Ipſe etiam quam noſtra oculis* &c.] ut ſenſus his conſtet, legendum videtur,

Ipſa etiam, quam noſtra oculis geminabat imago,
Horruit in vultus ſe magis ipſe meos.

imago alterius, quam noſtra oculis ſpectatorum adſimilabat, in meos magis vultus iſte ſe horruit. eleganter *ire in vultus*, pro mutari. ut de Myrrha Nemeſian. Cyneg. 29.

Ivit in arboreas frondes, animamque virentem.

ubi vid. Barth. & ad Stat. VI. Theb. 234 — *putres jam Mulciber ibat In cineres. ire in corpus* Quinctiliano Lib. II. cap. 10. ſic & *abire*. Ovid. IV. Met. 656.

— mons factus Atlas. jam barba comaeque
In ſilvas abeunt. I Met. 236.

In villos abeunt veſtes, in crura lacerti.

Sappho Epiſt. XV. 83.

Sive abeunt ſtudia in mores, arteſque magiſtrae.

Livius Lib I. cap. 32. *in avi mores atque inſtituta regem abiturum.* ubi vid. Gebhard.

20. *Totaque mota fuit.*] pro commota, vel confuſa, exponi quidem poſſet. Sed hoc jam ſatis indicat praecedens *erubuit*. Itaque malim, *totaque nota fuit*. id eſt, quoties geſtu meo imitata femina fuit, toties nemini latuit, quae notaretur, adeo ut totum theatrum in eam vultus & ora converteret, omnibus ſpectatoribus innoteſceret, & infamis fieret, unde erubuit. Sic apud Cicer. *nobilis & nota femina* de turpi & apud omnem populum infami. ut pro Caelio cap. 13. & I. Verr. c. 6. ubi vide doctorum notas. in Priapejis carm. XL.

Nota Suburanas inter Teleſbuſa puellas.

Ovid. Epiſt. II. 146.

Inſcribere meo cauſſa invidioſa ſepulcro,
Aut hoc aut ſimili carmine notus eris.

ſenſu meliori apud Propert. II. El. 4. 6.

Inveniam tamen e multis fallacibus unam,
Quae fieri noſtro carmine nota velit.

ſic in Domitii Marſi Epigrammate de Bavio & Maevio Tom. I. hujus Operis pag. 438. conjeci legendum:

Sed poſtquam alternis mulier communis utrique
Nota fuit, poſuit alter amicitiam.

ubi vide.

21. *Ergo quot in noſtro*] ultimam in *ergo* corripi, adverſus morem ſeculi Auguſtei eſſe, dudum monuit Broukhuſ. ad Propert. III. 5. init. nondum tamen id expugnare potuit pervicaciam noſtri aevi poëtarum, qui malunt Claudiani veſtigia ſequi Epiſt. IV. 17. *Ergo laceſſitus tandem reſcribe roganti.* alia Ovidii, Valerii Flacci, & meliorum poëtarum loca quidem adferuntur, ſed quae pleraque corrupta vel ſuſpecta eſſe oſtendi olim in notis ad Lotich. I. El. 2. 32.

24. *Qui tumulum legitis*] forte *titulum*.

26. *Sint tibi laeta modo*] *fata* Heinſius. hoc ſenſu, ni fallor, quam laetus eras, tam laeta modo

EP. XXI.

Quaerere cessavi numquam, nec perdere desi,
Mors intervenit, nunc ab utroque vaco.

EP.

ibi fata sint. ut in illo Ausonii Epitaphio Flavii Sancti Ep. XIX. Parentalium:

Ergo precare favens, ut qualia tempora vitae,
Talia & ad Manes otia Sanctus agat.

EP. XXI. *Quaerere cessavi numquam*] Epitaphium hoc a multis adhibitum fuit, unde in diversis lapidibus reperitur. Heinsius ita, ut dedi, descripserat ex Antiquitatibus MSS. Pyrrhi Ligorii in suo Inscript. MSS. Libello, notato loci indicio *Ansani in villa.* cum hac subscriptione, HERACLIDA CASSIAN. CAESARIS LIB. LIBRARIUS SEXVIR. apud Ferret. in Mus. Lap. Lib. I. pag. 45. & Bonifac. de compon. Epitaph. cap. 20. pag. 72. inscriptio praemittitur: MINICIA FORTUNATA SIBI ET MINICIAE TRYPENAE LIB. recte. vel TRYPHAENAE. ut scribendum docet Gutberleth. ad Inscript. Smyrnens p. 362. Tom. IV. Supplem. Thes. Antiq Poleni: & qui pluribus id nomen ex Inscriptt. vetustis illustravit Car. Patinus ad eamdem Inscript. Smyrn. pag. 1054. Tom. II. ejusdem Operis. deinde apud Ferret. & Bonifacium legitur secundo versu, *nunc ab utraque vaca.* addita formula sepulcrali, VIVITE FELICES, QUI LEGITIS. & sic in cod. MS. Pighiano, & apud Octav. Rossi in Memor. Brescian. pag. 303. nam *Brixiae* legi in eodem codice praefigitur, ut apud Ferretium, & Bonadam Vol. II. p. 412. longe aliter apud Ursin. in Inscriptt. Veronens. pag. 237. & Scip Maffej. in Museo Veron. pag CLXXII. & Verona illustr. p. 356. ubi mutilum extiat cum diversa inscriptione, additis sequentibus:

Q. OCTAVIO
Q. L. POB. PRIMO
VS VIRO. AVG.
SAC. IVVEN
OCTAVIA. TIGRIS. PAT.
CONJVGI. B. M. ET. SIBI
V. F.

Quaerere consuevi semper neque perdere....:
Nunc ab utroque vaco. De causa pau.....
Voluit hic mea composito requiescunt os.....
Is labor a puero qui mihi semper erat. Nunc labor omnis....
Curaeque moleste Nec scio quid nunc sim nec scio.....
Parva tamen nostro remanent solacia facto Vivent qui....
Vivi quia dona fruuntur Vivite felices quibus est fortuna....

qui versus sunt hinc & inde ex aliis epitaphiis conflati. & sic ex Maffejo Muratorius Tom. I. pag. 202. apud quem versu tertio *De casa pau.....* *voluite* ubi totum distichon deesse suspicabatur Dorvillius. *requiescunt ossa sepulcro* apud eumdem Muratorium, & versu sequenti ... *labor a puero.* supplebat Dorvillius *Prob labor a puero.* deinde pro *Nunc labor omnis..... curaeque moleste*, potius cum Dorvillio, *Nunc labor omnis abest vitae.* vel suppleri posset, *Nunc labor omnis abest, fugiunt curaeque molestae.* sequentem versum sic auget Maffejus, *Nec scio quid nunc sim, nec scio tunc quid ero.* Forte, *Nec scio quid nunc sim, nec scio quid fuerim.* ut suadent ultimae literae superstites apud Muratorium, *nec scio qu.....* nisi praeferas cum eruditissimo Leichio in Miscell. Lips. Nov. Vol. I. p. 507. *nec scio qualis ero.* paullo post malim *solatia fato*, pro *facto.* reliqua sic exhibet Muratorius, *Vivent qui.... vivi quia don...., uuntur.* forte *Vivant, qui superant, vivi quia dona fruuntur.* nam *frui* cum casu quarto etiam alibi in Epitaphiis. nisi *merentur* forte sit substituendum. in fine recte supplet Maffejus, *quibus est fortuna peracta.* est enim versus Virgilii Lib. III. Aen. 493:

Vivite felices, quibus est fortuna peracta Jam sua. &c.
cui simile illud in Inscriptt. Donianis Cl. X. p. 353.

Vivite felices, quorum fortuna beata est.

Ceterum sola inscriptio Q. OCTAVIO &c. exstat apud Gruter. pag. 444. 6. sine ullis additis versibus. qui tamen apud eumdem subjiciuntur alteri Inscriptioni T. Aul. Vitali positae pag. 860. 5.

TI. AVL. VITALIS....
L. TETTIENVS. VITALIS. NATVS. AQVILEJAE
EDOCATVS. IVLIA. EMONA. TITVLVM. POSIT
ANTE. AETERNAM. DOMVM. IVLIA
AVGVSTA. TAVRINORVM. DICIT

Quaerere cessavi nunquam, nec perdere desi,
Mors intervenit, nunc ab utroque vaco.
Credite mortales astro nato
Nihil est sperabile datum.

. . . .

ita enim dederat Pingonius in Antiqq. & Inscript. August. Taurin. pag. 61. in Tom. IX. P. VI. Thes. Ital. & Guichenon Hist. Geneal. de Savoye pag. 61. idemque Maffei in Museo Taurin. pag. CCXXV. sed ubi edidit HAVE VITALIS. non TI. AVL. VITALIS. ut Gruter. aut T. FLAVI VITALIS. ut in Marm. Taurinens. Tom. I. pag. 58 quam Maffeji emendationem probavit Joh. Andr. Hultmannus in Miscellan. Epigraph. pag. 454. & 455. ubi monumentum illud Taurinense exhibet.

EP.

EP. XXII.

FORTISS. MIL. V. ET. XIX. LEG.
QVORVM. OPERA. FORTITER. VETERA.
CASTRA. DEFENSA. SVNT
POLYANDRION.

Huc reduces olim poſt tempora longa reverſas
Senſerat ire Aquilas Legio Vndevigeſima, cujus
Haec veterum manes caſtrorum hiberna tuentur.

D. M.

OSSA. MIL. V. ET. XIX. LEG. CVM.
QVINTIL. V. INTERFECT. JVSSV
GERMANICI. IMP. HVC. COLLATA.
QVIESCVNT.

Si quid adhuc manes, cineres, atque oſſa ſepulta
Mentis habent, vociſque, jubent ſalvere reductas
In ſua caſtra Aquilas, felix fauſtumque precantur.

EP. XXII. FORTISS. MIL. V. ET XIX. LEG. &c] inter vetera ediderunt G. Fabricius p. 139. & Pithoeus p. 104. apud quos delenda, quae bis male repetuntur,

MILITVM. LEGIONIS. QVINT.
ET. VNDEVICES.

FORTISS. MIL. V. ET. XIX. LEG. & ſeqq.

ſuperflui enim ſunt duo primi Inſcriptionis verſus. ex Ambroſio Moralii etiam habet Occo in Inſcript. Hiſp. pag. XI. N. 5. & 6. ſed utrumque inter ſpuria retulit Gruterus pag. XII. 7. & 8. & Ferret. Lib. v. pag. 314 & 316. nam illius Liber quintus ſuppoſititia complectitur. v. 2. *Senſerat iri Aquilas*, & *vociſque jubent* in altero Epigr. apud eoſdem. Inmerito igitur Bonada Vol. I. p. 293. reprehendit Ferretium, tamquam Polyandrion hoc, multis ſimul militibus, qui fortiter occubuerant, poſitum, pro genuino & antiquo habuerit. Quod ut magis pateat, lectori non invidebo, quae aliquando de utraque hac Inſcriptione ex Adverſariis ineditis Arnoldi Buchelii mecum per literas, Trajecti ad Rhen. a. d. XVI. Kal. Decemb. 1753. ſcriptas, communicavit Petrus Weſſelingius, orbis eruditi & Academiae illius non ita pridem inſigne decus, nunc triſte deſiderium: *Ante hos ſex menſes verſavi MSS. Ephemerides Buchelii, in quibus inter alia ad ann.* CIↃIↃCCLXXIX. *haec legi*. „ Ego legi metam in ingreſſu in urbem „ Caroli V. in ponte arcis Romanae poſitam, in„ ſcriptionibus his antiquitatem ſimulantibus:

„ FORTISS. MIL. V ET. XVIIII. LEG. QVORVM. OPERA.
„ FORTITER. VETREA. CASTRA. DEFENSA. SVNT.
POLIANDRION.
„ Item, „ OSSA. V. ET. XVIIII. LEG.
„ CVM. QVINTILIO. VARO. MISERE. TRVCIDATORVM.
„ IVSSV. GERMANICI IMPERAT. HVC. CONLATA.
QVIESCVNT.

„ Sed quam recte, ignoro, nec tantum mihi nunc „ eſt otii, ut diſcutiam. Vidi etiam haec Epigram„ mata inter veterum poëtarum fragmenta, Lu„ tetiae & Lugduni excuſa, a collectore quodam „ imperito collecta. Sic ſaepe nova pro veteri„ bus, & ficta pro veris ab imperitis hominibus „ obtruduntur poſteritati, quae tandem temporis „ praeſcriptione muniti antiquitatis fuco veneran„ tur. *Haec Buchelius, margini adſcribens*, „ vide „ Lib. de rebus in adventu Caroli V. Imp. in urbem „ Traject. " *Quae quidem excerpere viſum fuit, quod uſui fortaſſe tibi eſſe poſſent in nova Anthologiae Lat. editione. Inſcriptiones, me quidem arbitro, futiles, nec meliores adſcripti verſus, niſi tu aliud cenſueris.* & ne de falſitate harum Inſcriptionum dubitemus, fidem facit Cel. Greg. Majanſius, hodiernum doctae Hiſpaniae ornamentum, qui omnia Epigrammata metrica, in diverſis patriae ſuae oris exſtantia, conciliante Ampliſſimo noſtro G. Meermanno, in gratiam meam colligere & notis optimis illuſtrare non dedignatus eſt duabus Epiſtolis, quas amicitiae ſuae pignus exſtare, & huic Volumini praefigi conceſſit, ubi pag. XI. haec duo Epigram-

EP. XXIII.

SABINI, CVRSORIS IMPERATORII.

Treveris in Monasterio S. Mathiae.

Qui dolet interitum, mentem soletur amore,
Tollere mors vitam potuit, post fata superstes
Fama viget: periit corpus, sed nomen in ore est.
Vivit, laudatur, legitur, celebratur, amatur,
Nuncius Augusti, velox pede cursor, ut aura.
Cui Latiae gentis nomen patriaeque Sabinus.
O crudele nefas! tulit hic sine crimine mortem.
Damnatus periit, deceptus fraude latronum.
Nil scelus egisti. fama est, quae nescit obire.

EP. XXIV.

DIS MANIBVS.

M. PVBLICI M. L. VNIONIS.

Te rogo, praeteriens, fac mora, & perlege versus,
Quos ego dictavi, & jussi scribere quemdam.

Est

grammata apud Ambrosium Moralem, ex qua ea tamquam in Urbe Hispaniae Heilerena inventa exhibuit Occo, nusquam legi observat, eaque conscripta fuisse a quodam nebulone, qui persuadere volebat *Hellerenam* esse *Castra Vetera*. unde patet, deceptum haud parum fuisse G. Fabricium, quum in notulis ad Monum. Antiq. p. 148. scriberet, *Hi tumuli bini Hellerenae reperti, in Hispania: e quibus liquet, ossa legionum Varianorum, in Germania interfectarum, in Hispaniam translata esse.* Horum igitur hominum eruditissimorum judicia suo calculo adprobaturus est, quicumque vera antiquitatum monumenta a supposititiis discernere noverit. Sed vel ideo talia ab hac editione procul rejicienda & rasecanda esse objicient maligni Suffeni, immemores, me Pithoeana Catalecta recensentem, repudiatis his similibusque, occasionem praecisurum de impostura nonnullorum, falso inter vetera relatorum, lectorem suo loco admonendi. Nollem tamen Buchelius ea propter graviorem de Pithoeo dixisset sententiam, quum ipse initio notarum suarum ad Epigrammata vetera & alibi queratur, saepe incuria illius, cui editionem commiserat, factum fuisse, ut pro antiquis haud pauca neoterica in eam inrepserint. ut monui in Praef. Dedic. ad Tom. I. pag. 36 & 37.

EP. XXIII. SABINI CVRSORIS IMPERATORII] ex Brouwerii Annalib. Trevirens. pag. 53. edidit Murator. Tom. II. pag. CMIII. 3. & ex eo Bonada Vol. II. p. 419. quartum versum desumtum puto ex Carmine in Aeneidem Virgilii, quod edidi Tom. I. pag. 362.

Laudetur, placeat, vivat, relegatur, ametur.

ultimo versu *Nil scelus egisti*, formula est elegans, & veteribus usitata. vide quae notavi ad Lib. II. Ep. 158. p. 342. & adde Cicer. XIII. Phil. 19. *Id agis, ut Lepidum aut impium aut insanum existimari velis. Nihil agis.*

EP. XXIV.] Apud Dom. Barnab. Matthaei Memor. Histor. Antiq. Tuscul. pag. 34. Tom. VIII. P. IV. Thes. Ital. & Fabrett. cap. IV. pag. 283. ex quo repetiit Bonada Vol. II. p. 417. praefixa Inscriptione, M. PVBLICI. M. L. VNIONIS. qui tamen titulus male videtur fabricatus ex vitiosa subscriptionis scriptura, FECIT. VNIO. SIBI. ET. GALLIAE. &c. ubi emendandum puto, FECIT. VIVO. SIBI. vel VIVOS. ut in Epigr. sequenti, *Vivus mi feci.* & passim in Inscriptionibus vetustis. versus primus sic emendari posset, *Te rogo, praeteriens, fiat mora, perlege versus.* vide infra ad Epitaphium Flaviae Nicopolidis, ubi supplendum conjeci, *Tu quicumque moras patiens vis scire viator* &c.

vers.

Eſt mihi terra levis merito ſed quieſco
marmore clauſus.
Reddidi depoſitum, coaglavi ſemper amicos.
Nullius thalamos turbavi, nemo queretur.
Conjunxs cara mihi mecum bene vixit honeſte.
Praeſtiti, quod potui, ſemper ſine lite receſſi.
Unus amicus erat, qui praeſtitit omnia honeſte.

T. FL. HERMES V. Q.

Tunc meus aſſidue luxit amice focus.

FECIT. VNIO. SIBI. ET. GALLIAE. TYCHE.
OPTIMAE. CONJVGI. ET. AEMILIO
ISIDORO. VERNAE. SVO. ET. POSTERISQVE.
SVORVM. ET. CONJVGI. SVAE
ET. ISIDORI. ET. EORVM. POSTERISQ. ET
M. PVBLICIO. FELICI. ALVMNO. SVO.

Ep.

verſ. ſec. legend. *quot juſſi.* & verſus tertius cum fugitivo illo hemiſtichio *marmore clauſus* forte conjungendus hunc in modum,.

Eſt mihi terra levis merito, ſum marmore clauſus.

ut *quieſco* ab aliena manu fuerit additum. dein *Reddidi*, & mox *Praeſtiti*, ultima brevi, in ejuſmodi epitaphiis non rarum. ſic apud Pith. Lib. III. p. 96.

O fortuna, fidem quantam mutaſti maligne.

in illo apud Ferretium Lib. III. p. 189.

Tu ſecura jaces, nobis reliquiſti querelas.

& Fabrett. p. 732.

Haec eſt quam mihi ſuſcitavi vivus.

ſupra Ep. XI. *Finibus Italiae monumentum vidi Vibernae.* mox Ep. ſeq. *Si ſacri ſunt manes.* in alio Epitaphio apud Gruter. p. 654. 5. *Inmatura quies quos abſtulit, hic ſiti ſunt tres. Coagulare amicos* videtur hic dictum, ut *coagulum amicitiae* in Publii Syri Sententiis. ſic de vino Varro in Epigrammate ſupra edito Lib. III. Ep. 83.

Hic hilaritatis dulce ſeminarium,
Hoc continet coagulum convivia.

verſu quinto mallem ſcripſiſſet hic verſificator, *Nullius thalamos temeravi.* quia id verbum poëtis hac in re uſitatum. Ovid. Epiſt. V. 101.

Ut minor Atrides temerati foedera lecti
Clamat, & externo laeſus amore dolet.

Epiſt. IX. 49.

Non ego Partheniis temeratam vallibus Augen,
Nec referam partus, Ormeni Nympha, tuos.

3. Amor. 8. 19.

Haec ſibi prepoſuit thalamos temerare pudicos.

ubi vide Heinſium. qui bene id verbum reſtituit Propertio Lib. IV. 9. 69.

Haec nullis umquam pateat temeranda puellis.

pro *veneranda.* quod merito amplexus eſt Broukhuſius. quem etiam vide ad illud Tibulli Lib. I. El. 5. 7.

Non ego tentavi nulli temeranda virorum
Audax laudandae ſacra docere Deae.

ubi ex MS. cod. *piorum* praeferrem, pro *virorum.* deinde *queretur* correxi, pro *queritur*, ut editum fuerat a Matthaeo & Fabretto. apud quos male etiam v. 6. *mecum bene vixit ſemper honeſte.* & verſum ultimum ſeſquipedalem dederunt,

Unus amicus erat tantum mihi qui praeſtitit omnia ſemper honeſte.

& mox, *Tunc meus aſſidue ſemper bene luxit amice focus.* voce *ſemper* inepte toties repetita. eſt autem verſus ille e Tibulliano adumbratus. ut plures poëtarum veterum monumentis ſepulcralibus inſertos indicabo infra ad Ep. 30.

E.,

EP. XXV. D. M. S. L.

MINDIUS SOZIMUS SENIOR.

Vivus mi feci, ne poſt me lentius heres
Conderet exiguo buſta ſuprema rogo.
Si ſacri (ſunt) manes, hic jaceo in tenebris.

CVM SUCCESSA CONIVGE

AE. SANCTA

S. M. T. L.

EP. XXVI. *Romae.*

L. AVIANVS. DD.

Hi ſancte coluere Deos, vixe . . . . . .
Poſt obitum Elyſios ut poſſent . . . . . .

EP. XXVII.

D. M.

SUCCESSI. PRIMIGENIA. SOROR
FECIT. FRATRI. BENEMERENTI
ET. PIISSIMO. HER. VII.

—— annis ego lamentale peregi,
Nunc rapior tenebris, & tegit oſſa lapis.
Deſine me ſoror jam flere ſepulcro,
Hoc etiam multis Regibus ora tulit.

EP.

EP. XXV.] ſic legitur inter Donianas Cl. II. N. 183. p. 108.

EP. XXVI. L. AVIANVS] Exſtat in Donianis Claſſ. XV. 35. pag 444. & Murator. Tom. III. p. MDCXL. II. primo verſu forte excidit, *vixere beati*, ut infra in alio Epitaphio,

Hic ſitus eſt annis plenus, vitaque beatus.

vel *probati* cum Bonada Vol. II. p. 398. ſecundo lacuna ſic ſupplenda eſt,

Poſt obitum Elyſios ut poſſent cernere campos.

vel *viſere.* ut idem Bonada. ſic *cernere campos Elyſios* de Homero apud Silium Ital. XIII. 790 infra in Epitaphio Octaviae Nebridis,

Elyſios precor ut poſſis invadere campos.

& in alio, quod habet Th. Smith in Notit. VII. Aſiae Eccles. pag. 22. *Elyſios campos habitans & prata beatûm.* & in illo Vincentiae; *nam mens aeterna profecto Pro meritis potitur ſedibus Elyſiis.* ita in Graeco Claudii Agathemeri Medici Epitaphio. apud Fabrettum pag. 301. ex Marmoribus Arundellianis:

Ζωὸν τουτὸ δὲ μοι κὴ Μυρτάλῃ οἶκα συνζύγῳ
Μνῆμα. μετ' εὐσεβίων δ' εἰμὶ ἐν Ἠλυσίῳ.

quod ſic vertit Hugo Grotius:

Myrtala juncta thoro, tumulo quoque jungitur: ambo
Valle pios inter vivimus Elyſia.

EP. XXVII. D. M. SVCCESSI &c.] Inter Epitaphia Familiae Arruntiae exhibetur in Opere Italico ſplendidiſſimo Antiqq. Rom. & Monum. ſepulchr. a Joh. Baptiſta Piraneſio. Architecto Veneto. Tabulis aeneis inciſorum Tom. II. Tab. XIII. & legitur apud Ficoronium de Larvis Scenicis p. 226. ex quo habet Bonada Vol. II. p. 410. exſtat quoque inter Monum. vet. poſt ejuſdem Ficoronii Gemmas Literat. & Rarior. pag. 125. ubi an. 1732. repertum monetur, & in inſcriptione SOR. pro SOROR. & HAA. VII. ANNIS —— *ego lamentale peregi.* & v. ult. *Hoc & enim.* in reliquis conſentit. ab eodem Ficoronio ad ſe tranſmiſſum edidit Muratorius Tom. III. pag. MDXCIX. 10. ex quo patet, illud HAA. VII. quod eſt apud Piraneſium, ex praefixa inſcriptione in primum epitaphii verſum eſſe conjiciendum, & HER apud Ficoronium eſſe emendandum in ITER *ſeptem annis.*

EP. XXVIII. *in monte Drepani in Sicilia.*

Divor . . . .
Mut . . . .
Filius Aproni maj. . . . .
Caetulas gentes cl. . . . . .

Effi-

nis. pro *lamentale* rectius apud Muratorium *jam fatale.* adeo ut inde enasceretur versus,

Iter septem annis ego jam fatale peregi.

sed metri leges graviter violat prima in *iter* producta. quod certe emendari nequit, nisi deletis illis vocibus *ego jam*, quae abesse possunt, praesertim cum *jam* mox sequatur. Forte igitur, nomine proprio ex titulo carminis petito, restituendum est,

Septem annis Successus iter fatale peregi.

SVCCESSI nomine duo tantum inferioris aetatis, martyr & Episcopus, memorantur Glandorpio in Onomast. p. 816. Sed in vetustioribus monumentis non ignotum. ut in Inscript. antiqua codicis Pighiani, edita a Mazochio, Grutero, aliisque,

DIIS. MANIBVS
SVCCESSI. FIL.
CAESIA. OEMELLA
MATER. PIISSIMO. FILIO &c.

& in Monum. vetust. Kempianis pag. 42. N. 26.

D. TI. CL. M
SVCCESSO
FILIO. PIEN
TISSIMO. QVI
ANN. VIX. X. IIX
PARENTES. FEC.

ubi forte corrigendum ANN. VIX. X. M. X. sic SATVRNINVS & SVCCESSVS sub Vespasiano & Tito memorantur in lapide codicis Wittiani, edito apud Gruter. pag. CIX. 7. HELVIVS SVCCESSVS Imp. Pertinacis pater apud Capitolin. cap. I. SVCCESSA CAPRIOLA in Inscript. Reinesiana Cl. IX. 75. & SVCCESSA CONJUX paullo ante in subscriptione Ep. XXV. plures suppeditabit Index Gruteri & Muratorii. *iter fatale peregi*, ut *peragere iter vitae, mortis*, & sim. vide Broukhus. ad illud Propertii Lib. III. 8. 32

Natalisque tui sic peragamus iter.

Iter extremum in Epigr. vet. apud Pithoeum p. 142.

Extremum tenui quae pede rupit iter.

& apud Ausonium in Profess. Burdig. Ep. XXIII.

Supremum Lachesis ni celerasset iter.

tertio versu forte legendum, *Desine cara soror me jam deflere sepultum.* In fine *ora* pro *hora* est. ut in illo apud Pithoeum Lib. III. p. 124. *Desine jam flere. fatalis mihi ora manebat.* ut editur. pro *fatalis me hora manebat*, apud Statium VIII. Th. 185. *Et cum te tellus, fatalisque hora vocaret.* ubi *ora* in cod. Taurinensi, a Cel. Dorvillio collato. Convenit hic versus cum illo fine epitaphii apud Murator. pag. MCII. 4.

Namque dolor talis non nunc tibi contigit uni,
Haec eadem & magnis Regibus acciderunt.

cujus primus versus etiam est in alio epitaphio apud eumdem Tom. III. p. DCCXXXIX.

Desine jam mater lacrimis renovare querelas,
Namque dolor talis non nunc tibi contigit uni.

EP. XXVIII. *In monte Drepani in Sicilia*] Conferenda est utraque Gualteri Inscriptionum Siculatum editio, Panormitana p. 40. & Messanensis p. 23 ut pateat, qua confidentia & negligentia mutilatum hoc Epigramma ediderit Muratorius Tom. II. p. 762. pro *Caetulas* scribendum *Gaetulas.* per *Caesaris effigiem* Claudium intelligit Gualterus, cui statuam posuerint Erycini, quia auctor fuit, ut Veneris Erycinae templum vetustate collapsum ex aerario reficeretur. vide Sueton. cap. XXV. & illic Torrentii notas. nisi quis malit referre ad Tiberium, a quo instauratio templi Veneris Erycinae in Sicilia incepta, sed a Claudio perfecta fuit. unde Segestani in numis suis caput Veneris Erycinae exhibuerunt, addita epigraphe ΣΕΓΕΣΤΑ ΤΙΒ. vide quae notavi ad Numism. Sicula pag. 390 & 391. & ad hanc historiam numum pulcherrimum gentis Considiae refert, variosque Ursini in eo explicando errores castigat Ryckius ad Tacit. IV. Ann. 43. pag. 95. in quo ab una parte Veneris Erycinae caput. myrto redimitum, cum inscriptione C. CONSIDI NONIANI. S C. cui Considio Noniano, Siciliae Quaestori, curam fani Veneris Erycinae reficiendi demandasse Tiberium conjicit Ryckius; ab aversa parte templum illud ipsum conspicitur, cum epigraphe ERVC. muro & porta cinctum, & quatuor columnis innixum in colle excelso, quem Capitolinum Romae collem esse. in quo & Veneris templum fuit, contra Spanhemium contendit Vaillantius Tom. I. Num. Cons Tab. XLV. N. 5. sed ad Veneris Erycinae in Sicilia templum refert etiam Haverkamp. ad Parutae Sicil. Numism. Tab. CVII. N. 2. p. 642-644. & uberius ad Morell. Thesaur. Numism.

D Tom.

Effigiem cari genitor . . . . .
  Aenea dum alma parens . . . .
Armaque quae gessit scuto . . . . .
  Quanta patet virtus ens. . . . . .
Caedibus attritus consummatque . . . .
  Qua cecidit posuit barbar . . . . .
Quo nihil est utrique magis vener . . .
  Hoc tibi sacrarunt filius atque . . . .
Caesaris effigiem posuit pe . . . . .
  Certavit pietas su . . . . . .

Ep. XXIX.

Functus honorato senio, plenusque dierum
  Evocor ad superos, pignora quid gemitis?
Reddere depositum lex est: ideoque petenti
  Corpus humo, manes restituoque polo.
Sumite quod vestrum est, insignia, jura, parentis
  Scilicet & titulos: plus satis urna mihi haec.

Ep. XXX.

Monumentum absolvi hoc sumtu & impensa mea,
Amica tellus ut det hospitium ossibus:

Quod

Tom. I. pag. 109. Sed an in hoc Epigrammate Tiberius vel Claudius Caesar, cui statuam erexerint Erycini, intelligendus sit, certius forsan dijudicare possemus, si illud minus lacerum & adfectum ad nos pervenisset. Medicina forte ei exspectanda erit a Nobilissimo & simul eruditissimo Principe Gabriele Lancillotti Castello, cum prodierit Opus ejus luculentum, Siculas quascumque Antiquitates & Inscriptiones conplectens, cujus Conspectum, cum splendida Panormitanarum Inscriptionum Sylloge, gratissima honoratae suae amicitiae pignora, mihi nuper transmisit illustre hoc Siculae gentis ornamentum.

Ep. XXIX. *Functus honorato senio* &c.] integrum hoc epigramma habet Pithoeus Lib. III. pag. 108. nam duo priores tantum versus sunt apud Gruter. pag. 748. 8. quem nimis supine secuti sunt Ferretius pag. 220. & Bonada Vol. II. pag. 101. ad monumenta Christiana pertinere, Grutero adscripserat Gudius. sed caussam non video.

Evocor ad superos] hoc loco vindicavi veram lectionem in Epitaphio Senecae Tom. I. hujus Operis pag. 417. *Me procul a vobis Deus evocat.* non *avocat.* ut in aliis. & sic ex cod. MS. Biblioth. Riccardianae adfert Lamius de erud. Apost. pag. 168. qui tamen illud Senecae epigramma suppostitium censet. *evocari* nempe dicimur, instar militum *evocatorum*, qui, emeritis licet stipendiis, ire jubentur, quo visum fuerit Duci summo de quibus praeter alios vide Fabrett. ad Column. Trajan. cap. VII. p. 194. sic *vocare* nos dicuntur fata, cum mors instat. de quo Broukhus. ad Propert. I. 14. 15.

Ep. XXX. *Monumentum absolvi hoc* &c.] vitiosissime legitur egregium hoc Epigramma apud Mazochium pag. 109. b. neque satis emendatum apud Gruterum p. 637. 5. Ferret. Lib. IV. pag. 259. Pithoeum Lib. III. p. 108. produxit etiam Bernardus Scardeonius in Antiqq. Patav. Lib. I. pag. 87. & Sert. Ursatus in Monum. Patav. Lib. I. Sect. IX. p. 326. sed mendis aliquot purgatum dedit Sponius in fine Miscell. Erud. Antiq. p. 376. quod opus hoc Epigrammate, tamquam coronide, absolvit, testaturque Scaligerum, in epistola quadam inedita ad Puteanum, existimasse hoc Epigramma esse veteris poëtae Comici, Afranii aut Titinnii, quo pater aliquis familias in Comoedia suos adloqueretur.

Spo.

Quod omnes rogant, sed felices inpetrant.
Nam quid egregium quidve cupiendum est magis,
Quam ubi lucem libertatis acceperis,

Lap-

Sponius vero sic emendatum exhibuit,

Monumentum absolvi sumtu & impensa mea,
Amica tellus ut des hospitium ossibus,
Quod omnes optant, sed felices impetrant.
Namque quid egregium, quidve cupiendum est magis,
Quam Libertatis ubi tu lucem acceperis,
Fessae senectae spiritum ibi deponere:
Quod innocentis argumentum est maximum.

& sic e Sponio edidit Philip. Labbaeus in Thesaur. Epitaph. pag. 6 & 7. (nam per *virum doctissimum* innuit Sponium,) & Bonada Vol. II. pag. 522. Sed has emendationes Scaligeri ipsius esse non dubito. & jam Pithoeus in notis suis p. 463. ed. Paris. epigramma hoc exhibuit a viro aetatis suae doctissimo sic restitutum, per quem indicat Scaligerum. & Sponio harum emendationum laudem eripuit Anglus anonymus in notis ad Inscript. Metric. Delect. pag. 3. certe in meo exemplari Inscriptionum Mazochii, quod olim fuit Scaligeri, manu sua hoc carmen fronti adscripserat vir illustris, ut emendandum illud censebat. Ceterum huic monumento apud Mazochium, Gruterum, Scardeonium, Ursatum, ac Ferretium praefiguntur ista,

L. VALERIVS ZABDAE MERCATORIS VENALICI L. ARIES.

Seu stupor huic studio, sive est insania nomen,
Omnis ab hac cura cura levata mea est.

ejusdem Valerii Zabdae & L. Arietis mentio est in fine Inscriptionis apud Gruter. pag. cccxi. 1. ubi vide notas Gudii. versus autem illi *Seu stupor huic studio* &c. a G. Fabricio Lib. II. Monum. Antiq. p. 135. & Pithoeo pag. 102. tamquam separatum unius distichi Epigramma editi sunt, cum mutila & vitiosissima inscriptione MERCATORIS L. VALERIVS LABOLAE. pro ZABDAE. de cujus nominis ratione vide eruditissimi Hagenbuchii Epist. Epigr. p. 548. & 549. Sed totum est Ovidii distichon Lib. I. Trist. El. xi. v. 11. ut illic notavit meus Patruus, & Bonifac. de compon. Epitaph. cap. ix. ita saepe veterum poëtarum versus lapidibus fuisse insertos & insculptos ex simili Ovidii exemplo docet Dorvill. in Misc. Observ. Nov. An. 1741. Tom. III. p. 151. cui adde illud ex Fabretto cap. III. Inscript. pag. 191. ubi Epitaphium incipit ab his Virgilianis:

In freta dum fluvii current, dum montibus umbras
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet,
*Semper amor * decusque tuum laudesque manebunt.*
O dulcis conjux teneris erepta sub annis.

& apud eumdem p. 190. CL. DINOV ANI, *quem bis quinos ducentem luminis annos piis parentibus Abstulit atra dies & acerbo funere mersit.* qui idem versus etiam inseritur in alio epitaphio apud Pithoeum p. 131. sed verbis nonnihil transpositis, *Abstulit atra dies & funere mersit acerbo.* ut in ipso Virgilio legitur VI. Aen. 429. apud Fabrettum quoque p. 283. occurrit illud ex Tibullo adumbratum,

Tunc meus assidue semper bene luxit amice focus.

ubi *semper bene* abundat. vide supra Ep. XXIV. quod totum etiam habet Vulpius in vet. Lat. profan. Lib. XIV. cap. 5. p. 150. in alio apud Gruter. pag. 928. inseruntur illa ex Publii Syri Mimis,

Date terrae fructum, ut terra possit reddere,
Ab alio speres, alteri quod feceris.

vide Gudii notas ad Phaedr. Lib. III. fab. 17. sic quatuor versus Horatii ex Lib. I. Sat. 8. 10.

Hoc miseras plebi stabit commune sepulcrum,
Pantolabo scurrae, Nomentanoque nepoti,
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat, heredes monumentum ne sequeretur;

tamquam separatum Epitaphium inveni in codice MS Inscriptionum Cyriaci Anconitani. illud Virgilii *Vivite felices, quibus est fortuna peracta*, legitur in Inscript. apud Maffej. Mus. Veron. p. 172. in Epitaphio Camilli Aquileji, quod supra dedi Ep. XIV. atque in Inscriptione Reinesiana, occurrit versus ex Manilio desumtus, *Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.* sic versus Martialis ex Lib. VI. Ep. 76. *Non timet hostiles jam lapis iste minas*, additur in fine Epigrammatis in lapide Hispanico apud Greg. Majansium in Epistola I. huic Volumini praemissa pag. XII. in Inscriptione apud Lips. in Auctario Smetiano pag. 45. & Gruter. p. 898. 1.

VIXI. VT VIVIS.
MORIERIS. VT SVM. MORTVVS.
SIC. VITA. TRVDITVR.
VALE. VIATOR.
ET. ABI. IN. REM. TVAM.

ubi illa *sic vita truditur* desumta sunt ex Petronio cap. 45. vide illic Wouwer. in lapide antiquo, qui exstitisse dicitur Albae Juliae, apud Gruter. pag. DCCCXCVIII. 16. insculptus legitur versus ille, *Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria*, qui est Iambus senarius Phaedri Lib. III. fab. 17. 12. & ex antiquo forte poëta, certe longe meliore, quam ceteri versus sunt, desumta suspicor illa, quae leguntur in epitaphio Aeliae Sabinae apud Gudium pag. 227. 4.

Sanguinea palla quae texit provida Clotho,
Et pavit rupisse suas quoque fila sorores.

 3. Quod

Lapſum senectae ſpiritum ibi deponere?
Quod innocentis argumentum eſt maximum.

EP. XXXI. LAEVINI ET PONTII.

Veſter ego, Inſubres, jaceo hic ſub marmore, veſter
Laevinus, Lyciae gloria gentis eram.
Quid mihi honos? quid opes? virtus me ſola beavit,
Qua mortalibus & coelitibus placui.
Quae fuit in terris veſtrae mihi cura ſalutis,
In ſuperis eadem nunc quoque cura mihi eſt.

In eodem Marmore.

Pontius hic pariter ſua convicarius oſſa
Hic cum Laevino juſſit humanda ſuo.

Ut

1. *Monumentum abſolvi hoc impenſa mea*] ſic edidit Pithoeus. apud Gruterum cum his lacunis *Monumentum .. abſolvi ..... & impenſa mea.* unde patet recte Sponium *ſumtu & impenſa* inſeruiſſe, ut legebat etiam Scaliger. & forte addendum eſt *Monumentum abſolvi hoc.* itaque ſic edidi.

3. *Quod omnes rogant*] *optant* Scalig. & Spon. forte *rogitant.*

4. *Nam quid egregium*] *Namque quid* Scalig. & Spon.

5. *Quam ubi lucem libertatis acceperis*] ſic Mazoch. Gruter. & Pith. ſed rectius Scaliger, & ex eo Sponius,

Quam, Libertatis ubi tu lucem acceperis.

6. *Lapſum senectae ſpiritum*] ſic Pith. *Laſſae* Gruter. & Ferret. neque opus eſt *Feſſae* cum Sponio. Sed lege potius *Laſſum senecta ſpiritum* cum N. Heinſio. vel *Laſſum senectae* cum Scaligero. non diſſimilis genii illud Catullianum carm. XXXII. ad Sirmionem:

O quid ſolutis eſt beatius curis!
Cum mens onus reponit, ac peregrino
Labore feſſi venimus Larem ad noſtrum,
Deſideratoque acquieſcimus lecto.

quae ſi diverſo nonnihil ſenſu convertamus, & *Larem noſtrum* referamus ad Terram matrem, cui debemur omnes, & ultimum verſum de *lecto* emortuali intelligamus, eamdem ſententiam referunt. neque alienum ab hoc loco eſſatum in illo verſu ex Publii Syri Mimis,

Nuſquam melius morimur homines, quam ubi libenter viximus.

Quod innocentis ſignum] ſic edidit Mazoch. Gruter. & Ferret. *innocentiae* ed. Pith. Sed recte Scaliger & Sponius *innocentis argumentum.* quod requirit lex carminis jambici. quare id in textum recepi.

EP. XXXI. LAEVINI ET PONTII] Utrumque hoc Epigramma ex v. c. Moroni deſcripſit N. Heinſius in ſuo Inſcript. vet. codice. & ex Schedis Farneſiis & Capponiis edidit Muratorius Tom II. pag. MCCXVII. 7. ex quo etiam habet Bonada Vol. I. Claſſ. 3. p. 261. notatque duo haec epitaphia, paucis mutatis, adoptata eſſe a Mappheo Vegio in laudem Ritii & Zambeccarii in Poët. Illuſtr. Tom X. p. 311. Dorvillio videbatur marmor eſſe Chriſtianum, propter quatuor ultimos verſus primi hexaſtichi, *Quid mihi honos* &c. ſed obſtant ultima ſecundi Epigrammatis,

Gaudete ob civem Dique Deaeque novum.

quae ex ſuperſtitione gentilium eſſe, patebit infra ex notis ad Epitaphium Oppiae. Fuerunt tamen aliquando Chriſtiani juſto tenaciores locutionum gentilibus propriarum in his monumentis ſepulchralibus, ſtylo praeſertim poëtico, ut probat Fabrettus ad Inſcript. Antiq. cap. 2. pag. 112. verſu primo *hic* pronominis loco poſitum, vel abundat, aut *hoc ſub marmore* legendum. *Convicarius* initio ſecundi Epigrammatis aliquid eccleſiaſticum ſapere videbatur eidem Dorvillio. ſi *convicarius* veniat a *vicarius*, id eſt, qui vice alicujus fungitur, vel ſervus *convicarius*, qui in alterius peculio eſt, ſecunda ſyllaba, quae brevis eſt, metro obſtat. ut patet ex illo Horatii III. od. 29. 15.

Defunctumque laboribus
Aequali recreat ſorte vicarius.

vel ſi *convicarius* ſit, qui eodem in vico ſeu pago convictor fuerit, deterioris aevi vox eſt, cum *convicanus* eſſet dicendum, vel potius *vicanus.* ut *vicani aruſpices* Ciceroni I. de Divin. cap. 58 & RVFRANI VICANI in Inſcript. Doniana Cl. V. 104. p. 187.

Ep.

Ut quos viventes animus conjunxerat idem,
Defunctos eadem jungeret urna duos.
Flete virum, quicumque illo superestis ademto,
Gaudete ob civem Dîque Deaeque novum.

EP. XXXII. CASSII AGRIPPINI.

Ille ego, qui quondam pre...... paucisque diebus
Praetextatus agri judex finisque regendi,
Justitiam colui matremque aequaliter ambas,
Hic sum, quem cernis, nunc Cassius Agrippinus.

EP. XXXIII. PVBLII AELII VLPII.

Hanc sedem longo placuit sacrare labori,
Hanc requiem, fessos tandem qua conderet artus
Ulpius emeritis longaevi muneris annis:
Ipse suo curam titulo dedit, ipse sepulchri
Arbiter, hospitium membris fatoque paravit.

EP. XXXII. CASSII AGRIPPINI] apud Muratorium Tom. II. pag. DCCXXXVII. 8. qui edidit ex Donio Clas. V. N. 133. pag. 196. sed loco non indicato, ut solet.

matremque aequaliter ambas] optime Cel. Dorvillius legendum conjecerat,

Justitiam colui, partesque aequaliter ambas.

EP. XXXIII. PVBLII AELII VLPII] Primus hoc Epigramma satis elegans publicae luci dedit natalibus & eruditione Illustris Marchio Scipio Maffejus in Observ. Liter. italice Veronae excusis Vol. I. p. 200. & notitiam illius adjunxit pag. 212. ubi testatur descriptum esse a Comite Ariosto in vico Caranzebes, Comitatus Temesvariensis, & a Comite Hamiltono transmissum fuisse ad Garellium, a quo ipse accepit. Dolet vero, marmori, prima parte truncato, deesse quaedam verba, quae dignitates Publii hujus Aelii Ulpii forte indicaverint: in titulo autem illic edidit,

PVBLII AELII VLPITII. ET EX. DEC.

quod interpretatur ETIAM EX DECRETO. Nollem factum. Quis enim aliquid simile umquam ostendit additum nominibus, quae praemittuntur in titulis sepulchralium lapidum? neque favere huic sententiae potest, quod supra occurrit in titulo Ep. XXVI. L. AVIANVS D. O. nam incertam esse Bonadae explicationem DECRETO DECVRIONVM (quod in Nummis Coloniarum frequentius) existimo, & forsan DEDIT DEDICAVIT exponi praestat. ut apud Gruterum saepe. & IACCVS VIR D. D. apud Murator. Tom. III. pag. 684. 3. & Majansium Epist. II. ante hoc Volumen edita pag. 44. praeterea VLPII legendum esse, non VLPITII, quod ne nomen quidem Romanum puto, tertius carminis versus ostendit. sic VLPIVS AELIVS est in Militum Inscript. apud Gruter. p. DLXIX. 7. itaque ex verbis illis VLPITII ET EX DEC. si ita in lapide ipso fuerit, commodius forsan elicere possemus VLPII TR. ET EX DEC. id est TRIBVNI ET EX DECVRIONIS. ut munus ipsum inde emergat, quod innuitur, sed non exprimitur, v. 3. *Ulpius emeritis longaevi muneris annis.* certe in Inscriptionibus vetustis EX DEC. significat non raro EX DECVRIONEM, inter Militarium titulos. sic apud Reines. Cl. VIII. 6. p. 511. T. AELIVS. EX DEC. AL. IX. id est, EX DECVRIO ALAE IX. ubi & alia ex Gruterianis exempla adfert. quibus adde illud pag. CCCXLV. 10.

P. AEL. GERMANO VETER.
EX DEC. & seq.
PAETVS RVFINIVS
DEC. TR. ET IIVIR LEG. X.

ubi *Decurio* & *Tribunus* iidem jungitur, ut in hac Inscriptione legendum conjeci. & huic expositioni conveniunt *emeriti anni longaevi muneris.* Idem tamen Maffejus in Museo Veronensi pag. CCL. 7 ubi denuo edidit hoc epigramma, titulum sic exhibet,

. . . .

PVBLII AELII VLPII......
HANC SEDEM LONGO &c.

& de siglis illis ET EX DEC. altum silet. bis etiam hoc Epigramma produxit Muratorius Tom. III. pag. MDCXXV. 1. ubi a Maffejo ad se missum monet, & ab eo legi notat PVBLII AELII VLPITII ET EX DEC. sed explicationem ETIAM EX DECRETO non memorat. repetiit autem in Adpend. Inscript. Tom. IV. p. MMIXI. 2. sed nulla Maffeji mentione adjecta. Ex Museo Veronensi etiam dedit Bonada Vol. I. Clas. III. p. 277.

EP. XXXIV. TELEPHI ET POTII VIVORVM MONVMENTVM.

Telephus hac ſede jucunda Potiuſque quieſcent,
Debita cum Fatis venerit hora tribus.
Hic locus heredi ne ceſſerit, inviolati
Sint cineres, tum quos cana favilla teget.

TELEPHVS. VIVIR. SIBI. ET. SVIS.

EP. XXXV. PYLADES ANNI NOVATI PATRIS.

H. S. E.

Subductum primae Pyladen haec ara juventae
Indicat exemplum non leve amicitiae.
Namque ſodalitii ſacravit turba futurum
Nominis indicium, nec minus officii.
Dicite, qui legitis, ſolito de more, ſepulto,
Pro meritis, Pylades, ſit tibi terra levis.

EP.

EP. XXXIV. TELEPHI ET POTII &c.] Ex Maffeji Muſeo Veronenſi pag 170. 3. edidit Bonada Vol. I. Cl. 3. p. 276. & jam occurrit in Ferretii Muſis Lapid. Lib. I. p. 73. apud Maffejum vero legitur *Telephus hac ſede jucunda Pothuſque quieſcent.* metro claudicante. unde tranſponi jubet verba, *hac jucunda ſede Pothuſque.* Sed ſepulcrum dici poſſe *ſedem jucundam* reclamant lapides veteres. Forte igitur praeſtet,

Telephus hac ſede in juncta Potiuſque quieſcent.

vel. quia *Pothus* apud Maffejum,

Telephus hac in juncta ſede Pothuſque quieſcent.

eo ſenſu, quo paullo ante Ep. XXXI.

Ut quos viventes animas conjunxerat idem,
Defunctos eadem jungeret urna duos.

& Ep. X. *Manibus bis juncti pariter ſociabimur urna.* apud Murator. pag. MMI.XXVI. 6.

Hic erit & nobis una aliquando domus.

Fatis tribus, pro Parcis dixit. ut in Epitaphio Juliae Secundae Filiae, & Corneliae Tyches Uxoris;

Sic etenim duxere olim primordia Parcae,
Et nevere ſuper nobis fatalia fila &c.
Nobis porro alia eſt trino de numine Fati
Dicta dies lethi.

ita *Fata* pro Parcis ſaepe apud poëtas, & *tria Fata*, locus Romae, tribus Parcis ſacratus. vide hic Maffejum, & Bonadam. Gronov. ad Gell. III. cap. 16. & Patrui mei notas ad Ovid. III. Triſt. 7.14 ſic in nummis vetuſtis FATIS VICTRICIBVS. vid. Spanhem. de Praeſt. & Vſu Numiſm. Tom. II. p. 639 & 640. Ita forte capienda illa Didonis apud Ovid. Epiſt. VII. v. 96.

Audieram vocem, Nymphas ululaſſe putavi,
Eumenides Fatis ſigna dedere meis.

ubi per *Fata* Parcae poſſunt intelligi, adeoque innuat Dido, Eumenides Parcis dediſſe ſigna, ut ſtamina, antea felicia, nunc nerent infauſta. licet de vera hujus loci ſcriptura dubitet Markland. ad Statii Silvas pag. 192. Quid ſi legamus,

Eumenides thalamis ſigna dedere meis.

ut in Epiſt. Phyllidis v. 117.

Pronuba Tiſiphone thalamis ululavit in illis.

hinc apud Joſeph. Iſcan. Lib. II. de B. Troj. 147.

—— *Stygioque ſatas Acheronte ſorores*
Funeſtas geſſiſſe faces. ſic enim legendum. non *ceſſiſſe.*

confer Naſonis Epiſt. VI. 45. Lib. VI. Met. 429. Senecam Octav. 644. & in Oedipo v. 614. quem locum ingenioſe emendat N. Heinſ. I. Adverſ. 17. p. 175.

EP. XXXV. *Subductum primae* &c.] Exſtat apud Rudericum Carum Lib. III. Antiqq. Seviliae p. 145. b. & in Narratione Inſcript. & Antiquit. oppidi Utrerae Fol. 29. ex quo profert Majanſius in Epiſt. I. ante hoc Volumen pag. XLI. & ex Roderico Caro habet Donius, ſed loco non indicato, Inſcript. Claſſ. XIV. N. 1. Murator. Vol. I. pag. ult. Bonada Tom. II. pag. 242. & Anglus anonymus in Delectu Inſcript. Metric. pag. 16. N. XVIII. ſolliciti ſunt Muratorius & Bonada, a quo ſodalitatis collegio hoc Epigramma ſit poſitum. Opinor ſimpliciter intelligendos eſſe ſodales juvenes, qui cum Pylade hoc convixerant: neque opus eſſe de collegio ſodalitatum, quales primum a Numa inſtitutae ſunt, cogitare. In epitaphio T. Arrii, *Flevit praeſentem mater, flevere ſodales.* in veteri Inſcriptione codicis MS Pighiani, & apud Gruter. pag. 996. 12.

QVISQVIS. ES. HOMO. ET. VOS. SODALES. MEOS. CVNCTOS ROGO. PER. DEOS. SVPEROS. INFEROSQVE. NI VELITIS. OSSA. MEA. VIOLARE.

quinto verſu unde Bonada ediderit *ſubito de more*, neſcio. nam apud Muratorium, ex quo adfert, *ſolito de more*. ut requirit ſenſus, & reliqui ediderunt.

EP.

EP. XXXVI.

Sic tibi contingat feliciter ire, viator,
Inmatura meo perlege fata loco.
Zilotos jaceo: vixi, dum fata finebant;
Si tamen haec vita eſt, tam cito poſſe mori.
Bis mihi ſeptenis finis datur ultimus annis,
Nomine mima fuit mors inimica meo.

EP. XXXVII.

Zoticus hic nomen nudum vanumque reliquit,
In cineres corpus, & in aethera vita ſoluta eſt.

EP. XXXVIII. TYRRHENI HETRVSCI.

Inmortales Camenas mortalibus
Inmortale aevum largiri non poſſe,
Tyrrheni Hetruſci inmatura mors doceat.

EP.

EP. XXXVI. *Sic tibi contingat* &c.] Hoc J. Fr. Gronovius adſcripſerat exemplari ſuo Catalectorum Pithoei ed. Pariſ. editum eſt apud Fabrett. pag. 88. & Murator. p. MDCCLXIX. ubi Romae exſtare dicitur. *Zelotes* apud utrumque. & ultimo verſu *Nomine me rapuit mors inimica meo.* niſi quod nomini Fabrett. inveni id etiam in ſchedis Inſcriptionum veterum, quas vir doctus manu ſua in Italia excerpſit, notavitque haec legi in lapide quadrato ae plano, & verſum ultimum ſic etiam exhibuit,

Nomine mima fuit mors inimica meo.

ſed pro varia lectione ſuperſcripſerat *me rapuit.*

EP. XXXVII. *Zoticus hic* &c.] ſic legitur in Gudianis pag. 336. corrupte apud Reineſ. Claſ. XVII. pag. 855. N. 144. ΧΟΙΣΙΝ HIC NOMEN &c. unde ille hariolabatur ΧΟΥΣ ΗΝ *Terra eram.* quem merito ridet, & *Zoticus* vindicat Hagenb. in Epiſt. Epigr. p. 343. ex ſchedis Cyriaci Stoſchianis adfert Murator. pag. MDCCLXIX. 2. ubi primo verſu *Zoicus* & *reliqui* legitur. ultimum probo. *relinquo* apud Reineſ. ſed *Zoicus* male edidit Murat. & nomen hoc in Indicem retulit, ne operarum vitium credatur. *Zoticus* enim recte ſe habet. ſic ΖΩΤΙΚΟΣ viri, & ΖΩΤΙΚΗ mulieris nomen in ejuſdem Theſauro p. MCDXXVI. 4 & 5. & ΖΩΤΙΚΟΣ ΒΑΣΣΟΥ pag. DLXIX. 3. ZOZIMVS ET ZOTICVS pag. 994. 1. & ZOTICENE conjugis nomen pag. 1291. 4. AVRELIVS ZOTICVS AVG. LIB. memoratur in lapide apud Gruter. p. CLXXII. 8. per quem AVGVSTVM intelligendum eſſe Elagabalum, patet ex Lampridio in ejus vita cap. 10. verſu ſecundo legendum *ſed in aethera.*

EP. XXXVIII. TYRRHENI HETRVSCI] Legitur apud Honorat. Bouché in Chorograph. de Provence Tom. I. Lib. IV. cap. 2. §. 1. pag. 199. & apud Sponium Select. Rei Antiq Quaeſt. in Poleni T. IV. Suppl. Theſ. Antiq. pag. 513. qui praefigit,

Decipimur votis & tempore fallimur &c.

ſed hoc infra legitur inter Feminarum Epitaphia N. 1. eſt autem hoc epitaphium Tyrrheni Hetruſci, quod inter ſpuria & ſuppoſititia lubens retulerim, adumbratum ex Naevii Epitaphio, quod ex Gellio edidi Lib II. pag. 409.

Mortales immortales flere ſi foret fas,
Flerent divae Camenae Naevium poëtam. &c.

non diſſimile illud in Inſcriptione apud Murator. Tom. IV. p MMXCIV. 12.

SI HABERE POTVISSET
AETERNAM INCOLVMIT.
MVSAE DONASSENT.

EP.

EP. XXXIX.

SEX. NAEVIO
L. F. PVB.
VERECVNDO. SIGN.
COH. XIIII. NATO
VERONAE

Ossa relata domum, cinis hic adoperta quiescit,
Heredes titulum, versiculos
CORNELIVS. EROI
CONLEGAE. ET. AMICO.

EP. XL.

Hic situs ille ego sum merulator Publius ipse,
Quod vocitatus eram Baebius cognomine patris.
Roma mihi patria, nomen meum. primus in aevom
Hos versus fraterque soror tumuloque dicarunt,
Qui pietate sua merito laudem poluere.
P. BAEBIVS. P. F. PAL. MYRTILVS
ET. POMPONIA. SPICA. VNICO
FRATRI. DIGNISSIMO. ET. PIO.
FECERVNT.

EP.

EP. XXXIX.] Editum a Maffejo in Veron. Illustr. P. I. p. 357. & in Museo Veronensi pag. CLXXI. ubi vide ejus notas. ex quo habet Murator. Tom. II. pag. DCCCXXXVII. 3. & Bonada Vol. I. Cl. 4. pag. 336. primo versu *Ossa relata domum* recte Cel. Dorvillius in Observ. Miscell. Nov. Tom. I. Vol. III. p. 135 & 136. exponit de ossibus peregre defuncti in patriam relatis. de quo ritu illic plura lectu dignissima. Secundo supplendum arbitror,

Heredes titulum, versiculos posuit
CORNELIVS. EROI &c.

ut CORNELIVS connectatur cum *posuit*. EROI pro HEROI. de quo supra pag. 14. nam licet vera sint, quae notat Maffejus de dimidiatis versibus, qui in Epitaphiis passim occurrunt, hoc tamen loco eo recurrere opus non est. neque adsentior eruditissimo Hagenbuchio in Epist. Epigraph. pag. 56. qui, ut hoc Epigramma inter exempla *διαφόρων μέτρων* reponat, primo versu hexametrum, altero *Heredes tumulum*, penthemimerim dactylicam, tertio *versiculos Cornelius* trimetrum dactylicum, & in reliquis *Eroi*, *conlegae & amico*, tetrametrum dactylicum seu heroicum statuit. Maffejus porro notandum monuit *cinis adoperta* feminino genere hic occurrere, exemplo Catulli. in Carmine nimirum ad Mallium Ep. LXVIII. v. 90.

Troja virum, & virtutum omnium acerba cinis.

ubi vide Muret. p. 123. ed. Ald & Ep. XCVIII. in Inferiis ad Fratris tumulum:

Et mutam nequicquam alloquerer cinerem.

ut ex MSS. legit Is. Vossius p. 331. qui hinc recte quidem apud Nonium Marcellum emendat *Cinis feminino apud Caesarem. & Catullum*, (non *Catulum* ut in ed. Merceri) *& Calvum lectum est, quorum vacillat auctoritas. Quom jam fulva cinis fueris.* Sed miror Vossio non suboluisse, verba illa, *quorum vacillat auctoritas*. esse glossatoris alicujus scioli, quae ex margine in textum irrepserunt, & delenda videntur; quomodo enim Caesaris, Catulli, & Calvi vacillaret auctoritas? *Quom jam fulva cinis fueris* est Calvi versus. neque hoc rarum in Epitaphiis antiquis. ut apud Fabrett. pag. 284.

Ante suos annos quos tegit atra cinis.

Murator. pag. MCDXXVIII. 2.

—— sub terris sum resoluta cinis.

& in Museo Veron. p. 295. 4.

Quo inferrer tum cum parvola facta cinis.

eodem modo *pulvis* apud Propert. Lib. I. El. 22. 6. *Sis mihi praecipue pulvis Etrusca dolor.* & Lib. II. El. 10. 35. *qui nunc jacet horrida pulvis.* ubi vid. Broukhus.

EP. XL.] Apud Fabrett. cap. V. p. 418. ubi v. 1. *sum* deest. Sed *ego sum* apud Murator. pag. 1442.

&

EP. XLI.

. . . . tantum Rhetor. . . . . . :
. . . . tum noſter ſub origi. . . . .
. . . carptura roſam mihi decidit. . . .
. . . cor & vernum macula vi. . . .
. . . n offenſo vitae mihi tramit. . . . . .
. . . orum matura bono nil de. . . .
. . . ug . . ſcit cara fides hereſq. . . . .
. . . . . quod aeterno migrari. . . . .
. . . mque ferat melior m. . . . .
. . . . acta pie cura. . . . .
. . . . . . anom. . . . .

EP. XLII. *Aquis Tarbellicis.*

Urbis magnificae Paetus Proconſul Aquenſis,
Moribus & ſenſu maturus obit tener annis.

EP. XLIII.

D. M.
L. ALFIDIO. VRBANO. TRIB. MIL.
LEG. VII. G. P. F. ANTONINIANAE
HOMINI. IN VITA. SVA. OPTIMO
ET. TESTAMENTO. EJVSDEM
ARBITRIO. CORNELI. RVSTI
CI SOCERI.

Vive laetus,
Quique vivis;
Vita parvo munus eſt.
Orta mox ſenſim vigeſcit,
Deinde ſenſim deficit.

EP.

& v. 3. *nomen meum.* ex eodem habet Bonada Vol. II. Cl. VII. p. 249. mendoſis & incultis verſibus ſuccurri nequit, niſi ex *meum primus* eliciamus *manſurum*, eoſque ſic conſtituamus,

Roma mihi patria eſt, manſurum nomen in aevom,
Hos tumulo verſus fraterque ſororque dicarunt.

EP. XLI.] Ita lacerum & corruptiſſimum hoc fragmentum edidit Maffejus in Muſeo Veron. p. CCLIV. N. 8.

EP. XLII.] apud Pithoeum in Praetermiſſis pag. 483. ed. Pariſ.

EP. XLIII.] Ineditum debemus Cel. Majanſio, qui monumentum hoc anno 1760. Tarracone repertum produxit in Epiſt. II. huic Volumini praefixa pag. 45 & 46. & recte Cl. Joſephus Fineſtreſius, Juriſconſultus Barcinonenſis, in verſus trochaicos redegit alteram ejus partem, continuato tenore adnexam Inſcriptioni, in qua ſiglae illae LEO. VII. G. P. F. exponendae ſunt GEMINAE PIAE FIDELIS, ut in Inſcr. apud Gruter. p. 547. I. LEO. X G. P. F. & in aliis. vide Indicem in Abbreviat. Interpr. v. 2. legendum *Quique vivis*, pro *quiſquis*, ut ſaepe. tertio verſu praeferendum *Vita parvom* (id eſt *parvum*) *munus eſt.* ut

 PAR-

EP. XLIV.

Inſpice qui trans...........
Venator ſtudio ma.........
Lucorum cultor e.........
Jungere qui vallis.........
Adque novas ſc..........

EP. XLV.

Hic Chiae cubat amphorae maritus,
Metius Suffetius Corelianus,
Pauper deliciis, gula, atque luxu;
Dives, ſi mediocritate ſciſſet
Uti, Socraticus tamen re in una,
Qui ſe ſcire nihil prorſus ſciebat.

EP. XLVI. POTATORIS.

Vina dabant vitam, mortem mihi vina dedere,
  Sobrius auroram cernere non potui.
Oſſa merum ſitiunt, vino conſperge ſepulcrum,
  Et calice epoto, care viator, abi.

EP. XLVII. *Arimini.*

Humano generi legem natura creatrix
  Hanc dedit, ut tumuli membra ſepulta tegant.

Libe-

PARVŌ fuerit in lapide. non *parvo*, ſubintellecto *tempore.* notum illud Albinovani ad Liv. 369.

Vita data eſt utenda: data eſt ſine foenore nobis
Mutua, nec certa perſolvenda die.

quarto verſu tranſpoſuit idem Fineſtreſius, *Orta mox*, ut metrum exigit, pro *Mox orta*, quod in marmore.

EP. XLIV.] Fragmentum hoc epitaphii Venatoris cujuſdam profert Majanſius ibidem Epiſt. II. pag. 44 illudque haberi teſtatur inter Inſcriptiones, quas Cordubam in domum ſuam conportari juſſit vir Cl. Petrus de Villacevallos, monumentorum veterum diligens indagator.

EP. XLV.] Hendecaſyllabon hoc deſcripſit N. Heinſius ex veteri Moroni codice. Secundo verſu ſcribendum *Mettus Fuffetius*, vel *Metius* arctandum in duas ſyllabas, nam & in nomine antiqui Albanorum ducis, a Tullo Hoſtilio pernicibus equis dirępti, obtinet haec ſcriptura, ut *Mettus*, & *Metius Fufetius* dicatur, pro *Metius*. vid. Salmaſ. ad Flor. I. cap. 3. cui tamen nonnulla opponit Heinſ. ad Virg. VIII. Aen. 642. illo verſu, *citae Metium in diverſa quadrigae Abſtulerant*, quod in biſyllabon contrahendum monet. vide notas ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 402. ubi recte viri docti caſtigarunt, *Meti ſatiabere poenis*. pro *Metii*, ut olim edebatur. nam prima longa eſt. quae & producitur Statio in Propemptico Metii Celeris. & hinc merito ſuſpectus fuit Heinſio verſus Ovidii I Triſt. 3. 74. *Sic doluit Metius, tunc cum in contraria verſos* &c. qui locus deceperat Lotichium Lib. I. Eleg. 8. 41. ut illic notavi. Ultimus verſus ſic legebatur in cod. Moroni, *Qui ſe ſcire prorſus ſciebat.* In marg. Heinſius legendum notaverat, *Qui ſe ſcire nihil*, idque recte. Sed illud *prorſus* metri leges violat. nam requiritur vox, cujus prima brevis eſt, An forte,

Qui (vel Quod) ſe ſcire nihil Sophus ſciebat.

ut *Sophus* ironice dicatur. Reſpicit autem ad notum Socratis dictum, εἰδέναι μὲν μηδὲν, πλὴν αὐτὸ τοῦτο, μηδὲν εἰδέναι. ut refert Diogenes Laërtius in ejus vita Lib. II. S. 32. ubi vide Menag.

EP. XLVI. POTATORIS] codici Buchellano debetur hoc Epigramma, quod an ab aliis editum ſit, dubito.

EP. XLVII. *Humano generi* &c.] Legitur apud Pithoeum in Praetermiſſis pag. 482. ed. Pariſ. & Fleetwood p. 429. ſed primus Laur. Abſtemius produxit in editione Fanenſi an. 1505. nam in altera anni 1515 non habetur. Ex v. c. Moroni etiam deſcripſit

Liberii ſuboles matrique patrique ſuperſtes
Triſte miniſterium mente dedere pia.
Hic ſunt membra quidem, ſed famam non tenet urna.
Nam durat titulis neſcia fama mori.
Rexit Romuleos faſces currentibus annis,
Succeſſu parili Gallica jura tenens:
Hos non inbelli pretio mercatus honores:
Sed pretio majus detulit alma fides.
Auſoniis populis gentiles rite cohortes
Diſpoſuit, ſanxit foedera, jura dedit.
Cunctis mente pater toto venerabilis aevo,
Ter denis luſtris proximus occubuit.
O quantum bene geſta valent! cum membra recedunt,
Neſcit fama mori, lucida vita manet.

EP. XLVIII.

Optime mutaſti vitam cum morte, Sabelli:
Vita ſed eſt potius morte ſecuta tua.

Nunc

ſcripſit Heinſius inſuo Inſcript. MSS. libro, ubi titulus praefigitur, ut apud Abſtemium, *Arimini in ſancta Columba.* edidit etiam hoc epigramma Sirmondus ad Ennodium pag. 46. qui ex cod. MS. legit *patrique ſuperſtes*, verſu tertio, non *ſepulcrum.* quod ut admittendum videtur, ita minus placet Scriverii emendatio, quae nunc legitur in ejus Anecd. Philol. cap LXVIII. pag. 30. ubi totum ſecundum diſtichon ſic conſtituit,

Scriberet ut ſuboles matrique patrique ſepulcrum,
Triſte miniſterium nam meruere pii.

ne idoneo quidem ſenſu, aut verborum ſtructura. ſed ut multa in illis Anecdotis ſunt, quae, ſi viveret, publicata nollet Scriverius, ita lepidus fuit Libri iſtius editor, dum ARIMINI nomen, quod literis, quas vocant, capitalibus inſcribitur apud Pithoeum, (ut FANI praecedens illic Epigramma in titulo gerit) videtur accepiſſe pro poëta. Exhibuit enim, *Legitur & hoc* ARIMINI *Poëmation*: ut in illo opere ſemper nomina Auctorum, quorum loca corrigit Scriverius, literis majoribus eminent. Ex *Arimino* igitur, urbe Flaminiae, poëtam efformans, paria fecit Palaemonibus illis, qui nobis Dominum Altorfium, & quemdam Lutheranum, natione Germanum, Articulum Smalcaldicum metamorphoſi pluſquam Circea fabricarunt. Miror autem Scriverium ſic locum hunc in ſchedis, e quibus Anecdota illa derivata ſunt, emendaſſe, quum in margine exemplaris ſui Catalectorum Pithoei, quod mihi haec ſcribenti ad manum eſt, correxerit LIBERII *ſoboles*, pentametro intentato, & adnotaverit, intelligendum eſſe Liberium Patricium, praefectum Galliarum ſub Theodorico & Alarico, quod firmat v. 8. & de eo videndum eſſe Baronium in Appendice Tom. VII. pag. 529. Itaque ſic edidi; praeſertim cum L. Abſtemius, qui primus protulit, & Pithoeus *Liberi ſuboles* etiam dederint. *Liberii ſoboles* clare in v. c. Moroni, & ſic apud Muratorium, qui ex ſchedis Farneſiis edidit Tom. I. pag. CCCCXXXVI. 1. & ex eo Bonada Vol. II. p. 512. ubi verſu primo male *creatis.* tertio *ſuperſtes* praetuli ex cod. MS. quem vidit Sirmondus, non *ſepulcrum.* licet ita etiam in codice Moroni legatur, & apud Murator. quia praeceſſit modo *membra ſepulta*, & *ſepulcrum*, *Triſte miniſterium* durior eſt appoſitio. verſ. ſexto *neſcia vita mori* edidit Murator. verſu autem decimo, *Sed pretium majus*, & ſequenti *Auſoniae populis.* & v. 13. *memorabilis* in v. c. Moroni legebatur, in quo v. 14. *Ter denos tris* corrupte. quae ſingulae lectiones etiam apud Muratorium. *Ter denis* ediderunt Abſtemius & Pithoeus. Sed *Ter ſenis* veriorem eſſe lectionem notaverat Scriverius. *benefacta* cod. Moron. pro *bene geſta*, & in fine *mane* pro *manet.* *bene facta* & *valet* apud Murator.

EP. XLVIII. *Optime mutaſti* &c.] hoc quoque a Laur. Abſtemio primum fuit editum. & a Pithoeo in Praetermiſſis p. 483. ed. Par. inveni id duobus locis diverſis in codice meo Pirotti, in quo diſtichon ſecundum hoc modo legitur,

Nunc & cum vivis nunc & felicibus aevum
Ducis, ab humana conditione procul.

 Id.

Nunc etenim vivis: nunc & felicius aevum
Ducis, ab humana conditione procul.
Nunc & in excelſa coeli regione locatus
Cum Superis nectar paſcis & ambroſiam.

EP. XLIX. *Romae.*

DIS. MAN.
P. CAVLIVS
SYNTROPHVS. HIC
SITVS. EST. VIX. ANN. L.
—— ſine crimine vitae.
Vos ego nunc moneo, ſemper qui vivitis avare,

Nu-

idque forſan recte, niſi priore verſu ſic praeſtet legi.

Nunc etenim vivis, nunc cum felicibus aevum
Ducis &c.

id eſt aeternitate gaudes, ſimul cum beatis, quibus nunc adſcriptus es. *felices* enim, ut μάκαρες & μακαρῖται Graecis, pro vita defunctis, & in beatorum numerum relatis. ut paſſim. Virg. XI. Aen. 159.

—— *Tuque o ſanctiſſima conjux*
Felix morte tua.

Ovidius IV. Triſt. El. 10. 81.

Felices ambo, tempeſtiveque ſepultos!
Ante diem poenae quod periere meae.

Horatius Lib. I. Sat. 9. 27.

Omnes compoſui felices, nunc ego reſto.

Statius Lib. V. Sylv. I. 223.

—— *illam tranquillo fine ſolutam,*
Felicemque vocant, lacrimas fundente marito.

& Lib. III. Sylv. 3. 25.

Felix, & nimium felix, ploratque nati
Umbra venit.

vide Huetii notas ad Antholog. Gr. pag. 5. Heinſius etiam hoc Epigramma in ſuo Inſcriptt. vett. libro deſcripſerat ex v. c. Moroni, in quo ſimiliter *nunc & felicibus* legebatur quamquam ipſe margini adleverit legendum eſſe *felicius.* verſu quinto *vocatus* in eodem codice. ſed *locatus* Heinſ. in marg. *aevum ducere* eſt aeternitate frui, quod *aeternum aevum degere* dicitur in epitaphio apud Pith. Lib. III. p. 130. in fin.

Aeternum ubei omnes pariter aevom degerent.

hinc proprie *aevum* de Diis, qui *aeviterni* vocantur, & *aevum degere* de immortalibus, *vitam degere* de mortalibus, quae tamen ſaepe ſolent confundi. vid. Giſan. Ind. Lucret. p. 304. & Columnam ad Ennium pag. 38. Ceterum optimi coloris hoc Epigramma eſt, & quod conferri meretur cum marmore Smyrnaeo apud Reineſ. Cl. XVII. N. 140. pag. 854. ubi haec inter alia:

Αὐτίκα τιμήσας καί μοι κλέος ἐσθλὸν ἔδωκεν
Οἰκεῖν ἐν μακάρεσσι καὶ ἥρωσιν ἀγακλειτοῖς
Χρυσείοις θρόνοισι παρήμενον ἐς φιλότητα
Καί με παρὰ τριπόδεσσι καὶ ἀμβροσίαισι τραπέζαις
Ἡδόμενον κατὰ δαῖτα θεοὶ φίλον εἰσορόωσι
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· πάτρησι μειδιόωντες.

vides illic quoque beatis tribui nectar & ambroſiam in coeleſtibus Deorum epulis guſtandam. ut in fine hujus Epigrammatis:

Nunc & in excelſa coeli regione locatus
Cum ſuperis nectar paſcis & ambroſiam.

tales epulas a Jove cum ceteris Diis celebratas deſcribit Homerus circa finem Iliados A. ubi etiam *nectar* & *ambroſia* cibi potuſque vicem praeſtant: non enim perpetuo apud Homerum *nectar* & *ambroſia* pro unguento Deorum ponitur. ut contendit eruditiſſ. Martorellius in Comment. ad Thecam Reg. Calamar. Herculanenſ. Lib. I. cap. I. pag. 9. ſic Polyphemus divitias ſuas Galateae jactans apud Theocritum Idyll. XI. v. 48.

Ἐστὶ ψυχρὸν ὕδωρ, τό μοι ἁ πολυδένδρεος Αἴτνα
Λευκᾶς ἐκ χιόνος, ποτὸν ἀμβρόσιον, προΐητι.

ubi Scholiaſtes: Νέκταρ, θεῶν πόμα, ἀμβροσία, τροφὴ θεῶν. ἐκ δὲ τῆς ἀμβροσίας, καὶ ἀμβρόσιον πόμα, τὸ θεῖον, τουτέστι τὸ γλυκύτατον. quem etiam vide ad Idyll. VII. v. 82. Ovid. I. ex P. X. 11.

Nectar & ambroſiam, latices, epulaſque Deorum,
Det mihi formoſa nava Juventa manu.

ſic Aeneae inter Deos recepto genetrix Venus unguit corpus divino odore, & mox ambroſia ac nectare irrigat os, Lib. XIV. Met. 606.

Luſtratum genetrix divino corpus odore
Unguit, & ambroſia cum dulci nectare mixta
Contigit os, fecitque Deum.

hinc *ſucci* & *liquores* ambroſiae apud poëtas. vide notas Patrui ad II. Met. 120.

EP. XLIX.] Editum in Gudianis pag. CCCXXVI.

Donia-

Nudus natur. . fueras e matre creatus,
Nudus eris, obitis gratia nulla datur.

E P. L.

Dum quaerit nomen multis notescere nostrum,
Contentus titulo nummos mihi reddidit heres.

E P. L I.

Hospes disce novum mortis genus, inproba felis
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo.

FE-

Donianis Cl. XV. N. 28. p. 442. & a Muratorio Tom. III. pag. MDCLIV. 2. initio versus primi forte ex Inscriptione supplendum,

Syntrophus sic situs est, vixi sine crimine vitae.

vel *vixit.* adeoque vix. ANN. L. Epigrammati subscribendum erit. nam & in aliis Epitaphiis illud aetatis indicium suo loco motum fuit, cum plerumque subscribatur, ut insigni exemplo infra patebit ex alio Epitaphio, ubi VIXIMVS ANNOS TREDECIM. MENSES QVATVOR. mediis versibus interpositum, Epigrammati etiam subscribendum conjeci. SYNTROPHI nomen in Inscriptionibus antiquis non infrequens. ut apud Gruter. p. CCXL. & CCL. DCCCXXXIX. 10. DCCCCXXX. 10. & alibi. *vixi sine crimine vitae*, ut in Epitaphio Anniae Agathonicae apud Pithoeum p. 142. *Bis denos perfuncta annos sine crimine morum.* & in alio, quod Conimbricae in Hispania haberi volunt, & ex Muratorio adfert Greg. Majansius Epist. I. huic Volumini praefixa, pag. 9.

Vixi terdenos annos sine crimine vitae,
Vivite victuri..... mors omnibus instat.

ubi *moneo* potest inseri tam ex hoc loco, quam ex illo apud Pithoeum Lib. III. pag. 112.

Florentes annos mi mors sine crimine vitae
*Eripuit * * **
Vivite felices, moneo, mors omnibus instat.

secundo versu *qui vivitis avare*, pede abundat, pro *qui vivis avare*, quod exigunt sequentia *Nudus natura.* ut legendum, quia natur. . est apud Gud. & Don. male enim Murator. *Nudus natus fueras.* sed quia praecedit *Vos ego nunc moneo*, scriptum fuit *vivitis.* quarto versu apud Donium recte *Nudus eris.* male apud Gudium *Nullus eris.* ex quo edidi *obitis gratia nulla datur.* ut etiam profert Murator. nam corrupte apud Donium OBITIS GRATIA NVLLA.... confer locum Propertii Lib. III. El. 3. 35.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
Nudus ab inferna, stulte, vehere rate.

quod de Graeco fonte derivatum, ad ipsum poëtam aliquando videbimus.

EP. L. *Dum quaerit nomen*] apud Pithoeum Lib. III. pag. 107. Toscanum in Epigr. ex Lap. vet. post Illustr. Poët. Ital. Carm. T. I. p. 95. & Ferret. Lib. I. p. 75. ubi Romae in tumuli marmore olim in aedibus Curtii Saccotii fuisse, prae se fert titulus. & v. 1. *Tum quaerit* edidit.

EP. LI. *Hospes disce novum mortis genus* &c.] inter antiqua edidit Pithoeus Lib. III. p. 107. Ferretius Lib. V. p. 332. Bonifac. de comp. Epit. pag. 91. & du Choul de observ. prosp. valet. post var. Querc. Hist. pag. 93. ex quibus patet Romae haberi. Recentius tamen esse epitaphium Hispani, morsu felis interemti, colligi posset ex Keysleri Itinerariis Tom. II. pag. 148. ubi id profert e sepulcro, quod exstat Romae in aede S. Mariae del Popolo, subscripto patris nomine Francisci Tovari Vallisoletani, Icti, qui id filio posuit. Sed saepe recentiores, praescriptis suorum nominibus, antiquiora adoptasse, alibi plus semel notavimus. certe inter Romana habet etiam Schradaeus in Monum. Ital. pag. 160. & non subscripto Hispani illius nomine. In codice etiam Meermanniano id inveni, ubi in margine notabatur, *in fano populi Romae.* hinc desumsit recens auctor initium venusti epigrammatis, quod editum in Menagianis Tom. IV. pag. 275.

Hospes disce novum sceleris genus. Impia conjux
Inter nocturni gaudia blanda tori. & seqq.

FEMINARVM.

EP. LII. PAVLINAE VALERIAE.

Decipimur votis, & tempore fallimur, & mors
Deridet curas, anxia vita nihil.

EP. LIII. TARQVITIAE MODESTAE.

Haec fuit eximia ſpecie, miroque decore,
Membraque erant vere corpore digna ſuo.

EP.

EP. LII. PAVLINAE VALERIAE] Neapoli exſtat, ſed non eſt inſcriptio PAVLINAE VALERIAE, ſed SILVINIAE VALLEJAE, apud Gruter. pag. MCXXV. 7. ubi additur FILIOLAE DVLCISSIMAE PARENTES MOESTISS. & ſic apud Mazoch. pag. LXVII. & Ferret. pag. 52. ubi *Romae* haberi legitur. ut & apud Murator. T. II. pag. 1198. 8. ubi inſcribitur PAVLINAE VALERIAE, ut apud Pithoeum Lib. III. pag. 112. & ſic in codice Moroni a N. Heinſio collato. hinc emendandum apud Capac. Antiq. & Hiſt. Neapol. cap. XXII. p. 192. Tom. IX. P. II. Theſ. Ital. ubi legitur DVLVINIAE VELLEJAE, pro SILVINIAE. & apud Matth. Aegyptium in Epiſtolis p. 198. qui vitioſe adfert PVLVINIE VALLEIE FILIOLE DVLCIS. ſed in codice Bucheliano, ac Meermanniano, apud Smetium fol. 133. b. & Fleetwood p. 236. inſcribitur D. M. S. CLODIAE FILIAE DVLCISSIMAE.

Decipimur votis &c.] id frequens in Epitaphiorum Inſcriptionibus. ſic INMATVRA MORTE DECEPTA in Inſcript. apud Joſfredum in Nicaeae Prolegom. cap. X. & Murator. Tom. II. p MCCXXIX. 7. DECEPTI PARENTES ibid. pag. MCCXXX. 13. apud Gruter. p. DCVI. 8. & in Marmor. Piſaur. pag. 32.

FILIO DVLCISS. ET DESIDERATISSIMO
CVJVS MORS DECEPIT PATREM SVVM.

in alia inſcriptione, quae habetur in Codice MS. Cyriaci Anconitani,

GLAVCO. N. MVTINENSI PVGNAE. VI. ⊖.
QVI VIXIT AN. XXIII.
D. V. AVRELIA. MARITO B. M.
ET AMATORES HVJVS PLANETAM.
SVVM PROCVRARE VOS MONEO
IN NEMESSE
(legend. IN NEMESI)
NE FIDEM HABEATIS. SIC SVM DECEPTVS.
AVE. VALE.

infra in Epitaphio Fabiae Pyrallidis:

Occidit & triſtes decepit moeſta ſcvendo.

& in illo Geruntii & Conſtantii,

Quam male de vobis fallacia gaudia vidi,
Et decepturus me jugulavit amor.

apud Cic. V. ad Fam. Ep. 16. loco eximio: *nihil mali eſſe in morte, in qua ſi reſideat ſenſus, immortalitas illa potius quam mors ducenda ſit: ſin ſit amiſſus, nulla videri debeat miſeria, quae non ſentiatur. hoc tamen non dubitans adfirmare poſſum, ea miſceri, parari, impendere reip. quae qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus eſſe videatur.* ita enim recte viri docti repoſuerunt, pro *diceptus.* vel *ereptus.* Statius X. Theb. 768.

At mihi deceptum precor exorate parentem.

hinc apud Auſonium in Parentalib. Epigr. IX. legebat Heinſius,

Te juvenem primis luxi deceptus in annis,
Perque novem coelebs te fleo Olympiadas.

& paullo poſt,

Torqueo deſertos ago vita coelibe canos,
Quoque magis ſolus, hoc mage moeſtus ago.

ubi *deceptos* inconcinne in vulgatis recurrit. Apulejus Lib. VIII. Met. p. 166. fin. *Decepto ſeni ſubſiſtite, meumque parvulum ab inferis ereptum canis meis reddite.* perperam illic Beroaldus, & Meurſius Excerc. Crit. Part. II. p. 175. legebant *Decrepito ſeni.* ſed alteram lectionem egregie vindicat Pricaeus in notis ſuis p. 447. plura Heinſius ac Patruus meus ad illud Virgilii IV. Aen. 17. *deceptam morte fefellit.* Ceterum hos verſus ſibi adoptavit Conradus Celtes in Hodoeporico Salinario, quod habetur in Itinerariis Reuſneri, ubi haec in fine leguntur pag. 579.

Interea rigidum depone a fronte Catonem,
Et ſomno curas, triſtia pelle mero.
Decipimur votis; & tempore fallimur; & mors
Deridet curas: anxia vita nihil.

ubi *Deridet*, ut in hoc Epitaphio legitur in codice Moroni & Buchelii; & apud Smetium, Gruter. Mazoch. Bonifac. Ferret. Capacium, M. Aegyptium, & Murator. *Irridet* apud ſolum Pithoeum. itaque plurimorum ſuffragia ſecutus ſum.

EP. LIII. *Haec fuit eximia ſpecie* &c.] Ibidem apud Pith. p. 112. Apianum pag. 102. Mazochium p. 124. Gruter. pag. 708. 5. Ferret. Lib. III. p. 169. Bonifac. de comp. Epitaph. pag. 47. Fleetwood p. 268. Gudium pag. 245. Murator. T. II. pag.

EP. LIV. COMINIVS FIRMVS OPPIAE.

Exemplum periit: castae lugete puellae.
Oppia jam non est. erepta est Oppia Firmo.
Accipite hanc animam, numeroque augete sacrorum
Arria Romano, & tu Grajo Laodamia.
Hunc titulum meritis servat tibi fama superstes.

EP.

pag. 1219. inf. 5. & Bonadam Vol. II. p. 103. apud plerosque praemittitur inscriptio, quam & in Codice Meermanniano offendi,

D. M. S.
TARQVITIAE. MOOESTAE
QVAE. VIX. ANN. XV.
M. VI. O. VI.
MODESTVS. ET. LICINIA. PARENTES
LACENIVS. MARITVS. C. QVAM. DVLC.
& subscribitur VALE. VALE. DVLCISS.

primo versu *Nam fuit* apud Apian. Mazoch. Gruter. Ferret. Gud. & Bonif. qui altero versu adfert, *Membra inerant vere.* ut & Apian. *vere* cod. Meerm. sed Gudius & Murator. aliquanto melius, *Mens ineras vere.* pro *corpore* Ferret. Gruter. & Bonada *pectore. vero corpore* vitiose Mazoch. apud Gud. & Murator. subscribitur *Bade vale dulcis.* apud Apian. *vale vale dulcis.* forte pro *Ave vale.* vel *vale, vale dulciss.* ut in cod. Meerm. & apud Mazoch. Gruter. Ferret. & Bonadam. Ceterum in Inscriptione Epitaphio praefixa idem Muratorius perperam TARQVINIAE. & Apianus, pro TARQVITIAE. & corruptius MODESTVE ET LASCIVA PARENTES. pro quo LACIVIA apud Apian. pro MODESTVS ET LICINIA, ut reliqui habent. item LVCENTIVS MARITVS, pro quo apud ceteros LACENIVS. Apian. LVCENIVS forte LICINIVS. omnium vitiosissime apud Gudium, TETATINIAE MODESTAE &c. MOOESTVS ET JAOTVA.

EP. LIV. COMINIVS FIRMVS OPPIAE, *Exemplum periit* &c.] legitur apud G. Fabric. Monum. Ant. p. 138 Manut. in Orthogr. p. 71. Pithoeum pag. 112. ed. Par. & in Praetermiss. p. 612. ed. Genev. Ferret. Mus. Lap. Lib. I. p. 41. Onuphr. Panvin. de Civit. Rom. cap. 49. Gruter. pag. 394. inf. 8. Fleetwood p. 169. COMINIVS FIRMVS recte apud Fabricium, non FIRMIVS, ut Pithoeus edidit. nam in Inscriptione ipsa apud Smetium fol. 81. Gruterum, ceterosque est, L. COMINIO L. F. L. N. PAL. FIRMO PR. Q. AER. ET ALIM. OPPIAE. SEX. ET. C. L. EVNOEAE. pro quo EVNONEAE apud Aldum & Onuphrium. EVNON. Ferret. in codice Bucheliano legitur sine Inscriptione praefixa.

Exemplum periit] vide infra ad Epitaphium Lydae, *Nam formae exemplum periit* &c.

Erepta est Oppia Firmo] *erepta est Oppia, pulcram Accipite hanc mentem* in codice Bucheliano.

Numeroque augete sacrorum] Apud solum Pithoeum in Praetermissis legitur *numerosque.* quod praefero. alloquitur Arriam & Laodamiam, ut anima Oppiae numeros coelestium augeant. Ovidius Epicedio Tibulli III. Am. 9. 66.

His comes umbra tua est, si quid modo corporis umbra est,
Auxisti numeros, culte Tibulle, pios.

in luculento Epitaphio Graeco Musei Veronens. pag. CCCLXXV.

Ἀλλὰ σὺ παμβασίλεια θεὰ, πολυώνυμε Κούρα,
Τόνδ' ἄγ' ἐπ' εὐσεβέων χῶρον ἔχουσα χέρας.

quod ita vertit Maffejus,

Ast tu hanc Persephone, varie quae nomine culta es,
Excipe, eamque piis insere, Diva, choris.

eodem colore campos Elysios umbra Claudii Etrusci auctos gaudere jubet Statius Lib. III. Sylv. 3. 25.

Elysiae gaudete domus, date serta per aras &c.
Felix heu nimium felix, plorataque nato
Umbra venis.

supra in Ep. XIII. in egregia Inscriptione M. Luccejo Nepoti posita ab Sex. Onusiano,

Dive nepos, seu tu turba stipatus Amorum
Laetus Adoneis lusibus insereris.
Seu grege Pieridum gaudes & Apolline junct,
Omnis coelicolum te chorus excipiet.

ut supplendos esse mutilos versus illic notavi. & Ep. XXXI. Epitaphio Laevini & Pontii,

Flete virum, quicumque illo superestis ademto,
Gaudete ob civem Dique Deaeque novum.

infra in epitaphio Rufi Festi,

Jamque venis, tendit dextras chorus inde Deorum,
Et toto tibi jam plauditur ecce polo.

hinc & astrorum numerum iis augeri fingunt poëtae. ut de Theodosio defuncto Claud. II. in Rufin. 3.

Auctior adjecto fulgebat sidere mundus.

Arria Romano] *Appia* ibidem apud Pithoeum in Praetermissis. male. intelligi *Arriam* Caecinae Paeti Viri Consularis laudatissimam conjugem, Grutero adnotatum est, & bene monuit in notis suis Ferretius. de qua Martialis Lib. I. Epigr. 14.

Plinius

EP. LV. MARCELLINAE.

Hic pietatis honos, haec ſunt pia dona mariti,
Cui multum dilecta fui.

EP. LVI. ARIADNAE.

Nequis flere velit, ſi tumulum ac titulum
Viderit extructum, ſic fatum voluit.
Vixi dum potui, tempore quo licuit.
Ignis habet corpus, ipſam coelum animam.
Vexit aqua Porthmeus, terra hic habet cineres.
Ignis, aqua, terra, coelum ſimul capiunt.

Si

Plinius Lib. III. Epiſt. 16. plura Lipſius ad Tacit. XVI. Ann. cap. 34. in fine. Schegk. & Upton. ad Epictet. Diff. Lib. I. cap. I. pag. 8. & 9.

Hunc titulum meritis] *mentis* in editione Pithoei, tam Pariſina quam Genevenſi, primo loco. Sed in Praetermiſſis *meritis*. ut reponendum in notis monuit. nec aliter apud Fabric. Alduin, Gruter. & Ferret. itaque ſic edidi. *ſervet tibi* in cod. Buchel. *ſibi* Pith.

EP. LV. MARCELLINAE] ita dedit Pithoeus Lib. III. p. 112. Sed apud Gruterum pag. 805. inf. I. & Gudium pag. 291. 2. adduntur iſta *Hic pietatis honos, haec ſunt pia dona mariti, Cui multum dilecta fui. ego Marcellina pro meritis cernisque mihi ſalus conjunx Aelius eoque poſt obitum memor amoris dicat.* & ſic edidit Fleetwood. Inſcript. p. 285. & ex eo Bonada Vol. II. Cl. VI. p. 136. qui bis exhibet, nam ex Gudio idem jam dederat pag. 113. initium deſumtum eſt ex Albinov. ad Liv. v. 133.

Hic pietatis honos, artus amplector inanes.

vel de Virgilio Lib. I. Aen. 257.

Hic pietatis honos, ſic nos in ſceptra reponis.

unde & Lotichius Lib. II. Eleg. 4. 23.

Hic pietatis honos, ea libertatis amatae
Gratia?

EP. LXVI. ARIADNAE] compoſitum e pentametris cum inuſitata pedum licentia. G. FABRIC. apud quem legitur in Monum. Ant. pag. 137. cum hoc titulo: ARIADNAE CREMATAE. SPARSIS IN VNDAS CINERIBVS. Puteolis exſtare patet e Grutero pag. DCCLVII. inf. 3. & Ferret. Muſ. Lap. pag. 94. & inter Inſcriptiones Puteolanas dedit Scipio Mazzella de Puteolis & Cumis pag. 10 in T. IX. P. IV. Theſ. Ital. habent etiam Aldus in Orthogr. p. 257. Jacobonius Append. ad Fontej. de priſc. Caeſ. gent. c. XVI. p. 217. & Pithoeus Lib. III. p. 113.

v. 5. *Vexit aqua Porthmeus, terra hic habet cineres*] lege, *terra habet hic cineres*. ut apud Gruter. & Fabric. vel, *terra habet haec cineres. terra hic habet ac cineres* Ald. Jacobon. Mazzella & Ferret. male vero apud Fabricium legitur, *Vexit aqua partes.* Aldus, Jacobon. Mazzella, & Ferretius habent, *Vixi aqua porti meus.* quae lectiones provenerunt ex voce deſcriptoribus minus cognita *Porthmeus*, id eſt Charon, ut recte apud Gruter. & Pithoeum. ſed quae aliis veterum locis etiam corrupta exſtat. Probat hanc lectionem inſcriptio apud Fabrett. pag. 702.

Sat fueras, Porthmeu, cymba vexiſſe maritam.

ubi lapidarius male dederat *Parthmneu.* vid. Bouhier ad Petron. de Bel. Civ. v. 117. p. 127. quod autem illic Porthmeus dicitur *cymba vexiſſe maritam*, pariter ac hoc loco *Vexit aqua Porthmeus*, vindicat Senecae veram lectionem in Herc. Fur. 765.

Hunc ſervat amnem cultu & adſpectu horridus,
Pavidoſque manes ſqualidus vectat ſenex.

ubi recte *vectat* Heinſius. quod etiam Deſ. Heraldo in mentem venit, licet rejecerit J. Fr. Gronovius, & *geſtat* praetulerit. quod miror. pariter in Herc. Oet. 1917. legebat Heinſius,

—— jamne Elyſias,
O nate, domos, jam litus habes,
Ad quod populos navita vectat.

ſic & de Charonte idem in Oedipo v. 170.

Quique capaci turbida cymba
Flumine ſervat durus ſenio
Navita cruda, vix adſiduo
Brachia conto laſſata refert,
Feſſus turbam vectare novam.

ubi in aliis *Navita crudus*, unde Gruterus *Navita Porthmeus*. pro *vectare* autem in eod. MS. *portare*. ſed tam illo, quam duobus prioribus locis, *vectare* firmatur ex Virgilio Lib. VI. Aen. 391.

Umbrarum hic locus eſt, Somni Noctiſque ſoporae,
Corpora viva nefas Stygia vectare carina.

Statius Lib. V. Sylv. I. 251.

—— ne tardior adſit
Navita, proturbetque vadis, vehit ille merentes
Protinus, & Manes placidos locat hoſpite cymba.

apud

Si nomen quaeris, quam Liber rapuit,
Digna Ariadna polo nobile ſidus ero.
Amoque ego, nec caſta ceſſit Penelope,
Alceſti comes, aemula mors rapuit.
Salvos erit conjunx; major erit tumulus.
Ter denos annos, menſes undecim poſt
Diviſos fatis, ter ſex vixi dies.
Annos bis ſeptem virgo ago: ſed reliquos
Conjuge Alexandro Soſia cum Soſio,
Jungit carus amor, dividit ipſa mors.

Ep.

apud Propertium Lib. III. El. 16. 30. ubi nunc legitur vulgo:

At tibi, nauta, pias hominum qui trajicis umbras,
Huc animae portent corpus inane tuae.

animae pro ventis capiebat Fruterius. pro *inane* meus codex *in anne*, id eſt *in amne*. qualis variatio etiam apud Stat. IX. Th. 602. Sed optime emendandum cenſebat Heinſius in notis poſt ejus Adverſaria editis p. 734.

Duc animae, Portbmeu, corpus inane ſuae.

idem in Comment. ad Virg. VI. Aen. 302. vocem hanc reſtituit Juvenali Sat. II. 150.

Eſſe aliquos manes, & ſubterranea regna,
Portbmeaque, & Stygio ranas in gurgite nigras,
Atque una tranſire vadum tot millia cymba.

nunc legitur, *Et pontum & Stygio* &c. pro quo in aliis *contum*, ut in cod. Rottendorphiano & Amſtelaedamenſi. quomodo legebat etiam Barth. ad Stat. XI. Th. 571. ſic in loco Senecae,

Brachia conto laſſata refert.

certe *Portbmeaque* illic praeferendum alteri Heinſii conjecturae, *Et coenum & Stygio* &c. praeterea in eodem Juvenalis loco *Ecce aliquos manes* cod. Amſtelaed. Scribe, *Eſſe aliquid manes* &c. ut apud Propert. IV. El. 7. init. *Sunt aliquid manes, letum non omnia finit.* Idem Sat. III. v. 266.

Jam ſedet in ripa, tetrumque novitius horret
Portbmea, nec ſperat coenoſi gurgitis alnum.

ubi corruptus eſt Scholiaſtes, cum ſcribit, *Portbmea, Carinam: Portbmeum dicit, non anguſtum trajectum.* recte *Caronem*, id eſt *Charontem*, pro *Carinam*, legit Muncker. ad Hygin. pag. 48. & vide Bulaeum ad Valer. Fl. VI. 159. ac plura in notis Erhardi & Weitzii ad illa Petronii cap. 121.

——— *vix navita Portbmeus*
Sufficiet ſimulacra virum traducere cymba.

fruſtra igitur notat Fleetwood p. 280 ſe neſcire, quam Ariadnae partem vexerit Portbmeus. umbram certe, ſeu Manes. ut paſſim apud poëtas. ſed & reliqua Scholiaſtae Juvenalis verba illic non ſine mendo ſunt, quae ſic emendanda: *Portbmeum dicit, non Portbmum, anguſtum trajectum.* Πορθμεὺς enim portitor Charon eſt. πορθμὸς fretum. unde apud Ovid. Epiſt. XIX. 123.

Forſitan ad Portbmum mater pia venerit Helles.

legebat Heinſius, quia iſtud fretum Πορθμὸς dictum fuit. in codicibus *portum*. in vulgatis *pontum*. ſic in Epigrammate apud Murator. pag. MCCCXXI. 10.

Οὐκ' ἐς' ἐν ἅδῃ πλοῖον ὁ Πορθμεὺς Χάρων.

& in verſibus apud Pauſan. Lib. X. pag. 866.

Ἐνθ' ἤτοι νέα μὲν νεκυάμβατον ἣν ὁ γεραιὸς
Πορθμεὺς ἦγε Χάρων &c.

vide Erythraei notata in Indice Virgiliano in *portitor*. hinc & πορθμὶς, πορθμεῖον, & πορθμίδιον cymba, & Ἀχέροντος πορθμὶς de cymba Charontis, unde ille Πορθμεὺς dictus. vide Dorvill. ad Chariton. p. 437. & πορθμεῖον non tantum portitoris inferni ſcapha, ſed & obolus mortualis, ori defunctorum inſertus, ad naulum tranſvectionis, dicitur. ut docuit Hemſterh. ad Lucian. Dialog. pag. 17. & 18.

v. 6. *Ignis, aqua, terra, coelum ſimul capiunt*] lege,

Ignis, aqua, coelum, terra ſimul capiunt.

v. 9. *Amoque ego, nec caſta ceſſit Penelope*] recte Heinſius,

Amore aequo nec caſta ceſſi Penelopae.

v. 10. *Aemula mors rapuit*] *placuit* apud Fabric. Ald. Gruter. Jacobon. Mazzellam.

v. 14. *Soſia cum Soſio*] *ſocia cum ſocio* margini adſcripſerat Heinſius. forte melius, ſi quid mutandum, *cum ſocio ſocia.* ut pentametri legem impleat.

v. ult. *dividit ipſa mors*] *dividet* Mazzel. Ald. Gruter. Jacobon. & Toſcan. in Epigr. vet. poſt Poët. Ital. Carm. Tom. I. p. 91. b. & Labbaeus Theſ. Epitaph. vet. P. I. p. 11. ſed legendum *dividit ipſaque mors.* ut edidit G. Fabric.

EP. LVII. LESBIAE.

Siſte gradum, properet quamvis brevis hora, viator:
Sic fati nullus te dolor exanimet.
Lesbia, quam tulerat tellus pulcherrima Tharſis,
(Indicio ſit amor totius Heſperiae)
Quam ereptam terris pia numina ſubtraxerunt,
Hanc ſibi ſola domum corporis inſtituit.

EP. LVIII. MVLIERIS A MARITO INTERFECTAE.

Inmitis ferro ſecuit mea colla maritus,
Dum propero nivei ſolvere vincla pedis.

Du-

EP. XLVII. LESBIAE] apud G Fabric. pag. 129. Gruter. pag. 917. 4. Pithoeum pag 113. Toſcan. in Epigr. ex Lap. vet. poſt Ill. Poët. Ital. Carm. T. I. pag. 90. Labbaeus Theſ. Epitaph. P. I. p. 40. & Ferretius p. 184. quem inepte ad Lesbiam Catulli referre notat Bonada Vol. II. p. 524. Inveni hoc etiam in cod. Inſcriptt. MSS. Alciati, in quo exhibetur ex menſa marmorea, quae inerat parieti poſt delubrum vetuſtum Mediolenſe *Domini ad clavum* dictum, produxitque Gruterus ex iiſdem Inſcriptionibus Alciati, cui quantum placuerit elegans hoc Epigramma, ex adnotatione ejus patebit: *in marmorea menſa eſt elegantiſſimum Tharſidis Lesbiae epitaphium, adeo purum, adeo auribus ſuave, ut in hunc diem in hoc genere nihil praeſtantius me legiſſe meminerim. Sed maxime dolendum eſt, ob vetuſtatem quibuſdam evaneſcentibus litteris integram menſam non ſuppreſſe, & idee in ea deſcribenda nos quoque conjectura uſos.*

Siſte gradum, properet quamvis brevis hora, viator] ſic edidit Pithoeus & Toſcanus. Fabricius *quamvis properes, brevis hora, viator.* quod ſatis placet. quamvis in codice Alciati ita habetur, ut apud Gruterum & Ferretium legitur, *fugiet quamvis brevis hora.* ſic in Epitaphio Pacuvii Tom. I. hujus Anthol. p. 409.

Adoleſcens, tametſi properas, te hoc ſaxum rogat.

& ita hic legiſſe videtur Franciſcus Albertinus Epigrammate in Eccleſiam Nolanam apud Capacium in Campan. Fel. cap. XXIX.

Siſte gradum, quamvis properes, en ſiſte viator,
Te cogat pietas, relligioque loci.

in alio Epitaphio apud Ferretium pag. 112.

Tu qui corpis iter, greſſu properante, viator.
Siſte gradum, quaeſo, quod peto, parva mora eſt.

ubi *parva mora eſt* idem ac hoc loco *brevis hora.* In Epigrammate, quod ex Matthaei Memor. Hiſt. Antiq. Tuſcul. pag. 34. ſupra edidi Ep. XXIV.

Te rogo, praeteriens, fac mora, & perlege verſus.

quem verſum vitioſum ita corrigendum illic conjeci,

Te rogo, praeteriens, fiat mora, perlege verſus.

in Epitaphio Acilii apud Maffejum in Muſeo Veron. p. 174.

Siſte gradum, parvamque moram concede, viator.

Infra Epitaphio Antullae,

Heus tu, qui tranſis ſecura mente, viator,
Siſte gradum, & tumule verba notata lege.

Euchasia Licinia apud Pith. Lib. III. p. 141.

Heus oculo errante qui aſpicis leti domum,
Morare greſſum, & titulum noſtrum perlege.

apud Murator. Tom II. pag. 655.

Tu quicumque mei veheris prope limina buſti,
Supprime feſtinum, quaeſo, viator iter.

ſic enim legendum. non *feſtivum*, ut male edidit. nam *ſupprime iter feſtinum* ejuſdem formulae eſt, ac *Siſte gradum, quamvis properes*, in his exemplis.

Quam ereptam terris pia numina ſuſtulerunt] ita edidit Pith. & Toſcan. *ſuſtulerunt* metri cauſſa apud Fabric. ſed praetuli *ſubtraxerunt* ex Alciato & Grutero.

Corporis inſtituit] *corpori conſtituit* Fabric. Toſcan. Alciat & Gruter ſed quadratarii errorem eſſe notat Fleetwood p 305. diſtichon autem hoc totum ſeparandum vel ſpurium eſſe putat Barthius Lib. IV. Adverſ. cap. 12. cauſſam non video. certe *inſtituere domum corporis*, ſive ſepulchrum, proba eſt locutio. ut apud Juſtin. Lib. XXXVI. cap. ult. § 4. *Matri deinde ſepulchrum facere inſtituit.* ubi pro *facere* in MSS. *parare*. Sed rectius in aliis codd. utrumque abeſt, & ſimpliciter tantum legitur, *ſepulchrum inſtituit.* ſic ſupra Ep. XV. in Epitaphio Rufini legendum notavi,

Claudius hunc vivus Stygias Rufinus ad umbras
Inſtituit tumulum poſt animae requiem.

ubi *titulum* edidit Pithoeus. ut variatur in Epitaphio Optati, alibi edendo,

Ergo, quod miſeri poſſunt praeſtare parentes,
Hunc tumulum nato conſtituere ſuo.

& in alio Epigrammate, infra etiam producendo,

Nunc aeterna quies, Ditiſque ſilentia moeſta,
Hanc ſtatuere mihi pro pietate, domum.

EP. LVIII. *Inmitis ferro ſecuit* &c.] inter vetera retulit Pithoeus Lib. III. pag. 116. & Fabricius

in

Durus & ante torum, nuper quo nupta coivi,
  Quo cecidit noſtrae virginitatis honos.
Non culpa meruiſſe necem, pia numina teſtor,
  Sed jaceo fati ſorte peremta mei.
Diſcite ab exemplo Chriſtinae, diſcite patres,
  Ne nubat fatuo filia veſtra viro.

EP. LIX. MIELLAE CAESAE, ET A SVIBVS ERVTAE.

Heu quid amor, male caſtus amor, mala crimina poſſint,
  Ipſa manu doceo caeſa Miella viri.

Hae-

in Monum. Antiq. p. 138. cum titulo MVLIERIS INTERFECTAE A VIRO FATVO. ſuſpectum tamen fuit Heinſio: & antiquum non eſſe, ſed inſulſi alicujus neoterici, notaverat Scriverius. inter ſpuria etiam collocavit Gruterus pag. xv. 3. eumque ſecutus Ferretius Lib. V. p. 331. tamen e codice MS. tamquam antiquum protulit Barth. Lib. LII. Adverſ. cap. 1. certe jam editum extat a Laur. Abſtemio inter alia Epigrammata poſt Pindarum Thebanum in editione Fanenſi 1515. & in Monumentis Italiae exhibuit Schradaeus pag. 149. in Deliciis ſuis N. Chytraeus pag. 15. & in Inſcriptionibus Fabrettus cap. x. pag. 699. tum Bonada Vol. II. p. 119. Bis etiam legitur in Codice meo antiquarum Inſcriptionum Perotti, & primo loco inſeruntur poſt ſecundum diſtichon duo illi verſus, quos a Pithoeo, Grutero, aliisque omiſſos addidi ex Abſtemio, Chytraeo, Fabretto, Barthio, & Bonada,

Non culpa meruiſſe necem, pia numina teſtor,
Sed jaceo fati ſorte peremta mei.

licet vitioſe Fabrettus, & ex eo Bonada, ediderint,

Non culpa meruiſſe praeſentia numina teſtor.

apud Abſtemium legitur,

Nec culpa meruiſſe necem, bona numina teſtor.

fati ſorte, ut in Epitaphio Pueri apud Pith. p. 106.

At fati victus ſorte puer perii.

non diſſimile illud Lucretiae in Epigrammate, quod edidi Tom. I. p. 350.

Procedant teſtes, me non favisse tyranno,
Alter apud Manes, alter apud Superos.

ſed ſecundum diſtichon in eodem Perotti codice a manu recentiori margini erat adſcriptum, & deeſt apud Chytraeum. forte quia poſt illa, *Durus & ante torum* &c. oratio ſuſpenſa haeret. nam languidum nimis eſt, ut *fuit* ſubintelligatur. unde parum abeſt, quin aliud diſtichon, nunc fugitivum, excidiſſe ſuſpicer, quod illud continuabat, hoc vel ſimili ſenſu,

Durus (vel Dirus) & ante torum, nuper quo nupta coivi,
Quo cecidit noſtrae virginitatis honos;
Eripuit vitam ſcelerato barbarus enſe,
Sanguine commaculans ſe thalamumque meo.
Non culpa meruiſſe necem ſeqq.

ſecundo verſu, *Dum propero ſtricti ſolvere vincla pedis* apud Fabrett. & Bonadam. ut in Epitaphio Petronii Antigenidis, apud Pith. Lib. III. p. 139.

Tu pede qui ſtricto vadis per ſenta viator.

Dum propero muſci in cod. Perotti, altero loco. v. 3. *durum quo nupta coivi* eſt in Cod. Perotti, primo loco. *quo nuper* apud Abſtemium. v. 5. *Diſcite ab exemplo Chriſtianae* apud Schradaeum & Chytraeum. *Chriſtinae* in edit. Abſtemii, ubi & titulus huic Epigrammati praefigitur *Elogium Chriſtinae Patavinae*. ultimo verſu in ejuſdem editione, *Ne data ſit fatuo* &c. *Criſpinae* apud Fabrett. & Bonad. & in codice Perotti, quod praeferrem *Chriſtinae*. nec aliter apud Anton. Ricchi Reggia de Volſci Lib. I. 28. p. 155. qui etiam diſtichon illud addit, quod apud Fabrettum aliosque legitur. Barthius protulit, *Diſcite ab exemplo ſeveri diſcite patres*. Labbaeus vero in Theſ. Epitaph. P. I. p. 19. edidit, *Diſcite ab exemplo hoc Matres, hoc diſcite Patres*. imitatus eſt poëta neſcio quis apud Schradaeum in Monum. Ital. pag. 145. b.

Diſcite ab exemplo praeſenti diſcite fratres,
Ut bene pro votis ſaepe locentur opes.

non diſſimilis argumenti Epitaphium Feminae, a marito, non minus crudeli, ex ſuſpicione adulterii interfectae, eſt apud eumdem Schradaeum pag. 272. b. quod & hic legi meretur:

Si qua ſolet propria gaudere puella decore,
Quid mea ſors poſſit, nunc ego ſola queror.
Forma dedit multis famam laudemque puellis,
At mihi de falſa ſuſpicione necem.

ſic enim corrigendum verſu primo, non *decora*, ut editur.

EP. LIX. MIELLAE CAESAE &c.] Hoc quoque tamquam vetus epigramma exhibuit G. Fabricius in Antiq. Monum. p. 136. & 137. & Pithoeus Lib. III. p. 116. Sed non minus ſuſpectum ſibi videri adſcripſerat Heinſius, & inter ſpuria retulit Gruterus pag. xvi. N. 2. ejuſque exemplo Ferretius conjecit in Lib. V. p. 327. quo libro V ſup-

 po-

Haerebam misera in gremio male saucia amantis,
Et mea languentis presserat ora sopor:
Irrumpit gladio conjux: heu victa sopore
Vix sensi armatas in mea fata manus.
Ejectam furtim, exsequiis bustoque carentem,
Tristis in ignota condidit hospes humo.
Tabueram, intestata diu nec crimina passus
Hymen, inmundas excit in ossa sues.
Eruor infelix, populi nota, dedecus urbis,
Meque trahunt rapidae per loca tetra ferae.
Quaeque Miella fui, nomen sum nacta Suillae.
Disce, puella, tuo casta manere toro.

EP. LX. IVLIAE IVLIANAE.

Possidet inmerito locus hic cito corpus iniquum.
Quae talem vitam meruit, ut curva senectus.
* * *

Noluerunt superi, cito reddidit una nefandis
Quod fuit, ad superos, inimicaque nomine vixit.

EP. LXI. INCERTAE.

Sanguine si nostro, nostra si morte liceret
Pallentes Orco, pro dolor! eripere,
Et si quae patimur crudeli funere fata,
Hoc saltem nobis munere grata forent:

Tae-

posititia continentur. certe totum legitur in Joh. Joviani Pontani Poëmatibus Lib. II. Tumul. pag. 78. ed. Aldi. ut notaveram, antequam vidissem idem observasse etiam Leichium in Miscell. Lipsiens. Nov. Tom. I. pag. 461. Sed talia conplura sunt in his Collectionibus, quae apud poëtas Italos, Pontano haud inferiores, Sannazarium, Zanchium, aliosque inveniuntur, ut suis locis monuimus.

v. 1. *Mala crimina possint*] *quid crimina possint* apud Pontan.

3. *Haerebam misera in gremio*] sic correxi ex Pontano, Fabricio, Grutero, & Ferretio. nam male apud Pithoeum *misero*.

4. *Et mea languentis presserat ora sopor*] expressum e Tibullo Lib. III. El. 4. 22.

Pressit languentis lumina sera quies.

somno premi ex MS. restituit meus Patruus Ovidio Ep. VI. 86.

Inpavidus somno, nocte silente, premi.

pro *frui.* ubi multa exempla in notis vide. & ad Valer. Fl. III. 417. *mea languentis ora* illustrabunt notae doctorum ad Ovid. Epist. V. 45.

Irrumpit gladio] *Irrupit* Ferret.

Meque trahunt rapidae per loca tetra ferae] *rabidae* Heins. & sic apud Pontan. *terra* vitiose apud Pith.

EP. LX. IVLIAE IVLIANAE.] Legitur apud G. Fabric. pag. 129. & Pithoeum Lib. III. p. 117. sed ultimo versu *nemini* Fabric. pro *nomine*, ut edidit Pithoeus. apud Capacium in Antiq. & Hist. Neap. cap. XXII. p. 190. Tom. IX. P. II. Thes. Ital. corrupte adfertur hoc modo:

IVLIAE IVLIANAE
QVAE VIX. ANN. XX. M. XI. D. VII.

Possidet non merita locus hic cito corpus iniquum,
Quae talem vitam meruit, ut curva senectus
Noluerunt superi cito reddidit vita nefandis
Quod fuit ad superos inimica nemini vixit.

IVLIVS VICTORINVS ET AELIA THEODATA
ET. C. VICTARIVS SOTER CONJVX B. M. F.

EP. LXI. *Sanguine si nostro*] apud Pithoeum Lib. II. p. 117. Ferret. Lib. V. pag. 339. Labbaeum Thes.

Taederet quantos coeli convexa tueri,
  Quantae saevirent in sua corda manus.
Et tu, quae fuerim, si nosses, candide lector,
  Nunc animam quoque tu purpuream vomeres.
Vivere quo rursus possem, & superesse daretur,
  Fingere & innumeras nexa per ora animas.

EP. LXII. MERETRICIS.

Forma atque illecebris Veneri vixi aemula, livor
  Saxo hoc delicias invidus occuluit:
Artificis pietate iterum rediviva placebam,
  Ni me vidisset Cypria marmoream.

EP. LXIII. CANDIDAE.

Mors, quae perpetuo cunctos absorbet hiatu,
  Parcere dum nescit, saepius ipsa favet.

Felix,

Thes. Epitaph. P. I. p. 35. & in Catalectis Petronianis, collectionis Biseti. multa autem in hoc Epigrammate est Virgilii imitatio.

Et si quae] *qui* apud Ferret.

Taederet quantos coeli convexa tueri] Nescio cur asteriscum huic versui adfinxerint editores Catalectorum Petronianorum. certe Pithoeum nihil est moratus. Sed forte eos offendit *quantos*, & *quantae* seq. vers. pro *quot*. id tamen non modo cadentis Latinitatis, sed bonorum auctorum usu frequentatum docet Barthius ad Stat. IV. Sylv. 3. v. 49. & plena manu Broukhus. ad Propert. Lib. I. El. 5. 10. & El. 12. 4. *tantis annis* pro *tot annis* apud Claudian. II. in Ruf. 52. & sic Cons. Olybr. 52. III. Cons. Hon. 126. & alibi. in Epigr. de Hectore, quod edidi Tom. I. pag. 85.

O quantos Priamo lux adtulit illa dolores.

hinc apud Dictyn Cretens. Lib. I. cap. 6. *Non se ignorare ait, quantis mortalibus tam atrox facinus indignationem incuteret.* ubi Heinsius *quantam mortalibus* &c. & sic Daceria. sed non opus est. vide illic Virdungum. *Quantos taederet* edidit Labbaeus.

Et tu, quae fuerim] sic recte, non *fueram*. vide Heins. ad Ovid IV. Trist. 10. 1.

Nunc animam quoque tu purpuream vomeres] imitatur Virgilium Lib. IX. Aen. 349.

Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mixta
Vina refert moriens.

ex quo etiam hausit Pindarus Thebanus Epitom. Iliad. v. 365.

Purpuream vomit ille animam cum sanguine mixtam.
Valerius Fl. Lib. III. v. 107.

——— *dedit ille sonum, compressaque mandens*
Aequora, purpuream singultibus exspuit auram.

ubi vide eruditorum notas. & Borremans. Vesper. Gorinchem. pag. 76 & 77.

Fingere & innumeras] sic ed. Pith. *Jungere* in Catalectis Petronianis. non male. vid. Tom. I. ad Epigr. Apuleji ad Critiam p. 659.

EP. LXII. *Forma atque illecebris*] edidit Pithoeus Lib. III. p. 117. & in Catalectis Petronianis etiam legitur. Ex hoc Epigrammate efficta est commentitia illa Inscriptio, quae exstat inter Marmora Pisaurensia, N. CXXIX.

VENERI VIXI	PIETATE ARTI
AEMVLA	FICIS ITERVM
	VIVEBAM
SAXO OCCVLV	NI ME VIDISSET
IT DELICIAS	MARMORE
LIVOR	AM VENVS.

vide illic Oliverii Notas pag. 188. hinc certe de Inpostura nonnullarum Inscriptionum judicare licet. *illecebrae* autem proprium de meretricibus vocabulum. ita de scorto regio Cleosi Justin. XII. 7. *illecebris consecuta est ab Alexandro, quod virtute non poterat.* & Lib. XXX. 2. *accedebat & mater Oenanthe, quae geminae sobolis illecebris devinctum regem tenebat.* hinc Plautus Asin. Act. I. sc. 3. 67.

Esca est meretrix, lectus illex est, amatores aves.

EP. LXIII.] ex Baronii Annalibus Tom. IX. ad an. Chr. 715. pag. 5. adscripserat Scriverius suo exemplari Inscriptt. Gruteri ad pag. MLXII. editumque est a Schradaeo in Monum. Ital. p. 239. Fleetwoodo p. 372. & Fabretto cap. X. p. 734 ex

que

Felix, qui affectus potuit demittere tutos,
  Mortalem moriens non timet ille viam.
Candida praesenti tegitur matrona sepulcro,
  Moribus, ingenio, & gravitate nitens.
Cui dulcis remanens conjux, natusque superstes,
  Ex fructu mater noscitur in sobole.
Hoc precibus semper, lacrimosa hoc voce petebat,
  Cujus nunc meritum vota secuta probant.
Quamvis cuncta domus numquam te flere quiescat,
  Felicem fateor sic meruisse mori.

EP. LXIV.

POLLIAE SATVRNINAE, TITIO PHILIPPO, AELIAE SATVRNINAE.

Inmatura quies quos abstulit, hic siti sunt tres,
  Mater cum parvis pignoribus geminis.
Pollia Saturnina parens triginta per annos
  Vixit, & enituit docta sonare mele.
Octo puer Titius proles cito rapta Philippus,
  Et fratri tenero carior una soror,
Aelia Saturnina obiit, uno insuper anno:
  Nec cantus vitam protulit, aut choreae.

EP. LXV.

CONSTANTINAE MAVRITII IMP. VXORIS ET LIBERORVM.

O ego mille modis regum miseranda duorum
  Mauritii conjux, filia Tiberii!
Edocui regina fatis, fecundaque mater,
  Quam sint multorum commoda sceptra ducum.

Mili-

quo colligitur aetas hujus Epigrammatis, nam in ejus subscriptione legitur, CANDIDAM hanc obiisse Imperante Mauricio Augusto. & sic apud Jul. Caes. Capacium in Antiq. & Hist. Neapol. cap. XIII. pag. 77. Tom. IX. P. II. Thes. Ital. ubi v. 5. *patrona*. & v. 9. male distinguitur,

Hoc precibus semper lacrimosa, hoc voce petebat.

v. 2. *Parcere dum nescit*] supra Ep. XX.

Quid tibi, mors, faciam, quae nulli parcere nescis?

& in Inscript. antiqua in libro MS. Heinsiano:

CRVDELES. PARCAE. QVAE. NEMINI
PARCVNT. INVIDERE. MIHI.

8. *Ex fructu mater noscitur in sobole.*] forte legendum,

Ex vultu mater noscitur in sobole.

quam conjecturam firmabunt ea quae notavi ad Tom I. hujus Operis pag. 305.

EP. LXIV. *Inmatura quies quos abstulit* &c.] Legitur apud Fabric. p. 127. Mazoch. pag. 30. b. Gruter. p. 654. 5. Pithoeum p. 117. Ferret. in Mus. Lapid. Lib. II. p. 143. Fleetwood p. 213. Labbaeum Thes. Epitaph. vet. P. I. p. 68. & in meo Perotti Codice. ubi ultimo versu, *Nec saltus vitam protulit* &c. pro saltatione, ut & apud Mazoch. Fleetw. & Ferret. ubi tamen sphalmate typographico *salus*. v. 5. pro *Philippus* in Metelli MS. legi *Philumnus*, testatur margo Gruteri.

EP. LXV. *O ego mille modis* &c.] Hieronymi Wolfii ex Graeco apud Zonaram Tom. I. p. 65. Nicephorum Lib. XVIII. Hist. Eccles. cap. 41. &

Sul-

Militis infidi jaceo populique furore,
  Et mecum conjux progeniesque jacet.
Nae miserae Niobes ego sum vitale cadaver.
  Plurane Cisseis, plura Jocasta tulit?
Esto: jure pater. cur pignora parva necantur,
  Humani prorsus nescia turba doli?
Non jam, Roma, meis carpes a frondibus umbram,
  Eruta Threicio stirps Aquilone jacet.

EP. LXVI.

Bassa vatis quae Laberi conjuga hoc alto sinu,
Frugi matris quiescit moribus priscis nurus,
Animus sanctus cum marito si anima coelo reddita est.

Fornice interjecto sequitur.

Parato hospitio cara jungunt corpora,
Haec rursum nostrae sed perpetuae nuptiae,

In

Suidam. aliter refertur ab Onuphrio Lib. II. Princip. Rom. pag 119. PITHOEUS. Est ita Latine etiam insertum libello, cui titulus, Bibliotheca; sive Antiquitates Urbis Constantinopolitanae. SCRIVERIUS. Libellus ille habetur in fine Verderii Supplem. Biblioth. Gesner. ubi pag. 56. exstat hoc Epitaphium Constantinae, uxoris Mauritii, qui Imperator a Phoca Tyranno, cum conjuge ac liberis, captus & sublatus est. ibi vero tabulam, cui hoc Epitaphium inscriptum fuit, ad hunc usque diem superesse traditur. Hieronymi Wolfii esse notaverat etiam Opitius, versum ex Zonara, quem vide Lib. XIV. Ann. cap. 14. utrumque Graecum & Latinum est apud Bandur. in Antiq. Constant. Lib. VII. pag. 179. Inveni etiam in Cod. Bucheliano aliam interpretationem Latinam, sed versibus minus elegantibus, quam quibus Graecum Epigramma in Appendice Anthologiae Graecae ab H. Grotio his numeris redditum fuit:

Illa ego sum infelix, regum modo dicta duorum,
  Mauritii conjux, filia Tiberii:
Quae docui foeta numerosis partubus alvo,
  In multis aliquod regibus esse bonum:
Hic cum prole mea jaceo, cum conjuge: causa est
  Perfidia in populo, militiaeque furor.
Non Hecube tam saeva tulit mala, non Jocaste.
  Ut Niobae, vivet post mea fata cinis.
De patre praetereo: sed cur, rogo, pignora caedi
  Addita, ab humanis libera flagitiis.
Non ultra tibi, Roma, meis a frondibus umbra est,
  Radicem ventus Thracius exsecuit.

Plurane Cisseis] intelligi Hecubam notaverat Pithoeus in exemplari Biblioth. Reg. vide Serv. ad Virg. VII. Aen. 320.

EP. LXVI.] Romae apud Antonium Barionium exstare testatur Bonada Vol. II. Cl. IV. pag. 114. qui videtur existimasse Epitaphium esse Decimi Laberii, mimographi celebris tempore Julii Caesaris. sic certe lectori inponere voluit, qui carmen hoc fabricavit. primi quatuor versus, qui incipiunt *Parato hospitio* &c. ita ab auctore sunt compositi, tamquam essent trochaici. ad recentiorem poëtam Laberium esse referendum existimabat Muratorius, qui edidit transmissum sibi ab Abbate Rodulfino Venuti, in Thesauro suo Tom. II. pag. 771 cujus notas strenue descripsit Bonada, ideoque non memorat, quod ceteroquin praefigere solet, ab eodem productum esse, & quidem scriptura in multis diversa, & vitiosa. ut v. 2. *Frugae matris.* Initio secundi Carminis male apud Muratorium. *Parato hospitium.* & *cara lungens* vitio typographi. v. 2. *Hic rursum* vel *Hae* legebat Dorvillius. v. 3. *bene dora* pro *odora.* v. 6. *varium.* v. 7. *amplexast* pro *amplexa est.* v. 9. *mollis marita* est vitis ulmo maritata. ex Horatio Epod. 2.

Ergo aut adulta vitium propagine
  Altas maritat populos.

& Catullo Epithal. Pelei v. 254.

At si forte eadem est ulmo conjuncta marito.

penultimum versum una syllaba abundantem exhibet Muratorius,

Quod fueram non sum. sed rursus ero, quod modo non sum.

sed recte dedit Bonada, ut edidi. Quae autem ad hunc versum de resurrectione mortuorum uterque disputant, hic plane ἀπροσδιόνυσα sunt.

EP.

In ſpica & caſia & bene odora ſtacta & amomo,
Inde oro gramenve novum vel flos oriatur.
Unde coronem amens aram carmenque meum & me,
Purpureo varium vitis depicta racemo
Quattuor amplexa eſt ulmos de palmite dulci,
Scenales frondes detexunt hinc geminam umbram
Arboream, proceram, & mollis vincla maritae.
Hic corpus vatis Laberi, nam ſpiritus ivit
  Illuc, unde ortus, quaerite fontem animae.
Quod fueram, non ſum, ſed rurſus ero, quod non ſum,
  Ortus & occaſus, vitaque morſque itidem eſt.

EP. LXVII. RVSTICELLA M. L. CYTHERIS.

Quandocumque levis tellus mea conteget oſſa,
  Inciſum & duro nomen erit lapidi.
Quod ſi forte tibi fatorum cura meorum,
  Ne grave ſit tumulum viſere ſaepe meum.

Et

EP. LXVII. *Quandocumque levis tellus* &c.] legitur apud Pithoeum p. 114. & habet Aldus Orthogr. p. 717. Smetius fol. CXXIX. b. Gruter p. 992. 3. Jacobon. pag. 151. Bonifac. de comp. Epit. p. 84. Ferret. pag. 102, & Fleetwood p. 318. qui praefigunt hunc titulum,

RVSTICELLA M. L. CYTHERIS
DEBITVM REDDIDIT X, K. SEPT.
MALVGINENSE ET BLAESO COSS.

& ſic fere Boiſſard. T. III. Ant. Rom. pag 120 niſi quod illic corrupte X. K. FLL. MALVGINENSE ET PLESO coss. & verſ primo *conteget*. quod practulli, ut etiam apud Gruter. Ferr. & Jacobon. *contegit* ed. Pith. edidit etiam, ſed ſine titulo illo, Anglus in Delect. Inſcript. Metric. p. 7. N. 5. operam perditurum notat Fleetwoodus, qui Conſules iſtos quaeret. Sed vid. Almelov. Faſt. Conſ. pag. 152. ubi ſeptem nomine *Maluginenſes* recenſentur.

v. 2. *Nomen erit lapidi*] *nomine erit lapide* Gruter. Ald. Jacob. *nomen erit lapide* Ferret. *nomine erit lapis* Boniſac. ſed recte edidit Pithoeus,

Inciſum & dure nomen erit lapidi.

incidere vel *inſcribere* nomen lapidi, frequens eſt. Tibullus Lib. I. El. 3. 54.

Fac lapis inſcriptis ſtet ſuper oſſa notis.

de quo loco vide ad Lotich. Lib. I. El. 6. 84. & J. Arntzen. ad Aurel. Victor. cap. 42. fin.

v. 3. *Quod ſi forte tibi fatorum* &c.] ſic edidi, quamvis apud omnes miro conſenſu, ſolo Jacobonio excepto, legatur,

Quod ſi forte tibi fuerit fatorum cura meorum.

verſu exorbitante. Pithoei Catalectis adnotaverat Opitius, fuerit *videtur delendum. Sed ejuſmodi mancos verſus & pravos marmora plurima exhibent.* adſcripſerat nempe aliquis illud *fuerit*, ad ſupplendum ſenſum, quia id deſiderari putabat. idque deinde in contextum irrepſit. unde Maffej. in Muſ Veron p. 164. correxit,

Si qua tibi fuerit fatorum cura meorum.

quod ſecutus eſt Britannus in Delectu Inſcr. Metric. neſcio an hic non ſit imitatio Propertii Lib. II. El. x 39.

Tu quoque, ſi quando venies ad buſta, memento
Hoc itere ad lapides cana venire meos.
Interea cave ſis nos adſpernata ſepultos.

ut edidit Broukhuſius: pro quo caſtigabat Heinſius, *Hoc iter ac lapides, cara, ſubire meos.*

v. 5. *Et quicumque tuis umor labetur ocellis*] *labetur* vitioſe apud Jacobon. recte autem *umor* editum fuit a Pithoeo, aliiſque, ſine adſpiratione, quia ſic in ipſo lapide legi teſtantur. vid. Boſch. ad Petron. cap. 115. p. 533. & Heinſ ad Virg. I. Georg. 43. Confer haec cum iſtis Tibullianis Lib. I. El. 1. 61.

Flebis & arſuro poſitum me Delia lecto,
Triſtibus & lacrimis oſcula miſta dabis.
Flebis, non tua ſunt duro praecordia ferro
Vincta, nec in tenero ſtat tibi corde ſilex.

&

Et quicumque tuis umor labetur ocellis,
 Protinus inde meos defluat in cineres.

Quid lacrumis opus est, Rusticelli, carissime conjux,
 Extinctos cineres sollicitare meos?

* *
Una domus cunctis nec fugienda viris.
* * *
Ut quae volui tempore tempus habet.
Nondum vicenos annos conpleverat, annum
 Supremum Parcae forte dedere mihi.

EP. LXIX. IN NEAERAM, QVAE AMORE CONCITA DEDIT SE PRAECIPITEM IN PVTEVM.

Quod leges, sanctique diu vetuere parentes,
 Me scelus in tetrum conpulit alma Venus.

Con-

& hunc ipsum locum Reinesius in Append. Inscript. pag. 1030. conparavit cum illis Epigrammatis Graeci, in villa Borghesiana:

Μέμνεο κ' ἐν ζωοῖς ἱμεθὲν κὰγ πόλλακι τύμβῳ.
Σπεῖσον ἀπὸ βλεφάρων δάκρυ' ἀποιχομένῃ.

vide & Fabrett cap. ii. Inscr. p. 64. ubi illud Epigramma paullo emendatius edidit, quam Reinesius.

7. *Quid lacrimis opus est, Rusticelli, carissime conjux*] Spatii vacui nonnihil hic interponitur apud Gruter. Ferret. & Boissardum. haec autem altera Epitaphii hujus pars, qua uxor marito respondet, apud Pithoeum, praecedentibus desideratis, etiam legitur in Praetermissis pag. 614. ed. Genev. turbatus & vitiosus hic versus est ex mala verborum transpositione: apud Gruterum enim, Aldum, aliosque sic habetur,

Quid lacrimis opus est Rusticelli carissime
Conjux extinctos cineres sollicitare meos.

& sic edidit Bonada Vol. II. pag. 381. sed Ferretius *conjux* connexum dedit in fine hexametri. id suspicionem mihi praebet, vocem illam ab aliena manu additam, vel praepostere insertam, ideoque loco non stabili vacillare: & quia *Rusticelli* nimis crasse in metrum inpingit, quam ut praecedentes versus, satis elegantes, id patiantur, ideo legendum arbitror,

Quid lacrimis opus est, carissime Rusticelli,
Extinctos cineres sollicitare meos?

quid opus est cineres meos lacrimis sollicitare? & sic video conjecisse Bonadam. eodem modo Homonoea Atimeto, mortem ejus lamentanti, respondet in egregio Epitaphio, infra edendo, apud Pithoeum pag. 119.

Parce tuam, conjux, fletu quassare juventam,
Fataque moerendo sollicitare mea.
Nil prosunt lacrimae, nec possunt fata moveri,
Viximus, hic omnes exitus unus habet.

ubi plura notabimus. antepenultimo versu apud Boissardum, V... QVOT VOLVI. forte supplendum *Vixi, quod volui.* ut sit initium versus hexametri, qui forte desideratur ante pentametrum sic in alio Epigrammate, quod supra edidi, Ep. IV.

Vixi, quod volui, semper bene, pauper honeste.

ultimo versu *dedisse* male apud Ferret. sed quia postrema hujus Epigrammatis mutila sunt, ea intacta relinquere praestiterit.

V. *Nondum vicenos annos conpleverat, annum Supremum Parcae* &c.] sic edidit & distinxit Pithoeus. Gruterus vero,

Nondum bis vicinos annos conpleverat annus.

& sic Aldus, Boissardus, Ferretius, & Jacobonius, sed apud quem *compleverat annos.* unde ex ipso lapide emendat Vlitius ad Gratii Cyneg. v. 399.

Nondum vicenos annos compleverat annus.

Sed praestaret, ni fallor,

Nondum vicenos annus conpleverat annos.

ut indicet, aliquid anno ultimo integro defuisse, quo minus viginti annos inpleverit. nonnihil tamen ingrata hic vocis *anni* repetitio videtur. Quare mallem,

Nondum vicenos aetas conpleverat annos,
Supremum Parcae forte dedere mihi.

supremum, annum nempe. sic in eodem Homonoeae epitaphio legebat Scriverius,

Nondum bis denos aetas conpleverat annos.

pro *aetas mea viderat annos*, ut ediderunt Pithoeus, G. Fabricius, aliique. Tibullus Lib. I. El. 3. 53.

Quod si fatales jam nunc explevimus annos.

infra in Epitaphio Petroniae Ep. LXXIX.

Quae bis vicenos conplerat lucibus annos.

EP. LXIX. IN NEAERAM &c.] Ineditum hoc produco ex Cod. MS. olim Henninii ac Tollii, nunc meo, quo vetustae Inscriptiones & Epigrammata non

nulla

Conjugii ſpe capta, Leon, tua facta Neaera,
 Proh ſpreta ah turpis fabula ſum populo.
Conjuge deſertam dum me vicinia latrat,
 In puteum praeceps liqui animam atque deum.
Non diva es, ſed dira, Venus, blanda, horrida, fallax,
 Uris tu, aut maculas, aut furibunda necas.

EP. LXX. AELIAE SABINAE.

Hic jacet exanimis tumulis Aelia Sabina,
Cum ſua nata ſimul, foetu quam procreat ipſa.
O fortuna, fidem quantam mutaſti maligne!
Quam genuit genetrix, ſecum tenet in lare Ditis.

EP. LXXI. CLODIAE SECVNDAE.

O quanta pietas fuit hac adoleſcentia,
Fides, amor, ſenſus, pudor, atque ſanctitas!
Noli dolere, amica, eventum meum,
Properavit aetas, hoc dedit fatum mihi.

EP. LXXII. ANGELAE.

Hic jacet, in medio quae concidit, Angela, partu,
 Dum Juno gravidae ſaeva negaret opem.

Inpia

nulla continentur. v. 4. *Proh* & *ah* uno verſu juncta offendunt. Forte *Proh ſpreta, at turpis* &c. vel,
 ——— *tua facta Neaera*;
 Mox ſpreta, ah turpis fabula ſum populo.
v. 6. *diem* forte legendum pro *deum*.

EP. LXX. AELIAE SABINAE] vitioſiſſime edidit Mazoch. pag. CXLV. ſed paullo correctius apud Pithoeum p. 114 Ferret. Lib. I. pag. 64. Toſcan. poſt Carm. Poët. Ital. Tom. I. p. 92. Fleetwood p. 227. & edidit Gruterus, pag. DCLXV 8. praecedente carmine Graeco, cujus ſenſum his numeris reddidit Grotius,
 Poſt ſpatia annorum ſex viginti que Sabina
 Undecimoque die menſes poſt quattuor octo,
 Nunc jaceo cinis hic, & quae me nata ſecuta eſt,
 Fatorum imperiis oſtendens matris amorem.
v. 2. pro *fletu*, ut edidit Pithoeus, *fetu* apud Gruter. & Mazoch unde correxi *foetu quam procreat ipſa*. & v. ult. *Quam genuit genetrix*. ut apud Ferret notandum *Ditis* primo caſu, pro Dis ſeu Pluto. de quo alibi. varie in metrum peccat hoc Epigramma. de ultima in *mutaſti* correpta vide ſupra ad Ep. XXIV.

EP. LXXI. CLODIAE SECVNDAE] Exſtat ibidem apud Pith p. 114 Apianum p. CXLVII. Mazoch. p. LIII. b. Georg. Fabric. p. 133. Jacobon. Adpend. ad Fontei. p. 149. Gruter. p. 968. Ferret. Lib. III. p. 190 Fleetwood p. 314. Labbaeum Theſ. Epitaph. P. I. pag. 18. & Boniſac. de comp. Epitaph. pag. 168. qui notat haberi Romae inter portam Latinam & Appiam, cum epigraphe, CLODIA M. L. SECVNDA. & ſic apud Murator. Tom. III. pag. MDCLVIII. 13. & Bonadam Vol. II. p. 418. inveni etiam hoc Epigramma in Cod. MS. Inſcriptionum veterum Henniniano, ubi praefigitur haberi *Romae in S. Agathae* & in titulo legitur CLODIA. M. L. SECVNDA. & verſu primo *O quanta pietas fuerat in hac adoleſcentia*, lege *adoleſcentula*, ut apud Apian. Mazoch Jacob. Boniſac. Murator. & in Schedis Cittadini ſequenti verſu idem codex Henninianus, ex Patavio olim in has terras adlatus, *& ſanctitas*. ut apud Fabric. Jacob. Bonif. & Murator. & in ſchedis Cittadini, ut edidit Pithoeus. *& caſtitas* Gruter. & Ferret. tertio verſu *Noli dolere amica* in eodem MS. *dolore* Ferret. *delere* Fabric. operarum forte vitio. *timere* Jacob. qui omittit *eventum meum*. *amice* Murator. denique in eodem codice, & apud Apian. *hoc dedit fatus mihi*, pro *fatum*. vitioſe *factum* Mazoch ſic *fatus*, *monumentus*, & ſim. in vetuſtis Inſcriptionibus non infrequens eſt. FATVS MALVS apud Gruter. p. DCLXI. 6. & p. DCLXIII. 5. HIC MONVMENTVS p. DCCLXXVII. 6. & p. MDCXLI. 9. & Murator. pag. MCXXVIII. 3. HVNC MVNIMENTVM in Muſ. Veron. p. CLXVI. vide Schefferi & aliorum notas ad Petron. cap. 42.

EP. LXXII. ANGELAE] non inelegans hoc Epigramma, tamen ſuſpectum & dubiae vetuſtatis videbatur Heinſio. legitur apud Pith. Lib. III. p. 115.

&

Inpia res. tenerum ſaltem mors inproba foetum
Liquiſſet miſero, matre cadente, patri,
Aut matrem potius. quis enim, cum carpſerit uvam,
Ipſam etiam vitem ſubſecuiſſe velit?
Plaudite vos ſteriles: ſoboles hanc perdidit: & ſic
Saepe ſolent ramos frangere poma ſuos.

EP. LXXIII. IN PARTV MORTVAE.

Lux, fatum, foetus, proles geminantur, & ante
Quam pariam, pereo, reddita utrumque fero.

EP. LXXIV. LVCILLAE.

Oſſa gemelliparae Lucillae hic ſunt ſita, cujus
Secta fuit proles vivens patri, & altera matri.

EP. LXXV.

In Aragonia.

In anteriori facie.

Servavi thalamum genio, dulciſſime conjux,
Servandus nunc eſt pro thalamo tumulus.

In altera facie.

Ornaſti & manes lacrimis, miſerabilis uxor,
Haud optare alias fas erat inferias.

EP,

& ex eo habet Labbaeus Theſ. Epit. vet. P. I. pag. 5. v. 2. pro *ſaeva* mallem *ſcaeva*.

Quis enim, cum carpſerit uvam, Ipſam etiam vitem &c] non diſſimile illud Ovidii II. Am. El. 14. 23.

Ipſe ego, cum fuerim melius periturus amando,
Vidiſſem nullos, matre necante, dies.
Quid plenam fraudas vitem creſcentibus uvis,
Pomaque crudeli vellis acerba manu.

Saepe ſolent ramos frangere poma ſuos] Ovid. III. ex P. Ep. 8. 13. *Nulla premunt ramos pondere poma ſuo.* ſic *poma gravantia ramos* XIII. Met. 812.

EP. LXXIII. *Lux, fatum, &c*] apud Pithoeum pag. 116. & profert Ferret. in notis ad Muſ. Lap. Lib. V. p. 330.

EP. LXXIV.] Non edidiſſem hoc loco, niſi inter vetera Epigrammata Latina collocaſſet Ferretius Lib. V. p. 330. ſed eſt Vineti verſio ex Graeco illo apud Lipſium in fine Auctarii Smetiani, & Gruter. pag. DCCCII. 1. ex quo etiam habet Bonada Vol. II. p. 129.

Ἀντίφαια Λυκίλλης διδυματόκου ἐνθάδε κεῖται,
Ἧς μεμέριστο βρέφη, ζῶον πατρί, θατέρον αὐτῇ.

quod ſic vertit H. Grotius:

Hic Lucilla jacet, mater de prole gemella,
Quorum viva patri pars obtigit, altera matri.

ſimilis coloris eſt illud in praecedente Autillae epitaphio,

—— *tenerum ſaltem mors inproba foetum*
Liquiſſet miſero, matre cadente, patri,
Aut matrem potius.

& conferri meretur elegantiſſimum epigramma Antipatri in Antholog. Graec. Lib. III. Tit. XII. 55. de Aretemiade gemellipara, quae marito Euphroni unum moriens reliquit filium, alterum ſecum ad manes tulit: quod totum optime interpretatus eſt Hugo Grotius:

Inferna gradiens, Aretemias, e rate, ripa
Cocyti dum fers ulteriore pedem,
Extinctum portans puerum juvenilibus ulnis;
Dorides infernis ingemuere locis:
Et, quae ſint tua fata, rogant: tu triſtia verba
Reſpondes, fletu dilacerante comas:
Duplice de partu pars una relicta marito
Euphroni, dimidium Manibus ecce fero.

& Heraclidae de eadem:

Patria mi Cnidos eſt, vocitorque Aretemias, hoſpes,
Euphroni ſum conjux dicta, ſed & peperi.
Quos peperi geminos, dux ſit patris, oro, ſenectae
Ille; mihi pignus conjugis alter adeſt.

vid. Scalig. ad Auſon. Parent. Ep. XXIII. p. 137. ed. Tollii.

EP. LXXV.] ex ſchedis Cattanaei edidit Muratori. Tom. III. p. 1428 1. ubi primum diſtichon ex perſona uxoris in anteriore monumenti latere legi notatur, alterum ex perſona mariti in ejus latere averſo. & ſic edidit Bonada Vol. II. p. 129.

EP.

EP. LXXVI.

Veronae.

D. M.

SORORIS SVAVISS.

Et lac, & vini pateras, & liquida mella,
Jam tibi in extremas do, ſoror, inferias.
Lac, quod libo, novum eſt, Rhodio de palmite vinum,
Expreſſumque favis mel fero Cecropiis.

EP. LXXVII. LVCRETIAE.

Si cineres vitae ſpecimen poſt fata reſervant,
Hic proprio nulli cedet honore cinis.
Una dies animo ſimiles, vultuque gemellos,
Una tuo fecit funere diſſimiles.
Aemula ſed noſtrae fuerint cum fata juventae,
Una meos cineres condet & urna tuos.

EP. LXXVIII. PETRONIAE.

Levitae conjux Petronia, forma pudoris,
His mea diſcedens ſedibus oſſa loco.

Par-

EP. LXXVI.] Epigramma hoc, tamquam paucis abhinc annis in Italia inventum, & inde ab amico, harum elegantiarum ſtudioſiſſimo, ad ſe tranſmiſſum, produxit Anglus anonymus in Metricar. Inſcript. Delectu N. XLVII. pag. 34. non inelegans eſt, ſed de impoſtura aliquid ſuſpicor, tam ob Inſcriptionem D. M. SORORIS SVAVISS. quam propter *liquida*, gravi in metrum vitio, prima producta. ſaltem *dulcia* ſcripſiſſet auctor, vel *Hymettia mella*. ultimus verſus adhaeret Ovidio IV. Faſt. 152. *expreſſis mella liquata favis.* ſic & in Epigrammate veteri apud Pithoeum Lib. III. p. 133.

Quod certe hic meruit, cuncta eſt data cura ſepulcro,
Exſtruxere favi de Siculis apibus.

ſunt & alia in eodem Delectu pro vetuſtis, & in Italia recens erutis, venditata, ſed quas priſci aevi delicias, ex Batavi palati forſan ſtupore, agnoſcere vix poſſumus, ut ſuis locis erit videndum.

EP. LXXVII. LVCRETIAE] apud G. Fabricium in Roma pag. 272. & hoc epigramma, ſed omiſſo primo diſticho, ſub titulo *Maſſaeorum Gemellorum*, exſtat apud Schradaeum in Monum. Ital. pag. 156. ex quo patet, quod ſaepe jam notavi, paſſim illic vetera conſpici, praeſcriptis recentiorum nominibus.

EP. LXXVIII. *Levitae conjux Petronia* &c] Legitur apud Pithoeum Lib. IV. pag. 183. Ferretium Lib. II. p. 110. Labbaeum Theſ. Epitaph. P. II. p. 127. Fleetwood p. 456. & Bonadam Vol. II. Cl. VI. p. 113. qui ex Roſino adſert. ſed verſu primo male *Laevitiae conjunx* &c. jam ante eos ediderat Gruterus pag. MLVII. 5. qui, poſt verſiculos, aliorum titulos adjungit, quaſi in eodem lapide. In Catalectis Petronianis inſcribitur PATRONII LEVITAE EPIGRAMMA. adeo ut LEVITAE videantur accepiſſe pro cognomine iſtius Petronii. & ita in Indicem Gruteri relatum eſt. ſed Epitaphium hoc auctorem non habet Petronium quemdam Levitam, ſed poſitum eſt Petroniae, quae uxor fuit cujuſdam Levitae, ut ex initio Epigrammatis fit manifeſtum. Levitae in veteri Eccleſia dicebantur Diaconi. ita apud eumdem Gruter. inter Chriſtiana Epigrammata pag. MCLXIV. 11.

Hic Patris exceptor, lector, levita, ſacerdos.

& pag. MCLXXIII. 3.

Hic Levita jacet Dionyſius artis honeſtae,
Functus & officio, quod medicina dedit.

quod legitur etiam apud Sirmond. ad Ennod. pag. 40. ſic in alio Epitaphio apud Gruterum pag. MLV. 1. *Te Levita pater, ſoboles, conjuxque fidelis* &c. quomodo etiam apud Mazochium pag. 85. ſed Pithoeus Lib. III. pag. 107. eo in verſu habet *Te luxitque pater* &c. Levitae hi Clerici etiam erant, & Cantores, ac Cantorum praeſes *Archilevita* dicebatur. Venantius Fortunatus Lib. II. Carm. 10. de Clero Pariſiaco:

Inde ſacerdotes, Leviticus hinc micat ordo,
Illos canities, hos ſtola pulchra tegit.
Levitae praeeunt, ſequitur gravis ordo Canentum &c.

ubi

Parcite vos lacrimis dulces cum conjuge natae,
Viventemque Deo credite flere nefas.

EP. LXXIX. EJVSDEM.

Liberta & conjux Petronia, cara patrono,
Thallusa hoc tumulo condita luce caret;

Quae

ubi Diaconi intelliguntur per Levitas. vid. Hadr. Valef. de Basilic. Parif. post Defenf. de Basilic. contra Launoj. pag. 433. in quo Venantii loco male in vulgatis est *gravis ordo ducatum* : fed in marg ed. Brouwer. legitur *canentum*. ut recte profert Valesius. & firmatur ex Corippo Lib. III. v. 42.

Hinc Levitarum venerabilis ordo canentum.

vid. Barth. Lib. XLIV. Adverf. 19. ubi in loco Prudentii Junioris fimiliter habetur *Eutropius Levita*. eos Graecorum diaconis & Latinorum ministris eosdem facit Isidorus Lib. VII. Orig. cap. 12. *Levitae ex nomine auctoris vocati. de Levi enim Levitae exorti funt, a quibus in templo Dei mystici facramenti mysteria* (lege *ministeria*) *explebantur. Hi Graece Diaconi, Latine ministri dicuntur, quia ficut in facerdote confecratio, ita in diacono ministerii difpenfatio habetur.* fic Sidonius Apollin. Lib. V. Epist. 1. Vindicium, Ecclesiae fuae diaconum, quem commendat Petronio, Jurisconfulto Arelatensi, vocat *virum religiofum & Leviticae dignitati accommodatiffimum.* plura vide apud Rittershuf. ad Salvianum pag. 477. & du Cangium in Gloffar. Med. Latinit. in h. v. An autem hoc nomen acceperint, quia Ecclesiae Christianae Diaconi ad modum Levitarum, qui in Templo ministrabant, introducti funt, an ad rationem Diaconorum, qui in Synagoga fungebantur, peritis rerum Judaicarum eruditis difquirendum relinquo. Sed nollem adfirmare, ministros five Diaconos numquam Levitas esse dictos. contrarium certe ex notatis his patere arbitror.

v. 1. *forma pudoris*] fi ita in lapide fuerit, non equidem obnitor; quamvis, quid fignificet, non capio. Itaque lubentius legerem *fama pudoris*. *formam* vero & *famam* faepius librarii apud Ovidium & alios confuderunt. vide Patrui notas ad Epist. IV. 27. & x. Met. 240. ita apud Valer. Fl. II. 148.

Non fama, non arte colus, non laude pudoris
Par tibi.

ubi Heinfius & Barthius ad Stat. IV. Theb. 752. restituunt *forma*. quia *fama* & *laus pudoris* eadem funt. fupra in Epitaphio Oppiae, Ep. LIV.

Hunc titulum meritis fervat fibi fama fuperftes.

in aliis *tibi forma fuperftes*. & in carmine ad Deam Cybeben Tom. I. pag. 31.

Nobilis in cauffis fama celfufque Sabinus.

ubi in aliis *forma*. *pudor* autem passim pro pudicitia ponitur. idem Valer. Fl. VII. 386.

Nullane culpa fubeft, labes non ulla pudoris.

& non tantum pro castitate, fed & pro infamia laefae pudicitiae. ut bis diverso fenfu in illis Didonis apud Ovid. Ep. VII. 97.

Exige laefe pudor poenas, violate Sichaeo,
Ad quem (me miferam!) plena pudoris eo.

quamquam illic Heinfius *ruboris* conjecerit. fic Cicero faepiffime cum pudicitia conjungit pudorem: & hunc esse animi, illam corporis castitatem docuit Manut. ad III. Verrin. cap. 3. Non diffimulabo tamen, Heinfium maluisse *norma pudoris*, probabili etiam conjectura. ita enim hae voces quoque commutantur apud Curtium Lib. VIII. cap. 14. *Ipfe Porus humanae magnitudinis fortunam excefferat.* ubi alii *normam* praeferunt. & fic forte legendum apud Ennodium Epigr. 87.

Ingenium velox, fermonis cura rotundi,
Virtutum pretium, forma pudicitiae.

ubi *fama* Patruus meus margini adfcripferat. fed mallem *norma pudicitiae*.

His mea difcedens] Heinfius legebat *decedens*. fed quod eodem redit.

EP. LXXIX. PETRONIAE. *Liberta & conjux*] Habent Smetius fol. 130. Boiffardus Tom III. Antiqq. Rom. p. 126. Pithoeus Lib. III. pag. 114. Gruter. p. 1050. 8. Ferretius in Muf. Lap. pag. 43. Labbaeus Thef. Epitaph. P. II. p. 54. Bonifac. de comp. Epitaph. pag. 146. Jacobon. in Adpend. ad Fontej. de prifc. Caef. gent. pag. 151. & Fleetwood p. 314. Legitur etiam in codice Bucheliano, & in Catalectis Petronianis cum Inscriptione M. PETRONII VENVSTIANI. nec non inter Epigrammata ex vetustis Lapidibus collecta edidit J. M. Toscanus in Tom. I. Poët. Ital. P. 2. pag. 91. b. ubi *Romae* exftare infcribitur. & apud Bonadam Vol. II. p. 370.

v. 2. *Thallufa hoc tumulo*] *Tallufa* apud Jacobon. *Thollufa* Bonifac. *Thalufia* correxerat Heinfius. quomodo in Parentalibus Aufonii Carm. XXI. *Attufia Lucana Thalufia*, vel *Talifia*. fed nihil mutandum opinor. *Thallufa* enim in antiquis monumentis frequens est libertae nomen, a Thallo, quod itidem in lapidibus & Infcriptionibus obvium. fic THALLVS ACTES N. SERV. apud Spon. Mifc. Erud. Antiq. p. 212. OCTAVIVS THALLVS in Marmor. Felfin. p. 415. & in

In-

Quae bis vicenos conplerat lucibus annos,
  Erepta est subito conjugis e gremio.
Hanc sic adsidue deflet Petronius, ut jam
  Deficiant oculos lumina cara suos.
Desine per terras infernas tendere ad arces.
  Fata animum dederant, fata eademque negant.

EP. LXXX. COELIAE.

Aspecto paulum, tumulo subsiste, viator,
  Nescis dum vitae tempora parva meae.
Coelia nomen erat sequens prob. . . . . . .
  Viximus annos tredecim menses quatuor.
  Et sic me miseram destituere Dei.

Nar-

Inscript. apud Aldum in Orthogr. p. 392. THALLVS ET IANVARIA LIB. DE SVO POSVERVNT. & pag. seq. ubi occurrit CLODIVS THALLVS. & L. LARTIVS THALLVS apud Gorium Inscript. Florent. p. 153. & *cinaedus Thallus* Catullo carm. XXV. sic TROLIVS, (f. TROILVS) THALLVS apud Maffej. Mus. Veron. p. 285. 10. vide Pricaeum ad Apulej. Apolog. p. 113. ubi & hoc Epigramma adfert, & quae notavit Patruus meus ad Sueton. Aug. 67. ubi de *Thallo* liberti nomine in Inscriptionibus vetustis. *Thallusa* igitur non sollicitandum. nam & ita ΘΑΛΛΟΥΣΑ ΚΑΛΛΙΒΙΟΥ in anaglypho Musaei Tarvisiani apud Mabillon. Diar. Ital. cap. XXIII. pag. 70. LIVIA THALLVSA in Inscriptionibus Libertorum Famil. August. apud Bianchini Inscriz. Sepolcr. pag. 53. & SVLPICIA THALLVSA pag. 68. In Maffeji Mus. Veron. pag. CCLXI. 5. SYMPHORIONI FILIO C. FESTVS ET THALVSA PARENTES. ubi scrib. THALLVSA. forte & *Thallusae* nomen restituendum Priapejis Carm. XL. ubi vulgo editur.

Nota Suburranas inter Telethusa puellas.

ita scribendum hoc nomen, vel *Taletbusa*, monuit Scaliger. sed cum in MSS codicibus mira illic sit varietas, & in quibusdam sit *Thelethusa*, in aliis *Thelesina*, ut *Thelesinus* memoratur Martiali Lib. VI. Ep. 50. conjici forte posset, illic quoque *Thallusae* libertae nomen esse reponendum. nam libertinae conditionis mulierem intelligi, patet ex seq. versu, *Quae jam de quaestu libera facta sua est.* quamquam *Telethusa* in iisdem Carminibus liberis occurrat Ep. XVIII.

Ecquando Telethusa circulatrix.

ubi vide Scalig. & apud Martial. Lib. VI. Epigr. 71.

Urit & excruciat dominum Telethusa priorem.

sic *Telethusa* Ligdi conjux apud Ovid. IX. Met. 681. Sed non opus est ejusdem nominis ubique memorari.

3. *Quae bis vicenos conplerat lucibus annos*] *lucibus*, & praecedenti versu *luce caret*, offendunt. forte *lusibus*.

Hanc sic assidue] apud Boissard. *Hanc assidue.* & v. ult. *Fata animam dederant.*

6. *Deficiant oculos lumina cara suos*] *flumina rara* legebat Heinsius. recte. ut jam deesse sibi lacrimas dicat. sic *lacrimae deficiunt* apud Ovid. I. A. A. 661. Statius Lib. V. Sylv. 1. v. 35.

—— *citius genetrix Sipylea feretur*
Exhausisse genas, citius Tithonida moesti
Deficiens rores.

sic lege cum Heinsio, quod recte probavit Marklandus. non *Sipylea fertur. flumina* de lacrimis profusis, ut *fluctus* in Inscr. apud Gruter. pag. 1126. inf. 8. *Ossaque funestis fluctibus abluerunt.* Albinov. Eleg. ad Liv. v. 225.

Uberibusque oculis lacrimarum flumina misit.

sed forte nil mutandum. nam commodum sensum habet vulgata, ut innuat oculos flendo corruptos & ad caecitatem jam defletos. vide Pricaeum ad Apulej. Met. pag 16. *deficiant* igitur pro destituant, deserant. vid. Heins. ad Ovid. Epist. V. 150.

8. *Fata animum dederant*] al. *animam*. ut in cod. Bucheliano. & sic apud Ferret. & Toscanum. non male. *necant* pro *negant* apud Bonifac. & Fleetwood.

EP. LXXX. *Aspecta paulum* &c.] ita hoc Epitaphium, a Gorio sibi transmissum, sed lacunis aliquot deforme, edidit Muratorius Tom. III. pag. MCCCXXI. 10. initio verissime castigabat D'Orvillius,

Exspecta paulum, tumulo subsiste, viator.

sic enim in Graeco epitaphio apud eumdem Murator. pag. MCCCXXI. 10.

Μή μευ παρέλθῃς τ'ἐπίγραμμα, ὁδοιπόρε,
Ἀλλὰ σταθεὶς ἄκουε, καὶ μαθὼν ἄπει.

ut emendat ad Chariton. p. 39. supra Ep. LVII.

Siste gradum, properet quamvis brevis hora, viator.

ubi plura similia vide. Secundi distichi partem idem D'Orvillius sic suppleverat,

Coelia nomen erat, sapiens, proba, viximus annos
. . . . . tredecim menses quatuor.

idque

Narrabam Lethen, defunctorumque. . . . .
  Nil mihi Lethei profuit an. . . . . . .
Durat & infixus noster dolor ab. . . . . .
  Aetatis rap. . . . conjug. . . . . . .

EP. LXXXI. *Capuae.*

Una dies adimit crudeli clade peremtas,
  Quîs ara haec posita est, poena hominis miseri.

Fi-

idque forsan recte, quod ad primi versus initium adtinet. Pentametrum vero inemendatum neque suppletum reliquit. Certe mihi valde suspecta sunt illa, *Viximus annos tredecim, menses quatuor*, car mini medio inserta, quaeque prosam non versum sapiunt. *tredecim* enim non admittit metri ratio. Itaque puto haec loco non suo posita, sed carmini subscribenda, ut passim in epitaphiis VIXIMVS ANN. XIII. MENS. IV. in conjugio nempe, vel potius VIX. (id est VIXIT) ANN. XXIII. MENS. IV. ut unus numerus x exciderit, & *tredecim* sit suppositum. quia initio dixerat *vitae tempora parva mese*. Cum vero desideretur hexameter ante illa. *Et sic me miseram* &c. locum hunc, ejectis illis *Viximus annos tredecim, menses quatuor*, sic forte supplendum, & continua serie connectendum suspicor,

Coelia nomen erat, sapiens, proba, fida marita,
  Et sic me miseram destituere Dei.

Dii invito metro edidit Muratorius. Sequentia optime supplebat D'Orvillius,

Sperabam Lethen, defunctorumque quietem,
  Nil mihi Lethei profuit amnis aqua.

quietem, inquam, opportune supplevit. sic enim apud Propert. III. 21. 27.

Quod si forte tibi properarint fata quietem,
  Illa sepulturae fata beata tuae

sic *aeterna quies* in epitaphio infra producendo,

Nunc aeterna quies. Ditisque silentia moesta,
  Hanc statuere mihi pro pietate domum.

& paullo post,

Protinus in placidam delabi visa quietem;
  Occidit. o crebrae in mala vota Dei!

hinc QVIETI AETERNAE, SECVRITATI PERPETVAE, & sim. saepius in Inscriptionibus vetustis. ut apud Gruter. pag. DCCLXIX. 2. DCCLXXXVII. 11. DCCCXXXIX. 3. & alibi. vide Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 124. *Elysiam quietem* vocat Statius Lib. II. Sylv. 6. 98. qui locus, partim ex Codd. partim ex conjectura N. Heinsii, sic legendus:

Eximius licet ille animi, meritusque doleri,
Jam lucos subit ille pios, carpitque quietem
Elysiam, carosque illic fortasse parentes
Invenit.

ubi secundo versu nunc circumfertur nullo sensu, *Solvisti, subis ille pios.* quae Marklando praeterita miror. *Solvisti* enim illic aperte mendosum, & *subire pios* locutio insolens. Sed optime Heinsius *Jam lucos, (vel colles) subit ille pios.* ut Lib. V. Sylv. 1. 258. *Sic Manes Priscilla subit.* & Sylv. 3. 73. *Tartara dura subis* in his autem locutionibus *quies* non de requie sepulturae, sed camporum Elysiorum intelligenda, ut recte monet Gronovius Diatrib. Stat. pag. 124. Ultimo disticho, prae ceteris pessime habito, hunc sensum reddere idem tentaverat D'Orvillius,

Durat at infixus noster dolor. abstulit Orcus
  Aetatis raptam conjugis e gremio.

me non omnino probante, licet ipse, quid substituendum sit, haeream. nam quo vox *Aetatis* referenda sit, nemo facile dixerit. Si pro *Aetatis* scripsisset auctor *Ante diem raptam*, vel *rapior*, nam utrumque locum habere potest. quia tantum superest *rap.* . . supplemento Dorvilliano sua constaret sententia. Suspicor aliud quid in ultima hexametri parte evanuisse, unde dependeat illud *Aetatis*, sed quod divinare difficile est. An forte,

Durat et infixus noster dolor, ante vigorem
  Aetatis rapior conjugis e gremio.

certe in fine *conjugis e gremio* verissimum arbitror. ut modo in epitaphio Petroniae Ep. LXXIX.

Quae bis vicenos compleerat lucibus annos,
  Erepta est subito conjugis e gremio.

& in alio monumento sepulcrali apud Murator. pag. MDCLXXXIX. 9.

Ad mortem matris de gremio rapior.

sic in epitaphio infantis apud Pithoeum p. 131.

Rapta sinu matris jacet hic miserabilis infans.

& in illo Juliae p. 122.

Occidis e nostro rapta puella sinu

rapi vero, quam frequens sit in inscriptionibus antiquis & epitaphiis, de illis, qui immatura morte ante diem obeunt, insigni exemplorum copia ostendit Fabrettus ad Cap. III. Inscr. vet. pag. 168-193.

EP. LXXXI. *Una dies adimit* &c.] Elegans hoc Epigramma, a Camillo Peregrino, Capuano secum communicatum, N. Heinsius per Epistolam, quae legitur Tom. V Sylloges pag. 203 misit Reinesio, qui edidit Cl. XIV. Inscr. 200. pag. 781. & ex eo hausit Fleetwood p. 225.

EP.

Filia namque perit, periit & mater, eumdem
Deferit illa patrem, deferit ifta virum.

EP. LXXXII.

SICINIA Q. F. MATER.
SICINIA C. F. SECVNDA.

Filia cum matre eft, hofpes, fei forte requiris,
Heic fita, quas rapuit mortis acerba dies.
Sed prius eripuit matri, qui in omnia pollet,
Crudelis Cafus filiolam e manibus.
Paene inmatura morte ereptam fibi gnatam
Heu quantum mater. . . . . * in biciociost.
Nam poftquam & monumento hoc condecoravit
Gnatam, per luctus reddidit ipfa animam.

EP. LXXXIII. *Valentini.*

C. POBLICIVS. C. L. AM. . . . .
V. RVSTIA C. L. M. . . . .
C. CLAVDIVS. FAVSTVS. VI VIR.

Tempore fupremo, Faufte, eft tibi cura videndi,
Si perlegifti, venias licet, & requiefcas.

An-

EP. LXXXII. SICINIA &c.] Ineditum hoc epitaphium, quod Carthagine Nova apud Emmanuelem Martinez habetur, primus produxit Cel. Majanfius in Epift. II. huic Volumini praemiffa p. 45. mendafque defcriptoris correxit; nam verfu fecundo corrupte legebatur, *Heic fica quas rapit mortis acerba quis.* & v. 3. *Sed prns eripuit.* v. 4. *crudelis Caffius.* verfum vero fextum ut conclamatum deftituit, qui in exemplo, unde edidit, fic exftabat, ut in contextu dedi. Forte excidit *luxerit*, vel *fleverit*, quia *luctus* fequitur, & ex monftrofa voce IN SICIOCIOST eliciendum INDICIO EST. ut CIO perperam bis repetitum fuerit; adeoque hunc verfum, ut cum ultimo difticho recte conveniat, fic caftigandum opinor,

Paene inmatura morte ereptam fibi gnatam
Heu quantum mater fleverit, indicio eft;

hoc fenfu, quantum mater natam ante diem fibi ereptam defleverit, indicio eft, quod non diu fuperfuerit ipfa, fed poft filiam fepulcro conditam luctu contabuerit & exfpiraverit.

EP. LXXXIII. *Tempore fupremo* &c.] Sic lacerum hoc Epigramma edidit Reinef. Cl. XVI. N. 65. p. 812. & diu ante ex Jacobonii Adpend. ad Fontej. p. 125. magis adhuc truncatum dederat Gruter. pag. 991. 6. quem male fecutus eft Labbaeus Thef. Epitaph. vet. P. I. pag. 64. ex Reinefio adfert Fabrettus cap. I. Infcr. pag. 34. qui refutat ejus conjecturam *Vibia* praenomen *Ruftiae* exponentis, cum *Vibia* familiae nomen fit. Legitur & in Donianis Cl. V. N. 204. p. 211. ubi Ant. Fr. Gorius in notis fuis literam V praepofitam RVSTIAE cenfet, ad declarandum, Ruftiam, *C. Poblicii Ampliati* uxorem, *Vivam* & fuperftitem ei fuiffe. primo autem verfu illic *vivendi* editur, metro reclamante. & v. 2. *venias licet requiefcas*, omiffo *&*. v. 3. *Annuis & refugis.* Loci indicium, ubi exftet hoc epitaphium, omifit Reinefius, neque habet Fleetwoodus p. 255. fed addidit Donius, cujus lectionibus confentit Heinfii Infcriptionum MSS Codex, in quo ex Ligorianis defcripfit, nifi quod *Romae* illic praefigatur. fed exftare apud Valentes in oppido Trebio teftatur Jacobonius d. l. ibidemque fe ipfum defcripfiffe adfirmat p. 133. verfu tertio fuppleri poffet,

Annuis, an refugis? fruftra. fic Fata jubebunt.

non enim cum Gorio arbitror Ruftiam hanc viro, quem Poblicium ftatuit, fuperfuiffe, fed ante eum obiiffe; maritumque cenfeo fuiffe alterum illum C. CLAVDIVM FAVSTVM, ideoque inter Feminarum epitaphia retuli, quod firmat primus carminis

Annuis an refugis? frustra. . . . .
   Haec domus, haec requies omnibus una manet.
Huc veniendum, inquam, ...

-minis versus: nam, si sensum epigrammatis adsequor, loqui videtur ipsa Rustia, & virum Faustum admonere, quoniam cura ipsi est videndi monumentum conjugis, postquam perlegerit epitaphium, ut ad se veniat. simulque requiescat, quod si renuat, Fata id jussura, quae mortales omnes huc agunt. *venias* hic eo sensu interpretor. quo umbra Sichaei mariti Didonem ad se evocat apud Ovid. Epist. VII. 102.

Hinc ego me sensi noto quater ore citari,
   Ipsa sono tenui dixit, Elissa veni.
Nulla mora est: venio, venio tibi debita conjux.

& in Epitaphio Paetae, alibi edendo:

Tu cave Lethaea contingas ora liquore,
   Et cito venturi sis memor usque viri.

sic in fine memorabilis Inscriptionis, quam Furia Spes posuit marito L. Sempronio Firmo, apud Mazoch. p. CLXXII. b. Smetium Fol. CX. 4. & Gruterum p. 786. 5. ubi Manes precatur, VT. POSSIT. DVLCIVS. ET. CELERIVS. AD. EVM. PERVENIRE. hinc in epitaphiis frequens pietatis votum, quo superstites optant, se brevi defunctum filium, maritum, vel uxorem secuturos. de quo plura infra ad epitaphium Homonoeae. Communis illa v. 4. in monumentis sepulchralibus sententia, *Haec domus, haec requies omnibus una manet.* qualis in eodem Epitaphio Homonoeae apud Pithoeum Lib. III. pag. 119.

Nil prosunt lacrimae, nec possunt fata moveri.
   Viximus. hic omnes exitus unus habet.

& in illo Horatii A. P. 63. *Debemur morti nos nostraque.* Ovid. I. ex P. Ep. 2. 31. *Corpora debentur moestis exsanguia bustis.* in lapide Conimbricensi, cujus inscriptionem ex Muratorio adfert Cel. Majansius in Epist. I. ante hoc Volumen edita, pag. 9. VIVITE. VICTVRI. MORS OMNIBVS INSTAT. in epitaphio apud Pith. Lib. III. p. 129.

——— *cum lege perenni,*
Sisti quae cunctos jubet ad vadimonia mortis.

Statius Lib. II. Sylv. I. 218.

Quidquid habent ortus, finem timet, ibimus omnes,
Ibimus. immensis urnam quatit Aeacus ulnis.

vide Rigalt. ad Phaedr. Lib. III. fab. 10. p. 252. sic in epitaphio Graeco apud Gruterum p. DCLXXVI. 6. quod emendatius quidem est apud Donium pag. 263.

Ἀπλήρωτ' Ἀΐδα, τί με νήπιον ἥρπασας ἄφνω,
   Τί σπεύδεις; οὐ σοὶ πάντες ὀφειλόμεθα.
Infantem quid me rapis, insatiabilis Orce,
   Quid properas? tibi non debita turba sumus?

sed apud utrumque desideratur distichon, huic anteponendum, totumque Epigramma emaculatum exhibet, & vertit eruditissimus Hagenbuch. Epist. Epigraph. pag. 390 & seqq. In fine hujus Epitaphii ultimus versus penitus interiit. Sed hexametri frustum superest, quod sic forsan resarciri posset,

Huc veniendum, inquam, veniendum huc, Fauste, memento.

talis enim verborum repetitio, interposito *inquam*, ex more veterum est, & forte caussa fuit, cur reliqua versus hujus pars omissa aberraverit. Cic. XII. Philip. cap. 8. *Non ferent, non ferent, inquam, oculi mei Saxam, Caphonem, non duo praetores* &c. sic enim supplendum ex codice Huydecoperiano. In vulgatis, *Non ferent, inquam, oculi Saxam, Caphonem.* sed τὸ *inquam* requirit istam iterationem *Non ferent, non ferent.* ut Philip. II. cap. 44. *Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende.* Philip. XIII. cap. 19. *Tu, tu, inquam, illum occidisti Lupercalibus.* & XIV. cap. 5. *hostium dico, ita, inquam, hostium, quamvis hoc isti hostes domestici nolint.* vide & Heinsii notas ad Vellej. Paterc. Lib. I. cap. 17. § 5. Alia ratione lacunas hujus epitaphii a Francisco Aligerio suppletas exhibet Bonada Vol. II. pag. 412. ubi inscriptioni illa adnectuntur:

C. POBLITIVS. C. L. AM(*bustus vixit annis.*)
V. RVSTIA C. L. (*Mater vixit an. XXXV. hoc Monum.*)
C. CLAVDIVS. FAVSTVS. VI. VIR. (*faciendum curavit.*)

in carmine ipso male etiam *vivendi* editur, & versus tertius sic suppletur,

Annuis & refugis frustra (nam te auferet Orcus)

lacerum vero finem his pannis adsutis integratum dedit,

Huc veniendum, inquam, seu te cita corripis hora,
   Seu tremulum inficiet sera senecta caput.

de quibus singulis lectoris judicium esto. ultimus versus adhaeret Ovidio IV. Trist. 8. 2.

Inficit & nigras alba senecta comas.

vel Tibullo Lib. II. El. 2. 20.

——— *dum tarda senectus*
Inducat rugas, inficiatque comas.

EP. LXXXIV. *Mediolani.*

Cervia, quae fidei vexit fondamina feclo,
Terdenos aevo binos quater attulit annos,
Laeta, dolique expers, culpa procul, inpigra, honesta,
Astrigeram secat alma viam, coeloque recepta
Hic vitae metas & inania membra reliquit.

DEP. PRIDIE NONAS JANVARIAS.

EP. LXXXV.

Felix Polia, quae sepulta vivis,
Charo Marte Polyphilus quiescens
Jam fecit vigilare te sopitam.

EP. LXXXVI.

HAVE SEPTIMA

S. T. T. L.

Quisquis huic tumulo posuit ardente lucernam,
Illius cineres aurea terra tegat.

EP. LXXXIV. *Cervia, quae* &c.] ex Alciatinis inter Christianorum monumenta dedit Gruterus pag: MLI. 2. & ex eo Ferret. Lib. III. p. 193. Fleetwood p. 373. Labbaeus Thes. Epitaph. P. II. p. 90. & Bonada Vol. II. p. 503. sine dubio propter primum versum, & quartum. in meo apographo Inscriptt. Alciati Codice id legitur N. 31. ita ut apud Gruterum. nisi quod v. 1. *Cervia, quae in fidei vixit fondamine.* haberi id in templo *Victoris Martyris*, vulgo *Victoris Martii* dicto, quia olim *Marti* sacrum fuit, adnotaverat ipse Alciatus, additis de hoc carmine sequentibus verbis: *In eo templo visuntur quamplurima veterum monumenta, quorum primas partes merito sibi vindicat haec Cerviae marmorea arca, non tam artificis manu insignit, quam dulcissimo carmine, & piis auribus valde grato, quod tamen ab imperitis deformatum in legitimos numeros restituimus.* Sed in v. c. Moroni, ex quo descripsit Heinsius, valde differt Epigrammatis hujus scriptura. in eo enim ita legebatur, praefixo hoc titulo:

Apud Varesium agri Comensis, in vetustissimo S. Ambrosii delubro.

B. M.

Cervia quae idem vixit Habundatia feclo,
Terdenos aevo binosque quater attulit annos.
Laeta, doli expers, culpa procul, insons, honesta,
Astrigerum scandit alma viam, coeloque recepta
Hic vitae metas, hic inania membra reliquit.

v. 1. pro *vixit* Heinsius correxerat *vixi.* v. 2. *binos.* v. 4. *Astrigeram scandit alma viam.* & v. ult. *reliqui.* Quia autem inter Christiana epitaphia a Grutero relatum est, forte pro *vixit*, ut in codice Alciati & Moroni, corrigendum *fixit*, & legendum,

Cervia, quae fidei fixit fundamina feclo.

ut *figere fundamina fidei* dictum sit, quomodo *figere moenia* pro fundamenta urbis jacere, vel jacta firmare, in illis Didonis, apud Ovid. Ep. VII. 119.

Urbem constitui, lateque patentia fixi
Moenia, finitimis invidiosa locis.

licet de vera loci scriptura dubitent viri docti; & *feci* vel *jeci* mallet Heinsius, locutionem vero *figere moenia* inprobet meus Patruus. Si quid mutandum illic, praeferrem *lateque patentia vidi Moenia.* imitatur enim Virgilium, ut passim in illa Epistola, IV. Aen. 655. ubi eadem Dido,

Urbem praeclaram statui, mea moenia vidi.

tales emendationes locorum, quae manifesta imitatione ex aliis expressa sunt, inter certiores esse referendas, insigni copia exemplorum, quibus felicem simul medicinam adhibet, ostendit nuper Vir in hac literarum elegantiorum palaestra versatissimus Joh. Schraderus noster Lib. I. Observ. cap. 3. Reliqua apud Gruterum recte edita sunt, & nullius emendationis egent. nisi quod in subscriptione pro DED. legendum DEP. ut edidi, idest DEPOSITA. quod passim in monumentis aevi non optimi.

EP. LXXXV.] Phaleucos hos inter spuria retulit Gruter. pag. XXV. 4. ubi sequenti Inscriptione ejusdem Pollae nymphae est epitaphium. *Polyphilus* peccat in metrum.

EP. LXXXVI.] Exstat apud Gruter. p. MCXLVIII. 17. cui adscripserat Scriverius, versum primum sic emendandum videri,

Huic posuit tumulo ardentem quicumque lucernam.

sic

EP. LXXXVII.

Samnis ſum genere, Proculam dixere parentes,
Firminum genui, Firmino juncta marito.

EP. LXXXVIII. LVCIOLAE.

Luciola, effigies illorum, judice quovis,
Quos peperit quondam morum foecunda vetuſtas,
Hic tegitur, laudis monumento cuncta ſuperſtes.
Nobilitas patriae Treveri praeclara, patrumque
Arvernum hoſpitium civem ſe adſciſſe ſupernis:
Pignorat haec tellus terrae felicis alumnam:
Fundorum ſpatiis cinerum eſt poſſeſſio major
Conjuge Fortunato, equitum peditumque Magiſtro.
Omni humili officio dum ſe gerit, auxit honores.
Altior invidia, qui non ſuccumbit honori, eſt.

EP. LXXXIX.

APVSVLENA GERIA VIX. ANN. XXV.

Quod quiſque veſtrum optaverit * mihi,
Eveniat illi ſemper vivo & mortuo.

EP.

ſic certe verſus redditur elegantior. Sed ſaepe in ejuſmodi epitaphiis *m* eliditur ante conſonantem, ſupra Ep. XIX.

Quas tibi creſcenti rapuit juvenile figuram.

pro *juvenilem*. nam male G Fabricius illic neutrum pro feminino poſitum notat. Ita & forte capiendum in epitaphio Juliae Firmae, infra producendo,

Quae commune torum ſervavit caſta mariti.

adeoque non opus ſit illic *torum* neutro genere dictum exiſtimare. In epitaphio Fabiae Pyrallidis apud Pith. Lib. III. p. 143.

Cunctorum haec ſuboli ſedem poſt morte reliquit.

eadem eliſio ter occurrit in lapide apud Murator. Tom. II. pag. DCCLVIII. N. 6.

His lapis & tutamen erit poſt morte ſepultis.

& paullo poſt,

Vivere quid prodeſt, niſi ſi poſt morte cavemus.

& *fine* pro *finem* verſu ultimo,

Aeternamque domum petimus, & fine laborum.

ut recte exponit Gorius Tom. I. Inſcr. Flor. pag. 444. quod certe evitare potuiſſet epitaphii auctor, ſi ſcripſiſſet *finemque laborum*. Sed videtur id iſta aetate in uſu fuiſſe, etiam ſine metri neceſſitate. ut in Inſcript. apud Gruter. p. DCLXVII. I. CVJVS. MORS. DECEPIT. PATRE SVVM. ſic enim in lapide ipſo legi, illic monetur.

EP. LXXXVII.] In Theſauro Muratoriano Tom. III. p. MDCCXXXII. 6. ſed jam ante, ex marmore Eccleſiae S Salvatoris in urbe Atinenſi, ediderat Ant. Ricchi, Reggia de Volſci Lib. I. cap. 26. p. 150. ubi male *Proculum*.

EP. LXXXVIII. LVCIOLAE] Ex Codice membranaceo Nobiliſſimi & Clariſſ. viri Marquardi Freheri. SCALIGER. editum eſt a Pithoeo Lib. III pag. 115. ex quo habet Labbaeus Theſ. Epit. vet. P. I. p 43.

3. *Laudis monumento cuncta ſuperſtes*] Legendum *ſuperſtans*. id eſt ſuperans, vincens. ut aevo minus eleganti *ſuperſtare* fuit in uſu. & ſic poſtea vidi etiam emendaſſe Chriſtianum Cruſium in Probab. Crit. pag. 95. qui ſequentia ſic conſtituebat, & diſtinguebat,

Nobilitas patriae Treviri praeclara, patremque
Arvernum hoſpitium (vel *hoſpitio*) *civem ſe adſciſſe ſuperbit.*
Pignorat haec tellus terrae felicis alumnam:
Fundorum ſpatiis cinerum eſt poſſeſſio major.

& v. 8. *Omni humilem officio dum ſe gerit*, vel *premit*. male enim apud Pithoeum,

——— *terrae felicis alumnam*
Fundorum: ſpatiis &c.

dein *Treveri* correxi, ut ſemper ſcribendum, pro *Triveri*. ut male in ed. Pithoei, vel *Treviri*, quod aliis placet. vide ad Tom. I. pag. 472.

Pignorat haec tellus] vide notas ad Ovid. VII. Met. 621.

Equitum peditumque Magiſtro] indicat, Fortunatum hunc fuiſſe Comitem vel Magiſtrum utriuſque Militiae. de qua dignitate vide quae notavi ad Vol. I. Lib. III. Ep. 169.

EP. LXXXIX.] Exſtat apud Pithoeum in Praetermiſſis p. 483. ed. Pariſ. in cujus margine Scriverius ſupplebat primo verſu *optaverit ſito mihi*. ſe-

 cun-

EP. XC.

OROO MEMORIAE ATILIAE L. F. POMPTILLAE BENEDICTAE M. S. R

D. M.

ATILIAE L. F. POMPTILLAE... MA.. M.... IMRLE.
ASSIOTILLA... PAA.... PTINTIIS.... SANCTIS
L. ATILIVS FELIX.... ET..... IEV
JVSTILVS.... III..... IPSO......

Urbis alumna graves casus hucusque secuta,
Conjugis infelix Atilia cura Philippi,
Hic sita sum, manibus gratis sacrata mariti,
Pro cujus vita vitam pensare precanti
Indulsere Dei, ne cesset fama, meremur.

Quod credis templum, quod forte, viator, adoras,
Pomptillae cineres ossaque parva tegit.

Sar-

cundus versus sic legitur in Cod. Meermanniano,

Illi semper eveniat & vivo & mortuo.

in codice Bucheliano,

AFVSILENA G.RIA VIXI.
ANN. XXII.

Quod quisque vestrum optaverit mihi,
Illi semper eveniat vivo & mortuo.

AFSVLENA. GERIA. VIX. ANN. XXV. apud Pithoeum, *Hostiae* haberi notavit Heinsius in libro Inscript. vet. MSS. qui descripserat ex v. c. Moroni, in quo versus primus sic suppletur,

Quod quisque vestrum mortuo optavit mihi,
Id illi eveniat &c.

ex suis etiam schedis edidit Muratorius Tom. III. p. MDCXXXV. 14. qui *Romae* haberi testatur, & praescribit APVSCVLENA GERIA. VIXIT ANN. XXXIII. M. IIII. D. V. & versu primo *Quos quisque.* secundo, *Illi semper eveniat* ut apud Mazoch. pag. LXXIIII. 3. ubi viri docti manus in margine mei exemplaris correxerat *mortuo optaverit mihi.* & notaverat *exstare Stimiglliani in Sabinis, sed integrius.* qui locus etiam praefigitur apud Smetium fol. CXXXVI. N. 11. & Gruter. pag. DCCCCXIV. 1. sed ubi haec sola inscriptio, APVSVLENA. HIERIA. (corrige ex aliis GERIA) VIXIT. ANNIS. XXII. omissis versibus, quos tamen addit etiam Dausquejus Lib. I. Orthogr. p. 48. Muratorius autem in nota adjuncta monet in Schedis Fratris Jucundi legi, APVSTVLENA GERIA VIXI. & in aliis Nicolai Pacediani, D M. APVSVLENA EGERIA VIXI ANNIS XXII. D. IIII. sed APVSVLENA verum nomen est. sic APVSVLENA RVFILLA in marmore apud Smetium fol. CXXXV. N. 10. Gruter. p. DCCLXVI. 6. & p. DCCCCLXVIII. 11. & APVSVLENA MITRE apud Murator. p. MCCXL. 11. quamquam APVSTVLENA, & APVSTVLENVS viri nomen, in aliis etiam Inscriptionibus se offerunt. ut ex Gruteriano, Doniano, & Muratoriano Indice patet. Ceterum eadem haec gnome habetur etiam in alio lapide apud Smetium fol. CXXXVI. 9. & Gruter. pag. 940. 1. praemissa longe alia Inscriptione,

T. FLAVIO. T. L. ANTIOCHO.
EBOS. ET. VIOLA. LIBERTI
PATRONO. ET. SIBI. ET. SVIS. FECERVNT.
FLAVIAE T. L. APAMEAE
T. FLAVIO. T. L. AMPHIONI.
FLAVIAE. T. L. TERTIAE.

Quod quisque vestrum mortuo optarit mihi,
Id illi eveniat semper vivo & mortuo.

& sic apud Ferretium Lib. III. p. 222. qui Grutero debet. Fieri potest, ut eadem inprecatio, ne sepulcrum violaretur, in diversis monumentis fuerit adhibita, ut saepe & in aliis factum fuit.

EP. XC. OROO MEMORIAE &c.] Insigne hoc monumentum apud Calarim in crypta Herculis erutum edidit Murator. Tom. III. p. 1638. 4. & ex eo Bonada Vol. II. cl. VI. pag. 133. & 134. pro OROO legendum forte HEROVM, vel Graeca voce ἩΡΩΟΝ. nam in dextro hujus lapidis latere Inscriptionem Graecam, sed corrosam, fuisse indicat Muratorius. Ἡρῷα autem vocabantur monumenta insigniora Virorum Illustrium. vide Maffejum in Museo Veron. pag. 126. & quae supra notavi ad Ep. XLII. pag. 14.

v. 17. Et

Sardoa tellure premor, comitata maritum,
  Proque viro fama eſt me voluiſſe mori.

In latere ſiniſtro.

Hic Pomptilla jacet, cineri conjuncta Philippi,
Conjugis hilaris includi. . . . . ad votum
Quae fecit ad. . . memine. . . . argumentum
Junonis ſedes infernae cernite cuncti,
Numine mutato fulget Pomptilla per aevum.

Unum & viginti bis juncti viximus annos,
  Una fides nobis gaudia multa dedit.
Et prior ad lectum cum ſim Pomptilla recepta,
  Tempore tu, dixi, vive, Philippe, meo.
Nunc aeterna quies, Ditiſque ſilentia moeſta,
  Hanc ſtatuere mihi pro pietate domum.

Languentem triſtis dum flet Pomptilla maritum,
  Voluit pro vita conjugis ipſa mori.
Protinus in placidam delabi viſa quietem,
  Occidit, o celeres in mala vota Dei!
Has audite preces, vitam ſervare marito,
  Ut pereat vita dulcior illa mihi.

EP. XCI.

. . . nec non triſte ſepul. .
mensa ique dolenda
. . . . . . t teſtam . . . to juſſerat ille
rati s. mpſere dapes
teſte ſepulcro.

PVE-

v. 17. *Et prior ad lectum* &c.] legendum *Sed prior ad letum.* totum diſtichon adumbratum ex illis Martialis Lib. I. Ep. 36.

Diceret infernas & qui prior iſſet ad umbras,
Vive tuo, frater, tempore, vive meo.

22. *Voluit pro vita*] tranſponendum, *Pro vita voluit.*

25. *Vitam ſervare marito, Ut pereat vita* &c.] forte,

——— vitam ſervate marito,
Ne pereat vita dulcior ille mihi.

EP. XCI.] communicavit mecum Ampliſſ. Meermannus, deſcriptum ex Monumentis Moguntinis Car. Guſt. Heraei Tom. III. Script. Rer. Mogunt. Georg. Chriſt. Joannis Francof. 1727. editorum, pag. 353. N. 8. ubi in binis marmoris fruſtis habetur haec inſcriptio, quae ibidem late explicatur, & ſic conſtituitur,

——— Nec non triſte ſepulcrum
menſamque dolendam
Ut teſtamento juſſerat ille
grati ſumpſere dapes
teſte ſepulcro.

& ſic Theſauro ſuo inſeruit Muratorius Tom. III. pag. MDCCLXXII. 11. qui a Bimardo ad ſe miſſum na-

P V E R O R V M.

Ep. XCII.

THRACIS.

Thrax puer, adstricto glacie dum luderet Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.

Dum-

notat. sed v. 3. *ille* omittit. plura desunt lapidi mutilo. quae ex parte sic supplere feliciter sane tentabat Meermannus,

——— *nec non*
Triste sepulturae tempus mensamque dolendam.
Ut testamento jusserat ille suo.
Quas grati sumpsere dapes, hoc teste sepulchro.

adeo ut post duos hexametros unus sequatur pentameter, ut saepe in Epitaphiis his vetustis, & quarto versu hexametro absolvatur carmen, vel desideretur post illum pentameter. intelligenda haec sunt de dapibus funeralibus, quas testamento jussas saepe fuisse, ex hoc epigrammatis fragmento patet, & ex illis, quae notavit Guther. Lib. II. de Jure Man. cap. 10. ultimae enim voluntatis tabulis adsignabant pecuniae summam, vel agros, ex quorum reditu escae largiores, quae parentalia vocabantur, & rosae curarentur. vide Inscriptiones Thesauri Muratoriani pag. DXII. 3. DXIII. 3. DXVII. 6 DXXVI. 1. DXXVII. 1. DXXIX. 4. MCXCIX. 6. hae quoque indicantur in lapide non minus truncato apud eumdem T. III. p. MDCCXXVIII. 5. VT DAPIBVS POSITIS POMPEJVM S..... qui versus sic fortasse supplendus, POMPEJVM SEMPER HONORENT. hinc in sepulcretis erant culinae ad ustrinas, sepulcris adplicatas, quarum toties mentio in Inscriptt. vett. ideoque his cavebant testamento, ne epulas istas sepulcrales diriperent egeni ac famelici. Quapropter Mureti emendationem in loco Tibulli recipiendam arbitror, Lib. I. El. 6. 17.

Ipsa fame stimulante furens escasque sepulcris
Quaerat, & a saevis ossa relicta lupis.

licet eam repudiaverit Broukhusius, & ediderit *herbasque sepulcris Quaerat*. ut miserrimam & extremam egestatem indicet, quae tamen vix tanta statui potest, ut famem & inopiam herbis ex sepulchro enatis & illic carptis depellere necesse fuerit; quae in prato viridanti potius legendae essent. sed *escas* praestat intelligere de cibis, in patella supra busta positis. ut in Catulli loco de Rufa, Ep. LX.

——— *saepe quam in sepulcretis*
Vidistis ipso rapere de rogo coenam.

ubi de his sepulcralibus epulis vide Scaligerum.

Ep. XCII. *Thrax puer adstricto*] Quod pueri Thracis est, adscribitur Julio Caesari in membranis antiquis. Germanico a Lilio Gyraldo. G. FABRICIUS. Sumtum est hoc Epigramma ex Graeco Philippi, Anthologiarum Lib. I. Titul. XXIII. (Ep. 1.) ΕΙΣ ΔΥΣΤΥΧΙΑΝ. cui nec absimile est Flacci Epigramma Antholog. Lib. III. Titulo XXII. (Ep. 31.) ΕΙΣ ΝΑΥΑΓΗΣΑΝΤΑΣ. Martialis Lib. IV. Epigr. XVIII.

Qua vicina pluit Vipsanis porta columnis,
Et madet assiduo lubricus imbre lapis,
In jugulum pueri, qui roscida templa subibat,
Decidit hiberno praegravis unda gelu:
Cumque peregisset miseri crudelia fata,
Tabuit in calido vulnere mucro tener &c.

LINDENBR. sub Julii Caesaris nomine dedit Aldus in Catalectis pag. 79. descripsit Heinsius ex veteri Mediceo, & Moroni Codice, in quo titulus erat CARMINA DIVI IVLII IN PVERVM SVBMERSVM. & ita profert hoc carmen ex MS. in quo Julio Caesari adscribi testatur, Thom. Bartholinus de Luce Animal. cap. XI. init. Germanico Caesari tribuunt alii, ut notarat Scriverius, & sic Ang. Decembrius in Polit. Liter. Lib. VI. cap. 69. ubi prolixe de elegantia, structura, & artificio poëtico hujus Epigrammatis disserit. sub titulo *Carmen Caesaris* edidit Laur. Abstemius Fani 1505. & 1515. quae prioris repetita editio est per Franc. Polyardum, ex officina Hieronymi Soncini, quam solam mihi nancisci licuit. Germanicum etiam auctorem faciunt Vossius de Poët. Lat. pag. 38. Schottus ad Zenob. Cent. V. Prov. 58. & Marq. Freherus Lib. I. Parerg. cap. 23. qui uno disticho in fine auctius producit, eodem modo, quo edidit Binetus in Catalect. Petron. & Epigr. vet. pag. 8. illi enim duos hos versus reliquis subjiciunt:

Me miseram! plus amnis habet, solumque reliquit,
Quo nati mater nosceret interitum.

& sic ex Fragmentis Petronianis adfert Cerda ad Virg. IV. G. 136. sub c. CAESARIS GERMANICI titulo edidit etiam Scaliger Lib. I. Catalect. p. 189. unde inter fragmenta post ejus Arates retulit Schwartzius. sine ullo auctoris titulo exstat apud Pith. Lib. III. p. 105. & G. Fabric. pag. 135. Graece verterunt Ang. Politianus Lib. V. Epist. 7. & Scaliger in Epist. p. 662.

Dumque imae partes rapido traherentur ab amne,
Abscidit heu tenerum lubrica testa caput.

Orba

v. 668. Legitur etiam in codice Vossiano & libro MS. Antiquitatum & Inscriptionum Viri Amplist. Balth. Huydecoperi. & ex Cod. MS. Franc. Redii Insertum est Inscript. Gudianis pag. ccxLv. 8. Bimardus autem Differt. I. ante Muratorii Thesaur. Inscript. pag. 33. putat hoc carmen hexastichum nihil aliud esse, quam interpretationem Latinam Graeci Epigrammatis octastichi poëtae Flacci. quod in Anthologia Graeca haberi notavit Lindenbrogius, qui recte etiam indicavit Graecum Philippi Epigramma, ex quo hoc vertisse Germanicum, (non ex altero illo Flacci) censet Obsopaeus ad Anthol. Gr. pag. 47. Utrumque numeris suis, id est elegantissimis, Latine vertit Hugo Grotius: cujus interpretationes Graecorum Epigrammatum eo libentius cum Musarum studiosis communico, quia illis eximio hoc Viri immortalis thesauro nondum beari contigit:

PHILIPPI.

Thrax puer adstricto glacie dum ludit in Hebro,
Eripuit vitam mors inopina brevem.
Nam minuente gelu cum pondere rumperet amnem,
Abscidit infelix lubrica testa caput.
Cetera vis fluvii rapuit, servataque tantum
Funereo mater repperit ora rogo.
Heu miserae partum diviserat ignis & unda,
Qui neutrius erat, sic utriusque fuit.

FLACCI.

Dum puer adstricta glacie lascivit in Hebro,
Cessit ad instantes frigida testa pedes.
Illapsi tenerum caput a cervice recidit,
Pars de Bistonia flumine vincta gelu.
In mare fert truncum fluvii violentia: mater
Nil, capite excepto, quod tumularet, habet.
Et graviter lugens, fili carissime, dixit,
Hoc ignis; quod abest, jam sepelivit aqua.

Ceterum de antiquitate hujus Epigrammatis etiam dubitare videtur Cel. D'Orvillius. in Miscell. Observ. Nov. Vol. I. Tom. III. pag. 151. & Bonada Vol. II. p. 264. sed quia tamen legitur in Codd. MSS. qui forte vetustiores sunt illo tempore, quo a recentiore poëta post Petrarchae tempora hi versus conponi potuerunt, inter antiqua locum suum facile tueri possunt. quibus etiam inseruit Labbaeus Thes. Epit. vet. P. I. p. 73.

v. 1. *Dum luderet Hebro*] *dum ludit in Hebro* in v. c. Med & Moroni, ut in Abstemii, & utraque Aldi editione. & sic apud Bartholin. Scalig. aliosque. *astricta glacie* male apud Gudium, & Bonadam. *adstrictus Hebrus* eleganter. ut apud Lucanum Lib. I. v. 18. *Adstringit Scythico glacialem frigore pontum.* Ovid. III. Trist. 4. 48. *adstricta terra perusta gelu.* vid. Heins. ad Claudian. II. de R. P. praef. v. 18. *Hebrum nivali compede vinctum* vocat Horat. Lib. I. Epist. 3. 3. & *Hebri perfidum glacie flumen* Florus Lib. III. 4. §. 5. sic *humus gelu adstricta* recte ab Acidalio restituta est Curtio Lib. III. 13. 7. ut Lib. VIII. 4. 7. *quamquam imbrem vis frigoris concreto gelu adstrinxerat.* hinc apud Prudent. praef. Lib. I. advers. Symmach v. 14. legendum,

Expositque solo litoris invidi
Constrictos pluvio frigore remiges.

pro *Contractos.* ut in vulgatis. quod & in meo antiquissimo Cod. Egmondano legitur. unde *contactos* Heinsius. sed homines aeque frigore *constringi* dicuntur, ac *terra*, *humus*, *fluvii*, glacie *constringuntur.* Curtius Lib. VII. cap. 3. 13. *Multos exanimavit rigor insolitus nivis. multorum adussit pedes. fatigati quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant, quae quum moveri desissent, vis frigoris ita adstringebat, ut rursus ad surgendum conniti non possent.* Ovid. Epist. xv. 112. *Adstrictum gelido frigore pectus erat.* id est παγνώθη. nam eodem modo Graeci hoc verbo utuntur. ut Eurip. Hippol. 803. *Λύπῃ παγνωθεῖσα. dolore adstricta.* Apollonius Rhod. IV. 1279. ἐν δ' ἄρα πᾶσι Παγνώθη κραδίη. ubi vid. Scholiast.

2. *Frigore concretas pondere rupit aquas*] *Pondere concretas frigore* edidit Aldus. *Frigore frenatas* Binetus & Freherus. idque praefert Cerda ad Virg. d. l. sed male. ita enim apud Ovid. III. Trist. 10. 32. quem locum auctor hujus Epigrammatis imitatus est,

Quaque rates ierant, pedibus nunc itur, & undas
Frigore concretas ungula pulsat equi.

sic in Epigrammate ad Juliam, quod edidi Tom. I. p. 650.

Frigore concreta si latet ignis aqua.

in Epigr. Maximiani de amne glacie durato, apud Pithoeum Lib. IV. p. 164.

Ut concreta gelu marmoris instar habet.

Martialis Lib III. Ep. 59.

Concreto riguit vincta repente gelu.

Claudianus Epigr. VII. 8.

Vel concreta fuit vel resoluta gelu.

& I. de R. Pros. v. 71.

Cum gravis armatur Boreas, glacieque nivali
Hispidus. & Getica concretas grandine pennas
Flare cupit.

vide notas Patrui ad Virg. II. Georg. 318.

v. 3. *Dumque imae partes rapido traherentur ab amne*] *Cumque imae partes fundo raperentur ab imo* apud Binatum. *Stimae* vitiose apud Gud. & Bonad.

4. *Abscidit heu tenerum lubrica testa caput*] haec lectio est in ed. Pith. Fabricii, & aliorum. *Abscindit tenerum* Abstemius. *Abscidit a jugulo* apud Binetum. *abscido* enim pro *abscindo* saepe in veteri-

Orba quod inventum mater dum conderet urna,
Hoc peperi flammis, cetera, dixit, aquis.

EP. XCIII. FLORIDI.

Quod vixi, flos est: servat lapis hoc mihi nomen:
Nolo Deos manes: flos satis est titulo.

teribus libris, & hinc *abscidit* media brevi saepe apud poëtas. vid. Rhodium ad Scribon. Larg. p. 164. 165. & Bentlej. ad Horat. Lib. II. Sat. 3. v. 303. sic *abscissa gelu membra* apud Silium Ital. Lib. III. 552. in Epigrammate Valeriani, vel Martialis, de Cicerone apud Pith. Lib. II. p. 56.

Abscidit vultus ensis uterque sacros.

ubi & in aliis *Abscindit*. vid. de hoc verbo plura apud Dukerum ad Florum Lib. II cap. 1. & Patruum meum ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 66. Praefero tamen hic lectionem codicis Medicei, *Abscidit tenerum*. ut edidit Aldus, Abstemius, Scaliger. nec aliter legitur apud Gudium, Bonadam, & in cod. MS. Huydecoperiano. probabatque hoc in versu Vossius Lib. II. Art. Gram. 18. ubi & Dousae emendationem in Martialis vel Valeriani Epigrammate, modo prolato, *heu vultus* &c. inprobat. Freherus vero ita exhibet,

Dumque imae partes fundo raperentur ab imo,
Abscidit a jugulo lubrica testa caput.

quod firmari posset loco Martialis, quem adfert Lindenbrogius. Thomas autem Bartholinus, loco supra indicato, & Joh. Pricaeus ad Apulej. Lib. IX. Met. p. 567. proferunt,

Praesecuit tenerum lubrica texta caput.

& emendat Pricaeus *lubrica testa*. recte. *testa* enim *lubrica* pro glacie, seu frusto aquae in glaciem concretae. & hic quoque imitatio est Ovidii Lib. III. Trist. El. 10. 38.

Vidimus ingentem glacie consistere pontum,
Lubricaque immotas testa premebat aquas.

ubi tamen alii legunt *lubrica crusta*, fem. gen. quod & praefert Patruus meus, qui *testam* pro frusto glaciei, insolitam locutionem putat. itaque & hoc loco sic legi potest, & firmari ex Rutilio Lib. I. Itin. 484.

Concipiunt acrem nativa coagula Phoebum,
Et gravis aestivo crusta calore coit.
Haud aliter, quam cum glacie riget horridus Ister,
Grandiaque adstricto flumine plaustra vehit.

non dissimile illud Ausonii Ep. XII. Parentalium:
Occidis emissae(*immissae* Heins.)*percussus pondere testae,*
Abjecit tecto quam manus artificis.
Non fuit artificis manus haec, manus illa cruenti
Certa fuit fati, suppositura reum.

ubi non displicet conjectura Heinsii,

——— *manus illa cruenti*
Carnificis, fatis suppositura reum.

ut ludat in vocibus *artificis* & *carnificis*. quod a genio Ausonii non abhorret. licet in codice suo postea eam deleverit. Quod autem Pricaeus *praesecuit* proferat, non addit, an ex vetustis libris, an ex ingenio depromserit. non spernenda tamen haec lectio, praesertim cum vetus Moroni codex, Heinsio collatus, habeat *Persequit*, unde ipse legebat *Persecuit*. ut in codice Vossiano. & sic adfert Gonsalius ad Petron. cap. CXXIII. pag. 207. qui bene hoc Epigramma illustrat. sic *praesecare venas* apud Scholiast. Juvenal. Sat V. v. 109. & alibi, pro praecidere. Ceterum Marq. Freherus Lib. I. Parerg. cap. 23. ubi hoc carmen interpretatur de Cenotaphio, seu sepulcro vacuo, illud auctius & a vulgatis diversum adfert, sed nescio an ex codice vetusto, sub nomine Caesaris Germanici, hoc modo:

Thrax puer, adstricto glacie dum luderet Hebro,
Frigore frenatas pondere rupit aquas.
Cumque imae partes fundo raperentur ab imo,
Abscidit a jugulo lubrica testa caput.
Quod mox inventum mater dum conderet igni,
Hoc peperi flammis: cetera, dixit, aquis.
Me miserum! plus amnis habet, solumque reliquit,
Quo nati mater nosceret interitum.

5. *Orba quod inventum mater dum conderet urna,*] *Quod mox inventum* apud Freher. Bonifacius vero de compon. Epitaph. pag. 29. producit, *Mox caput inventum mater dum condidit urna.* sed caput modo praecesserat. *Quod mox inventum mater dum conderet igni* edidit Binetus. & sic adfert Freherus. perperam. vulgata optime se habet, & apud Aldum, Fabricium, Pithoeum, Scalig. Gudium, aliosque legitur. *condit in urnam* cod. Medic. & Fanensis editio Abstemii. *conderet urnae* Moroni codex. *condidit urna* in MS. cod Inscr. Huydecop.

6. *Hoc peperi flammis*] *Hoc flammis peperi* in MS. Huydec. & apud Gud. & Bonad. *Haec peperi* apud Bartholin. eleganter hoc imitatus est Janus Rutgersius Epigrammate in obitum Caroli Clusii pag. 336 Poëm.

Ingemuit, tollensque manus ad sidera, Terrae
Hoc peperi; coelum cetera, dixit, habet.

EP. XCIII. FLORIDI] apud Pith. p. 105 Fabric. p. 128. Toscan. post Carm. Poët. Ital. Tom. I. p. 96.

EP. XCIV. PVERORVM. *Narbonae.*

. . . . nec duro jam doleas obitu.
Nec tibi, nec nobis aeternum vivere cessit.
Quod pueri occidimus, fata querenda putas?
Dum sis in vita, dolor est amittere vitam:
Dum semel occidimus, omnia despicias.
Orbem sub leges si habeas, dum vivis, ad Orcum
Quid valet? hic nulla est divitis ambitio.

EP. XCV. PVERI INTERFECTI.

Luderet in viridi dum cespite Lydius infans,
Propter aquam (ah pietas!) ictus ab angue cadit.
Infelix mater, natum conplexa jacentem,
Occidit, angue puer, victa dolore parens.

EP.

p. 96. Ferret. p. 268. Fleetwood p. 330. & Bonadam Vol. II. pag. 248.

Flos fatis est titulo] *tumulo* lege. ludit in nomine *Flori*, vel *Floridi*. nisi mavis *hoc fatis est tumulo*. quae formula in Inscriptionibus frequens, praesertim in fine Epitaphiorum. Ovid. IV. Trist. El. 10. 91. *Manibus hoc fatis est*. Ausonius Parental. praef. pag. 108. ed. Tollii;

Hoc fatis est tumulis, fatis & telluris egenis.

vid. ad Tom. I. p. 284. 301. 361.

EP. XCIV. PVERORVM. *Narbonae.* * * *. *nec duro jam doleas obitu*] Legitur hoc apud Pithoeum p. 106. Gruter. pag 718 Inf. 3. Labbaeum Thes. Epit. vet. P. I. p. 72. Ferretium Mus. Lap. Lib. I. pag. 55. Donium in Inscript. Class. xv. p. 432. & protulit Scalig. ad Catull. Ep. VI. & Brevalius in Itin. Anglic. Tom. III. p. 223. primo lacero versu omisso edidit Labbaeus Thes. Epit vet. P. I. p. 72. versu quarto, ex Grutero, Donio, Scaligero, & Brevalio praetuli *querenda* pro *dolenda*, ut male Pith. & Labb. nam praecessit *doleas*, & mox *dolor* sequitur. *querenda* autem pro incusanda, exagitanda. ut apud Ovid. xv. Met. 493.

——— *neque enim fortuna querenda*
Sola tua est: similes aliorum respice casus.

& firmatur haec lectio ex Cic. Lib. I. Tuscul. cap. 39. ubi de puerorum morte patienter ferenda disserit: *Jidem, si puer parvus occidit, aequo animo ferendum putant: si vero in cunis, ne querendum quidem.* secundo versu *vivere*. . . *sit* apud Donium. an *fas sit?* sexto *Dum simul occidimus* Breval. Ferret. & Gruter., sed in marg. *semel*. ut apud Donium. & sic legendum notat Fleetwood p. 269. septimo *num vivis? ad Orcbum* Gruter. & Donius. *num vivis ad Orcum?* adfert Brevalius. apud omnes vero initium carminis desideratur, quod diverso literarum charactere ita suppletum edidit Bonada Vol. II. p. 225.

Nil prosunt gemitus, lacrimis corrumpere ocellos
Desine, nec duro jam doleas obitu.

quae interpolata sunt ex aliis Epitaphiis.

EP. XCV. *Luderet in viridi* &c.] inter vetera exhibuerunt G. Fabricius in Monum. Antiq. pag. 128. Pithoeus Lib. III. pag. 106. & Labbaeus P. I. pag. 41. & tamen totum hoc Epigramma, quod mireris, legitur in Poëmatibus Basilii Zanchii Lib. VII. pag. 181. ed. noviss. Serass. sub titulo, IN LYDIVM INFANTEM. sed ubi secundum distichon ita distinguitur:

Infelix mater natum est complexa jacentem,
Occidit angue puer, victa dolore parens.

sibi etiam hoc vindicavit Joh. Matth. Toscanus in Tom. I. Poët. Ital. P. 2. pag. 79. b. ubi versu secundo legitur *morsus ab angue*. sed idem tamen inter antiqua Epigrammata ex vetustis lapidibus collecta ibidem retulit pag. 90. *Lydius* autem *infans* pro Lydo. vid. Heins. ad Claud. Lib. I. R. P. 18. pueri ab angue correpti, sed feliciter a patre Alcone servati, Epigramma est in Antholog. Graec. Lib. VI. Tit. xi. Ep. 3.

v. 2. (*ah pietas*)] de hac exclamatione per parenthesin interjecta egregie agit Heinsius ad Ovid. xi. Met. 328. ubi inter plurima exempla hunc ipsum quoque locum non omisit, quem itidem sub veteris Epigrammatis nomine adfert.

Victa dolore parens] plene dixit *victa dolore*, quod simpliciter *victa* Gratius in Cyneg. v. 67. *Fit adhuc & porro flebit Adonin Victa Venus.* ubi vide notas. posset etiam legi, *icta dolore parens.* sic in Carmine Cornelii Severi de Cicerone, quod ex Seneca edidi Lib. II. Ep. 155.

——— *ictoque luctu*
Conticuit Latiae tristis facundia linguae.

I &

EP. XCVI. SVLPITII.

Si juvenis, ſi vir peccat, ſi numina temnunt,
Et claudunt fatum ſaepius ante diem:
Arbiter haec aevi recte diſpenſat: at urna haec
Sulpitii pueri maeſta tegit cineres.

EP. XCVII. PVERI MODO NATI.

Funere non aequo puer inmaturus obivi,
Marmoreiſque meis hic jaceo tumulis.
Non potui parvus puerilem inplere juventam,
Nec veſtire meam flore novo faciem;

Non

& ita *icta dolore*, *metu icta*, *furore*, *malis*, & ſim. pro percuſſa, conſternata. Ovid. II. Faſt. 818. de Lucretia violatum pudorem lugente,

Utque vident habitum, quae luctus cauſſa, requirunt,
Cui paret exſequias, quove ſit icta malo.

ubi hanc locutionem optime illuſtrant notae Heinſii, qui apud Catullum Carm. LXVI. ſimiliter legebat *ſentis fluctuat icta malis*. non *ipſa*. neque hic obſtat ultima in *puer* ſequente vocali producta; quod in hac pentametri ſede ſaepe fit: quamquam nihil inmutandum alii forte cenſebunt, quia praeceſſit *ictus ab angue*. ſed non ingrata hic iſta repetitio, ut in fine *angue puer ictus*, non *victus*, & mater *dolore icta* dicantur.

EP. XCVI. SVLPITII.] Habent G. Fabricius p. 128. Ferret. in Muſ. Lapid. Lib. V. pag. 329. & Pithoeus Lib. III. p. 106. in fine. apud Fabricium, *ut urna haec Sulpitii p. m. tegat cineres*. male.

Arbiter haec aevi recte diſpenſat] Ovid. Epiſt. XII. 3.

Si quae diſpenſant mortalia fila ſorores.

vide Cl. Drakenb. ad Silium Ital. Lib. XVI. 342. & quae notavi ad Tom. I. p. 281. *arbiter aevi* Deus hic dicitur, ut *rerum humanarum arbiter Deus* Petronio cap. 98.

EP. XCVII. PVERI MODO NATI] ſic inſcripſit Fabricius pag. 127. Arimini exſtare patet ex Fabretto cap. III. p. 238. & cum v. c. Mozoni contulit Heinſius, praefixo titulo, *Arimini in monaſterio S. Johannis*. & eadem cum inſcriptione habetur in MS. Cyriaci Anconitani, ſed uterque codex ſequens Epigramma male huic connectunt, quomodo & Fabricius edidit, & Fabrettus, quem ſecutus eſt Bonada Vol. II. p. 241. nec aliter codex Perotti, ſine indicio loci, ubi legatur. ſed recte ut ſeparata Epigrammata exhibet Pithoeus Lib. III. p. 106.

2. *Marmoreiſque meis hic jaceo tumulis*] *his jaceo* Cod. Cyriaci. recte apud Fabricium legitur *Marmoreuſque*, id eſt ex marmore effectus, expreſſus, & in monumento ſepulcrali jacens. ſic in Dedicatione Virgilianae Aeneidos:

Marmoreuſque tibi, Dea, verſicoloribus alis
In morem picta ſtabit Amor pharetra.

Propertius Lib. II. El. 23. 6.

Hic equidem Phoebo viſus mihi pulchrior ipſo
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.

Virg. Ecl. VII. 35.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu,
Si fetura gregem ſuppleverit, aureus eſto.

ex quo Auſonius Epigr. 5.

Nunc te marmoreum pro ſumtu fecimus: at cum
Auguſtus frater remeaverit, aureus eſto.

ſupra in epitaphio Meretricis Ep. LXII.

Artificis pietate iterum rediviva placebam,
Ni me vidiſſet Cypria marmoream.

& hinc forte deſumſit auctor Epigrammatis apud Schradaeum Monum. Ital. p. 229. b.

Quae miſer impoſui lugubris ſaxa ſepulcro,
Mi pater, innumeris accipe pro meritis.
Quod ſi marmoream licuiſſet ſumere formam,
Te natus tegeret non alio lapide.

ita ſcribendum, non *nata*. eſt enim epitaphium Patri poſitum a filio. ut primus indicat verſus. & ſic alio loco apud eumdem Schradaeum pag. 240. b. ubi denuo occurrit. ſic *marmoreus Janus* apud Sueton. Aug. 31. & apud Juvenalem Sat. VII. v. 80.

Contentus fama jaceat Lucanus in hortis
Marmoreus.

ut recte emendat Gronov. Lib. III. Obſerv. cap. 13. p. 551. fin. non *in hortis Marmoreis*. eadem tranſpoſitione, ac hoc loco.

4 *Nec veſtire meam*] *Nec veſtrae meam* vitioſe in cod. Cyriaci Anconitani.

Non

Non ſenior capiti niveos mutare capillos:
  Ac fato victus forte puer perii.
Heu crudele nefas! quae me generaverat hora,
  Haec eadem vitae terminus hora fuit.

EP. XCVIII.

Non ego, quod perii, doleo: ſed parvulus infans
  Quod, cum plus ſaperem, ſpem merui dubiam.
Si vita incolumi potuiſſet vincere fata,
  Creviſſet generis gloria magna mei.
Fortuna inviſa eſt, ſpes & fruſtrata jacentem:
  Mors dura eripuit, dira quies hominum.

Non ſenior] *Nec* v. c. Moroni & Perotti, in quo *niveis* pro *niveos*. *capiti* in iiſdem MSS. conſtanter, quod pro *capitis* recte hic dicitur, & more Virgiliano, ut oſtendit Canneg. Diſſert. ad Avian. cap. XX. p. 305.

Ac fato victus forte puer perii] *An* v. c. Moron. & Cyriaci. *At* rectius in cod. Perotti, ut apud Fabric. & Fabrett. qui *puerperii* una voce jungit. ut in epitaphio Rhanidis Sulpitiae apud eumdem cap. I. pag. 44.

Et rapta eſt vitae rapta puerperio.

quod firmatur ex verſu ſequenti, *quae me generaverat hora*. ſed hoc loco praeſtat cum Heinſio legere,

At fati victus forte puer perii.

—— *quae me generaverat hora,*

Haec eadem vitae terminus hora fuit] mallem hic in fine Epigrammatis, ceteroquin elegantis, aures poëticas non offenderet inconcinna atque inutilis *horae* repetitio in utroque verſu, quae certe ultimo abeſſe poſſet. neque tamen locum corruptum adſirmo, aut conjecturae temere indulgeo. licet tentari poſſet, *quae me generaverat orta*, vel *ortu*. vel ſcribere potuiſſet auctor,

——— *quae me generaverat, illa,*
Illa eadem vitae terminus hora fuit.

ut ſupra Ep. XIV.

Illa eadem, vitam quae incboat, hora rapit.

ſimile eſt illud Canaces apud Ovid. Epiſt. XI. 114.

Nate, dolor matris, rabidarum praeda ferarum,
  Hei mihi natali dilacerate tuo!
Nate, parum fauſti miſerabile pignus amoris,
  Haec tibi prima dies, haec tibi ſumma fuit.

Claudianus Bell. Get. 32.

——— *vitae quibus adtulit idem*
Principium finemque dies.

infra in Epitaphio Romano,

Nondum natus eras, Lacheſis tua fila recidit,
  Sic lux, quae fuerat prima, ſuprema fuit.

EP. XCVIII. *Non ego, quod perii*] *qui perii* cod. Cyriaci.

Si vita incolumi potuiſſet vincere fata] vel *incolumis* praeſtat e Fabricio, Fabretto, Moroni, Perotti, & Cyriaci codice. vel cum Heinſio legendum *potuiſſem vincere fata*. pro quo vitioſe *potius ſed* in codice Perotti. *vincere fata*, ut apud Virg. XI. Aen. 160. *Certe ego vivendo vici mea fata*. vide ad Tom. I. p. 281.

Creviſſet generis] *gratius* vitioſe in cod. Cyriaci.

ſpes & fruſtrata jacentem] *eſt* Fabric. vetus Moroni & Perotti codex, & Fabrett. *ſpes fruſtrata* cod. Cyriaci. ſed forte hic legendum,

Fortuna inviſa eſt, Spes & fruſtrata parentem.

ut de *Fortuna* & *Spe* tamquam Deabus infeſtis queratur, quae ſaepe in his conjunguntur, ut Τύχη & Ἐλπὶς apud Graecos. de quo infra ad Epitaphium L. Licinii Severi. ubi occurrit,

Actum eſt. exceſſi. Spes & Fortuna valete.

vel legi hic poſſet,

Fortuna inviſa eſt & ſpes fruſtrata parentum.

fortuna nempe eluſit parentum ſpes & vota. ut *decipi* dicuntur parentes morte filiorum. de quo ſupra ad Ep. LII. ſic VLPIVS DECEPTOR PARENTVM apud Murator. pag. MCCXXXI. 3. paſſim vero in monumentis ſepulchralibus filii vocantur *ſpes* & *vota* parentum. in Epitaphio pueri apud Reineſ. pag. 863. *Deliciumque fuit domini, & ſpes grata parentum.* & SPEM NEPOTVM ABSTRAXIT apud eumdem Claſſ XII. Inſcr. 10. ſic in Inſcript. antiqua, quae exſtat inter Bajas & Averſam, in libro Inſcript. MSS. Heinſii:

SEX. VALERIVS. MERCVRIALIS. AVGVR.
T. LABIENO. FESTIVO. ALVMNO. DVLCISS.
VIX. ANN. XVI. HOR. XVIII.
HVNC. ADIS. (leg. A. DIS) SENECTVTI. MEAE
SERVATVM. SPEM. DELICIASQVE
VORAX. ABSTVLIT. ORCVS &c.

quod forte ex Virgilio adumbratum Lib. XII. Aen. 57.

——— *ſpes tu nunc una ſenectae*
Tu requies miſerae.

EP. XCIX.

QVINTERINI PVERI TVMVLVS.

Me longe effigie venustiorem
Narcissi vel Apollinis comati
Parcarum Lachesis soror severa
Isti Quinterinum dedit sepulcro.
Cum tanti fuerim puer decoris?
Haec tellus nimis arida est, viator,

No-

nam in eo saepe ludunt auctores veteres. Auctor Rhetoricor. ad Herenn. Lib. IV. cap. 39. *grandis natu parens, cujus spes senectutis omnis in hujus adolescentia posita est. quare velit in vita manere, non habebit.* Ausonius in Parentalibus Ep. XI.

Pastor care nepos, spes cujus certa fuit res.

ubi in MSS. *certa fuisses.* sed alterum defendi potest ex Ep. XI. Professor.

Spem magis quam rem fruendam praebuisti avunculo.

ut recte Vinetus, & in suo codice Heinsius. vide ad utrumque locum notas Tollii. & ita illic legendum jubet ipse Ausonius, Ep. VI. ejusdem Opusculi:

O flos juvenum,
Spes laeta patris,
Nec certa tuae
Data res patriae.

& fragmentum Ciceronis apud Servium ad Virg. VI. Aen. 877. *caussa difficilis, laudare puerum, non enim res laudanda, sed spes est.* vide plura apud Casaub. ad Persium Sat. II. 35. pag. 202. Gevart. Lib. I. Elector. cap. 13. pag. 42. & in notis Patrui ad Petron. cap. IV. & ad Ovid. Epist. III. 94.

Mors dura eripuit] rectius apud Fabric. & Fabrett. & in Moroni, Cyriaci, ac Perotti codice *Mors cuncta eripuit.*

EP. XCIX.] Epitaphium hoc exstat in Antiquitatibus Italicis, quas Georg. Fabricius, homo diligens & doctus, vel praesens descripsit, vel archetypis per amicos illi transmissis delineavit. Suaves quidem illae & multae veneris; sed opinor, locis aliquot non satis integrae, ne dicam antiquatae vetustatis. Certe tum aliis iste venustissimi pueri in suavi facie insignes naevos ostendit. quod etsi in venusto corpore non offendit, imo commendat potius, ut antiquorum est fabula, nescio tamen quam omnino plures amatores habebit, si naevos istos non cultro vel malleolo, sed eruditae cuspidis antigrapho emendes. ἀντὶ τῦ *Percharum*, τὸ *Parcarum*, & pro *caesimus*, *laesimus*, vel, si hoc non placet, qui in his rebus nimium quantum religiosi sunt, illi *caepimus* legant: quod in mentem venit Lucae Fruterio, homini ingeniosissimo. Caeterum hoc loco dissimulare non possum, admonitus ab eodem Lucio Frugi, doctissimi poëtae plagium, qui inter ea, quae paucissima exstant ingenii sui monumenta, tumulum posuit Quinterio cuidam, Quinterino nostro plane persimilem, nam iisdem verbis illum uti facit: atque ipsum illius carmen tale est:

Me longe effigie venustiorem
Narcissi vel Apollinis comati
Per charum Lachesis soror severa
Isti Quinterium dedit sepulcro.
Cur non flosculus exeam requiris,
Cum tantum fuerim puer decorus?
Terra est haec nimis arida, ô viator,
Nostri facta perustione amoris.
Quod si lachrymulis tuis madescit,
Forsan flos novus ibit e sepulcro.

Vides, Lector, versiculum a fine tertium ab ipso omissum esse: ratus ille scilicet desperatae valetudini medicinam adhibendam non esse. Atqui vero mirari satis non possum, versum hunc *Per charum Lachesis soror severa* de mendo suspectum non habuisse qua doctissimum poëtam, qua ingeniosissimum Fruterium, quum manifestum sit, legendum esse *Parcarum Lachesis soror severa*, qua sine correctiuncula mehercules languet poëma, alias non invenustum. Praefiscini loquimur, bene emendavimus hoc carmen, ac poëtae plagium deteximus, adminiculante nonnihil ingenio L. Fruterii, τῦ μακαρίτυ. P. SCRIVERIUS. Puto me operae pretium fecisse, inserta hac Scriverii nota, quam adscripserat exemplari suo editionis Parisinae Epigrammatum veterum Pithoei, post Indicem initio operis praefixum. Elegans certe & venustissimum est hoc carmen, quodque inter vetera Epitaphia inveni in Codice Bucheliano Lib. V. ubi *Tergestae* haberi praefigitur, cum hac Inscriptione, QVINTERINIS PVERI. & v. 4. *Isti* QVINTERINVM *dedit sepulcro.* Quod autem Scriverius illud ex Antiquitatibus Italicis G. Fabricii producat, mirum videtur, cum frustra id quae-

Noſtri facta peruſtione amoris.
Nam terram quoque laeſimus decore.
Quod ſi lacrimulis tuis madeſcet,
Forſan flos novus ibit e ſepulcro.

EP.

quaeſiverim tam in prima quam ſecunda Oporiniana editione Monumentorum Antiquitatis, a Fabricio poſt Ejus Romam collectorum. Poëta vero ille, quem plagio aperto totum hoc carmen, unico verſu excepto, ſibi vindicaſſe indicat, ſed nomine non exprimit Scriverius, eſt Joannes Cotta, inter Italos haud poſtremo cenſendus ordine. In illius enim Carminibus hi phaleuci leguntur pag. 89. edit. Florent. Illuſtr. Poët. Ital. ſed ubi verſu tertio habetur, *Parcarum Lachesis nimis ſevera.* v. 7. *Tellus eſt nimis arida, o viator.* & verſ. penult. *Sed ſi lacrymulis tuis madeſcet.* & ita legitur in Poëtis Ital. Toſcani Tom. I. pag. 78. b. & in ultima Cottae Carminum edit. Vulpiana poſt Fracaſtorium p. 192. & ſub ejuſdem nomine editum a Fr. Sweertio in Deliciis Selectis p. 332. & a Phil. Labbaeo in Theſauro Epitaph. P. VII. p. 326. Talia plura in his exſtant, quae, antiquis Epigrammatibus inmixta, apud alios quoque Italos poëtas, eoſque optimos, Sannazarium, Pontanum, Zanchium, Marullum, ſimileſque occurrunt, ſive illi vetera iſta, tunc nondum edita, & in ſcriptis codicibus vel aliis monumentis occurrentia, ſibi vindicaverint, ſive potius illorum recentiora carmina vetuſtis fuerint inſerta, quia elegantia antiquitati erant paria. Iſtud autem Cottae carmen, ex altero illo expreſſum vel deſcriptum, eſſe Epitaphium Joannis Quinterii, Laudenſis, adoleſcentis formoſiſſimi, Cardinalis Columnae a cubiculo, editioni Poëtarum Illuſtrium Italorum adſcripſerat Janus Broukhuſius, remittens ad Pomponium Laetum pag. 83. Operum, & M. Antonium Sabellicum Lib. VI. Epiſt. 27. Unica vero in hoc carmine reſtat macula verſu ſexto, ubi tam apud Jo. Cottam, quam in altero illo, quod ex Fabricio adfert Scriverius, legitur, *Cum tantum fuerim puer decorus.* quod valde friget; nam omnino emendandum eſt,

Cum tanti fuerim puer decoris.

itaque ſic edidi. idque ingenium Fruterii, & Scriverii acumen fugiſſe equidem miror. Narciſſo pulchritudinis gratia hic comparatur Quinterinus, ut in Inſcript. apud Gruter. pag. CCCXXXII. 2.

DIS. MANIBVS.
MEMORIAE. C. REGVLI. MORIBVS
DECORE. NATALIBVS. DO. HYACINTHO
VEL. NARCISSO. COMPARANDI.

Apollini autem *comato* formoſos conferri, apud poëtas frequens eſt. vide Delr. ad Claudian. Feſcen. v. 8. & quae notavi ad Tom. I. p. 657. & 683. hinc Apollo Graecis ἀκερσεκόμης toties dicitur. de quo Seberus ad Polluc. Lib. II. cap. 3. in fin. Ceterum aliam Inſcriptionem POLIAE poſitam, inter Spuria retulit Gruterus pag. XXV. 5. quae ex hoc carmine videtur eſſe adumbrata; ibi enim haec inter alia,

QVAE. NAM. INQVIES. FOLIA. FLOS.
ILLe. OMNEM. REOOLENS. VIRTVTEM.
SPECTATISSIMVS.
QVI. OB. LOCI. ARITVDINEM.
PLVSCVLIS. POLIPHILI. LACHRYMVLIS.
REPVLVLESCERE. NEQVIT.
AT. SI. ME. FLORERE. VIDERES. EXIMIA.
PICTVRA. VNIVERSIS. DECORITER.
PRAESTARE. CONSPICERES.

& in fine additur:

FLOS. HIC. EXSICCATVS.
NVMQVAM. REVIVISCIT.
VALE.

ita ſaepe fingunt e tumulis defunctorum juvenum flores exſurgere. ut Epigrammati veteri, valde corrupto & vexato, alibi a me exhibendo, apud Fabrettum cap. II. pag. 69. ſubjicitur,

Hoc flos eſt corpus Flaviae Nicopolis,
Ut tuo de tumulo flos ego cernere notum
Creſcere, vel viridi ramo vel flore amaranti.

vide Caſaub. ad Perſ. Sat. I. pag. 86. ſic rami hederae, ex urna ſurgentis, & monumentum ſepulchrale ambientis, videntur in lapide eleganti apud Smetium Fol. CXXXI. 2. & Gruter. pag. DCLXXXI. 1. hinc roſas, amaracum, myrtum, thymum, populum, & ſim. tumulum ornaturos, vel ex cineribus ſuis naſcituros ſaepe vovent poëtae. vide ad Lotich. Lib. III. El. 3. 63. & Eleg. IX. 25. Facit huc elegantiſſimum Epigramma Graecum apud Salengr. in praef. ad Tom. I. Supplem. Theſ. Antiq. & Murator. Tom. I. Theſaur. Inſcript. pag. 540. 1.

Ἄνθεα πολλὰ γένοιτο νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Μὴ βάτος αὐχμηρὴ, μὴ κακὸν αἰγίπυρον.
Ἀλλ᾽ ἴα, καὶ σάμψυχα, καὶ ὑδατίνη νάρκισσος,
Οὐίβιε, καὶ περὶ σοῦ πάντα γένοιτο ῥόδα.

Plurimus hunc tumulum flos ambiat, atque faceſſant
Hinc rubi horrentes, aegipyruſque mala.
At violae huc coëant, & amaracus, & narciſſus,
Omnia circa te, Vibie, ſunto roſae,

I 3 quod

EP. C. NAVFRAGORVM JVVENVM DVORVM.

Una juventutis domus haec produxit alumnos,
  Libertatis opus contulit una dies.
Naufraga mors pariter rapuit, quos junxerat ante,
  Et duplices luctus sic periniqua dedit.

EP.

quod paullo aliter versum edidit etiam Brevalius in Itin. Anglic. Tom. III. p. 204 & 205. Maffejus post Museum Veronens. pag. ccccxiv. 6. & in Observat. Liter. Italice Veronae editis Vol. IV. p. 238. 239. ubi Salengrii errores notat. & huc refer ineditum epigramma Graecum, quod primus produxit Gregorius Redius in Diss. de Diis Adhaerentibus, edita in Diss. Acad. Etrusc. Corton. Tom. II. p. 129.

EP. C. NAVFRAGORVM JVVENVM DVORVM] Ediderunt Apianus pag. 215. G. Fabricius pag. 130. Pithoeus Lib. III. pag. 105. Gruterus pag. 658. S. Ferretius in Mus. Lapid. Lib II. pag. 145. Fleetwood in Inscr. Antiq. pag. 222. & Labbaeus Thes. Epit. vet. P. I. pag. 47. exstare Romae male dicitur apud Apianum & Ferretium, nam in veteri Moroni Codice Ravennae in muro vetustissimo apud aedem S. Mariae haberi legitur. quod confirmat Codex meus MSS. Inscript. Cyriaci Anconitani, in quo haec praefigebantur, *Ravennae in muro vetustissimo apud aedem S. Mariae in hortulo exstat marmoreus lapis, in quo sculptae sunt juvenum imagines duae pulchrae cum his versibus, ad modum urnae quadratae, in qua nihil praeter cinerem & ossa consumpti cadaveris capi potuissent.* quae eadem verba etiam leguntur apud Desiderium Spretum in Epigrammatibus urbis Ravennae pag. 31. Tom VII. P. I. Thes. Ital. editum quoque hoc Epigramma est in Itinerariis Anglicis Joh. Brevalii Tom. IV. pag. 186.

v. 1. *Una juventutis domus haec produxit alumnos*] sic edidit Pithoeus. *hos* apud Gruter. Fabric. & Ferret. *Juventatis* legitur apud Fabricium. ut *Juventatis alumni* dicantur pro juvenibus. saepe enim *Juventas* Dea in *juventus* mutata. vid. Heins. ad Ovid. IV. Met. 17. & Claudian. Epith. Honor. v. 84. ejusque & Pierii notas ad Virg. V. An. 398. Muncker. ad Hygin. pag. 10. Freinsh. & Duker. ad Florum I. 7. 8. & Drakenb. ad Silium X. 642. *juveniles* monstroso contra metrum vitio Apianus & Ferretius. quomodo & in MS. Bucheliano. Sed longe aliam hic lectionem nobis suppeditant libri calamo exarati. Nam in codice Cyriaci Anconitani, & Moroni hic titulus legitur,

DVO JVVAN. LVPI ET APRI.

Una Juvaniae domus hos produxit alumnos.

unde simul emergunt nomina horum juvenum LVPI & APRI. & sic apud Gruterum, Fleetwoodum, Desiderium Spretum, & Labbaeum, qui *Juvaneiae* ediderunt, vel *Juvaniae.* apud Ferretium quoque praefigitur,

DVO JVVAN. LVPRI ET APRI.

apud Brevalium denique sic exhibetur,

DVO. . . VVAN. LVPI. ET. APRI.
N. . . . . : JVVANIAE. DOMVS
HOS. PRODVXIT. ALVMNOS.
LIBERTATIS. OPVS. CONTVLIT. VNA. DIES.

reliqua, quae illic sequuntur, cum vulgatis conveniunt. Scribendum nempe,

Una Juvaviae domus hos produxit alumnos.

ut *Juvaviae alumnos* intelligamus oriundos ex urbe Juvavia, a fluvio Juvavo sic dicta, quam credunt esse Saltzburgum in Bavaria. vide Ortelii Thes. Geograph. & Cel. Wesseling. ad Anton. Itiner. p. 236. ubi recte Metelli, poëtae ceteroquin optimi, a *juvando* derivantis, etymologiam facessere jubet: quamquam tamen & inclytus ille Literarum quondam Maecenas Marcus Velserus idem amplectatur Lib. III. Rer. Boicar. pag. 90. *Juvaviam a juvando dictam assentior, & omen agnosco. Juvaviae* etiam mentio in Inscr. antiqua apud Reines. Clas. III. ins. 29. quae emendatior paullo est apud Gruter. p. CCLXV. 4. & *Juvaviensium* apud eumdem Reines. Cl. VI. 36. tum *Decurionum Juvaviensium* Gruter. p. CCCLXXV. inscr. 2 ubi vitiose editur JVVAVENISIVM. eadem dicta fuit *Colonia Hadriana Juvavia.* & multis erudite de ea disserit Lambecius Comment. de Biblioth. Caesar. Tom. II. pag. 668. 669. & seqq. forte etiam *Juvania*, ut in Codice Moroni legitur, aeque recte scribitur ac *Juvavia*, quia *Juvanum* & *Juvavum* habetur in Testamento Caroli Magni, quod exhibet Eginhartus in ejus vita cap. 33. ubi recensentur hae civitates: *Roma*, *Ravenna*, *Mediolanum*, *Forum Julii*, *Gradus*, *Colonia*, *Moguntiacum*, *Juvanum*, *quae & Saltzburgum*, *Treveri*, *Senones*, *Vesontium*, *Lugdunum*, *Rothomagus*, *Remis* &c. sic ex MSS recte edidit Schminkius, cum in vulgatis edd. ut & in prima Comitis Herm. Nuenarii, legeretur *Vivanum*, firmatque codex meus membranaceus antiquissimus, ipsius Caroli M. aetatem prae se ferens, in quo sequentia hoc ordine leguntur, *Mogontiacus*, *Juvanum*, *quae & Saltburg*, *Ratumagus*, *Treveri*,

EP. CI. VMMIDIAE ET P. VMMIDIO.

Ummidiae manes tumulus tegit iſte, ſimulque
Primigeni vernae, quos tulit una dies.
Nam Capitolinae conpreſſi examine turbae
Supremum fati conpetiere diem.

VMMIDIAE C. F. ET P. VMMIDIO PRIMIGENIO.
VIX. AN. XIII. P. VMMIDIVS ANOPTES FECIT.

EP. CII. *Romae.*

Quintum annum & decimum Narciſſus flore juventae
Hoc jacet abreptus conditus in tumulo.
Quiſquis ades, lector, fatum miſerabile cernis,
Parcae nam impubem quem rapuere mihi.
Maeret cara ſoror, quae fratrem luget ademptum,
Mater habet natum, Florum lux candida torquet.

HIC SEPTIMVM DECIMVM FRVMENTVM PVBLICVM ACCEPIT.
SEXTVM DECIMVM. . . . . DEDIT.

EP. CIII. PVERI PAGI. *Romae.*

Quicumque es, puero lacrimas effunde, viator.
Bis tulit hic ſenos primaevi germinis annos,

De-

Treveri, *Senoes*, *Veſontia*, *Lugdunum*, *Remi.* & ita in Iſidori Notitia de Civit. Metrop. quam ex veteri membrana Schobingeri profert Goldaſtus ad Eginhart. p. 216. *Metropolis civitas Juvavo* occurrit. & in Analectis Mabillonii pag. 346. ubi de Epiſcopis Saltzburgenſibus:

Dicta Juvavo fuit quondam metropolis iſta.

& p. 347.

Hic locus, ut fertur, dudum Juvavo vocatus,
Magnus honore fuit, ut modo ſigna probant.

plura de *Juvavia* vide apud Pighium in Herc. Prodic. pag. 142. & ſeqq. Recte igitur pro vulgata lectione, *juventutis alumnos*, quod deſcriptoribus facilius & notius erat prae urbe illis inaudita, emendavimus *Juvaviae alumnos*, id eſt natos & educatos in urbe Juvavia, quam locutionem optimam illuſtrabunt ea, quae diſſeruit Patruus meus initio Praefationis ad Valerium Flaccum.

EP. CI. VMMIDIAE &c.] Ex Urſini notis ad Varronem habet Gruterus pag. 895. 10. cui debent Fleetwood pag. 300. Labbaeus Theſ. Epitaph. vet. P. I. pag. 77. & Ferret. in Muſis Lap. Lib. IV. p. 234. qui recte exponit adoleſcentulam hanc cum juvene verna, frequenti populi ad Capitolium concurſu, ſtatis diebus ſacris ad delubra Numinum, vel Triumphorum occaſione facto, a multitudine conpreſſos & ſuffocatos ſimul periiſſe. ultimo verſu forte legendum *conpoſuere diem.* ut alibi ſaepe. In ſubſcriptione ſcribendum ſuſpicor, P. VMMIDIVS. PANOPTES. ut TI. CLAVDIVS PANOPTES apud Murator. Tom. II. p. MCCXX. 11. quamquam ANOPTES etiam in Inſcript. Doniana Cl. XVIII. N. XI. p. 460. C. CAESELLIVS C. LIB. ANOPTES.

EP. CII. *Quintum annum* &c.] Ita habetur in Inſcriptionibus MSS. N. Heinſii. & legitur in Marmor. Oxon. p. 44. ed. Maitt. & apud Reineſ. Claſſ. XV. Inſc. 12. qui primo verſu dedit *Quintum annum decimum*, ultimo *bonum lux*. pro quo *morum* Reineſ. *florum* Sirmondus. & ſic in Marm. Oxon. forte & *torpet* pro *torquet* legendum. Ex Fabretto cap. III. pag. 189. edidit Bonada Vol. II. p. 254. & exſtat inter Fleetwoodi Inſcript. p. 242. qui v. 6. etiam *morum* vel *florum* legendum conjicit. & in ſubſcriptione *ſextum decimum vendidit.*

EP. CIII. PVERI PAGI.] Edidit Sponius in Miſcell. Antiq. p. 219. & ex eo Franc. Victorius in Diſſert. Glyptograph. pag 28. habet etiam Fabrettus cap. III. inſcr. p. 184. & Reineſius Cl. XVII. 175. p. 863. acceptum a N. Heinſio, ut patet ex ejus Epiſtola ad Reineſ. Tom. V. Syllog. p. 204. ubi narrat ſe

illud

Deliciumque fuit domini, ſpes grata parentum;
Quos male deſeruit longo poſt fata dolori.
Noverat hic docta fabricare monilia dextra,
Et molle in varias aurum diſponere gemmas,
Nomen erat puero Pagus, at nunc funus acerbum,
Et cinis in tumulis jacet, & ſine nomine corpus.

QVI VIXIT ANNIS XII. MENSIB. VIIII. DIEBVS XIII. HO. VIII.

EP. CIV. PVERI JVLI.

Patris eram quondam ſpes & ſolamen Jülus,
Nunc deſiderium mortuus & lacrimae.

EP. CV.

Hic puer octavo fraudatus clauditur anno,
Inpia quem fati ſaeva ruina premit.
Nomen erat Clemens, minime laedendus, & annis
Spes erat in puero: nunc cinis & gemitus.

EP. CVI.

Si fructus proprio ſubdit de germine tellus,
Si reparat ſparſis debita ſeminibus:
Naſcentur tumulo formae, nova meſſis, honores,
Et lepor & ſuavis gramina nequitiae.

EP.

illud habuiſſe a Chriſtophoro Puteano, & in libro ſuo Inſcriptionum MSS. idem deſcripſit Heinſius, ac praefixit inventum eſſe an. 1652. apud Carthuſiam, ubi olim thermae Diocletianae. edidit etiam Fleetwood Inſcript. pag. 244. & Bonada Vol. II. p. 396.

Noverat hic docta fabricare monilia dextra, Et molle in varias aurum diſponere gemmas] tales MARGARITARII & AVRARII dicuntur in Inſcriptionibus vetuſtis. vide Gorium ad Columb. Liviae Tit. 102. & ad Donii Inſcript. p. 319. ubi his ipſis verſibus illuſtrat inſcriptionem Marciae Severae AVRARIAE ET MARGARITARIAE poſitam. *docta manus* pro artifici & perita hic dicitur, ut ſaepe. vide Patrui notas ad Petron. cap. 74. p. 465. & quae habet Cuper. ad Apoth. Hom. p. 116. quibus alia addidit exempla in Praef. pag. 7. *molle aurum*, quod facile flecti ſe patitur & cedit. ut *mollis cera*, & ſim. vide quae notavi ad Lib. II. Ep. CCLXVI. ultima hujus Epigrammatis debentur Virgilio Lib. II. Aen. 558.

——— jacet ingens litore truncus,
Avolſumque humeris caput, & ſine nomine corpus.

EP. CIV. PVERI JVLI] ex MS. Codice Inſcriptionum Jacobi Beyellii profert Barthius Lib. LII. Adverſ. cap. 1 & habetur in G. Fabricii Roma p. 275. cum inſcriptione JVLII SATVRNI. & v. 1. *Patris erat quondam.*

EP. CV. *Hic puer octavo* &c.] apud Smetium fol. 140. & Pithoeum in Praeteruiſſis pag 613. ed. Genev. ſed ubi vitioſe editum eſt. Correctius legitur apud eumdem Lib. IV. p. 153. Gruter. pag. 677. 8. Ferret. Lib. II p. 150. Fleetwood p. 232. Labbaeum P. I. Epitaph. vet. p. 18. Bonadam Vol. II. p. 242. & in codice Bucheliano. verſu tertio *& annis* mendoſum ſuſpicor, & ſcribendum *ab annis*. ſed praecedit *anno*, & *erat* inconcinnius recurrit. an forte, *inanis Spes fuit in puero*. vide ſupra ad Ep. XCVIII.

EP. CVI. *Si fructus proprio* &c.] Legitur apud Pith. Lib. III. in Catalectis Petronianis p. 107. apud Labbaeum Theſ. Epitaph. vet. P. I. p. 75. & Schradaeum in Monum. Ital. p. 164. ubi ultimo verſu *germina nequitiae*. tum ſequentia adduntur,

Vel pro Caſtalia ſurget fons alter in hauſtum,
Quo veniant celeres ex Helicone Deae.
Tota de viduo traxit ſecum orbe. . . .
Semina quae largo ſemine. . . .

ſed pro *largo ſemine* ſcribendum & ſupplendum videtur *largo foenore reddat ager*. In fine praecedentis verſus nomen proprium deſiderari puto. *formae honores* eleganter hic dicuntur, & ex more poëtarum. ut in fragmento carminis Petroniani pag. 668. ed. Patrui primae:

Ac totus tibi ſervit honos, formaque Dearum
Fulges, & Venerem coeleſti corpore vincis.

ubi vide notas.

EP.

EP. CVII.

Inclusit tenerum pretioso marmore corpus
Aeternam in sedem nominis Itacii.

EP. CVIII.

Sic tibi praeterito redeat felicior annus
* Caper, & ex facili vita regatur ope.
N * durae mortis sacratos laedere manes
Ecce monent leges & levis umbra rogi.

EP. CIX.

Parvulus hic situs est, vixit tres usque per annos,
Inque novem menses invalidosque dies.

Nomi-

EP. CVII. *Inclusit tenerum*] apud Ambros. Moralem legitur in Chronico Hispaniae Tom. III. Lib. XV. c. 32. p. 180. b. qui inveniri Allorgae in Monasterio S. Damiani testatur. & edidit Pithoeus Lib. III. p. 107.

EP. CVIII. *Nec tibi praeterito* &c.] sic legitur apud Lips. in Auctar. Smetiano pag. 45. Gruter. pag. 905. 12. Pithoeum Lib. III. pag. 108. Ferret. in Musis Lapid. Lib. IV. p. 235. Fleetwoodum p. 302. & Scalig. ad Tibull. Lib. I. Eleg. 1. v. 81. pag. 115. produxit etiam Scip. Maffejus in Selectis Galliae Antiquit. Epist. XV. p. 71. qui Narbonae descripsit, sed primum distichon mutilum exhibet hoc modo:

Sic tibi praeterito redeat felicior annus
. . . . *& facili. . . . regatur ope.*

& ita inter Narbonensia monumenta adfert Brevalius in Itiner. Anglic. Tom. III. p. 221. N. 6. primo versu omnino legendum *Sic tibi.* ut edidi pro *Nec.* secundo, in voce *Caper* latet nomen proprium, quod divinare difficile est. *Et, Caper, ex facili vita petatur ope* conjecerat Cl. Schraderus. Bonada Vol. II. p. 523. ex Maffejo hoc exhibens, de suo ingenio supplet,

Longaeva & facili vita regatur ope.

satis audacter. *regatur* edidi ex Scaligero, Grutero, Ferretio, Maffejo, & Brevalio nam *recidatur* vitiose apud Pithoeum. an *teratur*? sed *geratur* forte praestet. haec enim inter se commutantur. vid. Cel. Wesseling. Probab. pag. 60. sic *vitam gerere*, *aetatem gerere*, pro agere, recte dici patet ex notis Graevii ad Cic IV. ad Fam. Ep. 5. p. 192. & plura apud Gronov. IV. Observ. 13 & filium ejus Jacobum ad Liv. XXIII. 23. tertio versu *Nae durae mortis* conjiciebat Heinsius. Lege,

Sed (vel *Nam*) *durae mortis sacratos laedere manes*
Parce, monent leges & levis umbra rogi.

hinc versu secundo forte *Mater* emendandum, ut sit pueri epitaphium, matri bene precantis, & rogantis, ut nimiis querelis parceret, quibus manes suos laedi existimabant. vid. supra ad Epitaphium M. Luccejí pag. 9. sic saepe in epitaphiis filiorum vel conjugum. ut in illo Juliae apud Murator. Tom. III. p. 1639. N. 9. licet mutilo, sed cujus versus sic supplendi sunt:

Desine jam frustra mater mea, desine luctu
Te miseram totos excruciare dies.

ita in Epigrammate Homonoeae, infra producendo:

Parce tuam, conjux, fletu quassare juventam,
Fataque moerendo sollicitare mea.

ubi plura notabimus.

EP. CIX. *Parvulus hic situs est*] apud Fabrett. cap. V. p. 362. & descripsit Heinsius ex v. c. Moroni. in quo *Causologus*. apud Fabrett. *Grisologus*. sed *Chrysologus* scribendum. nisi forte quis praeferat,

Nomine Chrysogonus, sed, amabilis ut fuit infans,
Flebilis & miserè raptus ad inferias.

sic *Chrysogonus* viri nomen est apud Cic. Orat. pro Sext. Rosc. cap. 8. & seqq. & liberti Syllae apud Claudian. I. in Eutrop. 440.

—— *jam Chrysogonis tua, Bruse, potestas,*
Narcissique datur.

L. CHRYSOGONVS in Inscr. apud Gruter. p. CCCII. 2. & CHRYSOGONVS CLAVDII BASSI LIB. pag. DCCCCLXVIII. 3. sic CHRYSOGONE feminae nomen in lapidis antiqui Inscriptione, quam edidit Bouhierius inter Marmora Brettiana pag. 17.

DVLCISSIMAE. ET. INNO-
CENTISSIM. FILIAE CHRY-
SOGONE &c.

& in Epigrammate veteri Anthologiae Graecae

Lib.

Nomine Chryfologus, amabilis utque erat infans,
Flebilis, & mifere raptus ad inferias.

SATVRNINVS FILIO
VELIA LALEMA
DELICATO SVO POSVIT.

Ep. CX.

Fani.

Lege aeviterna traditus leto puer
Bis octo in annis, hocce fub tumulo jacet:
Quem cuncta flevit turba, multo plus herus,
Speciem obtinentem moribus cum vinceret.
Hic Phocaenfium civis patrio in folo,
Nunc Italorum Ditis intra terminos
Nomen tenebit Ifidis nati puer.

Ep.

Lib. I. Tit. xxvIII. 2. quod ἀκέφαλον in Graeco textu, fed ex Scholiis ad illum locum fic fupplendum:

Ἡ Κύπρις οὐ πάνδημος ἱλάσκεο τὴν θεὸν εἰπών,
Οὐρανίην ἁγνὰν ἄνθεμα Χρυσογόνας,
Οἴκῳ ἐν Ἀμφικλέους &c.

Id eft, ex verfione Grotii,

Non haec vulgivaga eft: Coeleftem dicere fas eft
Hanc Venerem, pofuit quam bona Chryfogone
Amphiclis in laribus &c.

in Infcriptione Mufei Veronenfis pag. LXV. TIKΤΑΙ ΔΕ ΜΕ ΜΗΤΗΡ ΧΡΥΣΟΓΟΝΗ. fic in Epigrammate Pentadii, quod edidi Tom. I. pag. 111. legendum conjeci in Addendis,

Chryfogone gladium fugiens ftringente marito,
Texit adulterium judice cafta viro.

pro *Chryfocomae*. ut in cod. Leidenfi. licet *Chryfocome* illic maluerit Cl. Oudendorpius. quod non rejiciendum. & forte hic quoque legi poffet *Nomine Chryfocomus*. ut a flavis comis nomen inditum fuerit infanti trium annorum, potius quam *Chryfologus*, ab aureae eloquentiae dote. *amabilis utque erat infans* corrigebat Heinfius. fed praecedit modo *vixit tres utque per annos*. ita tamen edidit Bonada Vol. II. pag. 237. qui in fubfcriptione LALEMAE vocem inter puerilis balbutiae vocabula refert, a *Lallo*, nutricum Deo. fed puto VELIAM LALEMAM nutricis Chryfologi nomen effe, quod non male convenit nutrici, ut LALA & LALVS nomina funt, quae & in monumentis vetuftis occurrunt. vid. Heinf. ad Ovid. II. Faft. 599. & H. Stephan. in Expoft. de Latin. falfo fufp. pag. 60. hinc *lallare* de nutricum ad infantium cunas cantilenis. & *Lalli fomniferos modos* de iifdem dicit Aufonius Epift. XVI. pag. 637. ubi vid. Scalig. & Cafaub. ad Theophraft. Charact. pag. 200.

Ep. cx. *Lege aeviterna* &c.] eft apud Pith. in Praetermiffis p. 482 ubi praefigitur exftare *Fani*, quod inde ortum puto, quia hoc edidit inter alia epigrammata Laurentius Abftemius Fani 1505. ubi etiam titulus praefcribitur *Fani in fancto Paterniano*, ut codici fuo adfcripferat Scriverius. vel *Fani in fancto Petragnano*. quo titulo ex v. c. Moroni defcripfit N. Heinfius, cui paria facit meus cod. MS. Infcript. Cyriaci Anconitani. ex Pithoeo profert Labbaeus Thef. Infcr. vet. P. I. p. 65. fed Urbini haberi indicat Reinef. Cl. XVII. Infcr. 142. p. 855. ex quo fumfit Fleetwood pag. 254. edidit etiam Murator. pag. MLXX. 2. & Bonada Tom. II. p. 391. v. 4. *Specie* v. c. Moroni, & Reinef. *Specie obnitentem* Murator. *Specie obtinente* Cyriaci codex. v. 5. Idem codex corrupte, *Hic afcenfui civis in patrio folo*. in Moroni libro, *Hic Phocenfium civis in patrio folo*. & ita apud Reinef. nifi quod *Phocerfium* ediderit. *Phocenfium* Murator. & v. feq. *Intalorum*, librarii forte errore. in fine autem vitiofe fcribitur in codice Moroni, *Homen tenebet fidis nati puer*. ultimo illo verfu indicatur, puero huic nomen *Ori* fuiffe, qui Ifidis filius. quamquam Harpocrates intelligendus videatur Cupero in Harpocr. pag. 124. quod eodem redit, quia Orus & Harpocrates faepe iidem. corrupte apud Murator. SIDSNATI.

Ep.

EP. CXI.

Vervex, & pueri puer unus, ſponſa, maritus,
Cultello, limpha, fune, dolore cadunt.
Eſſe putas marmor, latet hic cum Caſtore Pollux,
Munus olorino de Jove Leda dedit.

EP. CXII.

Factus amor mitis transfixo clauſit amanti
Lumina, conlegit corporis oſſa Charis:
Tradidit inferias pia Cypris, carmen in ipſa
Urna Erato ſcripſit; tu lege, quiſquis amas.
Non hic corpus ineſt, non hic cinis ater: at una
Flamma calens, cremat haec flamma: viator abi.

EP. CXIII.

Pierides tumulo violas, Venus alma hiacinthos,
Balſama dant Charites, cinnama ſpargit Amor,
Phoebus odoratas lauros, Mars ipſe amaranthos,
Nos lacrimas, rarae munus amicitiae.

EP. CXIV.

Qui ſunt hi gemitus? Charitum. quae pompa? Camillae.
Unde odor hic? cineri tura miniſtrat Amor.

Unde

EP. CXI. *Vervex, & pueri* &c.] primum diſtichon ut ſeparatum epigramma habet Gruterus pag. DCCCXCVII. 7. & ex illo Ferret. Lib. III. p. 180. qui ſenſum exponit. & ſic extat apud Fleetwoodum p. 300. eoſque ſecutum Bonadam Vol. II. p. 259. alterum edidit Gruterus pag. XC.X. 3. ubi utroque loco ex Mazochio adferri legitur; apud quem tamen pag. LXXXIII. utrumque conjunctum eſt, & unum epigramma conſtituit. & ſic edidit G. Fabricius in Monum. Antiq. p. 130. & Pithoeus Lib. III. p. 109. ed. Parif. & p. 91. ed. Genev. neque aliter inveni in codice Meermanniano. cui in margine adſcribitur, haberi *in domo Secretarii Sixti Pontif.* & v. 2. *fune hic dolore cadit.* & v. 3. *latet etiam hic Caſtore Pollux.* ut vitioſe etiam editur apud Mazoch.

EP. CXII. *Factus amor mitis* &c.] *Sanctus amor* conjecerat Patruus. Extat apud Pithoeum pag. 109. qui inter vetera retulit. in cujus ed. Genev. vitioſe v. 4. *Urna Erato ſcripſi.* Sed margini illius editionis, qua uſus olim fuit Broukhuſius, adſcriptum invenit Cl. Schraderus: *Recens hoc eſt Epigramma, & in Hieronymum Angerianum ſcriptum, qui propria manu cecidit.* Sane ſub incerti auctoris nomine Carminibus Angeriani in fine adnectitur. de cujus viri tragico exitu lege notas Broukhuſ. ad Propert. Lib. I. El. 6. 24. patrio ſermone pulcherrimam naeniam memoriae ejus ſacravit Petrus Vlamingius, poſt ſua & Willekenſii Otia Poëtica, carmine tam venuſto, ut antiquis ingeniis ejus inventio ac diſpoſitio cedere vix debeat.

EP. CXIII. *Pierides tumulo violas* &c.] pulcherrimum hoc epigramma habet Pithoeus ibidem p. 109. & ex eo Labbaeus Theſ. Epitaph. vet. P. I. p. 7.

EP. CXIV. *Qui ſunt hi gemitus? Charitum* &c.] Legitur apud Bonifac. de compon. Epitaph. pag. 54. Schradaeum in Monum. Ital. Lib. II. p. 185. b. & habetur in meo Perotti codice, & libro MS. Inſcr. veter. Henniniano: tum in antiquiſſima editione Valerii Probi de Notis Rom. ubi v. 4. *Quis ſatis illacbrymat? quis leget* &c. & huic conſentit codex ille Henninianus, in quo poſt Valerium Probum Epigrammata & inſcriptiones plurimae ſubjunguntur, quarum agmen illic ducit hoc Epitaphium, Romae repertum, ut inſcribitur.

 verſus

Unde pyra? ex pharetra. quisve ardet in igne? Lepores.
  Quaeve eſt inlacrimans? quae legit oſſa? Venus.
O fatum infelix! quid formae gloria prodeſt,
  Si faſtus hominum parva favilla rapit.

EP. CXV.

Hoc caſtae in tumulo jacet aetas prima puellae,
Orbati dolor infelix utriuſque parentis;
Conjugis aeternum lacrimoſo crimen amore,
Et cito deſertae ſubolis lacrimabile fatum;
Da, quicumque legis, fletus, & parce ſepulcro.

EP. CXVI. ANTILLAE.

Heus tu, qui tranſis ſecura mente, viator,
  Siſte gradum, hoc tumulo verba notata lege.
Antilla hic jaceo nondum trieteride plena,
  Bis mihi cum vita carior omnis erat.

verſus ſecundus in cod. Perotti ita diſtinguitur: *Unde odor hic cineri?* in eodem Henniniano *Unde odor hic? cineri: thura miniſtrat Amor.* dein v. 3. *&* *pharetra* & v. 4. *illacrimat* apud Bonifacium. v. 5 *Proh fatum infelix* in cod. Perotti. Ceterum totum fere hoc Epigramma, quod nollem, ſibi vindicavit princeps inter Italos poëtas Sannazarius Lib. I. Epigr. 42. quod eſt in tumulum Neaerae:

Quae voces? Charitum. quae circum pompa? Neaerae.
  Unde odor hic? cineri tura miniſtrat Amor.
Unde pyra? ex pharetra. quidnam ſtruxere? Lepores.
  Aſt haec illacrimans quae legit oſſa? Venus.

& inde imitatum eſſe Joh. Poſthium Epitaphio in Joh. Cnodium Part. I. Parerg. Poët. pag. 149, notavi ad Lotichium Lib. IV. El. 3. 83 verecundius veſtigia hujus Epigrammatis preſſit Michael Marullus Epitaphio Aurae:

Quaenam haec pompa? Aurae. Quis circum planctus?
    Amorum.
  Quae tam lugubri veſte adoperta? Charis.
Unde rogus? fracti ſtruxere Cupidinis arcus,
  Quis ſimul indigno qui jacet igne? Decor.
Heu ſortem miſerandam hominum! Quo faſtus inanis?
  Delicias aevi tam brevis hora tulit.

Similis formae ac coloris Epigramma dialogicum de Ganymede eſt apud Martial. Lib. V. Ep. 56. & de Diogene Cynico apud Auſonium inter Epitaphia Heroum Ep XXXI ejuſdemque generis eſt illud Jovis Imagini ſubſcriptum, quod ex Pithoeo edidi Lib. I. Ep. 6. *Quaenam haec forma? Dei.* &c. & epigramma in puellam formoſam apud Gruter. p. 912. Ferret. Muſ. Lap. pag. 183. & Schradaeum in Monum. Ital. p. 378. b.

Quid natum caedit Venus? arcum perdidit. arcum
  Quis rapuit? Thuſca Flavia nata ſolo.
Qui factum? petiit haec, dedit hic. nam lumine formae
  Deceptus, matri ſe dare crediderat.

quod acutum & non invenuſtum epigramma veteri auctori tribuit Gevartius in Lect. Papin. cap. XVI. pag. 62. Sed in codice Bucheliano, in quo ſub FLAVIAE RVFILLAE titulo legitur, addita erat haec adnotatio: *Epigramma hoc miſſum Grutero, elegans quidem, ſed affectatae venuſtatis, & non ita nuper confictum.* veriſſime. nam id auctorem habere Ant. Thebaldeum Ferrarienſem videbis apud Leichium in Miſcell. Lipſ. Nov. P. I. p. 455. talia apud recentiores Italos frequentia ſunt. vid. J. M. Toſcan. Tom. I. Poët. Ital P. II. pag 40. b. 41. & 80. Joh. Jovian. Pontanum Tumulorum Libro pag. 220. b. & 222. 225 b. & plura apud eundem Marullum, alioſque. & noſtratem Janum Secundum Lib. I. pag. 193. & totam ſylvam ejuſmodi dialogicorum carminum collegit Labbaeus P. IV. Theſ. Epitaph. pag 140-155.

EP. CXV] ſic inter Epigrammata in Italia a ſe eruta protulit Juſtus Ryckius in Primitiis Epiſtolicis pag. 71. nam Muratorius, qui ex Schedis Abbatis Paſſerini edidit Tom. III. pag. 1736. & ex eo Bonada Vol. II. pag. 110. verſu primo male habent, *Hoc caſtae in tumulo jacet pars magna puellae.* metro & ſenſu repugnante. apud eoſdem v. 4. *Et cito deſectae*, quaſi ex utero matris exſecta fuiſſet vide ſupra Epitaphium Lucillae Ep. LXXIV. ſed *deſertae* apud Ryckium legitur.

EP. CXVI. ANTILLAE] Legitur apud Ferret Lib. I. pag 105. & Fleetwood p. 325. apud quos praecedunt

EP. CXVII. MAGNILLAE.

Umbrarum fecura quiës, animaeque piorum,
Laudatae colitis quae loca fancta Erebi!

Sedes

cedunt duo epigrammata, quae in eodem hujus epitaphii marmore, invento an. 1543. in agri Vicentini oppido Arcignano, addita fuiffe dicuntur in altero latere, fed quae longe diverfi generis funt. primum eft epitaphium Lucii Volumnii patris,

Lucius ingenti Romana ftirpe Volumnius,
Quo certe ingentem fata tulere mea.

alterum matris Sergiae, hoc modo;

Foecundam novies Romae natam obruit altae
Poft duo me natos Arcianenfe folum.
Sergia mi nomen fuerat, Volumnius inquam
Conjux, fata cujus faufta fuere parum.

& fic etiam edita funt a Muratorio Tom. III. pag. MDCCXLIV. 6. ex quo dedit Bonada Vol. II. pag. 312. fed haec corrupta, metri leges laedentia, & fere barbara, huic epigrammati ideo non adjunxi, quia videntur Antiliae epitaphio poftea eidem marmori ab aliena manu acceffiffe, quae fors & aliis fixis contigit. hujus vero initium eft defumtum ex epitaphio Homonoeae apud Pith. Lib. III. p. 118.

Tu qui fecura procedis mente, parumper
Sifte gradum, quaefo, paucaque verba lege.

fic paullo infra in illo Acilii, Ep. CXXI.

Sifte gradum, partemque meam concede viator,
Afpicies quantas liquerimus lacrimas.

& Lesbiae fupra Ep. LVII.

Sifte gradum, properet quamvis brevis hora, viator,
Sic fati nullus te dolor exanimet.

ubi vide quae notavi. ultimus verfus mihi de mendo fufpectus eft

EP. CXVII.] Egregium hoc epigramma, Romae in villa Caefarina exftans, produxit Fabrettus cap. V. Infcript. pag 377. qui id Catullo auctore dignum cenfet, & ad ejus tempora referendum adfirmat, tum propter ftyli elegantiam, quam literarum formam, & nullum illi cum Mufis effe commercium dicit, cui non exquifitum hoc videatur carmen. Illius judicium etiam fecutus eft Maffejus in Obferv. Literariis Italice Veronae editis Tom. V. p. 173. & Bonada Vol. II. p. 311. Sed dubito, an communi confenfu illorum, quibus fuffragia de his ferendi jus eft. certe ab iis diverfa fentit D'Orvillius in Animadv. Ineditis ad Muratorium, qui etiam hoc epigramma, tamquam anecdotum, licet jam dudum emendatius a Fabretto editum effet, produxit ex Schedis Francifci Ptolomei in Thef. Infcript. vet. Tom. III. p. MDCCV. 1. fic enim de hoc carmine cenfebat D'Orvillius: *Fabretto, qui tot millia marmorum verfaverit, ego controverfiam de* forma literarum *non moverim: at licet aegerrime a Mufarum commercio removerer, fateri neceffe habeo, fi vis, videri hoc Epigramma fatis elegans, fed nec Catullo, nec ejus feculo tamen dignum. Immo potius aliquot feculis a felici Augufteo aevo remotum fuerim arbitratus.* fenfus *fane*, fenfu mirabilis, *pro ingenio, eft labantis Latinitatis. illud porro* fuper annis docta, decens, dulcis, grata, *vix, credo, purae aures adprobarint. Nam fi conftipari tot epitheta quis probet exemplo Virgiliano,* Monftrum horrendum, informe, ingens, &c. vel Homerico Odyff. M. 119. *ἀλλ' ἀθάνατον, κακὸν ἔστι δεινόν τ' ἀργαλέον τε καὶ ἄγριον, οὐδὲ μαχητόν* &c. *nae is vappam pro vino firmo fervidoque biberit. Quae ftribligo mox,*

Perpetuo talis gemitu lacrimifque colenda,
Infelix aevo tam cito quae caruit.

ne dicam, me non capere, cur animae piorum laudatae *dicantur, in initio Carminis.* & hujus quidem peritiffimi rei poëticae arbitri judicio fuum calculum adfcribere non averfabuntur, quibus legitimum cum Mufis umquam fuit commercium. *fenfu mirabilis* pro ingenio & judicio hic videtur capiendum, ut in illo Clodiae Secundae fupra Ep. LXXI.

Fides, amor, fenfus, pudor, atque fanctitas.

& in alio, quod habetur apud Pithoeum in Praetermiffis p. 483 ed. Parif.

Moribus & fenfu maturus obit tener annis.

& hac forfan notione apud Horat. Lib. I. Sat. 4. 76.

——— *num fine fenfu,*
Tempore non faciant alieno.

qui *fenfus communis* eft eidem Sat. praec v. 66. ubi vide Bentlejum. fic *fenfus* pro confilio & judicandi acumine aliquando ponitur. vide Barthf. Lib. III. Adv. c. 16 & ad Phoebadium pag. 50. qui tamen quod eodem Adverf. Opere Lib. XLIV. cap. 26. in loco Propertii Lib. IV. El. ult. 50.

Turpior a fenfu non erit ulla mea,

legendum exiftimet, & de ingenio intelligat. paucos adfentientes, ut puto, habebit. Agmen etiam ducit hoc Epigramma in Delectu Infcriptionum Metricarum ab erudito Anglo Londini editarum an. 1758. verfum ultimum optime Fabrettus illuftrat ex Cicerone Lib. I. Tufcul. cap. 39. ubi puerorum obitus aequo animo ferendos docens, indicat Callimachi verfum, *Quamquam non male ait Callimachus, multo faepius lacrimaffe Priamum quam Troilum.* quem Graece ex Plutarcho conftituit Davifius. vide Callimachi Fragmenta p. 557. ed. noviff.

Sedes insontem Magnillam ducite vestras
Per nemora & campos protinus Elysios.
Rapta est octavo fatis instantibus anno,
Carpebat vitae tempora dum tenerae.
Formosa, & sensu mirabilis, & super annos
Docta, decens, dulcis, grataque blanditiis.
Perpetuo talis gemitu lacrimisque colenda,
Infelix aevo tam cito quae caruit.
An felix aegrae potius subducta senectae?
Sic Hecuba flevit, Penthesilea minus.

Ep. CXVIII.

Felix haec visa est nascendi lege puella,
Quae non est miseros tum * sortita lares.
Sed legem fatis Parcae dixere cruentam,
Primus natalis condat ut ossa sua.
Cognomen pater huic fuerat natale daturus,
Abstulit atra dies una cum corpore nomen.

Ep.

novist. illo autem Callimachi dicto Epigrammatarium hunc cum judicio usum, & pro Priamo ac Troilo Hecubae & Penthesileae exemplum posuisse notat Fabrettus, quia de puella agitur. & sic Bouhierius ad Cicer. Tuscul. pag. 371. edidit etiam Maffejus in Museo Veronens. pag. 174. & Urbini descripsit ex collectione Fabrettiana. sed vers. sec. male exhibet *Insontes* pro *Laudatae*. sequitur enim *insontem*. disticho secundo aperta imitatio est Tibulli Lib I. El. 3. 58.

Sed me, quod facilis tenero sum semper Amori,
Ipsa Venus campos ducet in Elysios.

sequente versu *fatis instantibus* locutio est Epitaphiorum Inscriptionibus communis, in quibus FATIS VRGVENTIBVS, & sim. passim occurrunt. in Epitaphio Juliae Firmae apud Pithoeum pag. 125. *Subrepta est oculis fato discente iniquo.*

3. *Sedes insontem* &c.] sic in Inscript. apud Gorium Tom. II. Inscr. Florent. pag. 176. SI. QVID. OBLECTAMENTI. APVD. VOS. EST. MANES. INSONTEM. REFICITE. ANIMVLAM.

Sic Hecuba flevit] ultima producta, ut *Leda*, *Andromeda*, *Phaeara*, *Hypermnestra*. & sim. vide Voss. II. de Art. Gr. 34. Miscell. Observ. Vol. II. pag. 201. Patruum ad Ovid Epist. XIV. 1 & ad II. A. A. 261. & quae notavi ad Lib. II. Ep. 46 3. non opus igitur cum Broukhusio *Electre* scribi apud Propert. Lib. II. El. XI. 5. *Non sic Electra salvum quum adspexit Orestem.* ut illic in duobus Leidensibus, tribus Vossianis, uno Dorvilliano, meoque codice legitur. quamvis *Electre* in secundo Dorvilliano; in aliis *Non Electra suum salvum* &c male inferitur.

Ep. CXVIII. *Felix haec visa est*] ex v. c. Moroni in Inscriptionum MSS. libello descripsit Heinsius, ubi praefigitur, *Asseri Dalmatiae extra civitatem.* & habetur ex cod. MS. Fr. Redii apud Gudium in Inscr. pag. 249. ex quo repetiit Bonada Vol. II. p. 318. & ex schedis Capponii produxit Muratorius Tom. II. pag. 1231. 1. sed secundo versu lacunam dedit *miseros tum. . . ita lares.* quam ex Gudio supplere potuerat, qui initio versus habet *Quod* pro *Quae*, quamquam alia desideretur vox, quae indicet puellam hanc visam esse nascendi sorte felicem, quia non humilibus parentibus aut vili de gente edita erat. forsan legi posset *forte potita lares.*

Sed legem fatis Parcae dixere cruentam] forte imitatur Ovid. Epist. XV. 81.

Sive ita nascenti legem dixere Sorores,
Et data sunt vitae fila severa meae.

sic in alio Epigr. apud Pith. p. 482.

Humano generi legem natura creatrix
Hanc dedit, ut tumuli membra sepulta tegant.

vid. Heins. ad Ovid. Epist. XII. 39.

Ep.

EP. CXIX.

REMI ET ARCHONTIAE.

QVI NATIONE GALLA GERMANI FRATRES ADVLTI VNA DIE MORTVI ET PARITER TVMVLATI SVNT.

Haec tenet urna duos, fexu fed difpare, fratres,
Quos uno Lachefis merfit acerba die.
Ora puer dubiae fignans lanugine veftis,
Vix hiemes licuit cui geminaffe novem.
Nec thalamis longinqua foror, trieteride quinta,
Taenarias crudo funere vidit aquas.
Ille Remi Latio fictum de fanguine nomen,
Sed Gallos claro germine traxit avos.
Aft haec Grajugenam refonans Archontia linguam,
Nomina virgineo non tulit apta choro.

DEPOSITI NONIS NOVEMBR. CONS. DIOSC. V. C.

EP. CXX. INCERTAE.

Sum caftae cinerum lapis puellae
Cuftos: me relegens pius viator,
Hujus cognita fi tibi fuiffet
Virtus, lacrimulis tuis rigares.

EP.

EP. CXIX. *Haec tenet urna duos* &c] elegantiffimum hoc & perquam fani coloris Epitaphium ex marmorea tabula, non procul a Conftantinae Maufoleo, prope urbem Parifios effoffa, defcriptum exhibet Sirmondus in notis ad Ennodium p. 94. legiturque apud Arringhium Roma Subterr. Lib. IV. c. 27. Reinef. Cl. xx. p. 985. Fabrettum cap II. p. 112. Labbaeum Thef. Epitaph. vet. P. I. p. 66. Bonadam Vol. II. p. 495 Anglum anonymum in Delect. Infcript. Metr. p. 27. N. xxxv. & Murator. T. I. p. CDVII. N. 2. & vide de eo Journal des Sçavans Tom. X. p. 398. ubi de Reinefio agitur. de Confule Diofcoro, in Epigrammatis fubfcriptione memorato, vide P. Reland. Faft. Conf. pag. 616.

2. *Quos uno Lachefis merfit acerba die*] eft imitatio Virgilii, VI. An. 429.

Abftulit atra dies, & funere merfit acerbo.

3. *Ora puer dubiae fignans lanugine veftis*] *duble* male apud Fabrett. & feq. verfu *congeminare*. adhaeret hic verfus Ovidio IX. Met. 398.

Paene puer, dubiaque tegens lanugine malas,
Ora reformatus primos Jolaus in annos.

dubia veftis eft flos lanuginis, nondum barbae nomine dignus. nam *veftis* eleganter de barba, quae *veftire genas* dicitur. Virg. VIII. Aen. 160. *Tum mihi prima genas veftibat flore juventa.* ad quem locum vide Erythraeum in Indice. fic fupra in Epitaphio pueri, Ep. XCVII. *Nec veftire meam flore novo faciem.* Lucret. Lib. V. 672.

Nec minus in certo dentes cadere imperat aetas
Tempore, & impubem molli pubefcere vefte,
Et pariter mollem malis demittere barbam.

Claudianus Conful. Olybr. v. 70.

Ante genas dulces quam flos juvenilis inumbret,
Oraque ridenti lanugine veftiat aetas.

fic in Elegia Galli apud Pithoeum p. 418.

Candida quod nulla lanugine veftiat ora.

& in fragmento Pacuvii apud Feftum in voce *genas*. *Nunc primum opacat flore lanugo genas.* quod ita fupplendum opinor,

——— *nunc primum mollis opacat*
Flore lanugo genas.

hinc *vefticeps* & *inveftis*. de quo vide Cafaub. ad Apulej. Apol. p. 180. & adde notas ad Ovid. II. Met. 374. In fine epigrammatis *Archontia* dicitur *nomina non apta virgineo choro tuliffe*, quia ejus nomen militaris imperii praefecturam fapere videbatur. ut recte exponit Sirmondus.

EP. CXX.] hoc optimi generis hendecafyllabon legitur apud Fabrett. Infcr. cap II pag. 64 Reinef. Claff. XVII. Inf. 143. quibus illud debent Fleetwood pag

EP. CXXI. C. ACILII EROTIS ET ACILIAE ROMANAE.

Quamvis inscriptum ferali carmine saxum
Saepe legas, nostro nil puto flebilius.
Siste gradum, parvamque moram concede, viator,
Aspicies quantas liquerimus lacrimas.
Una forte die duplici nos pondere mater
Edidit, heu similes, heu male dissimiles!
Invida bis denos Lachesis concesserat annos,
Nondum alio pleno, quod dederat, rapuit.
Nomine Acilianus, quo nomine nunc soror orba est,
Vivat, & a fatis sit procul usque meis.
...adhuc misero quod erit mis. .. . .

Reliqua in marmore desiderantur.

EP. CXXII. *Romae.*

Me miserum, fraternus amor persolvere cogit
Has, puer, exsequias, has, puer, inferias.
Belle puer, formose puer, puer unice, dico,
Quid puer, imo infans, aridus imo cinis.

Vix-

pag. 242. & Bonada Vol II. p. 324. bis habetur in meo Perotti codice, qui inscribit AELON'AE... ANN. XVI. In veteri codice Moroni, unde Heinsius descripserat, versus tertius mutilus legebatur, *Hujus si sibi fuisset.* & subscribebatur ELODIAE CIPARE ANN. XVI. unde subscriptio codicis Perottiani suppleri potest. EVODIAE CIPARE ANN. VI. apud Fleetwoodum. sed CLODIAE legendum censet Reinesius, quod eruditus Anglus, qui in Metricar. Inscript. Delectu hoc epigramma etiam edidit N. 3. pag. 6. ubi Viterbii exstare dicitur, in notis ad finem libri subjectis firmat inscriptione, quae legitur apud Smetium pag. 100. b. N. 10.

CLODIA. CYPARE
DVLCISSIMA. SOROR
C. AEDISCVS. PRISCVS.

a quo differt Gruter. p. DCXXXVIII. 7. qui ultimo versu edidit vitiose CAEDICIAES. PRISCES.

EP. CXXI. C. ACILII EROTIS &c.] hanc solam inscriptionem edidit Vignolius in Select. Inscript. post Diss. ad Column. Anton. pag. 208. ubi carmen non additur, sed quod profert pag. 223. litteris hinc inde decurtatis. Exstat in Thesauro Muratorii T. III. p. MDCXXII. 4. qui praefigit, *Romae exscripsisse Joh. Vignolium*, sed ubi ediderit Vignolius, nec inquisivit, nec notavit. post Vignolium dedit Scip. Maffejus in Museo Veronens. pag. CLXXIV. & Bonada Vol. II. Cl. VII. p. 245. L. ACILIVS EROS etiam est in Inscr. apud Gruter. p. DCV. II.

EP. CXXII.] Edidit Muratorius Tom. III. Thes. Thes. Inscr. vet pag. MDXIV. censetque Musas sibi non adversas habuisse carminis hujus auctorem, & dolendum esse, ejus nomen intercidisse. Mihi genii non penitus quidem invenusti, sed artificii nimis adfectati esse videtur, quam ut antiquitatem saperet; ideoque aetatis suspectae, & forte ab Italo, venae non omnino aridae aut torpentis, sed tamen a poëta non optimo conditum esse opinor. post Muratorium etiam suae Collectioni inseruit Bonada Vol II. pag. 226. ubi monet conferendum esse cum Job Joviani Pontani Naeniis, & suspicatur, illarum hanc partem aliquam, aut eas hinc aliquid mutuatas esse. quod conjecturae meae de auctore Italo adstipulatur. Sed praecipue suspicionem hanc confirmavit postea judicium viri Celeberrimi, & cujus suffragium in re poëtica Muratorii calculo longe anteferendum nemo negabit, Jac. Phil. Dorvillii in Animadv. ad Chariton. p. 260. ubi sententiam de hoc carmine ita fert, ut peritissimi arbitri consensum mihi gratuler: *Sine haesitatione*, inquit, *hoc carmen esse antiquum, negare ausim. immo non tantum recens, forte seculi decimi quinti, verum in multis plane barbarum, & affectatione*

Vixdum natus eras, Lachesis tua fila recidit,
Sic lux, quae fuerat prima, suprema fuit.
Nam quasi momento sub eodem temporis ad te
Torva juventa venit, curva senecta venit.
Mater abortivum quum te produxit in auras,
Parturiit puerum, parturiitque senem.
Mors & abortivum quae te produxit in auras,
Sustulit & puerum, sustulit atque senem.
Ast puto non rapuit te mors, sed filia magni
Cara Jovis, Stygio nupta puella Jovi.
Haec rapuit, paucos ut quum tu adoleveris annos,
. Inter delicias te beet illa suas.
Cresce puer, tu cresce infans, infantule cresce,
Cresce puer, crescas bellule, cresce puer.
Nec desiderium bellae remorare puellae,
Cresce puelle cito, bella puella rogat.
Cresce cito: interea manibus dabo lilia plenis,
Misceboque tuis balsama in officulis.
Tu modo non fratris donum adspernabere, nardum
Suscipe, cum nardo suscipe & has lacrimas.
Suscipe, & hos gemitus fratris cape, & alba ligustra,
Albe puer, similant alba ligustra tibi.
Tu pia verba refer nunc justa & justa sacerdos,
Eja age condantur ustaque bustaque humo.

EP. CXXIII. DOMITII.

Quam male sors leti confundit prospera vitae,
Ut citius terris quod placet eripiat.
Protulerant juvenem coelesti munere secla,
Cui pietas fidei, gratia comis erat.

Justitia

tione & aliis vitiis oppletum, a quibus boni poëtae sibi ceu a peste, & incorrupti gustus, ut ita dicam, veneno cavere debent. Non hic locus singula excutiendi, & arbitris harum rerum legitimis, paucis admodum, securus caussam committo. neque aliter de hoc carmine judicabat idem D'Orvillius in notis ineditis ad Muratorii Thesaurum Inscriptionum. Verba ejus adscribere non gravabor: *Aegre carmen illud pro antiquo agnoverim. Videtur excusum in officina Jo. Joviani Pontani, vel aequaevi poëtae, quamvis nec Joviano, de Naeniis ejus non loquor ineptias tribuere ausim tales,* nunc justa & justa sacerdos Eja age condantur ustaque bustaque humo. *qui haec Musis faventibus scripta censeat, ille ipsas certe numquam propitias expertus est. & quid* sacerdos *in funere* pia verba refert? *An pro mortuo precabitur?* v. 11. auras *pro* aulas *reponendum.* a Muratorio, licet ex eo adferat, nonnihil differt Bonada, qui v. 4. edidit *quid puer, imo cinis.* v. 8. *torva senecta.* v. 9. *cum te.* & v. 11. *auras* pro *aulas.*

EP. CXXIII. DOMITII] quamvis non optimi aevi hoc epigramma esse, facile largiar, non tamen inter Christiana referendum esse adsentior

Gru-

Justitia clarum meritis animoque beatum,
Moribus eximiis, nobilitate probum.
Sed breve tempus habet munus quodcumque Deorum,
Invida Domitium fata tulere sibi.
Communis, sapiens, humilis, moderatus, honestus,
Credere vix possis, iste potens habui.

EP. CXXIV.

M. ANNAEVS. M. F. ESQ.
LONGINVS. MACCVS. VIXIT
DVLCISSIME. CVM. SVIS. AD. SVPREMAM. DIEM
C. GAVIVS. PRIMIGENIVS. VIX. ANN. VII.

Desine jam, mater, lacrimis renovare querelas,
Namque dolor talis non nunc tibi contigit uni.

EP. CXXV.

Conditus impensa jacet hic. . . . .
Frater & hic subito ra. . . . .
Invidia quoi primum rapue. . . . .
Nec data fatorum longa. . . . .

Ep.

Grutero pag. MCLXXV. 6. quem secutus est Fleetwoodus pag. 362. ubi v. ult. *habuit* legit. sed & alia in ista Gruteri Appendice sunt, quae Christiania non merebantur adscribi. certe inter antiqua edidit Labbaeus Thes. Epitaph. vet. P. I. p. 22.

EP. CXXIV.] Exstat apud Murator. Vol. III. p. MCCXXXIX. 10. ex Donio, ut titulus praefert, apud quem tamen frustra quaesivi. sed edidit Gorius in Inscript. Florent. Tom. II. p. 177. Maffej. Mus. Veron. pag. CCLXXXI. 5. & Bonada Vol. II. p. 250. qui ex Gorio repetiit illa, quae de MACCO seu histrione personato notaverat & de tribu Esquilina, histrionibus aliquando data, ut huic M. Annaeo Longino. Versu primo Rev. Patrem Lupum praetulisse *matri*, & Lucam Antonium Gentilem *compecit* maluisse pro *contigit*, admonet Muratorius. utrumque perperam. nam sic in eadem fere sententia, sed versibus longe elegantioribus, apud Albinovanum Epicedio Drusi ad Liviam v. 433.

Supprime jam lacrimas, non est revocabilis istis,
Quem semel umbrifera navita lintre tulit:
Hectora tot fratres, tot deflevere sorores,
Et pater, & conjux, Astyanaxque puer,
Et longaeva parens, tamen ille redemtus ad ignes,
Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.
Contigit *hoc etiam Thetidi, populator Achilles*
Iliaca ambustis ossibus arva premit.

cujus solius loci collatione cum hoc Epigrammate instituta patet, quantum optimi & sequioris aevi Poëtarum ingenia differant. idem quoque in alio Epitaphio apud eumdem Murator. pag. MDLI. 4.

Desine jam frustra mater mea, desine fletu
Te miseram totos excruciare dies.
Namque dolor talis non nunc tibi contigit uni,
Hoc eadem & magnis Regibus acciderunt.

unde etiam patet, male apud Gorium, Maffejum, & Bonadam hic editum *Namque dolor talis non tibi contigit uni.* versu claudicante. supra Ep. XXVII. ut legendum conjeci,

Desine, cara soror, me jam deflere sepultum,
Hoc etiam multis Regibus hora tulit.

EP. CXXV.] sic ex Gorio edidit Muratorius Tom. II. p. MDXIV. 2. inquirendi taedium lectoribus relinquens. mendosius est apud Gudium pag. CCACV. 11. ubi in initio *Conditus impensa jaces ni...* vers tertio *Invida quo primum rapu....* & quarto *Nec fata fatorum lon....* lacunae sic forte suppleri possent,

Conditus impensa jacet hic miserabilis infans,
Frater & hic subito raptus ab Invidia.
Quoi primum rapue. . . . .
Nec data fatorum tempora longa tibi.

nisi mavis,

Frater & hinc subito funere raptus abit.
Invida quoi primam rapuerunt fata juventam,
Nec data sunt vitae tempora longa tuae.

aut,

EP. CXXVI.

JVCVNDVS LIVIAE DRVSI CAESARIS
F. GRYPHI ET VITALIS.

In quartum ſurgens conprenſus deprimor annum,
 Cum poſſem matri dulcis & eſſe patri:
Eripuit me ſaga manus crudelis ubique,
 Cum manet in terris, & nocet arte ſua.
Vos veſtros natos concuſtodite Parentes,
 Ne dolor in toto pectore fixus eat.

EP. CXXVII.

Eutreptus juſtis biſſenos curſibus annos
Egit, at ante diem mors illum merſit acerbo
Funere, nec potuit cuiquam ſuperare ſuorum.

EP.

tut,

Invida quem prima rapuerunt fata juventa,
 Nec data fatorum lege ſenecta tibi.

ut modo in Epitaphio Domitii,

Invida Domitium fata tulere ſibi.

fatorum lege, ut infra Ep. CXXXII. *fati quod lege neceſſe eſt.* & Ep. CXXXVII.

Invida quod pietas lege ſiniſtra tulit.

vide Markland. ad Statii Silvas pag. 288. ſed felicius forte ſupplebunt alii. *Invidia* illa, ut frequens in epitaphiis, eſt Φθόνος, ſeu *Invidia Deorum*, qua caros ſibi propinquos eſſe raptos ſaepe queruntur. ut in epitaphio Graeco apud Fabrettum pag. 731. ſed quod emendatius exhibet Montfaucon Diar. Ital. pag. 273. & ex eo Muratorius Tom. III. pag. MDCCXI. 1. & Hagenbuch. Epiſt. Epigr. p. 41 & 44.

Μητροφίλου τάφος οὗτος ἔχει πολυπένθεα παῖδα,
Ὃν Χαρίτων τίθεσαν πανεπήρατον εἶδος ἔχοντα
Αἰνοτόκων γονέων Φθόνος ἥρπασε &c.

ſic legendum cum D'Orvillio. φθόνος ἥρπασε, ut alibi *Invida ſors rapuit.* qui aliter βάσκανος δαίμων, βάσκανος Πλούτων. ut in Antholog. Gr. Lib. III. Tit. 1. Ep. 8.

Ἀλλά σε νηλειὴς ἤδη βάσκανος ὤλεσε δαίμων
 Ἡλικίῃ ὀλίγῃ εἰκοσιέξ ἐτέων.

id eſt ex verſione Grotii,

Cum ſex adjiceres ad bina decennia menſes,
 Injecere manus invida Fata tibi.

ſic in Nazianz. Carm. pag. 23. inter Anecdot. Graeca Muratorii,

Αἲ αἶ· τῶν ἀγαθῶν ὡς φθόνος ὠκύτερος.

ubi in cod. Palatino μόνας legitur, quod non ſpernendum eidem D'Orvillio videbatur. ſed alterum praefero. ut in alio ejuſdem pag. 25.

——— ἦλθεν δ' ὁ Φθόνος ὠκύτερος.

& in epigrammate Antholog. Gr. Lib. III. Tit. V. Ep. 6. epitaphio Themiſtoclis;

Ὀθνείην ὑπὸ χθόνα, καὶ λίθον. ἤθελεν οὕτως
 Ὁ Φθόνος. αἱ δ' ἀρεταὶ μεῖον ἔχουσι γέρας.

quod ſic vertit idem Grotius,

Externam terram lapidemque volente ſubivit
 Invidia. Virtus, quam tibi parvus honor!

& Tit. XXXI. Ep. 2.

Υἱέι πατὴρ τόδε σῆμα, τὸ δ' ἔμπαλιν ἦν τὸ δίκαιον.
 Ἦν δὲ δικαιοσύνης ὁ Φθόνος ὀξύτερος.

Hoc tibi, nate, pater. contra fuit aequius. aequum
 Sed feſtinanti non placet Invidiae.

vid. Gorium ad Inſcr. Florent. Tom. I. p. 374. plura de hac *Deorum Invidia* vide mox ad Epitaph. Rufini & Rufinillae.

EP. CXXVI.] ex Muſeo Veronenſi pag. CLXX. ubi Maffejus refert ad puerum Jucundum, filium Gryphi & Vitalis, ſervum Liviae minoris, uxoris Druſi Caeſaris, Tiberii & Agrippinae filii. ex eodem edidit Bonada Vol. II. p. 407.

EP. CXXVII] ex Alciati codice adfert Gruterus p. MLII. 7. ex quo excerpſit Fleetwood p. 395. ſed qui verſu primo male ediderunt, *Eutreptus Juſtus biſſenos* &c. nam in meo Alciati Inſcriptionum codice apographo ſic legitur, ut edidi. & ſubſcribitur, D. P. D. N ANASTASIO AGEN. de hoc epigrammate haec adnotaverat ipſe Alciatus: *In eodem oppido* (Anglerlae) *ex carmine eleganti naeniola legitur hiſtoriographis etiam magno futura uſui. Siquidem Anaſtaſii Caeſaris tempore Gotis per omnem Italiam quamvis eſſent ſparſi, Anglerienſes tamen Conſtantinop. Imper. deditos ſe eſſe fatebantur, quod hoc indicat ſaxum, niſi exiſtimes aliquis Anaſtaſium* in

EP. CXXVIII. CORALAE.

Artibus ingenuis cura perdocta suorum,
Sortita egregium corporis omne decus.
Nondum bis septem plenis praerepta sub annis,
Hac Corale casta condita sede jacet.
Ludite felices, patitur dum vita, puellae,
Saepe & formosas fata sinistra ferunt.

EP. CXXIX. RVFINI ET RVFINILLAE.

Quisquis es, huc oculos paullum converte, viator,
Et lege, quod nomen hic titulus teneat.
Antoni fratres, vivorum plaga parentum,
Perfuncti fato hic tenuere locum.
Ambo per invidiam crudeli funere rapti,
Rufinus prior, & Rufinilla dehinc.

in rebus agendis alicujus nomen esse. Agentes nempe *in rebus* saepe in similis aevi lapidibus occurrunt, qui auspiciis Imperatorum *vice sacra cognoscere*, & *gubernare* dicebantur. ut notavi ad Tom. I pag. 324. & 325. & quoa in Addendis laudavi p 375. sed melius tamen opinor, indicari Eutreptum depositum fuisse sub Anastasio in rebus humanis agente. nam D N. est *Domino nostro*. ut passim in numis Imperatorum illius aetatis.

EP. CXXVIII CORALAE] apud Gruter. p. DCCCCVIII. 1. Ferret. Lib. I. p 54. Bonifac. de compon. Epitaph. pag. 70. Labbaeum Thes. Inscr. vet. P. I. p. 19. Fleetwood p. 305. Bonadam Vol. II. p. 305 & in Delectu Inscript. Metric. Londin. pag 9 produxitque Murator. Tom. III. p. MDCLXIV. 13 qui *Hic Crocale* edidit. & v. ult. *formosae fata sinistra trahunt.* quod forte praeferendum, si legamus *formosas*, ut ipse conjicit, & ediderunt Gruterus ac Ferretius. Hypsipyle apud Ovid. Epist. VI. 28

Vivit, an, exclamo, me quoque fata trahunt.

& v. 51. *Sed me mala fata trahebant.* III Met. 176. *sic illum fata trahebant.* ut ex MSS. legendum, pro *ferebant.* ut VII. Met. 116. *sic me mea fata trahebant.* notum illud poëtae veteris, *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.* plura vide ad Eleg. de Spe v. 2. *Solamen miseris, quos sua fata trahunt.* Tom. I. hujus Anthol. pag. 531. vel quia *ferunt* apud alios, non male etiam legi posset *premunt.* ut in illo Horatii Lib I. od. 4 16.

Jam te premet nox, fabulaeque manes.

versu primo recte *suorum* apud Muratorium, non *suarum*, ut alii ediderunt. v. 3. *praecepta* apud Labbaeum.

EP. CXXIX. RVFINI ET RVFINILLAE.] mancum & corruptum produxit Gruterus pag. MCXX. 8. ut notarunt, qui correctius ediderunt, Fabrettus cap. III. Inscr. pag. 188. & Murator. Tom. II. pag. MCXXXII. 8. & ex iis Bonada Vol. II. pag. 225. habetur etiam inter Inscriptiones Basilicae D. Pauli, Romae editas in fol. pag. 46. ubi haec praefigitur inscriptio,

ANTONIO. RVFINO. QVI. VIXIT. ANN. XII. . . .
ANTONIAE RVFINILLAE. QVAE. VIXIT.
ANN. . . M. II D. XIII. H. VI. FILIIS DVLCISSIMIS
. . . . INIVS. VICTOR. PATER. ET. ANTONIA RVFINA. MATER. FECERVNT. ET. SIBI. SVIS. LIB. LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM.

ubi primo versu TI. ANTONIO. secundo, M. ANTONIO. secundo M. ANTONIAE. & quarto TI. ANTONIVS ex aliis supplendum est

v. 3. *vivorum plaga parentum*] eleganter de defunctis & ante diem raptis. hinc emendandus Ausonius Epigr. IX. Parentalium,

Nec licet obductum senio sopire dolorem,
Semper crudescit nam mihi plaga recens.
Admittunt alii solatia temporis aegre,
Haec graviora facit vulnera longa dies.

nunc circumfertur. *crudescit nam mihi poena recens.* & ex his patet, versu tertio ejusdem Epigrammatis legendum esse,

Nunc dolor, atque cruces, nec contrectabile vulnus,
Conjugis ereptae mors memoranda mihi.

ubi *contrectabile fulmen* in vulgatis editur.

Ambo per invidiam crudeli funere rapti] Scribe *Invidiam*, litera majuscula, & intellige Fatum, Mortem. Quoties enim veteres in titulis sepulchralibus vel Epitaphiis *Invidiam* incusant, innuitur mala Fortuna, quae Graecis Nemesis, Latinis *Invidia* dicitur. vide multa egregia apud Gevart. Lib. III. Elect. cap. 10. p. 144 Pontanum Lib. II. Analect. cap. 13. & quae notavit Gorius ad Donii Inscr. Class. II. pag. 64. Ovidius Epicedio

EP. CXXX.

RHANIDI SVLPICIAE L.

DELICIO.

Nata brevi ſpatio partu ſubjecta, nec ante
Teſtatur buſto triſtia fata Rhanos.
Namque bis octonos nondum conpleverat annos,
Et rapta eſt vitae rapta puerperio.
* Praentis tumulus duo funera corpore in uno,
Exſequias geminas nunc cinis unus habet.

SVLPICIA. TRIONIS. L.

RHANIS.

EP.

dio Pſittaci Lib. II. Am. 6. 25. *Raptus et Invidia.* ſic ſcribe. Statius Lib. II. Sylv. 6. 77.

Heu miſero letale favens, ſeſeque videndo
Torſit, & Invidiam Mortemque amplexa jacenti
Injecit nexus. &c.

ſic *Invidia Fati rapitur Vincentia florens* in Inſcr. apud Gudium p. 247. *Mortis ad Invidiam viris* apud Sidon. Apoll Carm. V. 416. Statius X. Theb. 379.

Invida Fata piis, & Fors ingentibus auſis
Rara comes.

Silius Lib. VII. 60.

——— *pariter cecidere Deorum Invidia.*

hinc Paulinus Carmine de obitu Celſi pueri p. 516. ed. Roiw.

Gaudebant trepido praeſagi corde parentes,
Dum metuunt tanti muneris invidiam.

ſic in Epitaphio Probinae apud Pithoeum Lib. III. p. 100

Invida fors rerum fatis quid mergis acerbam.

& pag. 115.

Invidere meis annis crudelia Fata.

& eodem ſenſu Claudianus Epigrammate XLI. in ſepulcrum Speciosae:

Hic Formoſa jacet Veneris ſortita figuram,
Eximiumque decus Invidiam meruit.

vel, ut in aliis legitur, *invidiamque tulit.* ubi non opus eſſe opinor conjectura Heinſii, quamvis ingenioſa,

Egregiumque decus trux Libitina tulit.

nam *invidia* illic capi poteſt de hominum invidia, quam formae praeſtantia excitavit. ut in Epigr. apud Pith. Lib. III. p. 116.

Invidiam paſſus, ſemper fortis tacuiſti.

eadem vero, quae haec Nemeſis ſeu Invidia, eſt Adraſtea. vide Vulcan. ad Ariſt. de Mundo pag. 293. & Spanhem. ad Callimach. pag. 112. ſic φθόνος pari ſenſu a Graecis uſurpatur, & ab ipſis Patribus Chriſtianis. vide Muratorii Anecdota Graec. pag. 23. & illuſtrabunt haec notata Heraldo ad Martialem Lib. VI. Epigr. 29. Graev. Lect. Heſiod. cap. XV. & Scriver. ad Martial. pag. 59. ultimus verſus in metrum inpingit. niſi legamus *Rufinusque prior.* nam ultima in *prior* ſequente vocali producta in hac ſede, non eſt ſine exemplo. Sed quod primam & ſecundam in *Rufinus* bene producat, & utramque in *Rufinilla* male corripiat, nimiae eſt licentiae. Claudiano prima in *Rufinus* ſemper longa eſt, ſed brevis auctori epigrammatis antiqui, quod edidi Lib. II. hujus Antholog. Lat. Ep. 259. ſed haec in Epitaphiis non nimis ſevere exigenda ſunt.

EP. CXXX. RHANIDI SVLPICIAE] apud Fabrettum cap. I. pag. 44. Barn. Mattei Memorie Iſtoriche dell' antico Tuſculo pag. 81 pag. 33. in Tom. VIII. P. IV. Theſ. Ital. Vulpium in vet. Latio Profan. Tom VIII. Lib. XIV. cap. 5. p. 160. & Bonadam Vol. II. p. 408. verſ. 2. Epigramma eſt de matre ſimul cum foetu in puerperio mortua. ſed primus verſus e corruptela obſcurus, & procul dubio illud *nec ante* mendoſum eſt. Forte igitur emendandum,

Nata brevi ſpatio, partu ſubrepta necato,
Teſtatur buſto triſtia fata Rhanis.

nam *Rhanis* corrigendum pro *Rhanos* ex ſubſcriptione patet. vel ſi *ſubrepta* diſpliceat, quia mox *rapta* ſequitur, legi poſſet *ſubducta* ut ſupra Ep. XXXV.

Subductum primae Pylaaen haec ara juventae
Indicat &c.

conferenda ſunt aliquot de feminis in puerperio defunctis epigrammata in Antholog. Graec. Lib. III. Tit. XII. & prae ceteris Meleagri Ep. 5. & egregium ſimilis argumenti epitaphium Graecum a Maffejo editum in Antiqq. Galliae Epiſt. XIV. p. 71.

DELICIO] an forte DELICIAE? vide ad Apuleji Epigr. de Critia Lib. III. Ep 230.

Et Critias, mea delicia, & Sol alme, Charine.

ſed & alterum in lapidibus obvium. ut VISTINIA DELICIVM in Inſcr. apud Gorium Tom. I. Inſcr. Florent. pag. 360. ubi vide ejus notas.

* *Praentis tumulus.*] corrige *Praeſens hic tumulus.* ut in Epitaphio Candidae apud Fabrettum p. 724.

Candida praeſenti tegitur matrona ſepulchro.

EP. CXXXI. THEODOTAE.

Virginis hic tenerae, lector, miserere fepulcro,
Unius huic luſtri vix fuit arcta dies.
O quam longinquae fuerat digniſſima vitae,
Heu cujus vivit nunc fine fine dolor.
Addamus meritis lacrimas tam mortis acerbae.
Nam quae grata forent ſunt modo flenda diu.
Haec Theodote habuit nomen, quae gaudia matris
Perculit aeterno vulnere rapta cito.
Sola tamen tanti reſtant ſolamina luctus,
Quod tales animae protinus aſtra petunt.

EP. CXXXII. *Narbonae.*

Mortua cum fueris, fati quod lege neceſſe eſt,
Uſta cinis proprio contegat oſſa ſolo.
Sacratam cunctis ſedem ne laede, viator,
Hanc tibi naſcenti fata dedere domum.

EP. CXXXIII.

Fato crudeli ſi qua eſt erepta puella,
Certe ego: quae dominae cara puella fui.
Quae me omnes artes docuit doctiſſima cum. . .
Eſſem rapta Scope, nunc tegor hoc tumulo.

EP.

EP. CXXXI. THEODOTAE] apud eumdem Fabrett. cap. III. p. 190 & Fleetwood. pag. 496. verſ. primo lege *ſepultae.* ſecundo, *arcta dies.* tertio verſu notandum, *longinquae digniſſima vitae.* ut forte etiam ſcribendum in Epitaphio Homonoeae apud Pith. Lib. III. p. 100.

Sit tibi terra levis, mulier digniſſima vitae.

& Juliae ibid. p. 102.

Julia quae fueras longae digniſſima vitae.

ſaepe enim *dignus* cum ſecundo caſu apud veteres. quam Graecam figuram eſſe notat Serv. ad Virg. XII. Aen. 649. vide Patrui mei notas ad Phaedr. Lib. IV. fab. 20. 3. Graev. ad Cic. de Haruſp. Reſp. cap. 24. ſic & *indignus.* vid. Heinſ. ad Ovid. Lib. IV. Triſt. 3. 57. & Patruum ad Epiſt. XVII. 256. & quae notavi ad Lib. II. Epigr. 146. 3. verſu ſeptimo *Theodorae* apud Fleetwoodum.

EP. CXXXII] edidit Brevalius Tom. III. Itin. Anglic. p. 222. qui verſu ultimo recte conjecit *naſcenti*, pro *neceenti.* Sed miror eum ex hoc Epigrammate non ſuppleviſſe illud, quod praecedenti pagina producit mutilum,

Sacratam cunctis. . . . . viator,
Hanc ſiquidem nobis fata dedere domum.

ubi *ſedem ne laede* inſerendum eſſe, ex hoc epitaphio liquet. *Uſta cinis* hic iterum notandum, feminino genere, de quo ſupra ad Ep. XXXIX.

EP. CXXXIII] Legi Sulmonae in MS. Bibliothecae Severoliae teſtatur Fabrettus cap. III. Inſcr. pag. 191. ex quo edidit Bonada Vol. II. p. 408. & ex veteri Moroni codice deſcripſit Heinſius in Inſcriptionibus MSS. ubi ultimum diſtichon exſtat hunc in modum,

Quae me omnes artes docuit, doctiſſima cum eſſem,
Rapta Scope, nunc tegor hoc tumulo.

ipſe vero emendabat *Rapta a Perſephone.* ut in epigrammate apud Gruter. pag. 659. 7. quod alio loco exhibebimus,

Annus erat vitae primus, mox deinde ſecundi
Liminibus raptum me ſibi Perſephone.

& firmari poteſt Heinſii conjectura ex Epitaphio Pedanae apud Pithoeum Lib. III. p. 102.

Perſephone votis invidit pallida noſtris,
Et praematuro funere te rapuit.

&

EP. CXXXIV. D. M. DEIPHOBES.

Deiphobe jacet hic, prima intercepta juventa,
Et fecli & fexus gloria rara fui:
Quae, dum vita fuit, Superos ipfumque Tonantem
Torferat, inferno nunc movet arma Jovi.

EP. CXXXV. VINCENTIAE.

Connubii decus egregium, lux alma parentum,
Eximiumque bonum corporis atque animi.
Invidia Fati rapitur Vincentia florens,
Et nunc ante patrem conditur Helyonem.
Quin potius corpus. nam mens aeterna profecto
Pro meritis potitur fedibus Elyfiis.

EP. CXXXVI. PROBAE.

Germine fublimi Proba nomine, mente probata,
Quae fubito rapta eft, hic tumulata jacet.
In qua, quidquid habent cunctorum vota parentum,
Contulerat tribuens omnia pulchra Deus.

Hinc:

& pag. 127.

Cur modo tam praeceps, iterum tam fera fuifti,
Funeris amborum dic rea Perfephone.

& in Graeco epigrammate apud Gruterum pag. MXXXVI. 9.

Ἑβδόμαν εἰς δέκατόν τε βίου λυκάβαντα περῶντα
Μοῖρά με πρὸς θαλάμους ἥρπασε Περσεφόνης.

quod fic vertit Grotius:

At nigra Perfephones trahor ecce cubilia: coeptus
Jam mihi poft decimum feptimus annus erat.

ejufdem coloris eft illud in Epitaphio, quod ex Muratorio fupra edidi Ep. CXXII.

At puto non rapuit te mors, fed filia magni
Cara Jovis, Stygia nupta puella Jovi.

faepe enim puellae formofae a Plutone, & pueri a Proferpina in thalamos rapi finguntur in his monumentis. de quo alibi. fed *Scope* hic eft nomen proprium puellae, cui hoc epitaphium fcriptum eft. nam in titulo habetur,

SCOPENI. VIX. ANN. XI. VETTIA.
NATALIS. VETTIA. PRIMA. P.

Itaque forte legendum,

——— *doctiffima cum effem,*
Rapta fui Scope.

vel *Rapta tamen Scope.* prima producta. ut *tamen* exciderit, cujus prima fyllaba ex praecedentis vocis ultima repetenda erat. Poffis etiam,

Quae me omnes artes docuit doctiffima, cumque
Effem rapta Scope, nunc tegor hoc tumulo.

Legitur etiam bis hoc Epigramma in Codice MS. veterum Infcriptionum olim Wittiano nunc meo, inter illas, quae Sulmonae exftant & habetur apud Gudium pag. CCLIV. 1. & utrumque Phoebonium Hiftor. Marfor. Lib. 1. cap. XI. p. 41. in Tom. IX. P. IV. Thef. Ital. ubi verfu penult etiam *cumque Effem rapta Scope* & in Infcript SCOPENI ANN. XI. omiffa voce VIX. male SCOLPENI editum in Marm. Felfin. pag 487. & tertio verfu vitiofiffime, *Que me omnes artes docuit doctiffima cunctam, Mea rapta Scope.*

EP. CXXXIV. DEIPHOBES] apud Schradaeum in Monum. Ital. p. 187.

EP. CXXXV.] habet Gudius pag 247. 5. & ex eo Bonada Vol. II. Cl. VI. p. 116.

EP. CXXXVI. PROBAE] Legitur apud Maffejum in Select. Galliae Antiqq. Epift. XX. p. 93. ex quo, fed loco non indicato, edidit Murator. Tom. I. p. CCCCXXIII. 1. & ex utroque Bonada Vol. II. p. 511. feculi non optimi eft epigramma. neque tamen omnino indignum. quod & hic legatur. v. 3 fcribendum *In quam.* quartus verfus eft ex imitatione poëtae vetuftioris. & huic loco fimile eft illud in epitaphio Caefiae Celfae, quod produxit Cel. Majanfius Epift. II. huic Voluminis praefixa pag. 44.

Quod vota petiere fuis plerumque parentes,
Cuncta tibi Divae, Caefia, contulerunt.

at

Hinc moeftus pater eft, aviae matrique perennis
. . . . . . heu facinus. . . . . perit pietas.
Accipe qui lacrimis perfundis jugiter ora,
Mors nihil eft, vitam refpice perpetuam.

QVAE. VIXIT. ANNIS. V. MENSES. VIIII.
OBIIT. D̅S̅ III. IDS. OCTVBRIS. PAVLINO. V. K.

EP. CXXXVII.

. . . . menfibus actis
Poft nuptias tenero per quam viduatus eft.
Cafta cui conjux . . . .
Pofteris oftendens ulli fi credere fas eft.
Patre repugnante proprio hec nomine fignat
Nobercam vincens fame nomen ubique m.

EP. CXXXVIII.

D. LAELIVS D. F. PAL. MARSILIVS
D. LAELIVS. MERCATORI. FRAT
D. LAELIVS. MERCATOR. PATER
LAELIA. NEBRIS. MATER. FILIO.

Quod tu debueras frater poft tempora no. :
Majorum ut faceres morte fuprema mi. .
Feci ego cum miferis miferos quos den. . . . . . :
Invida quod pietas lege finiftra tulit.

EP.

ut legendum effe alibi videbimus. non *dignae*, *Caefia*, *conjicerunt*. tertium diftichon mutilum non incommode forfan fuppleri poterit hunc in modum,

——— *aviae matrifque perennis*
Eft dolor, heu facinus, quanta perit pietas!

fic in epitaphio Clodiae Secundae fupra Ep. LXXI.

O quanta pietas fuit in hac adolefcentula.

EP. CXXXVII.] Ipfe lapis eft epitaphium, quod ex additis figuris apparet, mortui cujufdam infantis, cui e priori mariti conjugio nato noverca, ut puto, hoc monumentum, Patre repugnante, pofuit. videntur effe hexametri, fed halucinantur, ut faepe in fepulchralibus infcriptionibus videas, quo luctum exprimant fuperftites adeo eos externantem, ut qui fint, ubi fint, quidve loquantur, non fibi noffe videantur. Similia vide apud Gruterum p. DCLVI. 2. IↃCLXIX. 4. 8. IↃCCLVII. 3. & paffim. verfus fecundus probat, τὸ *viduare* ad mares quoque referri poffe. Horatius:

——— *viduus pharetra rifit Apollo.*

& Silius Italicus Lib. II.

At viduus teli fruftrato proditur ictu.

Deinde forte legendum. *Caftaque conjux.* verfu quarto fcriberem, *ullos fe credere fas eft. fe* pro *fi* ἀρχαϊκῶς. fextus & feptimus, vereor tamen, ne nimis audaciter, an ex ingenio ita emendandi?

Nubercae vincens infame nomen inique.

C. S. SCHVRZFLEISCHIVS *Animadv. ad Gruter. Maniliique Infcript. in Actis ejus Literar.* p. 79. & 80.

EP. CXXXVIII.] ex fchedis fuis edidit Murator. Tom. III. p. MCDLXXVI. 5. fed verfu primo fuppiendum *tempora noftra.* v. 2. *fuprema mihi.* & tertio forte, *quos denique linquis.*

EP.

EP. CXXXIX. D. M.

Hoc Annullinae (mei) memorantur carmine manes,
Parvola quae vix denos. . . . . menfes.
Sed mea divina non eft itura fub umbras
Coeleftis anima, mundus me fumpfit & aftra,
Corpus habet tellus, & faxum nomine inane.

EP. CXL. ARGENTEAE PVELLAE.

Sors tibi fub teneris, Argentea, contigit annis,
Cujus Faufta patrum fecula nomen erant.
Quae nos non aliter, quam te confumpfit, amantes,
Quorum fenfus adhuc quod dolet, intus amat.
Non bene penfantur leti difpendia luctu,
Plus moritur, vivens qui valet effe mifer.
Sume igitur lacrimas, quarum folatia fenfus
Nulla tui, fed nos, quos nocuere, juvant.
Frangitur explicitis triftis fortuna querelis,
Et referata minus pectora vulnus habent.
Nomen dulce matris, folumque Argentea pignus,
Heu mihi, quam fubito funere rapta jaces!
Vernantes calidum decoxit frigore flores,
Et gemmam in fructu mors inimica tulit.

EP. CXLI. VOLVMNIAE ISIACAE.

Offa fub hac lapidum felicia mole quiefcunt,
Sacra animam innuptae virginis aula tenet.

MARI-

EP. CXXXIX.] ita apud Gruter. p. DCCCCI. 14. Ferret. Lib. III. p. 182. & Bonadam Vol. II. p. 327. verfu primo *mei* incommode inferitur, fi *Annullinae* legatur. an forte fcribendum?

Hoc, Anuline, mei memorantur carmine manes.

ut fit epitaphium puellae, adloquentis fuperftitem patrem *Anulinum*. quod nomen in monumentis Romanis non ignotum. vide P. Relandi Faftos Conful. pag. 89. verfu fecundo fcripferit forfan poëta non optimus.

Parvola quae vixi denos tantummodo menfes.

reliqua in metrum varie inpingunt, praefertim *itura*, prima longa; quae fic poffent refingi,

Sed mea damnatas non eft abitura fub umbras
Coeleftis anima.

ut *damnatae umbrae* pro inferis dicantur, quomodo *damnatae noctes* Propertio Lib. IV. Eleg ult. v. 15.

Damnatae noctes, & vos, vada lenta, paludes,
Et quaecumque meos implicat ulva pedes.

coeleftis, ultima ante vocalem producta, non eft citra licentiam fequioris aevi. *divina* & *coeleftis anima* abfurde conjunguntur. neque *divinas umbras* admitteret rei ratio. *mundus* pro coelo, ut alibi faepe. fententiam ipfam verfibus longe elegantioribus expreffit auctor epitaphii M. Luccejo pofiti, quod fupra edidi Ep. XIII.

Non ego Tartareas penetrabo triftis ad undas,
Non Acheronteis tranvebar umbra vadis.
Non ego coeruleam remo fulcabo carinam,
Nec te terribilem fronte, timebo, Charon &c.
Nam me fancta Venus fedes non noffe filentum
Juffit, at in coeli lucida templa tulit.

EP. CXL.] ex Grutero pag. MCLXXVII. 3. Chriftianis inferuit Fleetwoodus pag. 362. fed inter antiqua retulit Labbaeus in Thefaur. Epitaph. vet. P. I. pag. 10.

EP. CXLI. VOLVMNIAE ISIACAE] edidit Muratorius Tom. III. p. MDCCLXVII. 18 qui Chriftianae virginis epitaphium cenfet, (licet *Volumniae Ifiacae* nomen Ethnicam indicet) propter *facrae aulae* vocem, quam pro coelo poni, ut infolitum rejicit. Sed eum hallucinari oftendit juvenis eruditiffimus Petr. Paull. Juftus in Specimine Obferv. Criticar. nuperrime Viennse edito cap. XVII. & *aulam* recte de coelo dici, aliorum fcriptorum exemplis probat.

MARITI VXORIBVS.

Ep. CXLII.

ATIMETVS. PAMPHILI. TI. CAESARIS
A. L. L. ANTHEROTIANVS
SIBI. ET
CL. HOMONOEAE. CONLIBERTAE
ET. CONTVBERNALI.

Tu qui ſecura procedis mente, parumper
Siſte gradum, quaeſo, verbaque pauca lege.

Illa

Ep. CXLII. ATIMETVS PAMPHILI &c.] Elegantiſſima haec & aureo ſeculo digna Atimeti & Homonoeae epitaphia, formam quaſi dialogi mortuorum conjugum exhibentia, quaeque prae ceteris diligentiorem merentur curam, innumeri ediderunt, quos indicare & inter ſe conferre operae pretium eſt. Laurentius nempe Abſtemius in ed. Fanenſi an. 1505. Apianus pag 234. Mazochius pag. CLXIV. & XCII. Smetius fol. CXXIV. Gruter. pag. DCVII. 4. Aldus in Orthogr. p. 488. & ſeqq. Joh. Jovianus Pontanus Lib. I. de Adſpir. pag. 43. Tom. II. Oper. Jacobonius Adpend. ad Fontej. p. 147. G. Fabric. in Monum. Antiq. Lib. II. p. 108. Pithoeus Lib. III Epigr. vet. p. 118. Franc. Modius in Novantiq. Epiſt. XXXIX. p. 179. Boniſac. de comp. Epitaph. p. 82. Ferretius Lib. II. pag 83 Fleetwood Syllog. Inſcript. p. 193. Labbaeus Theſ. Epitaph. P. IV. p. 147. & noviſſime Anglus anonymus in Delectu Metric. Inſcr. p. 23. quorum plurimi Graecum epigramma vel omittunt, vel valde vitioſum praefigunt; alii ſingula ordine diverſo diſponunt, & ſecundum ac tertium ante primum collocant: ut adſert etiam Modius, & Jo. Matth. Toſcanus, ſed omnia uno tenore juncta conpingens, in Epigrammatibus, quae ex vetuſtis Lapidibus collecta edidit poſt. Carm. Illuſtr Poët. Italor. Tom. I. pag. 94 ex quo repetita ſunt poſt Carm. Select. ex Illuſtr. Poët. Seculi XV. & XVI. Veronae excuſa an 1732 pag. 300. Tantum vero numerum virorum doctorum, qui haec epigrammata diverſis temporibus produxerunt, hic recenſere libuit eo magis, quia ante aliquot annos ut anecdota & numquam ab aliis edita, ex Italia miſſa fuerunt ad Anglos, unicos monumentorum veterum arbitros, qui publicae ignorantiae ſecuri tamquam theſaurum recens erutum venditarunt in ſuo Rerum novarum Promtuario (*The Gentleman's Magazine*) Vol. XXVI. Oct. 1756. pag. 488. qui liber eo tempore, quo prodierat, cum mihi ab amico adſerretur, nt me novo hoc emblemate, Anthologiae huic inſerendo, exhilararet, primoſque verſus praelegere incepiſſet, ut ceſſaret rogabam, reliquoſque e memoria cum recitarem, mirabatnr mecum, ea ab Anglis jactari tamquam anecdota carmina, noviſſime Romae ex Urna deſcripta, atque ab amico in Italia peregrinante ad R. Sowdenum tranſmiſſa, & cum operis illius editore communicata; quae ex obviis Inſcriptionum veterum Collectoribus, Smetio, Grutero, Ferretio, ceteriſque ſupra indicatis, nobis Bataviis dudum erant notiſſima. Primum vero illic epigramma eſt *Si penſare animas* &c. ſecundum *Parce tuam conjux* &c. tertium *Tu qui ſecura* &c. quartum *Sit tibi terra levis* &c. omiſſo Graeco Ἡ πολὺ Σεφρίων &c. ſecundo verſu male editur *redimi morte alienâ*, virgula ſuperpoſita, tamquam illa jungenda eſſent, ultima producta: ut in noto Virgilii verſu, de alterna Caſtorum morte, *Sic fratrem Pollux alterna morte redemit.* ſed *aliena ſalus* hic connectenda. quod non animadverterem, niſi hos apices illic ſtudio adpoſuiſſent longis ſimilium vocum ſyllabis, *maturâ per Styga morte*, *morte eſt mihi triſtior ipſâ*, & *digniſſima vitâ.* perperam etiam ediderunt *Cui formam Paphiae*, *Charites* &c. pro *Paphie. Quodque mihi eripuit*, pro *meae.* & denique *Nec pro me queror*, *hoc morte eſt* &c. prave diſtinxerunt. Diverſa autem horum epigrammatum apud illos, quos enumeravi, editores diſpoſitio inde venit, quia hi a dextro, illi a ſiniſtro marmoris latere deſcripſerunt, in cujus medio fuit inſcriptio proſaïca ATIMETVS PAMPHILI &c. eique ſubjectum epigramma Graecum, & ſubſcriptio PERMISSV. PATRONI. IN. FRONTE. LONGVM. P. V. LAT. P. IV. Carmina vero Latina a fronte & tergo conſpiciuntur. ut oculis patebit ex pnlcherrima delineatione ipſius lapidis, ita ut quondam in aedibus Cardinalis Caeſii fuit, quam volupe erit videre apud Boiſſardum Tom. I. Antiq. P. III. Tab.

Illa ego, quae claris fueram praelata puellis,
Hoc Homonoea brevi condita ſum tumulo.

Cui

Tab. 83. & haec variatio etiam obtinet in Codd. MSS. ut in v. c. Moroni, ab Heinſio collato, & in illis, quos ipſe mihi conparavi, Perottiano nempe, Cyriaci Anconitani, & Wittiano. In codice autem Bucheliano poſt Graecum & primum Latinum epigramma, quartum praecedit ſecundum, eique adneaum eſt, quae excipiuntur a tertio. neque aliter in MS libro Inſcriptt. vett. quem nuper ſibi e Galliis conparavit & mecum communicavit, cui plura debent haec Catalecta, vir Ampliſſimus & de literis noſtris praelare meritus, Ger. Meermannus, niſi quod in illo Graecum epigramma deſideretur. Sed ſecutus ſum ordinem illum, quem G. Fabricius, Pithoeus, aliique obſervarunt, quo etiam leguntur haec carmina in meo Henniniano Inſcriptt. Antiqq. codice, cum titulo locum indicante, *Romae in Civitate Leonina in Ecclefia S. Angeli prope S. Spiritum.* cui conſentit liber Cyriaci. Codex Wittianus inſcribit, *in templo Sancti Michaelis Romae.* ut apud Apianum & Mazochium. in codice Meermanniano adpoſitum inveni *in angulo domus ceci* (ſcrib. *Caeſii*) *de monte Leone prope S. Mariam Pacis.* Apianus ſimpliciter *Romae* Inſcripſit. *in aedibus Cardinalis Caeſii in Vaticano* apud Smetium, Boiſſardum, & Gruterum. tria tantum priora epigrammata, ſed junctim edita, ſunt inter Inſcriptt. vett. a Joh. Tacuino productas Venet. 1525. poſt Valer. Prob. & Paul. Diac. de Not. Liter. p. 78. b. nonnulla etiam ad haec epitaphia notavit Barthius Lib. IV. Adverſ. cap. 12. in Codice autem Ger. Joh. Voſſii, ea quo epigrammata quaedam vetuſta deſcripſerat Heinſius, hic titulus praefigebatur, HOMONEAE DOCTISSIMAE AC PROBISSIMAE ROMANAE CONTVBERNALIS ATHIMETI NOBILISSIMI ROMANORVM SENATORIS EPITAPHIVM PIISSIMVM ET MVLTVM ELEGANS ET LOQVITVR AVTOR. quibus paria fere apud Apianum praemittuntur; ſed inſcriptio, quam ex Pithoeo dedi, convenit fere cum reliquis tam editoribus, quam Codd. MSS. Ceterum Atimetus hic idem eſſe creditur, qui a Scribonio Largo Compoſ. eax. memoratur, & *Caſſii Medici ſervus ac libertus Tiberii Caeſaris* dicitur. nam ſic recte illic a viris doctis reſtitutum eſt, pro *legatus Tiberii.* vide egregias Joh. Rhodii notas pag. 189. quod firmat inſcriptio hic praepoſita, ATIMETVS. PAMPHILI. TI. CAESARIS. AVG. L. unde patet ridicule in cod. Voſſiano Atimetum hunc vocari *Nobiliſſimum Romanorum Senatorem.* neque opus eſſe cum Barthio, quia *contubernalium* adpellatione ſaepe conjuges veniunt apud Romanos, colligere, ſolam Homonoeam, quam *contubernalem* vocat Atimetus, libertam vel libertini generis fuiſſe, ut *contubernium* in Jure Romano dicitur de liberi hominis cum ſerva conjunctione: quaſi Atimetus ingenuae fuiſſet conditionis. & Homonoeae *Patronus*, qui eam in contubernium & deinde in conjugium adſcivit, quod colligit etiam ex v. 3. *Illa ego, quae claris fueram praelata puellis.* tamquam per *claras puellas* intelligerentur hic nobiles vel ingenuae, quibus Homonoeam praetulerit Atimetus. Sed ut taceam in codice Cyriaci & Henniniano pro *claris* legi *cunctis*, ipſe Atimetus ſe *libertum Pamphili, Tiberii Caeſaris liberti*, profitetur in titulo carminum, & Homonoeam vocat *conlibertam* & *contubernalem*, propria ſignificatione; nam quod in ſubſcriptione legatur PERMISSV PATRONI, non ad Atimetum ipſum, ſed ad illius patronum referendum eſt nullo praeterea praenomine neque familiae nomine hic inſignitur Atimetus. ut in alio Epigrammate FIRMA EPAPHRODITI. quam illius contubernalem, non uxorem, neque Epaphroditum illum civem Romanum fuiſſe colligit Majanſius in Epiſt. II. ante hoc Volumen edita p. 41. Quid quod *Atimeti* nomen, in inſcriptionibus frequens, libertinae plerumque vel ſervilis ſit conditionis. ut apud Gruter. p. DCXVII. 7.

SOSTRATO. AVG. L.
FECIT.
FLAVIA. MELPOMENE. F.
ET. ATIMETVS. AVG. L.
AMICO. OPTIMO.

ſic ATIMETVS LIB. ibidem occurrit in ſingulari certe Inſcriptione pag. DCCXV. 10. & apud Lipſ. in Auctar. Smetian. p. 41. cui dominus C. VIATVS (ſic enim forte legend. pro C. VIVS) propter filiam ſuam dolo ejus amiſſam inprecatur RESTEM. ET. CLAVOM. VNDE. SIBI. COLLVM. ALLIGET. tamquam poenam ſervo, ſeu domeſtico, dignam, propter rem caram, dolo ejus amiſſam. ita ATIMETVS IMP. CAESARIS. HADRIANI. ANTONINI. AVG. PII. N. ET. LIBERORVM EJVS. ATIMETVS. LIB. TABVL. P. H. C. in Inſcriptione Doniana Claſſ. VII. Inſ. 202. quam ATIMETO AVG. L. A SVPELL. CASTRENSI ponit conjux Flavia Dada, & Filius Fortunatus, Aug. Lib. & Claſſ. XII. Inſ 28. ATIMETVS SERVVS BENE MERENTIBVS DOMINIS FECIT. & ATIMETVS LIB. PVLLARIVS in Inſcript. Codicis MS. Pighiani. quae edita eſt in Grutero p. DLVII. 6. ATIMETVS COMOEDVS apud Bianchin. Inſcr. Sepulcr. pag. 50. & alios ſaepe. Lipſius vero *Atimetum, Domitiae Neronis amitae libertum*, Tacito memoratum Lib. XIII. Ann. cap. 19. eumdem putat hunc Homonoeae maritum, qui e domo Pamphili, liberti Tiberiani, tranſire potuerit ad Domitiam Neronis amitam, ſine dubio, quia in

hac

Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem;
Quam Pallas cunctis artibus erudiit.

Non-

hac Inscriptione dicitur ATIMETVS PAMPHILI. TI. CAESARIS A. L. L. id est AVGVSTI LIBERTI LIBERTVS. ita enim notas illas duplices L. L. exponendas patebit ex Fabretto ad cap. VI. Inscr. p. 474. b. praeterea in loco Scribonii Largi. pro *legato Tiberii Caesaris* idem Lipsius emendat *legato Tiberio Caesari*, ut Atimetus a Cassio Medico, cujus servus dicitur, ultimae voluntatis tabulis fuerit legatus Tiberio. Sed vide Rhodii notas.

v. 1. *Tu qui secura procedis mente*] *procedis secura* solus transponit Apianus. ex hoc initio desumtum est aliud Epitaphium apud Ferret. pag. 105. quod supra edidi Ep. CXVI.

Heu tu, qui transis secura mente, viator,
Siste gradum, hoc tumulo verba notata lege.
Antilla hic jaceo. &c.

& apud Grater. pag. 977. 3.

Tu qui carpis iter gressu properante, viator,
Siste gradum quaeso, quod peto, parva mora est.

distichon hoc separatum a sequentibus edidit Apianus, & novum Epigramma sic inchoat ab illo versu,

HOMONOEA.

Illa ego, quae claris fueram praelata puellis, &c.

forsan non male.

3. *Illa ego, quae claris fueram praelata puellis*] *cunctis* pro *claris* in codice Cyriaci Anconitani. *fueram claris* Wittianus. *claris quondam praelata* in cod. Perotti, secundo loco. nam bis in eo legitur. & ita in cod. Vossiano. *En ego quae cunctis* MS. Henninianus. Sed *Illa ego* longe elegantius. locum hunc aliis exemplis, quibus emphaticum illud *Ille ego*, indignationi plerumque inserviens, optime illustravit, addere potuisset Markland. ad Statii Siivas p. 282. in epitaphiis adhibetur ail movendam obitus commiserationem, & quidem de illis, qui rebus praeclare gestis vel ob alias dotes diutius vixisse meruerant. in epitaphio militis Batavi apud Pith. p. 105.

Ille ego, Pannoniis quondam notissimus oris,
Inter mille viros primus, fortisque Batavus & seqq.
Hic situs, hoc memori saxo mea facta sacravi.

in alio apud Donium Cl. V. N. 133.

Ille ego, qui quondam pre. . . paucisque diebus
Praetextatus agri judex, finisque regendi,
Justitiam colui, partesque aequaliter ambas;
Hic sum, quem cernis, nunc Cassius Agrippinus.

ut legendum esse cum D'Orvillio, supra notavi Ep. XXXII. ubi illud edidi, sed monere neglexi primo versu forte *praetor* inserendum esse. infra in Epitaphio Macrobii & Theodosiae,

Ille ego, qui varios casus variosque labores
Sustinui, ut multas conciliarem opes.
Amisi moriens rerum quaecumque paravi.
Et satis ad manes sufficit urna mihi.

Domitilla in Epigrammate apud Pith. pag. 141.

Ille ego, qui magni parvus cognominis heres,
Corpore in exigua res numerosa fui.

5. *Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem*] *Quoi formam Paphie* cod. Moroni. *Cui formam Paphiae* cod. Perot. primo loco, Ferret. & Bonifac. Apianus autem edidit,

Cui formam Paphiae Charites tribuere decoram.

Paphiae Charites etiam apud Pontanum, & Taculnum, & in cod. Buchel. & Meermann. *Paphia, & Charites* conjecerat Scriverius, me non probante. *Paphie*, ut recte etiam profert Modius, est Venus ipsa. sed *Paphia Venus* adjectivum, a Papho, ut *Paphia myrtus*, & sim. *decoram* etiam in cod. Voss. & *a* superscript. in cod. Buchel. *prebuere decore* vitiose Wittian. sed optime Abstemius, Mazoch. Smet. Gruter. Fabric. Pith. & alii ediderunt.

Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,
Quam Pallas cunctis artibus erudiit.

ut est etiam in Codice Henniniano. his plane eadem in Graeco cujusdam Cleopairae epitaphio, huic Homonoeae perquam simili, occurrunt apud Reines. Cl. XVII. p. 824.

Μορφᾶς ἁ πρωτεῖον ἔχειν δωρήσατο Κύπρις,
Ἔργα δ᾽ Ἀθαναία τίσπνα σωφροσύνης. &c.
Huic primos formae Cypris donavit honores,
Atque opera huic Pallas grata pudicitiae.

eleganter vero distinguit *formam*, seu pulchritudinem naturalem, a Venere sibi datam, & *decorem*, id est venustatem ac gratiam, munus Charitum, quae formam perficit & amabilem reddit. quod sic describit Petronius in Epigramuiate inter ejus Fragmenta p. 675.

Non est forma satis, nec, quae vult bella videri,
Debet vulgari more placere sibi.
Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus
Vincunt naturae candidioris opus.

hinc Juvenail Sat. VI. 161. *Sit formosa, decens.* & de se Vertumnus apud Propert. Lib. IV. El. 2. cum initio carminis dixisset,

Quid mirare meas tot in uno corpore formas?

addit v. 22.

In quamcumque voles, verte, decorus ero.

ita *species* & *decor* distinguitur in illo Tarquitiae Modestae epitaphio apud Bonadam Vol. II. 103.

Nam fuit eximia specie, miroque decore,
Membraque erant vere pectore digna suo.

decor

Nondum bis denos aetas mea viderat annos,
Injecere manus invida Fata mihi.
Nec pro me queror hoc: morte eſt mihi triſtior ipſa
Moeror Atimeti conjugis ille mei.

EP. CXLIII. ATIMETVS.

Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus;

Quan-

decor autem formam ſuperat, eamque auget & conſummat. ſupra in Epitaphio Quinterini Pueri, Ep. XCIX.

Me longe effigie venuſtiorem &c.
Cum tanti fuerim puer decoris.

Tacit. II. Hiſt. 1. *Augebat famam ipſius Titi ingenium, quantaecunque fortunae capax, decor oris cum quadam majeſtate.* ſic recte Rhenanus. in MSS. *decorus.* & quo jure Homonoea hic praeter formam ſibi adfuiſſe gratiam jactet, indicat Graecum Epigramma his ſubjectum, ubi cantu Sirenibus ſe praeſtantiorem ad convivia & Bacchi munera, Venereque ipſa magis feſtivam fuiſſe gloriatur. hanc igitur diſtinctionem recte in hoc verſu obſervavit Barthius IV. Adv. c. 12. & vide quae notavi ad Tom. I. hujus Operis Ep. 203. p. 641. ubi *formoſam* & *venuſtam* diſcernit Auctor Epigrammatis,

Formoſa es, fateor, dives, generoſa, venuſta.

ut legendum, non *vetuſta*, quod in plerifque circumfertur editionibus.

7. *Nondum bis denos aetas mea viderat annos*] ſic Abſtemius, Apianus, Mazochius, Fabric. Pith. & ceteri. nec differunt codd. MSS. Scriverius tamen in exemplaris ſui margine conjecerat,

Nondum bis denos aetas compleverat annos.

ſic in alio epitaphio ſupra Ep. LXVIII.

Nondum vicenos annos compleverat, annum
Supremum Parcae forte dedere mihi.

& Rhanidis Sulpiciae, Ep. CXXX.

Namque bis octonos nondum compleverat annos,
Et rapta eſt vitae rapta puerperio.

alibi in Epitaphio ab Abaſcanto vernae ſcripto,

Quae nondum ſeptem vitae compleverat annos,
Quae caruit luce, & tenebris ſe miſcuit atris,
Liquit & orbatos miſeros fidoſque parentes. &c.

quorum primus verſus in Moroni & Perotti codice ceteris praefigitur, omiſſus apud Pith. pag. 140. in alio apud Ferret. p. 247.

Nondum completis viginti quatuor annis,

& apud Donium Claſſ. x. Inſ. 1.

Bis quinos vitae nondum compleverat annos:

ut legendum haec loca docent, & alibi videbimus. nam male illic editur, *Bis quinos vixit, dum compleverat annos. Nec dum* hic in cod. Wittiano.

8. *Injecere manus invida Fata mihi*] imitatio eſt Virgilii Lib. x. Aen. 419. *Injecere manum Parcae.* ſic in Epitaphio Marii apud Schradaeum in Monum. Ital. p. 156. b.

Terna ego Piſaeae numerabam praemia palmae,
Injecere ſuas cum mihi Fata manus.

addi poſſunt haec exempla iis veterum locis, quibus *injicere manus*, pro inſerre, recte dici contra Budaeum, locutionem hanc inprobantem, obſervavit, dum literis elegantioribus Muſiſque operaretur, Joh. Calvinus ad Senec. de Clem. cap. 5.

9. *Nec pro me queror hoc:*] in codice Cyriaci, & apud Pontanum, Tacuinum, ac Boniſac. haec erat verborum diſtinctio, *Nec pro me queror: hoc morte eſt mihi triſtior ipſa.* ſed perperam. *Nec queror hoc me pro* cod. Buchel. ſed a manu ſecunda emendatum *Nec pro me queror hoc.* in codice Henniniano *Nec pro me queror: hoc morte eſt triſtior ipſa.* & ſuperſcriptum *at morte eſt mihi triſtius ipſa.* in cod. Meermann. *Nec queror. Hoc pro me pro morte eſt mihi triſtior ipſa.* vulgata bene ſe habet. *pro me*, mea pro cauſſa, & utilitate, tamquam vitae longioris cupida. Cornelia Paulli apud Propert. IV. El. XI. 26.

Ipſa loquor pro me: ſi fallo, poena Sororum
Infelix humeros urgueat urna meos.

hinc forte ſe tueri poſſet vulgata lectio apud Ovid. II. Am. 9. init.

O nunquam pro me ſatis indignate Cupido.

ubi *pro te* malebat Patruus meus. verſu altero *Athimeti* male ſcribitur in codd. MSS. ut edidit Apianus, Pontan. & Tacuinus. *Achimeti* in Wittiano. *Athenaei* MS. Buchel. *Atenei* cod. Meerm. *Atimetus*, Ἀτίμητος, fauſti ominis nomen, (aeque ac *Homonoea*, Concordia) notat incomparabilem, nullo pretio aeſtimandum, non vero, inhonoratum. vide Gorium ad Inſcr. Flor. Tom. I. p. 53. *ipſe* v. c. Moron. pro *ille*.

EP. CXLIII. *Si penſare animas ſinerent* &c.] huic Epigrammati in cod. Perotti, Voſſiano, Buchelii, & Meermanniano praeponitur ſequens illud diſtichon, *Sit tibi terra levis* &c. certe apud Boiſſardum, Smetium, & Gruter. ſequitur eodem in mar-

Quantulacumque meae debentur tempora vitae,
Penſaſſem pro te, cara Homonoea, libens.

At

marmoris latere, ſtatim poſt praecedens epigramma. neque aliter edidit Pontanus, & Bonifacius. *animos* pro *animas* Voſſ. codex. Frequens eſt elegantiſſima haec ſententia in carminibus funeſtis, qua dilectorum defunctorum animas ſuo obitu penſare, & inſtar Dioſcurorum alterna morte redimere, vel Orphei ac Proteſilai in modum conjuges ab inferis reducere optant, ſi per fata liceret. In Epitaphio Marſidiae Stabilis apud Reineſ. Cl. XIII. N. 36.

Si pietate aliquem redimi fatale fuiſſet,
Marſidia Stabilis prima redemta forem.

in alio apud Pithoeum p. 117.

Sanguine ſi noſtro, noſtra ſi morte liceret
Pallentes Orco proh dolor eripere.

Ponticus epitaphio uxoris, apud eumdem p. 121.

Cujus fatales penſare optaverat horas
Ponticus, huic conjunx ultima dona dedit.

ſupra in Epitaphio Atiliae Pomptillae, Ep. xc.

Pro cujus vita vitam penſare precanti
Indulſere Dei.

Propertius Lib. II. El. 8. 4.

Quam, mihi ſi media liceat pugnare puella;
Mortem ego non fugiam morte ſubire mea.

penſare & *redimere* propria hac in re verba ſunt, ut ex his locis patet, quibus adde Statium Lib. III. Sylv. 3 192.

Ergo & Theſſalici conjux penſare mariti
Funus, & immitem potuit Styga vincere ſupplex
Thracius.

totum autem hoc epigramma imitatione aperta fere in ſuos uſus convertit Petrus Junius, Epitaphio patris ſui Hadriani Junii, quod legitur in Jani Douzae Poëmatibus, Lib. I. Feralium p. 476.

Si penſare animas finerent fata invida, fili
Et poſſet redimi morte paterna ſalus;
Optarem pro te Stygias deſcendere ad undas,
Et cuperem condi filius hoc tumulo.
At nunc fata vetant, quae me voluere parentis
Ut ferrem ſanctis manibus inferias.

quibus veſtigiis inſiſtit etiam Jacobus Micyllus in Itiner. Francof pag. 466. Itinerariorum Reuſneri: ubi Eobanus Heſſus laudes Philippi ſui Melanchthonis cantans inducitur,

Heu mihi, quam cuperem multo prius ipſe perire,
Et prior extremum poſſe ſubire diem!
Si redimenda foret poſto vita illius iſto,
Aut necis averti vis truculenta queat.

& ex hoc fonte ſuos deduxit rivos Porcelius, poëta Italus, hodie fere ignotus, quia in lucem non prodiit, Epitaphio Marini, quod legitur inter carmina ejus inedita, quae mihi aliquando deſcripſi ex Codice Ampliſſimi noſtri Joh. Wittii, ubi haec inter alia,

Si luctu & lacrimis redimi tua vita ſaluſque,
Aut ſi qua fratris vivere morte queas;
Nulla meas lacrimas abolerent tempora, luctus
Nulla meos, premeret mors mihi ſaeva caput.

& paucis interjectis:

Nunc tibi, quod poſſum, perſolvam funera frater,
Maeſta tuo fratri funera frater habe.
Et ſtatuam tumulum, & dicam miſerabile carmen,
Quo titulum poſſis mortis habere meae.

ubi mallem legeretur,

——— *perſolvam munera, frater,*
Moeſta tui fratris munera, frater, habe.

non diſſimilis genii epitaphia amoebaea inter maritum & uxorem, quae ex his adumbrata videntur, ſunt apud Schradaeum in Monum. Ital. pag. 148. & 227. b.

Penſaſſem pro te] *Penſarem* apud Boiſſard. Pontan. & in cod. Henniniano, in quo vitioſe *deberentur*.

At nunc, quod poſſum, fugiam lucemque deoſque &c.] *Sed nunc* MS. Henninianus. in codice Voſſiano,

——— *fugia lucemque deoſque,*
Ut te immatura per Styga morte ſequar.

quod vulgatae praeferrem. nam & in meo Cyriaci Anconitani codice,

Sed nunc, quo poſſum, fugiam lucemque deoſque,
Ut te matura per ſtigia &c.

ſed a manu ſecunda correctum, *imatura per Stiga.* & *quod poſſum.* de qua formula vide quae notavi ad Elegiam in Obit. Maec. v. 141. in Tom. I. hujus Anthologiae; & infra ad Epitaphium Optati, ubi legitur,

Ergo, quod miſeri poſſunt praeſtare parentes,
Hunc titulum nato conſtituere ſuo.

hujus autem diſtichi elegantiſſimum colorem forte adoptavit poëta neſcio quis in epitaphio Paetae, alibi inter haec exhibendo, quod edidit hoc ſeculo anonymus Britannus in Delectu Inſcript. Metricar. pag. 16.

Quae te ſub tenera rapuerunt, Paeta, juventa,
O utinam me crudelia fata vocent:
Ut linquam terras inviſaque lumina Solis,
Uſque tuus rurſum corpore ſim poſito.

Tu

At nunc, quod possum, fugiam lucemque deosque,
Ut te matura per Styga morte sequar.

EP. CXLIV. HOMONOEA.

Parce tuam, conjux, fletu quassare juventam,
Fataque moerendo sollicitare mea.

Nil

Tu cave Lethaeo contingas ora liquore,
Et cito venturi sis memor, oro, viri.
Te sequor obscurum per iter: comes ibit eunti
Fidus Amor, tenebras lampade discutiens.

conferenda est lamentatio Admeti ad conjugem Alcestin apud Euripidem in Alcest. v. 341.

Παύσω δὲ κώμους, συμποτῶν θ' ὁμιλίας
Στεφάνους τε, μοῦσάν θ', ἣ κατεῖχ' ἐμοὺς δόμους.
Οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν βαρβίτου θίγοιμ' ἔτι,
Οὔτ' ἂν φρέν' ἐξάροιμι πρὸς Λίβυν λακεῖν
Αὐλόν. σὺ γάρ μου τέρψιν ἐξεῖλες βίου.

& paullo post v. 363.

Ἀλλ' οὖν ἐκεῖσε προσδόκα μ', ὅταν θάνω,
Καὶ δῶμ' ἑτοίμαζ', ὡς συνοικήσουσά μοι.

eadem matris filio orbatae est querela in Epigrammate Graeco Leonidae Lib. III. Antholog. Gr. Tit. XXXI. Ep. 8.

Βαίνειν εἰς ἄϊδος σκιερὸν δόμον. οὔτέ μοι Ἠοῦς
Ἡδεῖ, οὔτ' ἀκτὶς ὠκέος ἠελίου.
Αἰ δειλ' Ἀντίκλεις, μεμορημένε, πένθεος εἷς
Ἰητὴρ, ζωὴν εὖγε κομιστάμενος.

id est, interprete H. Grotio:

Jamque mihi votum est loca Ditis adire: nec Eos
Grata, nec est Solis jam mihi dulce jubar.
Anticles miserande, gravis medicina doloris
Ut fias, vitae me, precor, eripias.

& tale solatium manibus uxorum saepe dant mariti in monumentis vetustis, spondentque se brevi eas morte propera secuturos. infra Epitaphio Glyconis:

Digna quidem frui perpetua de luce benigna.
Sed celerat, quo nos fata benigna vocant.

cui simile illud in Epitaphio Graeco Chrestae a marito Synomero posito, quod totum vitiosissime editum a Grutero pag. DCCLXIX. 4. praesertim postremis versibus, quos huc facientes, emendatos subjungam ab eodem H. Grotio, & Latine versos:

Τὸν δε τάφον σοφίης ἕνεκεν κεδνῇ παρακοίτῃ.
Τεῦξε φράσας Συνόμηρος Ἀλεξάνδρεια, πολίτης.
Ἀγνὴ εὐψύχει. κἀμὲ μένει τὸ θανεῖν.

Haec Synomerus ei sapientis praemia vitae
Civis Alexandri struxit monimenta maritus.
Tu ne, saucia, dole, me quoque fata manent.

ultimo versu sine ullo sensu editur *Ἀγένει ἔυψυχει κἀμε μενεῖτε θανεῖν.* unde satis absurde vertit Benedictus Heglus:

Magnanime Agenti, & me cito fata ferent.

par fere votum in alia Inscript. apud Gruter. p. CCCLXXVI 5. MATER. ROGAT. QVAM. PRIMVM. DVCATIS. AD. VOS. & p. DCCXCII. I. LAGGE. FILI. BENE. QVI. MEREAS, MATER. TVA. ROGAT. TE. VT. ME. AD. TE. RECIPIAS. VALE. & in alia Inscr. Muratorii Tom. II. p. MCLXXI. N. I. ubi simile votum parentum:

ET NOS OPTAMVS AD VOS PROPERARE PARENTES.

hinc recte Cel. D'Orvillius in vexato illo marmore, a Tollio & eodem Muratorio antea producto, sed quod castigatius dedit in notis ad Chariton. p. 523. legebat:

Εὔχε, ται σὺν πατρὶ κεχάρμενος, ὄφρ' ἂν ἱκάψω
Σώς, ατος &c.

& interpretabatur, *Tu fili gaude cum patre donec & ipsa adveniam*, vel, *vobiscum conjungar*. non dissimile illud apud Murator. p. DCCLXXI. I.

——— *cara jungunt corpora*
Hae rursum nostrae, sed perpetuae nuptiae.

Ovid. Epist. VII. 103.

Nulla mora est, venio, venio tibi debita conjux.

Statius Lib. V. Sylv. I. 198.

At juvenis magno flammatus pectora luctu
Nunc implet saevo viduos clamore penates,
Nunc ferrum laxare cupit. &c.
Ille etiam certae rupisset stamina vitae,
Ne tu Tartareum Chaos incomitata subires:
Sed prohibet mens fida Duci.

& quae plura hujus generis apud poëtas occurrunt.

EP. CXLIV. *Parce tuam, conjux, fletu quassare juventam, Fataque moerendo sollicitare mea*] *Et fata* perperam in cod. Henniniano. pro *mea* in aliis *tua*. quod recte rejicit Barthius. primus versus ad Atimetum, alter Homonaeam spectat. pro *fletu quassare juventam.* conjeceram olim *lassare*. vel potius, *cruciare*. verbo hac in re proprio. pariter Priscilla ad manes Abascanti apud Statium Lib. V. Sylv. I. v. 177. loco his perquam adfini:

Pars

Nil profunt lacrimae, nec poſſunt fata moveri:
Viximus, hic omnes exitus unus habet.

Par-

Pars animae victura meae, cui linquere poſſem
O utinam quos dura mihi rapit Atropos annos,
Parce, precor, lacrimis, faevo nec concute planctu
Pectora, nec crucia fugientem conjugis umbram.

& Lib. II. Sylv. 6. 93.

——— *quid terga dolori,*
Urſe, damus? quid damna foves; & pectore iniquo
Vulnus amas? (f. alis) *ubi nota reis facundia raptis?*
Quid carum crucias tam faevis luctibus umbram?

fic alibi in Epitaphio Juliae,

Define jam fruſtra mater mea, define fletu
Te miſeram totos excruciare dies.

ut fupplendos eſſe verfus, quos mutilatos edidit Muratorius, fuo loco indicabimus. Sed quia codices fcripti & editi nihil hic variant, adquiefcamus receptae lectioni, & *quaſſare juventam* capiamus, pro nimio luctu adfligere & conficere. ut *quaſſatum corpus* pro variis morbis concuſſum & debilitatum apud Sueton. Aug. 81. Conferendum cum hoc Epigrammate eſt epitaphium, alibi producendum; in quo defuncta uxor ſuperſtitem maritum folatur verfibus huic ipſi Homonoeae Epigrammati adeo fimilibus, ut eorum Auctor illud ante oculos habuiſſe, & de artificii elegantia contendere voluiſſe videri poſſit:

Quid gemis heu tanto felicia funera luctu,
Turbamur lacrimis gaudia noſtra tuis.
Parce, precor, triſtes queſtus effundere. Vixi;
Non erat in fatis longior hora meis.
Immatura peri. ſed tu diuturnior annos
Vive meos, conjux optime, vive tuos.

uterque autem fe ad veterum imitationem optime conpofuit. Nam quod Homonoea hic queratur, *Nil profunt lacrimae, nec poſſunt fata moveri*, efformatum eſt ad illud Virgilianum Lib. VI. Aen. 376.

Define fata Deum flecti ſperare precando.

adpofitum eſt initium egregii illius, fed utinam minus corrupti, Corneliae Epicedii apud Propertium Lib. IV. El. ult.

Define, Paulle, meum lacrimis urguere ſepulcrum,
Panditur ad nullas janua nigra preces.
Te licet orantem furvae Deus audiat aulae,
Nempe tuas lacrimas litora furda bibent.
Quum ſemel infernas intrarunt funera ſedes,
Non exorato ſtant adamante viae.

fupra in optimo M. Lucceji Epitaphio, Ep. XIII.

Adfinis memorande, quid o me ad ſidera coeli
Ablatum quereris, define flere Deum;
Ne pietas ignara ſuperna ſede receptum
Lugeat, & laedat lumina triſtitia.

elegans praefertim hac in re uſus eſt verbi *Parce*, ut hoc loco, & *Define* in praecedentibus. fupra Ep. LXXVII.

Parcite vos lacrimis dulces cum conjuge natae,
Viventemque Deo credite flere nefas.

Hercules Oetaeus apud Senecam v. 1942.

Quid me tenentem regna ſiderei poli
Coeloque tandem redditum planctu jubes
Sentire fatum? parce. nam virtus mihi
In aſtra & ipſos fecit ad Superos iter.

& v. 1965.

Non puppis umbras furva tranſvexit meas.
Jam parce, mater, queſtibus.

Auctor Octaviae v. 270.

Renovare luctus parce cum fletu pios,
Manes parentis neve ſollicita tuae.

ubi fimiliter *parce fletu luctus renovare*, & *ſollicitare manes*, ut in his Homonoeae, *parce fletu quaſſare juventam*, & *fata moerendo ſollicitare.* in farcophago apud Sponium pag. 173. Miſcell.

——— *percolſi vulnere manes*
Parcite jam luctu ſollicitare meos.

laedere manes dicit Tibullus Lib. I. El. 1. v. 81.

Tu manes ne laede meos: ſed parce ſolutis
Crinibus, & teneris, Delia, parce, genis.

ubi vid. Broukhuf. quae adduntur in Epigrammate Homonoeae *Viximus, hic omnes exitus unus habet*, & in altero illo carmine, *Parce precor triſtes queſtus effundere. Vixi*, etiam debentur verfui Virgiliano, IV. Aen. 653.

Vixi, & quem dederat curſum Fortuna, peregi.

& inde imitatus eſt Lotichius Lib. I. El. 6. v. 36.

Scilicet haec mortis dantur mihi ſigna propinquae.
Viximus. exacto tempore fata vocant.

hinc apud Nepot. Epam. cap. IX. *Satis*, *inquit*, *vixi. invictus enim morior*. fic enim legend. non *vicri*. ut vitiofe in ed. Hackian. & hoc quaſi ex formula, εὐφημίας gratia. vide notas Titii ad Nemefian. Ecl 1. v. 11. fic Graecis βεβίωκα. de quo vide Petav. ad Epiphan. p. 27. fequens verfus,

Non erat in fatis longior hora meis,

adhaeret eidem Virg. X. Aen. 472.

——— *& jam ſua Turnum*
Fata vocant, metaſque dati pervenit ad aevi.

Quae in fine feſtant,

Quodque meae eripuit mors immatura juventae,
Id tibi victuro proroget ulterius;

conveniunt voto ejufdem Corneliae, filiis fuis bene precantis, apud Propertium d. Eleg. v. 91.

Diſcite venturam jam nunc ſentire ſenectam,
Coelibis ad curas nec vacet ulla via.
Quod mihi detractum eſt, veſtros accedat ad annos,
Prole mea Paullum ſic juvet eſſe ſenem.

Par-

Parce, ita non umquam ſimilem experiare dolorem,
 Et faveant votis numina cuncta tuis.
Quodque meae eripuit mors inmatura iuventae,
 Id tibi victuro proroget ulterius.

EP. CXLV. ATIMETVS.

Sit tibi terra levis, mulier, digniſſima vita,
 Quaeque tuis olim perfruerere bonis.

EP. CXLVI. HOMONOEA.

Ἡ πολὺ Σειρήνων λιγυρωτέρη, ἡ παρὰ Βάκχῳ,
 Καὶ θοίναις αὐτῆς χρυσοτέρη Κύπριδος,

Ἡ

Parce. ita non umquam ſimilem experiere dolorem codex Henninian. & paullo poſt, *Quodque mihi eripuit* in vet. Codice Moroni. Cyriaci, Wittian. Henniniano, Buchel. & Meermann. & apud Mazoch. Boiſſard. Pontan. Modium, Gruter. & Ferret. *porriget* in Cod. Buchel. a manu pr. Sed iſta quidem fuſius paullo ad venuſtiſſima haec Atimeti & Homonoeae Epitaphia notare libuit in gratiam illorum, qui norunt, quanti interſit ſimiles optimorum artificum manus, licet diverſae videantur, indagare atque inter ſe conferre, & hinc vividos nulloque fuco depravatos imitationis poëticae colores, qui tempeſtive ſplendeant, in ſuas Muſarum tabulas derivare.

EP. CXLV. *Sit tibi terra levis* &c.] deſiderari hos verſus apud Gruterum dicit Muratorius Tom. III. pag. MDCCLXXI. I. ideoque illic eos ex ſchedis ſuis edidit. Sed oportet Gruterum Muratorio non inſpectum fuiſſe, quum reliquis ſubnectantur. *digniſſima vitae* etiam legi poſſe notavi ſupra ad Ep. CXXXI.

Quaeque tuis olim perfruerere bonis] *Atque tuis olim perque fruare bonis* in Cod. Voſſiano.

EP. CXLVI.] vitioſiſſime hoc Epigramma Graecum ediderunt Apianus, Mazochius, Aldus, Fabrettus cap. III. p. 236. aliique. nonnihil emendatius tamen Gruterus, Pithoeus, Fleetwoodus, Donius Cl. VIII. Inſcr. 92. p. 336. ubi duas Salvinii interpretationes Latinas addidit: quas e Donio etiam dedit Bonada Vol. I. p. 444. in meo Perotti codice binis diverſis locis hujus Epigrammatis verſio Latina legitur, cujus meliores lectiones ex utriuſque loci collatione excerptas dabo,

Ego quae cantu eram Syrenis ſuavior, ego quae apud Bacchum
 Et menſas ipſa eram magis aurea Venere,
Ego chara pulcraque hirundo, hic Homonoea Iaceo, Atimetoque lacrymas reliqui.
Cui gratiſſima fui a pueritia; tantum autem
 Deus improvidus laceravit amorem.

in libro MS Cyriaci Anconitani hanc offendi, priori non multum diſſimilem,

Quae multum Sirenarum cantu dulcior, & quae ad Bacchum
 In ſolatitiis magna aurea Venere.
Quae eloquii voce clarior arundine (leg. *hirundine*)
 Hic Omonea jacet Athimeto linquens lachrymas.
Cui fueram ſolatium a pueritia. illam autem tantam
 Deum inopinate disjunxit amicitiam.

aliam metro ligatam habet Codex Buchelianus, his numeris:

Quae ſuavi cantu vici Sirenas, & inter
 Menſas ſum Cypria grata parata magis,
Pulcra, humana, vigens, jaceo nunc hic Hemonoea
 Nil Atimeto linquo niſi lachrimas.
Qui ſummo eſt ſemper me amplexus amore puellam,
 At Deus iratus rupit amicitiam.

ſed cum hae verſiones minime Sirenarum aut aëdonum cantum aequent, audiamus potius dulciſſimam Hugonis Grotii ſic vertentis Muſam, ex Anthologiae Graecae Latinis verſibus ab eo redditae Mantiſſa Tertia, qua Graeca Epigrammata, apud Gruterum exſtantia, interpretatus eſt,

Sirenas potui cantu quae vincere, qua nec
 In vino & dapibus dulcior ipſa Venus,
Hic Homonuea tegor, modo garrula ficus hirundo,
 Nunc ſed Atimeto ſum dolor & lacrymae.
Cui dilecta fui jam parvula. vis fera fati
 Quam ſubito talem rupit amicitiam!

quae certe Salvinii verſionibus etiam longe elegantior eſt. ex G. Fabricio adfert hoc Epigramma Barthius Lib. IV. Adverſ. cap. 6. in fine, ad Lycophronis locum illuſtrandum, ubi Caſſandra v. 1460. etiam hirundini ſe conparat, & v. 3. χελιδόνων

N emen-

Ἡ λαλίη φαιδρή τε χελέιδονος, ἔνθ' Ὁμονοία
Κεῖμαι, Ἀτιμήτῳ λειπομένη δάκρυα.
Τῷ πέλον ἀσπασίη, βάιης ἀπὸ. τὴν δε τοσαύτην
Δαίμων ἀπρεϊδὴς ἐσκέδασεν Φιλίην.

PERMISSV PATRONI.
IN. FR. LONGVM. P. V. LATVM. P. IV.

Ep.

emendat pro χιλιδόνος, vel χιλιδόνις, ut apud Gruter. Fabret. Donium, aliosque. Epigramma autem sic exhibet Barthius, ut emendandum jubet, sed operarum vitio legitur βακχῳ versu primo, & καίμαι versu quarto. Idem v. 2 pro θοίναις emendandum jubet θνάτοις αὐτῆς in notis ad Zachar. Mitylen. p. 266. sed vulgatam non sollicitandam opinor, quia jactat se ἐν θοίναις, seu conviviis, cantu & dulcedine convivas exhilarasse; sed nunc pro hac hilaritate Atimeto dolorem & lacrimas morte sua relinquere. similis fere querela Admeti defunctam Alcestin lugentis apud Euripid. in Alcest. 343.

Παύσω δὲ κώμους, συμποτῶν θ' ὁμιλίας,
Στεφάνους τε, μοῦσάν θ', ἣ κατεῖχ' ἐμοὺς δόμους.

sic in Epitaphio Tib. Claudii, infra edendo,

Quis bona non hilari vidit convivia vultu,
Adque meos mecum pervigilare jocos?

ubi plura. Ex veteri Moroni codice Heinsius notaverat has scripturae mendosae lectiones. v. 1. λιγυρότερη ἢ παρὰ β. . χω. v. 3. Ἡ λαλιὴ φιδροτέρη χιλοίδονις. v. 4. λειπυσα δάκρεια. v. 5. Τῷ πέλει ἀσπασίη βιης. & v. 6. Δαίμων ἀπριϊδὴς ἐσκέδασεν. apud Gruter. Fabret. & Donium corrupte, ἀσπασιηβαίης. ab illis enim vitiose editum esse, merito queritur Dorvillius ad Chariton. p. 523. sed pluribus maculis obsitum ediderunt Apianus & Mazochius, quas enotare piget. ultimo versu Pithoeus transposuit Δαίμων ἐσκέδασεν ἀπρεϊδὴς, sed alterum praetuli, secutus G. Fabricium, Gruterum, aliosque, propter ultimam in ἐσκέδασεν male productam, vocali subsequente. Δαίμων ἀπρεϊδὴς legendum esse, pro eo, quod alii ediderunt Δαίμονα πρειδὴς, monuit etiam Leichius in Miscell. Lips. Nov. P. I. pag. 490. Omittendum non est, ex hoc epigrammate conflatam esse fictitiam illam inscriptionem Latinam, quae Calderii in agro Veronensi exstitisse dicitur, & legitur apud Ursinum in Inscript. Veronens. p. 229. Sponium in Miscell. p. 203. Reinesium Cl. XII. in fine. Fleetwoodum pag. 194. Ferret. in Mus. Lap. pag. 106. in notis, & Lib. IV. pag. 288. ubi ut antiquum Turpiliae epitaphium produxit:

QVAE. MVLTVM. SIRENARVM. CANTV DVLCIOR
ET. QVO. AD. BACCHVM. IN. SODALITIIS. MAGIS
AVRSA. VENERE. QVAE. ELOQVI (leg. ELOQVIO) CLARIOR
HIRVNDINE. ET. QVAE. AD. IVNONIS. FONTES
CAELESTIA. SOLATIA. CAPIEBAT.
HIC. TVRPILIA. JACET. SIBIO. LINQVENS. LACRIMAS
CVI. FVERAT. SOLATIVM. A. PVERITIA. ILLA (scrib. ILLAM)
AVTEM TANTAM DEMVM (leg. DAEMON) INOPINATE DISIVNXIT AMICITIAM.

totum enim est ex hoc Graeco Epigrammate versum, mutatis tantum nominibus, & additis illis, QVAE AD JVNONIS FONTIS CAELESTIA SOLATIA CAPIEBAT. quam inposturam Reinesio, in Gruteri evolutione, ut dicit, versatissimo, non suboluisse merito miratur Fabrettus. cui tamen hoc ipsum carmen ante oculos habenti non minus miror praeteritum fuisse, in ultimo versu pro DEMVM legendum esse DAEMON. quod Graeca jubent. ut passim in epitaphiis formosae ante diem a Daemone, Plutone, & Orco rapi dicuntur. de quo alibi. tertio versu pro ELOQVI Ursin. Spon. & Fabrett. ELOQVI VOCE. sed ELOQVIO verius arbitror. Conferamus potius cum hoc Epigrammate illud Petroniae Musae positum, cujus initium edidit Sponius in Miscell. p. 46. sed octo versibus integrius produxit Fabrettus pag. 287. Cel. Gorius in Inscr. Flor. Vol. I. p. 270. & ante hos omnes Gruterus pag. MCXVIII. 9. & Manilius in villa Borghesia pag. 128. totum exhiberi meretur:

Τὴν κυανῶπιν Μοῦσαν ἀηδόνα, τὴν μελίγηρυν
Αὐτὸς ὅ δ' ἐξαπίνης τύμβος ἄναυδον ἔχει.
Καὶ κεῖται λίθος ὡς ἡ πάνσοφος ἡ περίβωτος
Μοῦσα καλή, κούφη σοι κόνις ἥδε πέλοι.
Τίς μου τὴν Σειρῆν' ἀκακὸν κακὸς ἥρπασε Δαίμων;
Τίς μου τὴν γλυκερὴν ἥρπασεν ἀηδονίδα;
Νυκτὶ μιῇ ψυχραῖνει ἄφαρ σταγόνεσσι λυθεῖσα
Ὤλεο Μοῦσα, ἐτάκη δ' ὄμματ' ἐκεῖνα σεο.
Καὶ στόμα πέφρακται τὸ χρύσεον, οὐδὲν ἔτ' ἐν σοὶ
Λείψανον ἐκ σῆς, ἡ σοφίης πέλεται.
Ἔῤῥετε μέρμηραι θυμάλγεες, ἄμμοροι ἐσθλῶν,
Ἐλπίδος ἀνέλπωτοι, πάντα δ' ἄδηλα τύχης.

ver-

Ep. CXLVI.

GRACILIS MARITVS PROBINAE CONJVGI.

Perpetuas fine fine domos mors incolit atra,
Aeternofque levis poffidet umbra lares.

Vita

verfionem Latinam Ant. Mar. Salvinii metricam adpofuit Gorius. Sed cui longe praeferenda eft haec Hugonis Grotii,

Mufa nigris oculis pulcberrima, dulcis aëdon,
Sub lapide boc vili muta repente jacet.,
Ceu foret ipfa lapis, fic dicta & nobilis illa
Mufa jacet. verum fit tibi terra levis.
Quod rapuit dulcem mibi numen aëdona? faevi
Quae Sirena mibi fuftulit ira dei?
Una nocte nocens beu te, mea Mufa, peremit
Occlufitque oculos frigida gutta tuos.
Inferuitque ori mellito vincula, fit nunc
Ut nibil eloquio de fapiente fuper.
Ite procul curae mortalia corda vorantes,
Spe fine: Fortunae eft non nifi fluxa dare.

verfu fexto Μύτλω male Fabrettus conjunxit, & in interpretatione dedit *Quis Muten dulcem rapuit Lufciniolam.* quod merito quidem caftigavit, & μυ τλὼ legendum effe monuit Celeb. Wefſeling. in Probab. cap. IX. in fine. Sed jam recte ita ediderat Gruterus, & errorem Fabretti correxit illic Gorius. ex quo emacuiandae funt nonnullae vitiofae apud Gruterum lectiones. ut v. 5. Σειρῆνα καλῶς καλὴ. v. 7. λυθεῖσαν. v. 9. χρόνεον. v. 10. Λείψανον ἡ καλῆ σῦ σοφίης. & v. penult. Ἔρρετ' εἱμέρμεναι. quae omnia in fuo Gruteri exempiari caftigaverat etiam Gudius, adnotans fe an. 1662. Romae vidiffe, & ita emendaffe ex ipfo lapide in villa Borghefia ad Portam Pinciam. & praeterea v. 3. pro Καὶ κεῖται adfcripferat ex conjectura Καὶ κάλει, *Et clama*, *Et dic*, *lapis ipfe eft docta* &c. eodem epigrammate v. 5. ἥρπασε Δαίμων, ut in hoc Homonoeae epitaphio: & in alio Mufei Guarnacciani apud Hagenbuch. Epift. Epigraph. p. 393.

Ἄρτι με γινόμενον ζωῆς βρέφος ἥρπασε Δαίμων.

& in lapide Alex. Capponii Pinto dicitur ἁρπάζειν κόρην apud eumdem Hagenbuch. pag. 403, & 404. Ceterum utroque epigrammate *Siren* & *aëdon* dicitur de cantatrice vel poëtria, quae eleganter apud poëtas cum his conparantur. de quo vide Bonadam Vol. I. p. 445. & quae notavi ad Tom. I. Ep. 169. p. 114. & infra ad Epitaphium Coccejae Nices, illo verfu, *Et fuper in tuulo Maratbonis cantet aëdon.* eodem colore Rhinthon poëta Syracofius Μουσάων ἀηδονὶς dicitur in epigrammate Noffidis Lib. III. Anth. Gr. cap. VI. Ep. 16.

Καὶ καπυρὸν γελάσας παραμείβεο, καὶ φίλον εἰπὼν
Ῥῆμ' ἐπ' ἐμοί. Ῥίνθων εἰμ' ὁ Συρακόσιος,
Μουσάων ὀλίγη τις ἀηδονίς. ἀλλὰ κορύμβων
Ἐκ τραγικῶν ἴδιον κισσὸν ἐδρεψάμεθα.

fic enim pro καλύκων legendum, quod & pro varia lectione habet Scholiaftes in editione Obfopaei, & in fua verfione fecutus eft Grotius:

Hunc tranfi tumulum ridens, & dulcia verba
Dic mibi: fum Rbintbon ille Syracafius.
Parvula Mufarum quaedam Pbilomela: coronis
Ex tragicis bedera eft propria carpta mibi.

fic *theatri Siren* dicitur Menander in verfibus Graecis apud Gruter. p. MXXVII.

Φαιδρὸν ἑταῖρον Ἔρωτος ὁρᾷς Σειρῆνα θεάτρων
Τὸν δὲ Μένανδρον ἀεὶ κρᾶτα πυκαζόμενον.
Οὕνεκ' ἄρ' ἀνθρώποις ἱλαρὸν βίον ἐξεδίδαξεν,
Ἡδύνας σκηνὴν δράμασι πᾶσι γάμον.

id eft, eodem Grotio interprete,

Ecce coronatum femper caput, ecce Menandrum,
Qui Siren fcaenae, compar Amoris erat.
Auctor namque bilaris vitae fuit, inque tbeatrum
Induxit Papbii foederis omne genus.

de quo epigrammate legi merentur Marmora Taurinenfia Tom. I. p. 169. & feqq. fic Χελιδὼν nomen mulieris in alio Epitaphio Graeco apud Donium & Muratorium, quod bene emendat Leichius in Mifcell. Lipf. Nov. P. I. p. 487. & Hagenbuch. Diatr. p. 21. & Diff. Epigr. p. 71. 441. & feq. in lapide Veneto apud eumdem Murator. T. III. p. MDCLVII. II.

D. M.	D. M.
TI. CL.	CLAVDIAE.
CHARITONI.	CHELIDONI.

& paffim ab avibus nomina amicarum derivabant amantes, & χελιδόνος, κορώνης, & ἀήδονος vocibus eas appellabant. vid. If. Voffium ad Catull. p. 6. & hinc forte etiam nomen *Chelidonis* habuit Verris amica, a Cicerone in Verrinis memorata.

Ep. CXLVI. GRACILIS MARITVS PROBINAE CONJVGI] Exftat hoc apud Mazochium pag. 46. b. ubi primum exhibentur finguli verfus hexametri, dein pentametri continuato ordine. & fic fere

N 2 Smetius

Vita fubit coelum, corpus tellure tenetur:
 Omnia fic repetunt jura locofque fuos.
Sic rerum natura jubet, fic temporis ordo:
 Quae modo funt, pereunt: quaeque futura, cadent.

Sufcipe

Smetius fol. CXLII. 9. & Gruter. p. MLVIII. 1. apud quos ab uno latere hexametri, ab altero pentametri. nec aliter leguntur in codice Meermanniano, praefixo titulo, *in Quirinali colle, in tabula marmorea, post Sanctum Silveftrum.* vitiofiffime edidit Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 153. melius G. Fabric. p. 109. & Pithoeus p. 120. ed. Parif. nam in Genevenfi bis occurrit Lib. III. pag. 100. & in Praetermiffis pag. 613. Sed utroque loco fatis mendofe, licet foediffime maculatum in Praeterm. ubi cum Jacobonio convenit. neque etiam correctum fatis dedit Ferret. Lib. II. p. 124 inter antiqua collocavit Labbaeus in Thef. Epitaph. P. I. pag. 62. ubi *Alternofque* verfu fecundo. non rejicienda videtur opinio Fleetwoodi, qui in Syllog. infcript. p. 459. edidit quidem inter Chriftiana, fed duo Epitaphia in unum male confarcinata credit, quia priores decem verfus feculum eruditum fapiunt, reliqui vero ab iis valde differunt.

Mors incolit atra] *atros* apud Jacobon.

3. *Vita fubit coelum, corpus tellure tenetur*] ex Phocylide pag. m. 105.

Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
Λυόμενοι κόνις ἐσμέν, ἀὴρ δ' ἀνω πνεῦμα δέδεκται.

in epitaphio apud Reinef. Cl. XX. 363.

Aftra tenent animam, cetera tellus habet.

& in epitaphio Senecae, apud Pith. pag. 96. ad Terram,

Corpus avara tamen folemnibus accipe faxis,
 Namque animam coelo reddimus, offa tibi.

& in illo Nymphii pag. 126.

Nymphius, aeterno devinctus membra fopore,
 Hic fitus eft. coelo mens pia perfruitur.
Mens videt aftra, quies tumuli complectitur artus,
 Calcavit triftes fancta fides tenebras.

in Lapide apud Sponium Mifcell. p. 368.

ΣΩΜΑ. ΜΕΝ. ΗΔΕ. ΚΟΝΙΣ ΚΕΥΘΕΙ. ΘΕΟΜΗΣΤΟΡΟΣ. ΑΝΔΡΟΣ
ΝΑΡΚΙΣΣΙΩΝΟΣ. ΠΙΝΥΤΟΥ. ΨΥΧΗ. ΔΕ. ΣΥΝΕΔΡΟΣ
ΑΘΑΝΑΤΩΝ.

ut pro corrupta fcriptura ΗΙΝΥΠΠΟΥ ΕΥΧΗ emendavit G. d'Arnaud in Diff. de Diis παρέδρ. cap. V. pag. 22. eo fenfu in epitaphio Rhemnii Palaemonis apud Aldum in Orthogr. p. 758. & Gruter. p. DCLIII. 1.

LAPIDEVM. STRVXIT. TVMVLVM.
IN. EO. QVIDEM. CADAVER. QVIES. ESTO.
ALIO. AVTEM. REVERTITO. ANIMVS.

quam Ligorianae officinae infcriptionem ex lapide apud Gudium producit etiam Patruus meus ad Sueton. de Illuftr. Gramm. c. 23. fed in nonnullis paullifper diverfam. nam pro *lapideum* perperam apud Aldum eft *lapidem*; deinde *in eo quidem cadaver quiefcat.* melius Aldus *quies efto*, et v. feq. *revertito animus.* fed una litera adjecta legendum puto CADAVERI QVIES ESTO. pluribus fententiam hanc illuftrarunt H. Columna ad Ennium p. 177. ed. Hefs. Freher. Lib. I. Parerg. p. 64. & Barth. ad Stat. XII. Theb. 645 ex veterum opinione, qui ex tribus rebus confiftere hominem cenfebant, umbra, corpore, & anima, loquitur hic auctor. nam fecundo verfu *umbra* praeceffit, hic *vita*, feu anima, & *corpus*. ut obfervat Muncker. ad Fulgent. Lib. II. Mytholog. c. 9. p. 81.

4. *Omnia fic repetunt jura locofque fuos*] eodem modo Maximianus, vel Pfeudo Gallus, Eleg. 1. 222.

Ortus cuncta fuos repetunt, matremque requirunt,
 Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.

quod totum diftichon etiam legitur in Macabri Speculo a Goldafto edito p. 267. In alio Epitaphio apud Fleetwood p. 348.

Corpus habet tellus, animam coeleftia regna,
 Sic fedes proprias fingula rite tenent.

pulcherrimus hanc in rem locus eft Statii Lib. II. Sylv. 1. 102.

——— *omnia functa*
Aut moritura vides. obeunt noctefque diefque
Aftraque, nec folidis prodeft fua machina terris.
Nam populos, mortale genus, plebifque caducae
Quis flent interitus? & feqq.
Quidquid habent ortus, finem timet. ibimus omnes,
Ibimus. immenfis urnam quatit Aeacus ulnis.

Imitatus etiam eft Janus Secundus Lib. I. Funer. p. 184.

Scilicet omne fuos repetit, repetetque recurfus.
 Et gaudent reditu fingula quaeque fuo.
Terra tulit cunctos. cunctos quoque terra refolvit,
 Mutat & in cinerem, quod cinis ante fuit.

5. *Sic rerum natura*] *Hic rerum* male in Praeterm. apud Pith. ed. Genev.

7. *Si*

Suscipe nunc, conjunx, si quis post funera sensus,
Debita sacratis manibus officia.
Multorum invidia tandem caruisse memento,
Nil quidquam paveas, templa quietis habes.

Hic

7. *Si quis post funera sensus*] Scribendum forte, *si quid post funera sensus*. sic enim apud Ovid. I. ex P. Ep. 2. 113.

Et ne, si superest aliquid post funera sensus,
Terreat hic manes Sarmatis umbra meos.

ut ex MSS. legit Heinsius. quem vide. sic in Epigr. apud Pith. p. 104.

Si quid adhuc Manes, cineres, atque ossa sepulta
Mentis habent.

Lucanus Lib. III. 93.

Aut nihil est sensus animis a morte relictum,
Aut mors ipsa nihil.

quo loco perperam *Aut nihil est animi nobis* legitur in Excerptis ex Quintiliano, ex cod. Vossiano a Patruo meo editis pag. 392. idem Lucanus Lib. VII. 749.

Da veniam, si quid sensus post fata relictum est.

In Inscript. apud Salmas. ad Capitolin. Anton. Philos. cap. 3. SI MANES POST FATA ALIQVID SENTIVNT. Albinov. Epicedio Drusi v. 469.

Hoc sentit Drusus, si quid modo sentiat umbra.

vel, ut legi etiam posset, *si quis modo sensus in umbra*. ut apud Auctorem Octaviae v. 12. *Si quis remanet sensus in umbris*. ubi vide Delr. alterum tamen etiam frequens occurrit apud veteres. Cic. pro Sext. c. 62. *Si est aliquis sensus in morte praeclarorum virorum*. & Philipp. IX. cap. 6. *Si quis est sensus in morte*. Lib. I. Tuscul. 10. *Unum erat insitum priscis illis, quos cascos appellat Ennius, esse in morte sensum*. IV. ad Fam. Ep. 5. *Quod si quis etiam inferis sensus est*. ubi vide Interpretes. Auson. Parent. Carm. XXIII. *Si quid apud manes sentis*. & in Professor Burdig. Ep. XXIV. *Sensus si manibus ullus*. quibus locis firmatur Heinsii emendatio apud eumdem Ausonium Epigr. I. ejusd. opusculi,

Sensus sive aliquid post fata extrema superfit.

ubi vulgo *Et nunc sive aliquid*. Seneca Cons. ad Polyb. cap. 27. *Si est aliquis defunctis sensus*. utrumque igitur recte dicitur, & ex usu antiquorum. plura de hac formula vide apud Modium & Bernece. ad Justin. Lib. XVI. cap. 1. Rittershus. ad Phaedr. IV. fab. 4. 30. & Interpretes Petronii cap. CXI. ubi versum Virgilianum respiciens dicit, *id cineres aut manes credis sepultos sentire*. pro quo male in cod. Scalig. *curare*. quae glossa alterius verbi est.

8. *Debita sacratis manibus officia*] hoc praetuli e Smetio, Grutero, Labbaeo, Fleetwood. & Ferretio. Fabricius, & Pithoeus in ed. Par. *elicia*. nam typi vitio in Genevensi *elicitat*. quamquam altero loco in ejusd. editionis Praetermissis editum sit *officia*. Jacobonius etiam *elicia* habet. & cod. Meerm. & Buchelian. idque propugnat valde Barthius, qui Fabricii editionem sequitur, Lib. IV. Advers. cap. 12. & vide Pricaeum ad Apulej. Apolog. pag. 94. sed huic loco minime id convenit, non enim Gracilis maritus indicat, se magico ministerio manes Probinae conjugis e sepulcro elicere velle, aut ex tepido rogo devocare, ut saga illa apud Tibull. Lib. I. El. 2. 46. ubi vide Broukhusii notas, quibus adde Barth. ad Stat. IV. Theb. 414. Andr. Querneum rarissimo Egregiorum Libello cap. XV. & quae notavi ad Epigramma *de eliciendis Pompeji manibus* Lib. II. Ep. 35 pag. 204. sed tantum uxoris Manibus se justa solvere, & ultimum pietatis officium praestare, quod ut libens suscipere velit, precatur. *Suscipere officia manibus debita*, locutio optima & usitata est, sed *suscipere elicia*, quibus animas alienis locis evocabant suisque reddebant, contortum est & absonum, vocisque insolentioris arripiendae studio unice hanc lectionem defendit Barthius. certe G. Fabricius in notulis post Monum. Ant. p. 144. monet *investigandum esse, quid sint elicia. Neptuni Elicii, & Jovis Elicii nomina pridis nota esse*, quae ad scripturam hanc corroborandam huc elicit Barthius. sed plane ἀπροσδιόνυσα sunt. nihil vero in epitaphiis frequentius, quam *officium* dici cultum pietatis, quo manes defunctae conjugis prosequitur maritus. idque hoc in loco probasse videtur Fabrettus, qui p. 80. hoc distichon adferens etiam *officia* habet. sic Apelles in Epitaphio uxori scripto apud Maffejum in Select. Galliae Antiq. p. 70.

Conjugis officium testatur carmine parvo,
*Extremumque tibi * refero munus.*

Menophilus Popiliae in epigrammate mox producendo,

Extremum officium quoniam tibi reddere cogor.

In alio apud Pith. p. 126.

Te lapis obtestor, leviter super ossa residas,
Ne nostro doleat conditus officio.

sic in fine Culicis Virgiliani,

Parve Culex, peculum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

 officium

Hic Probina jacet, Gracili cito rapta marito,
Diebus post paucis est comitata suos.
Invida sors rerum fatis quid mergis acerbam,
Nec te conjugii flectere novit amor?
Heu miseranda, mihi auspiciis conjuncta sinistris:
Quo fato traheris, hoc veniente peris.
Quid, Probina, tibi foecundae viscera prosunt?
Concipis adfectum, luctus & ipse parit?
Nil te dura movent communis funera lethi,
Cum tuus in nostro pectore vivat amor.

efficium supremum Quintiliano Decl. VI. cap. 1. & apud quos non? vide Wouwerii notas ad Petron. cap. CXII. & plura ibidem apud Gonsal. p. 181.

9. *Multorum invidia tandem caruisse memento*] *invidiam* in cod. Meerman. & apud Mazoch. Smet. Gruter. Fleetwood & Ferret. & in Praeterm. apud Pith. ed. Genev. sic in alio apud Pith. p. 126.

Dulcem nam carui lucem, cum amisi te ego conjux.

ubi tamen in aliis *Dulcem non babui lucem.* apud Muratorium vero Tom. III. pag. 1428. 3. *Dulcem carui lucem, cum te amisi ego conjux.*

10. *Nil quidquam paveas, templa quietis babes*] *Ne quiquam* Mazoch. Smet. Gruter. Ferr. & ed. Genev. Pith. in Praeterm. *Ne quidquam* Fabric. *Nequicquam paveas* Labbaeus. & cod. Meerm. *Ne quidquam paucas* Jacobon. Lege, *Nec quidquam paveas.* in fine versus *babens* Smet. Gruter. Labb. Ferret. & ed. Genev. Pith. in Praeterm.

11. *Hic Probina jacet, Gracili* &c.] apud Smetium, Labbaeum, & Fleetwoodum, *Hic Probina jacet Gracelis, cito rapta* &c. tamquam uxoris nomen fuerit *Probina Gracelis.* in codice Meermanniano, *Hic Propina jacet Gracilis cito rapta marito.* unde & in titulo dedit Labbaeus, PROBINAE GRACALI MARITVS. sed male. nam ceteri, & ipse Fleetwoodus, praefigunt inscriptionem GRACILIS MARITVS PROBINAE CONJVGI. vulgata etiam firmatur a codice Buchellano.

12. *Diebus post paucis est comitata suos*] sic Fabric. & Pith. corruptissime apud Mazoch. Smet. Gruter. Jacob. & Ferret.

Diebus paucis ac commodata sua.

in Praetermiss. apud Pith. ed. Genev. apud Labbaeum, & Fleetwodum,

Diebus paucis vix commodata suo.

in codice Meermanniano,

Diebus paucis accommodata suos.

v. 13. *fatis quid mergis acerbam*] *acervam* Fleetw. *mercis acervam* cod. Meerm. forte *fatis quid mergis acerbis.* ut in illo Virgilii Lib. VI. Aen. 429.

Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.

vel, *fatis quid mergis, acerba.* ut supra Ep. CXIX.

Quos uno Lachesis mersit acerba die.

14. *Nec te conjugii flectere novit amor*] mendose in cod. Meerm. & apud Mazoch. Smet. Gruter. Fleetw. & in Praeterm. Pith. ed. Gen. *novus electis amor.* Labbaeus edidit *novus flectit amor.* Ferret. *nocuus electis amor.* Jacobon. *novus elegit amor.* Sed recte cod. Buchelian. Fabricius, & Pith. in ed. Paris. *flectere novit amor.* ut edidi.

15. *Heu miseranda, mibi auspiciis* &c] *Heu miseranda nemis auspiciis juncta sinistris* Mazoch. Smet. Grut. Fleetw. & Ferret. sed apud quem & Labb. *nimis.* ut in cod. Meerm.

16. *Quo fato traberis, boc veniente peris*] *traderis boc saeviente peris* iidem corrupte ediderunt. quod & in cod. Meerm. legitur. vulgatae adquiescit Buchelianus. Barthius in Adversariis legebat,

Quo fato traberis, boc veniens repetis.

17. *Quid, Probina, tibi foecundae viscera prosunt*] verbis inepte & vitiose transpositis ediderunt Mazoch. Smet. Grut. Jacobon. Labb. Fleetw. & Ferret.

Quid, Probina, prosunt foecundae viscera tibi.

quod in cod. Meerm. & in Praeterm. Pith. ex Genev. ed. etiam habetur.

18. *Concipis adfectum, luctus & ipse parit*] *Concipis adfectum iuctum te ipsa parit* corrupte cod. Meerm. Mazoch. Smet. Gruter. Labb. & Fleetwood, ut in Paeterm. Pith. ed. Genev. ubi & *se ipsa.* Ferretius edidit, *Concipis ad foetum inctum te ipsa paris.* forte pro *Concipis ab foetum!* Heinsius conjecerat, *Concipis a fletum.* Sed quia praecedit mentio foecunditatis Probinae, forte *affectus* hic pro filio. ut *affectus* apud similis aevi scriptores pro liberis. vide Sirmond. ad Sidon. p. 65. & Savaron p. 388. Barth. ad Claudian p. 489. ed. primae. & Muncker. ad Fulgent. Lib. III. Myth. 6. p. 115. ubi eodem sensu capit in alio epigrammate ex Catalect. Pithoei Lib. III. p. 140. *Affectus omnes*

EP. CXLVII. CLAVDIAE.

Hoſpes, quod deico, paullum eſt, aſta, ac pellege:
Heic eſt ſepulchrum haut pulcrum pulcrai foeminae,
Nomen parentes nominarunt Claudiam,
Suom mareitom corde deilexit ſouo.
Gnatos duos creavit, horunc' alterum
In terra linquit, alium ſub terra locat:

Sermo-

poſſidet iſte lapis. Gloſſarium MS. Voſſianum, *Orbus, affectibus deſtitutus.* & in Auctario Gloſſarum Iſidori, *orbatus, affectibus diſtitutus.* alii vocant *affectiones.* ut docet Caſaub. ad Suet. Aug. cap. XXI. ubi locum Agroetii adfert, in quo legendum, *pignera rerum, pignora filiorum & adfectionum.* vide Juret. ad Symmach. p. 81. *adfectiones* eodem ſenſu apud Auguſtin. Serm 115. *Ibant ad paſſiones, oblivifcentur facultates, & affectiones, patrimonia ac matrimonia ſua.* quem locum adfert idem Caſaub. ad Aug. cap. 40. & ſic in §. 6. Inſtit. de publ. Judic. ubi male alii *adfinitatis* pro *adfectionis.* vide & Schoetgen. ad Juvenc. Lib. III. 54.

19. *Nil te dura movent communis funera lethi*] ſic & in cod. Bucheliano. vitioſe ediderunt Mazoch. Jacobon. Smet. Gruter. Labb. & Fleetw. *Nil te damna nocent communis funere leti.* & ſic Mazoch. & in cod. Meerm. niſi quod *funera* pro *funere.* Ferret. *funera laeti.* Legendum forte,

Nil te damna movent communis funere lecti.

ſubſcribitur huic Epigrammati apud eoſdem, HAEC. FVIT. IN. LVCE. ISTA. ANN. XVII. M. X. D. XX. IN. QVIBVS. CVM. MARITO. VIXIT. DIES. CENTVM AEGROTAVIT. DIES. XXXX. VERE. QVIEVIT. IN. PACE. vel CVM PACE. ut apud Smet. & Gruter.

EP. CXLVII. CLAVDIAE. *Hoſpes quod deico,* &c.] produxerunt Apianus pag. 241. Mazoch. p 154. Smetius fol. CXXVII. 13. Gruter. p. DCCLXIX. 9. G. Fabric. p. 110. Pithoeus p. 120. Ferret. Lib. I. pag. 51. Gabr. Symeoni in Illuſtr. Epit. Ant. p. 39. Anton. Auguſtin. Dial. X. Antiq. p. 146. Toſcanus in Epigr. ex vetuſt. Lap. poſt Tom. I. Poët. Illuſt. Ital. p. 95. Chrytraeus in Deliciis p. 38. Boiſſard. Tom. IV. Antiqq. p. 49. Aldus Orthogr. p 569. in voce *paullum,* quam ſic ſcribendam duplici *ll* firmat auctoritate hujus lapidis, ut facit etiam Pier. ad Virg. IV. Aen. 649. edidit & Fleetwoodus in Syllog. Inſcr. p. 282. Labbaeus P. I. Theſ. Epitaph. vet. p. 17. & ex Celſo Cittadino Bonada Vol. II. p. 98. ex veteri codice membranaceo Car. Moroni, & ex alio chartaceo Biblioth. Mediceae deſcripſit Heinſius, praepoſito hoc titulo, *Romae trans Tiberim in quadam urna.* ex lapide Tiburtino in capite pontis S. Bartholomei praeſcribunt Smetius & Gruterus. In codice Meermanniano bis legitur, & primo loco in margine additur, *in capite pontis S. Bartholomei,* altero autem *in capite pontis Judaeorum.* in Bucheliano haec praefiguntur: *Epitaphium quod ſequitur eſt Romae in inſula, in capite Pontis olim Ceſtii, nunc Bartholomaei, antiquis verbis & orthographia.* in meo Perotti codice ſine ullo loci indicio occurrit. ſed Romae haberi indicatur in codice MS. Antiqq. & Inſcriptt. vett. Huydecoperiano. de ſcriptura antiquiſſima hujus Epitaphii vide Mekerch. de vet. pronunt. Ling. Gr. cap. 42. p. 121. quam tamen religioſe nimis ab antiquariis ſui temporis exemplo hujus ipſius epigrammatis captatam irridet Boniſacius de comp epitaph. cap. XVIII. p. 57. & ſeq. ubi id ex Aldo profert.

1. *Paullum eſt, aſta, ac pellege*] ſic ex lapide ipſo adferunt. nec aliter in cod. MS. Buchel. & Huydecoperiano. *paullulum eſt* v. c. Moroni, & Meermann. ſecundo loco. & *pellige.* quod & in cod. Medic. & Perot. & apud Mazoch. Smet. Gruter. alioſque. *paullulum eſt* etiam Apian.

2. *Haut pulcrum pulcrai feminae*] *hau* v c. Mor. & Perot. & apud Mazoch. Smet. Grut. ceteros. *nau* cod. Medic. In quo etiam *pulchrai feminae,* ut cod. Perot. iidemque ediderunt. *pulchrai feminai* cod. Mor. initio verſus *Heu eſt ſepulchrum haud pulchrum pulchrai feminae* apud Apian. & in cod. Meerm. ſed ſecundo loco *Heic eſt ſepulcrum hau pulcrum pulcrai feminae.* ut eſt etiam in Bucheliano.

4. *Corde deilexit ſuo*] ſic in MSS. & editis pleriſque, *dellexit* cod. Medic. *Suom mareitum corde dilexit ſouo* cod. Perot & Meerm. ut apud Mazoch. Smetium, & Gruter. *dilexit ſou* cod. Meerm. primo loco.

5. *Gnatos duos creavit, horunc' alterum*] ita ediderunt omnes, qui accuratam lapidis ipſius ſcripturam dederunt, quam firmant codd. MSS. & ex antiquiſſimo hoc monumento adfert Pierius ad Virg. V. Aen. 163. ubi teſtatur luculentiſſimum hoc ſenariolum (ita vocat) haberi ad Divi Bartholomei Pontem, qui jungit inſulam Aeſculapii Janiculum verſus.

6. *alterum In terra linquit, alium ſub terra locat*] ſic vulgarunt omnes, & conſentiunt MSS. male enim Gudius in margine Gruteri correxit *liquit.* quod forte adſcripſit ex quodam cod. MS. *liquit* exhibente,

Sermone lepido, tum autem inceſſu commodo:
Domum ſervavit, lanam fecit. dixi, abei.

Ep.

bente, ut in meo Perotti. ſic ſeq. verſ. *tu* pro *tum* male apud Ferret. Sed *linquis* rectum propter ſequens *loca*. & ſic utroque loco cod. Meermann. & Buchelian. ſimilis fere ſententia in Antipatri Epigrammate Graeco de Aretemiade gemellipara, quod ex Anthologia Gr. Lib. III. Tit. XII. 55. ſupra produxi cum verſione Grotiana, ubi haec inter alia,

Duplice de partu pars una relicta marito
Euphroni, dimidium Manibus ecce fero.

& Heraclidae:

Quos peperi geminos, dux ſit patris oro ſenectae
Ille, mihi pignus conjugis alter adeſt.

7. *Inceſſu commodo*] vide Barth. Lib. IV. Adverſ. cap. 12. & Pricaeum ad Apulej. pag. 71. de decoro greſſu magis intelligendum opinor, quam de veſtitu, ut Barthius, idque propter additum epithetum *commodo*, quod greſſui modeſto & decenti convenit, cui opponitur ille, qui nimia mobilitate fractus prurientem ac criſſantem, vel mimice incedentem, manifeſtat feminam. qualem deſcribit Catullus carm. XLIII.

Quae ſit quaeritis, illa, quam videtis
Turpe incedere, mimice, ac moleſte.

ut recte illic legunt Turnebus, Ach. Statius, & Pithoeus Lib. I. Adverſ. 17. quem *inceſſum pſaltriae* eleganter vocat Cicero in fragmento Orat. in Clodium & Curionem, quod exſtat apud Jul. Rufinian. de Fig. Sentent p 24. *Tu vero feſtivus, tu elegans, tu ſolus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem inceſſus pſaltriae.* &c. in loco autem Propertii, quem adfert Barthius, Lib. III. El. XI. 11. *Matrona incedit cenſus induta nepotum*, capiendum de matrona ex nimio ornatu gradiente cum quodam faſtu & ſuperbia. vide illic Paſſeratium. & Muret. ad Tacit. III. Ann. 9. ſic *incedere* cum quadam dignitate gradi. ut de Andromeda vinculis liberata Ovid. IV. Met. 378.

——— *reſoluta catenis*
Incedit virgo, pretiumque & cauſſa laboris.

& de greſſu decoro III. A. A. 751.

Sera veni, poſitaque decens incedo lucerna.

vid. Pricaeum ad Apulej. IX. Met. pag. 525. *ingredi* dixit idem Ovidius Epiſt. IX. 127.

Ingreditur late lato ſpectabilis auro.

& Valer. Flacc. Lib. II. 547. de Hercule:

——— *aptatque ſuperbis*
Arma humeris: regem inde petens ſuperabat ovante
Litora tuta gradu, qualis per paſcua victor
Ingreditur, tum colla tumens, tum celſior artus
Taurus. &c.

Cauſſam igitur non video, cur hoc in verſu Antonius Auguſtinus adeo improbaret *inceſſu commodo*, & mox *lanam fecit*, quae tolerandu non probanda notat: recte enim dici *lanam facere* docet ipſa vox *lanifica* & *commodus inceſſus* eſt, qui modum non excedit, ſed frugi Claudiae conveniens & aptus, & tamen ſcitus atque elegans erat. ſic *commode ſaltare* apud Nep. in praef. ubi vide doctorum notas. deſideratur autem hic verſus apud Symeonum, & Cittadinum, teſte Bonada; & in codice Huydecoperiano.

8. *Domum ſervavit, lanam fecit*] *domiſedam* & *lanificam* laudat hanc Claudiam, quo titulo paſſim commendantur in vetuſtis monumentis matronae Romanae, ſobriae, frugi, & pudicae. talis Amymone in Inſcript. apud Sponium Miſcell. p. 151. & 223. Fabrett. p. 252. & Donium p. 456.

Hic ſita eſt Amymone Marci,
Optima & pulcherrima, lanifica,
Pia, pudica, frugi, caſta, domiſeda.

Claudian. III. R. P. 203.

Florebat tranquilla domus, nec limina virgo
Linquere, nec virides audebat viſere ſaltus.

& veterum imitatione Lucas Fruterius in Reliquiis Carminum p. 146. epitaphio Quintinae Dixmudis:

Vixi, quod potui, vobisque mihique ſuperſtes,
Mente fui caſta, quod juvat oſſa mea.
Lactavi, peperique, & manſi fida marito,
Servavique meam lanitioſa domum.

vide Fatrui notas ad Phaedr. IV. 4. 5. *At alteram lanificam, frugi, & ruſticam.* ubi eamdem de Amymone adfert inſcriptionem, titulumque hunc laudis matronalis a Cel. Relando eleganti diſſertatione illuſtratum notat. ſic infra in Epitaphio Semproniae, *Heic eſt illa ſita pia, frugi, caſta, pudica.* ubi vide. ad lanificam refer illud Ovidii VI. Met. 31.

——— *tibi fama petatur*
Inter mortales faciendae maxima lanae.

ubi in aliis *telae*. quod praeferre videtur Heinſ. ad Epiſt. XIX. 49. talem lanificam Lucretiam praeclaris verſibus deſcribit Naſo II. Faſt. 741 & ſeqq. Cyrenen Virgilius IV. Georg. 334. & Cynthiam ſuam Propertius Lib. III. El. 4. 15.

Triſtis erat domus? & triſtes ſua penſa miniſtrae
Carpebant? medio nebat & ipſa loco.

ut legendum ex MSS. non *foco*, aut *toro*. quia matronae *medio* ſeu honoratiore, *loco* ipſae nebant inter ancillas, ut de Lucretia Livius Lib. I. cap. 57. *nocte ſera deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium ſedentem inveniunt.*

Ep.

EP. CXLVIII. ANCHIALVS LESBIAE.

Hoſpes ſta, & lacruma, ſi quidquam humanitus in te 'ſt,
Oſſua dum cernis conſita moeſta mihi.
Quoius laudati mores, & forma probata 'ſt
Anchialo, quem cura anxia debilitat.
Leſbia ſum, quae dulcis mores ſola reliqui,
Et vitam vivens parui in officiis.
Sei nomen quaeris, ſum Leſbia: ſi duo amantes,
Anchialus dulcis cum * ſuo homine Spurio.

Sed

EP. CXLVIII. ANCHIALVS LESBIAE &c.] apud Mazochium p. 101. Aldum in Orthogr. p. 490. Jacobon. Append. ad Fontej. pag. 131. Gruter. pag. DCCXCIX. 8. Fabric. pag. 111. Pith. p. 121. Toſcanum poſt Tom. I. Carm. Illuſtr. Poët. Ital. pag. 94. b. Ferret. Lib. I. pag. 38. Fleetwood pag. 283. Labbaeum P. I. Theſ. Epit. vet. pag. 39. Bonadam Vol. II. pag. 100. quorum plerique titulum hunc praeſcribunt LESBIAE OSSA HIC SITA SVNT. ut in Meermanniano, Bucheliano, & meo Perotti codice. Suſpicionem huic epigrammati movet Barthius Lib. IV. Adverſ. cap. 12. tamquam ab aliquo adumbratum & ad ſuum funus accommodatum eſſet ex Catulli aut Calvi ſchedis. Sed monumenti hujus antiquiſſimi lapidem ipſum Romae fuiſſe quondam apud Marium Maſſejum Volaterranum, Aquinatum antiſtitem, teſtatur Pierius ad Virg. IV. Aen. 242. VI. init. & ad Lib. VII. 648. quod firmat MS. Meermannianus, in cujus margine *in domo Marii Maſei Volaterr.* & in cod. Buchellano praefigitur, *in domo Marii Maphaei Romae.* profert etiam, ſed nonnihil vitioſe, Rigaltius in notis ad Martial. XI. Ep. 95. quas inmiſcuit notis ad Artemidorum p. 64. ubi de *Anchialo* agit, qui in vexato illius poëtae loco memoratur, de quo vide Memoir. de l'Acad. des Inſcr. T. II. p. 488.

Hoſpes ſta, & lacruma, ſi quicquam humanitus in t'eſt] ſic edidi, ut in ipſo marmore legi teſtantur, qui oculis luſtrarunt. quod firmatur a codice Meermann. & MS. Perotti. Fabricius enim & Pithoeus claudicante verſu dederunt, *ſi quid humanitus in te'ſt*. Smile fere eſt initium Graeci Epigrammatis apud Reineſ. Claſſ. XVII. N. 36. p. 824. ſed quod emendatius dedit Gorius Tom. II. Inſcr. Flor pag. 43.

ΣΤΑΣ ΞΕΝΕ ΤΑΝΔ' ΑΘΡΗΣΟΝ ΕΠΙ ΣΤΑΛΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΝ,
ΑΝ ΦΘΟΝΟΣ ΕΙΣ ΑΙΔΑΝ ΟΥ ΧΡΟΝΟΣ ΗΓΑΓΕΤΟ.

vitioſe enim ΕΠΙΣΤΑΜΑΙ apud Reineſium. ſic in Epigrammate villae Pamphiliae apud Murator. p. MCCCXXI. 10.

Μὴ μευ παρέλθῃς τὸ ἐπίγραμμα, ὁδοῖπορε,
Ἀλλὰ στὰς ἄκουε, καὶ μαθὼν ἄπιθι.

ut recte emendat Leichius in Miſcell. Lipſ. Nov. P. I. p. 484.

2. *Oſſua dum cernis conſita moeſta mihi*] *Oſſua* pro *oſſa*. in Inſcriptionibus vetuſtis non rarum eſt. ut in Inſcript. antiqua in cod Perotti,

CINERES ET OSSVA LAODICIAE
PHILOCAPTE HIC SITA SVNT.

in Marm. Piſaur. Inſc. CXXXIII. p. 57. OLLAS OSSVA. apud Boiſſard. Tom. IV. Antiq. pag. 108. OSSVA POSITA SVNT. vide Voſſ. II. de Anal. c. 13. in fin. Coiv. ad Sidon p. 30. & Gruteri Indicem Grammaticum. & hinc *oſſuaria* dicta. de quibus vid. Montfaucon. Diar. Ital. pag. 338. notandum CONSITA tam hoc, quam ultimo verſu, non CONDITA. quaſi ſimul ſita, cum oſſibus & cineribus Anchiali, & illius ſive re ſive nomine Spurii, qui v. 8. memorantur. unde trium in hoc monumento ollarum ſeriem fuiſſe putat Bonada: quarum una Leſbiae erat, duae reliquae Anchialo & Spurio deſtinatae.

3. *Et forma probata'ſt*] ſic ſcriptum in marmore ipſo, & v. 1. *in te'ſt*, teſtatur Pierius. ut apud Aldum, Mazochium, ceteroſque.

5. *Quae dulcis mores ſola reliqui*] *dulces mores quae* tranſponit Fabricius. Sed codex Buchel. & Perotti, Mazoch. Ald. Gruter. & reliqui Pithoeo adſtipulantur.

6. *Et vitam vivens parui in officiis*] *Et quod vitam vivens parui in officieis* cod. Meerm. Buchel. Perotti, Mazoch. Ald. & Grut. *Quod vitam vivens* apud Toſcan. totum hoc diſtichon ſpurium & inſititium cenſebat Barthius Lib. IV. Adv. 12.

8. *Anchialus dulcis cum ſuo homine Spurio*] ita Pithoeus. & pro *ſuo* in marg. *ſuave*. G. Fabricius, *dulcis nomine cum Spurio*. Sed illum male ediſſe notat idem Barthius Lib. XXI. Adv. cap. 5. pag. 1026. veteremque ſcripturam fuiſſe conjicit *cum*

O

unani-

Sed quid ego haec cerno? mea sunt hic ossua in olla
Consita: vive hospes, dum licet, atque vale.

EP. CXLIX. PONTICVS SABI.

Docta lyra, grata & gestu, formosa puella.
Hac jacet aeternum Sabis humata domo.

Cujus

unanime Spurio. ut patris filiique amorem unius velut animae in duobus corporibus dixerit. Sed locum obscurum arbitror, licet in cod. Perotti, & apud Mazoch. Ald. Gruter. constanter *cum suave homine Spurio.* apud Jacobon. corrupte *puro.* seq. versu *hoc cerno* in eodem cod. & Maz. Ald. Jacobon. Grut. & Ferr.

EP. CXLIX. PONTICVS SABI] sic inscribunt G. Fabricius p. III. & Pithoeus p. 121. sed Reinesius p. 726. Fabrettus p. 80. Donius Cl. IV. pag. 154. & Gudius p. 284. 10. ampliorem praefigunt inscriptionem, licet diversae quisque scripturae. necnon Symeonus in Illustr. Epitaph. Antiq. p. 71. & post tot editores e schedis Jacobi Valerii & Farnesiis tamquam *ἀνέκδοτον* protulit Muratorius T. III. p. MCCXCII. 6. apud Reinesium enim ex schedis Langermanni,

V. F.
M. AMNOLVS. PONTICVS
SIBI. ET. SABINAE.

quem secutus est Almeloveníus in Poëm. vet. p. 23. Fabrettus ex schedis Barberinis,

M. ANNIDIVS. M. L. PONTICVS
SIBI. ET. SABINI.

cum quo paria facit Gudius. Donius vero ex vetusto codice MS.

V. F.
M. ANNAEVS. PONTICVS
SIBI. ET. SABINAE.

apud Muratorium denique,

V. F.
M. AENIOLVS. M. L. PONTICVS
SIBI. ET. SABINAE.

notatque in aliis schedis legi M. ANNIOLVS. omnes autem testantur haberi Fani, &, ut addit Donius, ad aedem Catharinae. In codice membranaceo Caroli Moroni, quem excerpsit Heinsius, hic erat titulus,

V. F.
M. ANNIOLVS M. L. PONTICVS
SIBI. ET. SABINO.

his inter se collatis puto legendum,

V. F.
M. ANNAEVS. PONTICVS
SIBI. ET. SABIDI.

nam SABINI est apud Fabrett. & Gud. pro SABIDI. & *Sabis* in ipso carmine vocatur. Nescio quem ducem secutus fuerit Ferretius, qui primum tantum profert distichon, & quo jure inter spuria retulerit Lib. V. p. 350. nusquam enim praefigit auctores, quibus sua debet. vitiose praeterea edidit versu primo *grata est gestu.* pro quo male etiam apud Gudium *& grata gestu.*

2. *Hac jacet aeternum Sabis humata domo*] sic Fabric. Pith. & Toscan. post Carm. Poët. Ital. Tom. I. pag. 89. b. *Hic* v. c. Moroni, Reines. Murator. & Fabrett. apud quem etiam *domu.* monstrose apud Donium, *Hic jacet aeternum decus humata domo.* nec melius apud Symeonum, *Haec jacet aeternum Sabis humecta domo.* Legendum sine dubitatione,

Hic jacet aeterna Sabis humata domo.

vel *Hac jacet* &c. ut jam multis abhinc annis codici meo adscripseram, antequam sic apud Reinesium & Gudium vidissem editum. nihil certius. *aeterna domus* pro sepulcro, in epitaphiis vetustis obvium. apud Pithoeum p. 142.

Tenebris tenentur Dîis aeterna domu.

& haec vox reddenda est corruptissimo Epigrammati apud eumdem p. 130. ubi nunc legitur,

Suae gnatae sibeique uxori hanc constituit,
Aeternum ubei omnes pariter aevum degerent.

uxoris mentio illic intempestiva. est enim epitaphium a patre Quincto Ranco soli filiae Juliae positum. & *hanc* quo referas, non patet. Reponendum itaque,

Suae gnatae sibeique domum hanc constituit,
Aeternum ubi. &c.

sic in epitaphio Virgilii pag. 93.

Haec tibi, Virgili, domus est aeterna sepulto.

in alio Petronii Antigenidis p. 140.

Haec domus aeterna est, hic sum situs, hic ero semper.

& Fabiae Pyraliidis p. 144.

Aeternaeque domus tu tueare focos.

vetus inscriptio apud Cotovicum Itin. Hierosolym. pag. 8.

AVID. MAXIMINA. DOMVM
AETERNAM V. S. P.

& apud Gruter. p. MLXI.

AETERNAMQVE. DOMVM
COMIENVS. AMANTIVS
PARAVI.

Seneca

Cujus fatales penſare optaverat horas
Ponticus, huic conjux ultima dona dedit.

EP. CL. AMARANTHVS JVLIAE PROCILLAE.

Hunc tibi perpetuo titulum, gratiſſima conjunx,
Corporis extincti dedicat ipſa fides.
Vixiſti mecum juvenis, caroſque per annos,
Quos vita exegi dulciter ipſe mea.

Opto,

Seneca Hippolyt. v. 1241.

——— *recipe me aeterna domo*
Non exiturum.

Auctor Octaviae v. 751.

——— *Inferum ſedes toros*
Stabiles futuros ſpondet aeterna domus.

ut legit Heinſ. non *aeternae domus.* egregia ſunt quae notarunt Rutgerſ. Venuſ. Lect. cap. 2. pag. 246. & Broukhuſ. ad Tibull. Lib. III. El. 2. v. 22. *aeternam ſedem* habes in alio epigrammate apud Pith. p. 90. ed. Genev.

Incluſit tenerum pretioſo marmore corpus
Aeternam in ſedem nominis Itacii.

& p. 102.

Aeternam tibi ſedem, Hermes, aramque dicavi.

perpetuas domos ſupra epitaphio Probinae, Ep. 146.

Perpetuas ſine fine domos mors incolit atra.

ſic *aeterna ſedes Averni*, *aeternum antrum Acherontis*, & ſim. vid. Drakenb. ad Silium Ital. Lib. III. 36. & plura de *aeterna domo* apud Manut. ad Cic. in Somn. Scip. cap. VII. p. 432. Heinſ. ac Patruum ad Petron. cap. LXXI. p. 354. Fabrettum ad Inſcript. cap. I. p. 113 & 114. & Octav. Roſſi Memor. Breſc. p. 296. & 310. nulla igitur cauſſa eſt, cur Matth. Aegyptius inſcriptionem vetuſtam, quam adfert in Epiſtolis ſuis pag. 200. ut barbaram & Chriſtianam proſcribat propter mentionem DOMVS AETERNALIS. nam ſic DOMVS AETERNALIS, QVIAE AETERNA, & ſim. in monumentis vetuſtis frequentiſſima ſunt. hinc *domus* ſimpliciter pro ſepulcro, in Inſcript. Hiſpalenſi apud Lipſ. in Auctario Smetiano p. 46 ſin. ſed quae integrior eſt in Donianis Cl. X. N. 19. p. 358.

DIDIA. T. L. SALVIA. MATER
IN. MEO DOLORE
IN. HOC. SEPVLCHRO.
VIVA. NOMEN. INSCRIPSI. MEVM.
HAEC. EST. DOMVS. MEA
CVM. MEIS.

in fine Donius dedit HAA EST DOMVS QVM MEIS. an forte ſupplendum,

HAEC EST DOMVS
QVAM. MEIS. PARAVI.

ut in Inſcript. Gruteriana, modo producta, AETERNAMQVE DOMVM &c. PARAVI. in Narbonenſi inſcript. apud Maffej. in Galliae Antiq. Epiſt. XV. pag. 71.

Hanc ſiquidem nobis fata dedere domum.

ſupra in Epitaphio Lesbiae apud Pith. p. 95.

Hanc ſibi ſola domum corporis inſtituit.

& alibi ſaepe, ne nimius ſim. vide Boniſac. de comp. Epitaph. cap. 2. & Oliverium ad Marm. Piſaur. p. 168.

Cujus fatales penſare optaverat horas] notat hic Muratorius: *in tertio verſiculo quaedam emendanda ſunt, ſed emendare nolui.* Cur quaeſo? nam proclive id fuiſſet, ſi modo priores editores conſuluiſſet. *fatalis horis* cod. Moron. ut ipſe edidit. *fatales horas* recte in aliis. *optaverat* ex Reineſio, Fabretto, & Gudio praetuli. *optaverit* Fabric. Toſcan. & Pith. *annos* pro *horas* etiam Fabret. & Gud. *penſare horas* alterius *fatales* bene explicuit Barth. IV. Adverſ. cap. 12. & vide quae ſupra notavi ad Epitaph. Atimeti & Homonoeae, *Si penſare animas ſinerent crudelia fata.* in fine *dona tulit* edidit Reineſ. in veteri Moroni codice additur, *Hunc titulum ſocios manes commune ſepulcrum*, deficientibus multis literis. qui verſus apud Fabrettum, Gudium, & Muratorium huic epigrammati etiam adnectitur. Sed forte initium eſt alterius epitaphii, cujus reliqua exciderunt.

EP. CL. AMARANTHVS JVLIAE PROCILLAE.] Exſtat apud Apianum p. 236. Mazoch. p. 130. b. Manut. in Orthogr. p. 268. Smetium p. 46. G. Fabricium p. III. Toſcan. poſt Carm. Poët. Ital. Tom. I. p. 89. Gruter. p. CCCXIX. 6. & DCCCXLIII. I. Ferret. p. 43. Jacobon. Append. ad Fontej. pag. 180. Pith. Lib. III. p. 121. Boxhorn. Monum. Ill. vir. pag. 120. & ex cod. MS. Jac. Beyellii dedit Barth. Lib. LII. Adv. c. I. cum titulo JVLIA PROCILLA ANNOS VIXIT XIX. ſed integrior illa inſcriptio eſt in v. c. Moroni & Perotti,

IVLIA PROCILLA. VIX. AN. XIX.
AMARANTHVS CAESARIS AEDITVVS (TVS cod. MS.)
AB CONCORDIA COIVGI BENE
MARITAE POSVIT.

& ſic apud Apianum, Mazochium, Gruterum priore loco, alioſque, &, ne dubitemus, in ipſo marmore, addito Epigrammate, legitur, quod inter

Opto, ſi qua fides remanet telluris amicae.
Sit tibi perpetuo terra levis tumulo.

EP. CLI. MENOPHILVS POPILIAE FELICVLAE.

Hunc tibi nunc titulum ſtatuo, cariſſima conjunx,
Luctuoſumque mihi, qui ſcio, quid fueris.
Extremum officium quoniam tibi reddere cogor,
Et merito hoc fieri teſtis & ipſe loquor.
Nunc vos conteſtor manes, quibus oſſa relinquo.
Tellus huic tumulo ne gravis eſſe velis.

EP. CLII.

Romae.

MEMMIA. M. L. ANNA.

Ac veluti formoſa roſa, cum tempore prodit,
Areſcit certe tempore deinde ſuo.

Sic

inter monumenta vetera, Academiae Leidenſi legata ab Ampliſſimo noſtro Papenbroukio, nunc adſervatur. vide Cl. Oudend. Deſcript. Leg. Papenbr. p. 17 & 18 in codice Meermanniano eadem praefigitur inſcriptio, niſi quod oa CONCORDIAM in eo legatur, & in margine, *in domo Proſperi Caſarelli, Epiſcopi Aſculani.* Amaranthus hic, Procillae conjux, CAESARIS AEDITVVS AB CONCORDIA vocatur, ut T. FLAVIVS ATTICVS & M. VLPIVS ANTAS, AEDITVVS AEDIS CONCORDIAE in duabus Inſcriptt. apud Gruter. d. l. N. 7 & 8.

Hunc tibi perpetuo] *Heu tibi* adfert Barthius ex cod. Beycilii, & verſu ſeq. *corporis & functae.* v. 4. *Quos vita exegis dulciter ipſa mea.* & inter ſecundum tertiumque diſtichon inſerit iſta,

Me nunc torquet amor, tibi triſtis cura receſſit,
Lethaeoque jaces condita ſarcophago.

quae ex fine alterius epitaphii, Pedanae poſiti, & mox exhibendi, derivata ſunt. idem Barthius Lib. IV. Adverſ. cap. 12. p. 181. ſecundum diſtichon ſic emendat,

Vixiſti mecum juvenis, canoſque per annos,
Queis vitae exegi dulce iter ipſe meae.

invito marmore ipſo. quamvis illud *dulce iter vitae exegi* firmari poſſet ex iis, quae notavi ſupra ad Ep. XXVII. *iter fatale peregi.* Sed hoc in loco nihil mutari praeſtat. *dulciter* etiam habes in Inſcript. apud Gruter. pag. DCCXCVII. 6.

DVLCITER. SINE
QVERELA.

dulciter ipſa male etiam apud Jacobon. pro *ipſe.*

EP. CLI. MENOPHILVS POPILIAE FELICVLAE] apud Mazoch. p. LXXXVII. G. Fabric. p. 112. Pithoeum p. 122. Gruter. p. 990. 10. Ferret. pag. 56. & Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 217. titulum epigrammati praepoſitum ſic dederunt Mazochius, Gruterus, & Gorius Tom. I. Inſcript. Florent. p. 274.

DIS. MAN.
POPILLIA. FELICVLA.
PIA. SANCTA. CARA. SVIS.
ET. MENOPHILO. CONJVGI
COLLIB. SVO. V. A. XIX.

niſi quod ET COLLIB. apud Gor. tum V. A. XIIX apud Murat. notandum illic POPILLIA ſcribi, non POPILIA. de quo vide quae notavi ad Inſcript. Sicul. p. 570 & 571. Mazochius vero, Gruterus, & Gorius primum verſum pede ſuperfluo abundantem ſic exhibent, *Hunc ego nunc titulum ſtatuo tibi cariſſima conjunx.* Barthius etiam Lib. IV. Adverſ. cap. 17. ſecundo verſu caſtigat, *Luctum odiumque mihi.* & v. 4. *teſtis ut ipſe loquor.* ſine ulla neceſſitate.

EP. CLII. MEMMIA. M. L. ANNA.] a Ficoronio ad ſe miſſum edidit Muratorius Tom. III. p. MCCXCV. 8. qui tertio verſu dedit *Sic tu coepiſti primo formoſa Anna videri*, inepta & ſuperflua inſitione ex titulo MEMMIA M. L. ANNA. penultimo verſu etiam perperam *eheu.* pro quo *heu* edidi, ut carminis lex requirebat. non optimi genii Epigramma eſt. ingratiſſima enim ejuſdem vocis *tempore* repetitio, quatuor verſibus ter ingeſta. *Stabilis* eſt proprium mariti nomen, etiam in aliis obvium. ut *Marſidia Stabilis* in epitaphio infra edendo. initio carminis deeſt forte unum diſtichon, quod ſuadent illa *Ac veluti formoſa roſa eſt*, ut forte legendum, ne claudicet metrum. ſimile fere illud in fine alterius epitaphii,

Sic tu coepisti primo formosa videri
  Tempore, sed subito desinis esse mea.
Hoc Stabilis tuus heu, quo possum, munere parvo
  Prosequor, atque opto, sit tibi terra levis.

EP. CLIII. JVLIAE.

Julia, quae fueras longa dignissima vita,
  Occidis, e nostro rapta puella sinu.
Sed comes aetheriae nunc degis juncta Coronae,
  Nunc Helicen propius cernis, & Andromedan.

Me

phii, partim metrici, partim prosaici, apud eumdem p. MCCCCI. 1.

Ut rosa vere novo grata est in tempore parvo,
Sic fuit infelix haec mihi carissima conjunx?

sed longe elegantius Statius Lib. III. Sylv. 3. 126.

——— sed media cecidere abrupta juventa
Gaudia, florentesque manu scidit Atropos annos:
Qualia pallentes declinant lilia culmos,
Pubentesve rosae primos moriuntur ad Austros,
Aut ubi verna novis exspirat purpura pratis.

tales comparationes poëtis frequentes. & quidem artificio cultiori institutae, quae hujus Epigrammatarii jejunitatem conpensare poterunt. Sufficiant duo optimae notae Epigrammata in Antholog. Graec. Lib. VII. Ep. 114.

Εἰ κάλλει καυχᾷ, γίγνωσχ' ὅτι καὶ ῥόδον ἀνθεῖ.
  Ἀλλὰ μαρανθὲν ἄφνω, σὺν κοπρίοις ἐρρίφη.
Ἄνθος γὰρ καὶ κάλλος ἴσον χρόνον ἐστὶ λαχόντα.
  Ταῦτα δ' ὁμοῦ φθονέων ἐξεμάρανε' ὁ χρόνος.

quod sic vertit Hugo Grotius:

Si tumidam te forma facit, micat & rosa: verum
  Marcida mox sordes inter & ipsa jacet.
Tempore tantillo tam flos quam forma senescunt:
  Esse diu pulchris invida fata negant.

& Ep. 127.

Πέμπω σοὶ, Ῥοδόκλεια, τόδε στέφος, ἄνθεσι πλέξας,
  Αὐτὸς ὑφ' ἡμετέραις δρεψάμενος παλάμαις.
Ἔστι κρίνον, ῥοδέη τε κάλυξ, νοτερή τ' ἀνεμώνη,
  Καὶ νάρκισσος ὑγρὸς, καὶ κυαναυγὲς ἴον.
Ταῦτα (adde δὲ) στεψαμένη, λῆξον μεγάλαυχος ἐοῦσα.
  Ἀνθεῖς, καὶ λήγεις καὶ σὺ καὶ ὁ στέφανος.

Id est, eodem Interprete viro maximo:

Floribus e pulchris mitto tibi, pulchra, coronam,
  Composui manibus quam, Rhodoclea, meis.
Est narcissus ibi, rosa nec minus, est anemone,
  Albaque caeruleis lilia cum violis.
His redimita caput noli, precor, esse superba:
  Sic es ut hoc sertum: flores, & inde peris.

Lege etiam Jacobon. in Adpend. ad Fontej. de prisca Caes. gente. p. 82. & seq. & quae notavi ad Tom. I. hujus Operis p. 700.

EP. CLIII. *Julia quae fueras*] Ediderunt G. Fabricius p. 112. Fabrettus Inscr. p. 188. Pithoeus pag. 122. Ferretius pag. 265. Fleetwood p. 329. Labbaeus Thes. Epit. p. 36. & ex Fabretto Bonada Vol. II. pag. 108. & ex v. c cod. Moroni descripsit Heinsius: atque in meo Perotti codice legitur. primo versu *longa fueras* Fabrett. & ex eo Anglus anonymus in Delectu Inscript. Metric. pag. 19. N. 25. qui tamen lectiones quasdam a Fabretto diversis habet, quarum lectorem non admonuit, ut v. 2. *Excidis* pro *Occidis*. v. 4. *Andromedam*. v. 8. *Seu vacuo dederim*. v. 10. *cordiolum*. & v. 11. *Improba* pro *Impia*. Quae ad hujus epigrammatis emendationem olim dedi in Miscell. Observ. Vol. VI. Tom. II. p. 468. & seqq. hic auctiora exhibeo.

3. *Sed comes aetheriae nunc degis juncta coronae*] sic edidit Pithoeus. qui lectionem hanc invexerunt aut praetulerunt, per *aetheriam coronam* intelligi, credo, putarunt coelicolarum coetum, quod a mente poëtae hoc quidem loco alienissimum opinor: & licet *aetherium sidus* dicatur Ovidio I. Met. 423. longe tamen praeferendum, quod in v. c. Moroni & Perotti legitur, *ardenti Coronae*, ut edidit etiam Fabrettus. nam & cum litera majuscula *Coronae* scribendum, ut sidus intelligatur, cum qua Helicen & Andromedan versu sequente conjungit. ita clare scribitur in meo codice Perotti, nec aliter explicuit Ferretius. quae vero hic *ardens Corona* dicitur, *claram* vocavit Ovidius Epist. XVIII. 151.

Andromedan alius spectet, claramve Coronam,
  Quaeque micat gelido Parrhasis Ursa polo.

& Lib. V. Trist. 3. 42. ad Bacchum:

Sic micet aeternum vicinaque sidera vincat
  Conjugis in coelo clara Corona tuae.

Germanicus in Arateis v. 70.

Clara Ariadneae propius stant signa Coronae.

O 3 hinc

Me cruciat, conjunx, miſerum, me abſumit amantem
  Saevus amor, nullis ignibus inferior.
Namque ego ſeu rebus fuerim diſtrictus agendis,
  Seu dederim vacuo languida membra toro;
Tu mihi ſemper ades, tua praeſens ſemper imago eſt,
  Quae miſero moveat flebile cordolium.

Impia

hinc *ſpectabile ſidus* vocat idem Ovid. I. A. A. 557. & ne dubitemus lectionem hanc, duorum codicum MSS. auctoritate ſuffultam, admittere, ſuadet Virgilius I. Georg. 222.

Ante tibi Eoae Atlantides abſcondantur,
Gnoſſiaque ardentis *decedat ſtella* Coronae.

& Manilius in deſcriptione ſigni hujus coeleſtis Lib. I. 322.

At parte ex alia claro volat orbe Corona,
Luce micans varia, nam ſtella vincitur una
Circulus, in media radians quae proxima fronte,
Candidaque ardenti *diſtinguit lumina flamma.*

ardentem Cancrum habes apud Lucan. Lib. x. 288. *Solis ardentes radios* in carmine Vitalis de Iride apud Pithoeum Lib. IV. pag. 161. & in verſibus apud Cic. I. de Div. c. xi.

Concurſuſque graves ſtellarum ardore micantes.

& alibi ſaepe. pro *juncta* vitioſe in cod. Perot. *invicta*, & ſeq. verſu *proprius*.

4. *Cernis & Andromeden*] *Andromaden* v. c. Moron. *Andromadan* MS. Perot. *Andromedam* Fabrett. ſed praeſtat ſcribi *Andromedan*. nam *Andromeden*, ut edidit Pith. Fabric. Ferret. & Bonada, vix dicebant. vid. Heinſii & Patrui mei notas ad Ovid. Ep. xviii. 151. VI. Met. 707. & ad Suet. Ner. cap. 12. & 21. ſic *Tegean* recte praetulerunt viri docti apud Claudian. Bel. Get. 576.

5. *Me cruciat, conjunx, miſerum, me abſumit amantem*] ſic ediderunt Pithoeus, Fabricius, Ferretius, & Fleetwoodus. ſed diſtinguendum & legendum eſt,

Me cruciat, conjux, miſerumque abſumit amantem
  Saevus amor, &c.

miſerumque edidit etiam Frbrett. eumque ſecutus Bonada, quod firmant Moroni & Perotti codices. praeterea *Scaevus amor* in eodem Moroni libro, quam vocem ubique fere in *Saevus* mutarunt librarii. vid. Colv. ad Apulej. pag. 48 & 49. & ad Sidon. Apoll. pag. 23. Juret. ad Symmach. p. 26. alioſque. Hoc tamen loco *Saevus* retinendum. ſic enim paſſim poëtae. Ovid. II. Am. 10. 19.

At mihi ſaevus amor ſomnos abrumpat inertes,
  Simque mei lecti non ego ſolus onus.

Auctor Epigrammatis in Cupidinem, quod edidi Tom. I. p. 642.

Quum me ſaevus amor prenſum ſurſumque capillis
  Excitat, & lacerum pervigilare jubet.

7. *Namque ego ſeu rebus fueram diſtrictus agendis, Seu dederam* &c.] Loco huic elegantior conſtabit ſententia, ſi cum Heinſio ſic conſtituatur,

Namque ego ſeu rebus fuerim diſtrictus agendis,
  Seu dederim vacuo languida membra toro,
Tu mihi ſemper ades, tua praeſens ſemper imago eſt &c.

colorem nempe deſumſit auctor ex Ovidii Epiſt. xvi. 99.

Te vigilans oculis, animo te nocte videbam,
  Lumina quum placido victa ſopore jacent.

quem Naſonis locum aperta imitatione adoptavit Auctor Epigrammatis ad Deliam, quod edidi Tom. I. p. 943. Ep. ccvi.

Te vigilans oculis, animo te nocte requiro,
  Victa jacent ſolo quum mea membra toro.
Vidi ego te mecum falſo ſub imagine ſomni,
  Somnia tu vinces, ſi mihi vera venis.

ſic lege cum Cl. Schradero, pro *me tecum* neque raro ex abſentium vel defunctarum imaginibus ſibi in ſomnio adparentibus ſolatium fingunt poëtae. infra in alio Epigrammate,

Solamen ſi quod miſerae eſt, inſomnia praebent,
  Quum triſtem in ſomnis ludit imago animam.

ubi vide. Plinius Lib. II. Epiſt. 1. circa finem, ubi Virginii Rufi obitum deplorat: *Virginium cogito, Virginium video, Virginium jam vanis imaginibus, recentibus tamen, gaudeo, alloquor, teneo.* &c. *fuerim diſtrictus* & *dederim* etiam hic legebat Barthius Lib. IV. Adverſ. 17 & ſic edidit Anglus Anonymus in Delect. Inſcr. Metric. ſecutus Fabrettum, ſed apud quem excidit *ego. Namque. . . ſeu rebus.* unde deceptus Cel. Henr. Cannegieterus ad Avien. Fab. p. 227. ita profert, & *namque* triſyllabice hic poſitum putat. alter verſus fere adhaeret Ovidiano III. ex P. Ep. 3. 8.

Fuſaque erant toto languida membra toro.

male etiam *deſtrictus* cod. Perott. in quo praeterea *tua mihi ſemper hymage*: neque τὸ *eſt* agnoſcit Moroni codex. & Fabrettus.

10. *Quae miſero moveat flebile cordolium*] non ineleganter in hac ſede pentametri, praeſertim in epitaphio artificioſe lugubri utitur voce Plautina *cordo-*

Impia cur teneros, o mors, disjungis amantes,
Quos bene conveniens conciliavit amor?

EP. CLIV. PEDANAE.

Ingratae Veneri ſpondebam munera ſupplex,
Erepta, conjunx, virginitate tibi.
Perſephone votis invidit pallida noſtris,
Et praematuro funere te rapuit.

Su-

cordolium, apud quem occurrit in Ciſtell. I. I. 67. & Poenulo I. 2. 86. —— *ibi tibi Erit cordolium, ſi quam ornatam melius conſpexeris.* & hunc locum forſan imitatus eſt Joh. Jovianus Pontanus Lib. I. Amor. p. 18. b. ed. Ald.

—— *nam vixdum lingua locuta eſt,*
Quum mihi fit ſubita flebile cordolium.

cor dolium ſeparata voce ſcribi vult Meurſius Exerc. Crit. P. I. cap. 1. pag. 92. cui adſenſum praebere nequeo, ut nec Scaligero, qui ad Varron. p. 218. *cordolium* non a *corde*, ſed pro *condolium* dictum putat. quod ſatis refellitur ex illo Ovidii Epiſt. VI. 76.

Cor dolet, atque ira mixtus abundat amor.

dolium cordis dixit Commodianus Inſtruct. LXXIII.

Filiorum caſus licet & dolium cordis relinquat.

ubi vide Davieſ. & plura apud Elmenhorſt. Indice ad Apulej. in hac voce. *cordiolum* igitur male editum in Delectu Londinenſi Inſcr. Metric.

Impia cur teneros, o mors, diſtinguis amantes] ſic Fabric. Pith. & reliqui, in aliis *diſtringis*. ſed *disjungis* conjeceram, antequam vidiſſem, ſic ſolum edidiſſe Fabrettum, quem ſecutus ſum. & ita legendum eſſe memini aliquando mihi indicaſſe Cel. Duckerum. ſeq. verſu *conciliaras* cod. Per. a manu prima, pro *conciliavit*. *conſociavit* edidit Labbaeus, licet ex Pithoeo producat.

EP. CLIV. PEDANAE. *Ingratae Veneri* &c.] Jam editum hoc fuit a Laur. Abſtemio inter Epigrammata poſt Pindarum Thebanum Fani 1505. & 1515 excuſa. ubi praefigitur haberi *Romae in aede S. Mariae Majoris.* ubi exſtare etiam notat Pierius ad Virg. VI. Aen. 213. & ſic apud Apianum p. 262. & Mazoch. p. XXXVII. poſt illos produxit etiam Smetius p. CLXXXIV. 8. Gruter. p. DCCCXLIII. 3. G. Fabric. pag. 112. Gabr. Symeonus Illuſtr. Epit. ant. p. 41. Pith. p. 122. Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 168. Ferretius p. 72. Ph. Labbaeus Theſ. Epitaph. pag. 53. Fleetwood p. 293. Bonada Vol. II. pag. 119. & Anglus Anonymus in Delectu Inſcript. Metric. pag. 14. ex cod. MS. Beyclii dedit Barth. Lib. LII. Adverſ. cap. I. cum v. c. Moroni contulit N. Heinſius, & ego id inveni in tribus Inſcriptionum veterum codicibus, Cyriaci Anconitani, Perotti, & Wittiano.

1. *Spondebam munera ſupplex*] in MS. Cyriaci *libens*, quod ex v. c. Moroni etiam adſcripſit Heinſius, qui inde *libans* conjecerat. Sed nihil temere mutandum, quia illi, qui ex lapide ipſo produxerunt, eoſque ſecuti reliqui omnes, *ſupplex* ediderunt. pro *Erepta* v. ſeq. in cod. Wittiano. *Arepta*.

4. *Funere te rapuit*] *me* vitioſe apud Barth.

5. *Supremum verſus munus donatus & aram*] ſic edidit Pithoeus, & ex ipſo marmore adfert Pierius. qui *Suppremum* in eodem monumento notatum ſe vidiſſe teſtatur. ut apud Apian. Mazoch. & Gruter. *donatus* firmatur a v. c. Moroni, Cyriaci, & Perotti. nec aliter Apian. Mazoch. Fabric. Symeonus, aliique. *donatur* Ferret. & margo Pithoei. *donavit* MS. Wittianus, editio Fanenſis L. Abſtemii, & Barth. *donamus* Gruter. Bonada, & Anglus in Delect. Inſcr. Metr. quod libenter praeferrem propter praecedens *votis noſtris*. apud Barthium vero, *Supremum munus verſus*. quae tranſpoſitio non diſplicet, ſi legamus, *Supremum munus, verſus donamus & aram*. Innuit ſe verſus & aram loco ſupremi muneris in ſepultura dediſſe. ut apud Catullum Ep. CII. in Inferiis ad Fratris tumulum:

Ut te ſupremo donarem munere mortis,
Et mutum nequidquam adloquerer cinerem.

extremum officium paullo ante in Epitaphio Popſiliae Ep. CLI. & ita in epitaphio, quod conjugi ſuae ſcripſit Apelles, infra edendo,

Conjugis officium teſtatur carmine parvo,
Extremumque tibi munus amore refert.

vide Lindenbrog. ad Statium p. 493. ſic in Epitaphio Probinae, Ep. CXLVI.

Suſcipe nunc, conjux, ſi quis poſt funera ſenſus,
Debita ſacratis manibus officia.

ut legendum pro Barthiano *elicia* illic vidimus.

6. Et

Supremum versus munus donatus, & aram,
Et gratam * caepsit docta Pedana chelyn.

Me

6. *Et gratam caepsit docta Pedana chelyn.*] Ita Mazoch. Gruter. Fabric. & Pith. sed in cujus marg. *scalpsit*. ut in Grutero emendaverat Gudius. quod & in cod. Perott. & apud G. Symeon. & Ferret. *sculpsit* Bonada. G. Fabricius in notulis ad Monum. Antiq. p. 144. ubi merito queritur hoc distichon esse depravatum, agnoscit se illud *caepsit* non intelligere, sed in aliis *scaepsit* legi. puto *saepsit* ab eo scriptum fuisse, ut ante illos omnes ediderat Apianus. Heinsius legebat *sepsit*, tam in libri sui margine, quam in notis ad Ovid. I. Met. 69. Id est inclusit. ut in alio Epigrammate apud Pith. Lib. III. p. 130.

Monumentum indicio est saxo septum & marmore.

Novi *sepire sepulchra*, *monumenta*, id est maceria sive muro claudere, in Inscriptionibus saepe occurrere. Novi & illud Suetonii in Ner. cap. 33. ut recte emendarunt viri eruditi, *bustum humili levique maceria conseptum*. ubi vide Casaub. & lectionem hanc firmari illic posse ex Inscriptione Tiburtina, quam adfert Lindenbrog. ad Catalect. pag. 294.

AD. ID. SEPVLCHRVM. HORTVS.
QVI. EST. CINCTVS. MACERIA. &c.

& ex pluribus aliis apud Sponium Miscell. p. 292. seqq. Donium Cl. XIII. p. 420 & Cl. XIV. pag. 423. ceterisque, quae cumulari possent, numero non paucis. Sed an id huic conveniat loco, vehementer dubito. neque capere me fateor, quomodo *chelyn sepsisse* dici possit Pedana, si id nomen sit conjugis, cui maritus hoc epitaphium scripserit, ut quidem titulus prae se fert apud Fabricium & Pithoeum, forte ex corrupta hujus versus lectione natus, vel ex titulo in hunc locum derivatus. Alii tamen, qui dudum ante ediderunt, nullam praefigunt nominis Inscriptionem, ex qua illud uxoris nomen erui possit. Lepidus enim est Ferretius, qui per *Pedana* intelligit Paeana, seu hymnum in Apollinem, & gratis conjicit Bonada, *Pedanam* fuisse poëtriam aliquam, quae huic marito versus dederit, a se compositos, lapidi inscribendos, eamque a *Peda*, vestigio humano, dictam hariolatur. Nescio vero, unde Labbaeus ediderit *Et doctam cape sis docta Pedana chelyn*. quum e Grutero proferat, apud quem *caepsit* legitur. id tamen amplexus est, & in contextu ipso sic dedit Anglus Anonymus in Delectu Inscr. Metr. Sed haec nihil juvant, & *cape sis* absonum hoc loco est. *cessit* in codice Wittiano. Vera forte lectio est, quae in veteri codice Moroni & Cyriaci se offert,

Et gratam cessit docta Thalia chelyn.

quibus adstipulatur Laur. Abstemius, qui primus omnium edidit,

Et doctam cessit docta Thalia lyram.

Idque ex codice Beyellii etiam adfert Barthius. hoc autem praecedenti versui non male convenit, nam ut uxori supremum carminis epitaphii & arae munus donare posset, Musam sibi concessisse chelyn fingit, quam *gratam* vocat, ad oppositionem *Ingratae Veneris* v. 1. quippe cui frustra votum fecerat pro fertilitate & incolumitate conjugis. Notum est, saepe poëtis Apollinem vel Musas dici lyram suam cedere & tradere, ingenium movere, carmina dictare, praecipere, & sim. Epigramma Graecum Cleopatrae poëtriae apud Reines. Cl. XVII. pag. 824. sed quod nonnihil emendatius dedit Gorius in Inscript. Flor. Tom. II. p. 43.

Μορφᾶς ἁ πρωτεῖα ἔχειν δωρήσατο Κύπρις,
Ἔργα δ' Ἀθηναία τέρπνα σαοφρονέας.
Μῶσα δὲ καὶ σοφίαν, καὶ πάκτιδα τὰν φιλέρασιν
Συμφωνίαν ἐρατοῖς μιξαμένα μέλεσιν.

additque hanc Salvinii interpretationem,

Huic primos formae Cypris donavit honores,
Atque opera huic Pallas grata pudicitiae.
Musa dedit Sophiam, & laetis concentibus aureas
Permiscens una fila canora lyrae.

Propertius Lib. I. El. 2. 17. de Cynthia, quam passim ab artis poëticae dote effert,

Quum tibi praesertim Phoebus sua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram.

Auctor Elegiae in obitum Maecenatis v. 17.

Pallade cum docta Phoebus donaverat artes,
Tu decus & laudes hujus & hujus eras.

hinc Thaliam sibi *artis magistram* jactat Sappho apud Ovid. Epist. XV. 84. ut vere legebat Patruus meus,

Sive abeunt studia in mores, artisque magistra
Ingenium nobis molle Thalia facit.

quod Cynthiae suae tribuit idem Propertius Lib. II. El. 1. 3.

Non haec Calliope, non haec mihi dictat Apollo,
Ingenium nobis ipsa puella facit.

ut lubentius ex codd. Palatinis legerem, non *cantat*. sic enim & Lib. IV. 1. 133.

Tum mihi pauca suo de carmine dictat Apollo.

ubi

Me nunc torquet amor. tibi triſtis cura receſſit,
Lethaeoque jaces condita ſarcophago.

EP. CLV. HERMES COCCEIAE NICAE.

Aeternam tibi ſedem Hermes, aramque dicavi,
Nice: optaſſemque, utinam tua fata ſuperſtes

Ut

ubi ſimili variatione *contat* in MSS. Sed de eo plura ad ipſum Propertium, ſi vitam conceſſerit ſupremus vitae arbiter. pariter in epitaphio Homonoeae, ſupra Ep. CI.

Quam Pallas cunctis artibus erudiit.

Eucharis Liciniae apud Gruter. pag. DCLV. & Pith. pag. 141.

Docta erudita paene Muſarum manu.

& ſic Apollinem ſibi medicinam praecepiſſe jactat Oenone apud Ovid. Epiſt. V. 145.

Ipſe, ratus dignam, medicas mihi tradidit artes,
Admiſitque meas ad ſua dona manus.

Sed haec ſufficiant ad medicinam loco adfecto & corrupto ope codicum MSS non invito, niſi mihi blandior, Apolline conciliandam. curam enim adcuratiorem merebatur epigramma non inelegans.

7. *Me nunc torquet amor, tibi triſtis cura receſſit*] ſimile fere in epitaphio Zoës infra Ep. CLXIV.

Tu ſecura jaces, liquiſti morte querelas.

EP. CLV. HERMES COCCEIAE] ediderunt Apianus p. 229. Mazochius pag. 84. G. Fabricius p. 113. Jacobonius p 153. Pithoeus Lib. III. p. 123. Gruterus p. 1034. 3. Ferretius p. 194. Labbaeus Theſ. Epitaph. vet. P. I. p. 18. Fleetwood p. 318 & ex v. c. Moroni deſcripſit Heinſius, atque in meo Perotti codice inveni. ab his omnibus multum differt Muratorius, qui ex ſchedis ſuis produxit Tom. III. pag. MCCCLI. 11. ſed praefixam omiſit inſcriptionem, quam ſi apud Gruterum alioſque indagaſſet, ſaltem in initio non edidiſſet *Hermes.* Eam ecce:

COCCEIAE. NICE. DOMITIAE
F. CHRYSAE.
VIXIT. ANN. XXIV. M. IIII. D. XXIIII.
HERMES. COCCEIVS. BASS.
ACT. CONIVGI. BENE M.

ubi tamen verſu primo apud Apianum, COCCEIAE AVITAE DOMITIAE. in MS. Perotti COCCEIAE ENICAE DOMITIAE. COCCEIAE NICAE in cod. Moroni. verſu quarto HERMES COCCEIAE BASSAE Apian. & Mazoch. & in v. c. Moroni & Perotti. in Bucheliano ſimpliciter COCCEIAE NICE. verſu Epigrammatis ſecundo levis apud Muratorium occurrit diverſitas. apud Gruterum, Pithoeum, alioſque legitur,

Nice, optaſſemque utinam tua fata ſuperſtes
Ut mibi tu faceres.

nullo, ut fatendum eſt, ſenſu. Melius certe apud Muratorium,

Nunc ego praeiſſemque utinam tua fata, ſuperſtes
Ut mibi tu faceres.

ſed quid vetat nomen proprium *Nice* retinere, quia in titulo COCCEIAE NICAE, & verſum hunc ſic conſtituere,

Nice, praeiſſemque utinam tua fata, ſuperſtes
Ut mibi tu faceres.

nempe ut tu ſuperſtes mihi defuncto faceres ſedem aeternam. & ita forte legendum in Epitaphio, alibi exhibendo, quod adfert Th. Smith Notit. Sept. Eccleſ. Aſiae pag. 22.

Praeiſti patrem, matremque, miſerrime nate.

vel *Praeceſti.* pro eo quod edidit *Spreviſti.* infra Ep. CLXIV.

Praeceſti hoſpitium dulce parare tuis.

ſic mox Ep. CLX.

Haec quae me fato praeceſſit corpore caſta.

certe *Nicae* in cod. Perot. *Nice* in v. c. Moroni, ut ediderunt omnes. nam vitioſa apud Apianum & Jacobonium ſcriptura eſt, *Ni te optaſſem quae.* verſu tertio *maligne* apud G. Fabric. & in cod. Buchel. quartum verſum mutilum exhibuit Gruterus, & ex eo Ferretius, *Rapta jaces annis viduata. . .* qui ſic interpolatur apud Muratorium,

Rapta jaces viduata tuis juvenilibus annis.

obſtabat nimirum pentameter, hexametris inſertus, licet id frequens ſit in epitaphiis. ceteri omnes, ita ut edidi. quinto verſu *Jam tibi Cybeles* Jacobon. *Jam tibi lac Cybeles* Gruter. & Ferret. *Lac tibi ſit Cybeles, ſint & rboſa* Murator *ſuis & roſa* Apian. *Jam tibi Cybeles* v. c. Moroni, Perotti, Mazoch. Fabric. & Pith. ſcribend. *Cybebes.* vide ad Tom. I. pag. 30. *Dianae* pro *Diones* vitioſe apud Jacobon. per *Cybeles dona* piceas nuces & coronas ex ramis arboris pinus ſtructas intelligit Fortun. Licetus ad aram Pythiam Publilii pag. 15.

1. *Aeternam tibi ſedem*] Juſtin. XII. 2. §. 10. *interfectos legatos in urbe ſepelierant, perpetuam ibi ſedem babituros.* Gruter. pag. 494. 4. VT. HABERET. ET. PRISCVS. IN. ILLA. SEDE. PERPETUA &c. SPLENDIDVM. PVBLICAE. PIETATIS. AFFECTVM. *perpetuas domos* ſupra Ep. CXLVI. *Perpetuas ſine fine domos mors incolit atra.* ſic & *aeterna domus* pro ſepulcro. de quo vide ad Ep. CXLIX.

v. 6. Et

Ut mihi tu faceres, fed iniqua forte maligna
  Rapta jaces, annis jam viduata tuis.
Jam tibi Cybeles fint & rofa grata Diones,
Et flores grati Nymphis, & lilia ferta.
Sintque precor, meritis qui noftra parent tibi dona
Annua, & hic manes placida tibi nocte quiefcant,
Et fuper in nido Marathonis cantet aëdon.

EP. CLVI. CALPVRNIANVS MATVRAE.

Hic fita, quae vixit duodetriginta per annos,
Unanimi Calpurniano fociata marito.

No-

v. 6. *& lilia ferta*] *fertis* apud folum Muratorium. fic forte mutatum fuit a quodam fciolo, qui nefciebat *lilia ferta* aeque recte dici, ac *corollas fertas*, *flores fertos* & fim. vid. Heinf. ad Ovid. IV. Trift. 2. 56. ubi hoc ipfo adducto loco optime locutionem hanc vindicat. fic *flores ferti* in Epigrammate apud Fr. Victorium in Differt. Glyptograph. pag. 125.

Ut fint, qui cineres noftros bene floribu' fertis
  Saepe ornent &c.

quae *florea ferta* funt in Epigr. de menfibus apud Pith. Lib. IV. p. 176. & apud Martialem ex MS. Lib. VIII. Ep. 77. non *florida*. vid. ad Tom. I. pag. 658.

v. 7. *Sintque precor meritis* &c.] *Sitque* v. c. Moron. & Perot. Apian. Jacobon. Gruter. Ferret. *Sintque precor meritae* apud Murator. *bona* vitiofe Ferret. pro *dona*.

8. *Annua, & hic manes* &c.] ita recte Fabric. Mazoch. Pithoeus, aliique. *Annua & manes* cod. Mor. & Per. Apian. & Jacobon. *Annuaque & manes* fuppletum in Muratorio. perperam. qui etiam edidit, *placida tibi morte quiefcant*. quod apud nullum exftat. nifi quod *hoc te* corrupte apud Jacobon.

9. *Et fuper in nido Marathonis cantet aëdon*] *Marathonia* Apian. *Maratonis* fine adfpiratione apud Gruter. & Ferret. *Maratonia tibi* Jacobon. *cantat* in cod. Perot. verfum hunc, quo precatur maritus fuperftes, ut lufcinia fuper defunctae conjugis fepulcrum in nido cantet Marathonia, ex hiftoria, quae apud Paufaniam in Atticis refertur, explicat Fortun. Licetus in Encyclop. ad Aram Pythiam p. 16. & feqq. de tumulo nempe Athenienfium, in campo Marathonio fepultorum, in quo exaudiri hinnitus equorum folebant, qui curiofis fpectatoribus noxii, fed iis, qui cafu illuc deferebantur, nihil mali adferebant: ideoque optare maritum, ut e tumulo conjugis non exaudirentur hinnitus equorum, ex ira manium nocentes, fed fuaves aëdonis cantus. Haec nimis arguta opinor. Quid fi *Marathonia cantet aëdon* recipiamus, & in genere pro Attica aëdone capiamus, cujus cantum defunctis fuaviffimum adprecabantur. ut in Epitaphio Athenaïdis & Probi apud Fabrettum pag. 702.

Cum te, nate, fleo, planctus dabit Attica aëdon,
Et comes his lacrimis veniet pro conjuge Siren &c.
Oebaliusque dabit mecum tibi murmura Cycnus.

hinc cum pfittaco, & cycno moribundo paffim jungitur aëdon. vide quae notavi ad Vol. I. pag. 114. vel quia praeceffit, *Sintque precor, meritis qui noftra parent tibi dona Annua*, optat forte, ut bonorum poëtarum carmina annua defunctae laudes cantent. hi enim paffim *aëdones* & cycni, ut contra cicadae & anferes, mali & molefti verfificatores. Auctor Panegyrici ad Pifonem v. 257.

Sed nec olorinos audet Pandionis ales
Parva referre fonos, nec fi velit improba, poffit.
Sic & aëdonia fuperantur voce cicadae,
Stridula cum rapido faciunt convicia Soli.

vide ad Lib. III. hujus Operis pag. 609. ita lufciniae, Sirenes, & hirundines, de poëtriis & cantatricibus. ut in Epigrammate Graeco Petroniae Mufae apud Gorium Infcr. Florent. Tom. I. pag. 270. de quo vide Bonadam Tom. I. p. 445. & quae notavi fupra ad Epitaph. Homonoeae p. 99.

EP. CLVI. CALPVRNIANVS MATVRAE] apud Mazoch. pag. 87. b. G. Fabric. p. 113. Pithoeum Lib. III. p. 123. Gruter. pag. DCCLXVI. 7. Ferret. pag. 174. Fleetwood. p. 282. Labbaeum Thef. Epit. vet. P. I. p. 44. & Bonadam Vol. II. p. 139. Legitur etiam in codice Meermanniano. verfu primo corrigendum *quae vixi*, ut requirunt fequentia, & firmatum inveni a codice Buchellano, in quo binae initiales literae quatuor priorum verfuum defunt.

3. *No-*

Nomina Maturae, Tuder eſt mihi nota propago,
Aufidius genitor, genuit me Plania mater.
Quadraginta duos mecum fero flebilis annos,
Rapta meis fatis: Superi ſic namque jubebant.

EP. CLVII. CHRYSES SERVILIAE.

Servilia Eirene reverens, pia, caſta, pudica,
Bis quinos denos & ſex provecta per annos:
Sit tibi terra levis, cineres quoque flore tegantur.

EP. CLVIII. TECLAE.

Hic erepta jacet ſupremo funere conjunx,
Nomine Tecla: mihi quae caro pectore praegnans
Emiſit geminum pignus, ſi fata dediſſent;
Crudelis tabes conſortem ſuſtulit unum.

3. *Nomina Maturae*] *Nomina Matura* Mazoch. Gruter. Ferr. & Bonada. *Nomine* Grutero adnotavit Gudius. & ſic in cod. Buchel. ut mox Ep. CLVIII. *Nomine Tecla*. & Ep. CLXVI. in epitaphio Glyconidis, *Dulcis nomine erat, anima quoque dulcior ipſa*.

5 *mecum fero flebilis annos*] locutionem hanc *ferre annos* parum Latinam ſuſpicabatur Heinſius ad Ovid. II. Met. 497. ſed vindicavit eam in notis ſuis Patruus meus, & prolato hoc ipſo loco ad Petron. cap. 43. p. 201. Statius Lib. V. Sylv. 3. 254.

—— raperis, genitor, non indigus aevi,
Non nimius; triniſque decem quinquennia luſtris
Juncta ferens.

ſic in Inſcript. Doniana Claſſ. XII. N. 9. p. 394. QVAE. TVLIT. AETATIS. SVAE. ANNOS. LXVII. & N. 84. p. 411. QVI. TVLIT. ANNOS. AETATIS. LIV. & in epitaphio Pagi pueri apud Sponium Miſcell. erud. Ant. pag. 219.

Bis tulit hic ſenos primaevi germinis annos.

Ita *ferre ſecula* in Epigrammate, quod edidi Tom. I. pag. 604.

Sic priſcos vincant atavos, claroſque parentes
Exſuperent meritis, ſeclaque longa ferant.

ut ipſe legebat Heinſius, non *gerant*. vide quae ibidem notavi. ultimo hujus Epigrammatis verſui adnectitur apud Gruterum, Ferretium, Labbaeum, & Bonadam,

Ima penetrali Lucinae ſacra petenti.

qui apud Mazochium, Fabricium, ac Pithoeum deſideratur, neque tamen incongruus eſt, ſi epitaphium ſit *mulieris in puerperio demortuae*, ut inſcripſit Ferretius, ſive quae occubuit, dum Hecates ſacra peragebat, vel perturiebat, ut Fleetwoodus. ſed & plura deeſſe, indicant aſteriſci in Gruteri editione adpoſiti.

EP. CLVII. CHRYSES SERVILIAE] Legitur apud G. Fabric. pag. 114. Mazoch. pag. 108. & bis exſtat apud Pithoeum pag. 123 & 142. ed. Pariſ. niſi quod altero loco, *Et tibi terra levis* pro *Sit*. In codice Meermanniano etiam occurrit, cum loci indicio in margine, *in Regione Avent. in domo Jo. Ciampolini*. & ſubſcribitur CHRYSES A. M ut apud Gruterum pag. 889. 2. ex quo habet Ferret. Lib. II. p. 111. Boniſac. de comp. Epit. p. 85. Fleetwood pag. 299. & Labbaeus Theſ. Epit. vet. P. I. p. 70. ex ſuis etiam ſchedis, tamquam a nemine editum, profert Muratorius p. MCDXCVII. 10. ſed verſu ſecundo male edidit *Bis binos*, pro *bis quinos*, ut recte Gruter. Pith. aliique.

EP. CLVIII. TECLAE] ibidem habet Fabric. & Pithoeus. & ediderunt Mazoch. pag. 176. Gruter. p. 832. 3. Ferret. p. 175. & Labbaeus P. I. Epit. vet. p. 72. primo verſu Mazochius, *Hic jacet erepta ſupremo munere conjunx*. Gruter. & Ferret. *Hic jacet abrepta extremo funeri conjunx*. ſed rectius Fabricius *Hic abrepta* (*erepta* Pith.) *jacet ſupremo funere conjunx*. nam *ſupremum funus*, ut in Epigr. apud Fabrettum pag. 702. *morti prius occubuiſſe ſupremae*. hinc in verſu Lucillii apud Pithoeum pag. 145. *Mors non una venit, ſed, quae rapit, ultima mors eſt*. vid. Interpretes ad Petron. cap. 88. & quae notavi ad Tom. I. p. 597. *Thecla* apud Mazoch. *caro pectore vivens* Gruter. & Ferret. ſed *praegnans* Mazoch. Fabric. & Pith. verſu ultimo *crudeli tabe* apud Mazoch. & ſic Grut. & Ferret. qui ſubſcribunt DEPOSITA III KAL. DECEMB. propter quam ſubſcriptionem puto Scrivetium Grutero adnotaſſe, referendum eſſe inter monumenta Chriſtiana.

EP. CLIX. F. Q. F. SECVNDVS LAELIAE CLEMENTINAE.

Functa jaces hic, sed vivis, vivesque Secundo
Laelia tuo, debent nec benefacta mori.
Te, Tellus, sanctosque precor pro conjuge manes,
Vos ite o placidi, tu levis ossa tegas.

EP. CLX.

AVRELIVS L. L.
HERMIA
LANIVS DE COLLE VIMINALE.

Haec, quae me fato praecessit, corpore casto
Conjunx una meo praedita amans animo,

Feido

EP. CLIX. F. Q. F. SECVNDVS LAELIAE CLEMENTINAE] sic inscripsit Pithoeus p. 123. FVRIVS SECVNDVS LAELIAE Fabricius pag. 114. sed amplior est titulus apud Gruter. p. 798. 7. & ex eo apud Ferret. pag. 92.

LAELIAE. CLEMENTINAE. VXORI. INCOMPARABILI Q. F. SECVNDVS. MARITVS. ET. SIBI. VIVVS. FECIT.

quomodo etiam legitur ex v. c. Moroni inter Inscriptiones a Nic. Heinsio descriptas. & sic fere apud Ursin. Inscr Veronens. p. 219. & Maffej. Museo Veron. p 173. ex quo habet Bonada Vol. II. pag. 101. nam Veronae exstare testantur omnes, licet *Romae* tribuerit Muratorius Tom. III. pag 1364. N. 9. in codice Meermanniano epigraphe est D. M. LAELIAE. CLEMENTINAE. VXORI. INCOMPARABILI. Q. FVRIVS. SECVNDVS. MARITVS. sed in margine notatur, ignorari locum, ubi exstet. edidit etiam Toscanus, sed sine ullo titulo, post Carm. Illustr. Poët Italor. Tom. I. p. 90. & Labbaeus Thes. Epitaph. vet. P. I. p. 38. apud Gruterum praefigitur haberi *apud Montem Aureum prope Veronam*. hinc in meo codice Inscription. Cyriaci Anconitani legitur in *Castello Montorii*. AELIAE CLEMENTINAE & seqq quae cum Grutero consentiunt. In codice meo Henniniano titulus est, *In sepulchro in arce Montis auri*. Bonifac. de comp. Epit. p. 191. ab his diversum praemittit titulum, *Montorii in Agro Veronensi:* LAELAE CLEMENTINAE &c. ut consentiret versui secundo *Laela tuo* quomodo solus edidit, cum *Laelia* illic in bisyllabum sit contrahendum.

1. *Functa jaces hic, sed vivis* &c.] *Juncta jaces primo & vivis vivisque Secundo* male editum a Bonifacio. licet ita etiam in cod Henniniano, & *vivesque Secundo. Fama jaces* vitiose in cod. Cyriaci. sed *Functa* recte apud ceteros omnes. pro *defuncta*, quod veteribus usitatum alibi notavi.

2. *Laelia tuo*] sic Pith. Grut. v. c. Moron. *Lelie tua* cod. Hennin. *Laela* Bonif. *Lelia* Ferret. ut male etiam profert Delrio Comm. ad Senecae Hippol. pag. 215. *Aelia* posset corrigi, si vera esset inscriptio codicis MS. Cyriaci AELIAE CLEMENTINAE. quamvis in ipso carmine *Laelia* illic legatur. LELIA apud Maffej. deinde *tua debent nec benefacta mori* in v. c. Moroni, & Meermanniano, ubi etiam versu primo vitiose *sed vivisque Secundo*. in schedis Farnesiis *debent nec tua facta mori* legi testatur Muratorius. sed omnes *benefacta* habent. nisi quod inepte apud Bonifacium, *debet nec benedicta mori*. minus accurate *debes nec benefacta mori* editum in Museo Veronensi.

4. *Vos ite o placidi*] sic Fabric. & Pith. *Vos ite placidi* v. c. Moroni, Cyriaci, & Henninianus. Gruter. Ferr. Murat. Maffej. Bonad. *Vos sitis placidi* Bonifac. *tegas* apud plerosque. nisi quod *tege* Fabric. & Delr. subscribitur in cod. Mor. & Cyriaci, & apud Maffej. VIXIT ANNIS XXVII. sed XXVI. Murator. apud Gruter. & Ferret. VIXIT. ANN. XXX. MENS. V. DIES X. ex quibus edidit etiam Fleetwood p. 284. & Labbaeus Thes. Epit. vet. P. I. p. 38.

Haec quae me fato &c.] Hoc & sequens conjugum duorum Epitaphium ex dextra & sinistra vetusti cippi parte exhibuit Gruterus p. MXLVI. 6. ad quem vide Animadv. p 353. sed emendatius, Imaginibus conjugum sibi blandientium ex ipso monumento additis, Fabrettus cap. V. pag. 421. & ex eo Ferret. Lib. III. p. 198. Labbaeus Thes. Epitaph vet. P. I. pag. 13. quorum tamen nullam fecit mentionem Muratorius, qui Tom. III. Thes. pag MDXXII. N. 2. haec epigrammata ex schedis Ptolomaeis, veluti a nemine antea edita, adpositis etiam conjugum Imaginibus, ut apud Fabrettum, produxit Ex Antiquitatibus Pyrrhi Ligorii descripsit etiam N. Heinsius in libello MS. Inscription. veterum, ubi praefigitur, haberi

Feido feida viro veixſit ſtudio parili, quum
  Nulla in avaritie ceſſit ab officio.

EP. CLXI

AVRELIA L. L.

PHILEMATIO.

Viva Philematium ſum Aurelia nominitata,
  Caſta, pudens, volgei neſcia, feida viro.
Vir conlibertus fuit eidem, quo careo eheu,
  Re fuit e vero plus ſuperaque parens.
Septem me natam annorum gremio ipſe recepit,
  Quadraginta annos nata necis potior.
Ille meo officio aſſiduo florebat ad omnis

. . . .

beri *in horto Salustianorum*, & titulus Epigrammatis eſt, ut apud Muratorium,

AVRELIVS. L. L.
FILERMIA
ENNIVS. DE. COLLE
VIMINALE.

& v. 2. *Conjux viva meo.* pro quo *conjunx una* apud Gruter. Fabrett. & Murator. Sed mendoſam puto lectionem *meo praedita amans animo.* Forte emaculandum,

Conjunx una meo perdite amata animo.

ut in illo Catulli Epigr XLVI.

Ni te perdite amo, atque amare porro
Omnes ſum adſidue paratus annos.

hinc *amando perdere* apud Horat. I. od. 8. 2. in Epigrammate Virgilii ad Varium Tom. I. hujus Anthol. pag. 675.

Scilicet hoc ſine fraude, Vari dulciſſime, dicam,
Diſperеam, ſed me perdidit iſte putus. &c.

Propertius Lib. I. El 13. 7.

Perditus in quadam tardis palleſcere curis
Incipis &c.

hinc recte Patruus meus vindicavit apud Nemeſian. Ecl. IV. 30 *miſerum tu perdis amantem.* pro *ſpernis.* quod malebat Heinſius. ubi notas ejus vide. hanc emendationem non dubito admiſſuros eſſe illos, qui genium & numeros hujus Epigrammatis capiunt. tertio verſu idem codex Inſcriptt. Heinſianarum,

Fido fila viro veixſit ſtudio parili quin
Nulla inavaritiae &c.

ſed apud Gruter. Fabrett. & Muratorium ita legitur, ut edidi. niſi quod in *avaritie* ex ultimo praetuli, pro *inavaritiae.* notandum *avaritiea*, ut *deliciea*, *triſtitiea*, *fallaciea*, *ſaevitiea*, & ſim de quibus vid. Colv. ad Apulej. pag. 75. & Patruum ad Ovid. Epiſt. XVII. 29. in altero Epigrammate verſu quarto vitioſe apud Muratorium, *Que fuit e puero plus ſuperaque pareius.* v. 6. *Quadraginta annos*, ſive per numeros XXXX, recte in Heinſii codice Inſcriptionum, & apud Fabrett. & Murator. XXX male apud Gruter. & Ferretium. utrumque etiam habet Fleetwood pag. 321. ubi in inſcriptione partis dextrae,

AVRELIVS L. L.
HERMIANVS
DE COLLE VIMINALI.

& ſiniſtrae,

AVRELIA L. L.
AVRELIA L. L.
PHILEMATIO.

ut apud Gruterum, & Ferret. licet aliter apud Fabrettum,

AVRELIVS L. L.
HERMIA
LANIVS DE COLLE
VIMINALE.

ex quibus emendanda eſt epigraphe Muratoriana, modo prolata.

EP. CLXI. *Viva Philematium ſum Aurelia nominitata*] Melius certe ſcripſiſſet auctor epigrammatis,

Viva Philemation Aurelia ſum vocitata.

nam *nominitata* vox eſt barbara. *vocitata* aevi probati. & a Cicerone adhibita. *Philemation*, vel *Philematium*, nomen blandientis adfectus, idem quod ſuaviolum, in vetuſtis monomentis frequens, tam de viris quam feminis. ot in duabus Inſcriptionibus, quas adfert Ferretius. ſic DECIMIAE L. F. PHILEMATION apud Gruter. pag. DCCXXVII. 9. PHILEMATIO AVG. L. SACERD. A BONA. DEA. MATRE. MAENALI apud Bianchin. Inſcr. ſepolcr. p. 35. & L. GRANIO DIOGENI PHILEMA-

EP. CLXII.

ANTONIAE L. F. MAVRAE.
MARITAE. PIISSIMAE. DVLCISSIMAE.
RARISSIMAE. CASTISSIMAE.
TI. CLAVDIVS. SPERATVS. MARITVS.
INFELICISSIMVS. V. A. XXIII. D. XX XIX.

Itala me rapuit crudeli funere tellus,
  Dum foveo adſidua ſedulitate virum.

IN. FRONTE. P. V. IN. AG. P. VIII.

EP. CLXIII.

M. AEMILIVS. M. F. IANVARIVS. CATILIAE
MARTIANAE. CONIVGI.

Invide, quid gaudes? illa hic mihi mortua vivet,
  Illa meis oculis aurea ſemper erit.

EP.

TIO L. apud eumd. p. 36. Poſſent igitur hae Inſcriptiones vindicare id nomen in Plauti Moſtellaria Act. I. Sc. 3. v. 89. ubi pro *Philematium* in vetuſtis editionibus & Sambuci membranis *Philocomaſium* ſcribi adnotavit Gruterus ineditarum Suſpicionum Libro XIII. cap. 8. Eſt autem ejuſdem terminationis, ac multa ſimilia conjugum & amantium nomina apud Graecos *Glycerium*, *Sophronium*, *Philotium*, *Philenium*, *Erotium*, *Gorgonium*, & alia. vide Sirmondum ad Sidon. Apollin. pag. 29 & 30. ubi hoc ipſum Epigramma affert, & Muratorii Anecd. Graec. pag. 64. Recte igitur Maffejus in Muſeo Veronenſ. pag. 487. inſcriptionem tabulae, quae olim e Graecia Patavium tranſlata nunc Veronae exſtat,

ΥΠΟΜΝΗΜΑ
ΑΙΛΙΑΣ ΦΙΛΗ
ΜΑΤΙΟΥ.

interpretatus eſt *Monumentum Aeliae Philematii*, non *Philemationi*, ut perperam Reineſius p. 815.

EP. CLXII. *Itala me rapuit* &c.] ſic ex ſchedis Barberinis edidit Fabrettus cap. IV. p. 299. ſed paullo aliter Donius in Claſſ. X. Inſcr. p. 395. ubi in titulo,

D. M.
ANTONIAE. L. F. MAVRAE.

omiſſo in ſeqq. epitheto CASTISSIMAE. certe multa nimis hic cumulantur epitheta. ex Donio etiam protulit Bonada Vol. II. p. 117.

EP. CLXIII. *Invide, quid gaudes*] apud G. Fabric. p. 114. Pithoeum p. 124. Mazoch. p. XXVII. b. Labbaeum Theſ. Epitaph. vet. P. I. pag. 17. Gruter. p. 757. & ex eo apud Ferret. p. 229. & Bonadam Vol. II. p. 137. In meo autem Perotti codice, ubi v. 1. *illa mihi mortua vivet*, praefgitur ampla Inſcriptio, quam ex Grutero cum etiam dederit Bonada, neque hic eam praetermittendam arbitror,

M. AEMILIVS. M. F. JANVARIVS.
CATILIAE. MARCIANAE. (MARCINAE cod. Per.)
CONIVGI.
INCOMPARABILI. DVLCISSIMAE.
PIENTISSIMAE. CASTISSIMAE.
QVAE VIX. ANN. XXXII (XXXIII cod. Per.) MENS. VI.
DIEB. V. ET. CVM. QVA. VIXIT. (VIXI cod. Per.) ANNIS.
XIII. CVM. MAGNA. DVLCITVDINE.
SOMNO. AETERNALI. SACRVM.
FECER. ET. FIL. M. AEMILIVS.
MARCIANVS. ET. AEMILIA. INGENVA.
QVAE. ET. MARCIANAE. MATRI
PIENTISSIMAE. DVLCISSIMAE.
SANCTISSIMAE.
ΟΥΧΙ. (ΥΧΙ cod. Per. ΕΥΨΥΧΕΙ Gudius) ΤΕΚΟΥΣΑ.
ΟΥΔΕΙΣ. ΑΘΑΝΑΤΟΣ.
SOMNO. AETERNALI. SACRVM.
FECERVNT. (ET addit cod. Per.) LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE EORVM.
INVIDE. QVID. GAVDES, ILLA. HIC. MIHI. MORTVA.
VIVET.
ILLA. MEIS. OCVLIS. AVREA. SEMPER. ERIT.
ET. Q. Q. MVCI. EVTACTI (EVCTANTI cod. Per.)
ET. IVLIANI LIB. LIBERTABVSQ. POSTERISQVE EORVM.

eadem quoque habetur in codice Meermanniano, & in margine notatur haberi *in S. Maria in monte Aventino*. in qua Inſcriptione notanda vox DVLCITVDO, Ciceroni uſitata, ut patet ex Nonio Marcello pag. 96. ed. Merc. ſic in alia Inſcript. apud Fa-

EP. CLXIV. ZOE.

Dulce caput, manes Zoë benedicta moraris,
Tu secura jaces, liquisti morte querelas,
Praecesti hospitium dulce parare tuis.

EP. CLXV. C. ASINIVS MALCHIO CONIVGI.

Conjugium inceptum quam Malchio chare memento,
Quae fuerit nobis consociata fides.

Define

Fabrett. pag. 250.

CVM. QVA. VIXI. ANNIS. XVIIII.
NON. CORRVPTO. MATRIMONIO.
CVM. MAGNA. DVLCITVDINE.

& apud Gruterum in Spuriis pag. XXV. N. 2.

AMBOS. EXTREM. CVM. DVLCITVDINE. LARTISS.
COMPLICATOS. &c.

Ceterum IANVARIVS viri, & IANVARIA feminae nomen, in vetustis Inscriptionibus frequens; quarum exempla cumulare nihil adtinet. Una sufficiat, ut ei opem nonnullam adferam, quam sic ex schedis Ptolomaeis edidit Muratorius Tom. III. pag. MCCCVI. 7.

D. M.
SEX. AVFIDIO. PHITO
CONIVGI
IANVARIA. B. M. FECIT
ET. SIBI. POSTERISQVE
EORVM.

sed ex ipsa urna sepulcrali marmorea cum operculo, in cujus parte interiore haec inscriptio legebatur, quae anno hujus seculi quinquagesimo Hagae Com. publice venum exposita fuit in supellectile antiquaria Ill. Comitis Wassenaarii Obdamii, sic restituendus hic titulus:

D. M.
SEX. AVFIDIO. PHITEIO
IANVARIA. CONIVGI. B. M. FECIT
ET. SIBI. POSTERISQVE
EORVM.

nam male CONIVGI praecedit ante IANVARIA apud Muratorium, quae minoribus literis sculpta erat in urna, ut locum occuparet post IANVARIA, cui vitiose B. M. adnectitur apud Murat. quum jungenda sint CONIVGI B. M seu *bene Merito*, & PHITO perperam edidit pro PHITEIO.

EP. CLXIV. Zoë. *Dulce caput*] ediderunt Mazoch. p. CLXXIII. Smetius fol. CX. Gruter. p. MLXI. 8. G. Fabric p. 114. Pith. p. 124. & Ferret. p. 189. *dulce caput* posset hic dici Zoë, ut apud Propert. IV. El. XI. 55.

Nec te, dulce caput, mater Scribonia, laesi,

sed quia in codice Meermanniano, (in cujus margine indicatur exstare *prope portam Appiam in vinea Joannis de Mererata*) legitur *Dulcis caput*, ut apud Mazochium editur, hinc legendum haud dubie,

Dulcis apud manes Zoë benedicta moraris.

nam apud Smet. Gruter. & Ferret. *dulcis aput.* ut in cod. Bucheliano. certe *manes moraris* lectio incommoda est. vox *benedicta* sequius aevum indicare posset. licet ita etiam in Inscript. apud Gruter. pag. DCCCLXXV. 3. HIC SVPER OSSVA CINERESQ. TVOS BENEDICTA QVIESCIS. altero versu pro *liquisti morte querelas*, ut recte edidit Pithoeus, in cod. Buchel. & apud Mazoch. Smet. Grut. & Ferr. *nobis reliquisti querelas.* quod graviter nimis metro adversatur, secunda & ultima in *reliquisti* brevi. licet in his monumentis metricis aliquando ultima syllaba in ejusmodi verbis corripiatur. vide quae notavi ad huius Libri Ep. XXIV. pag. 23. saepe autem in Epitaphiis defunctae dicuntur morte sua propinquis non nisi *querelas* & *lacrimas linquere.* sic in alio apud Pith. Lib. III. pag. 134.

Quot lacrimas moriens liquisti filia nato,
Tot tibi dent Superi gaudia perpetuo.

supra in Graeco Homonoeae Epitaphio,

Κεῖμαι, Ἀτιμάτῳ λειπομένη δάκρυα.

& in alio apud Maffej. Mus. Veron. p. CCCXV.

Κορυντίων καταναίομαι λιτὰν πένθος γονέεσσι
Τ᾽ ἀμᾷ δὲ νυμφίῳ χεῖ δάκρυα πλῆσ᾽ Ἀχερόντιδα λίμνην.

sic editur. sed forte pro πλῆσ᾽ corrigendum εἰς Ἀχερόντιδα λίμνην. hinc eleganter in lapide apud Capacium in Antiq. Neap. cap. XXII. p. 190. T. IX. P. II. Thes. Ital.

C. AELIO
QVI. SI. TANTILLVM. QVERELARVM
IN. CONNVBIO. LIQVISSET
LACRIMARVM. TOT. IN. MORTE
NON. FVDISSET
CRISPA. CONJVX.

EP. CLXV. C. ASINIVS MALCHIO CONJVGI] apud Mazoch. p. 97. sed Mazochium neque hanc nec quatuor illic praecedentes Inscriptiones ipsum vidisse, exemplari suo adscripserat Scaliger. cum vero ibidem praecedat inscriptio,

VENERIA. SPECLA. VIX. ANN. XX
SIBI. ET. TITIAE
SECVNDAE. MAMMAE. FECIT.

Illam

Define jam flere * fatalis mihi ora manebant,
 * Quae conjugio diftulit illa tuo.
Tunc tu talis eris, qualem tua dextera nobis
 Sollicitum praeftes, fi capit illa fides.

Ep. CLXVI. GLYCONIS.

Hoc jacet in tumulo fecura Glyconis honefto,
Dulcis nomine erat, anima quoque dulcior ufque,

Quae

illam quoque junctam cum hac ipfa fupine edidit Ferretius pag. 127. quum fit diverfa, neque ullo modo ad hoc epitaphium pertinens, fed feparatim exhibita a Grutero p. DCLXIII. 7. edidit etiam Pithoeus Lib. III. p. 124. & Jacobonius Adpend. ad Fontej. pag 180. In codice meo Perotti etiam nullus alius praefcribitur titulus, quam qui apud Pithoeum C. ASINIVS MALCHIO CONIVGI.

1. *Conjugium inceptum quam Malchio chare memento*] fic Pithoeus. apud Mazoch. & Ferret.

Conjugium inceptum. . . . . . Malchio memento.

in codice Perotti,

Conjugium inceptum dulce mihi tecum Malchio.
Memento quae fuerit nobis. &c.

& fic ex Marmoribus Strozzianis adfert Gorius in Actis Societ. Lat. Jenenf. Vol. IV. pag. 17. unde legendum videtur,

Conjugium inceptum quam, Malchio, dulce, memento,
Quam fuerit nobis confociata fides.

& hanc conjecturam adjuvat Jacobonius, qui fic producit,

Conjugium inceptum quam Malchio. . . . memento.

unde patet, illa in fede verfus, quae punctis notata eft, vocem excidiffe: quam codicis MS. auctoritate quid ni addamus, & *dulce* praeferamus pro *chare*, quod inferuit Pithoeus. *tecum* vero, quod in eodem MS. habetur primo verfu, neceffe non eft, cum fequatur *fuerit nobis*. MALCHIONIS nomen etiam occurrit in Infcript. apud Gruter. pag. DXCVII. 6.

DIS. MANIBVS.
PVLCINIAE. L. LIB.
PHOEBADI.
VIX. ANN. XX.
MALCHIO. CLAVDIAE. TI. FIL.
GORGONICE. DISP.
SORORI. PIISSIMAE.
FECIT.

ubi DVLCINIAE puto fcribendum pro PVLCINIAE.

*Define jam flere * fatalis mihi ora manebant*] ita editum a Mazochio & Pithoeo. corruptiffime. *mihi hora manebat* Jacobon. Ferret. cod. Perot. & ex Marm. Strozzianis apud Gorium in Actis Societ. Jenenf. Forte,

Define jam fletum, fatalis me hora manebat.

licet fimiliter *Define jam flere*, ultima longa, apud Pith. pag. 182. in epitaphio alumni C. Publicii Proculejani,

Define jam flere. poenam non fentio mortis.

fed quod plus femel in metri leges illic peccat. Scriverius legebat,

Define jam flere, mihi flebilis hora manebat.

fed *fatalis hora* etiam in epitaphio Liciniae Elpidis apud Pith. p. 141.

Properavit hora triftis fatalis mea.

& fupra Epitaphio Sabidis, Ep. CXLIX.

Cujus fatales penfare optaverat horas.

Statius Lib. VIII. Theb. 185.

Et cum te tellus, fatalifque hora vocaret.

ubi fimiliter *ora*, propter praecedens *tellus*, in codice Taurinenfi legi, fupra notavi ad Epigr. XXVII. *triftis hora* Boëthio Lib. I. de Conf. Phil. metr. I.

Paene caput triftis merferat hora meum.

hora enim, & *hora ultima*, vel *fatalis*, faepe de morte. vide Patruum ad Petron. p. 879. ed. noviff. & *fuprema hora*, de qua v. Jani Doufae Fil. notas ad Catull. cap. VI.

4. * *Quae conjugio diftulit illa tuo*] haec quoque vitiata funt. in codice Perotti, & Marmoribus Strozzianis,

Quae conjugio dulci diftulit illa tuo.

Mazochius & Ferretius verfum hiantem etiam dederunt,

Quae conjugio diftulit illa tuo.

apud Jacobonium,

Quae me conjugio diftulit illa tuo.

pro *illa* opinor *una* legendum. & totus forte verfus hunc in modum emendandus,

Quae me conjugio diftinet una tuo.

ut dicat, fola morte conjugium difturbatum effe. *diftinet* eleganter pro feparat, disjungit. de quo vide ad Tom. I. p. 202. verfu ult. *cepit* male in cod. Perot. & Marm. Strozz.

EP. CLXVI. GLYCONIS. *Hoc jacet in tumulo fecura Glyconis honefto*] fic exftat apud Pith. p. 124. Lipfium in Auctario Smetiano pag. 47. Gruter. p. 654. 6. Ferret. p. 144. & Boiffard Tom. III. P. V. Antiq. Rom. Tab. 92. ubi monumentum ipfum confpicitur. fed vitiofe editum eft ipfum carmen. ut v. 2. *Ducis nomen*, & *dulcior ipfa*. v. 3. *erit fibi lucis*.

Set

Quae numquam tetricos egit fibi lucis honores,
Sed magi lafcivos fuabes Bacchoque madere
Simplicitate fequi cantus mollefque coronas
Lufibus ipfa fuis generabat, faepe & amore
Dulce fibi natifque fuis, quos pube reliquit
Caftorea fratri fub imagine quos generavit.
Digna quidem frui perpetua de luce benigna,
Sed celerat quo nos fata benigna vocant.

P. MATTIVS. CHARITON. CONIVGI. B. M. F.

EP. CLXVII. LYDAE.

Injice, fi pietas ufquam eft, fufpiria, & inple
Mecum, hofpes, lacrimis marmoris hoc vacuum.

Nam

Set magi] fcribe *Sed mage*. PITHOEVS fic eft apud Boiffard. Lipfius edidit, *Sed magi lafcivos fuabis Bacchoque maderi*.

5. *Molleique coronas*] alii melius
—— mollefque choreas,
Lufibus ipfa fuis generabat, faepe & amores
Caftorea fratres fub imagine.

PITHOEVS in notis p. 464. ed. Par. Omnino ita legendum. neque aliter apud Lipf. Gruter. Ferret. Fleetwood pag. 217. & Bonadam Vol. II. p. 400. *coronas* Boiffard. innuit fe cantu fuo convivia & faltantium choros exhilaraffe. conferenda cum hoc epitaphio Glyconis, quae de fe ipfa dicit Homonoea in Graeco Epigrammate fupra edito, Ep. CXLVI.

Ἡ πολὺ Σειρήνων λιγυρωτέρα, ἡ παρὰ Βάκχῳ
Καὶ θοίναις αὐτῆς χρυσοτέρα Κύπριδος,
Ἡ λαλίη φαιδρή τε χελιδονίς, ἐνθ' Ὁμονοία
Κεῖμαι. &c.

cui fimile eft Epigramma Graecum de Menophilo apud Gruter p. DCLV 2 quod cum Hugonis Grotii interpretatione proferemus infra ad Tiberii Claudii Tiberini Epitaphium. *choreas* autem hic legendum, firmat etiam illud Aeliae Saturninae apud Pith. p 118.

Aelia Saturnina obiit, uno infuper anno,
Nec cantus vitam protulit, aut choreae.

Propertius Lib. II. El. 23. 33.

Hic ubi me prima flatuent in parte choreae,
Et medius tecta cufpide Bacchus erit.

ubi ἀρχίχορον innuit, ut in epitaphio Eutychis apud Gruter. pag. CCCXXVIII. 2. de quo vid. D'Orvill. ad Chariton. p 150. fic *regina chori* Statio III. Th. 379. ubi Lutatius: *ut choros ducebat facerdos una Baccharum*. & huic epigrammati conveniunt illa ejufdem Propertii Lib. III. El. 8. 23.

Sit menfae ratio, noxque inter pocula currat,
Et crocino nares myrrheus unguat onyx.
Tibia nocturnis fuccumbat rauca choreis,
Et fint nequitiae libera verba tuae.
Dulciaque ingratos adimant convivia fomnos,
Publica vicinae perftrepat ora viae.

ultimum diftichon fic legitur apud Boiffardum,

Digna quid emerui perpetua de luce benigna,
Sed celerant quo nos fata fevera vocant.

hinc *fata fevera* praeferrem pro *benigna*, quia praecedit *luce benigna*. mariti nomen P. MATTIVS CHARITON ex fubfcriptione patet, quae etiam eft apud Gruter. & Boiffard. augeri poteft hoc exemplo numerus aliorum *Charitonum*, quorum in lapidibus & alibi apud veteres mentionem indicavit Cel D'Orvillius initio Animadv. ad Charitonis Ἐρώτικα.

EP. CLXVII. LYDAE. *Injice, fi pietas* &c] Epitaphium hoc ex antiquo marmore, quod olim Neapoli fuit in aedibus Adriani Spataforae, produxit Jul. Caefar. Capacius in Forafliero p. 855. & Lib. I. Hift Neap. cap. 21. pag. 349. ex quo excerptum hoc Epigramma Heinfius Tom. IV. Sylloz. p. 203. per epiftolam mifit Reinefio, qui illud edidit in Infcript. Antiq. Cl. XIV. N. 105. p. 752. differt nonnihil apud Chrytraeum in Deliciis Var. Itin. per Eur. p. 89 legiturque in Catalectis Petronianis p. 231 ed. Frellon. Lugd & apud G. Fabric. p. 129. Pithoeum p. 124. Labbaeum P. I. Thef. Epit. vet. p. 43 Fleetwood p. 229. & Fabrett. pag 63. unde conftat, quam vere adfirmaverit Muratorius, fe proferre hoc epigramma, vel ideo pluris faciendum, quia a nemine ante fe editum fuerat, Tom. IV. p. MMLXXIII. 9. ex Reinefio & Fabretto dedit Bonada Vol. II. pag. 406. Inveni hoc etiam in cod. Huydecoperiano, quo

Nam formae exemplum periit, cum obiit mea Lyda,
Quam periere homines, vel periere Dei.

Ep.

Antiquitatum nonnullarum picturae, & Inscriptiones quaedam vetustae continebantur.

v. 2. *Et imple Mecum, hospes, lacrimis marmoris hoc vacuum*] hoc referendum est ad tabellarum marmorearum foramina, in medio lapidum sepulcralium passim conspicua, suspiriis lacrimisque excipiendis facta, ut magno Inscriptionum cumulo, easque inter hoc ipso epigrammate, docet Fabrettus cap. 2. Inscript. pag. 64 & seqq. notatque huic carmini praefixum fuisse titulum, *Neapoli apud Spatbapborum tabula marmorea in medio partem excavata, cum quinque foraminibus, pro recipiendis per ea lacrimis.* vide etiam notas Angli eruditi ad Delect. Inscriptt. Metric. pag. 2. & huc refer quod supra in Epitaphio Rusticellae Cytheridis Ep. LXVII.

Et quicumque tuis humor labetur ocellis,
Protinus inde meos defluat in cineres.

3. *Nam formae exemplum periit*] eleganter dictum, & in epitaphiis aliisque Inscriptionibus ad laudem Uxorum saepe obvium. ut in illo Oppiae,

Exemplum periit, castae lugete puellae.

& in alio, ex codice Perotti alibi edendo,

Exemplum laudis vixi, dum vita manebat.

INTEGRITATIS ET CASTITATIS EXEMPLVM apud Fabret. pag. 252. VXORI SVPRA OMNIA EXEMPLA apud eumd. p. 256. in alia apud Maffej. in Select. Galliae Antiqq. Epist. IX. p. 46.

IVLIAE LVCI FILIAE TVRANNIAE
QVAE MORIBVS PARITER ET DISCIPLINA
CETERIS FEMINIS EXEMPLVM FVIT.

in Epitaphio apud Donium Cl. XII. N. 41. pag. 402. ALLIA BASILIA RARI EXEMPLI FEMINA. Cl. XIV. N. I. p. 471. EXEMPLVM NON LEVE AMICITIAE. hinc in Inscript. apud eumdem Cl. V. N. 160. & Gruter. pag. 388. 2. ubi nunc legitur,

C. CISSONII. (COSSONII Donius) C. F. CAPRIOLI &c.
ET CISSONIAE. (COSSONIAE Don.) C. LIB. IONICAE
(leg. LEONICAE)
PARENTIB. IN. EXEM. PIISSIM.
CASTA. FIL.

emendandum forte SINE EXEMPLO. vel, ut in Indice apud utrumque, PARENTIBVS. IN. EXEMPLVM PIISSIMIS. quamquam alio loco in Indice Gruteriano in FEMINA haec ejusdem Inscriptionis verba explicentur in *exemplum piissima, casta*, quae male connectuntur cum seqq. CASTA FIL. sic & apud auctores veteres *mulier exempli*, vel *ad exemplum*, pro excellenti. Quinctil. Decl. VI. *Illa exempli mulier, illa seculi decus.* Apulej. Met. p. 350. *uxor rarissimi exempli. femina singularis exempli* Petron. cap. CXI. & paullo post, *verum pudicitiae amorisque exemplum.* ubi vide Wouwer. Claudian. Epith. Hon. 232. *exemplaque discat Prisca pudicitiae.* Albinov. ad Liv. v. 13. *Occidit exemplum juvenis venerabile morum.* & v. 355. *virtutum exempla petemus. conjugis bonae exemplum* Ovidio I. Trist. 5. 26. IV. 3. 72. *Exemplumque mihi conjugis esto bonae.* & III ex P. I. 44. *Conjugis exemplum diceris esse bonae. exemplum veri Phocaeus amoris* I. Trist. 4. 21. & IV. El. 4. 71. *vir exempli recti* Livio Lib III. 43. *prisci moris exemplum Cato* Columellae Lib. XI. c. 1. Trebell. Pollio in Valerianis cap. 2. *doctrina clarus, moribus singularis, exemplum antiquitatis.* Vopiscus in Bonoso cap. 12. *fuisse dicitur femina singularis exempli:* & in Aureliano cap. 9. *Ille dux magni totius exempli.* ubi plura Salmas. & Casaub. quibus adde Barth. XXXV. Adv. 14. & ad Claudian. p. 264. & Vulpium ad Tibull. I. 6. 86.

4. *Quam periere homines, vel periere Dei*] *Dii* Fabric. Reines. Fabret. Chrytr. & Murat. vitio in metrum, pro *Dei*, ut recte Pith. quod saepe neglexerunt viri docti. praeterea *Quam petiere homines, & petiere* edidit Chrytraeus. G. Fabricius, *Quam petiere homines, quam petiere.* & sic in codice Huydecoperiano. *quam periere Dei* legebat Cl. Oudendorpius, qui descripserat ex MS. codice Scaligeri, in Bibl. Leid. servato. venusta quidem repetitione, sed videtur insolens locutio, nisi *perire*, pro deperire, seu perdite amare, sine exemplo hic poëta posuerit. Malim igitur,

Qua periere homines, qua periere Dei.

ut apud Horat. Lib. I. od. 27. 12.

——— *quo beatus*
Vulnere, qua pereat sagitta.

perire enim hoc sensu potius cum sexto quam quarto casu jungi, numerosa exemplorum copia ostendit Broukhus. ad Propert. I. 4. 12. apud quem *mori* similem in modum Lib. I. El. X. 5. *Quum te complexa morientem, Galle, puella.* vide & Patrui mei notas ad Valer. Fl. VII. 7. & sic *ardere in aliqua* rectius quam *in aliquam* dici, videbis apud Bentlej. ad Horat. I. Sat. 2. 48. Ovid. Epist. IV. 99. *Arsit & Oenides in Maenalia Atalanta.* Germanicus in Arateis v. 321. *quum Jupiter arsit in puero.* contra *perdere* dicitur puella amando. Horat. Lib. I. od. 8.

Lydia dic, per omnes
Te Deos oro, Sybarim cur properes amando
Perdere.

vide Patrui notas ad illud Nemesiani Ecl. IV. 30. *misertum me perdis amantem.* & hinc *perdite amare*, quod restituendum conjeci supra Ep. CLV. ubi vide.

EP. CLXVIII. SEMPRONIAE.

Hic eſt illa ſita, pia, frugi, caſta, pudica Sempronia Moſchis,
Quoi pro meritis ab conjuge gratia relata eſt.

EP. CLXIX. IVLIAE FIRMAE.

—— Julia Firma ſita tumulo,
Quae commune torum ſervavit caſta mariti,
Et fidei plena pietate nobile vixit.
Subrepta eſt oculis fato dictante iniquo.

EP.

EP. CLXVIII. SEMPRONIAE. *Hic eſt illa ſita*] ſic ediderunt Mazoch. p. 130. b. Pithoeus p. 125. Gruter. p. 826. 6. Ferret. Lib. III. p. 173. Toſcanus poſt Carm. Illuſtr. Poët. Ital. Tom. I. pag. 91. Fleetwood pag. 288. & cum tabella marmorea imaginem ipſius Semproniae, vultu venerando, & Romana matrona digno, referente exhibuit Sponius in Miſcell. pag. 150. ubi,

HAEC. EST. ILLA. SITA. PIA. FRVG.
PVDIC. SEMPRONIA. MOSCHIS. &c.

omiſſa voce CASTA. quam ceteri addunt, & Pithoeus. ut in Epitaphio Serviliae apud eumdem paulio ante p. 123.

Servilia Eirene reverens, pia, caſta, pudica.

& in alia apud Fabrett. p. 252. & Gorium Tom. I. Inſcr. Florent. pag. 364.

ALLIA. EVROPA. V. A. XVII.
PIA. SANCTA. FRVGI. IN. SVIS.

talem *lanificam*, *frugi*, & *ruſticam* vocat Phaedr. IV. fab. 4. 5. ubi vide Patrui notas. an forte in hoc Epitaphio verba tranſpoſita propter nimium epithetorum ex aliis cumulum, & ſuffecerit?

Heic ſita, caſta, pia, & frugi, Sempronia Moſchis,
Quoius pro meritis ab conjuge gratia relata eſt.

ut ſaltem numeri, ceteroquin innumeri, aliquo modo reſtituantur, & altero verſu *gratia* in biſyllabum coaleſcat. quod ſaepe in aliis vocibus obtinet, praeſertim in ſimilibus monumentis. Confer cum his epitaphium Amymones apud Fabrett. pag. 252. Sponium pag. 151 & 223. & Donium Cl. XV. p. 446. quod omnes laudes matronae conſummatae conplectitur:

HIC. SITA. EST. AMYMONE. MARCI. OPTIMA. ET. PVLCHERRIMA.
LANIFICA. PIA. FRVGI. CASTA. DOMISEDA.

neque minores probatiſſimae uxoris titulos jactat illa inſcriptio in Marm. Felſin. pag. 526. & apud Donium Cl. XII. N. 99. p. 414.

AVREL. ARETHVSAE
VXORI. SANCTISSIMAE
INTEGRAE. FIDEI
FRVGI. MODESTAE.
VERAE. INNOCENTIAE
OLYMPIVS. MARITVS
ET. SIBI. POSVIT.

& Cl. XX. N. 60. pag. 536.

GABINIA. GAVDENTIA. H. S. IN. QVA
FVIT. INIMITABILIS. CASTITAS. IN
PROBISSIMA. VERECVNDIA. INCON
PARABILIS. INNOCENTIA.

ubi verſu ſecundo forte ſupplendum IN QVA PROBISSIMA VERECVNDIA. ut repetatur IN QVA, ne abſurde connectantur INPROBISSIMA. vide & ſupra ad Epitaphium Claudiae Ep. CXLVII. 8.

EP. CLXIX. IVLIAE FIRMAE] proferunt Gruter. pag DLXXXIX. 1. Ferret. p. 279. Pithoeus p. 125. Fleetwood p. 188. & Bonada Vol. II. p. 414. ſecutus Muratorium p. 905. 9 qui ſubſcriptionem hanc dedit ex apographo, quod a Cel. Gorio habuit,

M. OCIMVS. SABINAE. AVG. SORORIS
LIB. TABVLAR. COIVGI. B. M. F.

& purgatiorem ſe exhibere addit prae Gruteriana. pro *nobile* nimirum edidit *nobilis*. & ultimum verſum voce ſuperflua auxit,

Surrepta eſt oculis juvenis fato dictante iniquo.

quae tamen jam ſic apud Gruterum exſtabant. forte etiam praecedens verſus una voce abundat, *plena* nempe, & quia *nobile* non habet aliud verbum, ad quod referatur, cogitabam, an initio forte ſupplendum eſſet,

Exemplum fidei & pietatis nobile vixit.

ut *exemplum fidei ac pietatis* eleganter dicatur Julia Firma, ut Lyda *exemplum formae* paullo ante Ep. CLXVII. ubi vide. In ſubſcriptione MOCIMVS, omiſſa voce COIVGI, apud Gruter. & Fleetwoodum. DOCIMVS legebat Gudius, quod nomen occurrit in alia Inſcr. apud Gruter. p. 963. 8. Quod autem hic OCIMVS dicatur *Sororis Sabinae Lib. Tabular.* ſive Matidiae, quae Trajani ex ſorore neptis fuit, inde aliquid de aetate hujus Epigrammatis colligere liceret. *commune torum* neutro quidem genere hic poni volunt, ut in Inſcriptione apud Fabrett. pag. 252. TORVM. MARITALE. DILAXIT. ſed utroque in loco *m* eliſum ſtatuere licet, pro *communem* & *maritalem*. de quo vide ſupra ad Epigr. LXXXVI. hujus Libri. in fine *fato dictante iniquo*, hiantem facit verſum. quod vitare potuiſſet auctor, ſi *maligno* ſcripſiſſet.

Ep. CLXX. THEVDVLI.

Ne dubium longo nomen quaeratur in aevo,
Theuduli tibi nomen erat, quae grata parenti
Reddideras fubolemque parique dicata marito.
Nunc te tellus habet feptem poft dece peractos
* Exegera fe afce feu tegit offa fepulchrum,
Haec tibi promeriti * fpendo merentia voto.

Ep. CLXXI.

D. M.

RVBRIAE. TERTVLLAE.

V. A. XX. M. IIII. D. IIII.

CONIVGI. OPTIMAE

C. REFANIVS. MACRINVS.

Livia me tellus aluit, geminamque fororem,
Egregio de patre fatam, fancta genetrice,

Cara

Ep. CLXX. THEVDVLI] vitiofiffime editum a Mazochio p. 169. b. fed nonnihil emendatius apud Lipfium in Auctar. Smetiano p. 51. Gruterum pag. MLX. 6. Ferret. p. 169. Pith. p, 125. & vid. Infcript. Bafilicae S. Pauli p. XXV. primo verfu, *Ne dubium longo quaeratur in eu. . . .* Mazoch. & Gruter. *nomen* addidit Pithoeus. eft fere totus Lucani verfus Lib. II. 344. cujus certe locum refpexit hujus Epigrammatis auctor,

——— *da tantum nomen inane*
Connubii; liceat tumulo fcripfiffe, CATONIS
MARCIA; *ne dubium longo quaeratur in aevo.*

v. 3. *Subolem pari dicata* Mazoch. Lipf. Gruter. & Ferret. *fubolemque parique dicata* metri fulciendi gratia apud Pith. fed cujus leges in hoc Epigrammate negliguntur, ut feq. verf. *Nunc te tellus habet.* ultima in *tellus* brevi. *dece* pro *decem.* prima male producta. quinto verfu *Exegeras fafces eu* apud Lipf. Gruter. & Ferr. *Exegera fe afce feu* corrupte apud Mazoch. unde Almelovenius in Animadv. Varior. ad Gruter. p. 354 duos poftremos verfus fic emaculandos cenfet:

Exegeras fafces, heu tegit offa fepulcrum,
Haec tibi pro meritis pendo merentia vota.

ultimo faltem verfu praeftat cum Heinfio *Haec, tibi pro meritis fufpendo merentia vota.* fed in *Exegeras*, fecunda brevi, etiam vis metro fit: *fafces exigere* pro annis explicat Ferret. quia per Confules, quorum infignia fafces funt, annos numerabant. ut in Epitaphio, quod Valerii Juliani nomine filio pofitum habet Pith. pag. 127. *at hic terno Confule natus obit.* ubi vide. fed *peractos exigere fafces* carminis ftribliginem auget. An forte,

——— *feptem poft dece peractos*
Annos, exiguum tua fed tegit offa fepulcrum.

dece pro *decem.* qualia in epitaphiis plura notavi ad Ep. 86. Aetas epigrammatis colligi poteft ex ejus fubfcriptione apud Lipf. Gruter. & Ferret.

SVIS. D. P. D. ID. SEPT. D. N. HON. AVG. IIII. CONS.

Ep. CLXXI. RVBRIAE TERTVLLAE &c.] ita infcribere malui, titulumque hunc praefixi auctoritate MS. mei Pighiani, & veteris codicis Car. Moroni, unde excerpfit Heinfius, fed in quo nomen mariti vitiofe exaratur EREFANIS MACAINVS. eamdem infcriptionem praefixerunt huic epitaphio Aldus in Orthogr. in *genitrix* pag. 358. Gruter. pag. DCCCXXIII. 1. Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 152. & Ferret. Lib. I. p. 40. quapropter inter epitaphia, quae Uxoribus mariti pofuerunt, referendum exiftimavi; nam male Pithoeus fub titulo INCERTAE, infcriptione ifta deftitutus, edidit, & inter FEMINARVM epitaphia collocavit Lib III. p 113. quae claffis tertia praecedit quartam in ejus editione, complectentem MARITORVM epitaphia VXORIBVS fcripta. inter vetera etiam e Grutero & Pithoeo edidit Labbaeus P. I. Thef. Epitaph. p. 66. & Tofcanus inter Epigrammata ex Lapidibus antiquis collecta, poft Carm. Illuftr. Poët. Ital. Tom. 1. pag. 92. praefcripto loci indicio *Galeate.* In codice autem Moroni notatur legi *Galliatae.* pro quo rectius *Galeatae in Flaminia* apud

Fleet-

Cara fui, caſto bene juncta pudica marito,
Invida ſed fati lex reddidit inrita vota.
Et tantum miſerae ſolatia liquit amanti,
Conjugis in manibus licuit quod ponere vitam.

EP. CLXXII.

ATHENAÏDI ET PROBO,

VXORI ET FILIO.

Heu crudele nimis fatum! duo funera moerens
  Plango vir & genitor (flebile!) merſa deo.
Sat fuerat, Porthmeu, cymba vexiſſe maritam,
  Abreptamque mihi ſede jacere tua.

Ad-

Fleetwood pag. 287. & Bonadam Vol. II. p. 107. Integrum vero hoc epigramma, praefixa eadem Inſcriptione, in lapide antiquo Galeatae in Templo majori adhuc hodie exſtare teſtatur vir ſummus, tam Anatomes quam literarum elegantiorum peritia apud Patavinos nomen celebratiſſimum, Jo. Baptiſta Morgagnus in Epiſt. Aemilian. IX. p. 54. inter ejus Opuſc. Miſcell. ſed dubiam penultimi verſus eſſe ſcripturam, quum non *Et tantum*. ſed *inanium*, & *liquit*, non *linquit* legatur, & inde veriorem ſcripturam excogitari poſſe, addit. Quid ſi hinc eruamus?

Et miſerae liquit ſolatia inania amanti.

ſolatia enim ſunt proprie in inmodico luctu, quibus memoriam defunctorum colimus, ac nobis conſervamus. ut in illo Anniae Agathonicae apud Pith. p. 142.

Dat tamen haec patronae pietas ſolatia filiae.

vide Pricaeum ad Apulej. VII. Met. p. 418 & ſeq. verſu primo denique obſervat Morgagnus *Liviam tellurem*, pro Foro Livii (contracte nunc *Forli*) poni, neque id apud antiquiores ſcriptores inveniri. *Livia & Metellus* corrupte apud Jacobon. v. 2. *faus* in v. c. Moroni, ut Jacobon. *fatas* melius in MS. Pighii, ut ad Rubriam Tertullam, ſororemque ejus, verſu primo memoratam, referatur. v. 3. *Jamque fui caſto* cod. Mor. *Ilara fui caſto* apud Jacobon. quae vitioſa ſcriptura ex litera *K* diviſa in *I* & *L* nata eſt, pro *Kara*, ut in cod. Pigh. & apud Gruter. Ferret. Fleetw. & Bonad. niſi *Clara* voluerit Jacobon. apud quem vitioſe *pudico*. *Cara* Pith. verſu quinto *linquit* male in MS. Pighiano, Grut. Ferr. & Fleetw. *liquit* in cod. Mor. ut edidit Pith. & Bonada. quod praecedentia requirunt. *miſerae* deeſt apud Jacobon. ultimo verſu *reddere vitam* perperam in v. c. Moron. & Pighiano. & apud Gruter. Jacobon. Ferret. Fleetw. Labb. & Bonad. nam praecedit *reddidit*. *ponere* optime edidit Pithoeus. *ponere vitam*, ut apud Propert. Lib. II. El. 20. 57.

Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore vita,
Exitus hic nobis non inhoneſtus erit.

quo loco forte Propertius, qui ſaepe Ciceronem imitatur, ut non ſemel notavit Broukhuſius, in ſuam rem vertit illa ex Lib. IX. ad Fam. Ep. 24. *ſi in hac cura atque adminiſtratione vita mihi ponenda eſt, praeclare actum mecum putem.* ſic *animam ponere* dicit Virg. IV. Georg. 238. *animaſque in vulnere ponunt.* & idem Propertius Lib. II. El. 10. 43.

Atque utinam primis animam me ponere cunis
Juſſiſſet quaevis de tribus una Soror.

ubi vide Paſſerat. & hunc Propertii locum aemulatus eſt Henricus Harius. quem poëtam Sicambrum ex diuturnis tenebris luci nuper vindicavit Celeberrimus Henricus Cannegieterus, Muſarum Gelricarum ornamentum inſigne, Lib. IV. Triſt. El. 15. p. 269.

O utinam primis me vitam reddere cunis
Atropos egiſſet, de tribus una Soror.

ſed variationis vel nimiae imitationis vitandae cauſſa praetulit *me vitam reddere*, pro *animam me ponere*. Subſcribitur huic epitaphio in v. c. Moroni,

L. SALLIVS. C. F. IIIIVIR. I. D. F. O. M. D. R. S.

quae deſiderantur in MS. Pighiano, apud Gruter. ceteroſque. Quod autem Jacobonius Epigrammati ipſi finem deeſſe exiſtimabat, cauſſam non video.

EP. CLXXII.] ex ſchedis Barberinis edidit Fabrettus Cap. X. pag. 702. Spon. in Rei Antiq. Select. Quaeſt. in Poleni Tom. IV. Supplem. Theſ. Antiq. pag. 502. ſeu Recherch. Cur. d'Antiq. Diſſ. XVIII. pag. 247. & legitur in Spicileg. MS. Inſcr. vet. in codice Biblioth. Amſtelaed. Claſſ. XIV. inſ. 2. Inveni id etiam in meis ſchedis Inſcriptionum veterum, diligenter exaratis manu, ni fallor, Gudii, ita ut Romae in Hortis Quiri-

nali-

Adjecit Clotho iteratum rumpere filum,
Ut natum raperet triſtis, ut ante, mihi.
Me decuit morti prius occubuiſſe ſupremae,
Teque mihi tales, nate, dare exſequias.
At tu ne propera, ſimili qui ſorte teneris,
Huic annos titulo nomina ut ipſe legas.
Illa bis undenos vixit, natus quoque ſenos,
Nomen huic Probus eſt, huic quidem Athenaïdis.
Quas ego quas genitor pro te dabo, nate, querelas,
Raptum quem Stygio detinet unda lacu.
Quam bene bis ſenos florebas, nate, per annos,
Credebamque Deis vota placere mea.
Stamina ruperunt ſubito tua candida Parcae,
Abſtuleruntque ſimul vota preceſque mihi.

Cum te, nate, fleo, planctus dabit Attica aëdon,
Et comes his lacrimis veniet pro conjuge Siren,
Semper ut Alciona flebit te voce ſuprema;
Et triſtis mecum reſonabit carmen & Echo,
Oebaliuſque dabit mecum tibi murmura Cycnus.

Ep. CLXXIII.

C. IVLIVS. C. L. ANTIOCHVS
VERATIA. C. L. ELEVTHERIS.

Sic florem aetatis tenuit Veratia caſte,
Nulla ut perciperet gaudia dedecoris.

Con-

nalibus Barberinorum legebatur, quibus adnotatum erat, haberi in tabula longa duas, & alta tres palmas, ſculpta literis ſeculi Antoninorum, aut antiquioribus. Ex Fabretto etiam edidit Bonada Vol. II. p. 253. qui cenſet totum hoc Epitaphium redolere ſeculum & poëtam verboſum potius quam diſertum, quod licet concedam, non omnino tamen ineptum eſt, & utinam non minus diſerta atque inelegantia in his veteris aevi reliquiis ac ſepulcrorum monumentis occurrerent.

Duo funera] *dua* MS. Gud. & Amſt. Fabret. Spon Bon.

Merſa deo] *deo* corruptum. Forte *merſa vado.*

Portbmeu] *Porthmneu cumba vexſiſſe* MS. Gud. & & v. 5. *Chloto.* vide ſupra ad Ep. LVI.

Teque mihi] vitioſe in MS. Gud. & Amſt. *Tuque m. t. n. d. obſequias.* & ſic apud Fabret. & Bonad. *exſequias* MS. Gud. Spon.

At tu] *Ad tu* MS. Gud. Fabret. Spon. Bon.

Huic annos] *Dunc* MS. Gud. & Amſt. Fabret. Spon. Bonad. qui *Dunc* pro *Donec* exponit. forte *Nunc.*

Raptum quem] *Raptumque* Spon. MS. Gud.

Credebamque] *Credebamque* MS. Gud. & Amſt. & apud Spon. Fabr. & Bonad.

Et comes his lacrimis] ſic legend. *his* omittunt. *Et comes ad lacrimas* MS. Gudii.

Semper ut Alciona] *Semper & Alcyone* MS. Gud. & *reſonabat.*

Ep. CLXXIII. VERATIAE] Romae apud Paullum Maccaranum vidit & exſcripſit Donius Claſſ. XII. Inſcript. p. 398. ex quo repetiit Muratorius Tom. III. p. 1694. 4. & Bonada Vol. II. p. 410.

1. *tenuit*

Conjuge namque uno vixit contenta probato,
Cetera digna bonis femina facta tulit.

VERATIA. C. L. SALVIA.

EP. CLXXIV.

Extremum hoc Conjux a Conjuge, si qua venire
Inde tibi possit gloria, munus habe.
Inde mihi certe ventura est maxima, dum te
Uxorem nostram quisque fuisse leget.

EP. CLXXV. SEX. POMPEIVS APELLES CONIVGI INCOMP.

Debita conjugio Apelles pia carmina scribit,
Quam rapuit. . . . mors inimica viro.

Haec

1. *aetatis tenuit Veratia caste*] forte *aetatis castae*, ut in Inscript. apud Gruter. p MCLVIII. 5.

SALVE. PVER. AETATIS
CASTAE.
OERVNTIO. ALVMNO
ET. MEAE. SENECTVTIS. ALEN
DAE. STVDIOSO.

quam edidit etiam Murator. T. II. p. MCLXX. 3. sed ubi pro SENECTVTIS ALENDAE male legitur AETATIS ALENDAE.

Conjuge namque uno vixit contenta] hanc castarum laudem lapidibus sepulcri sui incidi amabant matronae. hinc Cornelia Paulli apud Propert. IV. XI. 36.

Junger, Paulle, tuo sic discessura cubili,
Ut lapide hoc uni nupta fuisse legar.

ubi alia Inscriptionum exempla adfert Brokhusius. & hinc filiae suae eamdem continentiam commendat v. 94.

Filia da specimen censurae nupta paternae,
Fac teneas unum, nos imitata, virum.

ut legit N. Heinsius. idem Propertius Lib. II. El. 13. 21.

Numquam venales essent ad munus amicae,
Atque uno fieret cana puella toro.

sic praefert, & exemplis multis firmat Broukhusius. in vulgatis *una domo*. sed ex Vossiano, meoque codice, magis mihi placet *uno viro*, hac lege, ut sequenti mox versu emendemus cum Heinsio, *Candida tam foedo brachia fusa toro.* non *viro.* rectius enim videtur *brachia fusa toro*, quam illud alterum. in Epitaphio Apolloniae,

Unum sortita maritum
Servavi casta pudorem.

Statius Lib. V. Sylv. I. v. 55.

Ex te major honos, unum novisse cubile,
Unum secretis agitare sub ossibus ignem.

& huc refer epitaphium Aufidiae Severinae a Fabretto editum pag. 252. in fine. ubi inter alia:

CASTA. FIDE. SEMPER. TORVM. MARITALE. DILEXIT
SOBRIA. NON. MOECHA. SIMPLEX. ANIMOQVE. BENIGNO
DEDITA. CONIVGI. SOLI. SVO. IGNARA. ALIENVM.

in Marm. Felsin. pag. 316.

Q. RAGONIAE. CYRIACETI. CONIVGI. DVLCISSIMAE ET. INCOMPARABILI. VNIVIRAE CASTAE. BONAE. &c.

& sic VOLVIIA VNIVIRA apud Gruter. p. DCCXLVIII. 4. & Fabia Fuscinella CELSINO NVPTA, VNIVIRA, VNANIMIS dicitur in lapide apud eumdem pag. MCXLI. 1. & Theodoram conjugem ΜΟΝΑΝΔΡΟΝ laudat maritus in Inscr. apud Sponium in Miscell. p. 151. vide & Meurs. in Mantiss. ad libr. de Luxu Roman. cap. X. p. 60.

EP. CLXXIV. *Extremum hoc* &c.] Ineditum hoc Divione descripsit Cel. D'Orvillius, ubi legitur in Ecclesia S. Magdalenae. Ei autem merito hoc Epigramma propter naturalem, quae in illo maxime elucet, simplicitatem valde placebat. An vetustum sit, non adfirmo. Est tamen pulcherrimum, & antiquitatis genio dignissimum. quodque omnes honoris & amoris titulos & adfectus, verbosis licet Epitaphiis cumulatos, quibus uxoris bene meritae manes prosequi possit maritus, comprehendat & superet.

EP. CLXXV. *Debita conjugio* &c.] primus hoc Epigramma edidit Jac. Tollius in Fortuitis Criticis pag. 312 & ex eo Almeloven. p. 5. Haberi Arelate muro domus infixum prope monasterium Misericordiae, testatur Brevalius in Itiner. Anglic. Tom. III. p. 177. & illustr. Maffejus in elect. Gall. Antiqq. Epist. XV. pag. 70. ex quo edidit Bonada Vol. II. Cl. VI. p. 116. & Muratorius p. MCCXCIX. 8. Neminem tamen observasse miror, initio hujus Epitaphii in nomine *Apelles* vim metro inlatam. quod vitium, quia saepe in monumentis vetustis voces transpositae fuerunt, recte tollebat

Haec debent memores poſtrema in morte referre,
  Ob requiem gratam, quam pia cura dicat.
Conjugis officium teſtatur carmine parvo,
  Extremumque tibi refero munus. . . . .
Dulcis, caſta, viro reverens, pia, cara, fidelis:
  Tot damna, amiſſa conjuge, jure fleo.
Te, lapis, obteſtor, leviter ſuper oſſa quieſcas,
  Et mediae aetati ne gravis eſſe velis.

EP. CLXXVI.

D. M.

Q. OCTAVIVS. MEMOR

OCTAVIAE. NEBRIDI. CONIVGI. LIBERTAEQVE.

Condita Nebris habes titulum, quem ſola mereris,
Octavi Memoris conjux quae vera fuiſti,
Elyſios precor ut poſſis invadere campos,

Ma-

bat Cel. D'Orvillius in adnotationibus ineditis ad Muratorium, hoc modo,

Debita conjugio pia carmina ſcribit Apelles.

ſecundo verſu Brevalius & Maffejus exſtimant uxoris nomen reticuiſſe maritum Sed non video quo modo nomen uxoris quodcumque locum illic habere poſſet. frequenter enim in Epitaphiis ipſis nomina, titulo praemiſſa, omittuntur. poſſet ſuppleri, *Quam rapuit miſero* (vel *caro*) *mors inimica viro.* vel *moeſta*, ut apud Tollium & Almelov. apud quos tamen vitioſe v. 3. *Haec debent.* ſexto verſu, duabus ultimis vocibus tranſpoſitis, lacuna forte integra erit, ſi legamus,

Extremumque tibi munus amore refert.

Certe id mallim, quam quod prius cogitabam, *munus amans refero.* nam *refero* mutari praeſtat in *refert*, quia praecedit *teſtatur*, niſi temporis variatione hic admiſſa quis malit, *munus amore fero.* ut ultima ſyllaba vocis *amore* adhaeſerit in *refert. extremum munus*, ut ſupra Ep. CLIV

Supremum munus, verſus donamus & aram.

ubi vide. & in inſcript. apud Gruter. p. DXCVII. 7.

HAEC. SVPREMVM MVNVS. LIBENTI
ANIMO. SIBI. ET. POSTERISQVE
SVIS. FECIT. ET. EORVM.

ſed apud Tollium & Almelovenium editur,

Extremumque tibi refero munus Sempronia.

forte igitur hic verſus hexameter pro pentametro fuit in marmore, ut ſaepe in aliis monumentis, ac legendum,

Extremumque tibi refero, Sempronia, munus.

ſaltem inde eruitur nomen uxoris, cui S. Pompejus Apelles hoc Epitaphium ſcripſit. ſequente verſu *viro reverens* inſolentior eſt locutio, pro *viri*, ſed puto ſcriptum fuiſſe, *viri reverens*, id eſt *virum.* ultimum diſticho is aliorum quoque Epitaphia ſaepe vel inchoat vel finit. & hoc ipſum inſeritur inſcriptioni, quae exſtat apud Ferretium Lib. II. pag. 218.

Te, lapis, obteſtor, ut ſuper oſſa quieſcat,
  Ne tenerae aetati gravis eſſe videaris.

ubi forte emendandum, ſi tantum in his liceat,

Te, lapis, obteſtor, levis ut ſuper oſſa quieſcas,
  Et tenerae aetati ne gravis eſſe velis.

vel *leviter ſuper*, ut hoc loco, & in illo Vectii Nymphii apud Fleetwoodum p. 242. alioſque,

Et te, Terra, precor, leviter ſuper oſſa reſidas,
  Sentiat ut Pietas praemia, quae meruit.

& in alio epitaphio, infra edendo,

Te, lapis, obteſtor, leviter ſuper oſſa reſidas,
  Ne noſtro doleat conditus officio.

ubi vide.

EP. CLXXVI.] hoc edidit Vignolius in Inſcript. Select. pag. 282. adeo lacerum, ut medicinam ei ſperare vix liceat: quam tamen adferre conatus eſt Bonada Vol II p. 409 qui ſic ſupplet,

Maerentemque rogas Ditis placidam.
Que precetis det ſedes ut
amica pias meritisque receſſus
Ac tinat umbrarum *lenis ut* loca ſancta frequentes.

Sed opinor melius eſſe manum abſtinere ab ejuſmodi vulneribus, & intacta relinquere, quam curando pejora reddere, praeſertim cum ipſe fateatur ſe has lacunas *motu Muſis ſ pleviſſe.* Habetur etiam inter alias Inſcriptiones in Electis Epiſtoli-

Matronamque colas Ditis P. . . . . .
Qui prece bis det ſedes ut. . . . . . .
. . . . as meritoſque. . . . .
. . . . eus ut. . . . .

EP. CLXXVII.

D. M.

Hic jacet ex. . . . . . Laberia. . . . .
Felici. . . . . hanc con. . . .
Jun. . . . . dri cum quo
Vixit caſta viro. . . . ſortita per annos
Attius. . . . . . . obitae. . . . .
. . . . . requi. . . . . aravit.

EP. CLXXVIII.

FIRMA EPAPHRODITI

ANN. XXIIII.

Firma fatis felix, cum me mea vita maneret,
  Conjugis obſequio cum pietate fui.
Conjugis illius, quem vix aequare mariti
  Adfectu poterint aut bonitate pari.
Conlibertorum vultus animoſque meorum
  Placatos merui ſedulitate mea.
Placatos merui per te magis, omnis ut aetas
  Sanguine me junctam crederet eſſe ſibi.

Qui

ſtolicis Ficoroni poſt vitam Fabricii a Reimaro editam pag. 255. ubi inſcriptio amplior praefigitur,

DIS. MANIBVS. PIIS. S.
C. OCTAVIVS. MEMOR
OCTAVIAE. NEBRIDI. CONIVGI. LIBERTAEQVE.

ultima etiam valde mutila illic occurrunt. & ſic ex Muſeo Cardinalis Alex. Albani tranſmiſſum a Blanchinio edidit Muratorius Tom. III. p. 1383. 1. ubi verſu quinto,

Que preceris det. &c.

EP. CLXXVIII.] ita lacerum hoc marmoris fruſtum habetur apud Muratorium Tom. III. pag. MDCCLXXII. 9. ſed jam ante eum produxerat Tollius in Fortuitis Criticis pag. 315. ex quo habet Almelov. p. 5. ultimo verſu ſuppleri poſſet,

Aeternam in requiem tumulum poſt fata paravit.

ut Laberiae obitae poſt fata ejus dicatur maritus Attius tumulum hunc ad aeternam requiem paraſſe. ſic in Inſcript. apud Gruter. pag. MLXI. 7.

AETERNAMQVE. DOMVM
COMIENVS. AMANTIVS. PARAVI.

ſupra Ep. XXXIII. *hoſpitium membris fatoque paravit.* Ep. LXVI.

Parata hoſpitio cara jungunt corpora.

& Ep. CLXIV.

Praeceſſi hoſpitium dulce parare tuis.

apud Reineſ. Cl. XII. 2.

Labore & cura vivus perfeci hanc domum,
Sed filio ante huic homini jucundiſſimo
Paravi, tribus ubi oſſa noſtra adquieſcent.

EP. CLXXIX.] in marmore urbis Utrerae, patriae ſuae, ſe legiſſe hoc epigramma teſtatur Rudericus Carus in Antiquit. Sevillae Lib. III. p. 146. b. ex quo inter vetuſtas Hiſpaniae Inſcriptiones edidit Maffejus poſt Muſ. Veronenſ. p. 423. 5. & ex illo Bonada Vol. II. pag. 414 vide & Majanſii Epiſt. I. huic Volumini praefixam p. 40 & 41.

R   EP.

Qui tecum pia caſtra ſequi conſuetus, & ille,
 Quem lex ſervitii diſtrahit a domino.
Hos omnes tibi pro meritis, qui ſidera torquent,
 Secum placatos ſemper habere velint.

H. S. E. S. T. T. L.

EP. CLXXIX.

D. M.
MARCANAE
C. F. VERAE
T. CAESIVS
LYSIMACHVS
CONIVGI. SANCTISSIMAE
ET. SIBI. VIVOS. POSVIT.

Ver tibi contribuat ſua munera florea grata,
Et tibi grata comis nutet aeſtiva voluptas,
Reddat & autumnus Bacchi tibi munera ſemper,
Ac leve hiberni tempus tellure dicetur.

EP. CLXXX.

D. M.
Q. FABIO. AVGVRINO
QVI. VIX. ANN. V. M. VII. D. XI.
ET. CAREIAE. SABINAE
CONIVGI. RARISSIMAE
QVAE. VIX. ANN. XXIIX. M. V. D. VII.
Q. FABIVS. AVGVRINVS. DE. SE
BENEMERITIS. FECIT.

Per haec ſepulcra, perque, quos colis, manes,
His parce tumulis ingredi pedem ſaepe,
Sic numquam doleas atque triſte ſuſpires,
Quantum doloris titulus iſte teſtatur.

EP. CLXXIX.] ita editum a Philippo Antonino Saſſinate in Antiquitatibus Saſſinae cap. V. p. 26. Tom. VII. Theſ. Ital. Part. 2. Grutero pag. 804. 5. Fontej. de priſc. Caeſ. gent. Lib. II. pag. 159. Fleetwood pag. 285. & Bonada Vol. II. Cl. VI. p. 139. qui MARCIANAE edidit in Inſcriptione. ſed MARCANAE familiae nomen in tribus aliis lapidibus, quorum unum adfert, ſe inveniſſe teſtatur Fontejus. ultimus verſus mendoſus eſt. Forte *Hibernumque levi tempus tellure dicetur*. ſed mira locutio *hiemem dicari tellure levi*. neque valde eleganter *munera* repetuntur.

EP. CLXXX.] jambicum hoc optimi coloris Epitaphium exſtat apud Fabrett. Cap. IX. p. 612. & Gudium pag 272. qui refert ad Caracallae tempora. ex illis repetiit Bonada Vol. II. Cl. VI. p. 112. nonnihil corrupte editum in Marm. Felſin. p. 328. ubi v. 1. *per quae, quos colis, manes.*

EP. CLXXXI.

Brixiae.

Q. EGNATIVS.

Q. L. BLANDIVS

SIBI. ET

MINVCIAE. VRBANAE

VXORI.

Pro paupertate hac, fummo tibi tempore, conjunx,
Ut potui, meritis parvola dona dedi.

INNOCENS. VIXIT. ANNOS. XXIIX.

EP. CLXXXII.

* Non potuit totos ter denos annos extunguere,
Heu quantus dolor eft amiffa conjuge cara,
* Pius amor imment. eft animo lacrimifque incenditur ardor,
Nulla datur requies, eritque in pectore volnus,
Quam brevis innocuis vita eft, fic fata dederunt.

ET. LIB. LIB. POS. EOR.

H. M. H. R. N. S.

EP.

v. 2. *Ilic parce.* v. 3. *neque alique trifte fufpires.* in Infcriptione vero Q. FAXIO AVGVRINO F. v. 3. ET CARIAE SABINAE. & v. ult. XENEMERENTI.

EP. CLXXXI.] Legitur apud Octav. Roffi Memor. Brefcian. p. 300. ubi editur PRN PAVPERTATE HAIC. quod recte puto me emendaffe *Pro paupertate hac*, nifi pro HAIC fcribendum fit *haec*; vel *heic*, ut Muratorius Tom. III. p. MCCCCXXXIX. 5. fic & alibi in monumentis vetuftis fortunae tenuitatem excufant, quo minus fuperbius fepulcrum erigant, ut ibidem p. MCCCCXXXV. 7. MARITVS. QVALEM. PAVPERTAS. POTVIT. MEMORIAM. DEDI. ubi vide Muratorii notam. fic pag. MCCCCXXIX. 6. SI. PRO. VIRTVTE. ET. ANIMO. FORTVNAM. HABVISSEM. MAGNIFICVM. MONIMENTVM. HIC. AEDIFICASSEM. TIBI. & Tom. I. p CCXXIX. 8. DE SVA MEDIOCRITATE. TESTAMENTO. FIERI. PONIQVE. IVSSIT. *fummo tempore*, nempe obitus tui, hic dictum, ut fupra Ep. LXXXIII.

Tempore fupremo, Faufte, eft tibi cura videndi.

EP. CLXXXII.] ex Gudio p. 290. 5. & Donianis Infcript. Cl. XII. p. 400. edidit Bonada Vol. II. p. 104. & ex Donio, fed loco non indicato, habet Muratorius Tom. III. p. MCDXXVII. 3. initio quatuor lineas defiderari notat Gudius. apud illos autem fec. verfu erat RE HEV QVANTVS. & mire de τῷ RE fluctuant, pro quo *rei* Gud. Bonada putat initium aut finem vocis *replere* effe. fed eft ultima fyllaba vocis *extinguere* in fine primi verfus. uam apud omnes illic habetur,

DENOS ANNOS EXTVNGVE
RE HEV QVANTVS. &c.

An forte caftigandum?

Non potuit totos ter denos exigere annos.

verfu tertio valde corrupto illud *imment* Gudium & Bonadam etiam exercuit. Sed eo deleto, quippe cum prius pofitum effet *in mente* pro *animo*, verfum integrum fcribi debere opinor,

Pius amor eft animo, lacrimifque incenditur ardor.

fequenti verfu forfan fcriptum fuerit, *& erit in pectore vulnus.* vel, fi quis de ultima in *eris*, fequente vocali, follicitus fit,

Nulla datur requies mibi, eritque, in pectore vulnus.

numeros enim non femper in his caftigatiffimos requirere debemus. nifi quis malit, *haeretque in pectore volnus.* fic faltem Epitaphio huic conftabit fenfus.

EP.

EP. CLXXXIII.

MACROBIVS. SIBI. ET. THEODOSIAE
CONIVGI. OPT. V. F.

Ille ego, qui varios casus variosque labores
 Sustinui, ut multas conciliarem opes.
Amisi moriens rerum quaecumque paravi,
 Et satis ad manes sufficit urna mihi.
At juxta conjux meritos testatur honores,
 Aeternum retinens consociata torum.
Nos aetate pares, dulcis dum vita manebat,
 Unus amor junxit, nunc premit una quies.
Discite, qui legitis, factis adquirere famam,
 Ut probat hic tumulus, non perit esse bonos.

EP. CLXXXIV. VIBIAE.

Nonum post decimum conpleras nubilis annum,
 Vibia, crudeli funere rapta viro.
Dum tibi progenies, animo dum fidis in illa,
 Heu facinus victrix me tua vota gravant.
Molliter ad matrem placidi descendite manes,
 Elysiis campis floreat umbra tibi.

M. ATEIVS EPAPHRODITVS.

EP. CLXXXIII.] bis legitur apud Muratorium. ex schedis Ramberti p. 1370. 12. & ex schedis Cyriaci Stoschianis p. 1770 1. sed primo loco quartum desideratur distichon, & v. 1. *casus multos* edidit. ex Muratorio repetit etiam Bonada Vol. II. pag. 140. sed ab his valde diversum exhibet Brevalius in Itiner. Anglic. Vol. II. p. 203. qui ipsum se Placentiae descripsisse testatur, & primos versus sic profert:

Ille ego, qui varios cursus, variumque laborem
 Sustinui, ut justas conciliaret opes.
Transmisi moriens rerum quascumque mearum,
 Haec tamen ad manes pertinet una domus.
Et juxta conjux &c.

certe *conciliarem* secundo versu tolerari nequit. *conciliaret* ad *varium laborem* referendum. quarto versu nihil immutandum, & praeferenda lectio Muratoriana. idem enim innuit, quod Ovidius Epicedio Tibulli Lib. III. Am. 9. 40.

——— *jacet ecce Tibullus,*
Vix manet e tanto parva quod urna capit.

in fine apud Brevalium legitur,

——— *factis extendere famam,*
 Ut probat hic titulus &c

sed emendandum *factis extendere famam.* est enim imitatio Virgilii Aen. X. 468.

——— *sed famam extendere factis,*
 Hoc virtutis opus.

& Lib. VI. 807.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis.

ubi vide Heinsii & Patrui mei notas.

EP. CLXXXIV.] ex Museo Veronensi p. CLXX. ubi in monumenti lateribus,

PERMISSV
ATTI
PRIMIGENI ET
HERACLID.
TABVLAR
DOMITIAE.

& sic ex eodem edidit Bonada Vol. II. p. 416. inscriptionem vero Maffejus notat pertinere ad Primigenium, & ad Heraclidem Domitiae Tabularium; quam Domitiam uxorem Domitiani esse putat. v. 4. *facinus victrix* notandum monet Maffejus. Sed vide an emendari possit,

Dum tibi progenies, animo dum fidis in illa,
 Heu fati victrix, me tua vota gravant.

id est, dum spem nimiam, tamquam fati victrix esses, in progenie tua reponis.

EP. CLXXXV.

SALLVSTIAE
EPAPHRODITE
CONGIDIVS. L. F.
CONIVGI. BENE
MERENTI. CVM. QVA
VIXIT. ANNIS. XXVII.
MENSIBVS. VIII. DIEBVS. VI.

Quod viva emerui, moriens quod & ipſa rogavi,
  Conjugis hic moeſti reddidit ecce fides.

Sit

EP. CLXXXV.] edidit Muratorius in Diſſ. de Aſcia ſepulcrali, quae habetur in Diſſertt. Academiae Etruſc. Cortonenſ. Tom. II. p. 145. & bis exhibuit in Theſauro ſuo Tom. I. pag 539. & Tom. III. p. 1399. 8. & ex eo Bonada Vol. II. p. 3-6. primi quatuor verſus, ſed aliis conjugibus poſiti, fere iidem, occurrunt in alio lapide apud Gruterum pag. MCXXXIX. 13. ex quo habent Ferretius Lib. IV. pag. 246. & Fleetwood pag. 254. hunc in modum:

Quot merui vitam moriens quot & ipſe rogavi,
  Conjugis orbati redditur ecce fides.
Scilicet(leg. *Sit licet*)*infernae noctis triſtiſſimus horror,*
  Me tamen in veſtra credo jacere domo.

AVRELIA. EVSEBIA. CARRELLIO. PE. . . NO
V. P. CONIVGI. DVLCISSIMO. QVI. VIXIT
CVM. CONIVGEM. SVAM. ANN. XXIIII.
CONTRA. VOTVM. M. M. T. FEC.

cujus carminis primum verſum ſic in ſuo Gruteri exemplari emendabat P. Scriverius:

Quod merui vivus, moriens quod & ipſe rogavi.

ex hoc Epigrammate caſtigandus eſt lapis apud Fabrettum cap. V. p. 374. inſcr. 169.

M. VLPIO. AVG. LIB. PHILOTAE
P. P. VESTIS. SCAENICAE
VLPIA. VENERIA. MARITO
INCOMPARABILI. PIETATE.

Hic jacet ille ſitus M. formonſior ullo,
Quod meruit vivus, moriens quod & ipſe rogavit,
  Conjugis bene gratae praeſtitit ecce fides.

male enim editur CONIVGI SVE GRATAE initio hujus carminis, *Quod vivens merui*, & verſu ſecundo *Conjugis hoc moeſti* edidit Anglus anonymus in Delectu inſcript. Metricar. p. 17. qui in fine *lupanias* cauſſa tranſponere mallet.

Ne tumulis patiare meis increſcere ſilvas.

quod ut magis ſonorum non diffiteor, ita primo verſu nihil certe mutandum, & *emerui* locum ſuum tueri debet. ſic Cornelia apud Propert. Lib. IV. El. ult. 61.

Et tamen emerui generoſae veſtis honores.

Ovid. III. Am. 1. 47.

Et tamen emerui plus, quam tu, poſſe, ferendo,
  Multa, ſupercilio non patienda tuo.

III. A. A. 409.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
  Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Albinovanus Epicedio Druſi, 465.

Denique laudari ſacrato Caeſaris ore
  Emerui, lacrimas eliciuique Deo.

Lucanus Lib. V. 688.

——— *nullusne tuorum*
Emeruit comitum, fatis non poſſe ſuperſtes
Eſſe tuis?

plura vide apud Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VI. 138. male igitur apud Muratorium *Quod viva merui*. & v. 3. *infernae mortis*. quem ſecutus eſt Bonada, lacunam poſt verſum quartum ſic ſupplens ex ingenio.

Conjugii memor umbra mei dum teſtor amores,
  Te pie poſſeſſor &c.

Ceterum ultimum Muratoriani Epigrammatis diſtichon optimi aevi genium refert. cum enim rogat, *ne ſilvae tumulo ſuo increſcant*, reſpicit ad morem veterum, quo ſepulcra purgari, neque virgultis, vepribus, & arboribus obtegi deprecabantur. quo refer illud Propertii Lib IV. El. 7. 79.

Pelle hederam tumulo mihi quae pugnante corymbo
  Mollia contortis alligat oſſa comis.

& in Antholog. Graec. Lib. III. 7. Ep. 13. in Timona, quod ſub incerti nomine editur,

Sit licet infernae noctis triftiffimus horror,
Me tamen illius credo jacere toris.
. . . .
Te pie poffeffor, five colone, precor.
Ne patiare meis tumulis increfcere filvas,
Sic tibi dona Ceres larga det & Bromius.

Ep. CLXXXVI.

D. M.

FLAVIAE. NICOPOLI. FECIT. T. AELIVS. AVG. LIB. STEPHANVS
CONIVGI. CARISSIMAE. ET. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS. LIBERTABVSQ. POSTERISQ.
QVI. HOC. MONIMENTVM. VENDERE. AVT. ALIENIGENARE. VOLVERIT.
DABIT. AERARIO. POPVLI. ROMANI. HS. . . . .
(QVI) POST. ME. EXTERVM. CORPVS. INTVLERIT. AVT. IS
QVI EMERIT. . . . .

IN. F. P. X. IN. AGR. P. XII.

. . . . iae patiens vis fcire viator,
. . . . tris titulis quid nofter Arator
. . . as

fed Zenodoto in antiquis codicibus tribuitur:

Τρηχεῖαν κατ' ἐμεῦ ψαφαρὴ κόνι ῥάμνον ἑλίσσοις
Πάντοθεν, ἢ σκολιῆς ἄγρια κῶλα βάτου.
Ὡς ἐπ' ἐμοὶ μηδ' ὄρνις ἐν εἴαρι κοῦφον ἐρείδοι
Ἴχνος, ἐρημάζω δ' ἥσυχα κεκλιμένος.

id eft, interprete Hugone Grotio,

Funde truces fpinas hinc atque hinc fqualllida tellus,
Horrentefque fuper noftra fepulcra rubos.
Ne vel avis ponat levis hic veftigia verno
Tempore, fed fegrex & fine tefte cubem.

Juvenalis Sat. x. 145.

——— *titulique cupido*
Haefuri faxis cinerum cuftodibus: ad quae
Difcutienda valent fterilis mala robora ficus.

Propertius Lib. IV. El. 5. 74.

Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo,
Urgueat hanc fupra vis, caprifice, tua.

Martialis Lib. x. Ep. 2.

Marmora Meffalae findit caprificus.

vide Marcil. ad Perf. Sat. I. p. 18. & Chevraeana P. II. p. 227. Poteft igitur hic locus firmare fententiam illorum, qui inter diverfas de *afcia*, in monumentis fepulcralibus toties memorata, opiniones, (quas accurate recenfent Fabrettus ad Infcr. vet. cap III. p. 204. & feqq. & Bonada Vol. I. p 337.) exiftimant inftrumentum fuiffe ad fepulcra a fpinis & tribulis expurganda, ut conjicit etiam Muratorius. hinc cum fepulcrum intactum & a nemine aperiri aut purgari volebant, ne illud *exafciaret* quifpiam, vetabant. quod verbum reddendum corruptae Infcriptioni inter Donianas editae Cl. XII. N. 27. p. 398. quam repetiit Muratorius Tom. III. p. MCCCIV. 7.

SI. QVIS. POST. DVO. CORPORA
POSITA. HANC. ARAM. APERVERIT.
AVT. EXACISLAVETIR. &c.

ubi pro ultimo illo verbo, fatis monftrofo, emendandum EXASCIAVERIT. nam quod Muratorius dederit EXACISCLAVERIT, afcia certe critica indiget.

Ep. CLXXXVI.] Mifere habitum hoc Epitaphium, magna fui parte lacerum, & membris foediffime truncatis, vel male difpofitis prodiit, adeo ut in integrum reftitui poffe, fere defperandum fit. Infcriptionem verfibus praefixam folam edidit Gruterus p. MCLV 9. ubi tamen LIBERIS perperam pro LIBERTIS. & POST ME EXTERNVM CORPVS. omiffo QVI. quod inferendum duxi. Carmen ipfum, vel potius carminis fragmenta, valde confufa, dedit Reinefius Claff. XVII. N. 176. p. 864. monuitque Romae via Nomentana An. 1591. erutum, ac jungendum effe iis, quae de Flavia Nicopoli produxit Gruterus, loco modo indicato. quae omnia tantum ex Reinefio repetit, &, ut folet, nihil de fuo confert Almelovenius in Epigr. & Poëm. vet. pag. 29. turbatus autem verfuum ordo, quo haec a Rei-

. . . . as paulum confiſte docebo.
. . . . qui quondam cariſſima conjux
. . . . Flavia Nicopolis
. . . . ra mihi cum vita manebit
. . . . quies niſi mortis imago
. . . . a pueri dei. . . . .
. . . . dire. iterabo.
Flavia Nicopolis nomen dulce tuum.
Et tumulo ſpargam ſaepe meas lacrimas.
O mihi ſi Superi vellent praeſtare roganti,

Vel

a Reineſio edita fuerunt, inde provenit. quia ſecutus fuit exemplar Langermanni, e Ligorianis depromtum, in quo continua ſerie erant ſcripta, quae in duas columnas diviſa, ex ſchedis Barberinis utcumque emendata, poſt eum exhibuit Fabrettus Cap. II. Inſcr. pag. 69. cujus lectiones hic in textu repraeſentavi. prima enim pars, ut conferenti patebit, prae ceteris magis mutilata, quod lacunae indicant, praecedit illic alteram minus laceram, hoc modo;

. . . . *ae patiens vis ſcire viator*	*Flavia Nicopolis nomen dulce tuum*
. . . . *tris titulis quid noſter Arator*	*Et tumulo ſpargam ſaepe meas lacrimas*
. . . . . . *ar paulum conſiſte docebo*	*O mihi ſi ſuperi vellent praeſtare roganti*
. . . . . . *qui quondam cariſſima conjux.*	*Vel roſeo vel purpureo violaeque nitore.*

& quae porro ſequuntur. nam haec ſpeciminis gratia ſufficiant. Iſta vero, lectione per utrumque columnae latus continuata, ſic male connectuntur apud Reineſium,

. . . . . . iae patiens vir ſcire viator
Flavia Nicopolis nomen dulce tuum.
. . . . . . tris titulis quid noſter Aratus
Et titulo ſpargam ſaepe meas lacbrymas.
. . . . at paulum conſiſte docebo
O mibi ſi ſuperi vellent praeſtare roganti
. . . . qui quondam cariſſima conjux
Vel roſeo vel purpureo violaeque nitore.

& ita in reliquis, quae ὕστερον πρότερον tranſpoſita ſunt ſine ullo ſenſu, non aliter ac ſi folium Sibyllae eſſent: ne dicam mutilos in initio verſus non potuiſſe identidem excipi ab integris, quia marmor ab illa tantum parte, qua vitiatum eſt, ſingulos in principio laceros debet habere, ab altera vero omnes integros, ubi a temporis injuria nihil damni paſſus fuit lapis. Certe eodem modo, quo ex ſchedis Barberinis, ut dixi, non autem ex ipſo lapide, edidit Fabrettus, etiam ex Libro Antiquitatum Pyrrhi Ligorii in aedibus Colotianis deſcripſerat N. Heinſius in ſuo Inſcriptt. veterum codice, ſed in duas columnas tam arto nexu conjunctas diſtributum, ut pateat, oculos manuſque deſcribentis illud exemplum, unde dedit Reineſius facile aberrare & ſenſu verſuum non animadverſo dubitare potuiſſe, an continuo ordine ſingula legenda, an vero a fine primae columnae tranſiliendum eſſet in initium ſecundae. Nam vel ab Heinſio, vel Langermanno, ejus itinerum ſocio, accepiſſe Reineſium arbitror, quia etiam in titulo poſuerat Heinſius, *Romae repertum* 1591. *via Nomentana. pars exſtat apud Gruter. p.* 1155. *N.* 9. ejuſque lectiones fere omnes conveniunt cum Reineſianis, niſi quod ille omiſerit ſuperſtitem laciniam, ſed corruptam, quae v. 8. legitur apud Fabrettum. . . . *a. pueri dei.* . . Reineſium ſecutus etiam eſt, licet nuſquam indicet ex quo deſumſerit, Fleetwoodus in Syllog. Inſcript. pag. 266. Poſt Reineſium & Fabrettum hoc ſeculo ſecundam tantum partem, quae hic nullis lacunis deformata conſpicitur, ex Collectaneis Donianis protulit Gorius in Obſerv. ad Aras Deor. & Antiq. Monum. ante Inſcriptiones Donii Tab. XII. pag. XCII. ubi memorat Donium notaſſe, monumentum hoc Romae repertum fuiſſe an. 1591. menſe Majo; idque tempus indicare neglexiſſe Fabrettum. Mirari autem licet, ſingulos hos editores tot vulneribus, quibus confoſſum fere eſt hoc Epitaphium, ſanandis abſtinuiſſe, neminemque ejus membris, Hippolyti inſtar dilaceratis ac male projectis, ſalutarem Aeſculapii operam admovere tentaſſe, ſed ut truncum depoſitum & conclamatum deſtituiſſe. Solus ingenium ſuum experiri hac in re conatus eſt Fr. Mar. Bonada in Carm. ex Antiq. Lapid. Vol. II. p. 404.

qui

Vel roseo vel purpureo violaeque nitore,
Ut ave praeteriens gressu tardante viator

Vide-

qui primos sex versus mutilos adsutis pannis sic suppletos exhibuit:

Si fatum nostrae patiens vis scire, viator,
Conjugis, & matris titulis quid noster Arator
Scripserit, ut discas, paulum consiste, docebo.
Quam miser heu liqui, quondam carissima conjux,
Illa mihi fuerat, Flavia Nicopolis.
Quae insidet nunc cura mihi, cum vita manebit,
Atque aderit jam nulla quies nisi mortis imago,
. . . . *a pueri dei.* . . . .
. . . . *dire iterabo.* . . . .

an dextro Apolline. judicent, quibus felix cum Musis commercium est. Mihi singula, ne quid dissimulem, parum adrident; praesertim versus sexti supplementum, *Quae insidet nunc cura mihi*, in quo ne metri quidem ratio observata est: ut taceam nullum sensum sequentibus carminibus constare, quae eo ordine, quo apud Fabrettum eduntur, quum dederit Bonada, fragmenti hujus restitutorem se praebens, ne quidem ipsi intellecta fuisse certus sum. Conabor igitur alia ratione his mederi, &, ex genio ejusmodi monumentorum, lacunas refarcire, ac transpositos neque suo loco collocatos versus in aliquem ordinem revocare, ut saltem commodo sensu legi possint hunc in modum:

Tu quicumque morae patiens vis scire, viator,
Scripserit his titulis quid sibi noster amor;
Quantumvis properas, paulum consiste, docebo.
Flavia Nicopolis, quondam carissima conjux,
Cara futura mihi semper, dum vita manebit.
Jam mihi nulla quies, & nil nisi mortis imago;
Ad te dum jubeant me Fata redire, iterabo
Nomen dulce tuum, Flavia Nicopolis.
Et tumulo spargam saepe meas lacrimas.
O mihi si Superi vellent praestare roganti,
Ut tuo de tumulo flores ego crescere natos
Cernam, vel viridi e ramo, vel flore amaranthi,
Vel roseo, vel purpureo violaeque nitore.
Ut quum praeteriens gressu tardante viator
Viderit hos flores, titulum legat, & sibi dicat,
Hic flos est corpus, Flavia Nicopolis.

Singula videamus. Quae initio supplevi, sunt ex communibus & usitatis, quae epitaphia saepe inchoant, formulis. ut in illo apud Muratorium Tom. II. p. 655.

Tu quicumque mei veheris prope limina busti,
Supprime festinum, quaeso, viator iter.

in Epitaphio apud Ferretium p. 112.

Tu qui carpis iter gressu properante, viator,
Siste gradum, quaeso, quod peto, parva mora est.

& Lesbiae supra Ep. LVII.

Siste gradum, quamvis properas, brevis hora, viator.

ubi vide quae notavi. & ad Ep. CXVI.

Heus tu, qui transis secura mente viator,
Siste gradum, hoc tumulo verba notata lege.

In alio apud Murator. Tom. III. p. MDCCXXXVII.

Si quis forte velit tumuli cognoscere fatum,
Et quorum moestus contegat ossa lapis.
Accipiat paucis, ne sit mora longior aequo. &c.

supra Ep. XXIV ut legendum conjeci:

Te rogo, praeteriens, fiat mora, perlege versus.

& Ep. LXXX. ex emendatione D'Orvilliana,

Exspecta paulum, tumulo subsiste, viator,
Nescis dum vitae tempora parva meae.

quae loca conjecturam meam, qua principium hujus Epitaphii redintegrare adnisus sum, confirmant. primo versu *morae patiens* elicui ex syllaba superstite *iae patiens.* secundo *Scripserit his titulis* ex *tris titulis.* ubi in *tris* latet ultima litera verbi *Scripserit*, vel *Sculpserit*, ut legi etiam posset. In fine hujus versus *noster Arator*, quod est apud Fabrettum, sed cum fine praecedentis *scire viator* ineptissimum rhythmum facit, mihi suggessit *noster amor.* nam locum hic habere nequit nomen proprium *noster Arator*, vel *noster Aratus.* ut edidit Reinesius. quod vero tentaverim *quid sibi*, eo sensu capiendum, quo saepe in Inscriptionibus POSVIT SIBI, SVISQVE, POSTERISQVE EORVM. tertio, *Quantumvis properas* excogitavi ex frusto vocis hujus *as* apud Fabrett. & in apographo Heinsii. male enim *as* apud Reines. sic *quamvis properas* in versu ex Epitaphio Lesbiae, modo producto. & in illo Pacuvii, quod edidi Tom. I. p. 409.

Adolescens, tametsi properas, te hoc saxum rogat.

Horatius Lib. I. od. 28. in fine:

Quamquam festinas (non est mora longa) licebit
Injecto ter pulvere curras.

quartus versus *Flavia Nicopolis, quondam carissima conjux*, ex duobus fragmentis praepostere collocatis sponte enatus est. sequentem, *Cara futura mihi semper, dum vita manebit*, facili negotio ipse sensus requirit, & adhaeret iis, quae supersunt; *ra mihi cum vita manebit.* sic paullo Ep. CLXXXIII.

Nos aetate pares, dulcis dum vita manebat.

& Ep. CLXXVIII.

Firma satis felix, cum me mea vita maneret.

quae expressa e Virgilio V. Aen. 725.

Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
Care magis.

cara futura mihi semper, bene opponitur praeceden-

Viderit hos flores, titulum legat, & fibi dicat,
Hoc flos eft corpus Flaviae Nicopolis.
Ut tuo de tumulo flos ego cernere novum
Crefcere vel viridi ramo vel flore amaranti.

Ep.

dentibus *quondam cariffima conjux*, & *cara* eleganter repetitur. deinde non incommode me fupplevifse arbitror,

Jam mibi nulla quies, & nil nifi mortis imago.

five fenfum faciamus, tuae mortis imago, oculis meis femper obverfata, nullam mihi quietem indulget: five, quae fupereft mihi vita, quietis expers, jam nil nifi mortis imago eft. vel legi poffet, *Jam tibi parta quies, quae nil nifi mortis imago.* faepe enim fomno, qui mortis imago, mors ipfa confertur. notum illud Ovidii, *Stulte, quid eft fomnus, gelidae nifi mortis imago.* unde paffim in Epitaphiis SOMNO AETERNALI. ut apud Gruter. pag. DCCLI. 3. DCCLII. 3. DCCCXVII. 9 & QVIETI AETERNAE, SECVRITATI PERPETVAE, & fim. & hinc in Epigr. vet. apud Pithoeum Lib. I. p. 3.

Parce meum, quifquis tangis cava marmora, fomnum
Rumpere.

fic *fomnus longus* Horatio Lib. III. od. XI. 38. quae *nox perennis* eadem in re dicitur Ovidio Epift. XIV. 74. Virg. X. Aen. 746. *Olli dura quies oculis, & ferreus urguet Somnus, in aeternam clauduntur lumina noctem.* fic *nox aeterna* & *perpetua.* vid. Heinf. ad Ovid. III. Met. 503. & 695. Broukhuf. ad Propert. II. 10. 17. & Drakenb. ad Silium Lib. X. 173. itaque in Infcriptione apud Gruter. p. MCXXXVIII. 19. corrigendum, SOMNO. FRVOR. MORS. VNA. CVNCTIS. ubi nunc legitur SVMMO CRV.. alia vide apud Gorium ad Donii Infcr. p. 400. & quae fupra notavi ad Ep. LXXX. p. 55. & hinc κοιμητήριον, Chriftianis *dormitorium*, *requietorium*, *domus fomni*, & fim. pro fepulcro. vid. Gualther. ad infcript. Siculas pag. 127. ed. Meffan. Ex ceteris fragmentis *a. pueri dei. . . dire iterabo Flavia Nicopolis, nomen dulce tuum*, diftichon illud formavi, verbis in minore verfu tantum tranfpofitis,

Ad te dum jubeant me Fata redire, iterabo
Nomen dulce tuum, Flavia Nicopolis.

Ad te repofui ex litera *a* fuperftite. & *jubeant me* ex *pueri dei.* quae voces nauci funt. tum ex. . *ire* conjeci *redire* fuiffe fcriptum. adeoque ex obfcuris hifce indiciis fenfus exigere videbatur, *Ad te dum jubeant me Fata redire*, praefertim quia fequebatur *iterabo Nomen dulce tuum*. quae omnino connectenda funt. & hoc apud poëtas non infrequens, ut mortuorum nomina clamare & iterare fugantur fuperftites, qui eos inpatienter lugent. Dido apud Virg. IV. Aen. 383.

——— *& nomine Dido*
Saepe vocaturum.

& Orpheus Eurydicen fruftra defiderans IV. Georg. 325.

——— *Eurydicen vox ipfa & frigida lingua,*
Ah miferam Eurydicen anima fugiente vocabat,
Eurydicen toto referebant flumine ripae.

Juftinus Lib. XLII. cap. 4. de Orode filium Pacorum lugente: *Poft multos deinde dies, ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud, quam Pacorum vocabat. Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur.* eleganter Petrus Bembus Carm. VII. de Fauno Galateam in undis infequente, fed vorticibus maris obruto:

Labitur, & fummas dorfo convertit arenas,
Labentem intortis obruit unda fretis.
Utque Deam Galatea iterans, Galatea vocabat,
Inplerunt tenues ora vocantis aquae.

vid. Broukhuf. ad Propert. III. 5. 22. etiam illorum nomen clamabant, a quibus invitae abftrahebantur. Hermione apud Ovid. Epift. VIII. 9.

Surdior ille freto clamantem nomen Oreftae
Traxit inornatis in fua tecta comis.

Ariadne Epift. X. 21.

Interea toto clamanti litore, Thefeu,
Reddebant nomen concava faxa tuum.

& v. 33.

Nec languere diu patitur dolor, excitor illo,
Excitor, & fumma Thefea voce voco.
Quo fugis, exclamo, fcelerate, revertere, Thefeu,
Flecte ratem, numerum non habet illa fuum.

Poft hunc vero pentametrum ftatim fequi verfum ejufdem metri, ut & initio ac fine carminis poft aliquot hexametros unum tantum interferi pentametrum, nemo mirabitur, qui in Lapidum veterum Epitaphiis hofpes non eft; adeo ut id exemplis fimilibus probari vix opus fit. v. 11. *tuo de tumulo*, in monofyllabum contrahi *tuo*, pro more iftius aevi, in marmoribus metricis obvium. ut *fua* in epitaphio Aeliae Sabinae fupra Ep. LXX.

Cum fua nata fimul, foetu quam procreat ipfa.

frui hoc ipfo Libro Ep. X.

Cum frui debueram aetate, horrida fata negarunt.

& Ep. CLXVI.

Digna quidem frui perpetua de luce benigna.

EP. CLXXXVII.

D. M.

. . . .

. . . .

. . . .

Quae te ſub tenera rapuerunt, Paeta, juventa,
O utinam me crudelia fata vocent!
Ut linquam terras, inviſaque lumina Solis,
Utque tuus rurſum corpore ſim poſito.

Tu

ſic *diebus* biſyllabum Ep. CXLVI.

Diebus poſt paucis eſt comitata ſuos.

Laelia Ep. CLIX.

Functa jaces hic, ſed vivis, viveſque Secundo
Laelia tuo, debent nec benefacta mori.

& *gratia* Ep. CLXVIII.

——— *ab conjuge gratia relata eſt.*

Quae porro de floribus ex tumulo Flaviae Nicopolis naſcituris hic vovet maritus, illuſtrabuntur ex iis, quae ſupra notavi ad Epitaphium Quinterini Pueri Ep. XCIX. p. 69. Reliquos verſus tranſpoſui, ita ut ſenſus poſtulabat, qui confuſi apud Reineſium & Fabrettum nullo modo cohaerent; mendaſque leviores correxi, quae epigramma maculabant, ut *flos ego cernere novum Creſcere*, *Ut ave praeteriens*, *& ſibi dicat*, *Hoc flos*, & *Flaviae* pro *Flavia*. Sed haec ſufficiant ad carmina adeo lacera & divulſa integritati nonnihil reſtituenda, in quibus ſupplendis me compoſui ad genium aetatis non aureae, quo totum hoc Epitaphium mihi videbatur conſcriptum, licet *elegantiſſimum epigramma* eſſe judicaverit eruditiſſimus Gorius.

EP. CLXXXVII.] Epigramma hoc, tamquam vetus Inſcriptio, ſed praefixis poſt literas D. M. lacunarum notis, indicantibus, ni fallor, deſiderari proſaicam inſcriptionem, quae metricis epitaphiis praemitti ſolet in lapidibus, Eruditorum examini propoſitum fuit ab Anglis, in Miſcell. Obſerv. Vol. II. Tom. III. p. 403. ed. Lat. Amſt. e quibus repetitum eſt ab anonymo Britanno, in Metricar. Inſcr. Delectu p. 16. N. 19. qui *conditiſſimum* vocat carmen. ſed ultimo diſticho edidit,

Te ſequor obſcurum per iter: comes ibit eunti
Fidus Amor.

alterum praetuli. v. 4. *Corpore ſim poſito*, ut in Inſcriptione Doniana, Cl XII. N. 27.

SI. QVIS. POST. DVO. CORPORA
POSITA. HANC. ARAM. APERVERIT
AVT. EXACISCLAVETIR. &c.

ubi emendandum eſſe EXASCIAVERIT, ſupra notavi p. 134. nunc addo, ARCAM quoque illic legendum eſſe pro ARAM. ut patet ex ſimili Inſcriptione, quam adfert Philippus a Turre de Colon. ForoJul. pag. 355. Monumentor. Antii:

SI. QVIS. HANC. ARCAM. SIVE. HOC
MONIMENT. VENDERE. AVT. EMERE
AVT. EXACISCLARE. VOLET.

ubi ſimiliter EXASCIARE poſſet corrigi; licet EXACISLARE in utraque Inſcriptione propugnet Turrius, & ab *Aciſculo* derivet. cui favere poſſet nummus gentis Aquiliae cum dolabra vel Aſciola, & epigraphe ACISCVLVS. de quo idem agit in Diſſ. de Inſcript. M. Aquilii cap. II. p. 21 & 22. vide & Bertoli Antiqq. Aquilej. p. 221. & 222. Sed pergamus. *poſitum corpus* etiam apud Virg. II. Aen. 644.

Sic o ſic poſitum adfati diſcedite corpus.

& Lib. XI. 30.

Corpus ubi exanimi poſitum Pallantis Acoetes
Servabat ſenior.

Lucret. III. 884.

Poſt mortem fore, ut aut putreſcat corpore poſto.

Non inelegans eſſe hoc Epigramma, praeſertim in fine, libens concedo, ſed antiquum dubito, veritus conditum ac cuſum eſſe in officina recentioris poëtae Itali, minime quidem inepti, quamquam verſus ſecundus delicatas aures, ut durior, poſſit offendere. Praecipua pars carminis colores ſuos, licet languidiori imitatione, debet optimo epigrammati ſupra edito Ep. CXLIII. ubi Atimetus Homonoeae,

Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus;
Quantulacumque meae debentur tempora vitae,
Penſaſſem pro te, cara Homonoea, libens.
At nunc, quod poſſum, fugiam lucemque deoſque,
Ut te matura per Styga morte ſequar.

quae

Tu cave Lethaeo continguas ora liquore,
Et cito venturi fis memor, oro, viri.
Te fequar obfcurum per iter: dux ibit eunti
Fidus Amor, tenebras lampade difcutiens.

EP. CLXXXVIII. *Corfinii.*

DIS. MANIB.

VLPIAE EPHIRE

ACHILLA. . .

BENE. MERE. . .

Reddere te fatis Ephire fi pof. . . . .
Partita tecum vivere lu. . . . .
Condita tu pleno fecura. . . . .
Frigore qua gelido Tufculus. . . . . . .

Quaque

quae certe his longe elegantiora funt. vide plura illic a me notata. ultima adumbrata videntur ex loco Propertii Lib. III. El. 14. 20.

Quifquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris,
Nema adeo, ut noceat, barbarus effe velit.
Luna miniftrat iter, demonftrans aftra falebras,
Ipfe Amor accenfas praecutit ante faces.

cui non diffimile illud ex Lib. IV. El. 3. 50.

Romanis utinam patuiffent caftra puellis,
Effem militiae farcina fida tuae.
Non me tardarent Scythiae juga, quum pater altas
Africus in glaciem frigore nectit aquas.
Omnis amor magnus, fed aperto in conjuge major,
Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipfa facem.

vel, fi mavis, ex noto Valerii Aeditui Epigrammate, quod edidi Tom. I. p. 670.

Quid faculam praefers, Phileros, qua nil apu' nobis,
Ibimus, hac lucet pectore flamma fatis. & feqq.

ubi vide notas. quae imitationes quidem laudabiles funt, fed locis inter fe conparatis eo magis produnt recentioris aetatis artificium. Et hanc fufpicionem apud me augent lacunae illae, carmini praepofitae, folis tantum literis D. M. fuperftitibus, quae facile praefigi poffunt, tamquam reliqua evanuiffent ex marmore, cum tamen nulla vox carminis ipfius laefa aut vetuftate corrofa fit, fed fola detrita eft quafi infcriptio, vetuftis epitaphiis praeponi folita, quam fabricare eo minus aufus eft, quicumque fumos nobis vendidit, quia in Epigrammate non exprimitur nomen mariti, qui conjugi fuae hoc epitaphium fcripferit.

EP. CLXXXVIII.] Ita hoc Epigramma, in fine verfuum mifere mutilatum, e fchedis Ambrofianis dedit Muratorius Tom. III. pag. MCDXXII. 9. Sed fato fuo reliquit carmen minime negligendum, quod utinam exftaret totum, quia optimae notae effe fuperftites docent reliquiae, quarum lacunas fupplere aut reftituere velle fine auxilio exemplaris, ab aliquo defcripti, cum lapis adhuc integer effet, nimis forte temerarium effet. Experiamur tamen, exercitii poëtici cauffa, an fenfum Epitaphii, his vel non multum diverfis verbis ab auctore forfan conpofiti, aliqua arte adfequi poffimus:

Reddere te fatis, Ephyra, fi poffe liceret,
Partita tecum vivere luce velim.
Condita tu pleno fecura agis otia fomno,
Frigore qua gelido Tufculus alget ager.
Quaque viae *filicem terit orbita* rara rotarum,
Et ftat *poft decimum tertius* Urbe lapis.
Hic finem dolor altus habet. nunc jufta parantur,
Quae dabit adfectûs nomine gratus amor.
Huc animam tranfmitte tuam, precor, Ulpia, noftris
Adfidue votis ad pia facra veni.

verfu fecundo *partita luce* eleganter dictum, & ex ufu poëtarum. ut apud Ovid. IV. Met. 774.

Phorcydas, unius partitas luminis ufum.

ut pro *fortitas* bene vindicavit N. Heinfius, & aliis exemplis probavit. deinde *pleno fomno* conjeci, ut de Aefone Ovid. VII. Met. 253.

Aefonis effoetum proferri corpus ad auras
Juffit, & in plenos refolutum carmine fomnos,
Exanimi fimilem, ftratis porrexit in herbis.

fom-

Quaque via filicem terit orbita. . . . . . .
Et dat poſt decimum terti. . . . .
Hic finem dolor altus habet. . . . .
Quae dabit adfecto nomi. . . . .
Huc animam tranſmitte tuam p. . . . . .
Adſidue votis ad pia ſa. . . . .

EP. CLXXXIX.

D. M. F. V.
Q. VIBIVS. L. F. SCA
MAXIMVS. SMINTIVS
AERARIVS. SEXVIR
SIBI. ET. MEMINIAE. Q. F.
MAXIMAE. VXORI. DVLCISSIM.
ET. Q. VIBIO. Q. F. VERN. F. ET. L. FRATRI SVO.

Hic

ſomnus autem hic pro ſomno aeternali. de quo paullo ante ad Ep. CLXXXVI. quinto ſextoque verſu me poëtae mimum prope expreſſiſſe crediderim. ut ſepulcrum Ephyres fuiſſe indicet in Tuſculo, Latii oppido, & quidem in loco ſolo, & ab hominum turba ac frequenti *rotarum* ſtrepitu remoto, ne ſomnus ille aeternalis turbaretur. ut in Inſcriptione extra Portam Pincianam Romae an. 1756 reperta, quam edidit Rod. Venuti poſt Marm. Albana p. 37. HVNC LAPIDEM POSVIT SVPREMVM SEMOTO LOCO. talem tumulum ſibi optat Propertius Lib. III. El. 14. circa finem:

Dî faciant, mea ne terra locet oſſa frequenti,
Qua facit adſiduo tramite vulgus iter.
Poſt mortem tumuli ſic infamantur amantum,
Me tegat arborea devia terra coma.
Aut humet ignotae tumulus vallatus arenae,
Non juvat in media nomen habere via.

Tuſculum vero cum Tibure ac Praeneſte ab urbe Roma diſtare centum ſtadia, & in arduo colle ſitum, terrae bonitate & aquarum copia clarum, ſcribit Strabo Lib V. p 364 & 365. centum autem ſtadia conficiunt milliaria veterum duodecim cum dimidio, quem Tuſculi ſitum ex eodem Strabone, Dionyſio, & Joſepho etiam probat Vulpius Vet. Lat. Prof. Tom. VIII. Lib. XIV. cap. I. p. 2. unde patet, me veriſſime divinaſſe,

Et ſtat *poſt decimum tertius* Urbe lapis.

eodem modo ad diſtantiam loci indicandam *ſextus ab Urbe lapis* apud Ovid. II. Faſt. 682.

Illac lanigeri pecoris tibi, Termine, fibris
Sacra videt fieri ſextus ab Urbe lapis.

ſtare etiam proprium de lapide, terminis, & columnis. ut in illo Tibulli Lib. I. El. 3. 54.

Fac lapis his ſcriptus ſtet ſuper oſſa notis.

& Propertii Lib. I. El. 17. 20.

Ultimus & poſito ſtaret amore lapis.

In colle autem exceiſo poſitam fuiſſe hanc urbem, evincit L. Servil Rufi denarius gentis Sulpiciae aureus apud Moreli. In Theſ. Num. Conſul. Tom. I. p. 404. N. 5. in cujus averſa parte ejus moenia & portae in alto colle ſurgentia conſpiciuntur, addita epigraphe TVSCVL. quem etiam adfert Dom. Barn. Matthaeus in Hiſt. Antiq. Tuſcul. Lib. I. cap. I. Tom. VIII. Theſ. Ital. P. IV. Reliqua levioribus emendationibus ſic reſarcienda & conſtituenda opinatus ſum, ut exhibeant ſpeciem inferiarum, quas manibus defunctae Conjugis Ulpiae Ephyres, (ſic enim in titulo Epigrammatis vocatur) parat maritus. animamque ejus invitet & excitet ad ſacra haec ſaepius repetenda. nam quotannis inferiae hae celebrabantur, annua Parentalia dictae. ſeu anniverſaria mortuorum ſacra. vide Gutherium Lib. II. de Jure Man. cap. XI.

EP. CLXXXIX.] apud Gorium Tom. I. Inſcript. Florent. p. 444. qui recte notat *poſt morte* bis in hoc Epigrammate poni, eliſa *m* finali. ut & v. 6. *fine* pro *finem*. vide ſupra ad Ep. LXXXVI. & CLXIX. v. 4. idem legit *Vivere quid prodeſt*. & ſequentia ſic exponit *niſi ſi poſt mortem cavemus nomen vivere*. Sed & legi poſſet. *niſi ſi poſt morte cavemus, Nomen fama vehat, tantum corpuſque crematur*. ſubinteil. *ut*, tertio verſu *ad manes* pro *apud manes*. ut Auſon. in Parental. Ep. XIX.

Talia & ad Manes otia Sanctus agat. ..

de

Hic lapis & tutamen erit post morte sepulcro,
Et dabit indicium obitos hic esse sepultos.
Si tamen ad manes credimus esse aliquid.
Vivere quod prodest, nisi si post morte cavemus,
Nomen fama volat, tantum corpusque crematur;
Aeternamque domum petimus, & fine laborum.
Dum legis hoc, disce ponere & ipse tibi.

EP. CXC. *Romae.*

Quid gemis heu tanto felicia funera luctu?
Turbantur lacrimis gaudia nostra tuis.

Par-

de quo usu vide Gronov. & Drakenb. ad Liv. Lib. VII. c. 7. ex Gorio etiam edidit Bonada Vol. II. p. 130. & Murator. T. II. pag. DCCLVIII. 6. ubi animadvertit, hunc Q. VIAIVM L. F. functum fuisse munere *Arcarii*, eosque instituisse Alex. Severum, teste Lampridio, *qui de Arca Fisci ederent munera*, seu ludos gladiatorios. innuit locum Lampridii cap. 43. sed illos *Arcarios* dicendos, ut *arca* pro aerario, optime probavit Salmasius. & vide Noris. ad Cenot. Pisan. Diss. III. pag. 373. fin. itaque & in hujus Epigrammatis Inscriptione corrigendum MAXIMVS SMINTHIVS ARCARIVS. non AERARIVS. Ceterum Q. VIBIVS L. F. SCA. denotat *Scaptia tribu*. ut in Inscriptione Doniana Cl. V. N. 210. p. 218. P. ACILIVS P. F. SCA. DECVRIO. quae jam edita fuit a Grutero p. CCCXLIV. 10. sic initialibus literis illis SCA etiam aliquando haec tribus notatur in Inscriptionibus, cum ceteroquin SCAP. vel SCAPT. ut apud Bertol. in Antiqq. Aquilej. pag. 166.

M. MVNATIVS
M. F. SCAP.
ETRVSCVS &c.

& Murator. Tom. III. p. MCCCXCVI. 11.

V. L. RVBRVS L. F. SCAPT.
VARIVS &c.

vel integra voce SCAPTIA in aliis. ut apud Gruter. pag. CCXXXV. 8. CCCCLXXXIX. 7. DXXV. 4. DCLXII. 5. & alibi. vid. Philip. a Turre de Colon. ForoJul. p. 335.

EP. CXC. *Quid gemis heu tanto* &c.] egregium hoc & optimi coloris epitaphium, cum sequenti, ex tumulo antiquo Romae descriptum produxit Joh. du Choul de observ. prosp. valet. p. 97. post libellum de varia Quercus Historia & Pilati montis descriptione, editum Lugduni 1555. Legitur quoque apud Laur. Schradaeum in Monum. Ital. p. 3. sed tamquam recens esset, sub nomine Dorotheae Tonnae, ut circumfertur etiam apud Chrytraeum in Delic. Var. Itin. p. 352. qui tamen sibi non constat, nam alio loco exhibet sub titulo Juliae Maffaejae p. 22. & ita inveni illud in libro MS. Epitaphiorum urbis Romae, a Joanne Casanato in unum congestorum, praeposito hoc titulo:

D. O. M.
IVLIAE. MAFEAE, PVDICITIA, FIDE
PIETATE. MORIBVS. ET. VITAE. SANCTIMONIA. INSIGNI
NICOLAVS. ANT. GOTTIFREDVS. CONIVGI
DVLCISS. ET B. M. FF.
VIX. ANN. XXIIII. M. VII. D. XI.
OBIIT. AN. MCDLXXXII. PRID. KLS. SEPTEMB.

Sed jam plus semel monuimus, non raro in ejusmodi Collectionibus monumentorum Itinerariis Epitaphia varia produci, tamquam in diversis Italiae & aliarum regionum Urbibus exstantia, quae recentioribus posita esse prae se ferunt tituli, si argumento doloris sui conveniant, licet vetusta sint, adscriptis tantum aliis nominibus. cujus fuci insigne exemplum, ut alia saepius in hoc Opere notata praeteream, praebet Epigramma, quod infra producendum erit inter Epitaphia a parentibus scripta filiis, & incipit,

Nata, sed, heu miserum! subito mihi nata parenti,
Unicus ut fieres unica nata dolor. &c.

quod ab eodem Schradaeo & Keyslero etiam, praescripto recentiori nomine, tamquam neotericum adsertur. ultimo primi Epigrammatis versu adparet imitatio Martialis Lib. I. Ep. 36.

Diceret, infernas & qui prior isset ad umbras;
Vive tuo, frater, tempore, vive meo.

supra in Epitaphio Pomptillae, Ep. XC.

Et prior ad letum cum sim Pomptilla recepta,
Tempore tu, dixi, vive, Philippe, meo.

No-

Parce, precor, questus tristes effundere. Vixi.
  Non erat in fatis longior hora meis.
Inmatura peri: sed tu diuturnior annos
  Vive meos, conjux optime, vive tuos.

Ibidem.

Anxia me miserum multos post vita labores
  Liquit, & inmerito funere procubui.

EP. CXCI. ASPHALE. OCTAVIA
VIXIT. ANN. XXXIIII.
MENSES. VIII.

Hic jaceo conjux grati & hilari dicta Asphale,
  Moribus & vita digna puella viris.

EP. CXCII.

C. RVBELLIVS. CIVTIVS
MARCIAE. L. F. HELIADI
CASSIAE. SVLPICIAE. C. F. CRAS. FILIAE
CONIVGIBVS. CARISSIMIS
POSTERISQVE. OMNIB. SVIS.

Qui legis hunc titulum, mortalem te esse memento.

EP.

Notari etiam meretur, ex hoc Epigrammate expressam esse ultimam partem Inscriptionis valde mirificae, de duobus Conjugibus, inter acriora primae noctis gaudia, domus ruina oppressis & extinctis, quam ut vetustam produxit Apianus p. CCLXVIII. b. & quidem adposito monumento sepulcrali, sed forte aliunde adoptato, in quo utriusque conjugis effigies conspiciuntur, ut eo magis antiquitatem sapere videretur; neque dubitavit G. Fabricius eam inserere suis Monum. Antiq. p. 200. ubi haec inter alia:

HEV. IPSO. IN. ACTV. DOM. MARITALIS. CORSVENS AMB.*IAM. EXTRE. CVM. DVLCITVDINE. LAETISS.
COMPLICATOS. OPPRESSIT. FVNESTAS. SOROR (leg. FVNESTA SORS)
NEC. NOVI. QVID. FECISSE. PVTA. NON. ERAT. IN. FATIS
TVM. NOSTRA (forte NOSTRIS) LONGIOR. HORA. CASI. PARENTES
LVCTV. NEC LACHRYMIS. MISERA. AC. LARVATA. NOSTRA
DEFLEATIS. FVNERA. NE. REDDATIS. INFELICIORA.
AT. VOS. NOSTROS (leg. NOSTRIS) DIVTVRNIORES VIVITE. ANNOS
OPTIME. LECTOR. AC. VIVE. TVOS.

sed jure ac merito hanc inter Spuria rejecit Gruterus pag. XXV. 2.

EP. CXCI.] edidit Muratorius Tom. III. pag. MCCC v. 1. & Romae apud Ficoronium exstare testatur. primo versu suspicor scriptum fuisse,

Hic jaceo conjux, hilari cognomine dicta.

ut *Asphale* additum fuerit ex titulo praefixo, & inde omiserint *cognomine*. tum *grati* ex *hilari* sit enatum. nam quod Muratorius suspicetur *Grati* & *Hilari* nomina esse maritorum, quibus uno eodemque tempore nupta fuerit Asphale, hallucinatur. Secundo forte legi posset, *Moribus & forma*. ut apud Ovid. Epist. VI. 94

Moribus & forma conciliandus amor.

aliter certe *moribus* & *vita* eadem sonant, nam *mores* pro vitae instituto ac disciplina dicuntur. vid. Bentlej. ad Cic. I. Tuscul. cap. 16. *puella* de conjuge, frequens etiam vetustis poëtis. ut saepe apud Ovidium, aliosque.

EP. CXCII.] apud Murator. Tom. III. pag. MCCCXCVI 8. in Inscriptione forte corrigendum, C. RVBELLIVS CIVVIVS, ut CIVVIA IVSTINA in Inscript. ejusdem Thesauri p. MCCCXXIII. ubi tamen ipse conjicit CLVVIAE.. vel potius CIVVITIVS. ut Q. CIVVITIVS Q. L. PHILOMVSVS pag. MDLXXVIII. 1 & pag. MDCLVI. 1.

EP.

EP. CXCIII.

D. M.

RVBRIAE. POSTVMAE

CONIVGI. KARISSIMAE

CVM. QVA. VIX. AN. XIIX.

L. . . . haec conjunx posui tibi dona merenti,
Hic erit & nobis una aliquando domus.

EP. CXCIV.

HAVE. DVLCIS.

POPILIA. ALEXANDRIA. RARISSIMA.

FEMINA. A. XXXV. HIC. SITA. EST

M. VL-

EP. CXCIII.] apud Murator. Tom. IV. p. MMLXXVI. 6. qui notat rarum esse, nomen viri per unicum L. indicari, nam deesse LARCIVS, LOLLIVS, LVCIVS, LAELIVS, vel simile nomen. conjicit, praenomine LVCII inserto nominibus familiarum. Sed quia id rarum, forte potius LVBENS desideratur, non enim semper nomina propria in carmine epitaphio adduntur. altera hujus versus pars etiam est in epigrammate votivo Fortunae Praenestinae, edito Tom. I. pag. 58.

Accipe, quae pietas ponit tibi dona merenti.

pentametrum illustrant notata ad Ep. XXXIV.

EP. CXCIV.] sic est apud Reines. p. 779. Fleetwood pag. 235. Fabrett. pag. 420. & ex eo apud Vulpium vet. Lat. prof. Tom IX. Lib XVI. pag. 196. & in Heinsii Libro MS. Inscriptt. veterum. sed paulo aliter apud Gorium in Tom. I. Inscr Florent. pag. 147. ubi corrupta scriptura nonnihil ducit ad indaganda verae lectionis vestigia. sic enim illic legitur:

SED. TIBI. INVIDE. OPTO. QVI
OSSVCVLA. MEA. HIC. SITA. ESSE
. . MIS. MORTE. TARDARDATA. VIVAS
. . . . . . AEGER. INOPS. . .

ubi illa MORTE TARDARDATA quadratarii errore propter crebram R & T repetitionem putat Gorius scripta esse pro MORTE TARDATA. sed non cogitabat versum esse: Ego potius legendum opinor,

MORTE. RETARDATA. VIVAS. LICET. AEGER. INOPSQVE.

nam si monumentum ipsum apud Gorium inspiciamus, patebit tantum spatii in lapide hinc & inde vacuum detritis literis superesse, quantum voculis LICET & QVE admittendis sufficiat. Hanc veram forte conjecturam vel potius emendationem ut viros doctos facile probaturos esse confido, ita tell-quis timide manum admoveo. Excidisse nonnulla arbitror, & verba quaedam transposita in lapide, ut ex editoribus patet, mutilato, quae hoc vel simili modo suppleri possent,

Sed tibi, morte mea qui gaudes invidus, opto,
Nec sita qui mea hic ossicula esse gemis;
Morte retardata vivas licet aeger inopsque.

morte mea qui gaudes invidus, ut in Epitaphio Catiliae Martianae apud Gruter. pag. DCCLII. & Pithoeum pag. 124.

Invide quid gaudes, illa hic mihi mortua vivet.

& in Epitaphio vernae, infra producendo,

Verna puer, puer o mi verna, quis ab quis ab aura
In tenebras rapuit invidus, heu morerer. &c.

ut edidit Gruterus. licet in aliis *perditus*. in pentametro *qui mea hic*, more in epitaphiis obvio, *h* non eliditur. cujus innumera exempla dedit Reines. ad Class. XVII. Inscr. p. 861. ubi similiter in alio epigrammate emendat,

Ossa piae, cineresque sacri hic ecce quiescunt.

inprecatio autem ista, ut invidus *morte retardata aeger & inops* viveret, ad genium vetustatis est. idque Hypsipyle Medeae inprecatur apud Ovid. Epist. VI. 161.

Cum mare, cum terras consumserit, aëra tentet,
Erret inops, exspes, caede cruenta sua.

& ipse anui Dipsadi Lib. I. Am. 8. fin.

Di tibi dent nullosque lares, inopemque senectam,
Et longas hiemes, perpetuamque sitim.

ubi vide Patrui mei notas. sic Ibin devovet v. 111.

Exsul, inops, erret, alienaque limina lustret;
Exiguumque petat ore tremente cibum.

& paulo post,

Causaque non desit, desit tibi copia mortis,
Optatam fugiat vita coacta necem.

sae-

M. VLPIVS. INGENVVS. B. M. ET. SIBI
DVLCIS. VALE.

Quid lacrimas? factum eſt. vir bone, vive, vale.
Sed tibi invideo pio qui oſſuſcula
Mea hic ſita eſſe gemis,
Morte tarda vivas. . . . .
Aeger inops. . . . .

EP. CXCV. RVSTICAE. *Mediolani.*

Ruſtica, perpetuae non te ſors pallida vitae
Suſtulit, interitum nec tibi morte dedit.
Purior aetherias graderis ſine carne per arces,
Nam vitam caſtae funere nobilitant.
Quod mirum viduata tibi ſat conſtitit aetas,
Conjugis ad natum cum bene junctus amor.

EP. CXCVI. VIBIA. PHRYNE. VIXIT. TER. SENOS. ANNOS.

Cara meis vixſi ſubito fatale rapina,
Florentem vita ſuſtulit atra dies.
Hoc tumulo nunc ſum, cineres ſimul * namque ſacrati
Per matrem caram ſunt poſitique mei.
Quos * pius ſaepe colit frater, conjunxque puellae,
Atque obitum noſtrum fletibus uſque luunt.
Dî manes, me unam retinete, ut vivere poſſint,
Quos ſemper colui viva libente animo.
Ut ſint, qui cineres noſtros bene floribu' ſertis
Saepe ornent, dicant, ſit mihi terra levis.

EP.

ſaepe enim hoſtibus vitam longiorem poenae loco inprecabantur. Medea apud Senecam v. 20.

Vivat. per urbes erret ignotas egens,
Exſul, pavens, invijus, incerti laris,
Me conjugem optet; limen alienum expetat.

ubi aperta Ovidii imitatio eſt. idem Naſo IV. ex P. Ep. ult. v. 49.

Omnia perdidimus, tantummodo vita relicta eſt,
Praebeat ut ſenſum materiemque malis.

Dido Aeneae Epiſt. Heroid. VII. 63.

Vive, precor, ſic te melius, quam funere, perdam,
Tu potius leti cauſſa ferare mei.

ut recte expoſuiſſe Dauſquejum notavi in Addendis ad Tom. I. hujus Operis p. 276. primo etiam verſu forte legendum, *vir bene vive, vale.* de quo infra ad Epitaph. Apolloniae.

EP. CXCV.] ex Alciati libro MS. dedit Gruter. pag. MLIX. I. In meo etiam Codice Inſcript. MS. Alciati id inveni, ſed in quo v. ult. *cum bene ductus amor.* non *junctus.* forte & legendum *Conjugis ad fatum.*

EP. CXCVI.] ineditum vulgavit Fr. Victorius Differt. Glyptogr. pag. 125. Maffejus in Muſeo Veron. p. 269. & ex eo Bonada Vol. II. p. 131. qui verſu primo edidit *ſubita.* quinto *fraterque.* ſexto *fluunt.* quod & apud Maffej. male etiam penult. verſu *noſtris.* & ultimo *dicat,* pro *dicant.* Sed & aliis naevis obſitum eſt hoc epitaphium. v. 3. forte legendum, *Hoc tumulo nunc ſum* (vel *ſunt*) *cineres ſimul atque ſacrati.* quinto *Quos pia ſaepe colit mater,* vel *Quos pietate colit frater,* quia *matrem* praecedenti verſu memoravit, reſtituendum eſſet, ſi pedum ratio conſtare debeat epigrammatî aetatis non optimae, neque auctoris valde elegantis.

EP.

EP. CXCVII.

Hoſpes, ad hunc tumulum me meias, oſſa precantur
Tecta hominis. ſi gratus homo es, miſce, bibe, da mi.

EP. CXCVII.] *Hoſpes ad hunc tumulum ne mejas, oſſa precantur*] habent Mazochius pag. 69. Aldus Orthogr. p. 240. Smetius Fol. CXXIII. 9. Toſcanus poſt Carm. Illuſtr. Poët. Ital. Tom. I. p. 91. Gruterus p. DCCXCII. 1. qui teſtatur vidiſſe illud Smetium. Sed & Celſum Cittadinum, ſuo exemplari adſcripſerat Gudius. Omnes praefigunt hanc Inſcriptionem:

D. M.
IVLIAE. FELICVLAE.
CONIVGI. BENE
MERENTI. EIVSDEM.
FILIO. NEPTVNALI. PATER.
FECIT. EVARISTVS. PVBLIC.
IVLIANVS. SIBI. ET. SVIS.
POSTERISQVE. EORVM.

& ſic apud Ferret. in Muſ. Lap. p. 78. neque aliter ex Pyrrhi Ligorii Lib. XXXIV. Antiqq. deſcripſerat Heinſius, in ſuo vett. Inſcript. codice, praepoſito hoc loci indicio, *in Campo Martio in Aedibus Chriſtophori Fuſani.* In codice Bucheliano ſimpliciter:

DIS MANIBVS
IVLIAE FELICVLAE
CONIVGI.

unde patet conjugi Juliae Feliculae & filio poſitum a Marito ac Patre Euariſto Public. Juliano, licet inter epitaphia incertorum retulerit Pithoeus Lib. III. p. 107. IVLIAE FELICVLAE mentio etiam in Inſcript. Gudians pag. CXCIV. 2. quam ex Gorio Tom. I. Inſcr. Florent. p. 356. repetiit Murator. Tom. II. p. DCCCXCIV. 9.

IVLIA. FELICVLA. CONIVGI. BENEMERENTI
FECIT. SIBI. ET. SVIS. &c.

IVNIAE FELICVLAE tamen forte legendum, ut in alia apud Smetium Fol. CXXI. 15.

D. M.
IVNIAE FELICVLAE
L. MINICIVS
GLAPORVS
SODALI. SVAE.
BENEMERENTI F.

niſi illic IVLIAE ex duabus praecedentibus caſtigandum ſit. Romae haberi *in pratis Quinctiis* indicant Aldus & Ferretius, licet *in pratis Mutiis* apud Smetium & Gruterum. Sed in margine codicis Meermanniani, *in S. Silveſtro in regione Columnae.* verſu ſec. *Lecta hominis* conjecerat Heinſ. ut oſſilegium innuat, & *oſſa lecta* conjungantur. Sed non opus eſt. *tecta* enim condita, ſepulta. *ſed ſi gratus homo es* apud omnes, praeter Pithoeum. In hoc autem Epitaphio quod tumulum contaminare ne velint, rogentur viatores, id ex uſu veterum, quia hoc nefas erat in locis ſacris, qualia erant ſepulcra, ut docuerunt Caſaub. ad Perſ. p. 151. & Marcilius pag. 39. vide Heinſii & Patrui notas ad Petron. cap. LXXI. p. 355. & Alex. Symm. Mazoch. de Campan. Amphith. cap. VIII. pag. 163. & ſeqq. hinc in Inſcript. vet. apud Donium Cl. XV. N. 50. pag. 446.

QVI. HIC. MIXERIT. AVT
CACARIT. HABEAT
DEOS. SVPEROS. ET
INFEROS. IRATOS.

ſic opprobrii cauſſa in ſtatuas Deorum vel virorum illuſtrium mingebant. vid. Scalig. ad Priap. Carm. LXXXIII. in Catalect. p 213. eo referendum Neronis facinus, qui Deam Syriam, quam unice neglectis aliis numinibus colebat, poſtea urina foedavit, teſte Suet. cap. LVI. ubi vid. Torrent. hinc cineribus illorum, quos devovebant, injuriam hanc inprecabantur. ita in Epigrammate veteri, quod in codice Ampliſſimi Joh. Wittii legebatur ſub Martialis nomine, inſcriptumque eſt *Epitaphium Gryphi*,

Hic ſitus eſt Gryphus, dilector margaritarum,
Mingite matronae Gryphi ſuper oſſa ſepulti,
Hoc quoque ſub tumulo puerorum turba cacate.

Herculcs Strozza in Elegia de Amoris ſui infelicitate Lib. II. Amor. p. 75. ed. Ald.

Nec Pario madeant exuſta cadavera ſucco,
Mejat in ardentes ſaga profana rogos.

& Joh. Jovianus Pontanus Lib. I. Amor. Eleg. 3. ad fores puellae:

Crudeles poſtes, crudelis janua, tuque
Inſidioſe meis peſſule deliciis.
Vos ſitus obducat, vos dura fracta ſecuri
Inponat flammis ſordida dextra coci.
Vos pueri illudant ſaxis, atque inguine multo
Minctum in vos veniat turba moleſta canum.

Ita enim haec legebantur in eodem codice Wittiano, quo continebantur etiam priores duodecim Pontani Elegiae ex Libris Amorum, ab editis paſſim diverſae, nam p. 6. ed. Aldinae alii pro his occurrunt verſus. Ceterum *mejere* & *mingere* a veteribus promiſcue poſita arbitror; ut in binis his Epigrammatibus. licet Voſſius Lib. III. de Analog. cap. 27. *mingere* ut barbarum & obſoletum rejiciat. quare fruſtra Sannazario diem dixerunt ob

Romae.

EP. CXCVIII. . . . . . HE VIXIT. A. XIIX.
; . . . ſte & titulum perſcriptum lege.
. . . itam quae ſub hoc tumulo ſita eſt.
. . mor-

ob illum verſum ex Lib. II. Ep. 29. *Natae ſinum permingere.* quaſi *permejere* debuiſſet dicere. quem defendit Douza Lib. III. Explan. Plautin. cap 1. p. 299. vide Broukhuſii Curas Secundas. & Menagiana Tom. III. pag. 139.

v. 2. *miſce, bibe, da mi*] *mirabile dami* in cod. Meermann. & apud Mazoch. vitioſiſſime. ſed quod in Erratis corrigendum monuit. intelligi poteſt de vino, quod defunctorum oſſibus infundebant. unde in Epitaphio aurigae, infra edendo,

Oſſibus infundam, quae numquam vina bibiſti.

ubi vide. & Leichium in Carm. Sepulcral. p. 44. vel de aqua aliiſve humoribus, quos in ſepulcra libabant amici, parentalia inſtituentes; aut precabantur, ut Pluto, Oſiris, Serapiſve frigida aqua defunctos refocillarent. ſic in Inſcript. Muſei Veronenſis p. CCCXVIII. 3. & ex eo apud Bonadam Vol. II. p. 228.

ΨΥΧΡΟΝ. ΥΔΩΡ. ΔΟΙΗ. CΟΙ. ΑΝΑΞ. ΕΝΕΡΩΝ. ΑΪΔΩΝΕΥΣ
Ω. ΜΕΛΑΝ. ΗΒΗC. ΓΑΡ. CΟΙ. ΑΠΩΛΕΤΟ. ΦΙΛΤΑΤΟΝ ΑΝΘΟC.

quo referenda Inſcriptio apud Fabrett. Claſſ. VI. p. 466. ΔΟΙ ΣΟΙ ΟΣΙΡΙΣ ΤΟ ΨΥΧΡΟΝ ΥΔΩΡ. cum qua confert aliam apud Reineſ. Cl. XIV. 31. ΕΥΨΥΧΕΙ ΚΥΡΙΑ ΚΑΙ ΔΟΙ ΣΟΙ Ο ΟΣΙΡΙΣ ΤΟ ΨΥΧΡΟΝ ΥΔΩΡ. ubi Oſirin perperam de ſervo, dominae adſtante, interpretatus eſt vir eruditiſſimus. Sed de Oſiride, eodem Serapidi inferorum Deo, Cuperum & Iſ. Voſſium recte explicuiſſe, addit Fabrettus, quod pluribus firmat Cel. D'Orvillius in Animadverſionibus ineditis ad Muratorii Inſcript. p. MXXVI. 2. ubi in lapide Graeco, ſub finem,

ΨΥΧΗ ΔΙΨΩΣΗ ΨΥΧΡΟΝ ΥΔΩΡ ΜΕΤΑΔΕC.

quae Inſcriptio deſumta eſt ex Montfauconii Palaeogr. Gr. Lib. II. p. 172. & ad confirmandam explicationem ſuam Inſcriptionis modo indicatae eam poſtea produxit Fabrettus cap. X. p. 741.

EP. CXCVIII. . . . HE VIXIT A. XIIX.] ſic mutilum hoc epitaphium ex ſchedis Ambroſianis edidit Muratorius Tom. III. pag. MCDXXVIII. 2. in titulo evanuit nomen Uxoris PSYCHE, aut ſimile. ut SVESTIA PSYCHE apud eumdem Tom. II. p. MCCCLXIX. 13. vel AGATHE. ut LICINIA AGATHE ibid. p. MCCCLXV. 8. ſed melius forſan fuerit TYCHE, quod non minus fortunati ominis eſt. adeoque ſic concinnari poſſet Inſcriptio, ex ſimili, quae exſtat apud Gruter. p. DCCCCXCVIII. 8. & Gudium p. CCCLXIII. 4.

DIS MANIBVS
TYCHE
VIX. ANN. XX.

quam veluti ineditam ex Muſeo Albano profert Murator. Tom. I. pag. CCCXIII. 3. nec male quis ſuſpicetur, excidiſſe etiam primum nomen PLAVTIA TYCHE. nam paſſim id nomen alteri additur in Lapidibus. qualis occurrit apud eumdem Murator. Tom. III. p. MCCCLXXXVIII. 5.

DIS. MANIBVS
PLAVTIAE. TYCHENI
Q. DECIVS
PROCVLVS
CONIVGI. BENEMERENTI.

& Gorium Tom. III. Inſcript. Florent. p. 246.

DIS. MANIBVS
A. PLAVTIVS. A. L.
PYLADES V. A. LXXX.
PLAVTIA. TYCHE
PATRON. B. M. F.

ſic FLAVIA TYCHE in eodem Theſ. Muratoriano pag. MCCCXLIV. 8. SESTILIA TYCHE p. MCCCXL. 2. CLAVDIA TYCHE T. III. pag. MCCXLIX. 12. ACILIA TYCHE pag. MCCLXXXVII. 9. VALERIA TYCHE apud Fabrett. cap. II. pag. 85. SERVILIA TYCHE cap. V. pag. 373. & GRANIA TYCHE in Gudianis pag. CCCXXII. 4. TYTYCHE eſt apud Gruter. pag. DC. 5. ubi prima tamen ſyllaba videtur delenda. ut cenſebat etiam Muratorius, qui eamdem, ſed a Gruteriana nonnihil abeuntem, adfert p. CMLI. 5. initium Epigrammatis ſic forſan ſuppleri poſſet,

Subſiſte, & titulum ſcriptum lege, care viator.

quales formulas Epitaphia inchoantes ſupra vide ad Ep. CLXXXVI. p. 136. vel hunc in modum,

Subſiſte, & titulum ſcriptum lege, flore juventae
Vitam quae liquit, ſub tumulo hoc poſita eſt.

niſi mavis, *hoc ſita ſub tumulo eſt.* in titulo enim, VIXIT. A. XIIX. adeoque *flore juventae* vitam liquiſſe Tychen, jure queritur maritus. a tertio verſu emendando deterreor. Suſpicor tamen in corruptiſſimae lectionis veſtigiis, verbiſque male tranſpoſitis, latere formulam in Epitaphiis obviam, virum *de ſe nihil doluiſſe niſi mortem.* in illis vero *primi mihi caro* forte deprehendas veſtigia verborum *vir nihil niſi acerbo*, adeo ut inde excitare liceret,

Virque nihil doluit de me, niſi mortis acerbo
Funere, & a lacrimis perluit oſſa mea.

nota

. . . . mortis doleo primi mihi caro
. . . . a lacrumis perluit ossa mea.
. . . inter nos semper fuit, & tamen est nunc,
. . . . m sub terris sum resoluta cinis.

EP. CXCIX. IVLIA METHE.

His foribus carae recubant mihi conjugis ossa,
Exspectantque suis ut mea contribuam.
Tossius ista tibi promisit saepe petenti,
Praestabit; manes si modo tangit amor.

EP. CC.

D. M.
CASSIAE. A. F. DIGNAE
ORESTINAE
CONIVGI CASTAE.

Pro meritis vitae, pro pectore simplice grato
Tusidius Cyrus hunc titulum fecit amatae.

EP.

nota sunt ista in Lapidibus antiquis, DE. QVA. NVLLVM. DOLOREM. NISI. ACERBISSIMAE. EIVS. MORTIS. ACCEPERAT. ut est in Inscriptione Plaetoriae Antiochidae a marito posita apud Gruterum p. DCCCXV. 7. sic in illa inter Donianas Cl. VI. N. 169. pag. 272.

CVIVS. DOLORE. ACCEPIT. ALIVM
NVLLVM. NISI. MORTIS. EIVS.

apud Gorium Tom. I. Inscr. Etrusc. p. 413.

NIHIL. DOLVI. NISI. QVOD. ME. RELIQVIT.

Sponium in Miscell. p. 207.

CVIVS. DOLORE. NIHIL
HABVI. NISI. MORTIS.

& in aliis saepe,

DE. QVA. DOLVIT. NISI MORTE.

vide quae notavi ad Tom. I. hujus Antholog. p. 285. dein quarto versu,

—— *& a lacrimis perluit ossa mea.*

ut in illo apud Fabrettum pag. 64.

Ossaque funestis fluctibus abluerunt.

Ovid. Epist. XIV. 127.

Et sepeli lacrimis perfusa fidelibus ossa.

& V. Fast. 454.

Spargebant lacrimis ossa perusta suis.

ultimum distichon faciliori medicina sanatum reddam,

Quique amor inter nos semper fuit, & tamen est nunc,
Quamquam sub terris sum resoluta cinis.

cinis resoluta fem. gen. de quo vide ad Ep. XXXIX. & *usta cinis* Ep. CXXXII.

EP. CXCIX. IVLIA METHE] a Fr. Ficoronio acceptum edidit Muratorius Tom. III. p. MCCCLVI. 7. nomen illud TOSSIVS mihi de mendo suspectum, & forsan TROILVS substituendum est; quod in vetustis marmoribus non ignotum. ut in Inscript. apud Phil. a Turre in Monum. Antii p. 400. & Bertoli in Antiqq. Aquilej. p. 260.

ANTHVSA
TROILO
CONTVBERNALI.

& Gorium Tom. I. Inscript. Etrusc. p. 297.

TROILVS
PVER
VIX. AN. XVII.

quae exstat etiam apud Gudium p. CCCXXXIII. 13. & C. TROILVS PHILARGVRVS & TROILA C. L. HEDVNA apud eumdem p. CCCLXIII. 2. TOSSIA Q. F. tamen occurrit in Inscript. Muratoriana p. MDCLXXXII. 9. vel scribendum TROSIVS. ut L. TROSIVS. M. F. in eodem Thesauro p. CMLIV. 11. T. TROSIVS T. F. SECVNDVS p. MDCXXXII. 1. & TROSCIVS (corrig. TROSIVS) TERTIVS GRANIAE TYCHES p. MDCCLV. 13. quae mutilata exstat apud Gudium p. CCCXXII. 4. & Gorium T. I. Inscr. Flor. pag. 408. & sic TROSIO EPIGONO emendandum apud Donium Cl. VII. N. 89. non TROSSO, ut editur.

EP. CC. D. M. CASSIAE &c] apud Murator. Tom. III. p. MCCCXIX. 9. ubi notat a Donio editum CASSIAE VT DIGNAE ORESTIANAE. ipse vero *T. Ufidius* dedit versu secundo. sed non vidit primam in *Cyrus* male corripi, quae veteribus longa est. itaque neglecta potius elisione *titulum hunc* transponendum est, ut vitium illud evitetur. inter Donianas, nam loca semper investiganda relinquit, invenitur Cl. XII. N. 55. p. 404.

Ep. CCI.

VETTIVS AGORIVS PRAETEXTATVS
ACONIAE FABIAE
PAVLINAE CONIVGI.

a dextro latere.

Paulina, veri & caſtitatis conſcia,
Dicata templis, atque amica numinum,
Sibi maritum praeferens, Romam viro,
Pudens, fidelis, pura mente & corpore,
Benigna cunctis, utilis Penatibus.

a ſiniſtra latere.

VETTIVS AGORIVS PRAETEXTATVS
PAVLINAE CONIVGI.

Paulina, noſtri pectoris conſortio
Fomes pudoris, caſtitatis vinculum,
Amorque purus, & fides coelo ſata.
Arcana mentis cui recluſa credidi,
Munus deorum, qui maritalem torum
Nectunt amicis & pudicis nexibus.
Pietate matris, conjugali gratia,

Nexu

Ep. CCI. VETTIVS AGORIVS &c.] Egregium hoc monumentum ex Baſi marmorea Romae an. 1750. inventa, & in Muſeum Capitolinum tranſlata, produxit Gorius in Symbolis Literariis Florentiae editis 1751. Vol VI p. 206. & ſeqq. & ex cippo Muſei Capitolini a ſe deſcriptum edidit, & notis illuſtravit Bonada Vol. I. Cl. III. pag. 262 & ſeqq. qui ſuſpicatur nonnulla deſiderari poſt v. 5. effracto marmore. vide etiam de hoc carmine Nova Literar. Florent. an. 1750. N. 29. p. 449. Praefiguntur autem illuſtres honorum tituli, quibus inſignis fuit hic Vettius Agorius Praetextatus, & uxor Aconia Fabia Paulina, quae Inſcriptio quia lucem haud exiguam optimo carmini praebet, eam totam in gratiam lectoris hic ſubjiciam:

D. M.
VETTIVS. AGORIVS. PRAETEXTATVS
AVGVR. PONT.FEX. VESTAE
PONTIFEX. SOLIS. QVINDECIMVIR
CVRIALIS. HERCVLIS. SACRATVS
LIBERO. ET. ELEVSINIIS. HIEROPHANTA
NEOCORVS. TAVROBOLIATVS
PATER. PATRVM. IN. REPVBLICA. VERO
QVAESTOR. CANDIDATVS
PRAETOR. VRBANVS
CORRECTOR. TVSCIAE. ET. VMBRIAE
CONSVLARIS. LVSITANIAE
PROCONSVLE. ACHAIAE
PRAEFECTVS. VRBI
LEGATVS. A. SENATV. MISSVS. V.
PRAEFECTVS. PRAETORIO. III. ITALIAE
ET. ILLYRICI. CONSVL. ORDINARIVS
DESIGNATVS.
ET. ACONIA. FABIA. PAVLINA. C. F.
SACRATA. CERERI. ET. ELEVSINIIS
SACRATA. APVD. AEGINAM. HECATAE
TAVROBOLIATA. HIEROPHANTRIA
HI. CONIVNCTI. SIMVL. VIXERVNT. AN. XL.

de gente Vettia adcurate differuit Camarra de Teate Antiq. Lib. III. cap. 2. & 3. ubi de hoc *Vettio*

Nexu ſororis, filiae modeſtia,
Et quanta amicis jungimur fiducia
Aetatis uſu conſecrandi foedere;
Jugi, fideli, ſimplici concordia,
Juvans maritum, diligens, ornans, colens.

in poſtica parte.

Splendor parentum nil mihi majus dedit,
Quam quod marito digna jam tum viſa ſum,
Sed lumen omne, vel decus, nomen viri,
Agorî ſuperbo qui creatus germine,
Patriam, Senatum, conjugemque inluminas;
Probitate mentis, moribus, ſtudiis ſimul,
Virtutis apicem qui ſupremum nanctus es.
Tu namque, quidquid lingua utraque eſt proditum
Cura Sophorum, porta quis coeli patet,
Vel quae periti condidere carmina,
Vel quae ſolutis vocibus ſunt edita,
Meliora reddis, quam legendo ſumpſeras.
Sed iſta parva: tu pius moves te ſacris
Teletis, reperta mentis arcano premis,
Divumque numen multiplex doctus colis,
Sociam benigne conjugem nectens ſacris
Hominum Deûmque, conſciam ac fidam tibi.
Quid nunc honores aut poteſtates loquar,
Hominumque votis adpetita gaudia?

Quae

tio Agorio Praetextato agit p. 191. & ſeq. ex quo patebit, ſimiles ab Aldo in Orthogr. pag. 622. & Grutero pag. 486. 3. & p. 1102. 2. quidem Inſcriptiones huic Vettio Agorio Praetextato poſitas adſerri; ſed ab hac diverſas eſſe, nedum ut carmen ipſum exhibuerint. vide de eo Valeſ. ad Ammian. Marc. Lib. XXII. 7. p. 331. & Juret. ad Symmach. p. 273. & 274. qui Inſcriptionem illam Gruterianam, & alteram conjugi ejus Fabiae Aconiae Paullinae ſcriptam, quae eſt apud eumdem pag. 309. emendat. ibidemque duae aliae habentur, e quibus haec Inſcriptio, & ex hac illae mutua ope caſtigandae ſunt. vide & Sponii Miſcell. Erud. Antiq. pag. 149. ubi priorem a Grutero male diſpoſitam correctius edidit, eamdemque inſculptam fuiſſe baſi ſtatuae Praetextati, de qua Senatus nomine inpetranda Theodoſio & Arcadio ſcribit Symmachus Lib. X. Ep. 25. cenſet Joſeph. Bimardus de la Baſtie in Adnotationibus ad Sponium ineditis. Adde Gothofred. in Proſopogr. Cod. Theod. in *Praetextatus* pag. 76. & 77.

19. *Quam quod marito*] primam voculam recte addiderunt, quae marmori exciderat.

22. *Conjugemque inluminas*] ſic legendum. male *inluminans* apud Bonadam. tum ex marmore ipſo v. 24. praeferendum,

Virtutis apicem qui ſupremum nanctus es.

quod exigunt ſequentia,

Tu namque, quidquid &c.

perperam Bonada *nactus eſt*.

26. *Porta quis coeli patet*] vide quae notavi ad Auctorem Elegiae de Phoenice v. 2. poſt Claudianum.

43. *Din-*

Quae tu caduca ac parva femper autumans,
Divum facerdos infulis celfus eloes.
Tu me, marite, difciplinarum bono
Puram ac pudicam forte mortis eximens,
In templa ducis, ac famulam Divis dicas.
Te tefte, cunctis inbuor myfteriis,
Tu Dindymenes Atteofque antiftitem
Teletis honoras taureis confors pius,
Hecates miniftram trina fecreta edoces,
Cererifque Grajae tu facris dignam paras.
Te propter omnes me beatam, me piam
Celebrant, quod ipfe me bonam diffeminas
Totum per orbem: ignota nofcor omnibus,
Nam te marito cur placere non queam?
Exempla de me Romulae matres petunt,
Subolemque pulchram, fi fuat fimilis, putant,
Optant, probantque nunc viri nunc feminae.
Quae tu magifter indidifti infignia,
His nunc ademtis maefta conjunx maceror,
Felix, maritum fi fuperftitem mihi
Divi dediffent: fed tamen felix, tua
Quia fum, fuique, poftque mortem mox ero.

VXO-

43. *Dindymenes Atteofque antiftitem Teletis honoras*] In monumento ATTEOSQVI. pro *Atteofque*. idque forte pro *Attinifque*. *Teletis* edidi junctim ut fupra v. 31. male enim apud Gorium *Te letis*. quid τελετὴ in facria Mithriacis, vide in Addendis ad Valef. Emend. p. 228. 229. & ad Tom. I. hujus Anthol. p. 32. miror vero Bonadam *Diadymenes* in notis exhibere, & *Diadumenos*, vittatos diadematofque exponere, quum in textu altero *Dindymenes* recte dederit. nam fi in lapide fit DIAOYMENES, quadratarii error eft. *antiftes Dindymenes* eft facerdos Cybebes, quae *Dindymena domina* eft Catullo Carm. LXIV. v. 18. quod pluribus illuftrare opus non eft.

46. *Cererifque Grajae*] fic correxi pro corrupta voce *Ceterifque*. forte intelligit Cererem Chthoniam, cujus mentio eft in infigni fragmento Infcriptionis Siculae Graecae, quae edita eft inter Donianas Cl. IV. p. 136. & 137. ubi de hac Cerere Chthonia legi merentur eruditiffimi Gorii notae.

52. *Si fuat fimilis*] fic apud Gorium. & v. praec. *Romulae*. Bonada edidit *Romuleae*, & *fi tuat fimilis*, quod marmoris veftigiis inhaeret. forte *fit tuae fimilis*. ut apud Catullum Carm. LIX. in nuptias Maulii,

Sit fuo fimilis patri
Manlio, & facie infciis
Nofcitetur ab omnibus,
Et pudicitiam fuae
Matris indicet ore.

fic enim legendum, nam male editur *facile infciis*.

57. *Sed tamen felix. tua Quia fum, fuique* &c.] fimile illud in Epitaphio, a marito Uxori fcripto, quod fupra edidi Ep. CLXXIV.

Extremum hoc conjux a conjuge, fi qua venire
Inde tibi poffit gloria, munus habe.
Inde mihi certe ventura eft maxima, quod te
Uxorem noftgam quifque fuiffe leget.

Ep.

VXORES MARITIS.

EP. CCII.

IVLIA. MARCELLA. CLODIO
FABATO. MARITO.

Terrenum corpus, coeleſtis ſpiritus in me,
Quo repetente ſuam ſedem, nunc vivimus illic,
Et fruitur Superis aeterna in luce Fabatus.

EP. CCII. *Terrenum corpus*, &c.] habetur apud Rudericum Carum in Antiquit. Seviliae Lib. III. p. 217. qui teſtatur in muro Eccleſiae Cathedralis S. Martini in urbe Niebla in marmore candido legi, neque in eo exſtare inſcriptionem IVLIA. MARCELLA. CLODIO. FABATO. MARITO, fruſto marmoris ſuperiore, ut credit, detruncato; ſed praefixit eam Pithoeus Lib. III. p. 125. & G. Fabric. pag. 115. Edidit etiam Smetius p. CXLII. 13. & Gruter. p. 772. 1. ubi ex Pighio locum ipſi adſignat extra oppidum Rignani in aede S. Abundi. & ſic Fleetwood pag. 279. vide Greg. Majanſium Epiſt. I. huic Volumini praefixa p. XIV. qui putat induci in hoc epitaphio loquens ipſum ſepulcrum, & ſecundo verſu legendum, *vivit & illic.* ſed Fabatum ipſum loqui opinor. Ego id etiam inveni in codice MS. Inſcriptionum ineditarum Steph. Vinandi Pighii, qui praefigit hanc epigraphen,

C. CLODIO. FABATO.
MARITO. OPTIMO.
ATILIA. MARCELLA.

addit autem Pighius hanc notulam: *Epitaphium Chriſtiani hominis. Valde tamen antiquum, quantum ex charaſteribus poteſt colligi, atque ſcribendi forma, nominiſque ratione.* cum Inſcriptione autem Pighiana conſentit codex Buchellanus. ex veteri libro MS. membranaceo Car. Moroni etiam deſcripſerat N. Heinſius, praemiſſo hoc titulo:

Aregnani in Caſtro.
C. V. CLODIO. FABATO
MARITO. OPTIMO.
ATTILIA MARCELLINA.

& verſu ſecundo illic legitur,

Quo repente ſuam ſedem nunc fungitur illic.

ubi *repente* ſcriptura eſt aberrantis manus pro *repetente*, ut eſt in cod. Pighiano, & Buchellano, & apud Ruderic. Carum, Smet. Gruter. Fabric. Pith. Fleetwoodum, & Labbaeum in Theſ. Epitaph. p. 18. ſollicitanda itaque non fuit haec lectio a Barthio ad Stat. XII. Theb. 645. qui corrigit *Quoque petente ſuam ſedem.* profecto ſi ſic legeretur in libris vulgatis, & ex ingenio emendaret *Quo repetente*, laudarem ex merito. nihil enim frequentius apud veteres, quam vita defunctos homines poſt exſutam mortalitatem ſuperas ſedes veluti ſuas repetere, coeleſtis originis cauſſa. hinc ſupra in epitaphio Probinae, Ep. CXLVI.

Vita ſubit coelum, corpus tellure tenetur,
Omnia ſic repetunt jura locoſque ſuos.

ſic in alio apud Pith. p. 108.

Reddere depoſitum lex eſt, ideoque petenti
Corpus humo, manes reſtituoque polo.

& ſimile in fragmento marmoris in Eccleſia Hiſpalenſi apud Ruderic. Carum Lib. I. p. 22.

. . . . *beata tenes.*
Jamque novem luſtris gaudendum, vita maneret,
Spiritus aſtra tenet, corpus in urna jacet.

ſed quod paullo emendatius adfert Cl. Majanſius Epiſt. I. p. XII. apud quem legitur,

CONM. . . . . *beata tenes.*

unde quis ſuſpicari poſſet, olim in lapide fuiſſe,

——— *terram*
Commutans coelo regna beata tenes.

reliqua melius apud Majanſium, *gaudens, dum vita maneret.* quod firmari poteſt ex illis, quae ſupra notavi p. 136. fin. tertio etiam verſu praeſtat *Spiritus aſtra petit.* quia *beata tenes* praeceſſit. Sed *in urna jacet* vitioſum. forte caſtigandum *corpus in orbe jacet.* nam in operculo ſepulcri marmoreo inter antiqua Eccleſiae Hiſpalenſis rudera a Bened. Aria Montano repertum teſtantur. eadem macula eſt in Epigr. urnae inſculpto, apud Pithoeum pag. 144.

Plutoni ſacrum munus ne adtingite fures,
Ignotum eſt vobis hoc quod in orbe jacet.

ubi alii etiam prave ediderunt *quod in urna jacet.* ſed haec in tranſcurſu. Recte igitur hoc in loco *Quo repetente ſuam ſedem.* notum illud Horatii, *Serus in coelum redeas.* & in Epitaphio Senecae

Ep. CCIII. CHRYSES B. M.

Te, lapis, obteſtor, leviter ſuper oſſa reſidas,
Ne noſtro doleat conditus officio.

Ep.

Senecae apud Pith. p. 96. *Namque animam coelo reddimus.* praeclare Socrates apud Cic. I. Tuſc. Quaeſt. 30. *Qui autem ſe integros caſtoſque ſervaviſſent, eſſentque in corporibus humanis vitam imitati Deorum, his ad illos, a quibus eſſent profecti, reditum facilem patere.* vide ipſum Barthium Lib. XII. Adverſ. 12. ubi etiam illuſtrat id quod ſequenti verſu dicitur, *Et fruitur Superis.* non diſſimile illud epitaphium vetus Epheſinum, quod in Tomo II. Antiqq. Aſiaticar. quem priori adjungere deſtinaverat, edidit Chishullius p. 12.

Ὀστέα μὲν καὶ σάρκας ἐμὰς σπιλάδες διέχευαν,
Ὀξεῖαι κρημνῶν ἄλμ' ὑποδεξάμεναι.
Ψυχὴ δ' αἰθέριον κατέχει πόλον. &c.

Dum feror in praecepo ſcopulis illiſus acutis,
Oſſa quidem & nervi diſperiere mei.
Aſt anima aetherias ſedes habet.

ex quibus conſtat, non temere propter ejuſmodi ſententias, quibus gentiles pariter ac Chriſtiani ſibi aeternitatem ſpondebant poſt hanc vitam, talia Epitaphia Chriſtianorum hominum cenſenda eſſe, ut de hoc Epigrammate judicabat Pighius, cum ſimilia in plurimis aliis monumentis ſepulcralibus occurrant, quae coacervare nihil attinet. quin ipſe valde illud antiquum eſſe, ex lapidis characteribus & ſcribendi forma, nominisque ratione pronuntiavit. ultimo verſu *aeterna luce* apud Rudericum Carum. ſed *in luce* v. c. Moroni & Pighii, Smet. Grut. Fabr. & Pith.

Ep. CCIII. CHRYSES B. M. *Te lapis obteſtor, leviter ſuper oſſa reſervu*] Sic edidit hoc unius diſtichi epigramma Pithoeus pag. 126. & ex Pingonii Antiqq. Taurinenſibus Gruter. p. 984. 6. & Ferret. Lib. IV. p. 238. qui primo verſu pravam habent lectionem *reſervu*, nam *reſidas* rectius eſt apud Gudium p. CCCXXXVII. 12. & Muratorium Tom. III. pag. MDLXXXIV. 3. qui edidit ex ſchedis P. Cattanaei, & hanc ſubſcriptionem habet ſubjectam,

GRAECA. SER. HIC. SITA EST
VALE
IACCVS. VIR. D. D.

vid. Cl. Majanſium in Epiſt. II. ante hoc Volumen edita p. 44. Sed idem hoc diſtichon forte ab aliis epitaphiis divulſum aberrat, nam cum praemiſſa & ſubjecta Inſcriptione etiam legitur in alio monumento apud Fabrett. pag. 284. & Gorium Tom. I. Inſcr. Flor. p. 149. hunc in modum:

VIPSANIA. M. L. PHILVSA
VIXIT. ANN. XX.

Te, lapis, obteſtor, leviter ſuper oſſa reſidas,
Ne noſtro doleat condita officio.

M. VIPSANIVS. SP. F. LATINVS. VIXIT. ANN. L.
FILIVS. FACERE. QVOD. DEBVEBAT. PATRI. MORS.
INIQVA INTERCESSIT. FILIO. FECIT. PATER.

ubi *condita* in pentametro ſuppoſitum, ut ad Vipſaniam poſſet referri. ſaltem *condita ab officio* ſcripſiſſet ejus auctor. VIXIT ANN L. rectius apud Fabrett. quam ANNO. I. apud Gorium. reliqua FILIVS FACERE QVOD DEBVEBAT &c. eſt fruſtum alterius Epigrammatis, quod alibi in his edendum erit. Quin & additis aliquot verſibus exſtat in Epigrammate, quod hoc ſeculo edidit Ficoronius in libro Italico de Larvis Scenicis & Figuris Comicis vet. Romanor. qui Romae an. 1736 prodiit. illic enim p. 227. in fine Epitaphium hoc ita ſuppletum & auctum occurrit:

Parce, precor, noſtram jam lacerare domum.
Te, lapis, obteſtor, leviter ſuper oſſa reſidas,
Ne noſtro doleat conditus officio.
Deſine jam fruſtra mater mea, deſine fletu
Te miſeram totos excruciare dies.
Namque dolor talis non nunc tibi contigit uni,
Haec eadem & magnis Regibus acciderunt.

quod edidit etiam Murator. in Theſ. Nov. Tom. III. p. MDLI. 4. Verum ut creſcat amplius, & novis acceſſionibus ſe commendet, plura alia illic praemittuntur, tamquam in eodem lapide, apud Ficoronium exſtante, conjuncta, quae tamen valde diverſi genii eſſe ſe produnt,

OCTAVIA. L. ET. . L. ARBVSCVLA
V. A. XXXIII. ET. MENSES. X.
TVCCIA. D. L. VRBANA. MATER EIVS.

Terminus eſt vitae noſtrae (tertius &) viceſimus annus,
Cum me florentem mei combuſſere parentes,
Vix (ſ. *Vixi*) *ego, dum licuit, ſuperis acceptior una,*
Quoi nemo potuit verbis maledicere acerbo (bis)
Crudele pater funus nati vidiſſe videris.
Et pia complexu mater ſpoliata ſeneſcens,
At tu dulcis ſoror extincto me ſolare parentes.
Crudelis Pluton nimio ſaeviter rapinae.
Parce, precor, noſtram jam lacerare domum.
Te, lapis, obteſtor, leviter ſuper oſſa reſidas,
Ne noſtro doleat conditus officio.
Deſine jam fruſtra mater mea, deſine fletu
Te miſeram totos excruciare dies.
Namque dolor talis non nunc tibi contigit uni,
Haec eadem & magnis Regibus acciderunt.

ita

EP. CCIV.

Manes ſi ſaperent, miſeram me abducerent coniugem,
Vivere jam quoniam, lucem iam nolo videre.

Dul-

lta haec conjuncta, tamquam integrum idemque Epigramma, illic edidit Muratorius. Sed libro ipso Ficoronii inſpecto, patebit omnibus, duo diverſa eſſe epigrammata, inſigni oſcitantia in unum conſlata, quorum ſecundum incipit a pentametro,

Parce, precor, noſtram jam lacerare domum.
Te, lapis, obteſtor &c.

ultima epigrammatis congruunt cum illis, quae ſupra habuimus Ep. XXVII. & CXXIV. ubi vide. Ex his vero patet, Muſam illius verſificatoris, qui diſtichi hujus, ita ut a Pithoeo & Grutero editum eſt, auctor fuit, ſaepius etiam aliis, inſtar mercenariae, inſerviiſſe. & hoc quaeſtu nonnihil ditatam fucatamque fuiſſe. nam & praeter exempla modo prolata, etiam a diverſis Epitaphiorum fabricatoribus adhibitum fuit, ut patet ex epigrammate, quod jam Gruterus produxit è Pingonio, ut ſupra indicavi, & ex Guichenonio Murator. T. III. p. MDCCVIII. 3. legiturque apud Fleetwoodum pag. 315. & in Marm. Taurinenſ. Tom. II. N. CXXV. pag. 114. ubi ex lapide praegrandi, literis elegantibus ſed valde corroſis, adfertur Inſcriptio,

T MARCIO. T. L.
QVI. EAM REI. PRIVATAE. CVRAM
ADHIBVIT. . . . .

ceteris obliteratis. ſed in averſa marmoris facie erat hoc diſtichon,

Te lapis obteſtor, leviter ſuper oſſa reſerva,
Ne noſtro doleat conditus officio.

RECEPTA L.

ubi pro *reſerva* editores emendant *reſidas*. quod ab aliis etiam ſuppoſitum jam notavi. Quin & pro parte adnexum conſpicitur in fine epitaphii Arelatenſis, quod Sex. Pompejus Apelles ſuae fecit conjugi, ſupra a me editi ex Maffeji Antiqq. Galliae Epiſt. XV. p. 70.

Te, lapis, obteſtor, leviter ſuper oſſa quieſcas,
Et mediae aetati ne gravis eſſe velis.

unde emendandum id quod in alio Epigrammate apud Gruterum p. 685. & Ferretium Lib. III. p. 218. vitioſum exſtat,

D. M.
PATER. ET. MATER. TITVLVM
POSVERVNT. FVNERI. ACERBO
GN. GARGONIO. GN. F. PAVLLINO.
VIX. ANN. IX. M. VII.
Te, lapis, obteſtor, ut ſuper oſſa quieſcas,
Ne tenerae aetati gravis eſſe videaris.
TV. QVI. VIA. FLAMINIA. TRANSIS.
RESTA. AC. RELEGE.

quod edidit etiam Bonada Vol. II. p. 257. excidit enim *levis*. vel legendum, *leviter ſuper oſſa quieſcas*. & pentameter ex lapide illo Arelatenſi reſtituendus eſt. non diſſimile apud Fabrett. cap. IV. pag. 285. & Fleetwoodum p. 242.

Et te, terra, precor, leviter ſuper oſſa reſidas,
Sentiat ut pietas praemia quae meruit.
Et quicumque ſuis ſincere praeſtat honorem,
Felicem curſum perferat ad Superos.

unde *reſidas* hic firmari poſſet. illud praeter Sponium in Miſcell. p. 219. etiam habetur in Gudianis p. CCXXV. 2. & inter nonnullas Inſcriptiones poſt Aedes Barberinas, ſplendido Volumine Romae editas. Videmus hinc, quomodo quiſque ex ſuo artificio variare tentaverit formulam in marmoribus uſitatiſſimam, *lapis ſuper oſſa leviter quieſcat*, *Sit tibi terra levis*, & quae id genus ſimilia. quorum largam copiam dabit Georg. Gualtherus ad Antiq. Tabulas Inſcr. Sicular. p. 108. ed. Meſſan. Meurſ. Spicileg. ad Theocrit. p. 162. Fabrett. p. 282 & ſeqq. Reineſ. Cl. XVII. p. 837. Lambin. ad Horat. I. od. 28. in fin. & Delrius ad Senecae Hippolyt. v. 1275. p. 116.

EP. CCIV. *Manes ſi ſaperent*] ſine ullo lacunarum indicio eſt apud Pithoeum p. 126. ſed Gruterus p. DLXXII. 7. & ex eo Ferret. Lib. IV. p. 262. & Fleetwoodus p. 182. ſic ediderunt:

. . T. LEG.
. . . . NTIS
N. . . . . . F. AGMAN. IIII.
Manes ſi ſaperent &c.

quae fracti in initio lapidis lacunae ſine ope integrioris exempli nequeunt ſuppleri. Secundo verſu *Vivere jam quo me*, & tertio *Dulce carui lucem cum te amiſi ego conjunx* apud eoſdem. ſed Pithoeus edidit, *Vivere jam quoniam, lucem jam nolo videre.* D'Orvillius etiam conjecerat *Vivere jam quo me?* eo ſenſu, ni fallor, quo apud Ovid. I. A. A. 303.

Quo tibi, Paſiphaë, pretioſas ſumere veſtes?

ubi vide Heinſ. & ad Epiſt. IV. 157. & Bentlej. ad Horat. Lib. I. Epiſt. 5. 12. tertio verſu apud Pithoeum *Dulcem nam carui lucem*. ubi notari meretur *carere* cum quarto caſu. ut in epitaphio Probinae ſupra pag. 101. *Multorum invidiam tandem caruiſſe memento*. quo loco male alios *invidia* ſuppoſuiſſe indignatur Vitius ad Gratii Cyneg. 354. in lapide apud Murator.

V Tom.

Dulcem nam carui lucem, tum amiſi te ego conjux.
Has tibi fundo dolens lacrimas, dulciſſime conjux.
Si profunt lacrimae, viſis te oſtende videri
Semper. perpetuo vale, mi cariſſime conjux.

Ep. ccv.

Nec juſſa hoc teſtamento, neque voce rogata,
Sed pia pro meritis ſponte ſua poſuit.

Ep. ccvi. NYMPHIO SERENA.

Vivere poſt obitum vatem vis noſſe viator?
Quod legis ecce loquor. vox tua nempe mea eſt.

Nym-

Tom. III. pag. MCCCII. 1. QVAE CARVISTI. VITAM SECVTA. ES. ſic enim corrige, pro VIAM. *Dulcem tum carui lucem* legebat D'Orvillius, ſed melius forte hic legi poſſet, *Dulcem non habui lucem.* ut ſenſus idem fere ſit, ac in illo Laodamiae apud Ovid. Epiſt. XIII. 23.

Lux quoque tecum abiit, tenebris exſanguis obortis
Succiduo dicor procubuiſſe genu.

verſu quinto *Lacrimae ſi profunt* Gruter. & Ferret. pro *viſis* N. Heinſius correxerat *vivis*. & ſic D'Orvillius. ultimo verſu Gruter. & Ferretius ediderunt,

Semper in perpetuo vale mihi cariſſime conjunx.

perpetuum D'Orvillius: Ceterum hocipſum Epigramma, tamquam a nemine antea productum fuiſſet, vitioſiſſime ex ſchedis P. Cattanaei dedit Muratorius, & Tarracone exſtare monuit, Tom. III. p. MCDXXVIII. 3. & ex eo Bonada Vol. II. p. 131.

. . . .
. . . . MENS. IIII.

Manes ſi ſaperent &c.

verſu ſecundo *Vivere te jam quo me, lucem* &c. tertio,

Dulcem carui lucem cum te amiſi aego conjunx.

ſequentia ſic adfert,

Lacbrime ſi proſunt viſis te oſtende videri
Haec tibi ſola domus ſemper
In perpetuo vale mi cariſſime conjux.

unde tamen conjici poſſet, in fine praefixae inſcriptionis proſaicae lectum fuiſſe MENS. IIII. quo etiam ducunt veſtigia apud Gruter. & Ferret. & excidiſſe verſum penultimum, a Pithoeo ceteriſque omiſſum, qui inceperit,

Haec tibi ſola domus ſemper. . . .

Sed eſſe ineptiſſimam peſſimi verſificatoris inſcriptionem, in qua oratio ſoluta cum adſtricta ridicule conmiſcetur, cenſet Majanſius Epiſt. I. ante hoc Volumen edita p. XXXVII. neque perperam ſic judicavit vir doctiſſimus. Totum enim hoc epigramma mali commatis eſt. Primus verſus ſine metri legibus hiat. tertius extra eas exorbitat. in reliquorum fine inſulſe toties *conjux* recurrit. v. 3. *cum amiſi te ego conjux.* v. 4. *dulciſſime conjux.* & ult. *vale mi cariſſime conjux.* Quanto venuſtiori artificio eadem res, idemque ſenſus exprimitur in optimo illo Homonoeae Epitaphio ſupra Ep. CXLII.

Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus,
Quantulacumque meae debentur tempora vitae,
Penſaſſem pro te, cara Homonoea, libens.
At nunc, quod poſſum, fugiam lucemque deoſque,
Ut te matura per Styga morte ſequar.

Sed aliter catuli, aliter ſues olent.

Ep. ccv. *Nec juſſa hoc teſtamento* &c.] apud Pith. ibid. p. 126, & Gruter. p. DCCCXCVIII. 2. ſed ubi legitur *Nec juſſa teſtamento.* omiſſa voce *hoc*. Primi verſus formula etiam in aliis occurrit Inſcriptionibus. ut in eodem Corpore Gruteriano pag. MXLIV. 10.

NEQVE. IVSSA. TESTAMENTO
NEQVE. VOCE. SED. BONA
PIAQVE. MENTE. MOTA.

ita in epigrammate apud Pithoeum pag. 144. ſed praecedentibus duobus aliis verſibus,

A. . . hoc titulo patronum pietatis honorat,
Quidquid id eſt, gratum manibus officium.
Non juſſa teſtamento, neque voce rogata,
Libertae vivit hic, aliis obiit.

quod infra edendum erit inter Libertorum epitaphia Patronis poſita. ubi plura.

Ep. ccvi. NYMPHIO SERENA] apud Pithoeum pag. 126. Ferret. Lib. V. p. 336. & ex Pithoeo dedit Labbaeus Theſaur. Epitaph. vet. P. I. p. 49.

Nym-

Nymphius aeterno devinctus membra fopore,
Hic fitus eft: coelo mens pia perfruitur.
Mens videt aftra, quies tumuli conplectitur artus;
Calcavit triftes fancta fides tenebras.
Te tua pro meritis virtutis ad aftra vehebat,
Intuleratque alto debita fama polo.
Inmortalis eris. nam multa laude vigebit
Vivax venturos gloria per populos.
Te coluit proprium provincia cuncta parentem,
Optabant vitam publica vota tuam.
Exercere tuo quondam data munera fumptu
Plaudentis populi gaudia per cuneos.
Concilium procerum per te patria alma vocavit,
Seque tuo duxit fanctius ore loqui.
Publicus orbatas modo luctus conficit urbes,
Confufique fedent, anxia turba, patres:

Ut

Nymphius aeterno &c.] Non videntur haec cohaerere cum praecedente difticho, quod & a Poffidonio Calamenfe refertur. In veteri tamen codice Condomenfis Ecclefiae conjuncta fuerunt. PITHOEVS in Notis p. 462. ed. Parif.

v. 3. *devinctus membra fopore*] adhaeret Lucretio Lib. IV. 455.

Denique cum fuavi devinxit membra fopore
Somnus.

idque poëtis frequens. vid. N. Heinf. ad Ovid. XI. Met. 238.

7. *Te tua pro meritis virtutis ad aftra vehebat*] Heinfius tentaverat *virtus fuper aftra vehebat.* fed recte id poftea repudiavit. connecti enim poteft cum verfu fequenti. *meritis* ac *moribus* fuis caeli januam fibi patere, ftulta etiam veterum fibi perfuadebat opinio. Cornelia apud Propertium Lib. IV. El. XI. fin.

Moribus & coelum patuit, fim digna merendo,
Cujus honoratis offa vehantur avis.

cum quo loco contuli illud in Epitaphio Senarii Tom. I. Lib. II. Ep. 133.

Secla canant titulos, nam moribus aftra tenemus.

fupra in Epitaphio Vincentiae Ep. CXXXV.

——— *nam mens aeterna profecto*
Pro meritis potitur fedibus Elyfiis.

& in alio Oppiae pofito a Cominio Firmo, Ep. LIV.

Accipite hanc animam. &c.
Hunc titulum meritis fervat fibi fama fuperftes.

fic in Epigrammate Antipatri Sidonii de Zenone Citteenfi in Adpend. Antholog. Gr. pag. 23. ed. Obfop.

——— τὰν δὲ ποτ' ἄστρα
Ἀτραπὸν μούνας εὗρε σωφροσύνας.

id eft, interprete Grotio,

——— *folus ad aftra*
Repperit ex fanctis moribus ille viam.

hinc in Infcriptione antiqua apud Maffej. Muf. Veron. p. CXXXIV.

IN. HOC. TVMVLO. IACET. CORPVS. EXANIMIS.
CVIVS. SPIRITVS. INTER. DEOS. RECEPTVS. EST.
SIC. ENIM. MERVIT. L. STATIVS. ONESIMVS. &c.
CVIVS. FAMA. IN. AETERNO. NOTA. EST.

ubi non opus eft cum Maffejo fequi admonitionem Muratorii, ftatuentis foloecismum *corpus exanimis.* commode enim fubintelligere licet *corpus exanimis Statii Onefimi.*

13. *Exercere tuo*] *Exercuere* [illegible] legit Munckerus in Differt. de Hygino p. 8. fic *frui* alio in loco apud Pithoeum p. 84.

Cum frui debueram aetate, horrida fata negarunt.

& pag. 104.

Digna quidem frui perpetua de luce benigna.

& quae plura ejus generis in his obvia funt. vide fupra p. 137. fed eo recurrere neceffe non eft, fi cum Heinfio potius legamus,

Exercuere tuo quondam data munera fumptu &c.

quomodo carminis auctorem fcripfiffe non dubito.

v. 16. *Publicus orbatas modo luctus conficit urbes*] Hoc & fequens diftichon reliquis adeo videtur praeftare, ut fere ex melioris aevi poëta defumtum effe fufpicer. non diffimilis certe color eft in illis Albinovani ad Liv. v. 66.

Vidimus erepta moerentem ftirpe Sororis.
Luctus, ut in Drufo, publicus ille fuit.

Ut capite erepto torpentia membra rigeſcunt:
  Ut grex, amiſſo principe, moeret iners.
Parva tibi, conjux, magni, ſolatia luctus,
  Hunc tumuli titulum moeſta Serena dicat.
Haec individui ſemper comes addita fulcri,
  Unanimem tibi ſe luſtra per octo dedit.
Dulcis vita fuit tecum: comes anxia lucem
  Aeternam ſperans, hanc cupit eſſe brevem.

EP. CCVII.

L. PETRONIVS L. P. PRIMVS
HIC SITVS EST.

Uxor cara viro monumentum fecit amanti,
  Optaram in manibus conjugis occidere.
Quem quia fata nimis rapuerunt tempore iniquo,
  Oſſibus, opto, tuis ſit pia terra levis.

EP. CCVIII.

. . . viro poſuit conjunx memora. . lis a. . .
  Digna pio nato, qui cito raptus abit,

Mune-

18. *Ut grex, amiſſo principe, moeret iners*] Ovid. III. Faſt. 556.

Diffugiunt Tyrii, quo quemque agit error. ut olim
Amiſſo dubiae rege vagantur apes.

EP. CCVII.] primus, quod ſciam, hoc produxit Martinus de Roa in Hiſtoria Aſtici, ſive Eſciiae, pag. 42. edit. Sevill. an. 1629. ubi teſtatur ibidem an. 1566. inventum fuiſſe. Ex illo exhibuit Donius in Inſcript. Antiq. Cl. XII. N. 29. pag. 399 ex Donio Bonada Vol. II. pag. 112. & Muratorius Tom. III. p. 1386. 10.

EP. CCVIII. ... *viro poſuit* &c.]. Hoc modo legitur apud Fabrettum Cap. III. p. 190. N. 440. cujus nullam facit mentionem Muratorius pag. MCCCXII. 10. ſed notat Reineſium Cl XIV. 195. priore hujus Epigrammatis parte omiſſa, quae ſeptem verſibus conſtat, poſteriores duos tantum verſus protuliſſe. Ipſe vero ex Ligorio exhibet partem primam minus integram, quam dederat Fabrettus. primo verſu profert,

. . . o ſui conju. . memor. . . . ae. . .

forte ſupplendum,

Orba (vel *Cara*) *viro poſuit conjunx memorabilis aevo.*

tertio verſu vitioſe apud Fabretium *patrique matrique*. quartus incipere non potuit a voce *Parare*, cujus prima brevis eſt. Ideoque eam circa finem pentametri collocandam arbitror. quinto apud Muratorium *In to. . . . catorum ſeries manavit o. . . anae.* quae interpolata videntur. nam ſuſpicor in fragmine illo *In. . natorum ſerie* latere verba, quae a pentametro aberrarunt, ſic forſan ſupplendo,

Munera, quae decuit natum matrique, patrique,
Juſta Fatorum lege, parare ſuo.

juſta nempe fatorum *lex* eſt, cum filii parentibus ſuperſunt, euntibus ordine fatis. vide infra ad initium Epitaphiorum Libetis poſitorum a Parentibus. hinc ejuſmodi funera *juſta* vocantur. Auſonius in Praefat. Parentalium:

Nomina carorum, jam condita funere juſto,
Fleta prius lacrimis, nunc memorabo ſonis.

& in fine ejuſdem Epigrammatis,

Et praeter juſtum funera nulla fleas.

quod male ſollicitat Barthius, & *noſtrum* legit. nam ſic etiam Epigr. 10.

Hactenus ut caros, ita juſto funere fletos,
Functa piis cecinit naenia noſtra modis.

vide H. Boitium eleganti Silva Critica, nuper edita, pag. 36 & 37. Sexto apud eumdem Muratorium,

Si pia vota mibi titulis triſtiſſim. . . . . .

forte legendum,

Dat pia vota ſimul titulis triſtiſſima mater.

ut viro poſitum ſit epitaphium & filio, quod indicat verſus ſecundus. *mater* autem hic inferendum jubent literae ſuperſtites *ma*, praecedenti verſui loco non ſuo adhaerentes. v. 7. *ſervabit*

le-

Munera, quae decuit natum matrique, patrique
Parare. . . . .
In. . . natorum ferie ma. . . . . . .
. . pia vota mihi titulis triſtiſſima. . . .
Quae ſuboles olim ſervavit tempore longo.

A. FABIO. DAPHNO
FABIA. PYRALIS
CONIVGI. CARISSIMO
POSVIT.

Dî taleſque dabunt epulas meritis pro talibus illi,
Et natum patri matris pietate probabunt.

EP. CCIX.

Si quis forte velit tumuli cognoſcere fatum,
Et quorum moeſtus contegat oſſa lapis.

Acci-

legendum puto. Cum Muratorio convenit fere apographum Heinſii, qui ex Ligorio etiam deſcripſerat in codice Inſcript. vett. niſi quod verſum quintum omittat. in fine ſuperflua vox *Di taleſque dabunt epulas* &c. verſum juſto longiorem facit. forſan fuerit, *Dique dabunt epulas meritis pro talibus illi.* ut *taleſque* additum fuerit a deſcriptoribus, quia ſequitur *meritis pro talibus.*

EP. CCIX.] ineditum hoc & anno demum 1739. in Via Salaria repertum Epigramma produxit Franc. Victorius in Diſſert. Glyptograph. Romae edita cap. XXXI. p. 115. Mazochius in notis ad eruditorum Italorum Diſſertationes de Aſcia ſepulchrali p. 130. Bonada Vol. II. Cl. VI. p. 123. Muratorius pag. MDCCXXXVII. 1. & ante illos Illuſtr. Scip. Maffejus in Muſeo Veronenſ. p. CLXXIV. qui teſtatur Romae inventum in porticu S. Mariae trans Tiberin. Auctorem carminis hujus ad tertium ſeculum referebat Muratorius. ſed ad quintum D'Orvillius, cui id non adeo laudandum videbatur elegantiae cauſſa, quam eidem Muratorio, qui certe nimis ſaepe Epitaphiis metricis non plane barbaris laudem elegantiae veteris tribuit. verſu quarto recte Maffejus emendavit *Rhodanthidion*, pro *Rhodanthion.* ut edidit Victorius & Muratorius. & ſic ſcribendum conjecit etiam Mazochius. a Ῥόδανθος enim fit *Rhodanthidion*, nomine ita efficto ad affectus blanditias indicandas, ut MARGARITION in Inſcript. apud Fabrett. cap. 1. N. 253. p. 44. verſu ſexto forte *Florus* vel *Alonis* ſubſtituendum. *Floris* apud Victor. Mazoch. & Maffej. verſu duodecimo correxi, *Supremumque. ſuis reddidit officium.* male enim *Supremiſque* ediderunt. ſupra Ep. CLI.

Extremum officium quoniam tibi reddere cogor.

vid. ad Ep. CLIV. & CLXXV. *obſequium* apud Bonadam, pro *officium.* tertio decimo recte *nulli* apud Victor. & Mazoch. *nulla* Maffej. ſic apud Propert. Lib. IV. El. 7. 51. *faturum nulli revolubile ſtamen.* verſ. 17. *Servatamque diu vitam habitamque pudice*, adhaeret Albinovano, Epicedio Druſi v. 41.

Quid tibi nunc mores proſunt, actumque pudice
Omne aevum, & tanto tam placuiſſe viro.

v. 20. *Quodque modo potuit* apud Bonadam. ut *quod potui, quod poſſum*, & ſim. quae formula in Epitaphiis uſitata. ut in Inſcript. quam a Grutero jam editam p. DCCVI. 5. ex ſchedis Farneſiis & ſuis ut novam dedit Murator. Tom. II. p. MCCXIII. 4.

SEIA. T. F. MARCELLINA
SIBI. ET. VIBENNIO. MARCEL
LINO. FIL. VIVA. POSVIT.
QVOD. VOLVIT. ET. POTVIT
QVOD. POTVIT. ET. VOLVIT.

de quibus vide infra ad Epitaphium Optati. ſed quia hic *modo* additur, alterum praeferrem. Porro v. 22. in ipſa Inſcriptione legi *Amplexus* VITAE I REDDERE *poſt obitum*, teſtatur Mazochius, idque exponit per dativum EI. eo ſenſu *Amplexus vitae ei*, (nempe marito praemortuo) *reddere poſt obitum.* ut *im* pro *eum*, *ibus* pro *iis* in Plauto, & *ei* pro *ejus* in ſaxo antiquiſſimo; ita hic *i* pro *ei* primum ſe ex vetuſta hac Inſcriptione eruere notat: & ſic legitur apud Bonadam, qui notat Joh. Marangonium lapidem ipſum in via Salaria nactum fuiſſe, & ediciſſe anno 1740. poſt notas ad Acta S. Victorini. verſus penult. adhaeret Virgiliano, Lib. X. Aen. 446.

Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies umquam memori vos eximet aevo.

V 3 finis

Accipiat paucis, ne ſit mora longior aequo,
  Si tumulus teneat, quem vocat ipſa via.
Hic ſitus eſt annis plenus, vitaque beatus,
  Et laetus omni more Rhodanthidion.
Nec ſit mirum, quod comis, quod dulcis, amoenus,
  In vita fuerit, nomine Floris erat.
Hunc conjunx talem nimio dilexit amore,
  Inque diem vitae una fide coluit.
Et poſtquam fatis morientia lumina ſolvit,
  Supremumque ſuis reddidit officium.
Invita hoc munus conjunx Victoria fecit,
  Quodque virum vicit, aegra dolore fuit.
Sed quoniam fatis nulli eſt obſtare poteſtas,
  Quin teneant curſum, quem ſtatuere ſemel.
Quod ſolum licuit, conjunx fidiſſima fecit.
  Poſt illum nulli fas violare toros.
Servatamque diu vitam habitamque pudice,
  Poſt mortis caſum pertulit ad tumulum.
Namque ſimul poſita eſt, fatoque tenetur eodem,
  Quoque modo potuit, morte ſecuta virum.
Haec eſt ſancta fides, haec ſunt felicia vota,
  Amplexus vitae reddere poſt obitum.
Fortunati ambo, ſi qua eſt ea gloria mortis,
  Quos jungit tumulus, junxerat & thalamus.

Ep.

finis hujus Epitaphii convenit cum Graeco Heliodori & Diogeneae epitaphio, auctore Apollonida, Lib. III. Antholog. Gr. Tit. VI. Ep. 14.

Κάτθανεν Ἡλιόδωρος, ἐφέσπετο δ᾽ οὐδ᾽ ἕνα ἄρη,
  Ὕστερον ἀνδρὶ φίλῳ Διογένεια δάμαρ.
Ἄμφω δ᾽ ὡς Ὑμέναιον ὑπὸ πλακὶ τυμβεύονται,
  Ξυνὸν ἀγαλλόμενοι καὶ τάφον ὡς θάλαμον.

quod eleganter vertit H. Grotius:

Heilodorus obit. vix tota interfuit hora;
  Extinctum ſequitur Diogenea virum.
Conſorteſque cubant & nunc: Hymenaeus eoſdem
  Nam jugat in tumulo, quos prius in thalamo.

& ſic in noto Claudii Agathemeri Medici Epitaphio, ſaepius edito, ut in Marm. Oxon. N. IV. a Fabretto cap. IV. p. 301. Reineſ. Cl. XI. p. 610. aliiſque,

Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθήμερος ἐνθάδε κεῖμαι,
  Παντοίης δεδαὼς κραιπνὸν ἄκεσμα νόσου.
Ξυνὸν τοῦτο δὲ μοὶ καὶ Μυρτάλῃ εἵνεκα συνεύνῳ
  Μνῆμα. μετ᾽ εὐσεβέων δ᾽ ἐσμὲν ἐν Ἠλυσίῳ.

id eſt, ex ejuſdem Grotii verſione,

Claudius hac condor tellure Agathemerus, omnis
  Nota celer fuerat cui medicina mali.
Myrtala juncta toro, tumuloque quoque jungitur: ambo
  Valle pios inter vivimus Elyſia.

apud Gruter. p. MLVI. 8.

—— conjux retinet commune ſepulcrum,
  Juncta toris quondam, jungitur & tumulis.

in Epitaphio Helpidis, quod edidi Vol. I. Lib. II. Ep. 138. p. 322.

Ut thalami tumulique comes nec morte revellar,
  Et ſocios vitae nectat uterque cinis.

& eo alludit, quod in lapide apud Murator. Tom. III. p. MCDXXVIII. 1.

Servavi thalamum genio, dulciſſime conjux,
  Servandus nunc eſt pro thalamo tumulus.

Auſonius in Parentalibus Ep. III.

Aeternum placidos manes complexa mariti
  Viva torum quondam, functa foves tumulum.

& Ep. XVII.

At tibi dilecti ne deſit cura mariti,
  Juncta cuis thalamo nunc monumenta tuo.
Hic ubi primus Hymen, ſedes ibi moeſta ſepulcri,
  Nupta magis dici quam tumulata potes.

Ep.

EP. CCX.

Sufcipe me fociam tumuli, dulcifs*ime conjunx*.
Cui mors eft tecum non meruisse *mori*.
Hic mea mens fimul eft, fimul hic mea *vita fepulta*.
Mortem ferre tuam mors mihi *faeva fuit*.
Sanguine fortunis anima formi . . . . . .
Et quantum in thalami foede*re* . . . .
Publica cura tuae fidei commif*sa* . . . .
Illuftrem tribuit te*in* . . . .
O fi Romuleos fas fit . . . .
Conf.

EP. CCXI.

Conju. . . . . . . fpatium breve contigit aevi,
Non capiunt longas gaudia magna moras.
. . . . . XI. KALEND.

EP. CCXII. *Tufculi.*

. . . . it manibus tumuli dulciff. . . . . .
. . . . . etiofa tuos bufta tegunt o. . . . .
. . . . d.

EP. CCX.] Ita hoc elegantis notae Epigramma, fed multis verfibus in fine mutilatis, hic & illic suppletum dedit Pithoeus in Praetermiffis p. 181. ed Parif. editumque eft a Lipfio in Auctario Smetiano pag. 49. Grutero p. DCCCXLIII. 4. & ex eo dedit Ferretius Lib. IV. p. 233 fed lacunis vacuis, quarum partem etiam refarcire tentavit Fleetwoodus p. 290. qui cum Pithoeo confentit in primo difticho, ubi male *tumulis* & *Cum mors* ediderunt Lipfius, Gruterus, & Ferret. quos perperam fecutus eft Fleetwoodus. ad votum hoc amantibus apud poëtas frequentiffimum refer locum Ovidii Lib. I. Am. 3. 17.

Tecum, quos dederint annos mihi fila Sororum,
Vivere contingat, teque dolente mori.

ubi parum abeft quin amplectar conjecturam Heinfii legentis, *teque obeunte mori*: cujus gloffa eft fcriptura codicis Regii, *te moriente*. notum illud Horatii, *Tecum vivere amem, tecum obeam libens.* verfu tertio idem Fleetwoodus defiderari exiftimat *mea membra quiefcent*. Ego Pithoeanum fupplementum *mea vita fepulta* praefero & amplector. verfu quarto Fleetwoodus legebat, *mors mihi major erit*, quod etiam ipfe conjeceram, & margini codicis mei adfcripferam diu ante librum ejus infpectum. idque praeftare videtur ceteris ejufdem conjecturis, *mors mihi faeva fuit*, ut fuppleverat etiam Pithoeus, vel *triftis erat*. verfu octavo apud Lipfium, *Ill. tribuit te m.* . . . Sed reliqua adfequi, difficilioris operae eft. Quae cum tentare non aufus fuerit, & lacera reliquerit Pithoeus, liceat igitur capillum promittere, & hariolari,

*Sanguine, fortunis, anima, forma*que placebam, (vel probabar,)
Et quantum in thalami foedere praeftat amor.
Publica cura tuae fidei commiffa falufque,
Illuftrem tribuit, te moderante, locum.
O fi Romuleos fas fit numerare triumphos,
*Conf*eret aeternum publica Fama decus.

non quod adfirmem, ita fcriptum fuiffe ab ipfo auctore, fed his additis fenfum forte non incommodum emergere. Qui melius divinaverit, ei Mufas magis propitias ipfe gratulabor. Conatus faltem hic, nifi fallor, laudabitur prae temeritate Labbaei, qui reliqua omnia maluit refecare, quam bona fide laceros verfus edere; nam duo priora difticha tantum dedit in Thefauro Epitaph. vet. p. 35. licet e Pithoei Catalectis adferat, unde partem alteram addere etiam debuiffet.

EP. CCXI.] e Gallia a Bimardo ad fe miffum edidit Murator. Tom. III. p MDCCLXXIV. 4. lacuna primi verfus forte fupplenda *Conjugibus geminis*.

EP. CCXII.] fic legitur apud Dom. Barn. Matthaeum in Memor. Hift. Antiq. Tufcul. pag. 36. Tom. VIII. P. IV. Thef. Ital. & Vulpium in vet. Lat. Prof. Tom. VIII. Lib. XIV. c. 4. pag. 134. nam ex Matthaeo quidem profert, fed lectori locum, ut paffim, inquirendum relinquit Murator.

Tom.

. . . : d. ſi ſacratus lacrimi. . . . . . .
. . . . haviſt. . . . . .
. . . quam fama tamen cum titul. . . .
. . . iam moritur. . . . .

EP. CCXIII.

Nomen qui retines tu. . . . . . .
Magnus Alexander. . . . . . .
Palladis inventum medicinalemque laborem
Quot feci ſtudio proximus ipſe meo.
Teſtor nunc Superos, non hoc meruiſſe videbar,
In vulnus generis quot ſubito occidimus.
I nunc, & dubias fatorum neglige clades,
Conjux, quod potuit, titulum mihi reddidit uni.

VALERIA VESILLA.

EP. CCXIV. *Emeritae.*

M. HELVIVS. M. L. MAR
SYA. ANN. LX. MALLIA. M.
LIB. GALLA. VXOR. ANN. XXXXI.
H. S. SS. V. T. L.

Tu qui carpis iter greſſu properante, viator,
Siſte gradum, quaeſo, quod peto, parva mora eſt.
Praeteriens dicas, ſit tibi terra levis.

EP.

Tom. III. p. MDCCLXX. 4. primum diſtichon ſic reſtitui poſſet,

Manibus hunc poſui tumulum, dulciſſime conjux,
Ut pretioſa tuos buſta tegant cineres.

a reliquis, ut deſperatis, manum contineo.

EP. CCXIII.] ita legitur inter Inſcriptiones alias in Excerptis Epiſtolicis Ficoroni, poſt vitam Fabricii a Reimaro editam p. 254. ſed paullo aliter ex Muſeo Kircheriano edidit Muratorius Tom. III. p. MCDXIV. 9. qui initium ſic exhibet,

Nomen qui retinens magnus Alexander.
Pallados inventum, &c.

tamquam primus verſus pentameter eſſet, ſed debili pede claudus, & praecedens hexameter deſideraretur: Sed omnino rectius in illis Ficoroni Excerptis Epiſtolicis duo fruſta diſtichi laceri, male a Muratorio conjuncta, ſeparantur, ita ut hexametri & pentametri ultimae partes perierint. v. 6. *In vulnus generis* Murator. *Invulnus generis* apud Ficoron. *vulnus generis* hic eo ſenſu, quo apud Auſonium Ep. IX. Parentalium,

Nunc dolor, atque cruces, nec contrectabile vulnus,
Conjugis ereptae mors memoranda mihi.

ſic enim emendandum, nam male in vulgatis *nec contrectabile fulmen.* idque firmant ſequentia v 10.

Nec licet obductum ſenio ſopire dolorem,
Semper crudeſcit nam mihi plaga recens.
Admittunt alii ſolatia temporis aegre,
Haec graviora facit vulnera longa dies.

ita & illic caſtigandum conjeceram, cum vidi Heinſium id margini codicis ſui etiam adleviſſe, pro *poena recens*, & *temporis aegri*, ut editur. deinde *neclege* Murator. & disjunctis vocibus *nec lege* Ficor. unde edidi *neglige.* in ſubſcriptione melius, ut puto, apud Murator. VALERIA VRSILLA.

EP. CCXIV.] ediderunt Adolphus Occo in Inſcript. Hiſpan. p. XIX. 9. Gruterus p. DCCCCLXXVII. quem ſecutus eſt Labbaeus in Theſ. Epitaph. ver. p. 34. Ferretius Lib. II. p. 112. & Fr. Sweertius in

EP. CCXV.

D. M.

Quid ſibi volt, quaeris, tellus congeſta, viator,
Oſſibus hic uxor miſcuit oſſa meis.
Nobilis Euphroſyne, facilis, formoſa puella,
Docta opulenta, pia, caſta, pudica, proba.
Fortunam mirare meam, verum exitus hic eſt,
Omnia mecum uno hoc compoſui tumulo.
I nunc, & quicquam votis melioribus opta,
Abſumet tecum ſingula ſarcophagus.

HERMODORO. PARAGINIO. EVFROSINAE. PARAGINIAE
HERMODORVS. PRAETORI. NOMENCVLATOR
POS.
H. M. H. N. S.

EP.

in Epitaphiis p. 19. recte omiſerunt verſu tertio *Oro ut*, quod ante *praeteriens* apud Occonem & Gruterum eſt. vid. Cl. Greg. Majanſium in Epiſt. I. huic Volumini praefixa, p. 10. ubi vitioſe, *Tu qui capis iter.* addit autem, male Gruterum adferre ex Ambroſio Morali, quum in nullo illius opere legatur. ſed apud Occonem, ut indicavi. Scriverius in fronte Pariſinae Catalectorum Pithoei editionis adſcripſerat ſibi videri hoc modo ſupplendum eſſe hoc Epigramma,

Tu, qui carpis iter greſſu properante, viator,
Siſte gradum, ſiſte; quod peto, parva mora eſt:
Quod peto, parva mora eſt: oro te ſcilicet, oro ut
Praeteriens dicas, ſit tibi terra levis.

ſed, ut taceam, ſupplementum illud tertii verſus ſatis languidum & inficetum eſſe, neque etiam pro *quaeſo* ſecundo verſu opus eſſe repeti *Siſte*, ultima male producta, ſciendum, fruſtra eſſe verſuum, qui & in aliis Epitaphiis occurrunt. quales habuimus ſupra in Epitaphio Lesbiae Ep. LVII. Antillae Ep. CXVI. & Flaviae Nicopolis Ep. CLXXXVI. p. 136. ubi notata vide.

EP. CCXV. *Quid ſibi volt* &c.] a Langermanno acceptum edidit Reineſius Cl. XVIII. 22. p. 871. ex ſchedis Lilii Vaticanis Fabrettus Cap. III. pag. 200. & poſt eos ex ſchedis Bellonianis Muratorius Tom. II p. CMLVI. qui emendatius produxit. nam *Eufroſine* tam in carmine, quam in ſubſcriptione apud illum legitur, pro *Eufronia*, ut Reineſ. & Fabrett. tum PARAGINIO & PARAGINIAE, quae ex ſchedis Barberinis in margine etiam notavit Fabrettus. PRAETORIVS NOMENCVLATOR Reineſ. quod firmari poteſt Inſcriptione Gruteriana p. MCXVI. 4. L. VOLVSIO. VRBANO NOMENCLATORI. PRAETORIO. PRAETORII Fabret. ſed in margine ex ſched. Barber. PRAETORIS NOMENCLATOR. apud Murator. PRAETORI NOMENCVLATOR. Verſum ſecundum Reineſius recte exponit de voto conjugum, quo mixtis oſſibus ſimul tumulari optabant. de quo vide ad Tom. I. p. 322. hinc *juncti manibus*, *eademque urna conditi* toties in his monumentis. vide ſupra ad Ep. XXXIV. & CCIX. pag. 158. contrarium vovere, odii erat novercalis. quo refer duas Inſcriptiones apud Fabrettum p. 200 & 201. ſed quae correctius leguntur apud Gorium Tom. I. Inſcr. Etruſc. pag. 16. In quarum prima,

PHILARTIVS. PRIVIGNVS
ET. DVSERIS. NOVERCA
IN. VITA. VIX. CREDIBILE
VNANIMES
MORTVI. HAC. EADEM. VRNA
CONCORDES. REQVIESCVNT.

in altera vero,

D. M.
PHILONICI. PRIVIGNI. ET
DYSCHERIAE. NOVERCAE
CINERES. HEIC. CONDITI
PRISTINI. ODII. MEMORES
VNA. RENVVNT. COMMISCERI.

diſticho autem ſecundo tot epitheta cumulata indicium praebent aetatis non aureae. verſu quinto mallem *Fortunam miſerare meam.* pro *mirare.* ſaepius enim haec verba commutantur, & *miſerari* quartum caſum regere, *miſereri* vero ſecundum, monet Serv. ad Virg. I. Aen. 601. quam tamen obſervationem non eſſe perpetuam, patebit ex iis, quae notavi ad Tom. I. p. 168. ſic *mirabilis* & *miſerabilis* inter ſe confunduntur. vide Heinſ. ad Ovid. IX. Met. 394. & notas eruditorum ad Lucan. IX. 832. *exitus hic eſt*, ut ſupra Ep. CXLIV.

Viximus. hic omnes exitus unus habet.

Ep. ccxvi. *Mediolani.*

Lux patriae, ſublime decus. . . . osıvs urbis,
Mundo flente, jacens, conditur hoc tumulo.
Hunc * ꟾᴍꟾ populus nunc lugeat omnis,
Noverit ut tanti pignus obiſſe viri.
Communis, placidus, hilaris, jocundus, honeſtus,
Moribus his urbem fecerat eſſe ſuam.
Celſa domus, proavuſque potens, Venetae arbiter orae,
Sed meritis mentis vicerat iſte genus.
Privatae comes atque rei provectus in altum,
Sacrarum meruit ſumere jura comes.
Patricium culmen gradibus conſcendit honoris,
Crevit & ex tanto Praeſule cenſus honor.
Domnica ſed conjunx retinet commune ſepulcrum,
Juncta toris quondam, jungitur & tumulis.

Ep. ccxvii. *Romae.*

D. M.

Suetrius Hermes hic ſitus eſt, cui tertia conjunx
Aram conſtituit digno meritoque marito,
Cum quo concordem vitam multoſque per annos
Vixit, & tenero caſu ſubtracta marito eſt.
De cujus fama multi cum laude loquuntur,
Quod fuerit cultor domini rerumque & amator.
Tu qui. . . . . . .

PA-

& in Epigrammate, quod edidi Tom. I. p. 500. — *me ſi manet exitus idem.* penultimo forſan melius legeretur,

I nunc, & quidquam votis mortalibus opta.

pro *melioribus*, ut ediderunt. *quicquid* prave apud Murator. qui bene obſervat verba illa LIB. CARISSIMIS, quae adduntur apud Reineſium & Fabrettum, ſed in ſchedis Belloni.s deſiderantur, non convenire Euphroſynae *nobili* & *opulentae*, adeoque *Libertam* fuiſſe nequaquam videri. *Euphroſyna*, vel *Eufroſyne* obvium ſatis feminae nomen in Lapidibus antiquis. *Eufronia* vero, ut legitur apud Reineſ. & Fabret. vix occurrit. & male ſic edidit Fleetwoodus pag. 265.

Ep. ccxvi.] ex Alciati codice MS. edidit inter Chriſtianorum monumenta Gruterus p. MLVI. 8. Ferretius Lib. III. p. 183. & Fleetwood p. 453. Inſeruit etiam Labbaeus Theſ. Epitaph. P. II. p. 114. qui v. 1. habet, *Lux patriae, ſublime decus, pater Oſius urbi.* & epitaphio osıı nomen praeſcripſit. v. 3. *Hunc. . . . . populis nunc lugeat omnis. pater Orſius* in meo Alciati codice. ſed pro *Oſius* legendum videtur *Theodoſius*, & verſu tertio *Hunc Mediolani populus* &c. nam MLI in uno Alciati codice, v. 12. *Crevit & in tanto.* & v. ult. *tumulo.*

Ep. ccxvii. *Suetrius Hermes* &c.] Inter vetera exſtat apud Fabrettum Cap. III. p. 165. & Sponium Miſcell. Erud. Antiq. p. 12. ſeu pag. 672. in Poleni Suppl. Theſ. Antiq. Rom. Tom. IV. ubi v. 3 vitioſe *Cum quo concordiam tam.* ſed Tollium correxiſſe *concordem vitam* notavit Almeloveen. in Epigr. & Poëm. vet. pag. 33. veriſſima & facili emendatione. Ovid. VIII. Met. 708. *& quoniam concordes egimus annos.* & ſic ex Donio Cl. II. N. 9. 16. p. III. edidit Muratorius Tom. III. p. MCDVI. 8. quem tamen oportebat lectionum varietates ex illo aliiſque editoribus enotare. primo enim verſu apud Donium inepte legitur *cui tertia columnam Aram conſtituit* &c. forte primae literae *co.* . ex voce *conjunx*, anſam dederunt ſupponendi *columnam*,

PARENTES LIBERIS.

EP. CCXVIII.

VALERIVS. IVLIANVS. ITALICO. FILIO. INFELICISSIMO,
ET. HONORATAE. MAMMVLAE
EIVS.

Dispar damna leges, Parcarum crimina dispar,
Haec ridenda mihi est, hic lacrumandus erit.

Haec

nam, tamquam glossam vocis *aram*. Sed miror in Christianorum Epitaphiorum classem a Muratorio non relatam esse, ut indicat versus ultimus, quem sic tamen corrigendum puto, *Quod fuerit cultor domini, verique, & amator.* posset tamen *dominus* hic de patrono intelligi, quem Suetrius Hermes debito obsequio coluerit. ut supra Ep. CIII.

Deliciumque fuit domini, spes grata parentum.

tertio versu mallem *Vixit & heu misero casu.* vel *Vixit, & a tenero casu subtracta marito est.* ut *a tenero marito* jungantur. pro *subtracta* apud Fleetwoodum *sbta.* apud Donium vero *,i & tenero casu co. . . rito est.* unde *concessa* vel *conjuncta* Patruus meus Fabretto adscripserat. sed tum mallem *tenero nexu.* ut supra Ep. CCI. 10.

——— *qui maritalem torum*
Nectunt amicis & pudicis nexibus.

In fine exciderunt nonnulla, sic forte supplenda,

Tu quisquis legis haec, mortalem te esse memento.

ut supra Ep. CXCII.

Qui legis hunc titulum, mortalem te esse memento.

tale illud in Epitaphio, quod ex Muratorio adfert Cl. Majansius Epist. I. ante hoc Volum. p. IX.

VIVITE. VICTVRI. MORS.
OMNIBVS. INSTAT.

quales sententias in fine epitaphiorum additas vide infra ad epitaphium Juliae Aphes. Adfert autem Sponius hoc carmen inter varias Inscriptiones, in quibus *Hermes* cognomen occurrit, & ex eo Noris. ad Cenot. Pisan. p. 388. sic supra Ep. CLV.

Aeternam tibi sedem, Hermes, aramque dicavi.

apud Smetium fol. CXVII. I.

C. IVLIVS. HERMES
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. SVIS
DEDIT. POSTERISQVE. EORVM.

& Muratorium Tom. III. p. MCCCXCI. 2.

D. M.
POMPONIO
HERMETI
CASSIA. HELPIS
CONIVGI. B. M.

sic in Inscriptione inedita urnae elegantissimae marmoreae apud Ampliss. A. Calkoenium, summum Amstelandiae nostrae Praetorem,

D. M.
A. LARCI
HERMETIS
LARCIA. NICE. ET
HERMES. PARENTES
INFELICISSIMI. FILIO
OPTVMO. ET. PIISSIMO
V. A. VIIII. M. IIII. D. XXI.

AVECCIVS HERMES apud Sponium p. 287. 288. IVCVNDVS ET HERMES in Marm. Felsin. p. 56. & alibi.

EP. CCXVIII. VALERIVS IVLIANVS &c.] Exstat optimum hoc Epigramma apud Mazochium pag. 35. b. Aldum Orthogr p. 473. G. Fabric. p. 115. Toscan. in Epigr. ex vetust. Lap. post Carm. Illustr. Poët. ital. Tom. I. p. 93. Ferret. Mus. Lap. p 76. Gruter. p. 663. 2. Pithoeum p. 127. Fleetwoodum p. 224. & Bonadam Vol. II. p. 464. legiturque in meo Perotti codice, in quo praefigitur Inscriptio SACVAITATI. SACR. VALERIVS. IVLIANVS. ITALICO. FILIO. INFELICISSIMO. ET. HONORATAE. MAMMVLAE. HVIVS. FACIT. & ita in MS. Meermanniano & Buchelino, & apud Mazochium, Aldum, Gruterum, & Ferretium, sed qui male edidit VALERIVS IVLIANO. apud Fabricium legitur VALERIANVS IVLIANVS. *Mammulam* nutricem exponebat Heinsius in ora libri sui. Cuperus vero in Epistola inedita ad Almelov. scripta Daventr. 9. Nov. 1710. aviam intelligebat, quia octogenaria excludit nutricem, quae puero mammam praebere possit: vel, quia vox HVIVS, sive EIVS, ut apud Fabric. & Pith. respiciat infantem, & non absque emphasi addatur, credebat designari *nutricem assam*, quam nos Belgae *siccam nutricem* vocamus. de qua loquendi formula se in alia quadam ad virum Eruditum Epistola egisse addit. sic NVTRIX ASSA in lapide apud Gruter. pag. 958. & Vignol. in Select. Inscr. p. 236. vide Carrion. Lib. II. Emend. cap. 9. contra NVTRITORES LACTANEI in duabus Inscriptionibus Musei Veron. p. 293. 1 & 2. & apud Murator. pag. MCDLXXVII. 2. MAMMVLAE frequens in vetustis Inscriptionibus mentio. apud Gruter. p. XXIX. 7. IVNIAE. SATVRNINAE. FLAV. ELPIS. MAMMVLAE. EIVS. & p LXXXVIII. 6. PRO. SALVTE VIVENNIAE. VENVSTAE.

Haec namque emeritos bis quadraginta per annos
Vixit, at hic terno Confule natus obit.
Cur modo tam praeceps, iterum tam fera fuifti?
Funeris amborum dic rea Perfephone?
Vix lucem vidiffe fatis, qui vivere poffet:
Vivere quae nollet, vix potuiffe mori?

EP.

NVSTAE. MAMMAE. SVAE. VOTVM. SOLVIT. vide Indicem p. LXIII. apud Donium Cl. XI. N. 18. MAMMAE PIENTISSIMAE. & N. 24. pag. 385.

D. M.
CAECILIAE. LITE.
OFILIA. ARESCVSA
MAMMAE. SVAE
B. M. FECIT.

fic TATA de nutricio, & MAMMA vel MAMMVLA de nutrice, in diverfis Infcriptionibus apud Gruter. pag. DCLXII. & DCLXIII. apud Vignolium in Infcr. Select. pag. 304. HERENNIVS. FORTVNATVS. TATA. ET. HERENNIA. RHODINE. B. M. FECERVNT. quam eamdem etiam edidit Murator. T. III. pag. MCDXCII. inf. 6. qui notat vocum illarum TATA ET MAMMA explicationem nondum fatis exploratam. & ideo forte MAMMAM pro NVTRICE, inter *Quisquilias Grammaticas* retulit in Indicem pag. MMCCXIV. fed qui legerit Scalig. Lib. I. Aufon. Lect. cap. 29. notas Interpretum ad Martial. Lib. I. Epigr. 101. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Cerer. 96. & Gorium ad T. II. Infcript. Florent. p. 142. abunde fatisfactum fibi exiftimabit.

1. *Difpar damna leges, Parcarum crimina difpar*] fic recte edidit Fabricius & Pithoeus. male in cod. Meermann. & apud Mazochium,

Difpar damna lege Parkarum carmina difpar.

& fic Gruter. fed ubi legitur *& carmina.* pro quo CRIMINA margini illic adfcripferat Scriverius. *flamina* apud Aldum, Tofcanum, & Ferretium. & in codice Perotti, *Parkarumque ftamina. Parcarum carmina* hic tueri fe poffent, quia inter lanificium canere fata faepe poëtis dicuntur. vide N. Heinf. ad Claudian. II. in Eutrop. 458. & Broukhuf. ad Tibull. Lib. I. 8. 1. & III. 3. 36. infra Eucharis Liciniae Elpidi:

Et hoc in tumulo cinerem noftri corporis
Infeftae Parcae dejafuerunt carmine.

ubi forte legendum *Infefto carmine*, & de carminatione intelligendum. ut hoc etiam verfu capi poffet. vide illic plura.

Hic lacrumanaus erit] fic in plerifque codd. MSS. & monumentis antiquis fcribi, adducto hoc ipfo verfu, notat Pierius ad Virg. VI. Aen. init. & aliis Infcriptionibus firmat Aldus d. l. in marmore apud Boiffard. P. VI. Tab. 63. LACRVMIS CONFECTA. mox Ep. CCXXII. *populo funt lacrumante data.* confer Voff. Etymolog p. 277.

Vixit, at hic terno Confule natus obit] ita fcribendum. *ac* male in utraque Pithoei editione, & apud Fabric. *ad hic* Aldus & Ald. cod. Perotti. *tertio Confula* vitiofe apud Ferret. & Tofcanum. *natus erat* cod Meerm. Mazoch. & Gruter. de hoc loco ita Cuperus eadem Epiftola inedita ad Almeloveenium: „ Perfuafus omnino fum *terno* „ *Confule* non poffe exponi de tertio alicujus Con„ fulatu, vel τὸ *Terno* effe nomen proprium; fed, „ nifi me plane fallo, ea loquendi forma notat „ tertium annum, & pater fignificat filium fuum „ tertio aetatis anno raptum effe; inde eft quod „ ultimo verfu canit, *Vix lucem vidiffe fatis*, quae „ locutio fignificat revera brevem aetatem, quae „ inde etiam probatur, quod tenerae aetati oppo„ nit *annos emeritos octoginta* anus vetulae, & quod „ roget lectorem, ut *difpar legas carmen*, id eft, ut „ triftis cum ipfo fit ob mortem filii triennis, & „ laetus, quod *Mammula* etiam annis defecta, eo„ dem tempore ultimum dixerit valere rebus hu„ manis. Eleganter autem *Perfephone*, vel Pro„ ferpina, dicitur *rea funeris amborum*, quia fcilicet „ abftulerat puerum nimis cito, & vetulam ni„ mis tarde, nam, ut hoc repetam, *terno Confule* „ mihi eft, tertio anno, quomodo *terna vice* pro „ tertia vice, & alia occurrunt. Ita Cuperus. Recte omnino. fic accipe illud Martialis Lib. I. Epigr. 15.

Bis jam paene tibi Conful trigefimus inftat.

hoc eft, jam annum fexagefimum fere adtigifti. Aufonius in Parentalib. Ep. 30.

Uno tu quamvis Confule major eras.

Ita *fequentibus Confulibus*, pro fequenti anno, apud Suet Caef. cap. 1. ut recte Cafaub. exponit. hoc autem ideo, quia Romani fuos numerabant *annos a Confule nomen habentes*, ut dicit Lucan. VII. 441. fic in Epigrammate de Valerio Proculo, quod edidi Vol. I. p. 324.

Conful & aeterno decoravit nomine faftos.

unde firmatur Heinfii emendatio apud Claudian. I. in Eutr 491. *Neu tradita libris Nomina.* pro vulgato *Omina.* in Epigrammate de menfe Januario apud Pith. Lib. IV. pag. 148.

Fulget honorificas indutus menfis amictus,
Signans Romuleis tempora Confulibus.

Ita

EP. CCXIX. AQVILAE.

Hic Aquilae cineres miserabilis urna ſepultos
  Contegit, & fatis exproperata nimis.
Occidit infelix coepto modo flore juventae,
  Quem finiit annus ſeptimus & decimus.
Formoſus, frugi, doctus, pius, a patre moeſto
  Accepit tumulos,. qui dare debuerat.

ita apud Nicopolitanos ſacerdos Auguſtalis annis nomen dabat. de quo vide Caſaub. ad Sueton. Aug. cap. 18. ſed plura de his Barth. ad Claud. pag. 50. Forner. ad Caſſiodor. p. 203. & Herald. ad Martial. Lib. x. Ep. 10.

Cur malo tam praeceps iterum, tam fera fuiſti] ſic Pithoeus. ſed ſecutus ſum diſtinctionem Toſcani. *tam praeceps puerum tam ſaeva tuliſti* cod. Meerm. Gruter. & ſic Ferret. Mazoch. & Fabric. niſi quod *ſcaeva* apud illos. idque Scriverius ad marginem Gruteri adſcripſerat. ſed recte *fera* edidiſſe Pithoeum & Toſcanum puto, quod & firmatur a codice Perotti, *fera* enim, & *praeceps* melius opponuntur. *tam praeceps puerum, tam fera tuliſti* in ſchedis. unde patet in voce *iterum* latere *puerum*. quid ſi *tam* ſuperſtites literae ſint ex *vetulam*? adeoque repetita voce *cur* forte quis conjicere poſſet legendum,

Cur praeceps puerum, vetulam cur fera tuliſti.

ſic certe *puer* & *vetula*, *praeceps* & *fera* commode opponuntur. verſu penult. diſtinxi, *Vix lucem vidiſſe, ſatis qui vivere poſſet.* quia de trienni puero agitur. male apud Toſcan. & Pith. *Vix lucem vidiſſe, ſatis qui vivere poſſet.* quod conveniret puero ſtatim poſt nativitatem mortuo.

Vivere quae nollet, vix potuiſſe mori] forte adhaeret Ovidio Lib. I. Triſt. El. 3. 100. de uxore ſua,

Et voluiſſe mori, & moriendo ponere ſenſus,
  Reſpectuque tamen non potuiſſe mei.

EP. CCXIX. *Hic Aquilae cineres* &c.] Habent G. Fabricius p. 115. Pithoeus p. 128. Aldus in Orthogr. p. 491. Toſcan. poſt Carm. Poët. Ital. Tom. I. p. 94. b. Smetius fol. 136. Gruterus p. 669. 10. Ferret. in Muſ. Lap. 59. Fleetwood p. 227. Labbaeus Theſ. Epit. vet. P. I. p. 9. & noviſſime Anglus anonymus in Delectu Inſcript. Metric. N. XXIX. p. 22. Legitur & in codice Perotti, ubi inſcribitur tantum DIS MANIBVS, ut in veteri Moroni codice ab N. Heinſio collato. *Hic Apuli cineres* profert Bonifac. de compon. Epitaph. cap. 48. edidit etiam ex veteri marmore hoc epitaphium Pierius Valerianus ad Virg. Ecl. II. init. ubi teſtatur in oppido Fabrica in Faliſcis pro foribus aediculae S. Joannis legi, ſibique talia inveſtiganti oſtenſum eſſe ab Ant. Valla Teanenſi. & noviſſime ex ſchedis ſuis, tanquam ab aliis non diu ante productum eſſet, dedit Muratorius Tom. II. Theſ. Nov. Inſcr. p. 1134. & ex eo Bonada Vol. II. p. 241.

coepto modo flore juventae] ſic omnes ediderunt, & in cod. Perotti ac Bucheliano legitur. *coeptae* tamen non male hic corrigit Markland. ad Statii Silvas p. 278. ubi emendat *viridi fidens coeptaque juventa*, ut legebat etiam Heinſius Lib. IV. Adverſ. c. 4. apud Ovid. V. Faſt. 525. tentabat Patruus meus,

Cara fuit conjux, primae mihi flore juventae
  Cognita.

quod probat idem Marklandus pag. 222. Auctor Phoenicis, v. 115. *primaeva coepit florere juventa.* infra Ep. CCXXVI.

Hic ſitus Amphion, prima praerepte juventa.

ut legendum conjeci. quomodo & ſcribi poſſet in carmine Achillis in Parthenona v. 63. quod edidi Tom. I. pag. 75. *Degener ut lateam primaevae flore juventae.* & ſic Juvencus Lib. I. v. 30. ſed apud Venantium Lib. I. pag. 40. in cod. MS. legitur, *primaevo veſtivit flore juventus.* in lapide Comenſi apud Gruter. pag CCCL. 6. IX. PRIMO. AETATIS. FLORE. PRAEREPT. nam parum refert, & promiſcue haec alternant veteres. vide Cel. Drakenb. ad Silium Lib. I. 376 & Lib. XVI. 406. verſ. ſeq. *Quem finiit* apud alios. recte.

Formoſus, frugi &c.] *Formonſus* profert e marmore ipſo Pierius. putatque ſcripturam illam vel ex ſigno longis ſyllabis adpoſito — enatam, quo litera *n* etiam denotatur, vel ex circumflexo accentu vocibus in *oſus* exeuntibus adnotato. & ſic apud Aldum, Toſcanum, Gruter. & Ferret.

a patre moeſto Accepit tumulos, qui dare debuerat] *quos dare* profert Pierius ad Virg. d. l. Aldus, Toſcan. Fabric. Gruter. Ferret. Murator. & Bonada. forte ſcriptum fuit *quoi*, unde enatum *quos*, pro *cui*, patri nempe. & hinc legerunt alii *qui*, ut edidit Pithoeus. ita Catullus Ep. I. *Quoi dono lepidum novum libellum.* hoc autem requirit ſenſus, quia indicat pater, filium ſuperſtitem ſibi potius tumulum debuiſſe conſtituere. ſic in illo apud Pith. p. 132.

Quae mihi debebas ſupremae munera vitae,
  Infelix ſolvo nunc tibi, nate, prior.
Fortuna inconſtans, lex & variabilis aevi!
  Debueras cineri nam ſupereſſe meo.

Ep. CCXX. IVLIVS NICEPHORVS PALLADIO F.

Vitae Palladii raptum flevere Camoenae,
Fleverunt populi, quos continet Ostia dia.

Ep.

ita scribe, non *jam superesse*. In alio p. 130.

Quod decuit natam patri praestare sepulta,
Hoc contra natae praestitit ipse pater.

& infra,

Quod fas parenti facere debuit filius,
Mors immatura fecit, ut faceret parens. ubi vide.

Idque in epitaphiis, quae parentes liberis ponunt, frequentissime queruntur, respicientes ad conversum fatorum ordinem. de quo multa Heinsius ad Ovid. Epist. i. 101. ubi Penelope de Telemacho,

Di, precor, hoc jubeant, ut, euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

similia vide in Inscriptt. vett. apud Manut. ad Cic. Cat. Maj. cap. XXIII. pag. 365. ed. Graev. Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 165. 166. Octav. Rubeum in Memor. Brix. p. 261. & Gudium pag. 249. sic in Inscriptione, quae exstat in cod. MS. Cyriaci Anconitani,

C. DAVI. C. F. QVINTIANI
ANN. XLIII. M. X. C. OAVIVS. MENOOORVS
FILIO. PIISSIMO. PATER INFELIX
AEQVIVS.ENIM.FVERAT.VOS HOC.MIHI.FECISSE.

emendari meretur inscriptio mutila apud Jacobon. p. 166. & Gruter. p. OCI XXIX. 3.

L. CORNELIO. SECVNDO
QVI. VIX. ANN. X. M. V. D. XX
L. CORNELIVS. GLYCON
PATER. INFEL. . . FIL. DVLCISS.
QVOD. SI. TI. . . . TE. TVA. FATA. SIVISSENT
TV. NOBIS. PONERE. DEBVERAS.

ubi ultimo versu post TV, eadem syllaba repeti neglecta, excidit TVMVLVM, adeoque legendum forte,

QVOD. TIBI. SI. SPATIVM. VITAE. TVA. FATA. DEDISSENT.
TV. TVMVLVM. NOBIS. PONERE. DEBVERAS.

certe SIVISSENT metro adversatur. *tua fata*, ut apud Albinovan. ad Liv. 212.

Tu letum optasti, Dis aversantibus omen,
Par tibi, si finerent te tua fata mori.

sic pag. OCXCV. 5.

MARCIA. MEROË. MATER
INFELICISSIMA. SIBI. FILIIS SVIS
DVLCISSIMIS. FECIT. QVOD. VOS
DECERAT. MIHI. FECISSE. MATER. (MATRI)
. . . . ITA. FATA. DEDERVNT.

ubi forte supplendum, SIC. INVIDA. FATA. DEDERVNT. vel nihil desideratur. sic enim supra Ep. CLXXXII. *Quam brevis innocuis vita est! sic fata dederunt.* & Ep. LXXI. *hoc dedit fatum mihi.* alia vide apud Lips. ad Senec. Cons. ad Marc. cap. XVII. Raderum ad Martial. p. 175. Stewech. Quaest. Apulej. p. 115. Merillium Lib. III. Observ. cap. 27. & Patruum meum ad Valer. Fl. IV. 449. Quod vero Cuperus in notis ad Petron. cap. 140. in Inscriptione vetusta apud Gruter. pag. 669. 4. ubi legitur, CVI. VOTA. ERANT. VT. PARENTIBVS. ISTA. PARARET. SED. MORS. IMMATVRA. FECIT. VT FACERENT. PARENTES. FILIO. CONTRA ORDINEM. . . . . . addendum censeat CONTRA. ORDINEM. VOTORVM, me non habet adsentientem, quia modo praecessit CVI. VOTA. ERANT. licet *pia & justa vota parentum* saepius vocentur, quibus filios sibi superstites vovent. infra Ep. CCXXIII. *surgentem in vota suorum.* apud Gruter. p. MCXXXIII. 7.

Fas erat, ut potius natus pia funera nobis
Penderet, & dignos coleret manesque patresque,
Si Fortuna pie servasset vota parentum.

ubi pro *funera penderet* melius forte legeretur *munera.* ut infra notabimus. & sic in Inscriptione Foro Juliensi apud Phil. a Turre de Colon. Foro Jul. p. 357.

PARENTES. CONTRA. VOTVM
POSVERVNT.

de his parentum votis vide Patrui notas ad Ovid. VIII. Met. 499. Itaque illic malim CONTRA ORDINEM FATORVM. ut mox Ep. CCXXI. *Naturae leges fatorumque ordo.* INVERSO MORTALITATIS ORDINE in inscript. apud Reines. p. 376. vel nihil potius supplendum. ut subintelligatur. quomodo in Epitaphio Papiniani, celebris illius Jurisconsulti, apud Boissard. P. VI. Antiq. Tab. 75. sed quod emendatius legitur in Corpore Gruteriano pag. CCCLVIII.

AEMILIO. PAVLO. PAPINIANO
PRAEF. PRAET. IVR. CONS.
QVI. VIXIT. ANN. XXXVI.
MENS. IIII. D. X.
HOSTILIVS. PAPINIANVS
EVGENIA. GRACILIS
TVRBATO. ORDINE. IN. SENIO
HEV. PARENTES. INFELICISS.
FILIO. OPTIMO. P. M.
FECERVNT.

hinc *Fata male judicantia* in epitaphio adolescentis L. Sperati apud Gruter. p. OCCVII. 5.

PATRES. MALE. IVDICANTIBVS
FATIS. SVPERSTITES. POSVERVNT.

& *Fata urgentia* p. DCLXXXVI 9.

QVAE. PRIOR. DEBVI MORI
VRGENTIBVS. FATIS
FILIVS. VNICVS
ME. PRAEVERTIT Q.
MISERRIMVM. FATV. EST.

Ep. CCXX. IVLIVS NICEPHORVS PALLADIO] Exstat apud Mazoch. pag. 30. Smetium fol. CIX. 2. Gruter. p. DCXCIX.

EP. CCXXI.

Vota supervacua fletusque & numina Divum
Naturae leges fatorumque arcuit ordo;
Sprevisti patrem matremque, miserrime nate,
Elysios campos habitans & prata veatum.

EP. CCXXII. VIBIVS C. L. HELENIVS VIBIAE L. LATINAE.

Quae tibi cumque mei potuerunt pignora amoris,
Nata, dari, populo sunt lacrumante data.
Et volui majora, nimis sed cura meorum
Fida, tui prohibet me cinerem esse rogi.

EP.

p. DCXCIX. Ferret. Lib. III. p. 171. Fleetwoodum p. 251. & Bonadam Vol. I. Cl. V. p. 428 *Ut te* pro *Vitae* Smet. Gruter. & cod. Buchel. unde legi posset, *Ut te*, *Palladi*, ut secundam hic produxerit auctor. Subscribitur apud Smet. & Mazochium, TVLIVS. NICEPHORVS. PATER. INFELIX. FECIT. ut in cod. Meermanniano, qui v. 1. habet *vitae Palladi*, & in margine locum indicat. *in Coelio monte in porticu S. Gregorii.* & sic fere cod. Buchel. qui inscribit, *Romae, in templo S. Gregorii in Coelio.*

EP. CCXXI. *Vota supervacua* &c.] ita produxit Th. Smith in Notit. VII. Eccles. Asiae p. 22. Non integrum Epitaphium esse opinor, atque initio versus quosdam deesse. v. 3. pro *Sprevisti* forte reponendum *Liquisti*. ut in Epitaphio Lascivae Vernae a Sulpitio Abascanto posito, apud Pithoeum p. 140.

Liquit & orbatos miseros fidosque parentes.

vel, quod proprius ad vulgatum accedit, *Praecessi*. ut in Epitaphio Zoës supra Ep. CLXIV. *Praecessi hospitium dulce parare tuis.* apud Sponium p. 229. & Fabrett. Inscr. Cap. III. p. 235. PRAECEDERE. VOLVISTI. SANCTISSIMA. CONIVX & Cap. V. p. 421.

Praecessitque prior primitiva gratissima conjux.

& ead. pag.

Haec quae me fata praecessit corpore casta.

vel deleta priore litera S corrigendum, *Praeisti*. sic *percessti* pro *percepisti*, *transti*, *perduxti*. & sim. de quibus Scriver. ad Martial. Lib. III. Ep. 22. & Lib. VII. Ep. 57. & nos alibi. vers. ult. *veatum*, pro *beatum*, seu beatorum.

EP. CCXXII. *Quae tibi cumque mei* &c.] editum est apud Mazochium pag. 87. b. Pithoeum Lib. III. pag. 128. Smetium p. 113. Gruter. pag. 1000. 9. Toscan. post Carm. Illustr. Poët. Ital. Tom. I. p. 92 b. Ferret. p. 193. vitiose legitur apud Boissard. in Topogr. Urb. Rom. p. 109. & Schottum Lib. II. Itin. Ital. p. 423. sed plerique in duo Epigrammata separant, & a versu quinto, *Vixisses utinam* &c. vel novum incipiunt Epigramma, vel alterum ab altero semotum exhibent. ut primum dedit Ferretius pag. 192. alterum p. 230. quod Gruterus etiam habet p. DCCCXLIII. inf. 2. primum est apud Anglum anonymum in Delectu Inscriptt. Metric. pag. 15. secundum pag. praec. 14. qui alterum praeponit, & sic Labbaeus, qui utrumque, sed separatum tamen, edidit in Thesaur. Epitaph. vet. P. I. p. 29. primumque alio loco repetit pag. 76. ultimum solum edidit Fleetwood Syllog. Inscr. pag. 293. & sic in meo Perotti codice, duobus diversis locis, ut epigrammata distincta leguntur. In codice Buchellano connectuntur, ut apud Pithoeum, & G. Fabricium pag. 116. sed jam Pithoeus in notis suis p. 464. monuit haec a praecedentibus disjungenda, ut aliud epigramma efficiant. quod verissimum opinor, & inscriptionem VIBIVS HELENIVS praefigendam esse secundo Epigrammati, in quo *Latina* memoratur, Vibii Helenii filia: adeoque primum erit epitaphium alterius puellae, cui pater illud posuit, sed quorum nomina in carmine non exprimuntur. ea tamen eruere licet ex Mazochio, ubi subscribitur primo carmini,

C. RABINIVS. P. L. HILARVS
VIBIA. C. C. L. STRABENA.

quae praeponenda sunt. & forte RABIRIVS pro RABINIVS scribendum. hinc etiam colligere possumus confusionem ortam, quia hoc quoque epigramma *Vibiae* cuidam scriptum, sed diversae ab altera, primamque *Vibiam Strabenam*, alteram *Vibiam Latinam* fuisse dictam. male etiam Gruterus & Ferretius secundum epigramma exhibuerunt tamquam a marito scriptum esset uxori. sed filiae potius a patre positum indicat versus tertius, *surgentem in voto tuorum*, quod proprium liberis, de quorum ingenio, indole, & moribus bene sperant & augurantur parentes. vid. N. Heins. & Cuper. ad Petron. cap. 140. hinc in Inscript. Doniana, quae

Filio

EP. CCXXIII.

Vixiſſes utinam, & potius mea charta taceret,
Quam mihi ſcribendi cauſſa, Latina, fores.
Vixiſſes, neu te ſurgentem in vota tuorum
Adſpicerem addictam manibus ire ſacris:
Sed quoniam Parcis vetitum eſt nihil, accipe noſtri
Aeternas, eheu, carminis exſequias.

EP. CCXXIV. PATER FILIO.

Quamvis, nate, tuos mors invida ruperit annos,
Abſtulerintque tuum dura ſepulcra decus:
Non tamen his ſecum potuit deducere laudes.
Quas vivens ſemper fama ſuperſtes habet.
Major enim longa veniens de ſtirpe ſenator,
Auxiſti mentis nobilitate genus.

Iu-

Filio a Patre poſita eſt, Cl. VI. N. 107. pag. 253. . . . A. SVVM. VOTVM. SVPERVIXIT. ubi ſupplendum CONTRA. SVVM. VOTVM. ut apud Gruter. p. DCXCVI. 10.

FILIO. DVLCISSIMO
MEMORIAM. POSVERVNT
CONTRA. VOTVM.

p. DCCXVI. 7.

VLPIA. PAVLINA
MATER. INFELICIS
SIMA. CONTRA. VO
TVM. PIETATIS
POSVIT.

p. DCCXCIV. 12. CONTRA. VOTVM MEMORIAM POSVIT. p. DCCCXXXVIII. 5. OBIIT. CONTRA. VOTVM p. MXXV. 5. LIBERTVS. POSVIT CONTRA. VOTVM. PATRONO. SVO. p. MCXXXIX. 13. CONTRA. VOTVM. M. M. T. FEC. & in fragmento lapidis, quem adfert Hieron. Borſaerius inedito Inſubricae Magnificentiae Theatro Lib. XII. Inſcr. 13. COIVX. CONTRA. VOT. vide paullo ante pag. 166.

Populo ſunt lacrimante data] ſic ex ipſo marmore adfert Pierius ad Virg. VI. Aen. init. ineptiſſime apud Schottum, *ſunt ſacramenta data.* ut & v. 1. *pignera nati.* & v. 4. *cui* pro *tui.*

Et volui majora, nimis ſed cura &c.] Ita recte diſtinguitur in utraque Pithoei editione. nam apud Fabricium, *Et volui majora nimis: ſed cura* &c. vitioſe Mazoch. *ſed cuncti meorum.* v. ult. *mei prohibet* male edidit Toſcanus. *tuei* Gruter.

EP. CCXXIII. *Vixiſſes utinam, & potius mea charta taceret*] ſic Mazoch. Fabric. Pith. & in codice Perotti. ſed placet magis, quod apud Gruter. & Ferret. *mea Muſa taceret* quia *charta* vix convenire videtur carmini ſepulcrali, quod lapidi inciſum fuerit. alterum praetulit etiam Fleetwoodus.

Surgentem in vota] *ſurgentemque* Mazoch. & paullo poſt, *Parcis vetitum eſt nihil.* pro *vetitum.*

Aeternas eheu] *heu* apud Ferret. quod bis fuerat repetendum, & *heu heu* potius legendum, quam *eheu*, cujus vocis prima correpta eſt. id licet jam ſaepius a viris doctis monitum fuerit, tamen nondum evicit nonnullorum pertinaciam. fidejuſſores hac in re nobis eſſe optimos auctorum veterum codices, conſtabit ex iis, quae notavi ad Tom. I. p. 579.

EP. CCXXIV. PATER FILIO. *Quamvis, nate, tuos* &c.] Eſt apud Mazoch. pag. 85. b. Gruter. pag. MLV. 1. Ferret. pag. 200. Fabric. p. 116. Fleetwood p. 432. & Pith. p. 128. ex quo dedit Labbaeus Theſ. Epitaph. vet P. I. pag. 26. & legitur in cod. Buchelliano.

2. *Abſtulerintque tuum* &c.] *Abſtulerintque tuos dumque* Mazoch. ſed *tuum* Gruter. in cujus margine *dura*, pro *dumque*, ex conjectura. ut edidit Fabric. & Pith. & in marg. Fleetw.

3. *His ſecum*] *hos* Gruter. Ferr. & Fleetw.

5. *Major enim longa*] quamvis ſic omnes ediderint, cum Cl. Schradero tamen legendum arbitror, *Majorum longa veniens de ſtirpe Senator.*

7. *Ju-*

Iudicis imperium ſervans bonitate magiſtra
  Cum tibi ſubjectis tu quoque miles eras.
Urbanos faſces gaudens tibi Roma parabat,
  Conſilio fratris nunc moderata tui.
Fidus amicitiae cuſtos, ambitor honeſti,
  Iuſtitiae cultor, pacis amator eras.
Gratus, dulcis, ovans, humilis, pius: hei mihi! quantis
  Privavit miſerum mors inimica bonis!
Te luxitque pater, ſoboles, conjuxque fidelis,
  Te mixtis lacrimis longe & amata domus.
Nil tibi defendens, famulum mihi, nate, paraſti,
  Ut tibi ſervitii creſceret alter amor.

EP.

7. *Judicis imperium ſervans bonitate magiſtra*] *bonitas* illa *magiſtra* an hic *judici* recte conveniat, viderint alii. *migra* edidit Fleetw. & *magiſtra* in marg. exponit. Ego *ſequeſtra* mallem. ut indicet, eum tanquam ſequeſtrem & arbitrum prius rem inter diſſidentes conponere tentaſſe. quam ad ſe judicem devolveretur, nullo partium ſtudio actum. optime vim & originem vocis expoſuit J. Fr. Gronovius ad Tacit. I l. Ann cap. 71. ſic *pacis ſequeſter*, eſt pacis arbiter & medius. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Faſt. 287. & Drakenb. ad Silium VI. 347. eleganter vero *bonitas ſequeſtra*. ut *pacem ſequeſtram* dixit Virg. XI. Aen. 133. Statius II. Theb. 425. *nec pace ſequeſtra Poſcitis.* ubi vide Barth. & ad Lib. VII. 542.

——— ubi tunc fidei pacisque ſequeſtra
Mater eras.

quo loco inſpici meretur Scholiaſtes.

8. *Cum tibi ſubjectis tu quoque miles eras*] Praeſtiterit forſan,

In tibi ſubjectos tu quoque mitis eras.

ut in margine apud Fleetw. ſic in Epitaphio Henrici III. vel potius Lotharii, quod edidi Lib. II. Ep. CLIII. v. 25.

Nam ſic mitis eras jam ſuperatis,
Et ſic indomitis gentibus aſper,
Ut qui non doluit, jure timeret,
Et qui non timuit, jure doleret.

11. *Ambitor honeſti*] notanda vox, non valde obvia, praeſertim in laudem ſic *laudis aeternae ambitor* Paulino Nolano Epiſt. XIII. malo enim ſenſu *ambitores* dici, *qui, ut honores conſequantur, diſcurrendo & rogando ſuffragia acquirunt*, notat Serv. ad Virg. IV. Aen. 283.

13. *Hei mihi quantis*] ſic recte Pith. & Fabr. *et* Maz. Grut. & Fleetw. male & Ferret.

15. *Te luxitque pater, ſoboles, conjuxque fidelis*] ſic codex Buchelianus, ut Fabricius & Pithoeus ediderunt, pro eo quod eſt apud Mazoch. Gruter. Fleetw. & Ferret. *Te Levius pater, ſoboles* &c. ex qua lectione forſan inter Chriſtiana a Grutero repoſitum fuit hoc Epigramma. vid. ſupra ad Ep. LXXVIII. ſequenti verſu *longe &* Mazoch. Pith. & Fabric. *longe* apud Gruter. Fleetw. & Ferret. quod margini adſcriptum etiam inveni apud Mazoch pro *luget*, ut legendum. vel, ſi offendat primo verſu *luxit*, & hic *luget* repetitum, poſſet etiam reponi *plangit.* ut in Epitaphio Petilii, quod adfert Sirmondus ad Ennod. p. 85.

Te genetrix, fatreſque ſimul, te compare luctu
Perpetuis lacrimis plangit amata domus.

vide C. G. Heynii notas ad Tibull. p. 215. in alio apud Pith. pag. 140.

Nutricis conjux infelix ille relictus
Moeret, & ad cineres plangit ſua pectora palmis.

ſequenti Epigrammate,

Et gemitu, & pulſis tundentes pectora palmis.

& ſic legendum videtur apud Pindar. Theb. Epit. Iliad. v. 29.

Squallidaque infeſtis moerens ſecat unguibus ora,
Dilaceratque comas, annoſaque pectora plangit.

nunc *annoſaque tempora* circumfertur. Ovid. VI. Met. 248.

Adſpicit Alphenor, laniataque pectora plangens
Advolat.

ubi male *tangens* in cod. Leid. & ita ſaepe apud eumdem in Epiſtolis Heroïdum.

Y EP.

EP. CCXXV.

PORCILIAE. VESTINAE. CANANIVATI
DECORE. FORMAE. . . . . . FLORE . . .
. . . . VESTAE. . .
ADSCRIPTAE. EHEV. . . . . FAT.
ABSVMP. . . LENTO. . . . .
TORQ. . . . . MATER.

Moesta soror, moesti fratres, moestique parentes
. . . . tum. . . parca. . . noc. . . . .
Et gemitu & pressis tundentes pectora palmis,
Condiderunt tumulo. . . . . . ante diem.

EP. CCXXV.] Sic exstat mutilum hoc Epigramma apud Gruter. p. MIII. 3. ex quo dedit Ferret. Lib. III. p. 223. Fleetwood pag. 330. & hoc seculo Cel. Gorius Tom. II. Inscript. Florent. pag. 333. qui recte in titulo PORCILIAE corrigit pro PORCILLAE. & de Porcilia gente hanc Vestinam oriundam notat, quam familiam in Colonia Ortana celebrem ex Inscriptione Fabrettiana illustrat, cui duas alias addere potuisset ex eodem Fabretto p. 402. & 560. quas tres etiam edidit Sponius in Miscell. pag. 174. ubi plura de Ortana ista colonia. posset etiam PROCILIAE legi. nam & ista gens apud Romanos clara, & in Numis Familiarum Rom. nota est. Nescio an non VESTINIAE etiam praestet, pro VESTINAE. sic enim T. VESTINIVS VENVSTVS, & VESTINIA SABINA in Inscript. apud Murator. Tom. II. pag. MCCVI. 3. notanda etiam scriptura CANANIVATI. quum in aliis Inscriptionibus CANANEFATVM occurrat. ut observat Gorius. certe variis modis scribitur haec vox in vetustis Marmoribus. CANONEFAS in Inscript. apud Reines. p. 513. & Fabretr. p. 358. N. 78. de quo plura Ryckius ad Tacit. IV. Hist. cap. 15. Quod autem Gorius secundo tituli versu suppleat, AC PRIMAEVO FLORE IVVENTAE, amplecterer lubens, quia id frequens in ejusmodi epigrammatibus, si mutilam illam inscriptionem metricam fuisse constaret: quae his vel similibus verbis forsan sculpta olim fuerit,

PORCILIAE. VESTINAE. CANANIVATI
DECORE. FORMAE. AETATE. FLORENTI
IN. SACERD. VESTAE IAM
ADSCRIPTAE. EHEV. INIQVO. FATO
ABSVMPTAE. LENTO. MORBO. CONFECTAE
TORQVETVR. INFELIX. DOLORE. MATER.

secundo versu conjeci AETATE. FLORENTI. ut in illo Virgilii Ecl. VII. 4. *Ambo florentes aetatibus.* idque in his monumentis frequens. vide infra ad epitaphium T. ATTII, *Invida florentem rapuerunt fata juventam.* ubi in aliis *juventa.* ut connectantur *florentem juventa.* mox Ep. CCXXIX.

Florentem specie rapuere novissima fata.

sic enim malim, quam *Florentem speciem.* ut in Inscriptione apud Murator. Tom. IV. p. MMLXII. 5.

ET. ME. SPECIE. FLORENTEM. MEI. VIDERE. SODALES.

tertio illud VESTAE forte Gorio corruptum quum videretur, ansam ipsi dedit corrigendi IVVENTAE. sed VESTAE non sollicitandum suadet ADSCRIPTAE. unde lacunae vestigiis insistens hariolatus sum, IN. SACERD. VESTAE. IAM. ADSCRIPTAE. sic enim in Lapide apud Murator. Tom. I. p. CLXXXV. 1.

SEX. NVMIO. SEX. F. AVSETANOR. DECVR.
A PRIMA. IVVENTA. IN. SACERD. MINERV. ADSCRIPTO.

ALLECTA vocatur in alia Inscriptione ejusdem Thesauri pag. DXXIII. 6.

IVNIAE. SPECTATAE. C. F.
ALLECTAE. AB. ORDINE. SAC.
IN COLLEO. AB. HERCVLANIO.

mox INIQVO FATO ABSVMPTAE supplendum existimavi. Ovid. III. ex P. Ep. 2. 28.

Cum cinis absumpto corpore factus ero.

supra Ep. CCXV.

Absumet tecum singula sarcophagus.

sic *membra senecta consumta* Nasoni XIV. Met. 148. *consumta rogis* Dido Epist. VII. 193. & *aeterna consumtus tabe* Telephus V. Trist. 2. 15. in Epigrammate de vita agresti, quod edidi Lib. III. pag. 500.

——— me si manet exitus idem,
Hic precor inveniar, consumtaque membra reponam.

ut

EP. CCXXVI. IVLIANO.

Nomine Juliano menses excedere septem
Haud licitum, multum flevit uterque parens.

EP. CCXXVII. *Tibure.*

Hic situs Amphion, ereptus prima juventa,
Nondum terdenos numerabat temporis annos,
Heus inmatura, mors properata tibi.

C. MARCIVS. PAVLVS. C.
NATO. PIENTISSIMO.

ut recte castigabat Patruus meus, pro corrupta lectione vulgata, *consumtaque tempora poscar.* sic mors *cuncta consumere* dicitur in Inscriptione, quam Spuriis inseruit Gruterus p. XXIII. 19.

MORS. VITAE. CONTRARIA. ET. VELOCISSIMA
CVNCTA. CALCAT. SVPPEDITAT. RAPIT
CONSVMIT. DISSOLVIT.

ubi mendosa est vox SVPPEDITAT. forte emendandum, MORS. CVNCTA. CALCAT. SVB. PEDE. INSTAT. nam conjungenda sunt CALCAT. SVB. PEDE. ut in illo Ovidii V. Trist. 8. 10.

Imposito calcas quid mea fata pede.

de Cupidine Remed. Am. 530.

Et tua saevus Amor sub pede colla premit.

INSTAT vero ex literis superstitibus ITAT formavi. ut in Epitaphio apud Maffejum Mus. Veron. p. CLXXII.

Vivite felices, moneo, mors omnibus instat.

& in alio apud Cl. Majansium Epist. I. huic Volumini praefixa p. 9. *Vivite victuri, mors omnibus instat.* deinde LENTO MORBO CONFECTAE divinavi. ut *morbo confectus gravi* apud Phaedr. I. 14. 5. & *macie confectus* Lib. III. fab. 7. 2. *longa confecta senecta* Ovid. VI. M. 37. *confici curis* I ex P. I. 74. *confecta mater*, de luctu, Albinov. Epic. Drus. 122. sic DOLORE LATE. . . (RVM adde) CONFECTA in Marmore apud Gruter. pag. MXV. 8. & LACRVMIS CONFECTA p. MCXXVII. 2. & Boissard. P. VI. Tab. 63. MOERORE CONFECTVS apud Gruter. pag. DCLVII. 4. hinc & *conficere* pro enecare, proprium de arena. vid. Graev. ad Cic. II. Phil. 14. & quae notavi ad Tom. I. pag. 316 & 705. optime igitur Broukhusius vindicavit in loco Tibulli Lib. I. El. 8. 39.

Bacchus & agricolae magno confecta labore
Pectora tristitiae dissoluenda dedit.

id est, opere rustico fracta & exhausta. *confici* enim tam ad corpus, quam ad animum referri, oportunis exemplis illic docuit optimus elegantiae veteris interpres. in fine TORQVETVR. INFELIX. DOLORE. MATER, vel, si versu clausulam, ut non raro in his obtinet, absolvi malis, TORQVETVR. MISERA. AH. DOLORE. MATER, est querela parentum in Lapidibus vetustis obvia. qualis illa apud Gruter. p. DCLXXVII. 3. INFELICISSIMVS. PATER. AETERNO. DOLORE. ADFLICTVS. pag. DCCV. 11. PARENTES. INFELICISSIMI. AMISSIONE. EIVS. PERPETVIS TENEBRIS. ET. QVOTIDIANA. VLVLATIONE. DAMNATI. p. DCLXXIV. 11. DOLENS. MATER. ET. MOERENS. FECIT. FILIIS. SVIS. p. DCXCII. 10. MATER. AD. LVCTVM. ET. GEMITVM. RELICTA. EVM. LACRIMIS. ET. OPOBALSAMO. VDVM. HOC. SEPVLCRO. CONDIDIT. quae ultima paullo post repetitur pag. DCXCIV. 8. sed ubi OPOBALSAMO. DVM. vitiose legitur pro VDVM. In ipso carmine versum secundum felicius supplere conatur Gorius ex conjectura,

Quod tantum potuit Parca nocere, dolent.

ultimo autem versu, *mors tulit ante diem* excidisse suspicatur. vide an praestet, *quae jacet ante diem.*

EP. CCXXVI. IVLIANO] apud Pithoeum pag. 129.

EP. CCXXVII] sic profert Fr. Martius Hist. Tiburt. Lib. VIII. pag. 89. Vulpius vet. Lat. Prof. Tom. X. P. 2. p. 452. & ex Kirchero edidit Muratorius p. MCXXIX. 9. quem secutus est Bonada Vol. II. p. 262. primo versu videtur scribendum *prima praerepte juventa*, ut infra Epitaphio T. Arrii legendum conjeci,

Flevit praereptum mater, flevere sodales.

ubi vide. v. 3. praeferrem *numerabas.* quod suadet ultimus versus, *mors properata tibi.* non *sibi*, ut male apud Murator. ubi & suppleri posset, *Heus inmatura est*, vel legendum *inmaturo.*

EP. CCXXVIII.

AN. I. M. V. D. X.

DIS. MANIBVS

PRIMILLA. F. SVO

ISMARO.

Hunc tibi dat tumulum pietatis nomine mater,
Et properat intro ſolvere juſta. Vale.

EP. CCXXIX. PRISCO FILIO.

Florentem ſpeciem rapuere noviſſima fata,
Forma rudi puerum, Priſcum agnomine quondam,
Quem genitor, cives, cuncti flevere propinqui.

L. DESTINIVS. EPIGONVS

PATER. INFEL.

FILIO. SVO. DVLCISSIMO. INNOCENTISSIMO.

EP. CCXXX.

IVLIAE. SECVNDAE. FILIAE.

CORNELIAE. TYCHAE. VXORI.

Jam datus eſt finis vitae, jam pauſa malorum
Vobis, quas habet hoc natam matremque ſepulcrum,

LI-

EP. CCXXVIII.] ex Maffeji Muſeo Veronenſi pag. 358. habet Bonada Vol II p. 231. ubi primo verſu *Hoc tibi* pro *Hunc*, id eſt *Hunc*. altero illud *intro* ſuſpectum eſt & forſan *merito*, vel *puero* ſubſtituendum. apud Donium Cl. x. N. 18. p. 338. legitur tantum, *Et properat intro ſolve....* ceteris deficientibus, & ex eo apud Murator. Tom. II. p. MCCV. 4.

EP. CCXXIX.] apud Gruter. pag. 680. 8. Ferret. in Muſ. Lap. Lib. II. pag. 165. Fleetwoodum p. 237. Bonadam Vol. II p. 248. profert etiam ex Grutero hoc Epigramma Phil. Antoninus Saſſinas in Antiq. Saſſinae cap. V. pag. 31. T. VII. Theſ. Ital. P. II. & Deſtinium patrem. in ſubſcriptione memoratum, eumdem facit illi, qui in alia Inſcriptione apud Gruter. p. CCCCII. 2. occurrit,

D. M.
L. DESTINII
EPIGONI
AVGVST.
COLLEG. CENT.
M. S. B. M.

verſu primo praeferendum eſſe *Florentem ſpecie*, paullo ante notavi ad Ep. CCXXV. ſequenti *Forma rudi puerum* corrupta ſunt. forte in *rudi* latet *quidem*, vel *equidem*, & legend. *Priſcum at cognomine*, ut acumen quaerat in nomine *Priſci*, quod puero fuerit datum.

EP. CCXXX. IVLIAE SECVNDAE FILIAE &c] ediderunt Mazoch. p. 79. G. Fabricius p. 131. Pith. p. 129. Smetius fol 124 b. Gruterus p. 690. 5. Ferret Lib. II. p. 95. Fleetwood p. 248. Labbaeus P. I. Theſ. Epit. vet. p. 37. & produxerunt hoc filiae ſimul & conjugis epitaphium Toſcan. poſt Carm. Illuſtr. Poët. Ital. Tom. I. p. 93. b. Jacobonius Adpend. ad Fontejum p. 149. Petr. la Sena in Cleombroto cap. VIII. p. 156. 157 & ſeqq. & Aldus Orthogr. in *Litus* p. 474. ex quo habet Ambroſius Moralis Lib XV. Chronic Hiſp. p. 206. qui ita exhibet, ut ex literis initialibus hujus Epigrammatis per acroſtichin exeat nomen IVLIVS SECVNDVS. cujus nugatorii artificii inſigne exemplum eſt in monumento Liciniae Leontiae, & Flaviae Ampeliae apud Murator. p. 1903 5. Hoc autem Juliae Secundae Epitaphium ex Grutero etiam edidit Bonada Vol. II. p. 102. & habetur in cod Bucheliano. Marmoris ipſius pulcherrima delineatio videri poteſt apud Boiſſard. P. III. Antiqq. Tab. 76. ubi duae praefiguntur Inſcriptiones, quarum prima ſpectat ad IVLIAM SECVNDINAM (ſic enim Boiſ-

Litore Phocaïco pelagi vi exanimatas:
Illic, unde Tagus & nobile flumen Hiberus
Vorſum ortus, vorſum occaſus, fluit alter & alter,
Stagna ſub Oceani Tagus, & Tyrrhenica Hiberus.
Sic etenim duxere olim primordia Parcae,
Et nevere ſuper vobis fatalia fila,
Cum primum Lucina daret lucemque animamque,
Ut vitae diverſa dies foret, unaque leti.
Nobis porro alia eſt trino de numine fati
Dicta dies leti, quam propagare ſuopte

Vi-

Boiſſard. non SECVNDAM) FILIAM, hic verbis,

IVLIAE. SECVNDINAE. FILIAE
ET. FORMA. SINGVLARI. ET
MORIBVS. PIISSIMIS DOCTRI-
NAQVE. SVPER. LEGITIMAM
SEXVS. SVI. AETATEM. PRAES-
TANTISSIMAE. QVAE. VIX
IT. ANN. XI. MENS. VIII.
D. XX.

altera ad Uxorem CORNELIAM TYCHEN referenda ſic ſe habet,

CORNELIAE. TYCHES. VXORIS
ET. INCOMPARABILIS. ERGA
MARITVM. AFFECTVS
SANCTITATISQVE. EXIMIAE
ERGA. LIBEROS. PIETATIS
QVAE. VIXIT. ANN. XXXVIIII
MENS. IIII. DI. VII.
EX. HIS. MECVM. ANN. XI.

quae fere conveniunt cum Mazochio & Grutero. niſi quod Filiae AN. IX. apud Mazoch. dentur. ſed apud Gruter. in fine ſecundae Inſcript. MECVM ANN. . . numerus in lapidis fracti angulo deficiat. & ſic in Pighii Inſcriptt. MS. ipſo fine ubi ANN. X. in Inſcr. filiae.

1. *Jam pauſa malorum*] vox *pauſa* Lucilii, Lucretii, & Ennii eſt. ut patebit ex Lambini notis ad Lucret. p. 107. Columnae ad Ennium p. 146. & 168. & Voſſii Etym. p. 377. & hinc *pauſare*, pro quieſcere, Plauto, aliiſque uſitatum. ut docuit Steph. Stephanius ad Saxon. Gramm. Lib. I. pag. 59. & prolato hoc ipſo verſu Munckerus ad Fulgent. Myth. Lib. I cap. VI. qui locus Fulgentii, ut in tranſitu hoc addam, totus adfertur in Gloſſis MSS. codicis Biblioth. Ultraj. ad Senec. Herc. Fur. 87. hunc in modum: *Tiſiphone autem quaſi* τούτων φωνὴ, *id eſt vox luctuoſa.* & ſeqq. *Primum eſt ergo in pauſando furiam concipere. ſecundum eſt, in vocem prorumpere, tertium jurgium prolongare.* quae a vulgatis haud parum differunt. τούτων corruptum eſt. forte τίσεως φωνὴ. *id eſt vox ultionis.* ineptė enim in editis *iſtarum vox. pauſſo* hic male apud Mazoch. Gruter. & Ferret.

2. *Natam matremque*] *gnatamque matremque* vitioſe apud Ambroſ. Moral. & v. 7. *Sic & enim.* ut Mazoch.

3. *Litore Phocaico*] *Phocacio* Ald. & Ferret. *Phoſaico* Boiſſard. *Phocaio* in hac Inſcriptione legi notat Scalig. ad Catalect. p. 284. ſed *Phocaico* profert ad Euſeb. p. 86. & ita apud Gruterum, Toſcan. & Mazoch. vide ad Lib. III. Ep. XII. Maſſiliam intelligit Bonada, ad quam vi tempeſtatis exanimatas Iuliam Secundam & matrem Corneliam Tychen hic deſcribi cenſet. *examinatas* mendoſe Mazoch. *exanimata* Ferret.

4. *Illic unde Tagus*] *ubi Tagus* prave apud Boiſſard.

8. *Et nevere ſuper vobis fatalia fila*] *vitalia* Mazoch. Toſcan. Ambroſ. Moral. Ald. la Sena, Gruter. Ferret. & in Pighii Inſcr. MSS. *crudelia* Boiſſard. adhaerent haec Claudiano II. in Eutr. 460.

——— hic, dum tua vellera vitas,
Tandem fila tibi neverunt ultima Parcae.

9. *lucemque animamque*] *vitamque* Jacobon. *animaſque* Boiſſard. *animaſque* Bonada.

11. *Nobis porro alia eſt trino de numine Fati*] ſic Pith. Fabric. & Bonada. *porro eſt* Jacobon. *Nobis nomine* Ald. Ambroſ. Moral. & Ferret. *trino de numine fati* Toſcan. Jacobon. apud Boiſſardum. *Vobis porro una ſi trino denumine fati. denemine* Gruter. & la Sena. quod probabat Broukhuſius, qui in Adverſariis Ling. Lat. haec notaverat; *denere antiquos dixiſſe vero ſimile eſt. certe deneme is non aliunde poteſt venire. quae vox legitur apud Gruter. Inſcr.* p. DCXC. 5. *Nobis porro alia eſt trino denemine fati Dicta dies leti. Neque aliter legitur in codice Pighii MS.* Sed male apud Gruterum ediderunt juncta voce *denemine*, quae ſeparanda fuerat *de nemine*. ut apud Mazoch. & ſic clare inveni in duobus apud me codicibus apographis ineditarum Inſcriptionum Pighii, deſcriptis

ex

Visum ollis tacito arbitrio, cum lege perenni,
Sisti quae cunctos jubet ad vadimonia mortis.

Ep. CCXXXI.

NINNIA. CRONIS

VIX. AN. III. M. X. D. XXV.

Quod decuit natam patri praestare sepulto,
Hoc contra natae praestitit ipse pater.

Ep. CCXXXII. C. CANINIUS C. F. ARN. LABEO PATER.

Omneis mei heic sunt. filius illum manu,
Ille illam merito misit, & vestem dedit.
Quoad vixsi, vixsere omnes una inter meos.
Eumdem mi amorem praestat puerilem senexs.

Monu-

ex eodem codice Sixiano, unde habuit Broukhusius, ut plus semel testatur in notis ad Propertium. *nemen* vero, Graecis *νῆμα*, stamen est, a *nere*. unde *netorium* Isidoro. vide Voss. de Vitiis Serm. Nolim tamen Broukhusio obluctari, & adfirmare *denemen* omnino abjiciendum, idque deterius esse *subtemine*, quod in codd. MSS. passim cum *subtegmine* commutatur, neque *denere* tam probae notae verbum esse, quam *pernere* apud Martial. Lib. I. Ep. 89.

Cum mihi supremos Lachesis perneverit annos.

ex quo loco Heinsius idem verbum reddendum censuit Sabino Epist. I. Ulyx. ad Penelop. v. 71.

Necdum illi Lachesis dictos perneverat annos.

nunc in editis est *numeraverat*. sic & *tenere* apud Albinovan. Epicedio Drusi v. 444.

Stant rata, non ulla fila tenenda manu.

ubi olim *tenenda* male legebatur. vide illic Heinsium. *fila* enim Parcarum *nulla manu tenenda* elegantissime dicuntur, ut *Fatorum nulli revolubile stamen* Propertio Lib. IV. El. 7. 51. quod recte tuetur Broukhusius, pro *revocabile*. Ceterum *trino de nemine Fati*, pro Parcarum, ut in alio Epigrammate Telephi & Potii supra edito, Ep. XXXIV. *tria Fata* pro tribus Parcis,

Debita cum Fatis venerit hora tribus.

ubi notas vide. Si quis tamen vulgatam praeferat, firmare eam potest loco Virgilii Ecl. IV. 47.

Concordes stabili Fatorum numine Parcae.

quem imitatur auctor Ciris v. 125.

Concordes stabili firmarant numine Parcae.

ubi Tollius etiam *nemine* legebat. quod inprobavi ad T. I. hujus Anth. pag. 281. quia alia illorum scriptorum, alia hujus Epigrammatis ratio est.

tacito arbitrio] Horatius Lib. IV. od. 7. 22.

——— *cum de te splendida Minos*
Fecerit arbitria.

Propert. III. 17. 27.

——— *Minos sedet arbiter Orci.*

Statius Lib. V. Sylv. I. 185.

Non in te Fatis, non jam Caelestibus ullis
Arbitrium.

12. *quam propagare suopte*] *prorogare* male apud Smet. quia id metro adversatur.

Ep. CCXXXI. NINNIA CRONIS. *Quod decuit natam &c.*] est apud Lips. in Auctar. Smetiano p. 47. Gruter. pag. DCXCVII. 9. Ferret. Lib. III. pag. 170. Labbaeum P. I. Thes. Epit. vet. p. 48. Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 165. Boissard. P. III. Antiqq. Tab. 127. ubi Inscriptio praefixa convenit cum Pithoeo p. 130. cui consentit codex Buchel. sed male apud Ferret. NINNIA CRRONIS. & Jacobon. NINNIA CORNIS. Supplendum hinc est lacerum initio versuum hoc distichon in Inscriptt. Donianis Cl. X. N. 64. pag. 369. ubi ex schedis Manutianis Bibliothecae Vaticanae hoc modo editum:

NINNIA
VIX. AN. III.
QVOD DECVIT NATAM. . . . . .
HOC CONTRA NATAE PAR. . . . .

Ep. CCXXXII. C. CANINIVS C. F. ARN. LABEO PATER. *Omneis mei heic sunt &c.*] Legitur apud Lipsium in Auctar. Smetian. pag. 41. in fin. Gruter. p. 864. 4. Ferret. p. 179. Pith. p. 130. Fleetwood p. 294. Labbaeum Thes. Epit. vet. P. I. p. 16 & Fulv. Ursin. de Famil. Rom. in gente Caninia p. 49. apud quem primo versu *Omnes hei mei sunt*, ut apud Lips. Gruter. Ferret. & in cod. Bucheliano. in ed. Pith. *Omnei mei hei sunt.* v. 2. *missis* Ursin.

Quoad vixsi, vixsere &c.] producit Casaub. ad Suet. Ner. cap. 33. notanda scriptura *vixsi*, *vixsere*, &

Monumentum indicio'ſt ſaxo ſeptum ac marmore,
Circum ſtipatum moerum multis milibus.

EP. CCXXXIII. MVRRAE. ET. VERECVNDO. MVRRANI. FILIIS.

Qui legis has pueri muribundas perlege voces,
Et lachrimam fatis da gemitumque meis.
Murra patris primum referens e nomine patrem
Amborum effigiem matre favente tuli.
Bis mihi ſeptenos aetas oſtenderat annos,
Certaque jam noſtri fama pudoris erat.
Cum ſubitae. . . . . pro fallax cauſſa fuiſti
Luſus, & aequalis non inimica manus.
Nam temere emiſſus non ad mea funera clavus
Haeſit, & in tenero vertice delituit.
. . . . primum perculſi volnere, manes
Parcite jam luctu ſollicitare meos.
. . . . poſuiſtis funere nati
Trimus & in decimo menſe ſepulte jaces.
. . . . vocarunt
Immunes, noſtris oſſibus urna ſat eſt.

EP. CCXXXIV. IVLIA. QVINCTI. RANCI. FILIA.

..*iberti Proti quoi fatum grave
... riac ac finem vitae ſtatuerunt.

et

& *ſenexs*, quod in antiquiſſimis monumentis frequens. & hic firmatur a cod. Buchel. ſupra in Epitaphio Vibiae Phrynes, Ep. CXCVI.

Cara meis vixſi, ſubito fatale rapina.

apud Gruter. p. DCCCLXI. 1.

QVI. VIXSIT. ANNIS. XXI.

ita PAXS, ALEXSANDREA, & ſim. vide Pier. ad Virg. VII. Aen. 648. & VXSOR apud Gruter. pag. DCCLVI. 1. p. DCCXCIII. 6. & DCCCIL. 8. EXSEGERE p. DCCCXCIX. 5. dein *omnes una inter meos* in cod. Buchel. & apud Urſin. Lipſ. Gruter. & Ferr. quos ſecutus ſum. hiat enim verſus in ed. Pithoei, in qua legitur, *vixere omnes inter meos.* ſed in Emend. ad Epigr. p. 464. monuit *una* hic inferendum eſſe.

Eundem mi amorem praeſtat puerilem ſenexs] amplector conjecturam Cl. Henr. Cannegieteri, qui in notis ad Avien. Fab. XXIV. p. 148. corrigit,

Eundem mi amorem praeſtat puer item ſenex.

EP. CCXXXIII.] Optimum hoc, ſed in fine lacerum, monumentum petitum eſt e ſarcophago, qui duo corpora fratrum continebat, Murrae annos XIV nati, & Verecundi, annorum trium, & decem menſium; quorum primus funeſto clavi ictu interiit, qui ab amico projectus temere ejus ſauciavit verticem. quod diſticho quinto indicatur. Legitur autem apud Sponium in Miſcell. erud. Antiq. pag. 173. ex quo habet Bonada Vol. II. Cl. VII. p. 249. edidit etiam Fleetwood Syllog. Inſcr. p. 205. & Almeloven. p. 36.

oſtenderat] forte *compleverat.* vide ad Epitaph. Atimeti & Homonoeae Ep. CXLII. 7.

Cum ſubitae.....] adde *mortis.* & ſic apud Bonadam. ut ſupplendum eſſe conjecit etiam Fleetwood.

v. 11. . . . . . *primum perculſi volnere*] forte ſupplendum *At vos qui primum.* pentameter adhaeret eidem Homonoeae epitaphio, Ep. CXLIV.

Parce tuam, conjux, fletu quaſſare juventam,
Fataque moerendo ſollicitare mea.

ubi vide notas. ultimo verſu, *noſtris oſſibus urna ſat eſt*, ut ſupra Ep. CLXXXIII. *Et ſatis ad manes ſufficit urna mihi.*

EP. CCXXXIV. IVLIA QVINCTI RANCI FILIA] Carmen hoc initio priorum verſuum valde truncatum ediderunt Mazoch. pag. CLI. Aldus Orthogr. in *lacrymae* p. 465. Pithoeus p. 130. bis Gruter. pag. DCCCCXLII. 2. & p. DCCCCLXXIX. 1. & Ferret. Lib. IV. p. 261. qui praeter morem hic Mazochium non Gruterum ſecutus eſt, licet neminem indicare ſoleat.

&

...et bis decem annis nata indigniter
.oncepit liberum femen duplex
..pareret patrono auxilium ac decus
.....ta commoda atque incommoda
..os eripuit fuis parentibus
. .ummo in luctu ac follicitudine
....rio gnatae fletus in dies.
Edunt iibei effe talem ereptam filiam

Pater

& fic Fleetwood p. 316. partem tantum hujus epigrammatis, feptem verfibus conftantem, a v. 10. ufque ad v. 16. edidit G. Fabricius, fed plurimis aliter interpolatis, in Monum. Antiq. p. 138. & feq. In meo etiam Perotti codice omittuntur novem priores verfus; fed reliquos ad finem ufque integros habet, excepto folo illo verfu *Definite luctu* &c. Merentur infpici Animadverfiones poft Gruterum editae in noviff. edit. p. cccl. quarum ope, & collatis Mazochii, Gruteri, ac Ferretii editionibus, fic refarciri poffent mutilata,

IVLIA. QVINCTI. RANCI. FEILIA.
Liberti Erotis, quoi fatum grave
Parcae ac finem vitae ftatuerunt,
Vixit bis decem annis nata indigniter,
Concepit liberum femen duplex,
Ut pareret patrono decus & auxilium:
Poft multa commoda atque in commoda
Mors eripuit fuis parentibus
Summo in luctu ac follicitudine
Defiderio gnatae fletus in dies.

reliqua in codice Perotti nonnihil differunt a Pithoei editione. v. 10. *Edunt fibei talem ereptam filiam.* apud Gruter. *Edunt fibei effe.* forte pro *Dolebunt.* mox verfum ondecimum omittit idem codex, qui apud Gruterum interpofitis punctis etiam defideratur fed apud Mazochium & Ferret. fic legitur,

Pater mei & genetrix germana oro atque.

Scriverius autem fupplebat *oro ac precor.* Pierius ad Virg. I. Aen. 594. ex monumento ipfo, quod Romae in hortis Caroli Stellae extitiffe teftatur, hunc cum tribus fequentibus ita profert,

Pater mei & genetrix germana oro atque o
Definite luctu queftu lacrumas fundere.
Sei in vita jucunda vobeis voluptatei fuei,
Viro atque ameiceis noteifque omnibus.

& fic fere Stewech. Quaeft. Apulej. ad Lib. de Dogm. Platon. init. p. 155. fed apud quem *Frater mei & genetrix* &c. quod autem Pierius auctoritate hujus lapidis *genetrix* fcribendum contendat, contrarium ex aliis monumentis vetuftis probat Aldus Orthogr. pag. 353. fed a parte Pierii ftant Lambinus ad init. Lucretii, Columna ad Ennium p. 42. & fine VENERI GENETRICI paffim etiam legitur in numis Sabinae, Fauftinae, aliarumque Auguftarum. Sed pergamus. v. 13. *Sei in vita vobis jucunda voluptatei fuei* in eodem Perotti Codice. & v. 15. *fatum fe ita tulit.* ac denique verf. ult. *Aeternam, ubei omnes pariter aevom degant.* initio pro *Proti*, ut vitiofe apud Pith. & Ferret. fine dubio fcribendum *Erotis.* nam apud Gruter. . . . EAT EROTI. *Eros* & *Phileros* obvium nomen in antiquis infcriptionibus. Secundo verfu *Parcae* recte dedit Gruter. & Ferr. ARCAE Mazoch. v. 3. . . . T. BIS. DECEM. ANNEIS idem Mazoch. Gruter. & Ferr. *Vixit* fupplendum. v. 14. *Concepit leiberum femen duplex* Mazoch. & Ferr. fed. . . *cepit liberum femen.* . . apud Gruter. omiffo *duplex.* v. 6. . . . *ta commoda* apud Mazoch. & Ferr. . . TA deeft Grutero. *poft multa* fuppletur in Animadverfionibus Operi ejus fubjectis. v. 7. *reliquit* poffet legi, pro *eripuit*, fletus nempe. v. 8. *fummo in luctu ac folicitudine* Mazoch. & Ferr. *ac follic.* . . Gruter. an forte, *Summo in luctu ac fummo in folitudine.* nam *folitudo* eleganter de iis, qui filiis, & uxore, ut in hoc epitaphio, orbati funt. & proprium eft illorum, qui ab omnibus deftituti ac derelicti funt. Terent. Andr. I. 5. 55.

Per tuam fidem, perque hujus folitudinem
Te obteftor, ne abs te hanc fegreges, neu deferas.

ubi in aliis *folicitudinem* legi, vel ex ipfo Donato liquit. Cic. pro Rabirio cap. I. *idcirco in his rebus evertendis unius hominis fenectus, infirmitas, folitudoque tentata eft.* fic de orbitate *folitudinem Catonis* dicit Lib. XIII. ad Att. Ep. 6. de eo qui carebat parentibus. *defolati* aliter dicuntur, de quo fupra ad Ep. XIII. 5. v. 9. ex fuperftite membro ... *rio* ut omnes edunt, conjeci *Defiderio.* Sequentes verfus folos, praepofito titulo falfo MARITAE DEFVNCTAE, cum FILIAE effe ipfum epigramma indicet, dedit G. Fabricius, longe ab aliis editoribus diverfos, neque admonito lectore, unde defumferit, hunc in modum,

Lugent fibei effe talem ereptam filiam
Mei parentes, & genetrix, germanaque:
Definite luctu quaefo lacrumas fundere,
In vita fei jucunda, & voluptatei fuei,
Viro atque ameiceis atque noteis omnibus.
Nunc quoniam fatum fe ita tulit, aequo decet
Animo vos ferre, concordefque vivere.

omiffis

Pater mei & genitrix germana, oro, atque
Desinite luctu questu lacrumas fundere,
Sei in vita iucunda vobis voluptatei fuei,
Viro, atque ameiceis, noteisque omnibus.
Nunc quoniam fatum se ita tollit, animo volo
Aequo vos ferre concordesque vivere.
Quas ob res hoc monumentum aedificavit
Suae gnatae, sibeique uxori hanc constituit.
Aeternum ubei omnes pariter aevum degerent.

EP. CCXXXV. T. PETICIVS. L. F. CHIRVRGVS.

Labore & cura vivus perfeci hanc domum,
Sed filio ante huic homini jucundissimo
Paravi tribus, ubei ossa nostra adquiescent.
Mors me adsequetur, tunc mihi demetur dolor.
Valete, & memores este pietatis Patris.

EP. CCXXXVI. Q. MARIVS. OPTATVS.

Heu iuvenis tumulo qualis jacet abditus isto!
Qui piscem iaculo capiebat, missile dextra

Aucu-

omissis tribus ultimis versibus: quorum penultimum sic constituendum opinor,

Suae gnatae sibique domum hanc constituit
Aeternum, ubi omnes pariter aevum degerent.

Aeternam enim in cod. Per. & apud Mazoch. *Aeternum* Gruter. Ferret. & Pith. ut ad *aevum* referatur. sed *aevum degere*, sine voce illa addita, propriam de aeternitate locutionem esse patet ex iis, quae notavi ad epitaphium Sabellii, Ep. XLVIII. ubi occurrit:

Nunc etenim vivis: nunc & felicius aevum
Ducis, ab humana conditione procul,

quo loco *fidelibus* pro *felicius* ex schedis Farnesiis dedit Muratorius Tom. IV. pag. MCMXXXIV. 11. In Animadversionibus ad Gruter. sic corrigunt,

Suae gnatae, sibique, uxori hanc constituit domum
Aeternam, ubi omnes &c.

certe nisi *domum* addatur, *hanc* nullam habet vocem, cum qua jungatur. eleganter autem *domus aeterna* pro monumento sepulcri, quod in epitaphiis frequens esse, multis exemplis notavi ad Epigr. Sabidis Ep. CXLIX. ubi legendum ostendi,

Hic jacet aeterna Sabis humata domo.

non *Hac jacet aeternum*, ut apud Pithoeum aliosque editur.

EP. CCXXXV. *Labore & cura*] ediderunt Reinesius Cl. XII. Inscr. 127. p. 692. Mutius Phoebonius Hist. Marsor. Lib. III. cap. 4. Gudius pag. CCXLI. 12. Fleetwood pag. 210. & a Gorio ad se missum, illis innominatis, produxit Murator. Tom. II. p. CMLXIX. 9. ubi v. 1. *vivos*. v. 3. *ubei ossa nostra adquiescerent*. & v. 4. *Mors me ante adsequetur, & tunc demetur mihi dolor*, quae male interpolata sunt. Initio dedit Reinesius,

T. PETICIVS. L. F. CHIRVRGVS *hanc domum*
Labore & cura vivus perfeci.

cum Reinesio convenit exemplum hujus Epigrammatis in Libro Inscriptt. MSS. Heinsiano, qui descripserat ex Ligorio. Secundo & tertio versu forte legendum,

Sed filiom ante huic homini jucundissimo
Paravi tribus, ubi ossa nostra &c.

vel si mavis,

Paravi, simul ubi ossa &c.

hoc sensu, huic T. Peticio, homini jucundissimo, hoc sepulcrum paravi ante filium defunctum, & ante me, eodem tumulo condendos. adeoque tribus destinatum erat monumentum. eodem modo, ut infra Ep. CCXLIV.

Debuimus tecum poni materque paterque,
Ut tribus haec miseris urna parata foret.

In fine *memores estis pietatem patris* apud Gudium, & Murator.

EP. CCXXXVI. Q. MARIVS OPTATVS] Habet Martinus de Roa in Antiq. Hist. Eciiae p. 8. Rudericus Carus in Antiquitatibus Sevillae Lib. III. pag. 101. qui adfert ex Ambrosio Morali, apud quem legitur in Antiquitatibus Hispaniae p. 31. b. ubi testatur inventum inter Cordubam & Hispalim, in domo Augustini Olivae, in marmore candido, cujus pars dimidia perierat, unde conjicit ali-

quot

Aucupium calamo praeter ſtudioſus agebat.

quot verſus deëſſe. primo autem, qui in fine mutilus fuerit, ſupplet *facet abditus iſto.* ut Scriverius etiam margini codicis ſui adſcripſerat. & ſic Occo in Inſcr. Hiſp. p. XVII. 4. Gruterus, qui inter Spuria retulit, pag. XVIII. 4. & Ferretius Lib. V. p. 320. male igitur apud Pith. pag. 131. primo verſu *qualis aiet.* . . . . . & in fine *abditus iſte*, ut fruſtum lacerum carmini ſubjicitur, oſcitantia illius, qui editionem curavit. nam in Emend. ad Epigr. pag. 464. monet illud, quod in fine ſubjungitur, additum fuiſſe ad marginem ſupplendo primo verſui. Marmor ipſum, cui hoc Epigramma inſcriptum fuit, olim ex urbe Hiſpaniae Ilipa Cordubam tranſlatum eſſe, notat Greg. Majanſius in Epiſtola I. huic Volumini praefixa pag. XIV. & XV. ubi verſu ſecundo *captabat* adſert. Sed quod ineptum vocet epigramma, nimis ſevere judicat, idque corruptae ejus lectioni tribuendum arbitror.

Aucupium calamo praeter ſtudioſus agebat] Illud *praeter* procul dubio mendoſum eſt. N. Heinſius Lib. III. Adverſ. cap. 1. legebat, *calamo crate & ſtudioſus agebat.* ſed praefero alteram viri ingenioſiſſimi emendationem *praedae ſtudioſus agebat.* quae adeo certa videtur, ut fere eam in textum recepiſſem. *aucupium calami* hic intelligendum de arundine viſco obducta, & *miſſile* ideo dicitur *aucupium*, quia plurimarum arundinum, quae extendi poterant, feriem auceps, ſi avem in ſummo arboris culmine videret, tacita manu in altum erigebat, donec creſcente earum ordine volucris corriperetur, & inhaereret viſco, quo ſuprema arundo erat circumlita. unde Silius Ital. XIV. 262. *ſeu coelo libeat traxiſſe volucrem. calamum* etiam vocat Propertius Lib. II. El. 15. 24.

Haec igitur mihi ſit lepores audacia molles
Excipere, & ſtructo figere avem calamo.

ubi vide Broukhus. *ſtricto calamo* illic perperam in multis codicibus MSS. Facit huc epigramma Erycii in Antholog. Gr. Lib. IV. Tit. XII. Ep. 84. cum quo, & duobus aliis ineditis Leonidae Tarentini & Satyri epigrammatibus, ſuo loco & tempore comparabimus illa ejuſdem Propertii Lib. III. El. XI. 43.

Et leporem quicumque venis venaberis, hoſpes,
Et ſi forte meo tramite quaeris avem.
Et me Pana tibi comitem de rupe vocato,
Sive petas calamo praemia, ſive cane.

Auctor Octaviae v. 410. loco vexato, quem ſic conſtituit Heinſius,

——— *quod ſequi curſu feras*
Auderet acres, fluctibus tectos cavo
Extrahere piſces rete, vel calamo, aut brevi
Decipere volucres crate, cervos & leves
Tenere laqueo.

ubi merentur legi eruditae Gronovii notae. Silius Italicus Lib. VII. 676.

Ut qui viſcata populatur arundine lucos,
Dum nemoris celſi procera cacumina ſenſim
Subſtructa certat tacitus contingere meta,
Sublimem calamo ſequitur creſcente volucrem.

ut recte emendavit Heinſius, cujus & doctiſſimi Drakenborchii notae plura de hoc aucupio ſuppeditant. *creſcentem* vero *calamum* quem illic dicit Silius, *creſcentem arundinem* vocat Martialis Lib. XIV. Ep. 216. cujus inſcriptio eſt *calami aucupatorii:*

Non tantum calamis, ſed cantu fallitur ales,
Callida dum tacita creſcit arundo manu.

& Lib. IX. Ep. 54.

Et creſcente levis traheretur arundine praeda;
Pinguis & implicitas virga teneret aves.

qui locus etiam *praedae* hic vindicat. vide illic Gruterum in notis poſterioribus, ubi quod addat ſe plura de *creſcente* aucupum *arundine* notaſſe in Suſpicionibus, de ineditis capiendum eſt, nam fruſtra id in paucis, qui prodierunt, rari opuſculi libris quaeras. talem *arundinem* aucupatoriam Vertumno etiam dat Propertius Lib. IV. 2. 33.

Caſſibus impoſitis venor, ſed arundine ſumta
Faunus plumoſo ſum Deus aucupio.

Petronius cap. 40. *Parati aucupes cum arundinibus fuerunt.* & c. 109. *Ecce per antennam pelagiae conſederant volucres, quas textis arundinibus peritus artifex tetigit. Illae viſcatis illigatae viminibus deferebantur ad manus.* ad quae loca etiam nonnihil conferunt Interpretes. hinc ad aucupium feminarum non invenuſte transfert Piſtoclerus apud Plautum Bacchid. I. 1. 17.

Viſcus merus veſtra eſt blanditia. &c. *quia enim intellego,*
Duae unum expetitis palumbem. perii, arundo alas verberat.

ut optime reſtitutum a viris eruditis, pro corrupta vetuſtarum editionum lectione *parva hirundo alas verberat.* vide illic Gronovium. & Lib. III Obſerv. cap. 18. & ſic apud Plautum eſſe legendum, firmat locus Valerii Fl. VI. 262.

Si quis avem ſummi deducat ab aëre rami,
Ante manu tacita cui plurima crevit arundo,
Illa dolis viſcoque ſuper correpta ſequaci
Implicat ramos, atque irrita concitat alas.

ubi vide G. Voſſium. his adde quae notavit Heinſius ad Virg. VI. Aen. 206. & quae dedi ad Tom. I. hujus Operis p. 499.

E P.

EP. CCXXXVII.

MAXIMVS. MAXIMINVS. PRIMITIVVS. ROSCIO
PRIMITIVAE. FILIAE.

Quae tibi dum ftaret pater ad torum, fic ait: O mifer,
Quid gemis & lachrymas? quod te, miferande, relinquo.
Te non turbemus, ifta fatalia dantur.

EP. CCXXXVIII.

D. M.
LABERIAE. ALEXANDRIAE
QVAE. VIX. AN. X. M. V. D. VII.
ET. SILVANO. Q. V. AN. VI. M. V. D. XIII.

Hoc in farcophago genitrix duo corpora natos
Condidit infelix, femperque habitura dolorem;
Quo fuperat vivet, vitamque miferrima ducet
Conjuge praerepto, genitor quibus ipfe mifellis
. . . . ,

EP. CCXXXVII. MAXIMVS MAXIMINVS PRIMITIVVS &c.] fic eft apud Pithoeum p. 131. ex Alciato, Merula, & Morigia Lib. IV. Hift. Mediol. edidit Gruterus pag. CCCCXXXVII. 4 praefixitque Infcriptionem,

V. F. D. M.
MAXIMVS. MAXIMINVS.
PRIMITIVVS. VI VIR.
MEDIOLANI.
SIBI. ET. ROCIAE.(l.ROSCIAE) SECVNDINAE. CONIVGI.
INCOMPARAB QVI (f. QVAE) VIXIT. ANNIS.
XXI. ET. ROCIO. (f. ROSCIO) MAX. MAXIMINI
FILIO. QVI. VIXIT. AN. VNVM. M. VI.
ET ROCIAE. (f. ROSCIAE) PRIMITIVAE. FIL.
PIENTISSIMAE fequente carmine,
cui fubjungitur,
QVI. (f. QVAE) VIX. ANN. XVIII.
M. VI. IN. AGR. P. XIX. IN. FR.
P. X I X.

ex qua patet, epitaphium effe pofitum uxori Rofciae Secundinae, filio Rofcio, & filiae Rofciae Primitivae, adeoque truncatum titulum dediffe Pithoeum fed unus forte numerus excidit ex annis Rofciae Secundinae conjugis, & reponendum XXXI. vel XLI. nam filiae dantur anni XVIII. carmini vero deeffe nonnullos verfus fufpicor. Eamdem hanc infcriptionem etiam inveni in meo codice apographo Infcript. veter. Mediolanenfium Alciati, cujus notam & hic quoque fubjungam: *Hoc vetuftiffimum Epitaphium in Divi Auguftini templo, quod fanctimoniales virgines incolunt, pro januae ipfius fulcro cernitur, in quo difticbon elegans adeft uno tempore fraudatum.* verfu primo Scriverius legebat,

Quae tibi dum ftaret pater ad torum, ait mifer o fic,

metro quidem falvo, fed fi numeris tam duris hic verfus ab auctore fuerit formatus, praeftiterit forfan, *Quae mihi, dum ftarem pater ante torum, o mifer, inquit,* in fine etiam corrigendum videtur *iftbaec fatalia dantur.*

EP. CCXXXVIII.] fic editur in Infcriptionibus Gudii pag. 839. inf. 5. licet aliter nonnihil apud Gorium in Infcript. Donianis Cl. X. 2. p. 354. Vignol. p. 252. & Murator. T. II. p. MCLXXXI. 4. quos fecutus eft Bonada Vol. II. p. 240. apud illos enim v. 2. *femper fubitura dolore Quos fuperat* &c. Ego praetuli lectionem Gudii, qui hoc Epitaphium ad tempora Caracallae refert. vel legendum *Quod fuperat, vivet*, quod reliquum vitae ducit. *fuperare*, pro fuperftitem effe, veteribus frequens. ultimus verfus, qui defideratur, fic apud Bonadam fuppletur,

——— *quibus ipfe mifellis*
Et fibi condiderat vivens commune fepulcrum.

fed frufta haec antiquitatis lacera alia arte fupplenda, vel potius fuae forti relinquenda arbitror, quam totos verfus ex aliis Epitaphiis indagare, quibus infertis lacunas ejufmodi farciamus.

Ep. CCXXXIX.

Nunc pater & mater nato fecere fepulcrum,
  Offaque funeftis fluctibus adluerunt.
Sed quoniam multi talem fenfere dolorem,
  Nec quifquam leti vincere vim potuit.
Definite extinctum dulces me flere parentes,
  Definite & fati triftia jura queri.

Ep. CCXL. FELICITATI.

Quod dulcis nati, quod cara pignera praeftant,
Continet hic tumulus, membra qui parva retentat.

Dolo-

Ep. CCXXXIX.] apud Gruter. pag. MCXXVI. & Bonadam Vol. II. p. 242. fed qui omifit verfuum, fragmina, quae ad latus dextrum a Grutero fuerunt adpofita hoc modo:

. . . . . . *erat annus*
. . . . . *or exanimis*
. . . . . *re virili*
. . . . . . *deis*
. . . . . . *curfus*
. . . . . *ante meis.*

quae inveni etiam in cod. MS. Pighiano, ex quo Gruterus edidit. fecundo verfu *abluerunt* legendum monui ad Lib. I. Epigr. 22.

Ep. CCXL. FELICITATI.] vetuftis epitaphiis inferuit Pithoeus p. 131. Tofcanus poft Carm. Illuftr. Poët. Ital. T. I. pag 95. & Ferret. Lib I pag. 75. licet hic in notis propter fubfcriptionem DEP. IN. P. id eft DEPOSIT. IN PACE, ad Chriftiana retulerit, quia haec formula in epitaphiis aevi Chriftianorum obvia. Gruterus certe inter monumenta Chriftianorum edidit pag. MLII. 10. & Fleetwood pag. 398. ex Pyrrhi Ligorii Antiquitatum Libro MS. etiam defcripfit N. Heinfius in fuo Infcriptt MSS. Codice. *Felicitas* hic pueri nomen eft, fi fana lectio, *Quod dulcis nati*, quum aliter fit Feminae. vide infra ad Geruntii & Conftantii Epitaphium. Ferretius tamen de puella intellexiffe videtur, nam fubfcriptionem explicat DEPOSITA IN PACE, & *Felicitas* nomen *defunctae* effe notat. quod firmat v. 4. *falfo cognomine dicta*. Itaque verfu primo legendum, *dulcis natae*. ex Tofcano etiam edidit Bonada Vol. II. pag. 318.

1. *Quod dulcis nati, quod cara pignora praeftant*] quamvis continuo in leges metricas epigramma offendat, primum tamen hunc verfum fic ab auctore relictum vix opinor. Aut fallor, aut carminis initium, cui ceteroquin nullus conftat fenfus, legendum hoc modo:

Quod dulcis natae (vel dulci e nata), quod caro e pignore reftat,
Continet hic tumulus, qui parvula membra retentat.

fic eleganter dictum erit *quod reftat e caro pignore*, ut apud Ovid. XII. Met. 615.

Jam cinis eft, & de tam magno reftat Achille,
Nefcio quid, parvam quod non bene compleat urnam.

& Lib. II. Faft. 621.

Scilicet a tumulis, &, qui periere, propinquis,
  Protinus ad vivos ora referre juvat.
Poftque tot amiffos, quidquid de fanguine reftat,
  Adfpicere, & generis dinumerare gradus.

quae loca emendationem hanc certam praeftant. Idem Epicedio Tibulli Lib. III. Am. 9. 60.

Si tamen e nobis aliquid, nifi nomen & umbra,
  Reftat, in Elyfia valle Tibullus erit.

& Lib. IV. Trift. 10. 85.

Si tamen extinctis aliquid, nifi nomina, reftat,
  Et gracilis ftructos effugit umbra rogos.

Propertius Lib. II. El. 25. 53. loco vexato:

Nec fi poft Stygias aliquid reftabit ab undas.

cujus fenfus effe poffit, Nec fi poft obitum aliquid e nobis fupererit ab undas Stygias, licet aliter vulgo intelligatur, & in plurimis codd. *reftaverit* fit. de quo ad ipfum Propertium plura. hinc forte apud Cic. III. Catil. cap. 10. in fin. legendum, *cum hoftes veftri tantum civium fuperfuturum putaffent, quantum infinita e caede reftitiffet*, id eft reliquum fuiffet. aliter *infinitae caedi reftitiffet*, ut in vulgatis, capi debet, pro repugnaffet, fe oppofuiffet. fed alterum fenfui praecedentium verborum magis adcommodatum videtur. Ceterum *retentat* ex aevi illius Latinitate dictum, pro *retinet*, tegit. nifi quis *receptat* reponendum exiftimet, ut tumulus *membra receptare*, tamquam fupremo hofpitio, paulio melius dicatur. de qua verbi fignificatione adi notas Patrui mei ad Claudian. I. in Rufin. 308. ubi pro *receptas* eadem varietate in multis codd. *retentas*. Lucret. II. 1000.

Cedit item retro, de terra quod fuit ante,
In terras: & quod miffum eft ex aetheris oris,
Id rurfum coeli relatum templa receptant.

hue

Dolorem ſine fine dedit Felicitas; iſto
Clauditur infelix falſo cognomine dicta.
Nam cui prima dies in lucem protulit annos
Quatuor, & male cum quintum ſumeret ortum,
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.
Haec mater & genitor conſcribunt carmina buſto,
Quo legenti ſimul redeat ſub corde figura,
Et ſiccato ſaepe madeſcant lumina fletu.
Sic medicatur amor, nec curant carmina manes.

DEP. IN. P. PIE. KAL. IVL. D. N. THEODOSIO
AVG. ET. FL. RVMORIDO V. C. CONSS.

EP.

hoc refer verſus illos apud Cic. I. Tuſc. 44.

Neque ſepulcrum, quo recipiat, habeat portum corporis,
Ubi, remiſſa humana vita, corpus requieſcat a malis.

3. *Dolorem ſine fine dedit Felicitas*] ineptiſſimus verſus, vitiis duobus metricis monſtroſus. *Felicitas* tamen, ultima brevi, illius ſeculi genio adſcribere liceret, ut nomen proprium poſſet in hoc carmine locum invenire, & acumini iſti *Felicitas falſo cognomine dicta* anſam dare. ſed *Dolorem* prima correpta excuſari nequit, niſi *Moerorem* ſubſituamus. ut in verſibus apud Cicer. I. Tuſc. cap. 49.

Mors mea ne careat lacrimis; linquamus amicis
Moerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Sed & alia in hoc epitaphio peccata his non minora tolli nequeunt. niſi conjecturis liberioribus, ut ſi v. 6. reſcribamus,

——— *& male cum quintum conſumeret ortum.*

neque enim pro *male* cum Scriverio *mane* corrigendum. v. 8. ſcribere debuiſſet carminis artifex, *Haec pater & mater* (vel *genitrix*) *conſcribunt carmina buſto.* quanquam *mater* prima correpta etiam in aliis non melioris aevi epitaphiis haud raro occurrat. poſt hunc autem verſum in apographo Heinſii Ligoriano ſpatium eſt lineis interpoſitis, tamquam ceteri verſus a prioribus divulſum & ſeparatum efficiant fruſtum. v. 9. tranſponenda eſſent verba, ut legi metricae conſuleretur,

Quoque ſimul redeat ſub corde figura legenti.

vel *legentis.* ut figura vel imago pueri defuncti ſimul redeat ſub corde legentis. vel legenti redeat ſub corde. & verſu ſequenti,

Luminaque ut fletu ſiccato ſaepe madeſcant.

ſimili fere ſenſu, quo Tibullus Lib. I. El. 1. 72.

Illo non juvenis poterit de funere quiſquam
Lumina, nec virgo, ſicca referre domum.

ſic diſtingue ex vetuſtiſſimo codice Eboracenſi, ut *lumina ſicca* conjungantur. male vulgo *non virgo ſicca.* Sed ſua potius his verſificatoribus relinquamus. ſeptimus verſus *Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo* totus e Virgilio eſt. quem etiam ſuum fecit auctor epigrammatis apud Fabrett. pag. 190. quales ex antiquis poëtis alibi quoque his ſepulcralibus monumentis intruſi ſunt. Exempla aliquot ſupra dedi ad Ep. XXX. p. 27. quibus adde illud ex Virg. XII. Aen. 417.

Non haec humanis opibus, non arte magiſtra.

qui verſus legitur in epigrammate aevi Chriſtiani apud Fleetwoodum pag 389. & ſimilis notae eſſe opinor, a quo incipit Epitaphium apud Labbaeum P. II. p. 118. & Murator. T. IV. p. MCMXCIX. I.

Quid loquar aut ſileam? probibet dolor ipſe fateri.

ſic in Epitaphio Probi inter Chriſtiana apud Gruter. pag. MCLXXVI. & Sirmond. ad Ennod. p. 36. illud *Ante annos animumque gerens aetatis avitae* deſumtum eſt ex Virg. IX Aen. 311. *Ante annos animumque gerens, curaſque viriles.* & verſus Ovidii de Dea Egeria inſculptos lapidi, qui exſtat in villa Juſtiniana, teſtatur Montfaucon Diar. Ital. p. 153. Subſcriptio denique ſic habetur in Ligoriano apud Heinſium,

DEP. INP. DIE KAL. . . . . IVLIAS
D. N. THEODOSIO. AVG. ET FL. RVMORIDO
V. C. CONSS.

ſed edidi DEP. IN. P. puncto interpoſito. nam vitioſe etiam in Pith. ed. Pariſ. INP. PIE. & in Genevenſi IMP. PIE. An forte pro DIE? ut in Ligoriano apographo; unde emendandum reor, DEP. IN. P. PRIDIE KAL. IVLIAS. Addit autem Ferretius pro illis V. C. CONSS. ut etiam apud Gruterum

EP. CCXLI.

Rapta ſinu matris jacet hic miſerabilis infans,
Ante novem plenos Lunae quam viveret orbes.
Hanc pater & mater moeſti flevere jacentem,
Parvaque marmoreo clauſerunt membra ſepulcro.

EP. CCXLII.

. . . . . uſta igni fidiſſimus atro
  Corpora quae rapuit, condidit hoc tumulo.
Nec ſibi, nec matri natos aetas ſua plorat:
  Biſſenos annos non habuere ſupra.
At ne terra aliena ignoti nomine obiſſent,
  Hic titulus parvo proloquitur lapide.

EP.

terum exſtat, neſcio quas nugas, PIGNOR. IN HILARVS ET VENIO. quae delenda ſunt. male etiam in ed. Pith. THEODOSIO A. AT. pro AVG. ET.

EP. CCXLI. *Rapta ſinu matris jacet hic miſerabilis infans*] editum a Mazochio pag. CXXXI. Aldo in Orthogr. pag. 490. Toſcano poſt Carm. Poët. Ital. Tom. I. p. 94. b. Grutero p. DCCXVII. 13. Ferret. Lib. I. pag. 67. Pithoeo pag. 131. Schradaeo in Monum. Ital. pag. 187. b. Fleetwoodo pag. 262. & Labbaeo P. I pag. 26. His vero non indicatis Muratorius Tom. II. pag. MCCXXXV. ex ſolo adfert Ligorio, e cujus Volumine MS. Antiquitatum etiam deſcripſit Heinſius in ſuo Inſcriptt. vetuſt. Libro. e Muratorio repetiit Bonada Vol. II. p. 320. Extitiſſe in vetuſto lapide Romae in Baſilica D. Mariae Majoris patet ex Pierio ad Virg. Ecl. II. 1. qui in ipſo marmore *infas* verſu primo ſine litera *n* inſerta legi teſtatur, ſimilisque exempla ex monumentis priſcis adfert. & ſic apud Aldum. *infans* Mazoch. & Gruter. Ita in alio epigrammate apud Fabrett. p. 284. & Gudium pag. 231. 1. *Hic jacet Optatus, pietatis nobilis infas.* ſic *praegnas* pro *praegnans* in antiquiſſimis libris ſaepe legi monet Faërnus ad Terent. Hecyr. Act. IV. Sc. 4. pag. 68. & Patruus meus ad Sueton. Aug. 62. in fin. quomodo apud Plautum in Amphitryone Meurſius Exerc. Crit. P. I. cap. 9. fin. reſtituit ex MS. Langii, *praegnati oportet & malum & malum dare.* pro *praegnanti.* Saepe etiam veteres extremae ſyllabae in nominibus & participiis eamdem literam exterebant. ut *abjes*, *animas*, pro *abjens*, *animans*, & ſim. vide Merulam ad Ennium p. 332 & 897. & Columnam p. 182. contra *Atlans*, *Aſſuenaus*, pro *Atlas*, *Aſſenas*, *formonſus* pro *formoſus* &c. vide Pier. d. l. & ad I Aen. 745. & Lib. VIII. 136. ne plura adcumulem. ultimo verſu adparet imitatio Virgilii IV. Aen. 391.

——— *collapſaque membra*
Marmoreo referunt thalamo, ſtratiſque reponunt.

EP. CCXLIII. ..... *uſta igni fidiſſimus atro*] ita exhibetur apud Pithoeum pag. 132. & Brevalium in Itiner. Anglicis Vol. III. pag. 224. & ſic inveni hoc epigramma in meo Cod. MS. Antiqq. ſeu Inſcriptt. Narbonenſium. a Scaligero acceptum edidit Gruterus p. DCCXVIII. 2. ex quo ſumſit Ferret. Lib. IV. p. 256. Mutilum initium ſic forte ſupplendum,

Natorum pater uſta igni fidiſſimus atro
  Corpora quae rapuit, &c.

penultimum verſum detruncatum iidem dederunt,

Ne terra ignoti cum nomine obiſſent,
  Hic tumulus parvo &c.

apud Brevalium,

Ne terra aliena ignoti cum nomine obiſſent.

additque huic epigrammati male connexum diſtichon,

Nec juſſa teſtamento, neque voce rogata
  Sed pia pro meritis ſponte ſua poſuit.

optime apud Pithoeum editur, *At ne terra aliena ignoti nomine obiſſent.* niſi quod *obiſſet* vitio typi legatur. aliena autem vel hoſtili in terra ignotum ſepeliri extra patriam, veteres putabant omnium rerum miſerrimum. Ariadne apud Ovid. Epiſt. x. 121.

Spiritus infelix peregrinas ibit in auras,
  Nec poſitos artus unguet amica manus.

idem

EP. CCXLIII.

Viator audi, si libet, intus veni:
Tabula est aenea, quae te cuncta perdocet.

EP. CCXLIV. *Neapoli, in monasterio S. Clarae.*

Nata, sed heu miserum! misero mihi nata parenti,
Unicus ut fieres, unica nata dolor.

Nam

idem de Tibullo Lib. III. Am. 9. 48.

Sed tamen hoc melius, quam si Phaeacia tellus
Ignotum vili supposuisset humo.

& Tibullus ipse, in insula Corcyra decumbens, mortem ideo deprecatur, Lib. I. El. 3. 3.

Me tenet ignotis aegrum Phaeacia terris,
Abstineas avidas Mors, precor, atra manus.

mater Euryali apud Virg. IX. An. 485.

Heu terra ignota canibus date praeda Latinis
Alitibusque jaces.

supra Ep. LIX. hujus libri,

Ejectam furtim, exsequiis lustrisque carentem,
Tristis in ignota condidit hospes humo.

vid. Drakenb. ad Silium IV. 77. & Freher. Lib. I. Parerg. cap. 23 fin. deinde *ne ignoti nomine obiissent*, ita intelligo, ut indicetur, ideo marmori inscriptum esse epitaphium, ne nomen eorum posteritati lateret. nominis enim proferendi caussa sepulcra & epitaphia ponebant. quo refero illud, quod exstat in Inscriptione antiqua inter Donianas Cl. XIV. N. 32. ITA. VT. NE. DE. NOMINE. EXEAT. & N. 33. VT. ETIAM. POST. OBITVM. NOMEN. EIVS. PRO. MERITIS. SVIS. LEGERETVR. apud Murator. T. III. p. MCCCXL. 2. NE DE NOMINE EXEAT FAMILIAE SVAE. supra in epitaphio Meminiae Ep. CLXXXIX.

Vivere quid prodest, nisi si post morte cavemus,
Nomen fama vehit, tantum corpusque crematur.

EP. CCXLIII. *Viator audi, si libet, intus veni: Tabula est aenea, quae te cuncta praedicet*] ita edidit Pithoeus pag. 132. sed *perdocet* alii omnes proferunt. Ferretius cum lacunae indicio in versu primo Lib. IV. Mus. Lap. p. 258.

Viator audi si libet intus. . . . .
Tabula est aenea quae te cuncta perdocet.

apud Gruter. pag. 897. 16.

Viator audi si libet intus. . . . . i. . .
Tabula est aenea, quae te cuncta perdocet.

Gabr. Symeoni in illustrat. Epitaph. Antiq. p. 28.

Viator intus adi
Tabula est aena quae
Te cuncta perdocet.

aliter ex Solerii Antiquitatibus Provinciae habet Honor. Bouché Chorograph. de Provence Tom. I. Lib. IV. cap. 3. pag. 290. apud quem legitur,

Viator audi, si libet, intus veni,
Tabula est aenea, quae te cuncta perdocet.

& sic fere Ger. Vossius ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 25. qui legit ac distinguit:

Viator audi, si libeat, intus veni.
Tabula est ahenea, quae te cuncta perdocet.

& hoc Epigrammate illustrat morem veterum intra aedes constituendi tabulam, res memoria dignas complectentem. de quo vid. Matth. Aegyptium ad SCtum de Bacchanalib. in Livio Drakenborchii Tom. VII. p. 211. ubi cum hoc Epigrammate confert verba SCti, ATQVE. VTEI. HOCE. IN. TABOLAM. AHENAM. INCEIDERETIS. unde firmatur emendatio Heinsii, qui hic legebat, *Tabula est ahena* &c. tum *perdocet*. ut apud Gruter. & Ferret. quos secutus sum. male enim Pithoeus edidit *praedicet*. idem Heinsius versu primo legebat,

Viator avide, si libet, intus veni.

non male.

EP. CCXLIV.] Inter antiqua protulit Bonifac. de compon. Epitaph. cap. 48. p. 178. qui primam epitaphii hujus partem habet. Mihi inter vetera locum mereri videtur; quamquam ut recentius afferat Keyslerus in Itinerar. Tom. II. pag. 403. factum ab Antonio Epicuro, positumque a parentibus Joh. Gaudino & Heliodora, vel potius Eleonora, Bossa, filiae Antoniae, quam uxorem destinaverat Hieronymo Granatae. Certe cum hac subscriptione exstat apud N. Chytraeum in Deliciis Itiner. p. 81 & 82. & inter Neapolitana sub titulo *Antoniae Byssae* etiam legitur apud Schradaeum in Monum. Ital. p. 245. Sed non novum est, Italos plurima epitaphia aevi antiquioris sua fecisse, si dolori suo convenirent: & fere dimidia pars epitaphiorum, quae nomina recentiora habent praefixa apud Schradaeum, ab aliis jam diu ante inter vetusta fuerunt edita. v. 1. *Nata heu miserum* apud Bonifac. *Nata eheu miserum* Chytraeus, Schradaeus,

&

Nam tibi dumque viro taedas thalamumque parabam,
Funera & inferias anxius ecce paro.
Debuimus tecum poni materque paterque,
Ut tribus haec miseris urna parata foret.
At nos perpetui gemitus, tu nata sepulcri
Esto heres, ubi sic inpia fata volunt.

EP. CCXLV. FAENIVS ANTVLLAE.

Hoc nemus aeterno cinerum sacravit honore
Faenius, & culti jugera pauca soli.

Hoc

& Keyslerus proferunt. Sed correxi, *Nata, sed heu miserum.* deleo vitiose apud Keysler. *Unica ut fieres.* imitatus est hunc versum alius epigrammatarius poëta apud eumdem Schradaeum in Monum. Ital. pag. 12.

Te juvenem immatura nimis mors abstulit, idque
Unicus ut fieres, unice nate, dolor.

tertio versu *Nam tibi dum virum* apud Booifac. *Dum tibi namque virum* Keysler. sed puto me recte emendasse *Nam tibi dumque viro.* nam apud Chytr. & Schradaeum *Nam tibi dumque virum.* eadem querela de puella paullo ante nuptias defuncta, est in elegantissimo Epigrammate Antholog. Graecae Lib. III. Tit. XXIII. Ep. 23. quod sic vertit Musa Grotiana;

Unica quae Didymo fueram, castaeque Thaliae,
At manes bis me septima traxit hyems.
Crudeles Parcae, thalami cur jura negatis,
Dulciaque ex thalamo pignora nosse mihi?
Namque ad conjugium cum ducere cura parentum
Me parat, ingredior triste Acherontis iter.
Sistite Di gemitus, quaeso, matrisque patrisque,
Quorum tabescunt pectora morte mea.

EP. CCXLV. FAENIVS ANTVLLAE. *Hoc nemus aeterna &c.*] Edidit inter vetera Pithoeus Lib. III. pag. 132. & ut Epigramma antiquum e Catalectis produxit Cel. D'orville in Miscell. Observ. Nov. Vol. I. T. III. pag. 142. ubi docet describi hic hortense sepulchrum, seu κηποτάφιον, qualia in hortis veteres ex quadrato lapide sibi suisque exstruebant. tale Epitaphium Hippothoo & Pylaeo, in horto sepultis, legitur apud Ausonium inter Epitaphia Heroum Ep. XXI. & Erotii apud Martial. Lib. X Ep. 60. & de his cepotaphiis legi meretur Fabrettus ad Inscr. Antiqq. cap. III. p. 114. & 115. ubi ejusmodi tres sepulcri hortensis inscriptiones dedit. & vid. Gosium ad Inscriptt. Donianas Cl. II. pag. 106. & nuper larga manu de iis disseruit juvenis eruditissimus M. R. Goensius quibus simile nobis exhibet elegans inscriptio antiqua apud Gruter. pag. DCXXXVI. 12. Jacobon. Adpend. ad Fontej. pag. 85. & Ferret. Lib. III. Mus. Lap. p. 195.

MATER. GENVIT. MATER. RECEPIT
HI. HORTI. ITA. VTI. OPT MAXIMIQ. SVNT.
CINERIBVS. SERVIANT. MEIS.
NAM. CVRATORES. SVBSTITVAM.
QVI. VESCANTVR
EX. HORVM. HORTORVM. REDITV.
NATALI. MEO.
ET. PRAEBEANT. ROSAM. IN. PERPETVVM.

apud Boissard. T. III. Antiq. Rom. pag. 97.

HIC. LOCVS CVM HORTVLO SVO
RELIGIOSO. ET. AEDIFICIOLIS
SVIS. MVRO. CINCTVS
AD. SEPVLCHRVM
MINDIAE. IVLIAE
ET. P. AELI. PHILETI. PERTINET. &c.

& Murator. Tom. II. p. DCCXCIV 1.

HVNC (sic) CEPOTAPHIVM
SEPARAVIT. DE. DOMV
ET. FACIT. OMNIBVS.
SVIS. LIBERTIS.
LIBERTABVSQVE.
POSTERISQVE. EORVM. &c.

huc refer epitaphium Titae apud Schradaeum Monum. Ital. pag. 178. b.

Hic Tita tecta jacet, cultos quae maluit hortos
Francisci, Elysium quam coluisse nemus.

& in tali monumento depositum fuit Christi corpus, in horto Josephi Arimathiensis, quod μνῆμα λαξευτὸν vocat Lucas cap. XXIII. 52. id est ex lapide polito & quadrato factum, non, ut male Beza & alii, ex rupe, vel in saxo excisum. quod non verosimile est in illis Josephi hortis fuisse. ut egregie docuit Salmas. Exercit. ad Solin. Tom. II. pag. 1209. ed. Par. Est autem hoc Epitaphium sane antiquum, nam totum legitur apud Martialem Lib. I. Epigr. 116. & sub ejus nomine edidit Labbeus Thes. Epitaph. P. I. pag. 9. ubi in MSS. titulus est, *de sepulcro Antullae.*

vel

Hoc tegitur cito rapta ſuis Antulla ſepulchro,
Hoc erit Antullae mixtus uterque parens.
Si cupit hunc aliquis, moneo, ne ſperet agellum:
Perpetuo dominis ſerviat iſte ſuis.

EP. CCXLVI.

Q. CAECILIO. Q. F. PAL. OPTATO
VIXIT. AN. II. M. VI.
Q. CAECILIVS. Q. ET. Ɔ. L.
HERMES. SEVIR. AVG.
ET. LICINIA. REPENTINA
PARENTES. PIISSIMI. POSVER. ET
T. Q. CAECILIVS. Q. F. PAL.
PAELINVS. FRATER.

Hic jacet Optatus, pietatis nobilis infans,
Cui, precor, ut cineres lilia ſintque roſae.

Terra-

vel *Epitaphium Antullae.* & v. 1. rectius *honori*, ut & conjecerat Heinſius, qui v. 4. legebat *Hoc fert Antullae.* male ibidem in MSS. *jugera pulcra.* eſt enim imitatio contraria Tibulli Lib. I. El. 1. 2. *Et teneat culti jugera multa ſoli.* ut bene in v. e. Scaligeri, non *magna.* & recte id praetulit Broukhuſius, quia veteres *multa jugera* potius dixerunt., quam *magna.* ut contra *pauca jugera* frequentius quam *parva.* quod hoc loco etiam probatur. Horat. Lib. II. od. 15.

Jam pauca aratro jugera regiae
Moles relinquent.

Propertius Lib. IV. 10. 24. *captae jugera pauca Corae.* vid notas Patrui ad Ovid. III. Faſt. 192. & quae dedi ad Eleg. in Obit. Maec. v. 34. Tom. I. hujus Operis: *Pauraque pomoſi jugera certa ſoli.*

EP. CCXLVI.] Elegans hoc epigramma ediderunt Mutius Phaebonius Hiſtor. Marſor. Lib I. cap. 6. & Fabrettus cap. IV. Inſcr. p. 284. ex quo habet P. Ant. Corſignanus de Aniene pag. 89. legiturque in Inſcriptionibus Gudianis p. CCXXXI. 1. quas ſecutus eſt Bonada Vol. II. pag. 244. ſed tam in Inſcriptione quam in carmine ipſo nonnihil variant. tertio tituli verſu Phaebonius edidit VII. L. ſed recte apud Fabrett. & Gudium. Q ET. Ɔ. L. id eſt CAIAE LIBERTVS. ut explicabat D'Orvillius ad Chariton. loco infra indicando. frequentiſſime enim literae in feminarum nominibus converſae exhibentur in Lapidibus. ut jam monuit Pierius ad Virg. II. Aen. 597. Sed forte excidit litera F. & legendum Q. CAECILIVS Q F. ut bis in hac Inſcriptione. & Ɔ. L. explicari poteſt CONLIBERTVS. ut paſſim hac nota indicatur. ſeptimo Fabrettus a. Q. CAECILIVS. ubi a eſt litera ſuperſtes ex POSVAE. octavo PAELINVS PATER male apud eumdem. Sed praetuli ex Gudio FRATER, niſi mavis FRATRI, ex Phaebonio. Parentum enim jam praeceſſerat mentio. Primo epigrammatis verſu Phaebonius dedit,

Hic jacet Optatus ſpecioſus nobilis infas.

infas nempe in ipſo habetur lapide. de quo ſupra ad Ep CCXLI. ſed *ſpecioſus* alio charactere exprimit, quaſi lacuna fuiſſet, ut & *lilia* ſecundo verſu exhibet diverſis literarum formis. Sed Fabrettus, qui non ex lapide ipſo, ſed ex ſchedis Barberinis, produxit, & ex eo Corſignanus ediderunt *ſint ia ſintque roſae.* in qua ſcriptura per *ia*, ut Graecis dicuntur, intelligendae violae. quemadmodum nomen proprium inde deductum IANTINVS occurrit in Inſcriptione apud Gruter. p. CCCXXXIII. 9. ut eſt in codice Pighiano. nam male editur PANTINO. & ſic Statii IANTHIS. vide Gevart. Lect. Papinian. p. 57. Graeco igitur vocabulo *ſint ia*, *ſintque roſae*, hic uſum fuiſſe epigrammatarium, ſtatuendum eſſet, ut adfirmat etiam Phil. Buonarruoti in Obſerv. Ital. ad Fragm. Vaſor. Antiq. Tab. XXVIII. Fig. 3. p. 203. ubi erudite quidem illuſtrat morem illum Graeca verba Latinis inmiſcendi in monumentis vetuſtis: quod licet aliquando uſitatum negari non poſſit, ab hoc tamen loco alienum puto; neque veteribus id valde probatum fuiſſe patet, quod inter antiquos Epigrammatum ſcriptores Pitholeon Rhodius eo nomine cul-

Terraque, quae mater nunc eſt ſibi, ſit levis, oro,
Namque gravis nulli vita fuit pueri.

Ergo

culpatus, ac pro inepto poëta habitus ſit, quia Latinis ſuis epigrammatis Graeca inmiſcuerit vocabula, teſte Acrone ad Horat. Lib. I. Sat. 10. 22. Viderint igitur, an ſanae menti conſuluerint, qui in ſuis etiam carminibus id adfectaverunt imitatores, ſervum pecus. Itaque in lectione illa, quae apud Fabrettum exſtat *ſint ia ſintque roſae*, arbitror illud *ia* tantum ſuperſtites praebere literas ex voce *lilia*, & ſemel ejecto *ſint* legendum eſſe procul dubio, ut edidi,

Cui, precor, ut cineres lilia ſintque roſae.

turbatum enim hic a deſcriptoribus fuiſſe liquet, quia apud Gudium editur, *Cui precor ut cineres ſint lilia ſintque roſae.* ubi *ſint* perperam geminatur. quod male ſecutus eſt Bonada. Ita vero emendandum jam diu olim notaveram, cum vidi poſtea idem quoque cenſuiſſe Cel. D'Orvillium in Animadv. ad Chariton. pag. 249. ejuſque conſenſum mihi gratulatus ſum. neque enim viro in ejuſmodi monumentis antiquis verſatiſſimo etiam placere potuit, poëtam hunc vocem Graecam *ſint ia, ſintque roſae*, inmiſcuiſſe Latino epigrammati, monetque ſimul, Muratorium Tom. I Theſ. Inſcr. p. 195. tantum edidiſſe proſaicam inſcriptionem, & quidem corruptius, quae praefigitur apud Fabrettum Gudiumque, neglecto carmine ipſo. *lilia* autem, *violas*, & *roſas* ſaepe apud veteres conſociari monet. Addo, utriuſque paſſim conjunctam mentionem, quod huc facit, occurrere in epitaphiorum veterum lapidibus. ut in Epigrammatis Graeci Inſcriptione Nemauſenſi, quam edidit Salengre in praef. ad Tom. I. Theſ. Antiqq. Maffejus in Epiſt. Antiqq. Gall. p. 60. & Murator. Tom. I. pag. DXL.

Ἀλλ' ἴα, καὶ σαμψύχα καὶ ὑδατίνη ναρκίσσος,
Οὐεῖβιε, καὶ περί σοι πάντα γένοιτο ῥόδα.

ſic in Chriſtiana Inſcriptione apud Gorium Tom. II. Inſcr. Etruſc. pag. 424.

Sparge roſas lector, & lilia candida pone.

ſupra Ep. CLV.

Jam tibi Cybebes ſint & roſa grata Diones,
Et flores grati Nymphis, & lilia ſerta.

& Ep. CLXXXVI. ut verſus conſtituendos conjeci;

O mihi ſi Superi vellent praeſtare roganti,
Ut tuo de tumulo flores ego creſcere natos
Cernam, vel viridi e ramo, vel flore amaranthi,
Vel roſeo vel purpureo violaeque nitore.

Janus Secundus, veterum veſtigia feliciter ſemper premens, epitaphio Jacobi Volcardt, in libro Funerum pag. 185.

Illius ad tumulum Nymphae Parnaſides udas
Effundant lacrimas, Pallas & ipſa gemat.
Illius ad tumulum ſuccreſcat Apollinis arbor,
Mixtaque cum violis lilia, cumque roſis.

vide & Barneſ. ad Anacreont. pag. 123. nihil autem notius, quam violis, roſis, & ſimilibus floribus coronata veteribus & ſparſa fuiſſe ſepulcra. ſupra epitaphio Serviliae Irenes, Ep. CLVII.

Sit tibi terra levis, cineres quoque flore tegantur.

Auctor Copae, quod carmen edidi Tom. I. in fine:

Quid cineri ingrato ſervas benеolentia ſerta,
Anne coronato vis lapide illa tegi?

vide Ferret. ad Muſ. Lapid. pag. 195. & Drakenb. ad Silium XVI. 310. hinc ejuſmodi flores e tumulis illorum praeſertim, qui inmatura morte obierant, naſcituros ſaepe vovent. de quo ſupra pag. 69. Paſſim enim lilia, violae, & roſae junguntur ad formae juvenilis elegantiam depingendam, ruboremque candori mixtum laudandum. Auctor Epithalamii inediti in Laurentium v. 33.

Lilia ceu niteant rutilis conmixta roſetis,
Seu rubor & candor pingunt tibi florida vultus.

ſic Palladii & Celerinae thalamos largis roſarum imbribus & violis ſpargunt Amores apud Claudianum in illorum Epithalamio v. 117. & de naſcente Serena idem v. 90.

——— *quacumque per herbam*
Reptares, fluxere roſae, candentia naſci
Lilia, ſi placido ceſſiſſent lumina ſomno,
Purpura ſurgebat violae factura cubile.

ubi vide Patrui mei notas. Broukhuſ. ad Propert. II. 2. 21. Menag. ad Amintam Taſſi v. 51. & quae notavi ad Lotich. pag. 524. Ceterum haberi hoc Epigramma, praefixa Inſcriptione, inter rudera urbis Corfinii teſtatur Phaebonius, ſed lapidem abroſum, & lacunas a Pompejo Sarnellio verbis inſertis redintegratas fuiſſe monet. A Fabretto tamen & Gudio ultimum diſtichon melius editum exiſtimo, quam a Sarnellio fuit ſuppletum. Nam ut adfert Phaebonius,

Ergo, quem Matri poſſunt praeſtare parentes,
Hunc tumulum nato &c.

abſurdum facit ſenſum; & longe praeferendum, quod illi ediderunt,

Ergo, quod miſeri poſſunt praeſtare parentes,
Hunc titulum nato. &c.

niſi quod *Nunc* minus bene apud Gudium: *miſeri paren-*

Ergo, quod miseri possunt praestare parentes,
Hunc titulum nato constituere suo.

EP. CCXLVII.

GERVNTIO ET CONSTANTIO PATER
INFELIX.

Vos equidem nati coelestia regna videtis,
Quos rapuit parvos praecipitata dies.

Sed

parentes vera, inquam, lectio. sic in Epitaphio apud Pith. pag. 140.

Liquit & orbatos miseros fidosque parentes.

& Epitaphio Apolloniae, pag. 134.

Mater misera hoc monumentum
Exstruxit Olympias amens.

supra Ep. CCXLIV.

Nata, sed heu miserum! misero mihi nata parenti.

apud Gruter. pag. DCCIV. 1. MISERI. PATRES. VIVI. POSVERVNT. p. DCCVI. 13. MISERA. MATER. FILIO. INCOMPARABILI. p. DCLXXXVII. 5. MATER. FILIO. PIISS. MISERA. ET. IN. LVCTV. AETERNALI. & passim alibi. obvia quoque in his formula est, *quod possunt, quod potuit, quod licuit*, & sim. ut in Epigr. apud Octav. Rubeum Memor. Brix. pag. 300.

Ut potui, meritis parvola dona dedi.

in epitaphio Cania apud Pith. p. 144.

Quod potui, posui tibi, fida Casella, sepulcrum.

infra Epigrammate viae Salariae,

Quod solum licuit, conjux fidissima fecit.

utrumque habetur in alio Epitaphio, quod ex L. Alberto adfert Caesar Brixius in Descript. Urb. Caesen. P. II. pag. 15. Tom. IX. Thes. ital. P. VIII.

SEIA. T. F. MARCELLINA. SIBI. ET
VIBENNIO. MARCELLINO. FILIO
VIVA. POSVIT. QVOD. VOLVIT. ET. POTVIT
QVOD. POTVIT. ET. VOLVIT.

plura de hac formula notavi ad Lotich. pag. 275. & ad Tom. I. hujus Operis p. 282.

EP. CCXLVII. GERVNTIO ET CONSTANTIO PATER INFELIX.] sic inscribitur apud Pithoeum pag. 132. cui adsentitur vetus Moroni codex, ab Heinsio collatus, in quo GERONTIO. nec aliter in meo Cyriaci Anconitani codice, ubi & ROMAE haberi praefigitur. GERVNTIO ET. CONSTANTIO FILIIS apud G. Fabricium p. 117. qui inter vetusta retulit, ut Pithoeus. ex quo cum eodem titulo antiquis Epitaphiis inseruit Labbaeus Thes. Epitaph. vet. P. I. p. 29. qui tamen inter Christiana rejecit sub titulo S. FELICITATIS FILIORVM in P. II. p. 91. adeo ut suspicio inde moveri possit, esse Epitaphium filiorum illius Felicitatis, cujus & Perpetuae Passionem edidit Lucas Holstenius. quod rarissimum, & inter ejusmodi scripta vetustissimum opusculum est. vide Heins. ad Virg. X. Aen. 587. & ad Petron. cap. 136. pag. 651. in ejusdem Felicitatis martyrium, quod cum septem filiis passa fuit, non ineptum epigramma habetur apud Schradaeum in Monum. Ital. pag. 178. b.

Das utera septem fortunatissima natos,
Et totidem coelo restituis gladio;
Hortaris, praesensque urges pietatis amore
Aeternum vitae morte parire decus.
Tuque cadis septem post vulnera laeta triumpho
Natorum, duplici nomine facta parens.

ANTONINO. PIO. ET. M. ANT. VERO IMPP.

& haec forsan caussa est, cur epitaphium hoc ipsum inter Christiana primus reposuerit Gruterus p. MCLXXVI. 11. sed Fabrettus in emendationibus Gruterianis, quas subjecit Inscriptionibus a se editis, p. 7. testatur in suo codice MS. titulum praemitti SEPVLCRVM GERONTII ET CONSTANTII. & sic e suis schedis profert Muratorius Tom. IV. p. MCCCCLXXX. qui tamen inter Christiana etiam collocat. & in hanc classem conjecit Fleetwoodus Syllog. Inscript. P. II. p. 535. sed nullo titulo praefixo. agmen etiam ducit hoc carmen inter Epigrammata illa, quae ex Lapidibus vetustis collecta post Carmina Illustr. Poët. Italor. dedit Joh. Matth. Toscanus in fine Tom. I. ex quo repetita sunt post Carmina Selecta ex Poëtis Seculi XV & XVI. edita Veronae 1732. *Felicitas* feminae nomen non ignotum monumentis priscis. ut in Epigrammate, quod edidi supra Ep. CCXL.

Dolorem sine fine dedit Felicitas ista
Clauditur infelix falsa cognomine dicta.

ΦΗΛΙΚΙΤΑΣ in Graeco Musei Capitolini marmore apud Maffej. Mus. Veron. pag. 314. & in alio apud Gruter. pag. DCLXXI. 14. VLPIA FELICITAS bis in lapide apud eumdem pag. DCCXVI. 5. CORNELIA FELICITAS pag. DCXCVII. 4. ORATIA FELI-

Sed mihi quae requies onerosa in luce moranti,
Quoi soli superest & sine fine dolor?
Quam male de vobis fallacia gaudia vidi,
Et decepturus me jugulavit amor!
Reddebar teneris in vultibus, ipsaque per vos
Tempora credebam lapsa rediisse mihi.
Sentio quid faciat spes inrita. pessima sors est.
Supplicii adflicto, quem sua fata premunt.

EP. CCXLVIII.

Quae mihi debebas supremae munera vitae,
Infelix solvo nunc tibi, nate, prior.

For-

FELICITAS pag. DCXCIX. 4. AEMILIA FELICITAS p. DCCLII. 2. FLAVIA FELICITAS p. DCCLXXXIV. 2. sic pag. DCLXXXIII. 4.

DIS. MANIBVS.
FELICITATI.
VIX. A. VIIII. M. VIII.
P. MANLIVS. PROTVS
ET
MELIA. ACTE
PARENTES. PI SSIMI.
FECERVNT.

& pag. DCCCCLXXV. 4.

FELICITATI.
EVAVLVS. ET.
PRIMVS.
CONSER. ET.
CONTVBERNALES

apud Murator. Tom. II. p. DCCLXXXIX. I.

D. M.
AVR. ALEXANDER. EQ. R.
FECIT. ET. CONIVGI. SVAE
GALERIAE. FELICITATI. &c.

VMBRICIA FELICITAS pag. MCLXXXIX. 7. CLAVDIA FELICITAS Tom. III. pag. MCCCXXV. II. VESONIA FELICITAS pag. MDCCLXIII. 12. AELIA SALVIA FELICITAS p. MCD. 3. in Marm. Felsin. pag. 414.

D. M.
OCTAVIA. FELICITAS.
QVAE. VIXIT. ANNIS. XXIII. &c.
FECIT. AEL. ABASCANTVS. ET
OCTAVIA. SATVRNINA. &c.
B. M.

Caelestia regna videtis] sic codex Cyriaci, Fabric. Pith. J. M. Toscanus, Gruter. & Fleetw. *tenetis* codex Moroni, quod & in suis schedis legi notat Murat. non male. ut in Epigr. apud Pith. p. 1. *regna paterna tenent*, & pag. 72. *Sexte Asiam sortite tenes*. mox etiam sequitur *gaudia vidi*.

3. *Sed mihi quae requies onerosa in luce moranti*] *At mihi* schedae Muratorii. hinc desumsit auctor epitaphii recentioris, sed ex veterum epigrammatum pannis consuti, quod inveni in cod. MS. Epitaphiorum urbis Romae, a Joh. Casanato collectorum, & quod G. Fabricius edidit in Roma pag. 264.

Nulla igitur requies onerosa in luce moranti,
Te sine dulce nihil, te sine vita dolor.

4. *Quoi soli superest*] *Cui solus superest* Gruter. Fleetw. Labbaeus p. 94. & Murator. sed in cujus schedis *Quoi solus*, ut in v. c. Moron. *Quo solus* cod. Cyriac.

Et decepturus me jugulavit amor] vide supra ad Ep. LII.

Reddebar teneris in vultibus] *Reddebar tenuis* cod. Cyriac. vitiose. Imitatus est auctor epitaphii recentis, quod inveni in eodem cod. MS. Epitaphiorum urbis Romae a Joh. Casanato excerptorum, quodque exstat apud Schradaeum in Monum. Ital. p. 148. b. & Fabricium in Roma pag. 266.

In te ego reddebar; poteram post funera dici
Vivere, servassent si mihi fata modum.

illustrabunt haec, quae notavi ad Tom. I. p. 305.

8. *Lapsa rediisse*] *redire* Gruter. Labb. Fleetw.

9. *Pessima sors est*] *mors est* apud eosdem. *Sors est* in schedis Muratorii, licet ediderit *mors est*.

10. *Quem sua fata premunt*] *vota premunt* cod. Cyriaci, Gruter. Labb. Fleetw. & Murator. *fata* tamen apud Fabric & Pith. forte legendum, *Quem sua fata trahunt*. ut in illo Virgilii, *Quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur*. ejusque imitatione Lucanus Lib. II. 287.

Sed quo fata trahunt, virtus secura sequetur.

supra Ep. CXLVI.

Quo fato traheris, hoc veniente peris.

vide notas ad Tom. I. p. 531.

EP. CCXLVIII. *Quae mihi debebas*] apud Pithoeum p. 132. & Bonifacium de comp. Epitaph. p. 178. Neapoli exstare in Ecclesia Hospital. Incurab. inscribitur in codice Bucheliano, ubi vers. pr. *Quae mihi debueras*. quod ex vs. ult. petitum. Est querela, in his frequens, matris, quae contra fatorum ordinem *prior* filio justa facit. & hoc

loco

Fortuna inconſtans, lex & variabilis aevi!
Debueras cineri jam ſupereſſe meo.

EP. CCXLIX.

Nomine quo genitor mihi dicitur, hoc ego vixi.
Telephus eſt genitor, Telephus ipſe fui.
Auguſtina parens quarto me flebilis anno
Terdecimoque die perdidit orba ſatum.

Non

loco Patruus meus in notis ad Valer. Fl. VII. 163. vindicavit MSS. lectionem apud Statium IX. Theb. 635.

——— *miſerae ſine funera matris*
Audiat ille prior;

pro *precor*, quod in vulgatis. ſic Lib. V. Sylv. I. 181. ut edidit Marklandus,

Linquo equidem thalamos (ſalvo tamen ordine) moeſti
Quod prior exegi longa potiora ſenecta
Tempora.

Oedipus apud Senecam v. 73.

Matura poſcens fata, praecurram ut prior
Patriam ruentem: neve poſt omnes cadam.

ubi Heinſius *praevertam ut prior*. Patruus in margine codicis ſui, *praecurram precor*. ſed *prior* illic non videtur ſollicitandum. Auſonius Epitaph. XXXVII.

Naſcendi qui lege datus, placidumque per aevum
Condatur, natu qui prior, ille prior.

Martialis Lib. I. Ep. 36.

Diceret infernas & qui prior iſſet ad umbras.

quo loco firmavi emendationem, qua ſupra Ep. XC. legendum conjeci,

Sed prior ad letum cum ſim Pompeilla recepta.

pro eo quod edidit Muratorius, *Et prior ad lectum* &c. & his corroboratur Patrui mei conjectura dicto Valerii Flacci loco,

I, precor, atque iſtum, quo me fruſtratur, amorem
Vince prior.

pro *Vince, precor*. quam fruſtra inprobat Anglus in Miſcell. Obſerv. Vol. IV. pag. 189. geminatio enim vocis *precor* illic certe inelegans eſt. Verſu ultimo hic legendum,

Debueras cineri nam ſupereſſe meo.

ut conjecerat etiam Heinſius. non *jam*, ut edidit Pithoeus & in cod. Buchelii legitur. Ceterum totum hoc Epigramma invenies etiam inter epitaphia Neapolitana apud Schradaeum in Monum. Ital. p. 234. b. in fin. & Nath. Chrytraeum in Delic. Itin. p. 71 &. 72. ſed tamquam a matre Maria Ayerba poſitum memoriae Ferdinandi Ducis Termulani, & quatuor his verſibus auctius;

Haec dat matris amor rapti ſolamina nati,
Invida cui Lachefis tam breve nexit opus.
Nate, jaces, vivo contra mea vota ſuperſtes,
Vox gemitus poſthac, lux mihi erunt tenebrae.

quae ab Italo poëta fuiſſe adjecta, ut vetuſti epigrammatis ſibi adoptati dubia eſſet fraus, facile odorari licet.

EP. CCXLIX. *Nomine quo genitor*] Sic ex veteri ſed mutilo lapide, qui Romae olim fuit in aedibus Atilii Delphinii, recte ſuppletum legitur apud Smetium fol. 129 Pithoeum p. 133. Gruter. p. 708. 8. Ferret. p. 93. Fleetwood p. 268. Bonadam Tom. II. p. 254. & inveni in codice Bucheliano. Ex eodem marmore Delphiniano profert Octav. Ferrarius de Orig. Roman. p. 12. in Tom. I. Theſaur. Antiqq. Graevii. & diu ante Ferrarium ex marmore ejuſdem Atilii Delphinii, cujus Muſeum innumeris Antiquitatum monumentis inſigne fuiſſe vel ex ſolo Boiſſardo conſtat, jam dedit Aldus Orthogr. in *lacrymae* pag. 467. ubi notari merentur accentus longis ſyllabis in hoc carmine ſuperpoſiti, ita ut in ipſo habebantur lapide: quod & in aliis marmoribus Romanis obtinere, patebit ex Grutero p. DCVII, 4. ubi in Atimeti & Homonoeae Epitaphiis ſimiles conſpiciuntur accentus, longas ſyllabas indicantes; in Inſcriptione apud Smetium fol. CXXII. b N. 17. & Fabrett. p. 195. N. 460. qui plures adfert ad Cap. III. p. 167 & 168. ſic inſigne ejus rei exemplum eſt in Inſcriptione, commatibus paſſim notata, apud Murator. p. MDCLXXXIX. 9. & ex eo apud Bonadam Vol. II. pag. 398. & in aliis duabus, quae exſtant in noviſſima Marmorum Oxonienſium editione ante hoc triennium Oxonii ſplendidiſſime curata N. XXI. & XXV. p. 132. vide & Maffeji Muſ. Veron. pag. CLIII. 1. pag. CLXXI. & CCLXIX. 1. ſic duo ſigna interrogativa in Inſcriptione apud eumdem Murator. Tom. III. pag. MDCLXXI. 3. & quatuor commata diſtincta inſtar notae ſeptenariae ibid. N. 10. p MDCLXXVII. 1. pag. MDXCVII. 1. Adcurate de his diſſeruit Noriſius ad Cenotaph. Piſ. pag. 488. & ſeqq. non tamen ex apicibus iſtis aliquid certi de aetate epitaphiorum colligi poteſt, quum in vetuſti & poſterioris aevi lapidibus promiſcue adpareant. ut notat Bonada Vol. II. pag. 97 & 98.

Non igitur, lector, lacrimes. decepit utrosque
Maxima mendacis fama Mathematici.

EP. CCL.

Conditus hic Amor est, dictus de nomine patris.
Heu miseri patris conditus hic Amor est!
Gallia quem genuit de gente Novempopulana,
Itala terra tegit, Gallia quem genuit.
Nobilis ingenio, docuit jus inclyta Roma,
Oppetiit fatis nobilis ingenio.
Laeseris hunc tumulum si quisquam, in Tartara pergens,
Atque expers tumuli, laeseris hunc tumulum.

EP. CCLI. PVERI A MATRE MACTATI.

Te peperi, te, nate, alui, pressi ubera, nate,
Scilicet ut mater te gladio feriam!

Ambos

Non igitur, lector, lacrimes, decepit utrosque Maxima mendacis fama Mathematici] *Non igitur sector lactymas*, legitur apud Schradaeum, qui inter antiqua epitaphia, Romae exstantia, hoc quoque profert in Monum. Ital. pag. 187. b. in fin. eo sensu, quo in Epitaphio Ennii Tom. I. pag. 408.

Nemo me lacrumis decoret, neque Funera fletum Faxit &c.

ideo autem lacrimas deprecatur, quia se decipi fuerat passus a vano Astrologo. Huc refer inscriptionem, quam supra pag. 38. produxi ex codice Cyriaci Anconitani, quaeque edita est in Marm. Felsin. pag. 63.

PLANETAM. SVVM
PROCVRARE
VOS. MONEO. IN. NEMESI
NE. FIDEM. HABEATIS.
SIC. SVM. DECEPTVS.

de vanitate artis Genethliacae, seu Astrologiae judiciariae, quae ex positu astrorum de fatis hominum auguratur, vide Interpretes ad Petron. cap. XXXIX. & quae notavi ad Lotich. Lib. II. El. 8. init.

EP. CCL. *Conditus hic Amor est*] Exstat apud Pith. Lib. IV. pag. 182. ed. Par. & p. 153. ed. Genev. Smetium p. CXII. b. Gruter. p. 667. 10. in cujus margine *spurium* esse adscripsit Gudius & obelo induxerat. ex Grutero etiam edidit Labbaeus Thes. Epitaph. vet. P. I. p. 4. Ferret. Lib. II. Mus. Lap. pag. 148. qui notat haberi Romae ad Forum Columnamque Trajani. legitur etiam in codice Bucheliano, & apud Fleetwoodum pag. 227. *Amor* hic scribendum esse litera majori, ut indicetur nomen proprium, monuit Gronov. de Sestert. pag. 104. quae vero illic scribit, relata sunt in notas ad Sueton. Vesp. cap. 19. ubi occurrit nomine proprio *Favor* pantomimus, ut PETRONIVS FAVOR apud Gruterum pag. 1089. 6. & Patruus meus ibidem protulit Inscriptiones aliquot, in quibus *Cornelius Favor* legitur. ita *Antonius Pietas*, *L. Trebellius Fides*, *Orbiuius Oblivio*. vide ejusdem notas ad Illustr. Gramm. cap. 9. & 20. & similia plura apud Cuper. Lib. III. Observ. cap. 13. pag. 316. & 317. *Felicitas* mulieris nomen in alio Epigrammate supra Ep. CCXL. de quo vide paullo ante ad Ep. CCXLVII. sic *Furia Pietas* in Inscript. apud Donium Cl. XVII. 3. *Calpurnia Heipis*, apud Gorium Inscr. Florentt. pag. 91. ut *Furia Spes* apud Mazoch. pag. 172. b. Ut autem hic *Amor*, ita TI. CLAVDIVS TI. L. EROS, apud Donium Cl. VII. 50. & 118. P. CLODIVS EROS Cl. X. 24. qui P. CLODIVS PHILEROS vocatur Cl. VIII. 82. & *Phileros* pueri servi nomen in Epigrammate Valerii Aeditui Lib. III. Ep. 242. & talia passim in vetustis monumentis. Est autem hoc Epitaphium scriptum versibus reciprocis, seu serpentinis. de quibus plura ad Lib. III. Ep. 105.

3. *de gente Novempopulana.*] vide Vinet. ad Auson. Parent. Carm. III. v. 14.

7. *in Tartara pergens*] *vergens* Heinsius. sed *pergas* rectius apud Gruter. Fleetwood, & Ferret. habet enim instar formulae sepulcralis, qua per *Deos Superos Inferosque* rogabant, *ne sepulcra sua violaret* quispiam, eique, *qui secus fecisset*, mortem inprecabantur, vel ut ipse tumuli expers esset; & *Deos ac Manes iratos*, *Isidemve infestam* vovebant. ut passim apud Gruterum aliosque occurrit.

EP. CCLI. *Te peperi, te, nate, alui*, &c.] inter vetera edidit Pithoeus epigramma hoc, elegans sane, & artificii ad Graecum genium non inve-

Ambos in partu Lucina irata tulisset,
  Cur non discissis ilibus interii?
Hiscite, (quid statis?) terrae: ruat arduus aether
  In caput, in me omnis Tartarus exsiliat.
Quo nos dira fames conpellit? vosne potestis
  Adspicere haec aequis sidera luminibus?
Nate, petes iterum infelicis viscera matris.
  Te pietas celebrem, me feret inpietas. . . .

EP. CCLII.

HIPPARCHO ALVMNO

VALERIA NOVELLA MATER.

Bis quinos vixit dum conpleverat annos,
Et nimium. . . . to citius depulsus in antro est.

Nec

invenuste conpositi, p. 133. totum tamen legitur in Jani Anysii, poëtae quondam Neapolitani, Carminibus Lib. VII. p. 104. b. cum hoc titulo, *De filio comeso a matre in obsidione Hierosolymitana*. adeo ut vel sibi illud vindicaverit Anysius, vel ex illius poëmatibus inter antiqua irrepserit. v. 1. *pressi*, *ubere*, *nate* Heinsius. me non probante. nam *tibi* subintelligitur. aut legi posset, *pressi ubera nato*. sic in Epitaphio, quod Sulpitius Abascantus posuit Lascivae Vernae, apud Pith. pag. 140.

Uberibus pressis nutricem liquit amantem.

Ovid. IV. F. 769. *Ubera plena premam*. ubi male *feram* in duobus MSS. Virgilius Ecl. III. 99. *pressabimus ubera palmis*. III. Aen. 642.

Lanigeras claudit pecudes, atque ubera pressat.

ubi *pressit* in codice Montalbanio.

3. *Ambos in partu Lucina irata tulisset, Cur non desciffis ilibus interii*] Phaedra apud Ovidium Epist. IV. 125.

O utinam noctura tibi, pulcherrime rerum,
  In medio nisu viscera rupta forent!

5. *Hiscite, (quid statis?) terrae*] sic Hypsipyle in Jasonem invehitur apud Ovid. Epist. VI. 144.

Obviaque exissem, partu comitata gemello,
  Hiscere nempe tibi terra roganda foret.
Quo vultu natos, quo me, scelerate, videres,
  Perfidiae pretio, qua nece, dignus eras?

& Briseis Epist. III. 63.

Devorer ante prius subito telluris hiatu,
  Et rutilo missi fulminis igne cremer.

eadem queritur Octavia apud Senecam non procul ab initio:

——— *utinam ante manus*
Grandaeva sua mea rupisset
Stamina Clotho, tua quam moerens
Vulnera vidi,
Oraque foedo sparsa cruore!

ruat arduus aether In caput] adhaerent haec Lucano Lib. II. 290.

——— *quis, cum ruat arduus aether,*
Terra labet, mixto coëuntis pondere mundi,
Conpressas tenuisse manus?

6. *in me omnis Tartarus exsiliat*] haec quoque videntur adumbrata esse ex illis Catonis apud Lucanum Lib. II. 306.

O utinam coelique Deis Erebique liceret
Hoc caput in cunctas damnatum exposcere poenas.

mater Euryali apud Virg. IX. Aen. 493.

——— *in me omnia tela*
Conjicite, o Rutuli, me primam absumite ferro.
At tu, magne pater Divum, miserere, tuoque
Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo.

EP. CCLII.] ita legitur in Inscriptionibus Donianis Class. X. ins. 1. p. 353. nisi quod ultimo versu male *Vivite felices Superi, quorum* &c. vide ad Lib. II. Ep. CXXV. pag. 304. edidit etiam Murator. Vol. III. pag. 1282. 2. & ex eo Bonada Vol. II. p. 237. primo versui claudicanti tibicinem suffulcire conabimur, si legamus,

Bis quinos vitae nondum conpleverat annos.

vel *Bis quinos vitae vixdum conpleverat annos*. quod pro-

Nec licuit lumen fato superare parentes.
Venit iniqua dies, & acerbae terminus horae,
Ut titulum miseri lacrimis inpleret acerbis.
Vivite felices, quorum fortuna beata est.

EP. CCLIII.

C. CVRTIVS. ANTIOCHVS. ET. ARICINIA
NAIS. BASSO. FILIO.

Debuit hoc natus nobis praestare duobus,
Ut cineres patrios dederet inferiis:

Sed

propius vestigiis literarum inhaeret. apud Pith. pag. 114.

Nondum vicenos aetas conpleverat annos.

& in epitaphio Rhanidis Sulpiciae, Ep. cxxx.

Namque bis octenos nondum conpleverat annos.

& Homonocae, Ep. cxlii.

Nondum bis denos aetas mea viderat annos.

ubi Scriverius legebat *aetas conpleverat annos.* vide illic notas. sic & in alio apud Ferret. Lib. IV. pag. 247.

Nondum conpletis viginti quatuor annis.

& in epitaphio Lasciviae apud Pith. pag. 140. ed. Genev. ut in codice Perotti legitur,

Quae nondum septem vitae conpleverat annos,
Quae caruit luce, & tenebris se miscuit atris.

quae loca illud *nondum* hic indubitatam faciunt emendationem. Versu secundo suppletur apud Murator. & Bonadam,

Et nimium fato citius depulsus in antro est.

perperam, quia sequenti versu, *Nec licuit lumen fato* &c. Cogitabam epitheton excidisse, quod antro conveniat, *infausto*, *tetro*. aut sim. ita in Epitaphio apud Pith. pag. 137.

Morte gravi raptus tetra defungeris ora.

id si admittamus, jungenda sunt *nimium citius* pro *nimium cito.* ut apud Maffej. in Mus. Veron. pag. 173.

Quosque cito nimium rapuerunt fata tenebris.

vel potius legendum *Et nimium subito.* quod firmari posset ex Ovidio Epist. III. v. 103.

Per tamen ossa viri subito male tecta sepulcro.

sic in epitaphio Petroniae Thallusae supra Ep. LXXIX.

Erepta est subito conjugis e gremio.

& apud Fabrettum pag. 191.

Quem subito iniqua fata rapuere parenti.

infra Epitaphio Boniti ex Capacio,

O mihi quam subito requiescis nate suavis.

apud Boissard. T. IV. pag. 115.

Mors tacita obrepsit subito, fecitque ruinam.

apud Gruter. pag. 686. 8. & Ferret. Lib. III. pag. 167.

Florentes annos subito nox abstulit atra.

vel, quia ultima superstes vocis amissae syllaba est .. io, posset etiam jungi *dicto citius.* ut in noto Virgilii versu,

Haec ait; & dicto citius tumida aequora placat.

ita sensus erit, Filium hunc obiisse morte magis subita, quam hoc Epitaphio exprimi & dici possit a parentibus. v. 3. *Nec licuit lumen fato superare parentes*, ut supra Ep. CXXVII. *nec potuit cuiquam superare suorum.*

EP. CCLIII. C. CVRTIVS ANTIOCHVS ET ARICINIA NAIS BASSO FILIO] Hoc & sequens Epigramma ita, ut edidi, exstat apud Pithoeum Lib. III. pag. 133. licet alii secundum praeponant primo, ut Mazoch. p. 109. Gruter. p. 670. 2. Ferret. p. 98. Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 165. Fleetwood p. 231. & ex Grutero Bonada Vol. II. p. 245. qui utrumque epigramma tamquam uni lapidi incisum hoc modo exhibent,

Q. ARICINIVS. Q. F. BASSVS
VIXIT. ANN. XXV.

Debuit hoc patris natus duo corpora humare,
Corpora semianimes corpus inane colunt.
Qui quia non possunt donis aequare merentem,
Respondere queunt, Basse, tuis meritis.

V. C. CVRTIVS. C. L. ANTIOCHVS. PATER.

Debuit hoc natus nobis praestare duobus,
Ut cineres patrios dederet inferiis.
Sed quoniam dirae genuerunt fata volucres,
Te, Basse, ereptum flevimus ante rogum.

& sic in v. c. Moroni invenit Heinsius, & ego duobus diversis locis bis in MS. Perotti, in quibus ultimus primi epigrammatis versus ita legitur ut apud Mazoch. verbis male transpositis, *Basse tuis meritis respondere queunt.* utrumque ut diversum edidit G. Fabricius p. 118. ubi habetur illud

quod

Sed quoniam dirae genuerunt fata volucres,
Te, Baſſe, ereptum flevimus ante rogum.

EP. CCLIV. Q. ARICINVS BASSVS.

Debuit haec patrum natus duo corpora humare,
Corpora, ſemianimes corpus inane colunt.
Qui quia non poſſunt donis aequare merentem,
Reſpondere queunt, Baſſe, tuis meritis.

EP. CCLV. CAESIA GEMELLA SVCCESSO.

Quod fas parenti facere debuit filius,
Mors inmatura fecit, ut faceret parens.

EP.

quod Pithoeo primum eſt, & interiectis quatuor aliis epigrammatibus ſecundum Pithoei *Debuit haec patrum* &c. ſequitur demum pag. 119. primum vero diſtichon ſecundi epigrammatis ex ipſo lapide profert Pierius ad Virg. x. Aen. 67. ubi agit de ſcriptura illa INFERIa pro *inferiis*, ut PETIT longiore litera, pro duabus. ſed hinc Gruterus idem illud diſtichon, tamquam ſeparatum epigramma, ex Pierio repetiit p. DCCCCLXXI. 13. licet totum integrius priore loco dediſſet. In Inſcriptione v. Q. CVRTIVS ANTIOCHVS PATER praefigitur in v. c. Moroni, & ſubſcribitur v. ARICINA NAIS MATER. & in altero Epigr. Q. ARICINVS Q. F. BASSVS VIXIT. ANN. XXV. In Codice autem Perotti C. CVRIVA (CVRTIVA ſecundo loco) C. L. ANTHIOCVS PATER. & carmini ſubjicitur ARICINA NAIS MATER. ſecundo loco ARICINIA. alteri epigrammati praefigit Q. ARICINVS (ARICINIVS ſecundo loco) Q. F. BASSVS VIXIT ANN. XXV. & ſic fere apud Jacobonium, niſi quod Q. ARICIVS, & V. . ARICINIA NAIS.

Dederet inferiis] *crederet* v. c. Moroni. ſed *dederet inferis* in ipſo lapide haberi teſtatur Pierius ad Virg. quod & in meo Perotti codice inveni, & apud Mazoch. *dederit* Jacobon. vitioſe.

Sed quoniam dirae genuerunt fata volucres] corruptam lectionem arbitror. forte *dirae ſecuerunt fila Sorores*. ut mox in Epitaphio Apoloniae,

Ipſa mihi flore juventae
Ruperunt fila Sorores.

& in epitaphio, quod Gellius Max. liberto Phoebo poſuit, infra,

Quod ſi mutari potuiſſent fila Sororum.

ubi *fata* etiam in v. c. Moroni. ſupra in Epitaphio Juliae Secundae, Ep. CCXXX.

Sic etenim duxere olim primordia Parcae,
Et nevere ſuper nobis fatalia fila.

Heinſii tamen conjecturam praeferendam arbitror *dira genuerunt fata volucre*. ut indicet, parum fauſto & inauſpicato ſidere natum eſſe. ſive, ut de Verna Laſciva Sulpicius Abaſcantus, infra,

Laſciva heu nimium fatis crudelibus orta eſt.

dira volucre pro mala avi, infauſto omine. ut *avi ſiniſtra*, *incerta*. & ſim. vide Heinſii notas ad Catull. p. 650. & Tibull. Lib. IV. Adverſ. cap. I. p. 563. eodem modo κακοῖς οἰωνοῖς apud Graecos. de quo Stanlej. ad Aeſchyl. p. 750. & Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Jov. v. 68.

EP. CCLIV. *Debuit haec patrum*] *patris* v. c. Moron. *hec patris* cod. Per. Mazoch. Gruter. Jacobon. & reliqui. ſed *haec patrum* recte Pith. & G. Fabric. *patres* pro utroque parente ſaepe occurrunt, etiam in ſimilibus monumentis. ut Epitaphio Pyrallidis *Sacra Deis, patribuſque ſuis, memoreſque priorum*. & Anniae Agathonicae,

At patrum miſeranda aetas anima cruciatur.

quo loco ſic etiam capiendum monet Patruus meus ad Ovid. IV. Met. 61. & ex eo Anglus eruditus in Miſcell. Obſerv. Vol. I. Tom. II. p. 211 & 212. ubi plura ſimilia. ita *fratres* pro fratre & ſorore, *nati* pro filiis & filiabus, *fratres* & *ſorores* pro patruelibus & conſobrinis, ut *Reges* pro Rege & Regina. vid. Periz. Animadv. Hiſtor. cap. III. p. 106. ad Sanctii Minerv. p. 718. & Muncker. ad Hygin. fab. 159.

EP. CCLV. CAELIA GEMELLA SVCCESSO *Quod fas parenti* &c] apud Pith. pag. 134. bis editus apud Mazoch. p. 159. praefixa inſcriptione prolixiori,

DIIS MANIBVS
SVCCESSI. FIL. CAESIA. GEMELLA. MATER.
PIISSIMO. FILIO. DE. SVO.
VIX. AN. IIII. M. XI. D. VIII.

Quod fas parenti facere debuit filius,
Mors inmatura fecit, ut faceret parens.

PATER. SVCCESSVS. SVPPREMVM. VTRISQVE
PRAESTITIT. OFFICIVM.

aliter vero p. 160. b. ubi hoc modo occurrit:

Quod fas parenti facere debuit filius,
Mors inmatura fecit, ut feceris parens.

PATER. SVCCESSVS. SVPPREMVM. VTRISQVE
PRAESTITIT. OFFICIVM. IN. F. P. XI. IN AG. P. XI.

ſed

EP. CCLVI. MATER FILIAE.

Verius hunc titulum matri tu, nata, dicasses,

Quem

sed longe melius & integrius apud Gruter. pag. DCCVII. 8. ubi notatur in arula fuisse insculptum:

DIIS. MANIBVS.
SVCCESSI. FIL.
CAESIA. GEMELLA
MATER. FILISSIMO.
FILIO. DE. SVO
VIX. ANN. IR.
M. IIII. DIEB. XV.
FATIS. PERACTIS. MATER.
EODE. EST. CONDITA. QVAE.
POST. OBITVM. FILI.
VIX. ANN. III. M. XI. D. VIII.
in sinistro Latere.
QVOD. FAS. PARENS. (leg. PARENTI)
FACERE. DEBVIT. FILIVS.
MORS. INMATVRA. FECIT.
VT. FACERET. PARENS.
PATER. SVCCESSVS
SVPREMVM. VTRISQVE
PRAESTITIT. OFFICIVM.

ubi tamen ultimi versus partem distichi Elegiaci, diverso a praecedentibus metro, constituunt, sed ita forsan castigandi,

——— *pater Successus utrisque*
Supremum invitus praestitit officium.

ne recurramus ad commune illud effugium, ultimam in *utrisque* produci ante *pr.* & ita inveni in codice Meermanniano, & in libro MSS. Inscript. Pighiano; ubi inter primum & secundum sinistri lateris versum interponitur lamina rotunda cum foraminibus ad lacrimas excipiendas. & sic apud Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 164. Miror itaque, Ferretium, qui semper fere Gruterum sequitur, his omnibus neglectis, tantum dedisse, ut exstat apud Pithoeum, & G. Fabric. pag. 118. Bonifacius de comp. Epitaph p. 178. sic adfert versum secundum, *Mors fecit inmatura, faceret ut parens.* & praefigit haberi *Romae in aedibus S. Chrysogoni*, licet apud Gruter. *Romae apud Card. Caesium.* eadem querela est in Inscriptione, quam adfert Steph. Zamosius in Analect. Antiqq. Daciae cap. x. init.

D. M.
QVAE. PRIOR. DEBVI. MORI. VRGENTIBVS. FATIS. FILIVS. VNICVS. ME. PRAEVERTIT. QVOD. MISERRIMVM. FATV. EST. LAELIA. SOLA. MATER INFELICISSIMA. HERCVLI. FILIO. CARISSIMO. P. VIXIT. AN. IX. M. V. D. XII.

qui recte LAELIA SOLA explicat pro orba, vidua, desolata ut simplex *solare* pro desolare apud Statium Lib. V. Theb. 119

Idem animus solare domos, juvenumque senumque
Praecipitare colos.

male igitur in Indice Gruteriano LAELIA SOLA cognominis titulo exponitur; in quo opere haec inscriptio ex eodem Zamosio, sed loco non indicato, profertur pag. DCLXXXVI. 9. Ceterum ex hoc Epigrammate adumbratum id quod legitur in epitaphio Antonii cujusdam Severi Aquilae apud Gruter. pag. 669. 4.

ANTONIVS. SEVERVS. AQVILA. HIC. IACET SINE. ANIMA. MISERABILI. FATO. QVI. VIXIT ANNOS. BISSENOS. ET. SEX. MENSES. CVI. VOTA ERANT. VT. PARENTIBVS. ISTA. PARARET SET. MORS. IMMATVRA. FECIT. VT. FACERENT PARENTES. FILIO. CONTRA. ORDINEM. . . . .

ubi supple CONTRA ORDINEM FATORVM. & vide supra pag. 166. his vestigiis adhaeret inscriptio Gudiana pag. CCXLIX. 2.

QVOD. FAS. ERAT. FILIVM. FACERE.
PARENTIBVS. MORTE. IMMATVRA. Q.
SER. ET. SEX. R. FILIO. FECERE
PARENTES. INFELICISSIMI.

& hinc expressa est alia, quam edidi in Sylloge Inscriptt. post Sicula D'orvillii p. 596. N. 94.

QVOD. PAR. PARENTI. FACERE.
FVERAT. FILIAM MORS. IMMA-
TVRA. FECIT. VT. FACERET. MATER.

& Conimbricensis apud Murator. T. II. p. MCLX. 2.

EGNATIA. FLORENTINA
H. S. E. S. T. T. L.
QVOD. PARENTI. FACERE
DEBVIT. FILIA.
ID. IMMATVRE
FILIAE. FECIT. PATER.

& Tiburtina p. MCCXII. 1.

SP. SAVFEIVS SP. FILIVS VIXIT
AN. VI. MENS. I. DIES. QVINQVE
QVOD. PAR. PARENTI. FVERAT
FACERE. FILIVM. MORS. IMMATV-
RA. FECIT. VT. FACERET. PATER.

hae enim Inscriptiones iisdem verbis aperta imitatione hoc ipsum epigramma referunt. certe querela ista fere perpetua est in epitaphiis, quae Parentes filiis posuerunt. ut supra epitaphio Ninniae Cronidis, Ep. CCXXXI.

Quod decuit natam patri praestare sepulto,
Hoc contra natae praestitit ipse pater.

& hanc sepulcralem veterum formulam aemulatus est Sannazarius Lib. II. Ep. 19.

Nate, patris matrisque amor, & supremo voluptas,
Accipe, quae nobis te dare par fuerat.
Busta eheu, tristesque notas damus, invida quando
Mors inmaturo funere te rapuit.

& poëta incertus apud Schradaeum in Monum. Ital. pag. 148. & G. Fabricium in Roma p. 264.

Accipe supremos tumuli modo frater honores,
Quos potius nobis tu dare debueras.

EP. CCLVI. *Verius hunc titulum* &c.] sic edidit G. Fabric. p. 118. & Pithoeus p. 134. Gruter. p. DCCVIII. 1. Ferret.

Quem mater miserae nunc tibi, nata, facit.
Bis fenos conplentem annos te, filia, matri
Eripuit miserae mortis iniqua dies.
Obtestor manes meritae sanctaeque patronae, &
Conprecor, ut leni terra tegat tumulo.

EP. CCLVII. APOLONIAE.

Apolonia quae vocitabar,
Lapide hoc inclusa quiesco,
Ipso mihi flore juventae
Ruperunt fila Sorores:
Annos post decem & octo
Vetuerunt visere lumen.

Unum

Ferret. Lib. III. pag 163. Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 166. & produxit Manut. ad Cic. Cat. Maj. cap. 23. p. 363. ed. Graev. unde mirari licet, post tot editores tamquam novum ex folo Ligorio propinasse Muratorium Tom. II. pag. MCCXXXIV. 7. sed vitiosum valde. Nam versu primo dedit, *Prius hunc titulum* &c. quasi excidisset *Ab*, vel *Heu prius*. recte Fabric. Pith. & reliqui dederunt *Vertus*, id est justius, naturae & fatorum ordini convenientius. sic *justa fatorum lex*, & *funera justa*, de fatis ordine euntibus. vide supra ad Ep. CCVIII. forte etiam *tumulum* hoc loco praeferri praestet ex Grutero, Jacobonio, & Ferretio, non *titulum*, ut Pith. & Fabric. licet utrumque in epitaphiis occurrat, quia hae voces semper fere in iis confunduntur. *dicare*, & *dedicare tumulum*, in Inscriptionibus aliisque monumentis frequens. sic in Epigr. in Aureolum, quod edidi Tom. I. p. 244.

Ille tamen clemens, qui corporis ultima fervans
Et pontem Aureoli dedicat & tumulum.

sic LOCVM SEPVLC. DEDICAVIT, ut recte Gruterus legit, in Inscript. antiqua apud Rhodium ad Scribon. Larg. p. 146. *tumuli titulum dedicare* in epitaphio Nymphii supra Ep. CCVI.

Parva tibi, conjux, magni solatia luctus,
Hunc tumuli titulum moesta Serena dicat.

sic Amaranthus Procillae Ep. CL.

Hunc sibi perpetuo titulum, gratissima conjux,
Corporis extincti dedicat ipsa fides.

vide Heinf. ad Silium Ital. III. 86. & Lib. II. Adverf. cap. 19. p. 362. versu secundo pessima in metri leges macula edidit Muratorius *nunc tibi nata fecit.* tertio *complentem* recte Pithoeus emendavit. *compleatam* Fabric. Gruter. Jacob. Ferret. & Murat. quod sculptori tribuendum. v. 4. *Eripuit misere* apud Jacobon. ultimo versu negligentissime iterum Muratorius dedit,

Et comprecor ut LEVI *terra tegat tumulo.*

saltem *leni* dedisset ex Fabricio & Grutero. reliqui illud *&* rejecerunt, ut corrigi jam jusserat Pithoeus in notis pag. 464. aliter deleto *&* in praec. versus fine, ubi ingratius collocatur, posset etiam scribi, *Conprecor utque levi.* Ceterum pro ultimo hoc disticho apud Jacobonium aliud legitur,

O fortuna, fidem quantam mutasti maligne!
Quam genuit genetrix, secum tenet in lare Ditis.

sed quae alterius Epigrammatis lacinia est, quod supra habuimus Ep. LXX.

EP. CCLVII. APOLONIAE] ediderunt G. Fabricius p. 128. Pithoeus p. 134. Aldus in Orthogr. p. 313. Toscanus post Carm. Poët. Ital. Tom. I. pag. 92. Joh. Jov. Pontanus in Actio pag. 218. Tom. II. Oper. ed. Basil. Gruter. p. 669. 8. Ferret. p. 271. Jacobon. Adpend. ad Fontej. p. 130. Labbaeus Thes. Epitaph. vet. P. I. pag. 9. Bonada Vol. II. pag. 114. & Angius Anonymus in Deolectu Inscript. Metric. pag. 8. N. VI. primo versu qui *Apollonia* ediderunt pro *Apolonia*, non adtenderunt ad metrum. sunt enim singuli versus ita scripti, ut alteram hexametri partem constituant. quale est Ausonii Ep. XVIII. Parentalium. hinc male etiam *vocitabatur* apud Aldum, Toscan. Gruter. & Jacobon.

Ipso mihi flore juventae Ruperunt fila Sorores] hi duo versus cum binis sequentibus desiderantur in codice Meermanniano, apud Pontanum & G. Fabricium. *Rapuerunt* male Jacobon. sic in Epigr. apud Gudium p. 227.

Et pavit rupisse suas quoque fila Sorores.

& in epitaphio Athenaidis apud Fabrett. p. 702. *Stamina ruperunt subito sua candida Parcae.* & alibi passim.

Annos post decem] addi potest *Atque annos.* sequenti versu *Venerunt* male apud Gruter. Jacob. & Labbaeum. *Vetuerunt* recte edidit Aldus, Toscanus, Pithoeus, & Ferretius.

9. *Ma-*

Unum fortita maritum,
Servavi casta pudorem.
Mater misera hoc monumentum
Exstruxit Olympias amens.
Haec sunt. bene vive, viator.

EP. CCLVIII. IVLIAE.

Julia, dum vixti, patri suspiria; questus
Inde ego saepe ergo pectore, saepe animo.
Nunc vero ad tumulum quoties pia justa repono,
Do lacrimas cineri, fundo preces Superis.
Sic precibus lacrimas miscens tua busta reviso,
Dilecto quoniam non licet ore frui.

EP. CCLIX. PETALI.

Si non fatorum constantia jura fuissent,
Mater in hoc tumulo debuit ante legi.

Quae

9. *Mater misera* &c.] male apud Ferretium,

Mater misera hoc monumen-
tum Olympias amens.

neglecta voce *Exstruxit.* *monumen* Ald. & Gruter. *monumentu* apud Pontan. ut *fatu*, & sim. in lapidibus. quod indicium est, ultimam vocis syllabam propter metrum coalescere cum prima sequentis versus *Exstruxit.*

11. *Haec sunt. bene vive, viator*] deest hic versus in Codice Meermanniano, & apud G. Fabricium. sed reliqui agnoscunt. & est formula in his obvia. Ovid. I. Am. 8. 107.

Saepe mihi dices vivae bene: saepe rogabis,
Ut mea defunctae molliter ossa cubent.

ubi in codice Menteliano *vivas modo.* olim legebatur *vivas bene.* cui lectioni favere hunc locum ex Pithoei Catalectis notavit Heinsius, licet alterum praetulerit. supra in Epitaphio Popiliae Alexandriae, Ep. CXCIV.

Quid lacrimas? factum est. vir bene, vive, vale.

ubi etiam legi posset, *vir*, *bene vive*, *vale.* & in illo Lesbiae ab Anchialo posito, Ep. CXLVIII.

——— *mea sunt hic ossua in olla*
Consita: vive hospes, dum licet, atque vale.

in Thesauro Murator. p. MDCXL. 9.

VIATORES. SALVETE. ET. BENE. VALETE.

non dissimile illud apud eumdem p. MDCCXVIII. 13.

TV. QVICVMQVE. LEGIS. . . . . .
SIT. TIBI. SVAVITE. .

quod supplet SIT. TIBI. SVAVIS. TELLVS. infeliciter. SIT TIBI TERRA LEVIS frequentissimum. sed *sit tibi terra suavis* inusitatum. corrige minima mutatione, SIT. TIBI. SVAVITER. ita DVLCITER in Inscript. apud Gruter. pag. DCXCVII. 6. & Murator. Tom. III. pag. MCCXLI. 5. in aliis, *vale viator*, *&* *abi in rem tuam*, ut apud Gruter. pag. DCCCXCVIII. 12. vide Monum. Vetust. Kempian. p. 167. & in Graecorum monumentis στὰς, ὁδοίπορε, ἄκουε, καὶ μαθὼν ἄπιθι, ut bene in marmore villae Pamphiliae apud Murator. emendat Leichius in Miscell. Lips. Nov. P. I. pag. 485.

EP. CCLVIII.] apud Schradaeum in Monum. Ital. pag. 140.

EP. CCLIX. *Si non fatorum constantia jura fuissent.*] sic profert Muratorius Tom. II. pag. MCXCIX. 3. & ex eo Bonada Vol. II. p. 224. sed paullo aliud, licet lacerum & corruptum, Epitaphii hujus initium legitur apud Anton. Ricchi Reggia de Volsci pag. 150.

Si non. . r. u. m. pre. posir. . jura fuissent.

unde tamen veram lectionem eruere licet hoc modo,

Si non fatorum praepostera jura fuissent,
Mater in hoc titulo debuit ante legi.

quod oportunius & elegantius, quam *constantia jura*, ut apud Murator. quae dici non possunt de inverso Fatorum ordine, de quo hic querela est, cum filius ante matrem conditur. quae rectius *fatorum contraria jura* dicuntur, quam *constantia.* & ita edidit M. Aegyptius in Epistolis suis pag. 172. qui affert hoc Epigramma ex lapide, quem *nuper* in agro Atinate repertum dicit. quod miror, cum

Quae rogat, ut dicas motus fatalibus annis,
Terra ſit haec Petalo non oneroſa, precor.

EP. CCLX.

TIB. CLAVDIO. ESQVILINA. TRIBV. AVG. (LIB) TIBERINO
TAMPIA. HYGIA. MATER. FILIO. PIENTISS.

Tu, quicumque mei veheris prope limina buſti,
Supprime feſtinum, quaeſo, viator iter.

Per-

cum diu ante eum jam produxerit Ricchi, cujus liber prodiit Neap. 1713. & Aegyptius illam Epiſtolam an. 1726 ſcripſerit. verſu ſecundo etiam *titulo* melius apud Ricchi, quam *tumulo*. Eleganter *praepoſtera* fatorum *jura* vocat inverſa, & tenori naturali contraria. Firmat hanc lectionem Inſcriptio apud Gorium T. III. Inſcr. Flor. in Adpend. pag. 32. & Murator. T. II. p. MCLXXXVIII. 9.

D. MARIVS. D. L.
EXORIENS
V. A. XXXV.
HVNC. LEGES. LETI. PRAEPOS
TERAE. ERIPVERE
MATRI. QVAE. VT. ANNIS
MORTI. QVOQ. ESSET. PRIOR.

& ſic ob filium amiſſum de PRAEPOSTERITATE NATVRAE queritur pater in Inſcript. apud Gruter. pag DCLXXXIV. 6.

INFELICISSIMVS. PARENS. AFFLICTVS. PRAEPOSTERITATE
NATVRAE. HVNC. FILIVM. VNICVM. HIC. CONDIDI.
QVEM. IMPORTVNA. MORS. ADEMIT. &c.

RETROGRADO ORDINE DEFVNCTO p. CCCCXXXVI. 1. INVERSO MORTALITATIS ORDINE apud Reineſ. p. 376. ſic fata *male judicantia* alibi in Inſcriptionibus vetuſtis dicuntur. vid. ſupra ad Epitaphium Aquilae Ep. CCXIX. pag. 166. & huc refert *res humanas ſuperfuſas* in Legib. Burgund. Tit. LIII. quod recte pro *ſuperfluas* vindicat & de converſo Fatorum ordine exponit Lindenbrog. in notis pag. 1323. Ex hoc epigrammate deſumtum illud in alio Epitaphio apud Murator. p. MCLXXXIX. 1.

Si non fatorum praeceps hic mortis obiſſet,
Mater in hoc titulo debuit ante tegi.
Praeteriens dicas, Procule, ſit tibi terra levis.

ubi corrigendum, *in hoc tumulo debuit ante tegi.* vel, *in hoc titulo d. a. legi.*

EP. CCLX] Edidit Muratorius Tom II. Theſaur. p. DCLV. qui in nota obſervat huic Tiberio Claudio Tiberino Liberto Aug. artem fuiſſe canere veterum poëtarum, & praeſertim Homeri, carmina ad convivia potentum, quod diſticho ſexto & ſeptimo innuit: unde & in inſcriptt. antiquis inter officia ſervorum mentio fit SERVI LECTORIS CARMINVM HOMERI. qua de re vide quae infra notabimus ad carmen Petronio Antigenidi ſcriptum. Legitur etiam apud Ficoronium in fine Differt. Italicae de Larvis Scenicis Vet. Rom. Tabula II. ubi in Inſcriptione praefixa habetur,

TI. CLAVDIVS. ESQVILINA. AVG. TIBERINVS. HIC. SITVS. EST. FECIT
TAMPIA. HYGIA. MATER
FILIO. PIENTISSIMO.

& ſic apud Bonadam Vol. II. pag. 263. verſu ſecundo edidi, *Supprime feſtinum, quaeſo, viator iter.* ſic enim recte apud Ficoronium. nam *feſtivum* male apud Muratorium. hoc eſt quod alibi in Epitaphiis; ut Ep. LVII.

Siſte gradum, quamvis properas, brevis hora, viator.

ſupra Ep. CCXIV.

Tu qui carpis iter greſſu properante, viator,
Siſte gradum, quaeſo.

neque diſſimile hujus epitaphii initio eſt illud Propertii Lib. II. El. I. 85.

Si te forte meo ducet via proxima buſto,
Eſſeda caelatis ſiſte Britanna jugis.

tertium verſum miror Ficoronium, Muratorium, & Bonadam vitioſiſſime edidiſſe hunc in modum,

Perlege, ſignum quam doleas pro funere acervo.

quomodo ſi invenerint deſcriptum, corrigere tamen facillimum erat, cum unicuique pateat legendum eſſe, ita ut edidi, *Perlege, ſic numquam doleas pro funere acerbo*, formula ſepulcrali obvia. ſic in Epitaphio iambico apud Fabrettum p. 612. & Gudium pag. 272.

Per haec ſepulcra, perque, quos colis, manes,
His parce tumulis ingredi pedem ſaepe,
Sic numquam doleas atque triſte ſuſpires.

in Epitaphio Lesbiae, Ep. LVII.

Sic fati numquam te dolor exanimet.

& in mutilo lapide apud Gruter. p. DCCXVIII. 3.

——— *nec duro jam doleas obitu.*

& haec emendatio in mentem quoque venerat Cel. Oudendorpio, niſi quod *prae funere acerbo* praeferret. qui v. 6. etiam *defleti* malebat, ut bene apud Ficoronium, non *decleti*, ut vitioſe editur apud Muratorium. quinto verſu *media de plebe*, ut apud

 Ovid.

Perlege, sic numquam doleas pro funere acerbo,
  Invenies titulo nomina fixa meo.
Roma mihi patria est, media de plebe parentes,
  Vita fuit nullis tunc violata malis.
Gratus eram populo quondam, notusque favore,
  Nunc sum defleti parva favilla rogi.
Quis bona non hilari vidit convivia voltu,
  Adque meos mecum pervigilare jocos?

Quon-

Ovid. IX. Met. 306. *Una ministrarum, media de plebe, Galanthis.* quem locum Muratorio adscripserat Cel. D'orvillius. versu sept. *notus favore populi* eleganter & proprie dictum. ut *noti* gladiatores, histriones, athletae, & sim. id est spectati, probati. sic in epitaphio Vitalis Mimi, Ep. XX. v. 3.

His ego praevalui tota notissimus urbe.

in carmine ad Fortunam Praenestinam, Tom. I. Lib. I. Ep. LXXX.

Notus in urbe sacra, notus quoque finibus illis.

Suet. Caes. 26. *gladiatores notos vi rapientes servandosque mandabat.* sic *notus scurra* Phaedro Lib. V. fab. 8. & *notae pudicitiae matrona* Petronio cap. CXI. vid. ad Epitaph. ejusdem Vitalis Mimi, ubi occurrit malo etiam sensu, v. 20.

O quoties imitata meo se femina gestu
  Vidit, & erubuit, totaque nota fuit.

ut illic legendum, non *mota*. Versu nono forte praestiterit, *Quis bona non hilari vidit* (vel *audivit*) *convicia vultu.* ut *convicia bona* pro jocis, dicteriis, vel cantilenis innocuis capiantur. de quo vid. Broukh. ad Propert. Lib. III. El. 8. 25. & quae notavi ad Lotich. Lib. I. Carm. 31. p. 453. Sed *bona convivia* pro opulentis ac delicatis, vel pro bonis convivis accipi possunt: ut sit sensus, Quis non vidit bonos convivas ad meos jocos vultu semper hilari, & in noctem seram pervigilantes. *hilari vultu*, ut apud Stat. fine Sylvarum,

——— *dulcesque tenebis*
Risus, & e nostro veniebant gaudia vultu.

versu sequenti *locos* perperam editur apud Ficoronium pro *jocos*. ut legendum esse firmat simile Epitaphium M. Laelii Africani, mox producendum, ut supplevit Bonada,

Musicus in scena docte cantare solebat,
  Acceptus multis (sic legend.) *magnifico ingenio,*
  Receptus inter vina jocosque prior.

talem jucundum & festivum Menophilum describit epitaphium Graecum apud Gruterum p. OCLV. 2.

Εὐφρανθεὶς συνεχῶς γελάσας παίξας τε, τρυφήσας
Καὶ ψυχὴν ἱλαρῶς πάντων τέρψας ἐν ἀοιδαῖς,
Οὐδένα λυπήσας, οὐ λοίδορα ῥήματα πέμψας,
Ἀλλὰ φίλος Μουσῶν, Βρομίου, Παφίης τε βιώσας,
Ἐξ Ἀσίης ἐλθὼν, Ἰταλῇ χθονὶ ἐνθάδε κεῖμαι
Ἐν φθιμένοις, νέος ὤν, τ' οὔνομα Μηνόφιλος.

quod elegantissima H. Grotii Musa sic interpretabatur:

Vixi in deliciis semper lususque jocoque,
Cunctorumque animos festivo carmine mulsi,
Haud hominum cuiquam gravis, haud convicia fundens,
Dilectus Bromio, Venerique, novemque Camenis,
Ex Asia veniens, Itala tellure sepultus
  Hic jaceo, juvenis, nomine Menophilus.

sic in illo Eucharidis Liciniae apud Pithoeum pag. 141.

Docta erudita paene Musarum manu
Quae modo nobilium ludos decoravi choro
Et Graeca in scena prima populo apparui.

supra in epitaphio Graeco Homonoeae Ep. CXLVI.

Ἡ πολὺ Σειρήνων λιγυρωτέρη, ἡ παρὰ Βάκχῳ,
  Καὶ θοίναις, αὐτῆς χρυσοτέρη Κύπριδος.

& in epitaphio Glyconis Ep. CLXVI.

Quae numquam tetricos egit sibi lucis honores,
Sed mage lascivos, suaves, Bacchoque madere,
Simplicitate sequi cantus mollesque choreas
Lusibus ipsa suis generabat, saepe & amores &c.

ubi vide notas. versu quartodecimo per *Caesareum forum* intelligi forum Julium, a Jul. Caesare aedificatum, adscripserat D'orvillius. Ultimum hujus epigrammatis distichon insigni naevo foedatum esse patet, quia apud Ficoronium legitur *deit hinc quot.* neque commodus sensus elici potest ex lectione, quam dedit Muratorius. saltem bis *quot* scribendum vidisset ex pentametro. latet ulcus omne in *dedit hinc.* quo curato sua versibus his redibit elegantia. Feliciter sedem mendi detexit Cl. Franc. Oudendorpius, qui palmariam hujus loci restitutionem, ut memini, aliquando mecum, dum viveret, communicavit. Legendum nempe,

Quot meat in stellis Delphin, quot Pegasus ales,
  Tot mea natales fata dedere mihi.

ut indicet, se tot annos vixisse, quot stellae sunt in Pegaso & Delphino. id est XXVI. vel circa. vide Scholiastem Germanici ad *Equum* & *Delphin.* & Muncker. ad Hygin. Astron. Lib. III. Sign. cap. XVI. & XVII. Ita vir optimus & eruditissimus, cujus emendatio verissima & citra controversiam est. Sed annorum numerum forte XLIII. constituendum adparebit, si stellas in Pegaso & Delphino simul

Quondam ego Pierio vatum monumenta canore
  Doctus cygneis enumerare modis.
Doctus Maeonio ſpirantia carmina verſu
  Dicere Caeſareo carmina nota foro.
Nunc amor & nomen ſupereſt de corpore toto,
  Quod ſpargit lacrimis moeſtus uterque parens.
Serta mihi floreſque novos, mea gaudia, ponunt,
  Fuſus in Elyſia ſic ego valle moror.
Quod meat in ſtellis * dedit hinc quod Pegaſus ales,
  Tot mea natales fata dedere mihi.

EP. CCLXI.

D. M. S.
M. LAELIO. AFRICANO
M. LAELIVS. AFRICANVS
ET. FLAVIA. OPTATA. PARENTES
B. M. F.
QVI. VIXIT. ANNIS. XXI. M. VI. D. X.

Muſicus in ſcena docte cantare ſolebat,
Acceptus multis, magnifico ingenio.
Receptus inter vina jocoſque prior
Celebri favore artem exponens ſuam.
Ut quemvis raperet mirifico ingenio.
Leniretque animum carmine doctiloquo.

EP. CCLXII.

Quot lacrimas moriens liquiſti filia matri,
  Tot tibi dent Superi gaudia perpetuo.

Ter

ſimul conputemus, ut habentur in eorum Imaginibus, quas ex vetuſtiſſimo codice Suſiano dedit H. Grotius in Arateis p. 33. & 57. ubi in Pegaſo XXIX. & in Delphino XIV. ſtellae conſpiciuntur. eaſdem e Grotio etiam Hygino ſuo inſeruit Munckerus, ſed numerus ſtellarum in Imaginibus expreſſus non convenit cum deſcriptione Hygini, qui Delphino X, & Pegaſo dat XVIII ſtellas, non XVII. ut in fine capitis male editur. adeoque XXVIII annorum numerus hic eſſet intelligendus. Haec ſcripſeram, cum vidi poſtea eamdem in hoc verſu emendationem etiam in mentem veniſſe doctiſſimis Marmorum Taurinenſium editoribus Ant. Rivautellae & Joh. Paul. Ricolvi Tom. II. p. 66.

EP. CCLXI.] mutilum & corruptiſſimum edidit Maffejus in Muſ. Veron. p. CCXCIV. 7. ſed ſupplevit Bonada Vol. I. pag. 444 verſu ſecundo edidi *Acceptus multis*, pro *Acceptuſque nimis multis*, ut apud Maffej. *magnifico ingenio* & paullo poſt *mirifico ingenio* ſuſpecta ſunt. tertio verſu ex Bonada dedi, *Receptus inter vina jocoſque prior*. Maffejus edidit *Receptus inter. . . . . . prior*. ſed bene ſuppleviſſe Bonadam modo ad Epigr. praecedens notavi.

EP. CCLXII. *Quot lacrimas moriens* &c.] Inter vetera legitur apud Pithoeum Lib. III. p. 134. primum diſtichon velut ſeparatum epigramma eſt apud Schradaeum p. 185. b. ubi *liquiſti filia patri*. ut Ep. CLXIV. *liquiſti morte querelas*. ubi vide notas. & v. 2. apud

Ter conata fequi, ter fpiritus haeferat ori.
Quod volui, haud potui, te pereunte, mori.
Solamen, fi quod miferae eft, infomnia praeftant;
Quum triftem in fomnis ludit imago animam.

apud Schradaeum *gaudia perpetua.* totum vero inter Neapolitana exhibet p. 243 tamquam recens, & CLAVDIAE GAGLIANAE fcriptum, quo titulo etiam occurrit apud Nath. Chrytraeum in Delic. Itin. p. 79 & apud utrumque additur haec fubfcriptio: *Claudiae Gaglianae feminae rariff. Quae vixit annos* XIX. *mens.* X. *dies* IIII. *Angela Ferraiola mater infeliciff. F. quam tunc dolor intefiinus dejeret, cum clemens mors illam affequetur.* Sed non tantum carmen ipfum, ut faepe alias, fibi vindicavit, & antiquum pro recenti vendidit, quicumque illud monumentum pofuit illi Claudiae Gaglianae, verum & fubfcriptionem adumbravit, ut vetuftatis genium redoleret, ex Infcriptione itidem Neapolitana, quae ex Apiano legitur apud Gruter. pag. DCLXXXIV. 6. & epitaphium continet Filio pofitum a Patre:

QVEM. IMPORTVNA. MORS. ADEMIT
PRAERRPSITQVE. SENII. BACVLVM. & feqq.
HVNC. ANTE MORS. ADSEQVETVR
QVAM. TRISTES. LACHRIMAE. DESERVERINT.

vel ex T. Peticii epitaphio, quod fupra edidi Ep. CCXXXV.

Mors me adfequetur, tunc mihi dematur dolor.

hinc ejufmodi impofturae, toties alibi jam detectae & notatae, manifeftae funt.

3. *Ter conata fequi, ter fpiritus haeferat ori*] ita correxi, cum vitiofe in utraque Pithoei editione legatur *Te conata fequi.* fed in notis emendat *Ter.* ut apud Chrytraeum & Schradaeum. imitatur poëta Ovidium Epift. IV. 7.

Ter tecum conata loqui, ter inutilis haefit
Lingua, ter in primo reftitit ore fonus.

Lib. II. Faft. 823.

Ter conata loqui, ter deftitit.

& XI. Met. 419.

Ter conata loqui, ter fletibus ora rigavit.

ubi vide Clofan. & ad Epift. XIV. 45. Virg. VI. Aen. 700.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruftra comprenfa manus effugit imago.

vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. VII. 118.

4. *Quod volui, haud potui, te pereunte, mori*] fic Pith. & Schradaeus. *te moriente mori* apud Chrytraeum. quod firmari poffet illo Nafonis III. Am. 9. 58.

Tecum, quos dederint annos mihi fila Sororum,
Vivere contingat, teque obeunte mori.

ut legebat Heinfius. vide fupra ad Ep. CCX. p. 159. forte hic praeftet, *te praeeunte*, ut idem conjecerat. fimile fere illud Ovidii de uxore fua Lib. I. Trift. El. 3. 99.

Et voluiffe mori, & moriendo ponere fenfus,
Refpectuque tamen non potuiffe mei.

ita mallim, quam *pofuiffe.* quod hic locus firmat. nam *non potuiffe* eleganti oppofitione referendum ad praecedens, *Et voluiffe mori.* eodem modo, ut hoc in verfu, *Quod volui, haud potui.* ut apud eumdem Ovid. II. Met 812. *Saepe mori voluit.* & Lib. X. 132. *Velle mori ftatuit.* & hoc probatur ex Epigr. de puero & vetula nutrice, fupra edito Ep. CCXVIII.

Vix lucem vidiffe, fatis qui vivere poffet:
Vivere quae nollet, vix potuiffe mori.

ubi vide notas.

Quum triftem in fomnis ludit imago animam] tale de mortuis folatium apud poëtas frequens. Propertius Lib. IV. El. 4. 64. de Cynthia defuncta:

Experiar fomnum, de te mihi fomnia quaeram,
Fac venias oculis umbra benigna meis.

quem locum bene cum verfibus Lotichii ex Lib. III. El. 3. 57. contulit Broukhufius. adpofite Albinov. ad Liviam v. 325.

Quid mortem tibi maefta rogas? amplexaque natos
Pignora de Drufo fola relicta tenes?
Et modo per fomnos agitaris imagine falfa,
Teque tuo Drufum credis habere finu.

fic in Epitaphio Juliae, fupra Ep. CLIII.

Namque, ego feu rebus fuerim diftrictus agendis,
Seu dederim vacuo languida membra toro;
Tu mihi femper ades, tua praefens femper imago eft,
Quae mifero moveat flebile cordolium.

& talem amicae defunctae imaginem in fomnis fe ludentem pulcherrime ante oculos refert idem Lotichius ead. Eleg. v. 19. & feq.

Umbra mihi toties quae fe miferabilis offert,
Obfcura quoties omnia nocte filent.
Quin etiam nuper vigilantem nocte ferena
Terruit, ad lecti vifa federe pedes.
Cumque ego clamarem demens, animamque rogarem,
Per thalami claufas fugit imago fores.

ubi vide notas.

EP. CCLXIII.

Viderat exanimem mater Byzantia natum,
Forte facit patriis dum ſua vota ſacris,
Inpoſitumque ſuis juvenem, quae geſſerat, armis,
Et madida hoſtili tela manuſque nece.
Mox nec ſciſſa comam mater, nec territa caſu
Femina, fortuna celſior ipſa ſua:

Nate,

EP. CCLXIII. *Viderat exanimem mater Byzantia natum*] Egregium hoc & optimi poëtae Epigramma habetur apud Pithoeum Lib III. pag. 134 & 135. & ex illo apud Labbaeum Theſ. Epit. vet. P. I. p. 34. conferri cum eo merentur duo Epigrammata Graeca, de Tynnicho, patre Thraſybuli Lacedaemonii, & matre Demetrii, itidem Spartani Lib. III. Anthol. Gr. Tit. v. Ep. 11 & 12. & Auſonius Epigr. XXIV & XXV. An inter vetera referendum ſit, ſuſpicionem movere quis poſſet, quia totum hoc carmen, & tribus quidem diſtichis auctius, legitur apud Mich. Marullum Lib. II. Epigramm. 30. p. 35 ſub titulo *de Fortitudine Byzantiae*. Sed, ut conſtet fucus ignobilis, exhibendum erit integrum Epigramma, ita ut in Marulli Carminibus exſtat, unde patebit, eum veteri Epigrammati, inmerito ſibi vindicato, ut lateret fraus, ſuos inſeruiſſe verſus, ſed quos, alio literarum charactere a nobis exhibitos, genii admodum diſſimilis & longe inferioris eſſe, facile deprehendent poëticarum elegantiarum arbitri: ita enim apud illum leguntur:

Senſerat *exanimum mater Byzantia natum,*
Forte facit patriis dum ſua ſacra Deis.
Uniuſque dolor totam concuſſerat urbem,
Atque erat in luctu vir mulierque novo.
Illa immota diu, poſtquam ſtata ſacra peregit,
Reſpicit adverſo pectore vulnus hians.
Inpoſitumque ſuis juvenem, quae geſſerat, armis,
Et madida hoſtili tela manuſque nece.
Mox nec ſciſſa comam mater, nec territa caſu
Femina, fortuna celſior ipſa ſua.
Nate, ait, egregium patriae per ſecula nomen,
Quam non degeneri funere, nate, jaces!
Agnoſco quae ſaepe mihi promittere ſuetus,
Oraque adhuc hoſti paene tremenda tuo.
Nunc demum peperiſſe juvat, dolor omnis abeſto,
Numquam ego te nato non bene mater ero.

profecto niſi Marullus iſtos elumbes & languentes verſus, neque cum ceteris illis valde eximiis comparandos, aſſuiſſet ut verſicolores pannos, callidius publico inpoſuiſſet, &, ſi totum ſine ulla mutatione aut inſititio augmento adoptaſſet, dubitari poſſet de antiquitate Epigrammatis, quia & alia ſimilia, quae inter vetera Catalecta nunc circumferuntur, etiam apud Poëtas nonnullos recentiores, Italos praeſertim, occurrere, alibi ſaepius notavimus. ſed intempeſtiva & minime vafra liberalitate ſua mangonium prodidit. ſic vetus epitaphium Germanici Caeſaris, quod incipit *Parce, hoſpes, tumulo* &c. ſuis quoque Epigrammatibus inmiſcuit Marullus Lib. I. Epigr. 14. p. 5. ut notavi ad Tom. I. hujus Operis Ep. LXXII. p. 226. Similem quoque inpolluram poſteritati feciſſe in Epitaphio Herilli & Marullae, quod ſupra Ep. XVI. e Pithoeo aliiſque exhibui, ſuſpicabatur Antonius Auguſtinus. ſed hic puto apertius e latibulo plagiarium excitavimus. Certe quibus tantae doctrinae vir, & tam elegans poëta haſtenus viſus fuit Marullus, *divinum* enim *poëtam* vocat Muretus ad Catull. Carm. XI. pag. 21. ed. Ald. minus forſan benigne de eo judicabunt, ſi legant, quae de illo vere cenſuit Scaliger in notis ad ejuſdem Catulli Ep. LXVII. in fin. p. 93. & operoſe Broukhuſius ad Sannazar. Lib I. El. XI. v. 31. mecumque agnoſcent, immeritis laudibus eum efferri a Baſ. Zanchio Lib. VI. Poëm. p. 165. &, quod nollem, a Jano Secundo Lib. I. Epigr. 32. & 33. ſed praecipue Lib. III. El. 7. pag. 51. ubi locum ipſi dat inter prima Italorum decora, Pontanum, Strozzas, Bembum, Vidam, & Sannazarium, quo eodem honore Marullum mactat Janus Anyſius Neapolitanus Lib. IV. Poëm. p. 59. quibus tam magnifice de facultate illius poëtica ſentientibus ſanum Scaligeri & Broukhuſii judicium jure opponi poteſt. Minuent ſaltem haec deſiderium ceterorum deperditorum Marulli poëmatum, quae auctiora in Tom. III. Carm. Poët. Ital. edere paravit Jo. Matth. Toſcanus, ut promiſerat initio Tomi Secundi. & vide Vavaſſor. de Epigr. p. 200. ſed tertium illud volumen numquam in lucem prodiit.

Forte facit patriis dum ſua vota ſacris] *pia vota* Heinſius. ſed alterum praeſtat. *patriis dum ſua ſacra Deis* apud Marullum, ſive ita ex ingenio ſubſtituerit, ſive ita invenerit in libro, unde deſcripſit & pro ſuo venditavit hoc carmen. Et hanc lectionem praeferrem. de *Diis patriis* ſive Penatibus, quos unaquaeque gens colebat, omnia nota ſunt θεὰς πατρῴους vocant Graeci. vide de iis notas ad Juſtin. II. 9. in fin. & Lib XXIV. 2. 5. Gevart. ad Statium pag. 219. Juret. ad Symmach. p. 300. & Broukh. ad Tibull. II. 1. 17.

Nate, ait, egregium patriae per fecula nomen,
Quam non degeneri funere, nate, jaces!
Nunc demum peperiſſe juvat: dolor omnis abeſto,
Numquam ego te nato non bene mater ero.

EP. CCLXIV.

T. ARRIO. T. F. ETROM. TERTIO
ANN. XXI.
MVCIA. T. F. MODESTA
MATER. V. F.
SIBI. ET. T. ARRIO. M. F. VIRO.

Invida florentem rapuerunt fata juventam,
Nec licuit miſero me ſupereſſe meis.

Flevit

EP. CCLXIV. *Invida florentem* &c.] Editum exſtat apud Philib. Pingonium in Antiqq. Taurinenſ. pag. 69. in Tom. IX. P. VI. Theſ. Ital. Gruter. pag. 670. 5. & ex eo apud Ferret. Lib. IV. p. 228. Fleetwood p. 231. Labbaeum P. I. Epit. vet. pag. 11. & Joh. Mar. Matium Lib. II. Opinion. cap. 3. Ex codicibus MSS etiam protulerunt alii. ut ex MS. Jacobi Bycilii Barthius Lib. LII. Adverſ. 1. ex antiquo codice MS Donius Claſſ. X. pag. 355. ex codice Franc. Redii Florentini Gudius p. CCXC. 3. & ex ſchedis Marchionis Capponii Murator. Tom. II p. MCCXXXIV. quos ſecutus eſt Bonada Tom. II. p. 104. corruptiſſime autem ediderunt Guichenon Hiſtoir. Geneal. de Savoye Tom. I. pag. 67. & Collectores Marmorum Taurinenſ. Tom. II. p. 128. deſcripſerat etiam Heinſius ex vet. cod. Moroni in ſuo Inſcriptionum antiquarum libro: & ego illud inveni in meo Perotti codice MS. Horum omnium diverſas lectiones antequam examinemus, Inſcriptioni, quae carmini praefixa legitur, ſed a Gudio, Donio, Muratorio omittitur, reſtituenda eſt ſua ſcriptura, vitioſe exhibita a Grutero aliiſque, T. ARRIO T. F. ETRO TERTIO. quae exponunt Marmorum Taurinenſium editores, TITO. ARRIO. T. F. ETRO. TERTIO (inter natos) MVCIA. MATER. V. F. (id eſt VIVENS FECIT) SIBI. ET. T. ARRIO. M. F. VIRO ſed illud ETRO ſecuri praetereunt, tamquam Filii cognomen, quae tamen vox nauci eſt. ETROM alii ediderunt, in quo vera latet lectio, ſic reponenda,

T. ARRIO. T. F. E. TR. NOM. TERTIO.

hoc eſt E TRIBV NOMENTANA. nihil frequentius in Inſcriptionibus vetuſtis, quam tribum ſubjungi ceteris nominibus, licet ſaepe corruperint deſcriptores. ſic ſupra Epitaphio Statilii Apri Ep. XIX. praefigitur titulus T. STATILIO T. F. VOL. APRO, id eſt VOLTINIA, tribu nempe, quae ridicule juncta VOLAPRO ab aliis lecta fuerunt. cui errori anſam dediſſe videtur, quia TRIBV ſaepe omittitur. ut Q. VIRIVS L. F. SCA. id eſt SCAPTIA TRIBV, apud Gorium Tom. I. Inſcr. Flor. p. 444. M. ANNAEVS M. F. ESQ. hoc eſt, ESQVILINA TRIBV, in Maffeji Muſeo Veron. pag. 281. 5. ut TI. CLAVDIVS ESQVILINA apud Bonadam Vol. II. pag. 263. & ſupra Ep. CCLX. in lapide Romae an. 1722 edito, & repetito a Muratorio Tom. III. p. MCMLV. 1. & Montfauconio Antiqq. Explic. Suppl. Tom. V. pag 22. quo Hiſpellum patriam Propertii indicari volunt, cum hac Inſcriptione,

L. COMINIVS. L. F. LEM.
SEXT. AVREL.
PROPERT.
SEX. F. LEM.

quod recte explicant *Lemonia*, nimirum tribu, ut *Servius Sulpicius* (Ictus) *Lemonia* apud Cic. X. Philip. in fin. & in Inſcript. apud Reineſ. pag. 504. ubi male editur SER. SVLPICIO. QVINTI. F. LEMONIAE. RVF. pro LEMONIA. & hanc tribum P. Scriverius reſtituebat corruptae Inſcriptioni, quae Neomagi Geirorum exſtat, & habetur in Grutes, pag. DXLVII. 1. ubi male excuſum,

C. IVLIO CLAVD.
PVDENTI. LVIDONIA.

ſic M. ANNIVS M. F. LEMO. PAVLLINVS in Marm. Felſin. pag. 340. POMPONIVS Q. F. LEMONIA. FORTVNA-

Flevit praesentem mater, flevere sodales,
Et mater tepido condidit ossa rogo.
Quae prius hoc titulo debuit ipsa legi.

IN. AGRO. P. XX. IN. FRONTE. P. XX.

EP.

TVNATVS p. 350. & M. LEVCONIVS T. F. LEM. MARCELLVS p. 360. & in schedis meis MSS. Inscriptionum veterum:

L. PRAESENTIO. L. FIL.
LEM PARTO
LATTIO. SEVERO. PRAEFECTO
COH. I. AER. & seqq.

ita IVLIVS ANNALIS PONTINA, SEPTIMIVS QVIRINA, OPPIVS TERENTINA, & sim. in antiquis monumentis passim obvia. de quibus vid. Sim. Bosium ad Cic. IV. ad Att. Ep. 16. pag. 51.

v. 1. *florentem rapuerunt fata juventam*] *Catullam* editur apud Barthium. unde suspicor in cod. MS. Beyellil, ex quo produxit, praefixam fuisse inscriptionem *ad Catullam*. quemadmodum in meo Perotti MS. *ad Catillam* inscribitur, licet in hoc versu *juventam* habeat. pro quo *juventa* apud Pingonium, Guichenonium, & in Marm. Taurinens. omissa vel addita linea, quae literam *m* indicat, ut in cod. Perotti *juventā*, quae lectio non videtur adspernanda. ut *florentem juventa* jungantur. Virg. Ecl. VII. 4. *Ambo florentes aetatibus*. in Epitaphio Vibiae Phrynes apud Maffej. Mus. Veron. pag. 269. *Florentem vita sustulit atra dies*. Infra Epitaphio Sabidiae,

Et me florentem specie videre sodales.

sic Brutum *aetate florentem* vocat Cic. II. ad Fam. Ep. 13. vide supra ad Ep. CCXXV. *juventam* tamen quia ceteri omnes exhibent. illud praetuli. ut Tibull. Lib. I. El. 9. 47. *At tu, dum primi floret tibi temporis aetas, Utere.* & in alio epitaphio apud Gruter. p. 686. 8. *Florentes annos subito nox abstulit atra.* Infra Ep. CCLXIX.

Florentes annos mi mors sine crimine vitae
Abstulit.

Secundo versu pro *licuit* apud Guichenon. *liquido*. quod inde promanavit. quia *liquid* apud Gruterum editur, & qui ex eo produxerunt. nec aliter in Marm. Taurinens. *misero me superesse jugo* est in codice meo Perotti. *superesse viro* in codice Moroni. ut ediderant Barthius, Donius, Gudius, Muratorius, & Bonada. sed quia indecorum feminae votum esset in Epitaphiis, ut queratur, se viro non supervixisse, praetuli ex Pingonio Grutero, Marm. Taurinens. aliisque, *misero mi superesse meis*. neque etiam feminae hoc epitaphium est, ut ex titulo constat, sed T. Arrio a parentibus positum, & ex hoc versu patet, *Nec licuit misero*, pro quo *miseram* forte scriptum fuit, pro *miserum*. Recte igitur filius a matre inducitur querens, quod suis non supervixerit, ut passim *fata inversa*, & *naturae ordinem perturbatum* lamentantur parentes, cum liberi eos morte praecedunt. de quo ad Ep. CCXX. & CCLIX.

3. *Flevit praesentem mater, flevere sodales*] ita apud Pingonium, Gruterum, Ferretium, Guichenonum, & in Marm. Taurin. aliisque. nam metro reluctante *pater, fleruntque sorores* apud Donium, Gudium, Bonadam. ut & in cod. MS. Moroni *pater, flevere sorores*. & apud Barthium. prima in *pater* perperam producta. cui vitio ut succurreret Muratorius, edidit, *pater & flevere sorores*, quod a meo Perotti codice firmatur. obstitit his mentio *matris* bis facta, neglecto *patre*. neque immerito. sic supra Ep. CCXXIV.

Te luxitque pater, soboles, conjuxque fidelis.

vide infra ad Ep. CCLXXI. Sed nemo ad vocem *praesentem* haesit. quam vellem explicuissent. *praesentum* eliciebat D'Orvillius, ut patrem absentem fuisse statuamus, & mater sola cum sodalibus filium flevisse dicatur. Si liberiori conjecturae indulgere in his liceret, & lectio codicum aliorum placeret *pater, & flevere sorores*, posset forte castigari,

Flevit praereptum pater, & flevere sorores,
Et mater tepido &c.

supra Ep. CCXXVII.

Hic situs Amphion, prima praerepte juventa.

ut emendandum conjeci. *immatura morte praereptus* apud Aurel. Victor. de Viris Illustr. cap. 5. sic in Epitaphio, quod ex Gudio aliisque supra edidi Ep. CCXXXVIII.

Quo superat, vivet, vitamque miserrima ducet
Conjuge praerepto &c.

& in lapide apud Benedictum Jovium, inedito Inscriptionum Comentium libro,

MEMORIAE
L. ALFI. L. F. OVF. MARCELLINI
VI. VIR. AVG. PATRON. COLLEGI
DENDROPHOROR. COMENS.
IN. PRIMO. AETAT. FLORE. PRAEREPT.
ALFIVS. RESTITVTVS. PATER
MISERRIMVS. ET. SIBI.

quam Inscriptionem habet quidem Gruter. pag. CCCL. 6. sed quinto versu male edidit AELIVS RESTITV-

Ep. CCLXV.

T. TRVPICVS. T. F. PAPIRIA. T. F. TERTIA.

Cernis ut orba meis, hospes, monumenta locavi,
Et tristis senior natos miseranda requiro,
Exemplis referenda mea est deserta senectus,
Ut steriles vere possint gaudere maritae.

T. TRVPICVS. T. F. FECIT.

Ep.

STITVTVS. & elegantissimam marmoris ipsius delineationem omisit. Et ita hic legendum suadere videntur praecedentia, *Nec licuit m. me superesse meis.* adeoque patrem, matrem, & sorores enumerat, quibus se non superfuisse queritur. *matris* certe & *patris* etiam mentio est in praefixa Inscriptione MVCIA. MODESTA. MATER. SIBI. & T. ARRIO. M. F. VIRO, qui T. ARRIO, illius Titi Arrii filio, & sibi commune sepulcrum posuerunt. & si *praereptum*, vel *praeceptum*, admittamus, inversum fatorum ordinem etiam incusabunt. ultimus versus, qui a Barthio omittitur, vel est pannus alieno loco adsutus, vel duo pentametri conjunguntur, ut saepe in epitaphiis: neque enim necesse est ut statuamus excidisse hexametrum. vitiosissime apud Guichenonium editur,

Quae prius hoc tegulis debuit ipsa legi.

sed legendum est,

Quae prius hoc tumulo debuit ipsa tegi.

vel *titulo legi*, ut est in cod. Moroni & Perotti, & apud Pinsonium, Gruter. Gudium, Murator. & in Marm. Taurinens. passim voces *titulus* & *tumulus* in his confunduntur. solus Donius a ceteris differt, apud quem, posthabito versu quarto, editum est,

Flevit praesentem pater, fleruntque sorores,
Quae prius hoc tumulo debuit ipsa legi.

perperam omnino & negligentissime idem hic versus in alia apud Gruterum Inscriptione etiam occurrit, sed mutilus. pag. DCXCV. 9.

Si non fatorum praeceps hic mortis obisset,
M. . . . . hoc titulo debuit ante legi.

sic restituendus,

Mater in hoc titulo debuit ante legi.

Ep. CCLXV. *Cernis ut orba meis* &c] corruptissime editum a Fabretto Cap. IX. N. 451. pag. 652. sed emendatius produxit Illustris Maffejus in Italicis Observat. Literar. Veronae editis, Vol. VI. in fine. & ex eo Bonada Vol. II. pag. 121. legitur etiam in Thesauro Muratoriano Tom. III. p. MDCCLVI. 1. ubi in titulo, T. TRPPICVS T. F. PAPIRIA T. F. TERTIA. & in subscriptione T. TRVPICVS T. F. F. ex quo repetiit Bonada eodem Volumine pag. 323. vitiose habetur in tabella apud Alphonsum Cagnacinum Fragmento Hist. Antiq. Ferrar. pag. 8. in Tom. VII. P. I. Thes. Ital. ubi in Inscriptionis titulo, T. T. RVPPIVS. T. F. PAPINIA. T. F. TERTIA. & versu primo *locari.* v. 2. *natus.* & versu ultimo, *Ut steriles viri posset gaudere mariti.* ut apud Fabrettum. sed optime ediderunt Maffejus & Bonada, ita ut exhibui. nam & alibi in Epitaphiis matres filiis orbatae inde solatium infoecundis deducunt. supra in Epitaphio Angelae, Ep. LXXII.

Plaudite vos steriles, soboles bene perdidit, & sic
Saepe solent ramos frangere poma suos.

quem locum in animo habebat Pricaeus, quum eius initio inter alia illustraret dictum Christi, excidium Hierosolymia minantis, Lucae cap. XXIII. 29. *Veniet dies, cum dicent, Beatae steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quae non lactaverunt.* supra Epitaphio Probinae, Ep. CXLVI.

Quid, Probina, tibi foecundae viscera prosunt?
Concipis affectum, luctus & ipse parit.

hinc in Epigrammate Diotimi Lib. III. Antholog. Gr. Tit. XXXI. Ep. 1.

Τί πλέον εἰς ὠδῖνα πονεῖν; τί δὲ, τέκνα τεκέσθαι;
Μὴ τίκοι, εἰ μέλλοι παιδὸς ὁρᾶν θάνατον.

quod sic vertit Grotius,

Quid juvat eniti miseras sua pondera matres?
Ne pariant potius, funera quam videant.

nec dissimilis matris in partu extinctae est querela in Epigrammate Agathiae eodem Libro Tit. IX. Ep. 5. & Antipatri Tit. XII. Ep. 42. versu secundo forte legendum, *Et tristis senio.*

Ep.

EP. CCLXVI.

Haec quaecumque legis devoto pectore, Mater,
Da lacrimas, & me fic peperiffe dole.
Hic jacet extinctus crudeli funere natus,
Ultima vivendi qui mihi cauffa fuit.
Maxima praeftabat miferae folatia matri,
Confilio fratres & pietate colens.
Plurima reftituit curando corpora vitae,
Quem mihi tam fubito mors properata tulit.

EP. CCLXVII. CAECINIAE SEX. F. BASSAE.

Hic fum Baffa fita, pia filia, virgo pudica,
Excedens cunctas ingenio aequales.
Cum mihi bis quinos annos mea fata dediffent,
Undecumum me non licuit perducere annum:
Cumque pater materque Deos pro me adularent,
At faevos Pluto rapuit me ad infera templa,
Opfide me Parcae finem feciffe videntur,
Cum ante alios vernas tres rapuere mihi.
Si quis forte mea gaudet de morte iniqua,
Huic fit iniqua Ceres, perficiatque fame.

EP. CCLXVIII.

Florentes annos mi mors fine crimine vitae
Eripuit *
Vivite felices, moneo, mors omnibus inftat.
Exemplum a nobis difcite, qui legitis.

EP.

EP. CCLXVI. *Haec quaecumque legis* &c.] Epitaphium hoc a Matre pofitum Filio medico inter Chriftiana quidem a Grutero p. MCLXXVI. 12. rejectum fuit. fed quod valde incertum opinor. ut & alia in hunc cenfum illic nullo jure relata. Antiquis inferuit Labbaeus Thef. Epitaph. vet. P. I. pag. 27. quem fequi non dubitavi.

EP. CCLXVII. *Hic fum Baffa* &c.] ita edidit Maffejus in Muf. Veron. p. CCLVIII. & Muratorius Tom. III. pag. MDCXLV. 6. qui Romae apud Ficoronium exftare notavit. ex iifdem protulit Bonada Vol. II. p. 316. verfu primo *pofita* pro *fita* male apud Murat. notari meretur locutio *Deos adularent*, pro adorarent. de qua vide Vorft. ad Valer. Max. VI. 3. ex. ext. 2. & fic *adulatio* pro adoratione humiliori. vid. Gronov. ad Liv. IX. 18.

EP. CCLXVIII. *Florentes annos mi mors* &c.] fic edidit Pithoeus, fed male retulit inter Feminarum Epitaphia Lib. III. p. 112. fimile illud, quod ex Muratorio habet Cl. Majanfius Epift. I. ante hoc Volumen pag. IX.

Vixi ter denos annos fine crimine vitae,
Vivite victuri. . . . mors omnibus inftat.

ubi *moneo* poffe inferi ex hoc epitaphio, notavi fupra ad Ep. XLIX. pag. 37. apud Gruterum vero p. 419. inf. 6. & Ferret. Muf. Lap. Lib. II. pag. 109. ita exhibetur,

——— * * * *fine crimine vitae*
Florentes annos mors ipfa eripuit.
Vivite felices, moneo. &c.

fic enim dederat Torell. Sarayna in Monum. Antiq. Veron. Lib. V. pag. m. 50. b. neque aliter exhibet Brevallus in Itiner. Anglic. Vol. II. pag. 183. &

EP. CCLXIX. BONITO PATER TAVRVS.

Heu quantos luctus renovas, gratissime fili,
Bonite moriens, o decus atque dolor.
Qui bene cum ingenio florebas barbula grata,
Moribus ornatus, pulcher & acer eras.
O mihi quam subito requiescis, nate suävis,
Heu spes clara mihi, te sine vita gravis.
Hoc genitor cecinit Taurus lacrimabile carmen,
Cujus flamma urit pectus amore pio.

HIC. REQVIESCIT. BONITIVS. QVI. VIXIT. ANN. XXIII. DEPOSITVS. ID. AVG. IND. VII.

EP.

123. & Maffejus in Museo Veron. pag. CLXXII. apud quos praefigitur haec inscriptio,

D. M.
P. HOSTILIO. P. F. POB.
CAMPANO. VENATORI
P. HOSTILIVS. TERTINVS. (TERTIVS Breval.) DE
CVRIO. VERON. ET. AEIDIA
MAXIMA. PARENTES. FIL.
PIISSIM. ET. SIBI. QVI. VIXIT
ANN. XXV. D. XXV. &c.

ex sic ex Maffejo edidit Bonada Vol. II. p. 257. unde patet, recte me inter Epitaphia Filiis posita a Parentibus huc retulisse. Hostilium vero hunc *Venatorem* fuisse, (neque enim cognomen secundum est, ut dubitabat Maffejus, ejusque verba exscribens Bonada) docent figurae in utroque monumenti latere, in quibus Venator hasta aprum vulnerat ab una parte, in altera venator, canem venaticum fune tenens dextra, & hasta armatus in sinistra, conspiciuntur: quales monumentorum delineationes utinam omnes Inscriptionum veterum editores semper addidissent, quia lucem saepe multam iis conciliant. Ceterum apud eumdem Gruter. pag. 686. ins. 8. Ferret. Lib. III. pag. 167. & Fleetwoodum p. 240. hoc modo legitur:

Florentes annos subito nox abstulit atra,
Vivite felices, moneo, mors omnibus instat.

quae interpolata esse videntur, & alterum ex altero conflatum puto. Primo loco apud Ferretium est inscriptio sepulcralis P. Hostilii in pago agri Veronensis, ut apud Saraynam & Maffejum. in altero epitaphium Pueri T. Aelii & Montefalcii in arca marmorea legi praefigitur. Idem quoque epitaphium a T. Aelio Primitivo filio T. Aelio positum habetur apud Fabrett. cap. III. & ex eo apud Bonadam Tom. II. p. 252. ex eodem hoc carmine etiam est illud apud Gruterum pag. DCCCXCVII. 6. Pithoeum pag. 109. & Fleetwoodum pag. 300.

——— *moriens cum dixerit ipse*
Vivite felices animas, mors omnibus instat.
Haec postquam posuere sepulcrum
Kari scripsere sodales.

quod & in meo Perotti codice inveni, sed ubi v. 3. *Hoc postquam* legitur. In alio apud Donium Clas. X. p. 353. *Vivite felices, quorum fortuna beata est.* ubi vide Gorium. & sic *Vivite felices, qui legitis,* alteri epitaphio subjungitur apud Ferret. Lib. I. p. 45. quod ex initio & fine secundi distichi hujus epigrammatis petitum est. vel ex communi formula *Vivite felices*, saepius inculcata in epitaphiis vetustis. de qua vide ad Lib. I. hujus Antholog. Lat. Ep. 79. pag. 58. & Lib. II. Ep. 125. pag. 304. reliqua hujus versus parte, *mors omnibus instat*, firmavi conjecturam meam, qua in corrupta Inscriptione apud Gruter. in Spuriis p. XXIII. 19.

MORS. CVNCTA. CALCAT. SVB. PEDE. INSTAT. RAPIT. emendandum esse notavi supra ad Epigr. CCXXV. pag. 171. nunc absurde editur, MORS. CVNCTA. CALCAT. SVPPEDITAT. RAPIT &c. *calcat sub pede*, ut Mors *pede pulsare Regum turres & pauperum tabernas* dicitur Horatio Lib. I. od. 3. v. 13. *instat* vero, urguet, & sui admonet. ut apud Auctorem Copae in fine Tom. I. pag. 8.

Mors autem vellens, vivite, ait, venio.

eleganter de Cupidine Propertius Lib. II. El. 23. 59.

Instat semper Amor supra caput, instat amanti,
Et gravis ipse super libera colla sedet.

EP. CCLXIX.] apud Capacium in Antiq. & Hist. Neapol. cap XIII. p. 77. T. IX. P. II. Thes. Ital. ex quo habet Reinesius Cl. XX. 41. pag. 907. & ex iis Almeloven in Epigr. & Poëm. vet. p. 31. non enim primus edidit Muratorius Tom. IV. pag. MDCCCXLVI. 1. qui tamen differt ab illis. nam v. 3. dedit *barbula grato.* & v. 5. *Omnibus & subito.* quem secutus est Bonada Vol. II. pag. 499. versu sec. forte scribendum *Boniti*, quia BONITIVS in subscriptione, omnes autem inter Christiana monumenta referunt.

EP.

EP. CCLXX.

IVLIA. C. L. APHE
VIRGVNCVLA. ANNORVM. XL DEDVCTA. IA. . . .
C. IVLIVM. APOLLONIDAM. PIA. ET. SANCT. . .
SVO. ET. PARENTIBVS. VIXIT. ANNOS. XV.

Ereptam (viro &) matri mater me terra recepit,
Cum ad mortem matris de gremio rapior.
Omnibu' cara fui, vivae cariſſima matri,
Adverſis quae me ſuſtulit ominibus.

Deſine

EP. CCLXX. *Ereptam matri* &c.] Monumentum hoc ſolus, ni fallor, edidit Muratorius Tom. III. p. MDCLXXXIX. 9. & Romae apud Ficoronium exſtare notavit. ex illo habet Bonada Vol. II. p. 388. ſed verſus illic male conſarcinati ſunt. in praefixa Inſcriptione forte ſupplendum,

——— DEDVCTA. IAM. AD
C. IVLIVM. APOLLONIDAM. PIA. ET. SANCTA. OBSEQVENS
VIRO. SVO. ET. PARENTIBVS. &c.

adeo ut VIRO ET deſcribentium oſcitantia tranſlatum fuerit in carminis principium, quod ſic conſtituendum,

Ereptam matri mater me terra recepit,
Ad mortem matris de gremio rapior.

non inelegans eſt formula in lapidibus ſepulcralibus, ut *mater terra* homines, matri & patri ereptos, recipere poſt mortem dicatur, quia terrigenae ſunt. hinc in Cepotaphio apud Gruter. pag. DCXXXVI. 12. MATER. GENVIT. MATER. RECEPIT. apud Mazochium pag. LXV. b.

DIS. MANIBVS
ET. TERRAE. MATRI.

in epitaphio Claudiae Lepidillae apud Gruter. pag. DCCXXVI. 1.

Hic matris cineres ſola ſacravimus ara,
Quae genuit tellus, oſſa tegit tumulo.

ſupra in Epitaphio Optati Ep. CCXLVI.

Terraque, quae mater nunc eſt ſibi, ſit levis, opto.

& in Graeco Aſclepiodori, ſed mendis vitiato, apud Gruter. pag. CCCXXXII. 5. & Boiſſard. P. V. Antiqq. Tab. 120. N. 1. quod ab Hugone Grotio in Mantiſſa Anthologiae Graecae, Latinis verſibus egregie redditae, ſic emendatum:

Τέρμα βίου τελέσας παῖς Τήιος ἐνθάδε κεῖμαι,
Ἀσκήσας πάσης εἶδος ὑποκρισίας.
Ὀκτὼ καὶ δέκ' ἔτη ζήσας Ἀσκληπιόδωρος,
Γῆς ὧν πρόσθε γόνος, μητέρα γαῖαν ἔχω.

In margine Gruteri notatur ex conjectura legendum παῖς γαίειος, *filius terrenus*. quod miror ſecutum fuiſſe Leichium, qui ſic adfert hunc verſum, locutionem τέρμα βίου inter alia eo illuſtrans, in notis ad Carm. Sepulcr. ex Antholog. p. 23. verſu ſecundo πάσης apud Gruter. deſideratur, pro quo καλῆς ſubſtituitur. ſed fruſtra. addidit autem Gruterus interpretationem metricam Latinam, quam ut vetus epigramma Latinum profert Bonada Vol. II. p. 399. & habetur etiam apud Smetium fol. 131. ſed ſatis ridicule vertitur,

Hic ſum Paeſtejus vitae modo fine peracto.

quia Παιστέιος una voce triſyllaba legerunt, & ultimo verſu μητέρα γαῖαν etiam *matrem Cajam* verti poſſe addunt. Felicius ſic interpretabatur vir maximus,

Tranſacto puer hic jaceo qui Teius aevo,
Nobilis in ſcenis hiſtrio nuper eram.
Vixi annos denos Aſclepiodorus & octo,
Matre ſatum terra nunc quoque terra tegit.

quae longe etiam elegantiora ſunt verſione Salvinii in Inſcript. Donianis Cl. IV. N. 54. pag. 148. ubi Graecum epigramma, itidem corrupte editum, hinc caſtigandum eſt. ſic in lapide apud Maffej. Muſ. Veron. p. CLV. 9. & in Theſauro Muratoriano T. III. pag. MDCCIII. N. 11.

LVPENSIA. HIC. EGO
SVM. INLATA. A. CONSVTIA
AVFA. CVIVS. OSSA. LEVITER
TEGAT. TERRA. MATER.

vide Fabrett. ad Inſcr. Antiq. pag. 86 & 87. & Hier. Columnam ad Ennium pag. 177. & ſeqq. Claudianus Gigantomach. v. 55.

Cernitis ut noſtrum tellus conſpiret in orbem
Prole nova; dederitque alios interrita partus?
Ergo, quot dederis natos, tot funera Matri
Reddemus.

ubi forſan praeſtiterit *tuleritque alios*, (vel *novos*, ut in cod. Medic) quia *dederit* ſequente verſu inconcinne repetitur, & *dedis* mox recurrit. hinc *ſua terra* hominibus propria, ut mater communis, & *propria* hominum *ſedes* terra dicitur. vide Patrui mei notas ad Ovid. II Am. 21. 30. & ad Virg. VI. Aen. 152. Verſu ſecundo *matris de gremio rapior*, firmat ſupplementum Cel. D'Orvillii, in epitaphio, quod ſupra dedi Ep. LXXX. pag. 55. *rapior conjugis e gremio*. ubi vide. tertio verſu male apud Muratorium editur *viva cariſſima matri*. ulti-

Desine jam frustra mater mea, desine. . .
Te miseram totos e. . . . .

TV. QVI. ADSTITISTI. MEI. MONVMENTI. .
AMBVLA. ET. TE. ESSE. HOMINEM. FAC. . . .

Ep.

ultimum distichon supplendum arbitror hoc modo,

Desine jam frustra mater mea, desine mater,
Te miseram totos excruciare dies.

venustissima τῶ *mater* repetitione. ut in egregia illa Daedali & Icari lamentatione apud Ovid. II. A. A. 91.

Decidit, atque cadens, Pater, o pater, auferor, inquit,
Clauserunt virides ora loquentis aquae.
At pater infelix, jam non pater, Icare, clamat,
Icare, clamat, ubi es? quove sub axe volas?

vel addi potest, si cui id magis adrideat,

——— *desine fletu*
Te miseram totos excruciare dies.

sic enim jubet alia Inscriptio, quam ex Ficoronio habet Murator. pag. MXLI. 4. ubi idem distichon in alio epitaphio occurrit,

Desine jam frustra mater mea, desine fletu
Te miseram totos excruciare dies.
Namque dolor talis non nunc tibi contigit uni,
Haec eadem & magnis Regibus acciderunt.

ubi tamen *exagitare* adfert Bonada Vol. II. p. 393. ut & hoc in loco legendum existimabat. sed alterum praefero. *fletu excruciare*, ut apud Statium Lib. II. Sylv. 6. 96.

Quid caram crucias tam saevis (vel *feris* cum Markl.) *luctibus umbram.*

& Lib. V. Sylv. I. 181.

Parce, precor, lacrimis, saevo nec concute planctu
Pectora, nec crucia fugientem conjugis umbram.

In epigrammate apud Pithoeum Lib. III. pag. 135.

Nos tamen hic cruciat dolor anxius, & pia cura,
Quod te festinans abstulit atra dies.

supra in epitaphio Juliae, Ep. CLIII.

Me cruciat conjux, miserum me absumit amantem
Saevus amor, nullis ignibus inferior.

infra epitaphio Anniae Agathonices,

At patrum miseranda aetas anima cruciatur.

eodem sensu Homonoea Atimeto Ep. CXLIV.

Parce tuam, conjux, fletu quassare juventam,
Fataque moerendo sollicitare mea.

Denique in subscriptione excidisse suspicor;

MEI. MONVMENTI. MEMOR
AMBVLA. ET. TE. ESSE. HOMINEM. FAC. COGITES.

ut in illo apud Schradaeum Monum. Ital. p. 186. & Murator. Tom. III. pag. MDCCXXXII. N. 8.

HOSPES. QVID. SIM. VIDES.
QVID. FVERIM. NOSTI.
FVTVRVS. IPSE. QVID. SIS. COGITA.

cui similis gnome in Inscriptione apud Murator. pag. MCCCXCVI. 8.

Qui legis hunc titulum, mortalem te esse memento.

apud Fabrett. cap. V. pag. 417. in fin. QVI. LEGIS. DISCAT. ESSE. PIVS. & tale quid forte desideratur in fine epitaphii Suetrii Hermetis, quod ex eodem Thesauro Muratoriano edidi supra Ep. CCXVII. ubi post versus ipsos superest initium similis sententiae TV QVI. . . . reliquis deficientibus, quae forte sic in lapide fuerint:

TV. QVISQVIS. LEGIS. HAEC. MORTALEM. TE. ESSE. MEMENTO.

quae conjecturam meam hoc in loco stabilire arbitror. sic in lapide apud Gruter. p. DCCCXCVIII. I. & Fleetwoodum pag. 301.

VIXI. VT. VIVIS.
MORIERIS. VT. SVM. MORTVVS.
SIC. VITA. TRVDITVR.
VALE. VIATOR. ET. ABI. IN. REM. TVAM.

Sed notam hanc absolvere nequeo, antequam simul opem feram lapidi corrupto & misere dilacerato, in cujus fine eamdem hanc formulam, praeter alias lacunas, evanuisse puto, apud Gruter. pag. MCXXVIII. 19.

HOSPES. CONS. . . .
LVMINIBVS. C. . . . . .
QVIETVM INTI. . .
SVMMO. CRV. .
MORS. VNA. CV. . . . .
QVAPROPTER. . . .
HOMINEM. TE. . . . . .

quae singula sic supplenda divinavi, an feliciter, virorum eruditorum esto judicium:

HOSPES. CONSISTE
LVMINIBVS. CVPIDIS
QVIETVM. INTVERE
SOMNO. FRVOR
MORS. VNA. CVNCTIS
QVAPROPTER. IPSE
HOMINEM. TE. COGITA.

& haec formula forte substituenda est in fine Inscriptionis apud eumdem pag. DCCLII. 2.

HVNC. TITVLVM. POSVERVNT
L. AEMILIVS. PARNASSVS
MARITVS. EIVS ET. IVNIVS
NICERO. FRATER. EIVS
QVI. LEGES. . . . .

E

EP. CCLXXI. SABIDIA. 7. L. FVSCA. V. A. XIIX.
Tu, qui tendis iter properatim, siste parumper,
Si grave non animo'st, fataque acerba lege.

Ter

EP. CCLXXI. *Tu, qui tendis iter* &c.] Ita hoc Epitaphium misere habitum edidit Muratorius in Thesauri sui Adpendice Tom. IV. p. MMLXII. 5. qui accepit ab Abbate Alex. Chisppinio, & Piscentiae haberi in Museo S. Augustini praesixit. ex Muratorio etiam repetiit Bonada Vol. II. p. 402. & vers. primo *tendes* pro *tendis* proferunt. Medio carmini post versum quartum facile unusquisque, monumentorum veterum formulis adsuetus, agnoscet pannos nonnullos ex aliis Lapidibus a mala manu insertos & adsutos fuisse. fculta nimirum illa, DOLERE. MATER. NOLI, FACIVNDVM. HOC. FVIT, PROPERAVIT AETAS, VOLVIT HOC. FATVS. MEVS. quae communes querelae sunt passim in iis occurrentes. sic in lapide Comensi, cujus inscriptionem inveni in cod. MS. Inscriptionum Comensium, a Benedicto Jovio collectarum:

AETAS. PROPERAVIT. FACIVNDVM. FVIT. NOLI. PLANGER. MATER. MATER
ROGAT. QVAM. PRIMVM. DVCATIS. SE. AD. VOS.

eadem exstat apud Gruter. pag. CCCLXXVI. 5. sed lectione hic & illic discrepante. sic in Thesauro Muratorii Tom. II. p. MCCXIII. 9. NOLITE. DOLERE. PARENTES. HOC. FACIVNDVM. FVIT. & Tom. III. p. MCCLXI. 5. quam ex Gorio se proferre indicat, nempe T. I. Inscr. Etrusc. p. 358. cui adde Gudium p. CCLVI. 5. DOLERE NOLI. MATER. (sic lege, non MATREM) FACIVNDVM. FVIT. ita in epitaphio Clodiae Secundae, quod supra edidi Ep LXXI.

Noli dolere, amica, eventum meum,
Properavit aetas, hoc dedit fatum mihi.

ubi etiam *dedit fatus mihi* apud Apianum, ut MONVMENTVS, FATVS MALVS, & sim. in aliis lapidibus, quos illic indicavi. passim vero in iisdem offendas FATVM VOLVIT, FECIT FATVM, & sim. apud Gruter. p. DCCLXXXVII. & DCCCXXXI. NON. LVBENS. FECIT. FATVM. FECIT. & Murator. Tom. III. pag. MCCCXIII. 12. NON. LVBENS. FECIT. SED. FATVM. FECIT. quam non primus e schedis Farnesiis edidit, nam & occurrit apud Gruter. pag. DCCLXIII. 7. Gudium pag. CCLXVI. 9. & Donium Cl. XII. 67. & sic in Inscriptione, quam idem dedit Murator. T. III. p. MCDVII. 5. Q. SVLP. VXORI. T. NON. LVBENS. FECIT. FATVM. FECIT quae legitur etiam apud Philip. a Turre in Monum. Antii p. 357. & Bertoli Antiqq. Aquilej. p. 231. in alia apud Fontej. de prisca Caesior. Gente p. 182.

C. RENNIVS
CAESIAE. OPTATAE
VXORI. SVAE
FECIT NON LVBENS
SED. FATVM. FECIT.

ex quo supplenda est haec inscriptio in eodem Thesaur. Murat. Tom III. pag. MCDLXVI. 8. supra Ep. CCXLIV.

——— *tu nata sepulcri*
Esto heres, ubi sic inpia fata volunt.

Maximum vero interpolationis indicium mihi praebere videntur illa FRATREM. FLENTEM. EX. PARTE. ALTERA. quibus in verbis suspicor FRATREM FLENTEM esse fragmentum versus deperditi sed EX PARTE ALTERA non dubito verba esse descriptoris, qui innuere voluit, ista DOLERE. MATER. NOLI, FACIVNDVM HOC FVIT, PROPERAVIT AETAS, VOLVIT HOC FATVS MEVS, derivata esse EX PARTE ALTERA, lapidis nempe, cui postea haec fuerint insculpta. ut saepe aliis monumentis contigit. hinc verosimile mihi fit, ea incogitanter versibus epitaphii hujus postea inserta fuisse, ut describtorum exemplaria errores augent, & quae separanda erant male confundentes connectunt, adeoque FRATREM FLENTEM versus initium esse conjicio, qui sic forsan fuerit scriptus, *Et fratrem flentem est comitata soror.* nisi mavis *patrem*, unde suppicere liceret, *Et mater flentem est comitata patrem.* nam hiatus media pentametri sede in his locum habere potest. qui si displiceat, posset etiam legi *Et fratrem flentem flet comitata soror.* flet soror comitata fratrem flentem. eo fere sensu, quo apud Horat. A. P. 101. *Ut ridentibus adridens, ita flentibus adflent Humani vultus.* ut optime vindicavit Bentlejus, pro *adsunt*. Certe *sororis* mentio hic post *fratrem flentem* requiri videtur. pari modo in Tibulli exsequiis matri sororem adjungit Ovidius Lib. III. El. 9. 49.

Hinc certe madidos fugientis pressit ocellos
Mater, & in cineres ultima dona tulit.
Hinc soror in partem misera cum matre doloris
Venit, inornatas dilaniata comas.

quo loco ante oculos habuit illud ipsius Tibulli Lib. I. El. 3. 5.

Abstineas mors atra, precor, non hic mihi mater,
Quae legat in moestos ossa perusta sinus.
Non soror, Assyrios cineri quae dedat odores,
Et fleat effusis ante sepulcra comis.

& Lib. III. El. 2. 11.

Ante meum veniat longos incomta capillos,
Et fleat ante meum moesta Neaera rogum.
Sed veniat carae matris comitata dolore,
Moereat haec genero, moereat illa viro.

quibus locis firmavi supplementum mutilorum

Dd ver-

Ter ſenos aetas mea cum proceſſit in annos,
Et me ſpecie florentem mei videre ſodales,
Fratrem flentem ex parte altera dolere mater noli,
Faciundum hoc fuit, properavit aetas, voluit hoc fatus meus.
Praevenere diem meae crudelia fata,
Et raptam inferna mei poſuere ratem.
Hoc lecto elogio iuvenes miſerete jacentis.
Et dic diſcedens, ſit tibi terra levis.

L. FAENIVS. MALCIO. P.

FAENIA. L. 7. L. HILARA. NA. P. SABIDIVS. FORTVN. F.

verſuum P. Lotichii Secundi Lib. II. El. 5. 79.

Nulla mihi eſt, noſtro quae ploret funere conjux,
Et pia, ſi moriar, non erit orba parens.
Nec ſoror huc veniet, fratris comitata dolore,
Quae det in ardentem dona ſuprema rogum.

ubi plura. Simile illud in epitaphio paullo ante edito Ep. CCLXIV. in quo *ſodales*, ut hoc in loco, *pater* & *mater* etiam cumulantur,

Invida florentem rapuerunt fata juventam,
Nec licuit miſero me ſupereſſe meis.
Flevit praeſentem pater, & flevere ſodales,
Et mater tepido condidit oſſa rogo.

ſupra Ep. CII.

Moeret cara ſoror, quae fratrem luget ademtum,
Mater habet natum, Florum lux candida torquet.

Ep. CXXXVI. ut ſupplendum divinavi,

Hinc moeſtus pater eſt, aviae matrique perennis
Eſt dolor, heu facinus, quanta perit pietas!

mox Ep. CCLXXIV.

Nec ſolum hoc, quia me rapuis fatum, male fecit,
Quod pater & mater plangunt, hoc plus male fecis.

Ep. CCXXII. *Moeſta ſoror, moeſti fratres, moeſtique ſodales.* ſic turba ſodalitii Ep. XXXV. de juvenibus, qui cum Pylade, cujus illud epitaphium eſt, convixerant, capiendum eſſe notavi, non de ſodalitatum collegio, ut perperam Muratorius & Bonada. Abjectis igitur inſititiis iſtis pannis, totum Epigramma ſic poterit conſtitui, ut integritati ſuae reddatur,

Tu, qui tendis iter properatim, ſiſte parumper,
Si grave non animo eſt, fataque acerba lege.
Ter ſenos aetas mea cum proceſſit in annos,
Et me florentem ſpecie videre ſodales.
Et fratrem flentem eſt (vel *flet*) *comitata ſoror.*
Praevenere diem vitae crudelia Fata,
Et raptam inferna me poſuere rate.
Hoc lecto elogio juvenes miſerete jacentis.
Et dic diſcedens, ſit tibi terra levis.

Deſideratur itaque unus tantum pentameter poſt verſum tertium, cujus nulla veſtigia ſuperſunt apud Muratorium; quamquam ſaepe pauciores pentametri verſus occurrant inter plures hexametros, quod in Lapidibus frequens eſſe, ſciunt veterum monumentorum non plane rudes. Initium ſimile eſt illis, quorum exempla jam toties alibi notata ſunt. vid. ad Ep. CLXXXVI. p. 136. & Ep. CCXIV. p. 161. *Florentem ſpecie*, pro pulchritudine inſignem, formoſum. ut in Epitaphio pueri apud Gruter. pag. DCLXXX. 8.

Florentem ſpecie rapuere noviſſima Fata,
Forma rudi puerum Priſcum cognomine quendam.

ſic enim legendum notavi Ep. CCXXIX. non *Florentem ſpeciem*. & in titulo mutilo Epigrammatis CCXXV. conjeci ſupplendum DECORE. FORMAE. AETATE. FLORENTI. & *florentem juventa* in Epigrammate modo producto, non *juventam*, ut vulgo, ab aliis editum fuiſſe illic notavi. ubi plura. Verſu ſexto *Praevenere diem vitae crudelia Fata* emendandum exiſtimavi pro *meae*. eo ſenſu, ut in epitaphio aurigae apud Pith. p. 138.

Invidere meis annis crudelia Fata,
Fata, quibus nequeas oppoſuiſſe manus.

vitae dies, ut Ep. CCXXX. *Ut vitae diverſo dies foret, unaque leti.* Sequente verſu *Et raptam inferna me poſuere rate*, praefero, licet forſan alii literarum veſtigia *inferna mei poſuere* ſuperſtitioſius rimantes, inde exſculperent *infernae me impoſuere rati*. ſed id durius. adhaeret autem iſti Propertiano Lib. III. El. 3. 36.

Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate.

in Inſcriptione apud Reineſ. Cl. XIV. pag. 771.

Qui non debuerat obitus remanere in aeternum,
Sed mecum conjunx ſi vivere volueras,
At Styga perpetua (vel *pedibus* conjicit Reineſ.)
Vel rate funerea utinam tecum comitata fuiſſem.

ſic *cymbae* infernae *imponere* apud Horat. Lib. II. od. 3. 28.

——— *& nos in aeternum*
Exſilium impoſitura cymbae.

ulti-

EP. CCLXXII.

D. M.

AELIAE. P. F. SABINAE. DVLCISSIM.
AELIVS. TROPHIMVS. ET. LONGINIA.
SABINA. PARENTES. FECERVNT.

Quisquis ades celeri greſſu, precor, ito, viator.
Ito procul, & linque nefas, tibi dico, viator.
Parce oculis, nec noſtra velis cognoſcere fata,
Sanguinea palla quae texit provida Clotho,
Et pavit rupiſſe ſuas quoque fila ſorores.

in ſiniſtro latere ſupra pateram.

Luctifica properante manu jam ſiſte, viator,
Ne tibi ſim penitus quaerenti cauſa doloris,
Sede ſub hac parva, titulo parvoque tenetur
Parva anima, dolor inmenſus, crudeleque funus.

infra pateram.

Orbatuſque parens geminus, ſpes dura triennî!
Diraque ſors leti! placet hoc, Fortuna, ſepulcrum.

EP.

ultimus verſus *Et dic diſcedens*, ad viatorem ſpectat, quem initio adloquitur, *Tu, qui tendis iter* &c. ne quis offendatur numeri variatione, — *juvenes miſerete jacentis, Et dic diſcedens.* In ſubſcriptione L. FAENIVS MALCHIO leviter corrigendum, quod nomen lapidibus vetuſtis non ignotum patebit ex Ep. CLXV.

EP. CCLXXII. *Quiſquis ades celeri greſſu* &c.] ita integrum exhibetur in Opere Gudiano, ſed vitiis nonnullis typographicis foedatum, pag. CCXXVII. 4. qui teſtatur legi haec in ara literis aetatem Commodi prae ſe ferentibus. Inſigni igitur acceſſione ſuppleri debet Fabrettus pag. 238. N. 635. qui quinque priores tantum edidit verſus. nec plures exhibent Marmora Felſin. p. 327. ubi in praemiſſa Inſcriptione LVCINIA pro LONGINIA. v. & 4. *Sanguinea Pallas.* ac ſequenti *rupiſſe tuas.* totum ex Gudio dedit etiam Bonada Vol. II. p. 325 ſed primam tantum partem ex Fabretto Anglus anonymus in Delect. Inſcr. Metric. N. XXI. pag. 17. licet in notis mentionem Gudii fecerit. quod autem reliqua legi *ſupra* & *infra pateram*, notet idem Gudius, proprie patera non eſt, ſed lamina cum foramine, ad excipiendas lacrimas, in marmoribus ſepulcralibus frequentiſſima. de qua alibi. initium hujus Epigrammatis fere convenit cum epitaphio Pontiae apud Gruter. pag. DCCCCXXI. 6.

PONTIA. TITI. PONTII. FILIA
HIC. SVM. QVAE. DVOBVS. NATIS
A. ME. VENENO. CONSVMPTIS
AVARITIAE. OPVS. MISERAE. MIHI
MORTEM. CONSCIVI
TV. QVISQVIS. ES. QVI. TRANSIS (QVI HAC TRANSIS cod. Buchel.)
SI. PIVS. ES. QVAESO.
OCVLOS. A. ME. AVERTE.
V. A. L. II. (ſic idem codex.)

quam inſcriptionem P. Scriverius efficttam putabat ex Juvenalis Sat. VI. 638.

——— *ſed clamat, Pontia, Feci,*
Confiteor, puerisque meis aconita paravi &c.

ubi vide Grangaeum. eſtque eadem venefica, cujus meminit Martialis Lib. II. Ep. 34. IV. 43. & VI. 75. & forte hic quoque non minus nefandum & crudele leti genus, quo periit haec Aelia Sabina, indicari videtur. verſu ſecundo melius le-

 gere-

EP. CCLXXIII. *Ereti in Sabinis.*

. . . . quocumque ex urbe fepulcrum
. . . . aſt tu quoque flendus eris.
. . . . us dum limina vitae
. . . . ertulit ante mori.
. . . . primaevo flore fub umbras
. . . . o mihi vita fuit.
. . . . cunctis bonus indole dignus
. . . . . nire . . . . abos.
. . . . us tot praemia laudum,
. . . . mihi flendus eris.
. . . . haec pia munera mater
. . . . nate quies.

EP. CCLXXIV.

L. LICINIVS. PRISCVS. ET. FABIA. EVPLIA
L. LICINIO. SEVERO. FILIO. PIENTISSIMO
PARENTES.

De genitore mihi domus Umbria, de genitrice
Oſtia, Thybris ibi vitreus, Nar hic fluit albus:
Ille ego, qui vixi bis deno circine Solis,
Flore genas tenero vernans, & robore pollens,

Mi-

geretur, *fed linque nefas.* vel *I procul hinc*, *& linque nefas.* tertium quartumque verfum ex vetuſtiore forfan poëta defumtos conjeci ad Ep. XXX. pag. 27. fin.

EP. CCLXXIII.] fic lacerum hoc fragmentum exſtat in Donianis Claſſ. X. N. 77. p. 372. & apud Murator. Tom. II. pag. ult.

EP. CCLXXIV.] edidit hoc Epigramma Reineſ. Cl. XVII. Infcr. 141. p. 854. qui protulit ex fchedis Langermanni: hoc eſt ex Collectaneis MSS. Helmſtadienfibus, ut inquit Gudius Infcript. pag. LVIII. 7. Sed non pauca hujus carminis mendofa dedit Reinefius. & praefixam omifit Infcriptionem, qua Parentum nomina continentur, qui filio hoc epitaphium pofuerunt. Emendatius nonnihil ex fchedis Barberinis legitur apud Fabrettum cap. III. Infcr. p. 191. fed quia neque ille fine vitiis produxit, ex utroque optimas lectiones elegi. Solum Reinefium, licet mentione ejus, ut ubique, neglecta, fecutus eſt Fleetwood in Syllog. Infcr. Ant. p. 243.

v. 1. *domus Umbria*] patriam fuam innuit, ut *Maeonia generofe domo* apud Virg. X. Aen. v. 141. vid. Miſcell. Obferv. Tom. VI. pag. 263. quem Virgilii locum imitatus eſt auctor epigrammatis, a me editi Vol. I. p. 32. *Antiqua generofe domo, cui regia Veſtae* &c. quod illic notare neglexi.

2. *Nar hic fluit albus*] hoc praetuli ex Fabretto. *cluit* Reineſ.

3. *bis deno circine Solis*] fic bene Reineſ. qui docet *circen* pro circulo, & inde verbum *circinare* dictum, quo non folus Sidonius Apoll. cujus locum adfert, fed & ipfe Ovidius utitur Lib. II. Met. 721.

Inclinat curfus & easdem circinat auras.

ubi in duobus Leidenfibus *circuit*, quae gloſſa alterius verbi eſt, veramque lectionem agnofcit Joh. Sarisberienfis Lib. XII. de Nugis Curial. cap. 12. ubi hoc Ovidii verfu, licet non indicato auctore, fic utitur: *Et quia non habet quo divertat, laborat mifere, idem terit. & easdem circinat auras.* forte etiam alterum intrufum Statio Lib. V. Sylv. 2. v. 12. — *& octonos bis jam tibi circuit orbes Vita.* ubi *circinat* auctorem ipfum Ovidii exemplo fcripfiſſe, mihi fit verofimile. Manilius Lib. I. 636. — *fupra fe circinat orbem Verticibus fuperadſtan-*

Miles eram, sum deinde cinis de milite factus.
Nec solum hoc, quia me rapuit fatum, male fecit,
Quod pater & mater plangunt, hoc plus male fecit,
Actum est, excessi. Spes & Fortuna valete,
Nil jam plus in me vobis per secla licebit;
Quod fuerat vestrum, amisi, quod erat meum, hic est.

EP.

stantem. & v. 711. *Usque suos arcus per nubila circinat Iris.* & hiuc apud Festum legebat Patruus meus, *Circinea dicitur avis, quae volans circuitum facit.* In vulgatis *Circanea.* In aliis *Circenda.* posset tamen *circanea avis* dicta esse a verbo *circare*, pro circuitum facere, περιοδεύειν. quod licet Glossariorum, Servii ad Virg. x. Aen. 885. aliorumque scriptorum auctoritate nitatur, tamen frustra a Scaligero ingestum fuit Tibullo Lib. I. El. 3. v. 77. & Propertio IV. El. 9. 35. ubi id tuetur & amplectitur Broukhusius, in Tibullo autem repudiavit. de quo ad ipsum Propertium plura. Hoc autem in loco *circile* apud Fabrett. forte pro *circite.* nam & *circes*, *circitis*, eadem significatione, apud veteres occurrit, ut docent exempla a Reinesio prolata, quibus adde quae habet G. Fabric. ad Poët. Christ. pag. 34. Festus, *Circites, circuli ex aere facti.*

5. *sum deinde cinis de milite factus*] sic optime Fabrettus. apud Reinesium vitiosissime *sum deinde civis ex milite factus.* quod supine nimis secutus est Fleetwoodus. & male ita ex Reinesio adfert Markland. ad Statii Silvas pag. 282. crasso satis errore *civis* prima correpta, & ultima perperam producta, sequente *ex.*

6. *quia me rapuit fatum*] Ita edidi ex Fabretto. *quia me carnis casum* corrupte apud Reines. & Fleetw.

8. *Actum est, excessi. Spes & Fortuna valete*] Deserui Fabrettum, qui ediderat, *Hac luce si excessi.* nec sensu nec metro constante. licet *valete* recte dederit. priore versus membro verissime apud Reinesium, *Actum est. excessi.* sic supra Ep. CXCIV. *Quid lacrimas? factum est. Vir bone, vive, vale.* ubi legi posset *actum est*, funesta in his formula. Seneca Lib. I. Nat. Quaest. cap. 1. *Vidimus circa Divi Augusti excessum simile prodigium. vidimus, cum de Sejano actum est.* Suet. Ner. c. 42. *Actum de se pronuntiavit. excessi* hic idem, quod aliter hac in re *Vixi.* Dido apud Virg. IV. Aen. 653. *Vixi, & quem dederat cursum Fortuna, peregi.* supra Ep. XLIV. *Viximus. hic omnes exitus unus habet.* & sic legendum apud Corn. Nepotem in Epamin. cap. 9. fin. *Id postquam audivit, Satis, inquit, vixi, invictus enim morior.* non *vivi*, ut in vulgatis in fine versus male apud Reinesium. *Spes & Fortuna valebunt.* sed ex Fabretto restitui *valete.* formula etiam frequenti, praesertim in epitaphiis. ut in illo apud Pithoeum Lib. III. pag. 139.

Conditus hoc lapide est. bene habet. Fortuna valebis.

& pag. 140.

Effugi tumidam vitam. Spes, Forma, valete,
Nil mihi vobiscum est, alios deludite quaeso.

quae eleganti colore expressa sunt ex Epigrammate Graeco Lib. I. Antholog. Tit. 80. de Fortuna:

Ἔλπις καὶ σὺ Τύχη μέγα χαίρετε. τὸν λιμέν' εὗρον,
Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν. παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.

Inveni portum, Spes & Fortuna valete,
Nil mihi vobiscum est. ludite nunc alios.

quae Latina versio tamquam epitaphium Francisci Pucii Florentini legitur in Chrytraei Delic. Itin. pag. 42. sic in epitaphio Senecae, quod edidi Tom. I. pag. 417.

Cura, labor, meritum, sumti pro munere honores,
Ite, alias posthac sollicitate animas.
Me procul e terra Deus avocat. Ilicet actis
Rebus terrenis hospita terra vale.

ubi *illicet*, *actum est* legendum conjeci, ut in hoc carmine: quod Senecae epigramma nescio cur supposititium censuerit Joh. Lamius de Erud. Apost. p. 168. qui illud ex cod. MS. Bibliothecae Riccardianae profert. sic in fine Epitaphii Petroniae Musae, quod supra ad Graecum Homonoeae Epigramma CXLVI. integrum ex Fabretto, Gorio, aliisque produxi,

ΕΡΡΕΤΕ ΜΕΡΜΟΥΡΑΙ ΘΥΜΑΛΓΕΕΣ ΑΜΜΟΡΟΙ ΕΣΘΛΗΣ
ΕΛΠΙΔΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΙ ΠΑΝΤΑ Δ ΑΔΗΛΑ ΤΥΧΗΣ.

Statius Lib. XII. Theb. 338. *Sed bene habet, Superi, gratum est. Fortuna peracta est.* sic *Fortunam & Spem* se elusisse queritur puer ante diem raptus in alio epitaphio supra Ep. XCVIII. *Fortuna invisa est, Spes est frustrata jacentem.* ut legendum illic notavi. non dissimilis formula in illo Petronii cap. 79. —— *valete curae Mortales, ego sic perire coepi.* ut recte emendare Heinsium notavi ad Lotich. Lib. I. Carm. 19. 30 & Lib. III. Carm. 5. v. 5. ubi vide. quamquam in illo versu Petroniano legendum potius *valete curae Mordaces* conjeceram

Ep. CCLXXV.

In Via Pinciana.

SPERATVS. VIX. MEN. VIIII.

Flet domus, & cari lugent ſine fine parentes
Abreptum fatis, contegor hoc tumulo.
Quis non exemplo doleatur mortis acerbae.
Si me vidiſſes, aut ſi mea funera noſſes,
Fudiſſes lacrimas, hoſpes, in oſſa mea.

SPERATVS. ATTALVS. POLITICE. MATER.

Ep. CCLXXVI. A. S. SEVERINO.

Nate, patris matriſque amor, & ſuprema voluptas,
En tibi, quae nobis te dare ſors vetuit.
Buſta eheu, triſteſque notas damus, invida quondam
Mors inmaturo funere te rapuit.

Ep. CCLXXVII.

CAESIA. T. F. CELSA
AN. LXV. H. S. E.

Quod voto petiere ſuis plerumque parentes,
Cuncta tibi dignae, Caeſia, conjicerunt.

La-

jecerim ad Tom. I. hujus Operis pag. 956. quod firmari poteſt ex Horatio Lib. I. od. 18. 4.

Siccis omnia nam dura Deus propoſuit: neque
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.

9. *Nil jam plus in me vobis per ſecla licebit*] ita edidit Reineſ. niſi quod male *licere* dederit pro *licebit*. apud Fabrettum,

Nil amplius in me vobis per ſecla licebit.

unde forſan, tranſpoſitis verbis, praeſtaret legi,

Amplius in me nil vobis per ſecla licebit.

idque ideo magis, quia *plus* modo praeceſſerit v. 7. *hoc plus male fecit*. quae vocula inconcinnius hic recurrit. paſſim autem in metricis his epitaphiis tranſpoſita verba, deſcribentium vel lapidariorum culpa.

Ep. CCLXXV. *Flet domus* &c.] ſic ex Ligorianis edidit Reineſius Cl. XII. N. 128. p. 693. ex quibus etiam deſcripſit N. Heinſius in libro Inſcriptt. vett. Reineſio debet Fleetwoodus p. 207. paullo aliter ex ſchedis Manutianis Bibliothecae Vaticanae editum in Inſcriptt. Donianis Cl. X. N. 36. p. 361. ubi male v. 2. *contegor hoc titulo*. & v. 3. *exempli*. pro *doleatur* non dubito legendum eſſe *moveatur*. niſi quis alterum defendere velit ex Inſcriptione apud Gruter. pag. DCLXXVI. 11.

QVISQVE. LEGER. SI. TAMEN. PIVS. EST.
NECESSE. EST. DOLEATVR.

Id ſi placet, inter ſingularia certe referendum opinor, aeque ac DOLITVS EST pro DOLVIT apud eumdem pag. DCCXCIII. 4. & DCCXCIV. 2.

DE. QVA. NIHIL. ALIVD DOLITVS
EST. NISI. MORTEM.

ex Donio etiam, ſed loco non indicato, habetur in Theſauro Muratoriano Tom. III. pag. MDCCXLVIII. 1. & apud Bonadam Vol. II. p. 405.

Ep. CCLXXVI. *Nate, patris* &c.] hoc Epigramma, quod ab aliis editum dubito, inveni in codice MS. Antiquitatum & Inſcriptt. vett. Huydecoperiano. primo verſu correxi *matriſque amor*. quum in codice illo legeretur *matris amor*. Sed totum fere, ſub titulo *In tumulum pueri*, legitur apud Sannazarium Lib. II. Ep. 19. paucis tamen verbis inmutatis:

Nate, patris matriſque amor, & ſuprema voluptas,
Accipe, quae nobis te dare par fuerat.
Buſta eheu, triſteſque notas damus, invida quando
Mors inmaturo funere te rapuit.

Ep. CCLXXVII. *Quod voto petiere* &c.] ineditum hoc debetur

Lanificî praeclara fides, pietatis alumna,
  Prifcae praecipue fama pudicitiae,
Te rogo praeteriens dicas.

S. T. T. L.

Q. Q. V. L. P. XII.

EP. CCLXXVIII.

M. ACILIVS L. F.

FONTANVS.

Eripuit nobis. . . undevigefimus annus
  Ingreffum juvenem militiam cupide.
Parcae falluntur, Fontanum quae rapuerunt,
  Cum fit perpetuo fama futura viri.

EP.

betur Cel. Greg. Majanfio Epift. II. huic Volumini praefixa p. 44. qui teftatur legi in jafpide caeruleo, in Torrecampo, oppido regni Giennenfis, & ultimas fubfcriptionis notas fic interpretatur, *Que que verfus latitudo pedum duodecim.* verfum epigrammatis fecundum ego fic legendum opinor,

Cuncta tibi Divae, Caefia, contulerunt.

ut in illo Probae epitaphio, quod fupra edidi Ep. CXXXVI.

In qua, quidquid habent cunctorum vota parentum,
Contulerat tribuens omnia pulchra Deus.

Propertius Lib. II. El 2. v. 35. ad Cynthiam:

Haec tibi contulerunt coeleftia munera divi,
Haec tibi ne matrem forte dediffe putes.
Non, non humani funt partus talia dona,
Ifta decem menfes non peperere bona.

ita diftinguendum. perperam in vulgatis, *Haec tibi: ne matrem forte dediffe putes.* licet hoc praeferat Heynius ad Tibull. pag. 317. non diffimile illud Virgilii in Elegia ad Meffalam, v. 21.

Certatim ornabant omnes Heroïda Divi,
Certatim Divae munere quaeque fuo.

& in Epigrammate ad Antonium Mufam,

Cui Venus ante alios, Divi Divumque forores,
Cuncta, neque indigno, Mufa, dedere bona.

quo loco per me licet, ut alii in hoc Epigrammate *dignae* probent. mihi *Divae* placet. *offerre* in re fimili dixit Horatius Lib. III. od. 16. in fine,

Bene eft, cui Deus obtulit
Larga quod fatis eft manu.

verfu tertio malim *Lanificî praeclara fide.* refer ad laudem puellarum frugi, quae ob lanificii ftudium toties in ejufmodi monumentis commendantur. vide fupra ad Epitaphium Claudiae, Ep. CXLVII. *Domum fervavit, lanam fecit.*

EP. CCLXXVIII. *Eripuit nobis* &c.] ediderunt Scip. Maffej. in Obferv. Liter. Italico idiomate Veronae excufis Vol. IV. p. 342. Muratorius T. II. p. DCCLXXIII. 1. & ex eo Bonada Vol. I. Cl. IV. p. 341. & inter Saguntinas Infcriptiones Greg. Majanfius Lib. III. Epift. 25. pag. 148. idemque in Epiftola I. huic Volumini praefixa p. XIX. ubi fe ipfum Sagunti illud cum viro Illuftri Ern. Guidone Harrachii Comite defcripfiffe teftatur, & alios Hifpanos fcriptores, qui ediderunt, indicat. In titulo praetuli M. ACILIVS, ex Maffej. & Majanfio, pro A. ACILIVS. ut edidit Murator. primo verfu fupplendum,

Eripuit nobis hunc undevigefimus annus.]

nifi mavis,

Eripuit nobis natum undevigefimus annus.

vel *undevicenfimus.* ut apud Maffej. & Majanf. qui recte etiam ediderunt ultimo verfu *perpetuo.* nifi fcribendum fit *perpetuom*, id eft *perpetuum.* certe *perpetua* vitiofe apud Murator. eumque fecutum Bonadam. Exiftimarunt nempe plurimi jam olim, & praefertim Itali mediae aetatis, pofthabitis veterum exemplis, hac fede pentametri fine difcrimine admitti poffe fyllabam brevem, qua & fuos & antiquorum poëtarum verfus faepe corruperunt.

EP.

Ep. CCLXXIX.

Neapoli.

I. V. D. M.

Crispe, fili lepidissime,
Heu heu! Orcus quum te voravit,
Delicium mihi omne abstulit,
Baculum, exsuctis medullis,
Edentulae senectutis secuit:
Spem nepotum abstraxit
Secum maximam.
In tanta demum orbitate
De-

Ep. CCLXXIX. *Crispe, fili* &c.] sic edidit Reinesius Cl. XII. p. 661. N. 30. & ex eo, ni fallor, Fleetwood Syllog. Inscript. p 199. adeo ut mirandum sit, Novi Thesauri Inscriptionum veterum collectorem Muratorium, ne consulto quidem aut inspecto Reinesio, hoc Epigramma adeo lacerum & corruptum produxisse Tom. II. pag. MCCXXXV. I. hunc in modum:

HE. HEV. ORCVS. QVVM. TE. VORAVIT
MI. ABSTVLIT. RACVLVM. EX. CVNCTIS
ENECTVLIS. SECVIT. SPEM. NEPOTVM
AST. IN. TANTA. DEMVM ORBITATE
MV. . . NI. QVI. . . SECVS. MANES. SENTIVNT
M. . ME. TECVM. CONTVMVLARENT. VIE.
SPVS. PATER. INFELICISS. F. ET SIBI ET
LIBERTAAVE. SVIS. POSTERISQ. EOAVM.

accepisse autem se testatur ab Ignatio Maria Como, & Neapoli exstare in suburbano Januarii Mazzae. Oportuisset igitur priores Inscriptionum veterum editores consuluisse, an ab iis non ante fuisset productum; & deturpatum adeo apographum, ab amico transmissum, ex iis emendare, vel lectorem ad Reinesium ablegare, qui desumsisse se adnotavit ex Capacio Lib. I. Hist. Neap. cap. 21. & Chrytraeo Delic. itin. Eur. pag. 97. ubi male *desolata* & *contumulassent*. Novum itaque epigramma non adposuit Muratorius, sed pannos laceros & discerptos carminis, dudum ab aliis integrius editi; ut similis incuriae documenta passim & ubique singulae circumferunt paginae Operis vasti, titulum *Thesauri Novi Inscriptionum veterum, a praecipuis earum Collectoribus hactenus praetermissarum*, splendide mentientis, quod tot exemplis, supra jam toties prolatis, manifestum est. ex Reinesio Delectui Inscriptionum Metricarum N. XVII. p. 15. inseruit Anglus anonymus, qui *epigramma mellitissimum, poëtica suavitate & elegantia conditum* vocat, licet metro non alligatum sit, & se primum edidisse punctis distinctum addit. Subscriptionem tamen neglexit. Reperi id etiam in codice MSS. Antiqq. & Inscriptt. vett Huydecoperiano, in quo versu tertio *Delitium omne mihi*. & v. 9. *desolata*. v. 10. *Qui secus manes sentiunt*. & in subscriptione C. CRISPVS. &c. FEC. SIBI. & in fine, POSTERISQVE EORVM. initio epigrammatis concinit aliud epitaphium, etiam a patre positum filio defuncto, quod ex libro Inscr. vett. MSS. Heinsiano excerpsi, ubi id inter Bajas & Aversam haberi praefigitur,

D. M.
SEX. VALERIVS. MERCVRIALIS. AVGVR. T. LABIENO. FA-
STIVO. ALVMNO. DVLCISS. VIX ANN. XVI. HOR. XVIII.
HVNC. A. DIS. SENECTVTI. MEAE
SERVATVM. SPEM. DELICIASQVE
VORAX. ABSTVLIT. ORCVS. OPTO. SI. QVOD. OBLECTAMENTVM. APVD. MANES. EST. PRO. NEQVITIIS. IOCISQVE
QVIBVS. COAEVOS CAPIENS. ME. OBLECTARE SOLEBAT. INSONTEM
ANIMVLAM. REFICIANT. IN. H. S. SIVE. SERVVS. SIVE
LIBERTVS. SIVE. LIBER. REFVRATVR. NEMO. SECVS
QVI. FECERIT. MITEM. ISDEM. IRATVM. SENTIAT. ET
SVORVM. OSSA. RVTA. ATQVE. DISPERSA. VIDEAT.

sic in Inscriptione, quam ex Capacio habet Reines. Cl. XII. p. 666. & Murator. T. II. p. 1160. N. 7.

HEV. VOTA. HEV. PRECES
ORCVS. TANDEM. ERIPVIT.
EPHEBO. FILIO. DVLCISSIMO
HERMIA. MATER. INFELICISS. F.

& in aliis apud Smetium fol. 122. & in cod. Bucheliano,

C. IVLIVS. HERMIA
EPHOEBO. FILIO. DVLCISSIMO
FILIO. SVO. VIXIT. ANN. III.
ORCVS. ERIPVIT. MIHI
IN. QVO. SPES.

quae

Desolatus supersum, ut ni,
Qui secus sentiunt, Manes
Vetuissent, vivum me tecum
Contumulassem.

VIXIT. AN. XII.
CRISPVS. PATER. INFELICISS.
F. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS. LIBER
TABVSQ. POSTERISQVE. IPSORVM.

EP. CCLXXX.
Mediolani.

D. M.
AVVS. M. NEPOT. OPTVM. MAR.
VIX. AN. XIII. MENS. XI. DIES X.

O dulcis puer, o venuste Marce,
O multi puer & meri leporis,
Festivi puer ingenî, valeto!
Ergo, cum virideis vigens per annos

Aevi

quae utraque etiam edita est in Marm. Felsin. pag. 73. quod autem *baculum senectutis suae* Pater hic vocet filium, convenit cum Inscriptione apud Gruter. p. DCLXXXIV. 6. a Patre posita filio:

QVEM. IMPORTVNA.
MORS. ADEMIT. PRAE-
REPSITQVE. SENIS. BACV-
LVM. CVI. IAM. DEFESSA
AETAS. ADNITENS. PERBRE-
VES. ANNOS. SVOS. ALLEVA-
BAT. HVNC. ANTE MORS
ADSEQVETVR. QVAM
TRISTES. LACHRIMAE
DESERVERINT.

& sic in alio Epitaphio, ex hoc forte conflato, quod inveni in libro MS. Antiqq. & Inscriptt. Huydecoperiano:

D. M.
AEQVVM. ERAT. VT. TV. NOBIS. FACERES
QVOD. TIBI. FILI. PARENTES. QVI. TE. XI.
ANNVM. AETATIS. AGENTEM. IN. FLORE
IVVENTVTIS. POSITVM. SPERAVIMVS
BACVLVM. VITAE. NOSTRAE. ESSE. FVTVRVM
SED. INIQVO. FATO. DVCTVS. MISEROS. RE-
LIQVISTI. PARENTES TI. CL. GENIALIS
TI. CL. GEMELLO. FILIO. PIISS.

apud Gruterum pag. MCLVIII. 5.

SALVE. PVER. AETATIS. CASTAE
GERVNTIO. ALVMNO. DVLCISSIMO
ET. MEAE. SENECTVTIS. ALENDAE.
STVDIOSO &c.

ubi pro SENECTVTIS male AETATIS (quae vox primo versu praecedit) edidisse Muratorium T. II. p. 1170. 3. ex his locis patet. quibus simile illud in epigrammate Graeco apud Leichium in Carm. Sepulcr. ex Anthol. MS. N. IX. pag. 12.

——— τὰς γὰρ ἀφ' ὑμῶν
Ἀδης γηροτρόφους ἐλπίδας ὀρφάνισε.

EP. CCLXXX.] Carmen hoc hendecasyllabum, typis antea non vulgatum, sed tamquam paucis abhinc annis erutum, ex Italia ab amico eruditissimo, & harum elegantiarum studiosissimo, sibi transmissum edidit Anglus anonymus in Delectu Inscript. Metricar. pag. 33. N. XLV. Mihi liceat de ejus antiquitate & sinceritate dubitare, quam epigrammati conciliare tentarunt vocibus illis *virideis*, *facileis*, *dormiundos*, ad prisci aevi morem exaratis. *multi & meri leporis puer* vix bonam sapiunt aetatem. aliter certe auctor epitaphii in Quinterinum puerum, supra editi Ep. XCIX. 5.

Cum tanti fuerim puer decoris.

ut legendum notavi, non, *Cum tantum fuerim puer deco-*

E e

Aevi ver ageres novum tenelli,
Vidisti Stygias peremptus undas?
Tuum moestus Avus, tuum Propinqui
Os plenum lepida loquacitate,
Et risus facileis tuos requirunt.
Te lusus, puer, in suos suëtos
Aequales vocitant tui frequenter.
At surdus recubas, trahisque somnos
Cunctis denique, Marce, dormiundos.

EP. CCLXXXI.

Venafri.

SERVILIA. C. L. HILARA

.VIVA. SIBI. ET. SVIS. FECIT.

Hunc puerum. . . . . . neni amisit lectissima mater,
Ut vita insontem, sic pietate bonum.
Amissum luxit, lugebit & usque sepulcrum,
Nec nisi defuerit, desinet esse dolor.

EP. CCLXXXII.

D. M. S.

MELITINE ANN. VIIII. M. VI.

DIER. VII.

Hic sita est infans patri per saecula flenda,
Quam raptam adsidue mater maerore requirit,

Grata

decorus. talis puer RARAE. PVLCHRITVDINIS. ET. LEPIDITATIS pro sequioris aevi Latinitate dicitur in Inscript. apud Bertoli in Antiqq. Aquilej. p. 176.

C. VIRGINIO. SVAVISSIMO. FILIOLO
RARAE. PVLCHRITVDINIS
ET. LEPIDITATIS. ADOLESCENTVLO. &c.

versu decimo durissimum numerum facit *suos suëtos.* licet sciam poëtas recentiores *suäves*, *suëtos*, & sim. haud raro captasse. ut nihil addam de ingrato & nimis crebro *tuum*, *tuos*, *te*, *tui*, spatio quinque versiculorum, recursu. ultima sunt adumbrata ex notis Catulli versibus,

Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

EP. CCLXXXI.] edidit Muratorius Tom. II. pag. MCCXV. 2. & ex eo Bonada Vol. II. p. 419. versu primo lacuna forte sic supplenda, *Hunc puerum octennem.* quod elicio ex superstitibus vocis ultimis literis *neni.* in quibus *nem* latet. tertio pro *sepulcrum* emendandum *sepultum.* sed mirari hic satis nequeo oscitantiam Muratorii. hoc idem epigramma, quod illic ita exhibet, ut in contextu dedi, sequente Tomo III. pag. MDCCXLV. N. 5. longe corruptius & vitiosius edidit, & quidem ab eodem Ignatio Maria Como, Neapolitano, sibi transmissum, ut primo etiam loco admonet;

Venafri, in S. M. di Rigliano.

SERVILIA. C. L. HILARA

VIVA. SIBI. ET. SVIS. FECIT.

Hunc. . . . . . nem. . . . lectissima mater
Ut varo lusoria sic pietate bonum.
Piissima vita gerit &. . . . . . usque sepultum
Nisi heres fuerit desinit esse dolor.

lectionibus adeo mendosis, ut aenigma potius referant, licet ex eodem exemplari utrumque descriptum fuisse prae se ferat. mirum quoque id praeteriisse Bonadam, qui prius ex eo excerpsit.

EP. CCLXXXII.] ex schedis P. Cattanei produxit Muratorius Tom. II. pag. MCXC. 5. & ex eo Bonada Vol. II. p. 416. qui edidit MELITIAE. sed MELITINE apud Murator.

EP.

Grata blandit. . . . . una que
Quales quisque sibi cupiat producere natos.
Hanc annis x privavit munere lucis.
Casum quisque legat, fato maledicat iniquo.

S. T. T. L. CARPOPHORVS
PATER. TITILICVTA. MATER
FILIAE. PIENTISSIMAE.

EP. CCLXXXIII.

IVLIANO. FILIO
L. VMBRIVS. SATVRNINVS.

Dî Manes, Manes sitis. jam morte misellis
Praepropera senibus sero datum rapitis.
Hic etenim puer est Umbri de sanguine cretus,
Invida quem tenerum Parca tenax rapuit.
Quo matri multos scripsit, multos quoque patri
Ingratis annos. Vota satis misera.
Nam solos septem proles * o vos duxerit orbes
Septuaginta forent, ni miseros cuperet.
Qui pro vinetis, fundis, terraque marique
Hoc solum' proli, hoc peperere solum.

EP. CCLXXXIV.

D. M.
M. MARIO. PROCVLO. VIX. ANN. III.
M. IIII. D. VIIII. M. MARIVS. FRONTO
ET. COSCONIA. HYGEA. PARENT. IN
FELICISS. FILIO. PIISSIMO. FECERVNT
ET. SIBI. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EOR.

Si non fatorum praeceps hic mortis obisset,
Mater in hoc titulo debuit ante legi.
Praeteriens dicas; Procule, sit tibi terra levis.

EP.

EP. CCLXXXIII.] debetur Bonadae Vol. II. p. 227. qui testatur se exscripsisse in vinea Equitis Quintii extra portam Salariam. habetur etiam in Opere Italico splendidissimo Antiquitatum Romanarum & Monumentorum sepulcralium, a Joh. Baptista Piranesio, Tabulis aeneis incisorum Tom II. Tab. XLIX. ubi versu septimo, *Nam solos septem proles quos duxerit orbes.*

EP. CCLXXXIV.] Ex suis schedis edidit Muratorius Tom. II. pag. MCLXXXIX. I. ex quo repetiit Bonada Vol. II. p. 540. sed jam diu exstabat ex Manutio in Opere Gruteriano pag. DCXCV. 9. nisi quod versum secundum exhibuerit mutilum *M... hoc titulo debuit ante vel...* ubi Scriverius in libri sui margine secundum versum supplebat MARIVS. vel MANIVS. utrumque perperam. licet MARIO PROCV-

EP. CCLXXXV.

Romae.

L. VECTIVS. NYMPHIVS

AVRIFEX. V. A. XVII.

Et te, terra, precor, leviter ſuper oſſa reſidas,
Sentiat ut pietas praemia quae meruit.
Et quicumque ſuis ſincere praeſtat honorem,
Felicem curſum perferat ad Superos.

EP. CCLXXXVI.

DIIS. MANIBVS. SACRVM.

L. MANILIO. L. F. OVF. MONTANO.

L. MANLIVS. GLAVCIO. SIBI. ET

ANIMISIAE. C. L. RESTITVTAE VX.

L. MANLIO. L. F. OVF. APRO.

Manlius hic ſitus eſt Montanus, raptus iniqua
Femineaque manu, inſperans incidit aetas.

Fas-

PROCVLO a patre ſit poſitum. obſtat enim prima ſyllaba, quae brevis eſt, & neceſſario requiritur *Mater in hoc tumulo debuit ante legi.* vel potius *titulo legi.* ut conjecerat Scriverius. Muratorius edidit,

Mater in hoc titulo debuit ante vehi.
Et tu praeteriens dicas,
Procule ſit tibi terra levis.

praeferendam vero extiſlimavi lectionem,

Mater in hoc titulo debuit ante legi.

quod firmatur ex alio epitaphio apud Gruter. pag. DCLXX. 5.

Et mater tepido condidit oſſa rogo.
Quae prius hoc titulo debuit ipſa legi.

huic adeo ſimile eſt illud Epitaphium Petali, quod ſupra edidi Ep. CCLIX. ut alterum ex altero fabricatum videatur,

Si non fatorum praepoſtera jura fuiſſent,
Mater in hoc tumulo debuit ante legi.
Quae rogat, ut dicas, motus fatalibus annis,
Terra ſit haec Petalo non oneroſa, precor.

ubi notas vide. & ad Ep. CCLXIV.

EP. CCLXXXV. *Et te, terra, precor,* &c.] produxit Sponius in Miſcell. pag. 219. & Romae in aedibus Barberinorum haberi teſtatur. & ſic Fabrettus cap. IV. p. 285. ex ſchedis P. Stephanonii editum in Gudianis pag. CCXXV. 2. ubi in Inſcriptione L. VETTIVS NYMPHVS. apud Fabrettum L. VETIVS NYMPHIVS. & ſic legitur inter monumenta vetera & Inſcriptiones poſt Aedes Barberinas ſplendido Volumine Romae ab Hieronymo Tetio editas 1642. ſed apud Sponium L. VECTIVS NYMPHIVS. quem ſecutus videtur Fleetwood pag. 242. quia verſu tertio *ſui* edidit, ut legitur apud Spon. & in Opere Aed. Barberin. ſed *ſuis* melius Fabrett. & Gud. ex quo adfert etiam Bonada Vol. II. pag. 411. Ego praeferrem L. VETTIVS. NYMPHIVS. quia VETTII nomen frequentius in marmoribus vetuſtis, quam VECTIVS. ut vel ex Indice Gruteri & Muratorii patet. NYMPHIVS etiam praeſtat pro NYMPHVS. ſic ſupra in Epitaphio Nymphiia Serena poſito Ep. CCVI.

Nymphius, aeterno devinctus membra ſopore,
Hic ſitus eſt &c.

M. CLODIVS NYMPHIVS in lapide apud Gorium Adpend. Inſcript. Florent. Tom. III. pag. 270. in Inſcriptione apud Philip. a Turre in Monum. Antii p. 393. & Bertoli Antiqq. Aquilej. p. 234.

NYMPHIO. FILIO. ANNOR. III.
NYMPHIODOTVS. PLOCAMI
DIVI. AVG. L. SER.

quae legitur etiam in Theſauro Muratorii Tom. III. p. MK. 4. apud quos NYMPHODOTVS excuſum, ſed NYMPHIODOTVS apud Fabrettum, qui primus edidit Cap. X. pag. 709.

EP. CCLXXXVI.] apud Gruter. pag. MCXXXIII. 7 ex Pighianis. & ex eo apud Fleetwoodum pag. 253. & Bonadam Vol. II. p. 525. In meo Pighi. Codice MS. praefigitur legi *Aquini in pariete Ecclesiae S. Joannis.* ut apud Gruterum. In titulo pro ANIMISIAE forte corrigendum ARTEMISIAE. ſic ARTEMISIA CAESARIS in Inſcript. apud Gruter. pag.

Fas erat, ut potius natus pia funera nobis
Penderet, & dignos coleret manesque patresque,
Si fortuna pie servasset vota parentum.

EP. CCLXXXVII.

Romae.

D. M.

C. SATELLIO. CLEMENTI

C. SATELLIVS. ASPER. ET. GLITIA. MANSVETA

FILIO. PIISSIMO. ET. SIBI. LIB. POST. SVIS.

Viginti duo erant anni, si fata dedissent,
Cum me florentem rapuit sibi Ditis ad umbras,

Abru-

p. DCVII. 2. CLARIA ARTEMISIA in lapide apud Murator. T. III. pag. MCCCXXIV. 1 ACCIA ARTEMISIA p. MCCCXXXVIII. 5. & PESCENNIA ARTEMISIA pag. MDLXXXIX. 7. tertio carminis versu legendum puto, *Fas erat, ut potius natus pia munera nobis Penderet.* nam *funera pendere* insolens locutio. sic apud Virg. IV. Georg. 535. *tu munera supplex Pende petens pacem.* ut legitur in cod. Rottendorphiano, pro *Tende.* quod merito damnant viri eruditi. *pendere tributum* Ovidio VIII. Met. 263. ubi *Solvere* vel *Reddere* in MSS. *solvere munera* in epitaphio apud Pithoeum Lib. III. pag. 132.

Quae mihi debebas supremae munera vitae,
Infelix solvo nunc tibi, nate, prior.

& pag. 135.

Dilectae Probus haec persolvit munera matri.

munera & *ultima dona* saepe pro justis, & inferiis. vid. ad Ep. CLIV. & CLXXV. sic in inscriptione, sed minus emendata, apud Gruter. pag. DCLXXI. 15.

D. M.
AVRELIAE. LVCIDIAE
GRATAE
DVLCISS. ADOLESC.
INTEGERR. VENVSTISSQ.
M. AVREL. LVC. PIVS
INFELICISS. PATER
INSPERATOS. TVMVLOS
DEDIT. MIS. Q. VLT. DONA.

quae ultima recte Scriverius in margine libri sui exponebat, MISITQVE. VLTIMA. DONA. eadem inscriptio denuo illic recurrit pag. DCXCIV. 4. ubi quinto versu pro LVC. PIVS. melius legitur LVCIDIVS (ut in priore etiam correxerat idem Scriverius) sed in fine mendosius MIS. VLTQ. DONA.

EP. CCLXXXVII.] apud Murator. Tom. II. p. MCCX. 9.

Cum me florentem rapuit sibi Ditis ad umbras] notari meretur *Ditis* recto casu, pro *Dis.* ut supra epitaphio Aeliae Sabinae Ep. LXX.

Quam genuit genetrix, secum tenet in lare Ditis.

vide Scalig. ad Catalect. pag. 156. & Interpretes ad illud Petronii in Carm. de Bel. Civ. v. 76.

Has inter sedes Ditis pater extulit ora.

frequens autem est in Epitaphiis vetustis & elegans color ille poëticus, quo fingunt pueros & puellas, forma praestantes, a Persephone, Dite vel Plutone rapi, & suis thalamis vindicari. in quo liceat nonnihil hic exspatiari. supra Ep CXXII.

At puto non rapuit te mors, sed filia magni
Cara Jovis, Stygio nupta puella Jovi.
Haec rapuit, paucos ut, cum tu adoleveris, annos
Inter delicias te beet illa suas.

Ausonius Epitaphio Glauciae XXXIII.

Sed neque functorum socius miscebere vulgo:
Nec metues Stygios flebilis umbra lacus.
Verum aut Persephonae Cinyreïus ibis Adonis,
Aut Jovis Elysii tu catamitus eris.

in epigrammate Graeco apud Gruter. p. MXXXVI. 9.

Ἑβδόμῳ εἰς δέκατόν τε βίου λυκάβαντα περῶντα
Μοῖρά με πρὸς θαλάμους ἥρπασε Περσεφόνας.
Ἄμπαλα γὰρ ζωᾶς με δραμεῖν μόνον ἤθελε Δαίμων,
Τὸν δὲ μακρὸν γήρως οὐκ ἔτιθει δόλιχον.
Ἄρτι δ' ἐφηβείας θάλλων Διονύσιος ἀκμαῖς,
Καὶ σελίσιν Μουσῶν, ἤλυθεν εἰς Ἀΐδαν.
Ἀλλὰ πάτερ μᾶτερ τε προλείπετε πικρὸν ὀδυρμὸν
Τέρμα γὰρ εἰς με βίου μοῖρ' ἐπέκρανε τόδε.

quod Latinis versibus reddidit Scipio Maffejus optimo libello de Graecorum Siglis p. 110. cum cujus interpretatione tamen conferri velim hanc Grotianam:

Ad nigra Persephones trahor ecce cubilia: coeptus
Jam mihi post decimum septimus annus erat.
Sic voluit fatum brevibus me flexibus & non
Longa senectutis currere per spatia.
Pubere vix florens aevo Dionysius, atque
Musarum foliis, ad loca Ditis eo.
Parcite jam lacrimis, oro, materque paterque,
Clauserat hoc vitam limite Parca meam.

ibi-

Abrupit dirae fortis iniqua dies.
Heu nimium cito rapte patri, cito reddite fatis,
Et matri cito rapte tuae, cito redditus umbris.

H. M. H. NON. S.

EP.

ibidem verfu tertio Maffejus exhibet Λάμπαδα γὰρ ζωῆς &c. vertitque,

Lampada enim tantum vitae mihi tradere Daemon,
Non femi longum currere iter voluit.

in Epitaphio Symphorufae, apud Fabrett. p. 189. & Pithoeum pag. 137.

Annus erat vitae primus, mox deinde fecuti
Liminibus rapuit me fibi Perfephone.

fupra Ep. CXXXIII. ut legebat N. Heinfius:

Quae me omnes artes docuit, doctiffima cum effem,
Rapta a Perfephone nunc tegor hoc tumulo.

& Ep. CCLXVII.

At faevus Pluto rapuit me ad infera templa.

neque raro id occurrit in Anthologiae Graecae Epigrammatibus, e quibus nonnulla delibabo, additis H. Grotii verfionibus. fic enim Simonides epigrammate in Gorgippum, quod tam in prima illa Jani Lafcaris Florentina 1497. capitalibus literis impreffa, quam in Stephani, Brodaei, & Obfopaei editionibus defideratur, fed ex Palatino codice, cujus apud me Sylburgiana funt Excerpta, inferendum eft Lib. III. Tit. VI. poft Ep. XXI.

ΣΙΜΩΝΕΙΔΟΥ ΕΙΣ ΓΟΡΓΙΠΠΟΝ ΕΠΙΤΥΜΒΙΟΝ.

Οὐκ ἐπιδὼν νύμφεια λέχη, κατέβη τὸν ἄφυκτον
Γόργιππος ξανθῆς Περσεφόνης θάλαμον.

Gorgippus thalami fugiens, a quo fuga nulla eft
It thalamum flavae vifere Perfephones.

& Tit. IX. Ep. 3.

Ἅδη ἀλλιτάνευτε καὶ ἄτροπε, τίπτε τοι οὕτως
Καλλαίσχρον ζωῆς νήπιον ἠρφάνισας;
Ἔσται μὰν ὅγε παῖς ἐν δώμασι Φερσεφονείας
Παίγνιον, ἀλλ' οἴκοι λυγρὰ λέλοιπε πάθη.

Cur puerum crudelis, inexorabilis Orce,
Callaefchrum vita tam cito defpolias?
Delicias hunc furva funt Proferpina dicet,
Sed multis cauffa eft fletibus ille domi.

eodem Libro Tit. XII. Ep. 10. epitaphio Patrophiles:

Ἅδη δυσλίτανε, τί τὴν ἐπέραστον ἑταίρην
Ἥρπασας; ἢ καὶ σὺν Κύπρις ἔρωτι φλέγει;

Saeve, quid heu, Pluto, dulcem rapuiffe puellam
Aufus es? an talem te quoque flammat Amor?

ex quo defumtum videtur, quod in epitaphio Deiphobes, fupra edito Ep. CXXXIV.

Quae, dum vita fuit, Superos ipfumque Tonantem
Torferat, inferno nunc movet arma Jovi.

Ep. XXIV. quod Sapphus eft:

Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῦσαν
Δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος.

Timadis hic cinis eft, quae nulli nupta marito
Perfephones nigro nunc cubat in thalamo.

Ep. XXXII. Juliani:

Τίς λίθος οὐκ ἐγόησεν, ὅτ' ἐξήρπαξεν ἐκείνην
Εὐρυδίκης ἀΐδης ἀνδρὸς ἀπ' ἀγκαλίδων.

Heu quae non gemuit cautes, complexibus illam
Conjugis eripuit cum Stygis ater herus.

Ep. LI. Crinagorae in Hymnida, novennem vernulam,

Ἥρπασας ὦ ἄλλιστ' ἀΐδη; τί πρόωρον ἔφεισας
Μοῖραν τήν πάντως σεῖο ποτ' ἐσσομένην.

Saeve, quid hanc properas rapere, & tibi fumis acerbam?
Quae, licet exfpectes, Orce, futura tua eft.

In Leonidae epigrammate de Erinna Tit. XXV. Ep. 68.

Παρθενικὴν νεάοιδὸν ἐν ὑμνοπόλοισι μέλισσαν
Ἤρινναν, Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομένην,
Ἅδης εἰς ὑμέναιον ἀνήρπασεν. ἦ ῥα τόδ' ἔμφρων
Εἶπ' ἐτύμως ἁ παῖς, βάσκανος ἔσσ' ἀΐδα.

Erinnam vigilem Mufarum carpere flores,
Quae vates inter laeta virebat apis,
Ad fua fert Pluton connubia: vera puella
Dixerat, o, Pluton, invidus es nimium.

in epitaphio Pollae apud Maffejum Muf. Veron. pag. LXI. 4. & Murator. T. III. pag. MDCCXXVII. 4.

Λαΐνεος στήλη με πέριξ ἔχει· ἐκ δὲ με πασῶν
Νυμφῶν καὶ θαλάμων ἥρπασ' ἄφνω γ' Ἀΐδας
Πώλλαν, λυγρὰ γονεῦσι λιπὼν μνημεῖα τέκνου.

de quo carmine vide Hagenb. Epift. Epigr. p. 436 & 437. in alio Heraclidae ex lapide Smyrnenfi apud Donium Cl. IV. 60. pag. 150.

Ἅδ' Ἡρακλείδην κατέχει κόνις, ὄμβριμος ἀΐδας
Εἴρυσεν ἀνθέων ἥλικας ἐξαγίλας.
Ἄρτι γὰρ εὐμόχθοις ἐπὶ γυμνάδας ἄγρας ἐφήβων
Σχῆμα λαχὼν ἐρατὰν ἄλεσεν ἁλικίαν
Ἄρτι δ' ἀριθμὸν ἐτῶν ἐξ καὶ δέκα τέρπος ἀμείβων
Σμυρτόμενος συνγενεῖ ματρὶ λέλοιπε γόον.

huc

Ep. CCLXXXVIII.

Romae.

HERENNIAE. NICE

V. A. III. M. VIII. D. XVI.

ANICETVS. PATER. FEC.

Condita ſum Nice, quae jam dulciſſima patri
Ducens aetatis tenera quattuor annos,
Abrepta Superis, flentes jam liqui parentes.

Ep. CCLXXXIX.

ZETHVS. T. VINI

ATRIENS. V. A. XX.

Oſſa ſub hoc tumulo pia ſunt, ſed acerba parenti,
Amphio mi frater hoc titulum poſuit.
Parcite fata meis. valeant fratreſque, ſorores,
Sit tamen in veſtro pectore cura mei.

Ep.

huc refer elegans epigramma Graecum, corrupte editum a Muratorio Tom. III. pag. MDII. II. ſed quod emendarunt viri praeclari Hagenbuchius in Epiſt. Epigraph. pag. 402. & ſeqq. & Dorvillius ad Chariton. pag. 260.

Οὐχ ὁσίως ἥρπαξας ὑπὸ χθόνα, καίρατε Πλουτεῦ,
Πενταετῆ νύμφην πᾶσιν ἀγαλλομένην. & ſeqq.
Εἶχεν γάρ, χάριν εἶχεν ἐπ' εὐχροίοισι προσώποις
Αἰθέρος, ὥστε μένειν ἀθανάτοισι δόμοις.
Τοῖς πάρος ἐν μύθοις πιστεύσατε. παῖδα γὰρ ἐσθλὴν
Ἥρπαξαν τερπναὶ Κρηνίδες, οὐ θάνατος.

quod epigramma quum adcuratiori lima illic perpoliverit, ſed verſionem ſuam non adpoſuerit, ex viri eruditiſſimi ſchedis totum addam. (nam partem ejus tantum protuli) faventibus Muſis Latine redditum:

Quinquennem Nympham rapuiſti, ferree Pluto,
Moribus & forma corporis eximiam.
Utque roſam teneram radicitus exſtirpaſti,
Quae fragrantem aperit vere novo calicem.
Verum age, Alexandrae lacrimis qui ſpargitis urnam,
Quantumvis carum mittite flere caput.
Digna quidem fuerat facies, quae nupta Deabus
Ornaret cupidi lucida tecta Jovis.
At tales animas, antiquae credite famae,
Non Orcus, rapiunt ſed ſibi Naiades.

ubi quod de Naiadibus additur, ſpectat ad opinionem veterum, qua credebant formoſos formoſaſque non mori, ſed a Nymphis rapi. unde in Inſcriptione apud Murator. Tom. II. p. MCCXXXI. 3.

HIC. SITVS. EST. M.

VLPIVS. FIRMVS. A. L.

ANIMA. BONA. AV

PERIS. REDDITA

RAPTVS. A. NYMPHIS.

in marmore Romae exſtante, apud Aringhium Lib. IV. Romae Subterr. cap. 20. Reineſ. Cl. XVII. pag. 856. & Bonadam Vol. II. pag. 307. & ſeq.

Νύμφαι Κρηναῖαί με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο,
Καὶ τάχα που τιμῆς εἵνεκα τοῦτ' ἔπαθον.
Νηπίη, οὐδ' δυοῖν ἐτέων τέλος ἐξανύσασα
Φιλητίη τὸν κλῆσιν Ἀντωνίς γένος.

quod epigramma luce egregia adfundit idem Dorvillius p. 258 & 259. Sed deſino. nam & alia ſuppeditabunt Leichius ad Carm. Sepulcr. Graec. N. XVI. pag. 24. & N. XXII. p. 29. & Curls Sec. ad Graec. Murator. Inſcr. p. 45. Hagenbuch. Epiſt. Epigr. pag. 391. & Bonada Vol. II. p. 236 & 310.

Ep. CCLXXXVIII.] apud Ficoronium exſtare notat Murator. T. II. p. MCLXXI. 9. ex quo edidit Bonada Vol. II. p. 417. verſu ſecundo forte legendum,

Ducens aetatis tenerae vix quatuor annos.

Ep. CCLXXXIX.] apud Fabrettum cap. I. pag. 8. & ex eo apud Bonadam Vol. II. pag. 405. verſu ſecundo lege *hunc titulum*, pro *hunc*.

Ep.

EP. CCXC.

THETIS. EADEM
BYRGAENA
ITALICI. CORISCI
AVG. L. CON. CAR. ANN.
XXVI. ET PERINTHIO
FIL. ANN. XII. H. S. S.

Si fortuna ſuos potuiſſet flectere manes,
Hunc titulum Patri ponere debueram

ITALICVS. SIBI. ET
SVIS. V. F.

EP. CCXCI.

Diſcite mortales, & fati neſcia turba,
Si vitam aeternis volvitis auſpiciis.
Una viximus inter nos, nunc vivimus una
Inter nos, lacrimas & pia vota date.

EP. CCXCII. CINYRA. MATER. SIBI. ET. FILIIS.

Hoc Epios tumulo Cinir eſt cum fratre ſepultus,
Ante ſuos annos quos tegit atra cinis.
His tumulum parvum mater cum carmine fecit,
Ingenio quorum terram optate levem.

EP. CCXCIII. *Saxoferrati.*

Hic Maxima jacet nunc. . . . funere acerbo
Rapta patri & matri. . . . . raptaque ſorori,

Duo

EP. CCXC.] ſic edidit Maffejus in Epiſt. Antiqq. Gall. Ep. XXVI. pag. 171. & ex eo Bonada Vol. II. pag. 413. Ex hoc epigrammate firmatur conjectura mea, qua ſupra Ep. XXXIX. epitaphium cuidam Sex. Naevio poſitum a Cornelio collega & amico, ſic legendum arbitratus ſum,

Oſſa relata domum, cinis hic adoperta quieſcit,
Heredes titulum, verſiculos poſuit

CORNELIVS. EROI
CONLEGAE. ET. AMICO.

ut CORNELIVS connectatur cum voce *poſuit*, quae apud Maffejum alioſque editores deſideratur, eodem modo, ut hoc in loco ITALICVS ceteris *titulum Patri ponere debueram* adjungendum eſt. *ponere titulum*, ut Epigr. praeced. *Amphio mi frater hunc titulum poſuit.* & in Inſcriptione apud Gruter. pag. DCCLII. 2.

HVNC. TITVLVM
POSVERVNT
L. AEMILIVS. PARNASVS
MARITVS. EIVS. ET. IVNIVS
NICERO. FRATER. EIVS.

& mox in ſubſcriptione Ep. CCXCIII.

HVNC. TITVLVM. POSVERVNT
PARENTES. CARISSIMI.

EP. CCXCI.] apud Schradaeum Monum. Ital. pag. 163. b.

EP. CCXCII.] apud Fabrettum cap. IV. pag. 284. Fleetwoodum pag. 210. Bonadam Vol. II. p. 243.

EP. CCXCIII.] ita editum in Donianis Cl. X. N. 79. pag. 372. unde habet Bonada Vol. II. p. 314. & Muratorius, ſed loco non notato, T. II. pag. MCLXXXIX. 8. Emendari & ſuppleri nequit hoc

Epita-

Duo & quaternos vitae compleverat annos,
Haec jacet in tenebras. . . . .

QVAE. VIXIT. ANNIS VI. MENSIBVS. IIII
DIES. VII. ORA. SECVNDA. HVNC. TITV
LVM. POSVERVNT PARENTES CARISSIMI.

EP. CCXCIV.

Amiſſum mater cr. . . . .
. . . . planctibus aſſiduis.
Occidit ac ſaevos. . . . .

EP. CCXCV. HAVETE. ANIMAE. BONAE.

Finitum Euhodiae fatum qui conſpicis, hoſpes,
Deſine mirari, corpus inane jacet.
Euhodus ut valeat pater optumus opto.

Epitaphium mutilum, niſi voces aliquot ex conjectura ſubſtituamus, & neglecta, ut paſſim in ejuſmodi epigrammatibus obtinet, literae *h* eliſione legamus.

Maxima hic tumulata jacet, nunc funere acerbo
Rapta patri & matri, dilectae & rapta ſorori.
Duo & quaternos vitae compleverat annos:
Haec jacet, in tenebras properata morte recedens.

poëtae minime elegantis foetus eſt. primo verſu *Hic jacet*, & mox *Haec jacet. Duo & quaternos* initio verſus *duo* prima producta. niſi *duos* malis, voce in monoſyllabon contracta. ut alibi in epitaphiis non melioris aevi. vide ſupra pag. 137. fin. *dilectae* addendum conjeci, non adeo quia id vulgare epitheton *ſorori*, ſed ut dicatur ex imitatione Virgiliana IV. Aen. 31. ubi Anna Didoni, *o luce magis dilecta ſorori.* ultimo *in tenebras properata morte recedens* ſuppleri poſſe ſuſpicatus ſum, quia praeceſſit *Duo & quaternos vitae compleverat annos.* & in ſubſcriptione VIXIT ANN. VI. MENS. IV. &c. *recedere in tenebras*, ut infra in Epitaphio, quod Sulpicius Abaſcantus Laſcivae Vernae poſuit,

Quae caruit luce, & tenebris ſe miſcuit atris.

ubi locutionem hanc in monumentis funeralibus uſitatam eſſe, ex notis patebit.

EP. CCXCIV.] ita hoc Epitaphii fragmentum editur in Donianis Claſſe X. quae adfectus Parentum erga liberos conplectitur, N. 73. pag. 370. primum diſtichon ſic ſuppiendum eſſe, adfirmare auſim,

Amiſſum mater crudeli funere natum
Infelix luget planctibus aſſiduis.

tertius verſus reſarciri poſſet hoc modo,

Occidit, ac miſeros decepit morte parentes.

quod ſupplementum illuſtrabunt notata ad Ep. LII. hujus libri, *Decipimur votis* &c. *ſaevos*, *ſeros*, & *miſeros* paſſim confundi, notum eſt. ab ultimo verſu manum contineo.

EP. CCXCV.] ex Columbario Viae Latinae hoc ſeculo effoſſo, a Ficoronio transmiſſum edidit Muratorius Tom. III. p. MDCLXXI. 3. ex quo habet Bonada Vol. II. p. 521. tertio verſui conſtaret ſenſus, ſi ſuppleretur,

Euhodus, aeternum ut valeat, pater optumus opto.

EVHODI nomen etiam in aliis occurrit monumentis vetuſtis. ut apud Smetium Fol. XCIX. 3.

DIS. MANIO.
M. CORNELIO
EVHODO
NVMVLARIO &c.

& EVHODVS. DIVI. AVG. L. Fol. CVIII. 5. EVHODVS SER. apud Gruter. pag. MLXX. I. & EVHODIA pag. DCCLXXXIX. 5.

D. M.
HERMES
EVHODIAE. CONIVGI
SVAE. BENEMERENTI.

Ep. CCXCVI.

Maximus hic ſitus eſt, primaevo flore juventae
Fratribus & nobis dulcis amicus obit.
Olli quippe aetas viginti eſt acta per annos,
Quintum poſt menſem, quartum ad uſque diem.

Ep. CCXCVII.

CN. FLAVIVS. CN. L. SOSIA. CN. FLAVIVS
CN. L. APOLLONIVS.

Sei qua renaſcentes optant certamina laudis.
Ex noſtra aſpiciant facta priora fide.

Ep. CCXCVIII.

D. M.
IVLIAE. HELPIDIS.

Oſſa pia, cinereſque ſacri hic ecce quieſcunt.

Ep. CCXCIX.

D. M.
C. FONTEIO. SPVRIANO.

Nec gravius puto, nec brevius ſuperante parente.
Hic jacet aeterna filius in requie.

Ep. CCC.

D. M. S.
VETVRIAE. C. F. BELLAE.

Heu poſitae gnatae triſtes poſuere parentes.

C. VETVRIVS. Q. F. C. N. OVF.
IVLIANA. C. F. SCAPT.
LIBB. MER.

Ep. CCXCVI.] apud Fabrettum cap. VIII. pag. 577. ex quo habet Bonada Vol. II. p. 513. ultimo diſticho exprimitur id quod aliter epitaphiis ſubjunctum legitur in lapidibus vetuſtis, VIX. AN. XX. M. V. D. IV. de qeo vide Walch. ad Marm. Strozz. in Actis Socint. Lat. Jenenſ. Vol. IV. pag. 44. de neglecta hic eliſione in *quartum*, ſequente vocali, vide Hagenbuch. Epiſt. Epigr. pag. 82.

Ep. CCXCVII. *Sei qua renaſcentes* &c.] ſic eſt apud Pithoeum in Praetermiſſis p. 181. Boiſſard. Tom. V. Antiq. Rom. p. 2. Smetium fol. CXXIX. 5. Gruter. p. DCCCCLXXV. 12. & Ferret. Lib. IV. pag. 244. initium majoris Epitaphii eſſe opinor.

Ep. CCXCVIII. *Oſſa pia* &c.] apud Smetium Fol. CXXXIII. 6. & in codice Bucheliano.

Ep. CCXCIX. C. FONTEIO SPVRIANO. *Nec gravius puto* &c.] ita edidit Pithoeus in Praeterm. p. 182. ed. Pariſ. & bis in ed. Genev. pag. 153. & 613. ſed ampliorem inſcriptionem praefigit Smetius fol. CXXXVII. 22. Gruterus pag. DCLXXXIV. 8. & ex eo Ferret. Lib. III. p. 166. Fleetwood p. 240. & Labbaeus P. I. Epit. vet. pag. 28.

D. M.
C. FONTEIO. SPVRIANO. FONTEIVS
DIONYSIVS. ET. AVVNCVLA. FLORA
FEC. ET. SIBI. POSTERISQVE. SVORVM.

& verſu primo *Nec gravius pote.* quem ſecutus eſt Bonada Vol. II. p 525. & ſic in codice Bucheliano.

Ep. CCC. VETVRIAE C. F. BELLAE. *Heu poſitae* &c.] ibidem Pithoeus p. 182. Lipſ. in Auctario Smetiano pag. 45. N. 4. Gruterus p. DCCXIV. 4. Murator. T. II. pag. MCCXXVIII. 6. Fleetwood p. 257. Labbaeus Theſ. Epitaph. vet. P. I. p. 76. & Guichenon Hiſt. Geneal. de Savoye T. I. p. 37. *poſitae* & *poſuere* eodem in verſu inconcinnius ſonant.

EP. CCCI.

D. M. S.
T. SEXTIO. IVVENALI
IVVENALIS. ET. RESTITVTA
FIL. DVLCISSIMO
ET. FRATER. ET. SORORES
QVI. VIXIT. ANNIS XXIII.
P. M.

Fecimus hunc titulum miseri dulcissimo nato,
Ut doleat plus. . . . donec mors finiat una.

EP. CCCII.

Filius hic situs est Juli Bassi Bassianus,
ANNOS. QVI. VIXIT. X. ET. XIIII. SOLES.
Quem quoniam Manes ut alumnum Di rapuerunt,
Ne calcare velis, nec gravis esse loco.

EP. CCCIII.

Maximus hic recubo dulcissimus infas
Bimulus in tertium escendens sit mihi terra levis.
Dulcis eram matri, carior usque patri.

FECERVNT. L. PETRONIVS. AMPLIATVS
ET. MASONIA. BRISCEIS
FILIO. DVLCISSIMO.

EP. CCCIV.

VALERIA. Ɔ. L. LYCISCA
XII. ANNORVM. NATA
ROMAM. VENI.

Quae mihi jura dedit civis dedit & mihi vivae,
Quo inferrer tum cum parvola facta cinis.

EP. CCCI.] profert ex schedis suis Murator. T. II. p. MCCXVI. 3. forte legendum,
Fecimus hunc titulum miseri, dulcissime nate,
Ut doleant, plures donec mors finiat una.

EP. CCCII.] ex Museo Veron. p. 295. N. 1. & ex eo Bonada Vol. II. pag. 252. erutum fuisse anno 1744. lapidemque ipsum Volaterris adservari in Museo Guarnaccio scribit testis oculatus Gorius in Tom. III. Inscr. Florent. pag. 145. 146.

EP. CCCIII.] ex eodem Museo Veronens. ibid. N. 2.

EP. CCCIV.] ibid. N. 4.

EP. CCCV.

VIXIT. ANNOS. XXIIX.

. . . . osuit sed funere acerbo
. . . . . . concidit illa minor.
. . . . lucis. . . . .
O lapis hic felix & littera muta sed vic. . . .
Jucundam alterno tempore quod retinet.

EP. CCCVI. *Beneventi.*

Hic sit. . . . .
Mu. . . . .
Prima juventa fuit. . . . .
Dum varias cupit spec. . . . .
. . . . Museo figere in alto
Decidit, & Hermas hoc nunc est pondere clausus.
Aeternasque lacrimas. reliquit Carpo parenti.

QVI. VIXIT. ANNIS. XXI. M. VIIII.
DIEBVS. XX. CARPVS. COLONIAE
PATER. INFELICISSIMVS. FECIT.

EP. CCCVII. PETILII PROCESSI.

Romae. in pavimento Basilicae D. Pauli.

Post mortem si vivit amor, si gratia prisca
Durat in arcanum mentis adacta bonum;
Quamvis luctificum fratris tamen accipe carmen,
Ne mala sit tumulis extera lingua tuis.

Te

EP. CCCV.] mutilum hoc fragmentum edidit Maffejus in Mus. Veron. pag. CCLXX. 7.

EP. CCCVI.] ex schedis suis edidit Murator. T. II. p. MCLXXI. 7. ultimo versu legendum, *Aeternas Carpo lacrimas liquitque parenti*, ut versus constet. *Carpi* nomen satis frequens est in Inscriptionibus vetustis, quarum nonnullas adfert Joh. Bapt. Morgagnus in Epist. Aemilian. XII. post Ejus Opusc. Miscell. pag. 73.

EP. CCCVII. *Post mortem si vivit amor* &c.] produxerunt Sirmondus ad Ennod. p. 85. Castalio ad Rutil. Lib. I. 49. Fleetwood pag. 453. Labbaeus Thes. Epitaph. pag. 114. & Almeloven. in Epigr. vet. pag. 3. & in schedis suis Inscriptt. vett. descripserat N. Heinsius, in quibus v. 5. *somni depinxerat arte.* sed *omni* legendum superscripserat. similis fere genii est hoc carmen ac Epitaphium, a Patre positum filio, quod supra edidi Ep. CCXXIV. ubi haec inter alia:

Fidus amicitiae custos, ambitor honesti,
Justitiae cultor, pacis amator eras.
Gratus, dulcis, ovans, humilis, pius: hei mihi! quantis
Privavit miserum mors inimica bonis!
Te luxitque pater, soboles, conjuxque fidelis,
Te mixtis lacrimis plangit amata domus.

ut illic legendum ex hoc loco aliisque probavi, pro eo quod vulgo circumfertur, *Te mixtis lacrimis longe & amata domus.*

EP.

Te Natura parens omni depinxerat arte,
  Moribus, ingenio, corpore, mente, fide.
Purus amicitiae cultor, fervator honefti,
  Eloquio miferos vel pietate fovens.
Hinc eft quod toto femper te flebimus aevo,
  Quod fuerit juveni vis tibi multa fenis.
Te genetrix fratrefque fimul, te compare luctu
  Perpetuis lacrimis plangit amata domus.

HIC. REQVIESCIT. IN. PACE. B. M. PETILIVS. PROCESSVS. V. S.
TOGATVS. IN. LL. PP. QVI. VIXIT. PL. M. ANN. XXXVIII.
DEPOSIT. E. SVB. DIE. VIII. KAL. IVN. PROBO. IVN. V. C. CONS.

EP. CCCVIII. EVGENII.

Impia mors rapiens teneris te, nate, fub annis
  Invidit meritis crefcere magna tuis.
Te florale decus primo cum carmine cepto
  Doctorum doctor vidit & obftupuit.
Vicifti prifcos longaeva aetate parentes,
  Annis parve quidem, fed gravitate fenex.
Non luxus tibi cura fuit, non gratia pompae,
  Doctiloquum cupidus carminis ardor eras.
Tu meritis ornate tuis monumenta relinquis,
  Quae recolens femper fit fine fine dolor.
Morte tua genetrix optavit fumere mortem,
  Se quoque felicem, fi potiretur, ait.
Ter denos primum quam Luna refumeret ignes,
  Conjunxit membris membra fepulta tuis.
Nunc commune nobis cuftos tu ferva fepulcrum,
  Quae nos haec tecum mox teget orna fimul.

LIBERI

EP. CCCVIII. *Impia mors teneris* &c.] Legitur apud Aringh. Lib. II. Romae Subterr. cap. 10. p. 204. Fleetwood p. 395. Labbaeum Thef. Epitaph. P. II. pag. 86. Reinef. C. XX. p. 912. ex quo habet Almelov. Epigr. vet. pag. 61. quorum unus EVGENII, alter BOETII PVERI epitaphium infcribit. ultimum diftichon corruptiffimum eft, quod fic forte reftitui poffet,

Nunc nobis cuftos ferva commune fepulcrum,
  Nos quoniam haec tecum mox teget urna fimul.

vel,

Quae nos, (tegit nempe) *haec tecum mox teget urna fimul.*

urna enim corrigendum pro *orna*. fic fupra Ep. CCXLIV.

Debuimus tecum poni materque paterque,
  Ut tribus haec miferis urna parata foret.

& in epitaphio apud Chrytraeum Delic. Itin. pag. 42.

Una quoque extinctos occulit urna duos.

LIBERI PARENTIBVS.

EP. CCCIX.

FILIVS. PATRI.

Sic pia, ſic felix, ſic quod tibi vita beata
  Contigit, & cunctis auxilians bonitas.
Nos tamen hic cruciat dolor anxius, & pia cura,
  Quod te feſtinans abſtulit atra dies.
Numina nunc inferna, precor, patri date lucos,
  Quîs eſt purpureus perpetuuſque dies.
Quod certe hic meruit; cuncta'ſt data cura ſepulcro,
  Exſtruxere favi de Siculis apibus.

EP. CCCX. RVFO. FESTO. FILIVS. PLACIDVS.

Ibis in optatas ſedes, nam Jupiter aethram
  Pandit, Feſte, tibi, candidus ut venias.
Jamque venis, tendit dextras chorus inde Deorum,
  Et toto tibi jam plauditur ecce polo.

EP.

EP. CCCIX. *Sic pia, ſic felix*] ediderunt Smetius fol. CIX. 8. Gruter. pag. DCCXLVIII. 7. Mazochius p. 28. G. Fabricius Mon. Ant. pag 118. Pithoeus Lib. III. pag. 135. Ferret. Muſ. Lap. pag. 168. Fleetwood pag. 274. Labbaeus P. I. Epitaph. vet. pag. 53. Anglus in Delect. Inſcr. Metr. N. XXVII. pag. 21. & Muratorius pag. 1769. 7. quem diverſas illorum, qui diu ante ediderant', lectiones inter ſe conferre oportuerat. Legitur & in cod. MS. Pighiano & Bucheliano: & habetur inter Gualtheri Inſcript. Siculas Peregrinas p. 72. ed. Meſſin. in Parutae Sicil. Numiſm. p. 927. & apud Bonadam Vol. II. pag. 100.

cruciat dolor anxius] *dolor intimus* Gruter. Ferret. Gualther. Fleetwood. Labbaeus & Bonada. & ita viri docti manus in marg. Mazoch. & in cod. Pighiano & Buchelii. *anxius* apud Murator. & Pithoeum.

feſtinans abſtulit atra dies] e Virgilio deſumtum tam in hoc Epigrammate, quam in Epitaphio Felicitatis apud Pithoeum pag. 131.

Abſtulit atra dies & funere merſit acerbo.

& notum hunc verſum Virgilianum alia Epitaphia ſibi vindicarunt.

quis eſt purpureus] *In quis* apud Gualther. quod in margine adſcriptum Mazochio. & verſu ultimo *Texeruntque favi.* ut apud Smet. Gruter. Ferret. Fleetwood. & Bonadam. & haec lectio minime rejicienda firmatur etiam a cod. Pighiano. ceram & mel plurimae veterum gentes in condendis cadaveribus vel in inferiis adhibuerunt. vid. Homer. Il. Ψ. 169. & Odyſſ. Ω. 68. & quae habet Kirchmannus Lib. I. de Funer. cap. 8. in alio epitaphio, quod editum Londini in Inſcr. Metricar. Delectu pag. 34. *Expreſſumque favis mel fero Cecropiis. Extraxere* vitioſe apud Murator. *Veneruntque* male apud Labbaeum.

Quis eſt perpetuus] Alii *In quis purpureus perpetuuſque dies.* PITHOEVS. reſpicit ad lucos Elyſios, in quibus alium Solem & quidem puriorem ſemper lucere fingunt poëtae. vide Heinſ. ad Claud. II. R. P. 263. & Delr. ibid. ad v. 285.

Quod certe hic meruit] ita apud Murator. & Pithoeum. *Hic certe ut meruit* Gruterus. & viri docti manus in marg. Mazoch. & ſic apud Gualth. Ferret. & Bonadam. Lege,

Huic certe, ut meruit, cuncta eſt data cura ſepulcro.

ut conjecerat etiam Heinſius.

EP. CCCX. *Ibis in optatas* &c.] apud Gruterum p. 431. Fabrettum pag. 742. Sponium in Miſc. Erud. Antiq. p. 99. & Almelov. p. 34. additur Epigrammati Rufi Feſti ad Deam Nortiam, de quo vide ad Lib. I. Epigr. 73.

EP.

Ep. CCCXI. MEIAE.

Meia fui felix, ſeptem circumdata natis:
Dum vixi, adſtabat Romula turba mihi.
Ut mihi grata vicem natorum turba parabat,
Hoc mihi de Patrio marmore ſtruxit opus.
Manibus atque meis nati pia vota dedere,
Perſolvere meis manibus inferias.
Poſtquam nulla mei ſuperi vos cura fatigat.

* * *

Ep. CCCXI. MEIAE] Legitur apud Schradseum Monum. Ital. p. 187. b. & Mazochium fol. 149. b. ex quo protulit Gruterus pag. 733. 2. & Jul. Jacobonius in Adpend. ad Fontej. de priſca Caeſior. gente pag. 121. Pithoeus Lib. III. p. 136. G. Fabric. p. 119. Ferret. Muſ. Lap. Lib. III. pag. 172. Labbaeus P. I. Epit. vet. p. 45. Fleetwood pag. 270. e ſuis ſchedis Muratorius T. III. pag. 1264. ex eo Bonada Vol. II. pag. 110. habeturque in cod. Bucheliano.

Meja fui felix] *Meja* obſtetricis nomen eſt, quod varie ſcribitur in antiquis Monumentis & Inſcriptionibus, in quibus *Meia*, *Maia*, vel *Maea*. Erant vero *Maiae* ſive *Meiae* illae non tantum obſtetrices, ſed ſimul etiam medicae morborum muliebrium, in epigrammate Graeco, quod Antipatro Theſſalonicenſi tribuitur in vetuſtis codicibus, Lib. III. Antholog. Graec. Tit. XII. Ep. 42. pag. 337.

Μαίης δ' ἐν παλάμαισι χύθη νέκυς.
Mortuaque in manibus cadit obſtetricis.

Gloſſae Philoxeni pag. 118. ed. Labb. *Μαῖα*, *obſtetrix*. & ſic in Gloſſario MS. Doſithei Gr. L. capite *περὶ ἰατρικῆς* habetur: *Ἰατρὸς*, *Medicus*. *Κλινικὸς*, *Clinicus*. *Ὀφθαλμικὸς*, *Ocularius*. *Βοτανικὸς*, *Herbarius*. *Μαῖα*, *Obſtetrix*. vide Graevii notas ad Iſidor. Gloſſar. pag. 36. & has aliter Graecis *ἰατρίνας* dictas notat Meurſ. ad Pallad. Hiſt. Lauſ. p. 207. eleganter autem *felix* pro foecunda. ut apud Virg. VI. Aen. 785. *Felix prole virum*. quem imitatur Auctor epitaphii veteris inter monumenta Chriſtiana apud Reineſium p. 1005. *Felix prole viri* &c. Ovid. VI. Met. 155. *& feliciſſima matrum Dicta foret Niobe*. & v. 193.

——— uteri pars eſt haec ſeptima noſtri.
Sum felix, quis enim neget hoc? felixque manebo.

& Epiſt. VI. 121.

Felix in numero quoque ſum, prolemque gemellam
Pignora Lucina bina favente dedi.

vide notas doctorum ad Valer. Fl. VI. 712. & Silium Ital. IV. 359. ſic *ἱερὸν Εὐτυχίας templum Felicitatis*, id eſt Foecunditatis, apud Strabon. Lib. VIII. pag. 381. quomodo *εὐτυχὲς* pro felici ac fertili. ut apud Suet. Claud. cap. 1. *τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.* ſic *terrarum felicitatem* dixit Petron. cap. 117. ut recte in cod. Scalig. pro quo in aliis *fertilitatem* pro gloſſa.

Adſtabat Romula turba mihi] *turba tenella* apud Muratorium.

Ut mihi grata vicem natorum turba parabat] ſic edidit Fabricius & Pithoeus. *placebat* Mazoch. Gruter. Jacobon. Ferret. & in cod Bucheliano. *vicem* pro viginti hic perperam explicat Durantius Caſellius Lib. I. Variar. cap. 7. *decem natorum turba referret* conjecerat Patruus meus ad Gruteri marginem. Sed recte apud Muratorium legitur, *vicem natorum turba referret*. id eſt amorem maternum hoc ſupremo pietatis officio, ſuperbo ſepulcro exſtructo, grata natorum turba conpenſaret. *vicem referre* aliis *vicem exſolvere*, ac malo ſenſu dicitur & bono. Ovid. I. A. A. 370.

Et, ſecum tenui ſuſpirans murmure dicat,
Ut puto, non poteris ipſa referre vicem.

ubi vide notas. & ſic *vicem reddere* Lib. III. Ep. 279. *ſi neſcis amanti Ferre vicem*. & paulio poſt, *& ſemper amanti Redde vicem*. de quo vide Patrui notas ad Petron. cap. 58. pag. 190.

pia vota dedere] *pia dona* legebat Cl. Schraderus.

Poſtquam nulla mei &c.] ultimus Epigrammatis verſus apud omnes deſideratur. Solus Muratorius e ſuis ſchedis ſuppletum edidit:

Poſtquam nulla mei, Superi, vos cura fatigat,
Natorum memores eſte, precor, Superi.

non malo ſenſu, modo verſus non ſit ſuppoſititius, nam bis *Superi* non admodum concinne eodem diſticho repetuntur. Utrumque verſum non agnoſcit codex Bucheiianus, nec habentur apud G. Fabricium, & forſan alio ſpectant, nam ſexto verſu bene abſolvitur Epigrammatis ſenſus.

EP. CCCXII. HATERIA. TELETE.

Tu pater & mater lacrimis retinete dolorem,
Nam fato raptam non potis eripere.

EP. CCCXIII.

DIS. MAN.

CLAVDIAE. LEPIDILLAE. EX. PROVINCIA. BELGICA
AMBIANAE. FECERVNT. LIBERI. EJVS. LEPIDVS
ET. TREBELLIVS. MATRI. OPTIMAE.

Hic matris cineres fola facravimus ara,
Quae genuit tellus, offa tegit tumulo.

EP. CCCXIV.

Romae.

MARSIDIA. AGATH. . .
MARSIDIA. STAB.
EVHEMERIS. FIL.

Si pietate aliquem redimi fatale fuiffet,
Marfidia Stabilis prima redemta forem.

Quam-

EP. CCCXII. HATERIA TELETE] Exftat apud Pithoeum Lib. III. p. 136. G. Fabric. Monum. Antiq. p. 120. Bonifac. de comp. epitaph. p. 72. Ferret. Lib. I. pag. 65. Labbaeum P. I. Epit. vet. p. 30. & Murator. p. MCXXIX. HATERIA. TELETE. AD. PARENTES. apud G. Fabric. apud Fleetwoodum p. 238. & in cod. MS. Cyriaci Anconitani, HATERIA. TELETE. VIXIT. ANNOS. XXVII. non *potis eripere* in eodem. ut edidit Pith. & Fabric. *potes* in cod. Perot. & Buchel. & apud Fleetw. & Murator.

EP. CCCXIII.] apud Boiffard. Tom. IV. Antiqq. Rom. p. 52. Gruter. p. 726. 1. Ferret. Lib. III. p. 219. Fleetwood pag. 270. & Bonadam Vol. II. Cl. VI. pag. 117. apud quem *tegat*. Ferret. *teget*. fed *tegit* melius apud Gruter. Intelligi hic locum religiofum & cineribus facratum potius, quam reliquias ipfas complectentem, videbis apud D'orvill. in Mifcell. Obferv. Nov. Vol. I. T. III. p. 143. Sola nimirum ara honori matris facrata, cujus frequens in monumentis vetuftis mentio. de quo vide infra ad Aftorii Epitaphium. Illud autem in pentametro *Quae genuit tellus*, male Fabrettus ad Infcr. Antiq. p. 87. retulit ad formulam illam de TERRA MATRE, quae homines morte obita recipit. de qua fupra ad Ep. CCLXX. id hujus loci non eft. *Quae genuit tellus* refpicit Provinciam Belgicam, Claudiae Lepidillae patriam, ubi fepultam fuiffe indicatur hoc verfu, cum aram filii ejus in alia regione ipfi facraverint ut ex titulo infcriptionis, quae carmini praefigitur, patet.

EP. CCCXIV.] Exftat apud Reinef. Cl. XIII. Infcr. 36. p. 709. ex quo habet Almelov. p. 22. & Fleetwoodus p. 124. editum etiam eft in Marmoribus Oxonienf. pag. 44. ed. Maitt. & in fuo Infcriptt. vett. Libro defcripferat N. Heinfius, qui addiderat, *Lapidem fuiffe dimidiatum, & defuiffe, ut conjicere licebat, totidem verfus in dextra parte infculptos.* quae ex Langermanno etiam fubjecit Reinefius. verfu fecundo *redempta foret* male in Marm. Oxon. quarto *Karus eratque lepos* in Heinfii apographo. fed *nepos* recte Reinef. & Marm. Oxon. in quibus perperam *Agathemoris* fcribitur, & ultimo mutilo verfu defiderantur voces illae *fuperftitibus robor*. . . In titulo fupplendum ex carmine ipfo:

MARSIDIA. AGATHEMERIS
MARSIDIA. STABILIS.

EP.

Quamvis mater eram natarum prole decora,
  Nam geminas habui, carus eratque nepos.
Septuaginta ſuper meſſes natalibus egi,
  Summa ſenectutis praemia paſſa cremor.
Quod ſi non cineres Agathemeris inmatura
  Auxiſſet noſtros, mater & ipſa foret.
Tunc ego nobilior cunctarum forte fuiſſem,
  Quippe ſuperſtitibus robor. . . . . . .

EP. CCCXV.

Romae.

Q. FABIVS. Q. F. QVIR. FELIX
PROC. AVG.
SIBI. LIBERTISQVE. SVIS.

Hoc turba in tumulo mei parentes,
Quorum pignus ego ſuperſtes unus
Has pro marmore divitique templo
. . . .

EP. CCCXVI.

Non longe a Zugar, in arcae marmoreae latere.

Detrahe ſerta comis, & amorum oblita tuorum
  Triſtis, inops, pulla veſte Thalia veni.
Non manus Idalia laſciviat improba virga,
  Nec fluat ante tuos lucida palla pedes.

Julius

EP. CCCXV.] ex Muſeo Kircheriano profert Muratorius Tom. II. pag. DCCCXCIX. 8. ex cujus nota ſubjecta patet, eum non vidiſſe, hendecaſyllabos eſſe, verſumque unum aut alterum deſi derari. ideo lacunae indicium adpoſui. ex verſu primo conjeci, hoc collocandum eſſe inter epitaphia Parentibus poſita a filiis. ſed ſenſus exigeret, *Hoc ſunt in tumulo mei parentes.* nam *turba* vox nauci hic eſt.

EP. CCCXVI.] edidit Maffejus in Muſeo Veronenſi p. CCCCLXVII. inſ. 1. & ex eo Bonada Vol. II. pag. 129 & 130. haec epigrammata; quorum ultima primis longe diſtant; nam in initio poëtam Auguſtaei aevi, & primariis vetuſtae elegantiae ingeniis conparandum audire te exiſtimes; ita enim duo priora lectorem ad poëticas delicias factum abripiunt diſticha, ut aureum & quantivis pretii monumentum deperire incipiat, mox vero reliqua, aetatis ſequioris & vix monachici ſpiritus inſulſiſſimam naeniam ſubjungentia, hiantem deſtituunt, & eludunt, non aliter quam ſi *turpiter atrum Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne.* ſic & in aliis Lapidibus occurrunt Epitaphia, elegantius incipientia quam deſinentia, vel quibus connexi haerent verſus longe meliorum artificum. Ejus rei rationem non rejiciendam dat Fleetwoodus in Syllog. Inſcript. pag. 389. ſaepe nimirum aras, cippos, & tabellas marmoreas loco ſuo dimotas fuiſſe ab hominibus barbaris & ſacrilegis, qui iiſdem promiſcue uſi fuerunt in aedibus, porticibus, vel muris conſtruendis, & ita diverſis lapidibus forte fortuna male conjunctis unam inſcriptionis partem elegantem & integram, alteram barbaram, vel hiulcam & mutilatam ad nos perveniſſe. initio autem hujus Epigrammatis *Idalia virga* & *lucida palla*, Thaliae tributa, adhaeret Ovidio Lib. III. Amor. El. 1. ubi Elegiam & Tragoediam inducit ſibi blandientes: v. 34.

Altera, ſi memini, limis ſubriſit ocellis:
  Fallor, an in dextra myrtea virga fuit.

& v. 11.

Venit & ingenti violenta Tragoedia paſſu:
  Fronte comae torva, palla jacebat humi.

VI.

Julius haec feci mellitus qui vocor olim
Cupito patri matri & justa meae.
Deposui conjugemque meam mihi juncta rogatam,
Ut sit in aeternum condita fama loci.

in alio latere.

Viximus ad ratum pietatem implevimus ambo,
Praestitimus sobolem femineam duplicem.
Vos quoque qui legitis versus & facta probatis,
Discite sic vestros merito sancire parentes.
Hos ut ego pius excolerem titulosque relinquam,
Vivos ut hoc facerem fatta dedere mihi.
Julius hoc peto nunc a te, dominator Averni,
Cum moriar, jaceant ossa quieta mihi.

EP. CCCXVII.

Manibus hoc sacrum certa pietate resolvo
Hoc Novellus ego matri filioque sepultis:
Valentina tibi digno dulcissima mater,
Nomen viget ecce tuum in titulo clarum.
Donum naturae meritis de carmine signo:
Felix ecce solum tecum haec duo nomina cara.
Extricate fili ad planctus aviae dolentis.

AELIA. VALENTINA. VIXIT. ANNIS. LV.
IVLIVS. EXTRICATVS. VIXIT. XII.

EP. CCCXVIII.

* *

Sint licet exiguae fugientia tempora vitae,
Parvaque raptorum cito transeat hora dierum,
Mergat & Elysiis mortalia corpora terris
Assidue rapto Lachesis male conscia penso.

* * *

EP.

Viximus ad ratum &c.] Forte legendum, *Viximus ad fatum, pietatem implevimus ambo.* & v. 6. *Vivus ut hoc facerem.*

EP. CCCXVII.] Epitaphium hoc sepulcrale, inventum in urbe Sour, profert Shaw in Itineribus Africae cap. VI. p. 103 ed. Gall. & Maffei. post Mus. Veron. p. CCCC. XV. 2. versu quarto forte verba transposita, & deleta voce *clarum* ita refingi posset,

In titulo nomen jam viget ecce tuum.

sexto substituendum videtur.

Felix ecce solum tegit haec duo nomina cara.

nam TEC, in marmore, unde *tecum* fecerunt. sic infra Ep. CCCXXVII. *At quamvis te terra tegat miserabilis ima* vid. P. Paul. Justi Specim. Observ. Catic. cap. XXI. pag. 73.

EP. CCCXVIII.] Fragmentum hoc majoris Epitaphii, quod, quia ipsi non admodum elegans videbatur, edere totum dedignatus est, produxit idem Shawius in Itiner. Afric. cap. V. pag. 262. sed reliqua mallem addidisset. Saltem non adeo inelegans fuisse, ex hoc specimine conjicere licet. neglexit etiam reliqua describere eruditus Hispanus, ex cujus schedis epitaphia, sub quibus haec carmina erant insculpta, & in quatuor columnas dispertita, produxit Maffejus post Mus. Veronens. p. CCCCLXXI. qui versu primo recte dedit *fugientia tempora* nam *fulgentia* male apud Schawium. ex Maffejo etiam habet Bonada Vol. II. p. 525. vers. ult. legendum *rupto penso*, nam *raptorum* paullo ante praecessit.

EP.

EP. CCCXIX.

NICARIN. MVNATIAE. L. ZOZI
MAE. FILIA. HYMNETRIA. A. S.

Terra, precor, quaecumque jaces Nicario super ossa,
Sis levis in tenero corpore deposita.

EP. CCCXX.

AVETE. ANIMAE. INNOCENTISSIMAE
L. OCT. TREB
IASIVS. MAX. VAL.
ERIANAE. MATRI
CARSM. QVAE. VI
XIT. ANN. XXXVI. D.
VIII. ET. L. OCT. LVCILI
ANO. PATRI. NOBILI
SSIMO. QVI. VIXIT. AN
LL M. VIII. DIES. XXII.

Conju. . . . hic ille jacet castissim. . . . famae
Quibus se licuit bis denos vivere n. . t. .
Quosque cito nimium rapuerunt fata tenebre. :

EP. CCCXXI.

Q. CANDI. BENIGNI. FAB. TIGN. C
ORP.

Ars cui summa fuit fabricae (studium) doctrina pudorque,
Quem magni artifices semper dixsere magistrum,
Doctior hoc nemo (fuit) potuit quem vincere nemo,
Organa qui nosset facere aquarum ducere cursum.
Hic conviva fuit dulcis, (nosset) qui pascere amicos
Ingenio studio docilis animique benignus.

CANDIDA. QVINTINA
PATRI. DVLCISSIMO. ET. VAL.
MAXSIMINA. CONIVGI. KAR.

Doctior

EP. CCCXIX.] apud Augustinum Inveges in Annalib. Panorm. p. 388. Vol. XIV. Thes. Sicil. ubi in Inscript. L. exponit LVCIAE, & versu primo *jaces super ossa Nicari.*

EP. CCCXX.] sic corruptum exhibetur in Museo Veronensi pag. CLXXIII. N. 2. positum est a *Lucio Octavio Trebiasio Maximae Valerianae Matri Carissimae* (ita legendum) *& Lucio Octavio Luciliano Patri.* in versibus mendosissimis sine ope integrioris exempli emendandis operam perdere non lubet.

EP. CCCXXI.] Ineditam hanc veterem Inscriptionem, apud Arelatenses repertam, & a Jacobo Tollio secum communicatam, edidit Cuperus in Apoth. Homer. p. 116. non optimae videtur aetatis, nam tres versus justo longiores sistit, licet hoc obvium sit in epitaphiis, quas voces superfluas uncis inclusi. quinto versu *nosset* male repetitum ex praecedenti. In Inscriptionis titulo pro ORP forte corrigendum ORG. quia organorum artifex fuit hic Q. Candidus Benignus, & quidem hydraulicorum, ut ex versu quarto colligi potest. de quibus vide Scalig. ad Catalect. pag. 117 & 118. vel si quorumvis organorum, hydraulicorum & pneusticorum, architectus fuerit, praestabit jungere *aquarum ducere cursum*, ut aquaeductuum etiam praefectum fu-

Ep. CCCXXII.

D. M.

Liber nunc curis, fuerim qui, respice, lector,
Notus in urbe sacra, vendenda pelle caprina,
Exhibui merces popularibus usibus aptas.
Rara fides cujus laudata est semper ubique,
Vita beata fuit, struxi mihi marmora, feci
Secure folüi semper fiscalia manceps,
In cunctis simplex contractibus, omnibus aequus,
Ut potui, nec non subveni saepe petenti,
Semper honorificus, semper communis amicis,
Major adhuc stat laudis honor, potior quoque cunctis,
Ipse meis quod constitui tumulamina membris.
Talia qui feci, non tam mihi providus uni,
Haeredum quoque cura fuit, tenet omnia secum,
Re propria quicumque facit me Fama loquetur,
Exemplum laudis vixi, dum vita manebat,
Sollicitus multis requiem feci quoque multis.

L. NERVSIVS. MITHRES.

ALTO-

fuisse significet. quod praeferendum opinor. nam AQVAM. DVCERE hac in re frequens est in Inscriptt. & Sctis de aqua ducenda apud Reinef. Cl. VII. 1. 3. 8. 9. 10. & alibi. Quia tamen C superstes illic litera in primo tituli versu est, illa forte conjungenda cum ORP & legendum CORPVS. ut *Tignariorum Fabrorum Corpus*, sive collegium, indicetur. vel CORPORIS. cujus collegii sodalem fuisse Candidum titulus hic innuat. *Fabrorum Tignariorum Corpus*, sive collegium, non ignotum esse vetustis Inscriptionibus patet ex Grutero p. XCIX. 9. CCLXVIII. 1. CCCCXI. 2. Boissard. P. VI. Antiq. p. 17. Donio Cl. III. N. 6. p. 135. aliisque. In Inscriptione ex Ligorianis apud Heins. in Libro MS. Inscr. vet.

EPAGATHO. TYRANNO.
HONORATO. COLLEGI
FABRVM. TIGNARIORVM.
ROMANENSIVM: EX
DECRETO. ORDINIS. MVNICIPI.
CAPENATIVM. FOEDERATORVM &c.

CORPVS vero TIGNARIORVM, pro collegio, sodalitate, ut passim in marmoribus vetustis. quod loquendi genus larga manu illustrat N. Heinsius ad Virg. XII. Aen. 835. In subscriptione notanda est scriptura MAXSIMINA. ut *dixsere* versu secundo. sic MAXSIMIANVS apud Gruter. pag. CLXVI. 7. quod in numis & Inscriptionibus frequens occurrit, ut ALEXSANDREA, VXSOR, PAXS, VIXSIT, & sim. de quibus nonnulla notavi supra ad Ep. CCXXXIII. sic EXSEMPLO bis in Scto apud Reines. Cl. VII. N. XI. quod emendatius exstat in Donianis pag. 84. hunc scribendi morem ad Vespasiani tempora refert Malvasia ad Marm. Felsin. pag. 122. sed jam aevo Augusti id invaluisse docet Noris. ad Cenotaph. Pisan. p. 448. & vide Spanhem. de Praest. & usu Numism. Tom. I. Diss. II. p. 121. & ita in numis aliisque monumentis Graecis ΧΣ ante inventam duplicem Ξ. vide ad Numism. Sicul. pag. 414.

Ep. CCCXXII.] Legitur apud Fabrettum Cap. IX. Inscr. pag. 634. ex eo apud Bonadam Vol. II. pag. 421. & in meo Perotti Codice. ubi v. 3. *laudata semper ubique*. v. 5. *Secura solvi*. v. 7. *contractus*. v. 11. *tutamina*. & in subscriptione L. MERVSIVS. MITHERES. Nescio an notari mereatur, epigrammatis hujus literas initiales, si numerentur, efficere nomen L. NERVSIVS MITHRES, quod subscribitur. cujus insulsi artificii simile exemplum habuimus supra in Epitaphio Juliae Secundae Ep. CCXXX. ubi vide.

Ep.

ALTORES ALVMNIS.

EP. CCCXXIII.

XANTIPPES. SIVE. IAIAE. C. CASSIVS.
LVCILLIANVS. ALVMNAE.

Seu mortis miferet, feu te vitae, perlege
Nomen Xantippae Iaiae aedem ludicro.
Quoi exprimens dolore fugit anima corpore,
Hic conquiefcit cunis terrae mollibus:
Quam trino annorum filo proterentia
Novem poft menfum fata conficiunt manes.
Ignita torret ultra qu. . . . . ies
Venufta amoena inte. . . . . rrula
Quam fi qua pietas infita. . . . . libus
Viventi ingenio foli & lunae reddite
Altoris memorem, quem parentes dixerunt,
Cum primum natus, Lucillianum Caffium.

EP.

EP. CCCXXIII. XANTIPPES. SIVE. IAIAE. C. CASSVS. LVCILLIANVS. ALVMNAE] fic dedit Pithoeus Lib. III. p. 136. ALVMNAE DVLCISSIMAE additur in meo codice apographo MSS. Infcriptionum Alciati N. 229. & in v c. Moroni ab Heinfio collato, in quibus D. M. praefigitur, & LVCILIANVS fcribitur, non LVCILLIANVS. ut in Lapidibus & MSS. femper exarari probat Aldus in Orthogr. p. 490. ubi totum hoc carmen adfert. Edidit etiam Gruterus pag. 660. & ex eo Ferret: Lib. II. pag. 97. & Labbaeus P. I. Thef. Epit. vet. pag. 77. verfu primo *mifer. et. f. t. v. perlige* apud Aldum.

aedem] *eadem* Ferret. *eaedem* Gruter: & Labb. ut in cod. Alciat. in quo *facit anima corpore.*

Quoi exprimens] *Quo* v. c. Moron: *Quod* cod. Alciat.

Quam trino annorum filo proterentia] An forte *properantia*? eleganter *fata properantia* de morte inmatura, ut faepe in epitaphiis, & apud fcriptores vetuftos. Propertius II. 21. 27. *Quod fi forte tibi properarint fata quietem.* Seneca Herc. Fur. 867.

Quid juvat durum properare fatum. &c.
Parce venturis: tibi, Mors, paramur:
Sis licet fegnis, properamus ipfi.

vide quae notavi ad Tom. I. pag. 506. fequente verfu *menfum* pro *menfium.* de quo vide ad Eleg. de Phoenic. v. 27. poft Claudianum.

fata conficiunt manes] *conicium* v. c. Moron. *Conficiunt malo* cod. Alciat. ut apud Gruter. Ferretius vero edidit,

——— *fata conficiunt*
Manes ignita torret noctes & dies.

qui verfus fecundus in Moroni & Alciati codice fic legitur,

Lues ignita torret noctes & dies.

quod rectum eft, & ex Grutero firmatur. *ignita t. ultra qi.* . . . *ies* apud Aldum.

Venufta, amoena, inte. . . . . . rrula] fic Pith. & Ald. *integra* v. c. Moroni. *garrula* in fine facili emendatione correxeram, cum vidi Heinfio idem placuiffe. Totum verfum fic fupple ex codice Alciati, & Grutero,

Venufta, amoena, inepiens, & garrula.

Quam fi qua pietas infita. . . . . . . libus] fic Ald. & Pith. *infitas* v. c. Moroni, id eft *infita'ft*, ut edidit Ferretius ex Grutero. Heinfius legebat,

Quam, fi qua pietas infita eft mortalibus.

fed praefero, quod in codice Alciati, & in editione Gruteri & Ferretii, *infita eft coeleftibus.* ut adhaereat Virgilio,

Di, fi qua eft coelo pietas, quae talia curet.

Soli & lunae reddite] *Soli & Lu.* . . *eddite* Aldus. *foli & reddite* v. c. Moroni. *Sili & luci reddite* in cod. Alciati. ut apud Gruter. & Ferret.

quem parentes dixerunt] lege *dixerant* ex v. c. Moroni & Alciat. neque aliter apud Gruter. & Ferret. verfu ultimo *natu'ft* iidem codices & editiones. & *Lucilianum.* Aldus edidit *natus* 1. . . . *Lucilianum Caffium.*

EP.

EP. CCCXXII.

D. M.

Liber nunc curis, fuerim qui, respice, lector,
Notus in urbe sacra, vendenda pelle caprina,
Exhibui merces popularibus usibus aptas.
Rara fides cujus laudata est semper ubique,
Vita beata fuit, struxi mihi marmora, feci
Secure solüi semper fiscalia manceps,
In cunctis simplex contractibus, omnibus aequus,
Ut potui, nec non subveni saepe petenti,
Semper honorificus, semper communis amicis,
Major adhuc stat laudis honor, potior quoque cunctis,
Ipse meis quod constitui tumulamina membris.
Talia qui feci, non tam mihi providus uni,
Haeredum quoque cura fuit, tenet omnia secum,
Re propria quicumque facit me Fama loquetur,
Exemplum laudis vixi, dum vita manebat,
Sollicitus multis requiem feci quoque multis.

L. NERVSIVS. MITHRES.

ALTO-

fuisse significet. quod praeferendum opinor. nam AQVAM. DVCERE hac in re frequens est in Inscriptt. & Sctis de aqua ducenda apud Reines. Cl. VII. 1. 3. 8. 9. 10. & alibi. Quia tamen C superstes illic litera in primo tituli versu est, illa forte conjungenda cum ORP & legendum CORPVS. ut *Tignariorum Fabrorum Corpus*, sive collegium, indicetur. vel CORPORIS. cujus collegii sodalem fuisse Candidum titulus hic innuat. *Fabrorum Tignariorum Corpus*, sive collegium, non ignotum esse vetustis Inscriptionibus patet ex Grutero p. XCII. 9. CCLXVIII. 2. CCCCXI. 2. Boissard. P. VI. Antiq. p. 17. Donio Cl. III. N. 6. p. 135. aliisque. in Inscriptione ex Ligorianis apud Heins. in Libro MS. Inscr. vet.

EPAGATHO. TYRANNO.
HONORATO. COLLEGI
FABRVM. TIGNARIORVM.
ROMANENSIVM. EX
DECRETO. ORDINIS. MVNICIPI.
CAPENATIVM. FOEDERATORVM &c.

CORPVS vero TIGNARIORVM, pro collegio, sodalitate, ut passim in marmoribus vetustis. quod loquendi genus larga manu illustrat N. Heinsius ad Virg. XII. Aen. 835. in subscriptione notanda est scriptura MAKSIMINA. ut *dixsere* versu secundo. sic MAKSIMIANVS apud Gruter. pag. CLXVI. 7. quod in numis & Inscriptionibus frequens occurrit, ut ALEXSANDRA, VXSOR, PAXS, VIXSIT, & sim. de quibus nonnulla notavi supra ad Ep. CCXXXII. sic EXSEMPLO bis in Scto apud Reines. Cl. VII. N. XI. quod emendatius exstat in Donianis pag. 84. hunc scribendi morem ad Vespasiani tempora refert Malvasia ad Marm. Felsin. pag. 122. sed jam aevo Augusti id invaluisse docet Noris. ad Cenotaph. Pisan. p. 448. & vide Spanhem. de Praest. & usu Numism. Tom. I. Diss. II. p. 121. & ita in numis aliisque monumentis Graecis ΧΣ ante inventam duplicem Ξ. vide ad Numism. Sicul. pag. 414.

EP. CCCXXII.] Legitur apud Fabrettum Cap. IX. Inscr. pag. 634. ex eo apud Bonadam Vol. II. pag. 421. & in meo Perotti Codice. ubi v. 3. *laudata semper ubique*. v. 5. *Secura solvi*. v. 7. *contractus*. v. 11. *tutamina*. & in subscriptione L. MERVSIVS. MITHERES. Nescio an notari mereatur, epigrammatis hujus literas initiales, si numerentur, efficere nomen L. NERVSIVS MITHRES, quod subscribitur. cujus insoliti artificii simile exemplum habuimus supra in Epitaphio Juliae Secundae Ep. CCXXX. ubi vide.

ALTORES ALVMNIS.

EP. CCCXXIII.

XANTIPPES. SIVE. IAIAE. C. CASSIVS. LVCILLIANVS. ALVMNAE.

Seu mortis miseret, seu te vitae, perlege
Nomen Xantippae Iaiae aedem ludicro.
Quoi exprimens dolore fugit anima corpore,
Hic conquiescit cunis terrae mollibus:
Quam trino annorum filo proterentia
Novem post mensum fata conficiunt manes.
Ignita torret ultra qu. . . . . ies
Venusta amoena inte. . . . . rrula
Quam si qua pietas insita. . . . . libus
Viventi ingenio soli & lunae reddite
Altoris memorem, quem parentes dixerunt,
Cum primum natus, Lucillianum Cassium.

EP. CCCXXIII. XANTIPPES. SIVE. IAIAE. C. CASSVS. LVCILLIANVS. ALVMNAE] sic dedit Pithoeus Lib. III. p. 136. ALVMNAE DVLCISSIMAE additur in meo codice apographo MSS. Inscriptionum Alciati N. 229. & in v c. Moroni ab Heinsio collato, in quibus D. M. praefigitur, & LVCILIANVS scribitur, non LVCILLIANVS. ut in Lapidibus & MSS. semper exarari probat Aldus in Orthogr. p. 490. ubi totum hoc carmen adfert. Edidit etiam Gruterus pag. 660. & ex eo Ferret. Lib. II. pag. 97. & Labbeus P. 1. Thes. Epit. vet. pag. 77. versu primo *miser. et; s. t. v. perlige* apud Aldum.

aedem] *eadem* Ferret. *eaedem* Gruter. & Labb. ut in cod. Alciat. in quo *facit anima corpore.*

Quoi exprimens] *Quo* v. c. Moron. *Quod* cod. Alciat.

Quam trino annorum filo proterentia] An forte *properantia*? eleganter *fata properantia* de morte immatura, ut saepe in epitaphiis, & apud scriptores vetustos. Propertius II. 21. 27. *Quod si forte tibi properarint fata quietem.* Seneca Herc. Fur. 867.

Quid juvat durum properare fatum. &c.
Parce venturis: tibi, Mors, paramur:
Sis licet segnis, properamus ipsi.

vide quae notavi ad Tom. I. pag. 506. sequente versu *mensum* pro *mensium.* de quo vide ad Eleg. de Phoenic. v. 27. post Claudianum.

fata conficiunt manes] *conciunt* v. c. Moron. *Conficiunt malo* cod. Alciat. ut apud Gruter. Ferretius vero edidit,

——— *fata conficiunt*
Manes ignita torret noctes & dies.

qui versus secundus in Moroni & Alciati codice sic legitur,

Lues ignita torret noctes & dies.

quod rectum est, & ex Grutero firmatur. *ignita t. ultra qi. . . . . ies* apud Aldum.

Venusta, amoena, inte. . . . . . rrula] sic Pith. & Ald. *integra* v. c. Moroni. *garrula* in fine facili emendatione correxeram, cum vidi Heinsio idem placuisse. Totum versum sic supple ex codice Alciati, & Grutero,

Venusta, amoena, ineptiens, & garrula.

Quam si qua pietas insita. . . . . . . libus] sic Ald. & Pith. *insitas* v. c. Moroni, id est *insita'st*, ut edidit Ferretius ex Grutero. Heinsius legebat,

Quam, si qua pietas insita est mortalibus.

sed praefero, quod in codice Alciati, & in editione Gruteri & Ferretii, *insita est coelestibus.* ut adhaereat Virgilio,

Di, si qua est caelo pietas, quae talia curet.

Soli & lunae reddite] *Soli & Lu. . . eddite* Aldus. *soli & reddite* v. c. Moroni. *Soli & luci reddite* in cod. Alciati. ut apud Gruter. & Ferret.

quem parentes dixerunt] lege *dixerant* ex v. c. Moroni & Alciat. neque aliter apud Gruter. & Ferret. versu ultimo *natu'st* iidem codices & editiones. & *Lucilianum.* Aldus edidit *natus* l. . . . *Lucilianum Cassium.*

EP. CCCXXIV.

VETTIA. MEGISTE. ET. VETTIVS.
ONESIMVS. SYMPHORVSAE.

Nata, sed in lacrimas solum, dolor omnibus instat:
Hic sita sum: vixi, tempus inane meum.
Annus erat vitae primus, mox deinde secundi
Liminibus rapuit me sibi Persephone.

EP. CCCXXIV. VETTIA. MEGISTE. ET. VETTIVS ONESIMVS. SYMPHORVSAE. ALVMNAE] ita Pithoeus Lib. III. p. 137. & ex eo Labbaeus Thes. Epit. vet. P. I. pag. 72. primum se hoc Epigramma vulgare jactat, & ex lapide ipso, pedibus hominum tunc jam protrito, magno labore Romae descripsisse in pavimento S. Mariae Transpontinae testatur Castalio ad Rutil. Lib. I. Itin. 25. Inscriptonem vero carmini praefixam sic profert,

MVSA. ET
MEGISTE. ET
ONESIMVS
DOMNAE. DVLCISSIMAE.

ut habetur etiam apud Fabrett. p. 189. non dubito nomen illud MVSA partem corruptam esse SYMPORVSAE, & DOMNAE male editum pro ALOMNAE. vel scribe SYMPHERVSAE, ut est in hac Inscriptione apud Gruterum, & in alio lapide apud Maffej. in Museo Veron. pag. CLIII. In meo autem Perotti codice haec praeponuntur. SYMPHORVSAE. VETTA. MAGISTE. ET. M. VETIVS. ONESIMVS. ALVMNAE. DVLCISSIMAE FECERVNT. VIX. ANN. VNO. MENSI. XI. DIEB. XX. & sic jam apud Mazochium editum exstat pag. CLXIII.

SVMPHORVSAE. VETTIA
MEGISTE. ET. M. VETTIVS
ONESIMVS. ALVMNAE. DVL-
CISSIMAE. FECERVNT. & seqq.

ut in Perottiano MS. sed apud Gruterum pag. DCLIX. 7.

D. M.
SIMPHERVSAE
PRISCILLAE
VETTIA. MEGISTE. ET
M. VETTIVS. ONESIMVS
ALVMNAE. DVLCISS. F.
VIX. ANN. I. MENS. XI.
DIES. XX. HOR. III.

& ita ex Grutero dedit Ferretius Lib. II. p. 247. & Anglus anonymus in Delect. Inscr. Metric. N. XXXIII. pag. 25. SYMPHERVSAE. nomen etiam est in lapide apud Gruter. pag. DXCIII. 8. & pag. DCCLXXI. 6. post tot editores epigramma hoc, sed nulla praemissa Inscriptione, quas semper fere omittit, cum metrica exhibet epigrammata, ex schedis Stanislai Bardetti, tamquam non ante vulgatum, produxit Muratorius Tom. III. pag. MDCCLXXI. 2. cum tamen Inscriptionum veterum novum Thesaurum adornantis partes fuissent, priores ejusmodi monumentorum editores consulere & inter se committere.

Nata, sed in lacrimas solum] sic cod. Perott. Mazoch. Pith. Castalio, Fabrettus & Murator. solus Gruterus edidit *Nata sed in lacrumis solum.* quem supine secutus est Ferret. in lacrimas parentum nata solum fuit, quia brevissimi aevi puella unum tantum annum implevit. *dolor omnibus instans* cod. Per. Mazoch. *infans* Castal. & Fabrett. quod si admittatur, distinguendum esset,

Nata, sed in lacrimas solum, dolor omnibus, infans
Hic sita sum &c.

vixi tempus inane meis in cod. Perot. & apud Castal. & Fabrett.

Annus erat vitae primus] *natae* apud Fabrett. & Castal. sed reliqui omnes *vitae* rectius ediderunt.

— *mox deinde secundi Liminibus rapuit me sibi Persephone*] *secundus* cod. Perot. sed *anni secundi liminibus* jungenda sunt. apud Castalionem editum est ex ipso lapide LIMI. . . . . S. unde ipse conjicit legendum esse *Liminibus*. verissime. vide ad eumdem Rutilii locum Patrui mei notas, qui id pluribus firmat, & ad Virg. VI. Aen. 829. ubi variant *limina* & *lumina vitae*. sed quae differunt. recte enim *lumen vitae* in epigrammate alio apud Pith. pag. 101.

Ut quandoque simul finito lumine vitae.

vid. Priceum ad Apulej. pag. 691. hic autem *limina secundi anni* pro initio anni secundi. ut recte hoc in versu capiebat Marklandus ad Statii Silvas pag. 116. ubi operose vindicat Statio Lib. II. Sylv. 6. 70.

— *vitae modo limine adultae*
Nectere tentabat juvenum pulcherrimus ille
Cum tribus Eleis unam trieterida lustris.

alii illic *limen*, pro quo *carmen* editiones occupat, *culmen* vel *germen* Gronovius Diatr. Stat. p. 116, aut

EP. CCCXXV.

PVDENS. M. LEPIDI. L. GRAMMATICVS PHILOLOGVS.

Procurator eram Lepidae, moresque regebam:
Dum vixi, mansit Caesaris illa nurus.

ATTEIVS. PHILOLVGVS. DISCIPVTVS.

EP. CCCXXVI. IANVARIVS. FLORO. ALVMNO.

Florus ego hic jaceo, raptus, bigarius infans,
Qui cito dum cupio currus, cito decidi ad umbras.

EP.

aut *cardine*. Heinsius *tramite*. sed *limine* verum puto. & sic Lib. I. Theb. 390. forte legendum,

Rex ibi tranquillae medio de limine vitae
In senium vergens populos Adrastus habebat.

vulgo *limite*. quae passim confunduntur. vid. Oudend. ad Lucan. II. 106. apud Claudian. III. Cons. Hon. 10. *quem primo a limine vitae Nutrix aula fovet*. ubi & *limite* in aliis. vide illic notas. & Lib. II. de Laud. Stil. 63. *vitaeque & lucis in ipso Limine*. non *Lumine*. & sic ex MS. legendum apud Sedulium Lib. III. 290. *Alter adhuc viveus, alter stans liminis vitae*. ubi H. J. Artzen refutat illos, qui *limine vitae* capiebant de fine vitae. ut hoc ipso in loco intelligendum notavit Bonada Vol. II. pag. 306. quamquam id nova prorsus & inusitata usurpatione dici addat. sed *limen anni* pro initio anni, hic praefero. Seneca Herc. Fur. 1133.

Ite innocuae, quas in primo
Limine vitas scelus oppressit.

limina mortis adire in Inscriptione apud Donium Cl. XX. N. 49. pag. 534.

Hic fumus crudele situm, primaque juventa
Ereptus juvenis limina mortis adit.

ita *limina Phoebi*, vel *Solis*, de ortu. pro quo *lumina*, vel *sub limite Solis*, pro *limine*, frequenter in Codd. MSS. variatur. vide quae notavi ad Auctorem de Phoenice v. 43.

EP. CCCXXV. PVDENS. M. LEPIDI. L. GRAMMATICVS. PHILOLOGVS] sic inscripsit Pithoeus Lib. III. p. 137. ATTEIVS PHILOLOGVS LEPIDAE apud G. Fabricium pag. 120. Extare Bergomi patet ex Apiano p. XCII. 2. & adfert Joh. Chrysost. Zanchus de Cenomen. situ ac Bergomi Rebus Antiq. Lib III. pag. 837. in Tom. III. P. I. Thes. Antiqq. Ital. apud quem inscriptio est PVDENS. M LEPIDI. L. GRAMMATICVS. & subscribitur PHILOLOGVS DISCIPVLVS. omisso ATTEIVS. quod additur apud Gruter. pag. 653. 2. ex quo habet Ferret. Lib. I. pag. 77. ubi deest ATTEIVS. habet etiam Bonada Vol. I. p. 437. spuriam tamen esse hanc inscriptionem probat Ryckius ad Tacit. Lib. III. Ann. c. 23. §. 2.

Procurator eram Lepidae] vide de hac *Lepida* Dorleans ad Tacit. Lib. VI. Ann. pag. 559. Lipsium ad Lib. III. Ann. c. 23. & Ryckium pag. 66. Glandorpii Onomast. pag. 32. & Joh. Olivae Differt. de Antiq. Gramm. discipl. in Rom. Scholis cap. III. pag. 18. nota primam in *Procurator* longam, quae corripitur Ovidio. de paedagogo capiendum hoc Epigramma, qui Lepidae hujus mores regebat, ut passim puellarum similes moderatores in Inscriptionibus occurrunt, quod hoc ipso Epigrammate aliisque probat Erhardus ad Petron. pag. 660. & Dorvill. ad Chariton. pag. 128. In fine *mansit Caesaris illa nurus*, quia Lepida haec destinata erat L. Caesari. hic vero obiit Massiliae A. V. 755. Julian. 47. ut Grutero adscripserat Gudius.

EP. CCCXXVI. IANVARIVS FLORO ALVMNO] sic est apud Pithoeum pag. 137. ex quo edidit Labbaeus P. I. Thes. Epit. vet. p. 28. IANVARIVS FLORO inscripsit G. Fabric. pag. 120. apud Mazochium pag. 30. subscribitur carmini IANVARIVS. ALVMNO. DVLCISSIMO. omisso FLORI nomine. ut apud Gruter. pag. 656. 1. & Ferret. pag. 255. addito Anaglypho, in quo conspicitur Florus, bigarum agitator, ante quem eques. coronam dextra Floro protendens, si in Circensi ludo vinceret, edidit Muratorius Tom. II. p. 621. ex v. c. Moroni etiam descripserat Heinsius, ubi praefigebatur, haberi in *hortulo Episcopi Sipontini*. & versu primo, *Florus hic jaceo* DD *Bigarius infans*. omissa voce *raptus*, quae etiam desideratur apud Mazoch. Gruter. Ferret. & Murat. & apud Nobiliss. Gabr. Lancillotum in nova & egregia Sylloge Inscript. vett. Panorm. pag. 170 qui testatur Romae haberi in Ecclesia S. Gregorii, quod fir-

mat

EP. CCCXXVII.

Q. BVCVSVS. CRESCENS. ET. MINDIA
FORTVNATA. ADTAE. ALVMNO.

Musica cum cantu resonares carmina mire
ADTAS parve puer, dulci celebratus amore,
Morte gravi raptus, tetra defungeris ora
Immeritus, decimo praegressus nobilis anno.
Sed te noster amor memori pietate reformat:
At quamvis te terra tegat miserabilis ima.
Sic dolor in parvo crescit referente sepulchro.

EP. CCCXXVIII.

M. IVNIO. M. F. PAL. RVFO
SOTERICHVS. PAEDAGOG. FECIT.

Hae sunt, parve, tuae meaeque sedes,
Haec certa est domus, haec colenda nobis.
Haec est, quam mihi suscitavi vivus.

Si

mat codex meus Cyriaci Anconitani, qui ejusdem loci indicium praefigit, addita subscriptione IANVARIVS. ALVMNO. DVLCISSIMO. & sic jam edidit Smetius Fol. CIX. 3. sed hoc in versu etiam vocem *raptus* omittit, quam addunt Fabric. & Pith. Apianus vero p. CCCVII. profert *Florus ego hic jaceo nec dum bigarius infans.* sed corrupte in subscriptione TAMIARIVS. ALVMNO. DVLCISSIMO altero versu *dum carpo cursum* legendum conjecerat Almeloveenius ad exemplaris sui marginem, ut *carpere iter*, *viam*, & sim. quod satis ex figura Anaglyphi Muratoriani refutatur, in quo bigarum currui insistit Florus, cujus epitaphium simile est noto Phaëthontis apud Ovidium epitaphio,

Hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni,
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.

qui cito dum currus cupio, cito decido ad umbras in v. c. Moroni.

EP. CCCXXVII. Q. BVCVSVS. CRESCENS. ET. MINDIA. FORTVNATA. ADTAE. ALVMNO] ita inscripsit Pithoeus p 237 sed apud Aldum in Orthogr. in *tacter* p. 742. & Gruterum p. 658. 10. carmini ista subscribuntur,

Q. BVCVSVS. CRESCENS. ET. MINDIA. FORTV
NATA. ALVMNO. BENEMERENTI. FECER.
FILIO. MARTIALIS.

quem secutus est Ferretius Lib. I. pag. 80. Labbaeus Thes. Epitaph. P. I. pag. 2. & Bonada Vol. II. pag. 243. nisi quod vitiose Q. AVSCVS & ALVMNA. apud solum igitur Pithoeum nomen ADTAE alumni additur, idque ex versu secundo carminis ADTAS *parve puer*, ut edidit etiam, sed nulla Inscriptione praefixa, Toscanus in Epigr. ex vetust. Lap. post Carm. Illustr. Poët. Ital. T. I. p. 97. b. in quo haesit Ferretius, qui pro *adstas*, errore sculptoris, positum notat, & exponit, quasi remanes celebratus. sed infeliciter. Est enim nomen alumni ANTA vel ATTA. quod in titulo forte excidit apud Gruter. ex similitudine syllabarum NATA praecedentis vocis FORTVNATA. Glossarium Vossianum, *Atta*, *qui primis plantis ambulat*. ex quo corrigendae MSS. Glossae Leidenses, in quibus legitur, *Atas*, *qui primus plantis ambulat*. vid. Scalig. ad Festum p. 25. Scriver. Anecd. Philolog. cap. 169 p. 84 & Torrentii ac Patrui mei notas ad Sueton. Tiber. cap. I. ubi primus ex Onomastico veteri P. Danielis, alter ex eodem Glossarii Vossiani loco vocem *Atta* illustrant. C. IVLIVS. ATTA. in Inscript. apud Gruter. pag. CCLXIX. 3. & M. VLPIVS ATTAS pag. CCXIX. 8. ut legit Gudius, pro ANTAS. vel potius ANTIAS a patria. vide Hagenbuch. Epist. Epigraph. p. 204. & seqq. sic *Atta* nomen Togatarum scriptoris, C. *Quinctius Atta*, de quo vid. Carrion. Lib. I. Emend. cap. 14. versu tertio *Immerito* Ferret. ultimo *Hic dolor* Heinsius.

EP. CCCXXVIII.] mutilum editum est a Grutero pag. DLXXXV. 10. sed emendatius a Fabretto cap. X. pag. 732. ex quo produxit Bonada Vol. II. p 246. qui supplementa lacunarum a Joh. Vinc. Gravina esse testatur. Legitur etiam apud Ferret. Lib. IV. pag. 254. qui notat hoc monumentum a Fulvio Ursino in Commentario de viris Illustribus adductum esse. recte quidem Fabrettus castigat Sponium, quod depravatum ediderit in Miscell.

Si qua tamen pietas gelidos movet anxia manes,
Rumpe moras, ſpes haec ſola eſt mihi gratia vitae.

EP. CCCXXIX.

. . . .
Infelix mater tollit ad aſtra manus.
Incuſatque Deos, incuſat denique Parcas.

EP.

cell. pag. 229. ſed ipſe non videtur animadvertiſſe, verſus hendecaſyllabos eſſe, dum reponit *parvae ſedes*, quod ſecure nimis ſecutus eſt Bonada. Sponius vero ediderat *primae ſedes*, quomodo apud Ferretium. Legendum, ut edidi, *Hae ſunt, parve, tuae meaeque ſedes.* ut alumnum adloquatur. & ſic adfert Oliver. ad Marm Piſaur. pag. 168. & Fleetwood p. 187. ſed vitioſe *Haec* pro *Hae.* tertio verſu male etiam ediderunt *quam mihi*, pro *quam.* ultima in *ſuſcitata* hic corripitur, ut ſaepe alias in hiſce Epitaphiis. ſic in illo apud Murator. Tom. III. pag. MCCCIX. I.

Et me tam puerum cito feciſti dolentem.

ubi & *cito* pro *ſubito* male legitur. plura exempla dedi ad Ep. XXIV. pag. 23. & ad Ep. CLXIV. pag. 119. Evitare tamen id potuiſſet hujus epitaphii auctor, ſi ſcripſiſſet,

Haec eſt, quae mihi ſuſcitata vivo.

EP. CCCXXIX.] Fragmentum hoc Inſcriptionis ineditae ex Pauli Paciaudi Diatribe de Anaglypho Graeco, Romae 1751 edito, proferunt Acta Lipſienſia An. 1751. pag. 476. integri epigrammatis deſiderium mihi commovent verſus ſuperſtites. illud *Infelix mater tollit ad aſtra manus*, reſpicit quidem querelam in ejuſmodi monumentis frequentem, qua de praecoci nimis & immatura morte Deos incuſabant, & quaſi manus quiritantes contra eos levabant. vide Broukhuſ. ad Propert. Lib. IV. El. XI. 17. ſed quo loco perperam huc refert lapidem Romanum apud Gruter. pag. DCCCXX. I. in quo legitur:

PROCOPE. MANVS
LEBO. CONTRA
DEVM. QVI
ME. INNOCEN
TEM. SVSTVLIT
QVAE. VIXIT
ANN. XX.
POS. PROCVLVS.

ſic quidem eumdem lapidem jam produxerat Smetius Fol. CXXXIII. N. 14. Sed apud utrumque corrigendum eſt PROCOPE. MANVS. LEVO CONTRA. EVM QVI. ME. INNOCENTEM. SVSTVLIT. quod jubent duae manus expanſae, marmori inſculptae, quibus ſignificantur preces parentum ad Solem, ut prodat parricidam, cujus ſcelere perierat Procope: non aliter ac Electra in egregia illa querela ad Solem & Aethera & ad Deos Infernales, ut ulciſcantur patris ſui Agamemnonis interfectorem, apud Sophoclem in cognomine Tragoedia a v. 86 ad v. 119. cum qua conferenda eſt Oedipi inprecatio ad Phoebum & Lunam, Neptunum ac Plutona, ut Laji necem vindicent, apud Senecam Oedip. v. 250 & ſeqq. Solem quippe ſcelerum indicem & ultorem metuebant, facinoroſis vix intuendum. unde Propertius Lib. I. El. 15. 37. ad Cynthiam:

Hos (oculos) *tu jurabas, ſi quid mentita fuiſſes,*
Ut tibi ſuppoſitis exciderent manibus.
Et contra magnum potes hos attollere Solem,
Nec tremis admiſſae conſcia nequitiae.

& hanc Gruterianae Inſcriptionis emendationem & explicationem firmant duo lapides apud Murator. Tom. II. pag. MCCXV. 6. & 7. in quibus ſimiliter conſpiciuntur binae manus expanſae & conplicatae, addita hac Inſcriptione, quam habet etiam Vignolius in Inſcr. Select. pag. 280.

QVISQVIS. EI. LAESIT
AVT. NOCVIT. SEVERAE
IMMERENTI. DOMINE
SOL. TIBI. COMMENDO
TV. INDICES. (f. VINDICES) EIVS. MORTEM.
D. M. S.
CALLISTO. FILIO
PARENTES.

In altero autem, quem Vignolius etiam exhibet pag. 237. iſta occurrunt:

D. M.
TIMOTHEAE
M. VLPIVS
NICANOR
VERNAE
SVAE. F.
SOL. TIBI. COMMENDO
QVI. MANVS. INTVLIT. EI.

utrumque male dederat Murator. Tom. I. pag. XXVI. N. 1. 2. 3. Lapides igitur iſti non ſpectant ad Deorum iniquitatem, quam in acerbo & praecipiti funere incuſabant veteres, ſed manus elatae innuunt, invocari Apollinem vel Solem, ut parricidii auctorem detegat. quod bene illuſtravit Bonada Tom. II. p. 25 & 26. ſimileſque inſcriptiones indicavit Leichius in Miſcell. Lipſienſ. Vol. I. P. II. pag. 453.

 EP.

EP. CCCXXX.

Cajus Tutilius Rufinus nominor * ille,
Annos qui vitae linquo novem atque decem.
Heu fcelus, heu crudele nefas, facinufque tremendum,
Cum * fatiare vides quam mifer eft genitor.
Qui me confpexit moribundum, qui mea claufit
Lumina, diverfis aetatis vicibus. . . .
Quos non ille prius, qua non ego voce rogavi
Infelix Superos, nec valuere preces.
Sed vis major agit mortis, jam jamque parens aut
Mecum fuper eris, aut dolor una obiet.

HOC. SEPVLCRVM. T. FL. EVTYCHIANVS. M. M.
RVFINI. ALVMNI. SVI. FEC. L.

EP. CCCXXXI.

C. PVBLICI. C. F. AMPLIATI. QVI. VIX. ANN. VI. D. XXVII.
C. PVBLICIVS. PROCVLEIANVS
ALVMNO. SVO.
CVRANTIBVS. PVBLICIO
DIONYSIO. ET. AVRELIA
TYCHE. PARENTIBVS.

Tempera jam genitor lacrimis, tuque optima mater
Defi-

EP. CCCXXX.] ita legitur apud Gruter. pag. MCXIX. 4. Bonifac. de comp. Epitaph. pag. 167. Fleetwood p. 204. Ferret. in Muf. Lap. Lib. III. pag. 206. & ex eo apud Bonadam Vol. II. pag. 258. cum aliquot lacunis in primis quatuor verfibus ex fchedis Pafchalini vitiofiffime dederunt Infcriptiones Donianae Claff. XVIII. p. 460. hunc in modum:

D. M.
CAIVS TVT. . . . RVFINVS NON. . . . .
NOR. ILLE. ANNOS. QVI. . VI. . . . .
NOVEM. ATQVE. DECEM. HEV. SCELVS. HEV
CRVDELE. NEFAS. FACINVSQVE. TREMEN
DVM. CVM. FA. . . . . . . ARE. VID. . . . MISER
EST. GENITOR. QVI. ME. CONSPEXIT &c.

ubi duo priores verfus fupplendi & corrigendi funt, ut ex aliis dedi. Quarto verfu ex veftigiis corruptae illius lectionis tentabam,

Cum fatum acre vides, quam mifer eft genitor!

fed quia apud reliquos legitur, *Cum fatiare vides*, praeftabit forfitan, *Cum patiare, vide, quam mifer eft genitor.* Id eft, quum luctaris cum adverfa fortuna, vide & in partem veni doloris ac miferiae genitoris mei orbati. *pati* pro miferum effe, ut *patiens*, de eo qui aerumnas aequo animo perfert. vide ad Lib. I. Carm. 173. v. 7. & fic *pati* pro durare, fuftinere, *καρτερεῖν*. de quo vid. Grot. ad Lucan. Lib. V. 313. & elegantem verbi hujus notionem egregie illuftravit Gronov. ad Senec. Thyeft. 470. fexto verfu vide an exciderit, *diverfis aetatis vicibus actus*. ut indicet, genitorem variis vitae cafibus & humanae aetatis vicibus actum & jactatum tandem quoque fortem hanc adverfam fuftinuiffe, ut filio moribundo lumina deficientis clauderet, ordine fatorum inverfo. duo autem verfus hexametri hic ceteris elegiacis inferuntur, ut faepe in aliis epitaphiis. dein verfu feptimo forte caftigandum,

Quos non ille prius, qua non ego voce vocavi
Infelix Superos &c.

voce vocare Superos propria in rebus funeftis locutio. notum illud Virgilii, *magna manes ter voce vocavi*. Senec. Oedip. v. 304. *In vota Superos voce follemni voca.* ubi vid. Gronov. & Heinf. ad Valer. Fl. Lib. II. 577. fecundo fubfcriptionis verfu vitiofe apud Donium RVFINI. ALVMNI. SVI. FECI.

EP. CCCXXXI. *Tempera jam genitor lacrimas*] habetur bis apud Pith. p. 153 & 614. ed. Genev. Smetium Fol. CXXIV. b. N. 8. Gruter. p. 1036. 3. Fleetwood p. 321. & Ferret. Lib. IV. p. 243. qui teftatur, e Ravenna tranflatum fuiffe in Nonianum

Desine jam flere. poenam non sentio mortis.
Poena fuit vita, requies mihi morte parata est.

EP. CCCXXXII.

OPTATVS. NIREVS. ANTHVS
AMICI. SODALES.
PACTOLO
DE. FAMILIA. Q. SATRIENI. POLLIONIS.

Nos tibi digna tuae monumenta extrema favillae
Fecimus, at nobis tu gemitum adsiduom.

EP. CCCXXXIII.

TVRPILIA. M. L. DIONYSIA
M. TVRPILIVS. M. Ɔ. L. EROS.

Aedes aedificat dives, sapiens monumentum,
Hospitium est illud, corporis hic domus est.
Illic paulisper remoramus, adhic habitamus.
Illud. . . . .

EP. CCCXXXIV.

Diva, precor, tellus alvo conplectere sancta
Ossua, quorum in hoc nomina sunt lapide.

FL. OPHELIONIS
FL. BEBRYCIS.

EP.

num P. Bembi. de qua vbi praeclari villa vide quae notavi ad Lotich. Lib. III. Eleg. 4. 35. Ex iisdem Inscriptionem praefixam auxi, quae tamen amplior legitur in cod. MS. Pighiano,

Ravennae in arca quadam.

C. PVBLICI. C. F. AM. PILEATI
QVI. VIX. AN. V. D. XXVII
C. PVBLICIVS. PROCVLEIANVS
ALVMNO. SVO. POSVIT. CVRAN-
TIBVS. PVBLICIO. DIONYSIO. ET
AVRELIA. TYCHE. PARENTIBVS.

& sic fere in cod. Bucheliano. *lacrimas* Ferret. sed *lacrimis* Gruter. & Pith. est autem insulsum Epitaphium, & notandum, ultimam in *Tempera* correptam; atque hoc ipso inscriptionis hujus versu utitur Is. Vossius ad Catull. pag. 26. ut probet apud veteres ejusmodi imperativos fuisse ancipites. sed quod merito Broukhusius exemplari suo adscripserat sibi ostendi se velle; hoc enim exemplum solo risu refutandum, neque prosodiam Romanam ex Inscriptionibus antiquis discendam esse. neque procedere Vossii observationem de inperativis secundi ordinis correptis in *cave*, *vale*, *vide*, & sim. quia haec verba olim tertii quoque ordinis fuerunt, & exemplum in *puta* ultima brevi, sola Servii auctoritate niti ad Lib. II. Aen. 651. Sed id quidem non sola tantum Servii auctoritate, sed antiquarum etiam membranarum fide in non paucis veterum locis nititur. de quo vide ad Lotich. Lib. III. El. I. 56. hoc tamen in loco *Tempera* insolentius est. ut *flere* versu sequenti, ultima longa. *tuque o optima mater* male apud Gruter. & Ferret. tertio versu *Poenae vita fuit* posset legi, ne ultima in *vita* etiam male producatur. cui simile illud Medeae apud Ovid. Epist. XII. v. 6.

——— *quidquid ab illo*
Produxi vitae tempore, poena fuit.

EP. CCCXXXII.] apud Gruter. p. DCCCLXXXIII. 6. & Ferret. Lib. IV. pag. 232. ultimum versum illustrant notata ab Ep. CLXIV.

EP. CCCXXXIII.] apud Murator. T. III. pag. MDCCLVII. 6. versu tertio legendum *Illic paullisper remoramur, at hic habitamus.*

EP. CCCXXXIV.] edidit idem Muratorius pag. MDCLXXVII. 9. & ex eo Bonada Vol. II. pag. 382.

EP.

PATRONI LIBERTIS, DOMINI VERNIS ET SERVIS.

Ep. CCCXXXV.

METROPHANIS. LVCILLI. SERVI

L. LVCILLIVS.

Servo' neque infidus domino, neque inutili' quoiquam,
Lucillî columella hic situ' Metrophanes.

Ep.

Ep. cccxxxv. *Lucilli columella*] Veteres servos, quod eos negotiis suis heri praefulciebant, *columellas* vocabant. unde & illud Plautinum *columen familiae.* Ideo in hanc rem hic versus Lucillii citatur a Donato, sed mire corruptus, & longe rectius apud Martialem, Lib. xi. Epigram. xci.

Et tibi Maeonio quod carmine majus habetur;
Lucilli columella hic situs Metrophanes.

LINDENBR. Ita recte. Errant qui *Columella* hic nomen proprium arbitrantur. Doctiss. etiam Hieronymus Columna in hoc errore, qui citat tamquam epitaphium sit sive tumulus Lucilli Columellae, hoc modo;

Servu' neque infidus domino, neque inutili' cuiquam,
Lucilius Columella hic situs &c.

sed recte, inquam, viri docti *columellam* explicant columen. fulcrum. sic in versibus veteris poëtae apud Charisium sub finem Lib. IV.

Si nunc redire posset ad Superos pater,
Qui te tutamen fore putant familiae
Domusque columen &c.

Plautus Epidico *Senati qui columen cluent.* Terentius Phormione Act. II. Sc. I. 57.

Bone custos salve, columen familiae,
Cui commendavi filium hinc abiens meum.

ubi interpres Donatus, *Columen*, inquit, *culmen. ab columen est columna. unde columellae apud veteres dicti servi majores domus. Lucilius Lib.* xxii.

Servu' neque infidus domino, neque inutili' cuiquam,
Lucili columella hic situ' Metrophanes.

sic enim legendum. Isidorus in Libro Differentiarum; *Columen autem familiae vel sustentaculum est, quod a columna est factum.* Glossarium vetus: *Columina, ἐπιστηρίγματα. Columen ἐπίστυλον.* SCRIVERIVS. *Columellam* hic quoque servum dici fidelem & majorem notat Meurs. Spicileg. ad Theocr. p. 140. & ad Lycophron. v. 276. ubi & Potteri notas consule, & Gulielmium Quaest. Plautin. p. 255. & sic cepisse videtur Scaliger, qui in Catalect. Lib. I. p. 189. edidit *Lucilli columella.* nam cum litera majuscula *Lucilli Columella* male editur apud Pith. Lib. III. p. 137. tamquam nomen esset proprium. facit huc illud Livii Lib. I. cap. 39. de Servio Tullio puero, *Scire licet, hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum, praesidiumque regiae adflictae.* sic enim Rhenanus, cujus notas vide. licet *lumen* alii praeferant. male vero *columen* illic inprobat Gruterus propter sequens ejusdem significationis *praesidium.* nam sic apud Senecam Troadib. v. 24.

Columen patriae, mora fatorum,
Tu praesidium Phrygibus fessis,
Tu murus eras.

Ibidem v. 6. *columen eversum occidit Pollentis Asiae.* ubi *culmen* in cod. Traiect. & a m. s. correctum *columen*, cum glossa *sustentaculum.* Sed *columellam* hic pro servo fideli dici, ridiculum esse censet Salmas. ad Solin. Tom. II. pag. 1220. ed. Paris. qui legit,

Lucili columella hac situ' Metrophanes.

id est Metrophanes, Lucilii servus, situs est sub hac columella, seu cippo sepulcrali, ὑπὸ ταύτῃ τῇ στήλῃ κεῖται. quia servum *neque infidum domino nec cuiquam inutilem* satis laudis esse Metrophani, & insolitam locutionem ait *columellam domini* vocari servum, irridetque jocularem Donati ἀβλεψίαν, *columellas* dictos esse servos fideles & majores domus. cum domini magis columina servorum sint quam servi dominorum. ut infra Anicetus in Epitaphio domini sui:

Tu columen rerum semper, tu cura meorum.

sic *columen familiae.* ut in Inscript. vet. SEXTO. PETRONIO. PROBO. ANINICAE. DOMVS. COLVMINI. ubi lege ANICIAE. vel ANICIANAE. ut apud Gruter. p. CCCCL. 3. id mihi quoque prae altera illa expositione probatur, & adsentitur Vossius in Etymolog. p. 151. & Colomes. in Κειμηλ. Liter. pag. 298. vide & Fragmenta Lucilii pag. 62. ed. Fr. Douzae, & illic ejus notas pag. 132.

Ep.

EP. CCCXXXVI.

P. LARTIVS. P. F. BROCCHVS. LARTIA
P. L. HORAEA.

Boneis probata, invisa sum a nulla, proba
Fui, parens domineis senibus, huic autem obsequens.

Ita

EP. CCCXXXVI. P. LAETIVS P. F. BROCCHVS &c. *Boneis probata* &c.] Est apud Apianum p. 191. G. Fabric. p. 126. Pith. p. 138. Gruter. p. DCCXVII. 9. Ferret. Lib. II. p. 138. & Fleetwood p. 203. inscriptionem nudam praeponit Fabricius LIBERTA. PATRONIS. apud Pithoeum vero P. LAERTIVS. P. F. BROCCHVS. LARTIA. P. L. HORAEA. In codice meo Inscriptionum veterum Cyriacus Anconitanus manu sua totum descripserat, & sequentia praefixerat,

Trajecti.

L. LARGIVS. P. L.	NEICIA.
RAVPHEIA. Ↄ. L.	THALEA.
L. LABOIVS. P. F.	RVPVR.
P. LARGIVS. P. F.	BROCHVS.
LARGIA. P. Ↄ. L.	HOBARA.

in codice MS. Perotti,

Q. POPPEDIO. Q. F. SEC. CATONI
Q QVINQVE. LIBERTI
P LARTIVS. P. L.
SAVPEIA. A. L.
L. LARCIVS. P F.
L. LARCIA A. Ↄ. L.
NEICIA.
THALEA.
RVFVR
BROCCHVS
HORAEA.

quae conferenda cum iis, quae apud Apianum, Gruterum, & Ferretium. *Labelli in Apulia* ponit Gruter. Fleetwood & Ferr. *Trajecti* Apian. ut in cod. Cyriac. *Trajecti ad Lirim* Celsus Cittadin. *Trajecti Fragmentum*, ceteris omissis, in cod. Meermanniano. Ex his autem patet, male apud Pithoeum edi P. LAERTIVS. P. F. BROCCHVS. nam in Lapidibus vetustis LARTII nomen frequens est. ut LARTIVS. SALVIVS in Inscriptione, quae habetur in Libro MS. veterum Monum. Comensium, a Benedicto Zoblo (vel potius Jovio) collectorum, ex supellectile D'Orvilliana mecum communicato:

D. M.
LARTI. SALV
VALERIANA
QVINTA
CONIVX.

L. LARTIVS. ANTHVS. CISTOPHORVS in monumento apud Murator. Tom. I. p. CLXXIX. sed quod elegantius depictum, & D'Orvillio quondam nostro dedicatum, Donianis Inscriptionibus inseruit Gorius pag. 135. Tab. VIII. vel etiam LARCIVS. unde FVNDVM LARC.ANVM, quod occurrit in Inscriptione Doniana Cl. II. N. 186. p. 109. forte dictum a LARCIO, qui memoratur Cl. III. p. 113. N. 1. A. LARCIVS. LYDVS. DEDIC. non autem a Larco Macedone, in ara apud Fabrettum memorato, ut existimabat Gorius. sic P. LARCIVS PVDENS & LARCIA FORTVNATA in monumento apud Boissard P. V. Antiqq. Tab. 77. & denique in Inscriptione inedita, quam ex eleganti urna marmorea apud Nobiliss. nostrum Abr. Calkoenium, Amstelandiae Praetorem, supra produxi ad Ep. CCXVII.

D. M.
A. LARCI
HERMETIS
LARCIA. NICE. ET
HERMES. PARENTES &c.

Versu primo *Boneis probata invelsa sum a nulla proba* Cyriaci, Perotti, & Meermanni codex. ut Apianus, Gruterus, & Pithoeus. Fabricius edidit *Boneis probata invelsa sum nulli, proba* quod firmari posset ex alia Inscriptione, ab Heinsio per Gronovium (vide Heins. Ep. ad Gronov. 240. T. III. Syllog. pag. 294) missa ad Reinesium Tom. V. Syllog. p. 209. qui edidit Class. XVI. N. 33. pag. 803.

HIC. EST. SEPVLTA
PACILIA. SOSPITA. PIA
PROBA. BONIS. PROBATA. SVMMA. QVAE
VIXIT. FIDE. QVI. BENE. COGNORVNT. COGNITAM
BENE. EXISTIMANT. HAVE. ET. VALE &c.

sic in singulari Inscriptione apud Bertoli in Antiqq. Aquilej. pag. 85.

ANICIA. P. L. OLYCERA
FVI. DIXI. DE. VITA. MEA
SATIS. FVI. PROBATA
QVAE. VIRO. PLACVI. RO.
NO. QVI. ME. AB. IMO
ORDINE. AD. SVMMVM
PERDVXIT. HONOREM.

ubi male Bertoli pro DIXI corrigendum censebat VIXI. nam sic omne acumen tollit ex illo FVI. quo solo innuit, se de vita sua satis dixisse. no-

Hh 3 tum

Ita libertate illei me decorarunt ſtola.
A pupula annos xx. optinui domum
Omnem, ſupremus fert judicium dies.
Mors animam eripuit, non vitae ornatum abſtulit.

· L. EPRIVS. CHILO. VIAT. TR. PL.

Ep. CCCXXXVII.

Aſtorio meritam dicat hanc Octavius aram
Acri homini atque alacri, forti, fido atque venuſto,

Cui

tum illud Virgilii *Fuimus Troes*. ſic PROBATA apud Maffejum in Muſeo Veronenſ. pag. CCXXV. 8.

Caſta, pudica, decens, ſapiens, generoſa, probata,

ut legendum patet ex Marm. Taurinenſ. Tom. II. pag. 44. A. PRIMO. AETATIS. FLORE. PROBATVS apud Gruter p. CCCXXI. 3. & CORNELIVS. IVSTVS. VXORI. PROBATISSIMAE pag. DCCCXXI. 4. ſupra Anchialus Lesbiae, Ep. CXLVIII.

Cujus laudati mores, & vita probata eſt.

ſic in epitaphio Canis, quod edidit Fabrettus p. 331. & infra a me exhibebitur, LONGO. AE. FIDO. AMORE. PROBATVS. DOMINO. in inſcriptione apud Spon. Recherch. des Antiqq. in Poleni Supplem. Theſ. Ant. Rom. pag. 585.

STVDIORVM. ET. MORVM
CAVSSA. PROBATVS. A. VIRIS CARISS.

infra in epitaphio, quod Oneſimus Anicetus Domino ſuo fecit,

Nam ſemper fateor tacita te mente probavi.

vide Barth. ad Rutil. I. 587. Sed pergamus lectionum varietates in hoc Epigrammate recenſere. verſu ſecundo idem Fabricius *huic obſequens*, omiſſo *autem*. tertio *Ita Leibertate illei me, hic me decorant ſtola* codex Cyriac. id eſt *decoravat*. Perotti & Meerm. MS. *hic decorat ſtola*, ut apud Apian. Fabric. Gruter. & Ferret. *decorant* Celſ. Cittadin. deinde *A pupula annos veiginti optinui domum omnem*. cod. Cyriac. & Perot. *optimu domum* vitioſe Apian. & cod. Meerm. mox *Supremus fecit judicium dies* MS. Cyriac. & Meerm. Apian. Gruter. & Ferret. *Suppremis fecit judicium dies* Perotti codex. *ſupremus fecit iudicium dies* Fabric. *ſupremus fert judicium dies* Pithoeus. non diſſimile illud Corneliae Paulli apud Propert. Lib. IV. El. ult. 97.

Haec eſt feminei merces extrema triumphi,
Laudat ubi emeritum libera fama rogum.

Mos animam corrupte Perot. MS. in Cyriaci & Meermanni codice *Mors animam eripuit: non veitae ornatum abſtulit*, ut ceteri omnes ediderunt. Subſcriptio autem, quam omiſit G. Fabricius, talis eſt in eodem Cyriaci codice,

L. EPRIVS. CHILO. VIAT. TR. PL. PRIAS. P. Z.

in Perotti libro L. EPRIVS. CHILO. VIAT. TR. PL. PRIM. AC. PI. ut edidit Apian. in codice Meermanniano, & apud Ferret. TRIB. PL. PRI. AC. PI. quod forte exponendum PRIMVS. AC. PRINCEPS. ut in Inſcriptione apud Donium Cl. I. N. XI. p. 4. CENTVR. IVL. FORT. PRI. PR. id eſt PRIMVS. PRINCEPS. ſic *T. Pedanius, princeps primus centurio* Livio Lib. XXV. 14. HASTATVS. PRIMVS apud Gruter. pag. MXCVI. 1. & in Donianis Cl. II. N. 36. p. 76. habemus LEGIONIS. XI. PRINCIPEM. POSTERIOREM.

Ep. CCCXXXVII. *Aſtorio meritam dicat hanc Octavius aram*] Exſtat apud Apianum p. CXC. I. Pithoeum p. 138. Gruterum p. DCCCLVIII. 12 Ferret. Lib. III. p. 178. Labbaeum in Theſ. Epitaph vet. P. I p. XI. Fleetwood Syllog. Inſcr. p. 293. & anonymum Anglum in Delect. Inſcr. Metr. N. XLII. pag. 31. ex codice Fr. Redii in Gudianis p. CCXCVII. 10. ex Inſcriptionibus Benedicti Rambertl in Donianis Cl. XVIII. 10. p. 459. ex ſchedis Ambroſianis in Theſauro Muratorii Tom. III. p. MCDXXXIII. 5. & ex Donio apud Bonadam Vol. II. p. 412. qui omnes *Tibure* legi teſtantur. Ex veteri codice Moroni etiam deſcripſit N. Heinſius, & ego id in meo Perotti libro MS. reperi. verſu primo *Aſtorio* Apianus, Pith. Grut. Ferret. Labb. & Fleetw. unde quis *Aſterio* conjicere poſſet, quia id nomen in monumentis vetuſtis obvium. vide N. Heinſ. Diſſert. de Cod. Mediceo Virgilii ad Epigramma Aſterii Conſulis. Sirmond. ad Sidon. Lib. VIII. Ep. 5. & H. J. Arntzenii Specim. Obſerv. cap. X. p. 64. & 65. *Alterio* Gud. & Murator qui *Alterius* in ſchedis Canonici Scotti legi notat. *Altoriae* Donius & Bonada. *Atorio* v. c. Moroni. unde conjeceram *Atorio* legendum, ſecunda correpta, vel nomine in tres ſyllabas contracto, ut in his ſaepe. idque confirmatum inveni a Perotti codice. notiſſimum hoc nomen in Inſcriptionibus antiquis. prae ceteris

ce-

Cui domus Afirirus fuerat, cui Quintio nomen:

Hic

celebris eft *M. Artorius*, Medicus Augufti, cujus Cenotaphium eleganti Commentario illuftravit Carolus Patinus. qui recufus eft in Poleni Supplem. Antiqq. Rom. Tom. II. & merentur de eo legi notae doctorum ad Suet. Aug. 91. & Reinef. Epift. ad Rupert. pag. 394 & feqq. eumdem *Μάρκον Ἀρτώριον Ἀσκληπιάδην θεῦ Καίσαρος Σεβάςυ ἰατρὸν* vocat Infcriptio Graeca apud Maffej. In Mufeo Veron. p. I.V. quemadmodum Artorii Medici etiam meminit Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 70. ubi plura in notis N. Heinfii videri poffunt. male autem in v. c. Moroni, *dicat hanc Victorius aram.* quod & in aliis fchedis legi monet Muratorius. apud reliquos tamen omnes conftanter *Octavius*, & in Perotti codice. nifi quod in illo, *Octavus*, ut apud Apian. Ceterum huic five Artorio, five Aftorio, aram dedicat Octavius. quemadmodum apud Gruter. pag. DXXIII. 2. ara elegans eft alii Artorio pofita cum hac Infcriptione,

D. M.
C. ARTORIO. C. F. SCAP.
CAPENATO &c.
ARTORIA. CONIVGI
ET. C. ARTORIVS. M. FIL.
VISERIVS
FRATRI. DVLCISSIMO. &c.

ubi videmus memorari Artorium & Artoriam uxorem. ut in Infcript. apud Donium Cl. XII. 12.

D. M.
C. ARTORIO. ATIMETO
ARTORIO. FELICVLA
CONIVGI. AMANTISSIMO
CVM. SPERATO. FRATRE.

ita faepe honoris cauffa arae pro fepulcrali monumento, vel fimul cum tumulo, facrabantur. fupra Lepidus & Trebellius matri Claudiae Lepidillae: Ep. CCCXIII.

Hic matris cineres fola facravimus ara.

infra,

Factionis Venetae Fufco facravimus aram.

Hermes Nicae apud Pith. p. 123.

Aeternam tibi fedem Hermes aramque dicavi
Nice.

in epitaphio Pedanae apud eumdem pag. 122.

Supremum verfus munus donavit & aram.

in Infcriptione Mufei Veronenfis pag. 285. 10.

D. M.
C. TROLIO. (l. TROILO) ONESIMO
ARAM. POSVIT.

huc refer Graecum epitaphium cuidam Meleagro ab uxore Cyriace & filiis pofitum, quod quia mendofiffime apud Gruterum pag. DCCCVII. 10. editum eft, hic adponam ex magni Grotii emendatione & verfione:

Τύμβον καὶ βωμὸν Μελεάγρῳ ἐνθάδε τεῦξεν
Κυριακὴ, μετὰ τοῦ δὲ πάσης γεγαῶσα σύνευνος.
Σὺν δὲ δύω υἱοὶ Δημάγνος καὶ Κλεόνικος
Γλυκυτάτῳ γενέτῃ μνημοσύνοιο χάριν.
Hunc fimul & tumulum Melengro facrat & aram
Cyriace, conjunx illi, dum vita manebat:
Cumque hac Demagnus natus fimul & Cleonicus,
Ut maneat dulci de patre fama memor.

de his aris fepulcralibus vide Montfauc. Diar. Ital. pag. 202: & in Palaeogr. Gr. pag. 165. ubi in Infcriptione Ancyrana legitur *τάφον τὸν ἔνθα πλησίον βωμὸν θ' ἅμα ἔτευξε κατὰ γῆς Κλαυδία* &c. & plura de iis Tomafin. de Donar. cap. III. Gutherius Lib. II. de Jure Man. cap. XIX. P. Berthaldus de Ara cap. XXIV. pag. 367. Tom. VI. Thef. Antiqq. Rom. & D'Orvill. in Mifcell. Obferv. Vol. IV. pag. 351. has vero aras effe bafes vel cippos funebres, parum ab ara diverfos, in quibus libationes & facra parentalia fiebant, docet Fabrettus ad Infcr. Antiq. cap. II. pag. 107 & 108. hinc in Infcriptione apud Reinef. Cl. XVI. N. 68. pag. 813.

HOC. SEPVLCRVM. SIVE. ARA. CVM. SVIS
MACERIIS. HEREDEM. EXTRANEVM
NON. SEQVETVR.

& ita pro ipfo fepulcro, ut in Epitaphio apud Donium Cl. XII. N. 27.

SI. QVIS. POST. DVO. CORPORA.
POSITA. HANC. ARAM. APERVERIT.

& Claff. XIV. N. 1. *Subductum primae Pyladen haec ara juventae Indicat.* vide & Patrui mei notas ad Valer. Fl. Lib. V. 10. *meritum* editur apud Gudium. quod & in cod. Perot. qui v. 2. *vetufto.*

Cui domus Afirirus fuerat, cui Quintio nomen] fic editum ab Apiano & Pithoeo. *Afirius* v. c. Moron. Gruter. Ferret. & in Londinenfi Delectu Infcript. Metricar. *Affirius* cod. Perot. *Afinius* apud Donium. & Bonadam. *Affyribus* Murator. *a Syribus* Gud. Heinfius per Graecifmum legebat *Qui domus Affurius*, pro, qui domo Affyrius. Mallem *Quique domo Affyrius.* ita paffim *domo Grajus*, *domo Siculus*, & fim. *qui genus unde domo.* Virg. X. Aen. 141. *Maeonia generofe domo.* ejufque imitatione auctor Epigr. vet. quod edidi Tom. I. pag. 32. *Antiqua generofe domo.* DOMO. CARTAGINENSIS apud Gruter. pag. CCCLXXXV. 1. SVCCESSVS. DOMO. ATINAS apud Bertoli Antiqq. Aquilej. p. 92. DOMO. ATESTE in infcript. apud Jac. Zabarellam in Arruntiis pag. 79. DOMO. CATINAE. EXORTVS in Sylloge Infcriptt. Panorm. Nobiliff. Gabr. Lancillotti p. 333. fupra Ep. CCLXXIV. *De genitore mihi domus Umbria.* in quibus locutionibus *domus* patriam fignificat. vide Lipf. ad Senec. Conf. ad Helv. cap. 6. Philip. a Turre de Colon. ForoJul. pag. 344. & Cl. H. Canneg. in Mifc.

Hic in flore cubat longum securus in aevom,
Post ter vicenos plures bene conditus annos.

Ep. CCCXXXVIII.

● C. FIDICVLANIVS. C. L. ABDACVS
● C. FIDICVLANIVS. C. F. ARN. RVFVS
V. FIDICVLANIA. C. L. HIPPOLITHE.

Fatalem hanc aedem Hippolithe dedit ob pietatem
In commune sibi & gnato collibertoque.

Ep.

Misc. Obs. Vol. VI. p. 363. quod loquendi genus illustrant variae Inscriptiones apud Aldum in Orthogr. in *Arretium* pag. 57 & seqq. ubi & locum Asconii, in quo corrigit Lipsius *domo Siculus*, pro *bono*, similiter a patre suo Paullo Manutio emendatum testatur. vide & Pier. ad Virg. x. Aen. 183. A. Schottum Lib. III. Observ. cap. xi. & Differt. xii. Acad. Etrusc. Corton. p. 133. *Quinctio* apud Murat. *cum Quinctio* cod. Perot.

Hic in flore cubat longum securus in aevom] *in alvom* apud Apian. *secures in alvom* cod. Per. *longus secuons in alvom* corrupte in v. c. Moron sed reliqui omnes conspirant in lectionem a Pithoeo expressam, *longum securus in aevom*, vel *aevum*, ut Gud. Don. & Murat. *longus* male apud Ferret.

Post ter vicenos plures bene conditus annos] vitiose apud Apianum, *pii res bene contuis annos.* quem non dubito sic in suis invenisse codicibus. nam & in v. c. Moroni & Perotti, *pii res bene contius annos.* quod tamen scripturae *plures* favet. *merens* apud solum Gudium legitur. *&* *tres* ediderunt Donius, Murator. Bonada, & Anglus anonymus Delect. Inscr. Metric. quod non displicet. Sed quomodo Altorius *post ter vicenos & tres annos*, id est sexaginta tres, sive *post ter vicenos & plures annos*, ut ab aliis editur, dici potest *in flore* obiisse? ut praecedenti versu indicatur. id certe non minus absurdum, quam quod in Inscriptione Doniana Cl. VI. N. 94. pag. 250. epitaphium occurrat a patre & matre superstitibus positum filio LXXXIX. annorum. Monumentum illud, quod in via Appia olim fuisse dicitur, sic se habet:

T. APPONIO. TI. F. PAL. SABINO.
EVOK. AVG. VIX. ANN. LXXXIX.
T. APPONIVS. TI. F. PAL. ANTONIA
NVS. SABINVS. PATER. ET
APPONIA. SABINA. MATER
FECERVNT.

an forte dividendi illic numeri, & emendandum, VIX. ANN. LX. M. X. D. XIX? sic & in hoc loco sanae rationi melius consulemus, si legatur,

Post ter vix denos & tres bene conditus annos.

ut triginta trium annorum aetate vix impleta, adeoque in vitae flore, conditus dicatur. vel corrigendum, *Post bis vicenos*, ut in numero II vel III aberratum fuerit. sic in Epitaphio Rusticellae supra Ep. LXVII. *Nondum vicenos annos compleverat.* ubi *bis vicinos*, id est, *vicenos*, editum a Grutero aliisque. Homonoeae Ep. CXLII.

Nondum bis denos aetas mea viderat annos.

& Thalusae Ep. LXXIX.

Quae bis vicenos conplerat lucibus annos.

certe *vix denos* facile in *vicenos* a descriptoribus depravari potuit. sic de Arganthonio Silius Ital. Lib. III. 398.

Terdenos decies emensus belliger annos.

contius etiam apud Gruter. & Ferret. *consitus* Don. Gud. Murat. & Bonada. sic & alibi, epitaphio Lesbiae, Ep. CXLVIII.

Ossua dum cernis consita moesta mihi.

praetuli tamen *conditus.* ut in marg. Gruteri. quod receperunt Labbaeus & Fleetwoodus. *conscius* in sola Pithoei editione, tam Parisina quam Genevensi.

Ep. CCCXXXVIII. *Fatalem hanc aedem* &c.] Ex schedis Vaticanis editum inter Inscriptiones Donianas p. CCCLIV, N. 5. & ex iisdem apud Murator. Tom. III. pag. MDLXXXII. II. & Bonadam Vol. II. p. 383. *Fatalis aedes* hic est, quae in aliis epitaphiis *domus* vel *sedes aeterna.* vide ad Ep. CXLIX.

Ep.

EP. CCCXXXIX.

D. M.

EVTYCHETI. AVRIGAE. ANN. XXII. FL. RVFINVS
ET. SEMP. DIOPHANES. SERVO
B. M. F.

Hoc rudis aurigae requiescunt ossa sepulcro,
  Nec tamen ignari flectere lora manu.
Jam qui quadrijugos auderem scandere currus,
  Et tamen a bijugis non removerer equis:
Invidere meis annis crudelia fata,
  Fata quibus nequeas opposuisse manus.
Nec mihi concessa est morituro gloria Circi,
  Donaret lacrimas ne pia turba mihi.
Ussere ardentes intus mea viscera morbi,
  Vincere quos medicae non potuere manus.
Sparge, precor, flores supra mea busta viator:
  Favisti vivo forsitan ipse mihi.

EP. CCCXL. FVSCO. FACTIONIS. VENETAE. AGITATORI.

Factionis Venetae Fusco sacravimus Aram
De nostro, certi studiosi & bene amantes,

Ut

EP. CCCXXXIX. *Hoc rudis aurigae* &c.] apud Pithoeum Lib. III. pag. 138. & diu ante edidit Ambrosius Morales in Antiqq. Hispaniae fol. 67. b. qui in magno lapide sepulcrali Tarraconae haberi testatur, in quo sculptus conspicitur auriga, palmam manu tenens, in signum victoriae aurigando relatae. in Inscriptione autem habet FLAV. RVFINVS. ET. SEMP. DIOFANS. SERVO. B. M. F. forte pro SEMPRONIVS DIOPHANES. & versu penultimo metro reluctante *super mea busta*, pro *supra*, ut apud Pithoeum. Ediderunt etiam Adolph. Occo in Inscr. Hisp. p. XXXII. 10. Gruterus p. CCCXL. 4. Ferret. Lib. II. p. 87. Bonifac. de comp. Epitaph. p. 197. Fleetwood Syllog. inscr. p. 137. Labbaeus Thes. Epit. vet. P. I. p. 24. Bonada Vol. II. p. 387. Anglus in Delectu Londinensi Inscript. Metr. N. XLII. p. 13. & vide de hoc Epigrammate Argolii notas ad Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. pag. 19. Guther. Lib. II. de Jure Man. cap. 36. Scheffer. de Re Vehic. Lib. II. cap. XIII. pag. 171. & Thes. Antiq. Rom. Tom. XII. pag. MCCLV. In Cod. Bucheliano praefigitur, haberi *in hortis Ant. Augustini Terrathonae*, & in medio Inscriptionis titulo conspici *Statuam hominis cum palma in finistra.* & sic habetur apud Cel. Greg. Majansium Epist. I. ante hoc Volumen edita p. 34. qui versu primo *ossa* profert ex Lud. Pontii Icartii Memorabilibus Urbis Tarraconae, qui ex ipso lapide primus edidit, sed *membra* ab Ambrosio Morali substitutum notat, quod Pithoeus aliique male secuti sunt. sed *ossa* etiam apud Gruter. Ferret. Bonifac. & in Cod. Bucheliano.

Vincere quos medicae non potuere manus] Statius Lib. V. Sylv. I. 158.

> *Nil famuli coetus, nil ars operosa medentum*
> *Auxiliata malis.*

EP. CCCXL. FVSCO FACTIONIS VENETAE AGITATORI] edidit ibidem Pithoeus pag. 139. & Morales in iisdem Antiqq. fol. 67. *a.* Sed praeter hos etiam produxerunt Apianus p. 10. Adolph. Occo in Inscript. Hispan. pag. XXXII. 9. Gruterus pag. CCCXXXIX. G. Fabric. in Monum. Ant. pag. 132. Ferret. pag. 211. Fleetwood pag. 136. Labbaeus Thes. Epitaph. P. IX. pag. 390. & vide Argol. ad Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. p. 19. & prae ceteris Greg. Majansium Epist. I. ante hoc Volumen pag. 35 & 36 qui & alios editores enumerat, sed spurium esse hoc Epigramma censet. certe ineptissimum est.

Factionis Venetae &c.] *Venetanae* corrupte apud Apianum. & *Venetiae* apud Fleetw.

studiosi & bene amantes] adfert hunc versum Heinsius ad Virg. III, Georg. 498. ut proprieta-

Ii tem

Ut ſcirent cuncti monumentum & pignus amoris.
Integra fama tibi, laudem curſus meruiſti.
Certaſti multis, nullum pauper timuiſti.
Invidiam paſſus, ſemper fortis tacuiſti.
Pulcre vixiſti: fato mortalis obiſti.
Quiſquis homo es, quaeres talem, ſubſiſte Viator,
Perlege, ſi memor es, ſi noſti quis fuerit vir.
Fortunam metuant omnes: diſces tamen unum,
  Fuſcus habet titulos mortis, habet tumulum.
Conditus hoc lapide: bene habet: Fortuna valebis,

Fun-

tem vocis *ſtudioſi* in ludis Circenſibus inter alia hoc exemplo illuſtret, quemadmodum *ſtudia* de partibus erga aurigas dicuntur. ita recte idem Heinſius reſtituit Ovidio III. Am. 2. 1. *Non ego nobilium ſedeo ſtudioſus equorum.* pro *ſpectator*, ut in prioribus editionibus. Sueton. Tib. c. xi. *ſtudioſus partis alterius.* & alii ſaepe. quia tamen hic *ſtudioſi & bene amantes*, conjunguntur, ſimpliciter etiam capi poteſt, pro, tibi faventes, amici. ut *ſtudioſae litera dextrae* eo ſenſu explicuit Patruus meus apud Ovid. Epiſt. xv. 1. quod male alii expoſuerant pro eruditae, literis excultae. quo ſenſu *ſtudioſus* ſine exemplo veterum eſt, niſi *Muſarum*, vel ſimile quid, addatur. vide ejuſdem notas ad Sueton. Ner. 32.

monumentum & pignus amoris] adhaeret Virgilio Aen. V. 538.

Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris.

laudem curſus meruiſti] forte *curſu*.

Pulcre vixiſti, fato mortalis obiſti] prior hujus verſus pars deeſt Apiano. totus omittitur a G. Fabricio. & certe abeſſe poteſt. ingratiſſimi enim aliquot hic verſus occurrunt, qui rhythmis ſuis aures verberant. in eumdem ſonum continuo deſinentes, *meruiſti*, *certaſti*, *timuiſti*. *tacuiſti*, *vixiſti*, *obiſti*. qualia in ſequioris aevi verſificatoribus reperiuntur plurima. ſed a ſimili rhythmo vellem abſtinuiſſet Ovidius in caſtigatiſſima illa Medeae Epiſtola xii. v. 15.

Iſſet *anhelatos non praemedicatus in ignes*
  Immemor Aeſonides, oraque adunca boum.
Semina jeciſſet, *totidem* ſenſiſſet & *hoſtes*,
  Ut caderet cultu cultor ab ipſe ſuo
Quantum perfidiae tecum, *ſcelerate*, periſſet.

& exciderunt nonnumquam Naſoni tales verſus eodem ſono terminati. quales Lib. VI. Met. 639.

Tendentemque *manus*, & *jam ſua fata* videntem,
Eia, & *jam*, *mater*, *clamantem*, & *colla* petentem.

VIII. 441.

—— *quid faciat*, *dubium*, *pariterque* volentem
Ulciſci fratrem, *fraternaque fata* timentem.

XIV. 411.

—— *tenues animae volitare* ſilentum
Attonitum monſtris vulgus pavet. *illa* paventum &c.

XV. 150.

Palanteſque animos paſſim, & *rationis* egentes
Deſpectare procul, *trepidoſque obitumque* timentes.

aliiſque in locis. neque gratior auribus ſonus eſt in illis Lucani verſibus Lib. V. 422 & ſeqq.

Rumpite, *quae retinent felices vincula* proras,
Jamdudum nubes, & ſaevas *perdimus* undas.
Sidera prima poli, *Phoebo labente ſub* undas,
Exierant, & *luna* ſuas *jam fecerat* umbras.

Lib. II. 288.

Crimen erit Superis & me feciſſe nocentem
Sidera quis, *mundumque velit ſpectare* cadentem.

Lib. III. 13.

—— *ad tenebras*, *maneſque* nocentes
Poſt bellum civile trahor, *vidi ipſa* tenentes &c.

Lib. V. 639.

—— *nautae videre* trementes
Fluctibus e ſummis praeceps mare, *quumque* tumentes.

& paullo poſt v. 660.

—— *ſat magna peregi*,
Arctoas domui gentes, *inimica* ſubegi
Arma metu.

VI. 438.

—— *herbaſque* nocentes
Rupibus ingenuit, *ſenſuraque ſaxa* canentes.

VII. 750.

—— *ſcelerumque* petentes
Scire ruunt, *quanta fuerint mercede* nocentes.

& v. 763.

Inque toris fratrum poſuerint membra nocentes
Quos agitat veſana quies, *ſomnique* furentes.

poſ-

Fundimus insonti lacrimas, nunc vina, precamur,
Ut jaceas placide: nemo tui similis.

ΤΟΥC. ΚΟΥC. ΑΓΩΝΑC. ΑΙΩΝ. ΑΑΑΗCΕΙ.

EP. CCCXLI.

D. M. S.

CIRCITORIS. MILITARIS.

Decimus a prima sectatus castra juventa
Circitor morior, praemia parca, senex.

Qui

possem alia ex melioris aevi poëtis adscribere exempla, quae tamen, quia illis nonnumquam exciderunt, posteriorum temporum barbariei, quae ejusmodi rhythmicis carminibus poëticas sacra contaminavit, aut hodiernorum Marsyarum naeniis nullum praebent patrocinium. Ex ista vero seculi minus exculti corruptela inductum fuisse poëseos rhythmicae amorem in linguas Europaeas, erudita observatione ostendit Is. Casaubonus ad Persium Sat. I. pag. 131-134. laudatque N. Rapinum, e Gallicis carminibus rhythmos omnes ejicere conatum.

quaeres talem] *quaerens* Occo, G. Fabric. & Ambros. Moral.

si memor es, si nosti quis fuerit vir] *si immemor es* apud Ambros. Moral & Occon. *si memor &* Ferret. *nosti qui nam fuerit vir* G. Fabric. *si memor es, nosti quis fuerit vir* Apian.

disces tamen unum] *dices* Apian. & G. Fabric.

Fuscus habet titulos mortis, habet tumulum] Ita distinguunt G. Fabric. & Pith. sed Ambros. Moral. & Apianus,

Fuscus habet titulos, mortis habet tumulum.

Conditus hoc lapide, bene habet. Fortuna valebis] *Contegit ossa lapis* melius apud Apian. Fabric. Gruter. & Ferret. vel legendum *Conditus hoc lapide est. bene habent* vitiose Apian. forte hic versus expressus est ex illo Statii Lib. XII. Theb. 333.

Sed bene habet, Superi, gratum est, Fortuna peracta est.

neque infrequens est haec formula in ejusmodi funeralibus monumentis. supra epitaphio Licini Severi, Ep. CCLXXIV.

Actum est, excessi. Spes & Fortuna valete.

ubi plura notavi. sic in lapide, quem edidit Fabrettus p. 408. & ex eo Citadinus vet. Lat. prof. Tom. II. pag. 58. & Bonada Vol. II. pag. 415.

Hic sum positus (leg. *positus sum*) *qui semper sine crimine vixi.*
Et quem mi dederat cursum Fortuna, peregi.

quod desumtum ex Virgil. IV. Aen 653.

Vixi, &, quem dederat cursum Fortuna, peregi.
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

bene habet, ut in illo morientis Epaminondae apud Justin. VI. 8. fin. *Quaesivit, utri vicissent. Ut audivit, Thebanos. Bene habere se rem dixit: atque ita velut gratulabundus patriae exspiravit.* ubi forte praestiterit, *bene habere, dixit.* omissis *se rem*, quae vix addita videbis in hac formula apud veteres, & Glossatoris sapiunt manum. apud Florum IV. 2. §. 68. de Scipione, *bene habet, Imperator.* ita scribe, non, *bene se habet.* sic in illo Torquati apud Livium Lib. VIII. 6. §. 5. *Bene habet, Dii, pium movete bellum.* & sic saepe apud eumdem. vide Drakenb. ad Lib. VI. c. 35. §. 8. Cic. pro Muren. c. 6. *Bene habet, jacta sunt fundamenta defensionis.* Statius XI. Th. 557.

—— *bene habet. non irrita vovi.*

Juvenalis Sat. X. 72.

———— *grandis epistola venit*
A Capreis. bene habet. nil plus interrogo.

ubi vide Grangeum. Barth. ad d. l. Stat. XII. Th. 338. & quae olim dedi in notis ad Lotich. Lib. IV. El. 4. 201. p. 294. similis usus formulae *gratum est.* quando in luctu aliquid saltem solatii superest. de qua Gronov. Diatr. Stat. pag. 92.

Fundimus insonti lacrimas, nunc vina, precamur] *Fudimus* Gruter. & Ferret. *unaque precamur* G. Fabric. Heinsius optime legebat, *Fundimus insonti lacrimas, non vina.* vide infra ad Epitaphium aurigae,

Ossibus infundam quae numquam vina bibisti.

in subscriptione Graeca, quam omittunt Apianus, Occo, Fabric. & Ferret. rescripsi ex Grutero ΑΑΑΗCΕΙ. vitiose apud Pithoeum ΑΑΑΗCCΙ.

EP. CCCXLI.] Exstat apud Murator. Tom. I. pag. DXL. & inter Epistolas eruditorum Italorum *de Dedicatione sub Ascia*, editas & notis illustratas ab Alex. Symmach. Mazochio pag. 128. ubi hoc Epigramma ab Abbate Petro Polidoro inventum profertur, & a Mazochio bene illustratur, qui observat secundo versu *Circitor* media

Qui nulli gravis exſtiteram, dum vita manebat,
Hac functo aeternum ſit mihi terra levis.
Dat patruo ob meritum feralem Flavius urnam,
Ninnius & cinerem ſpargit odore pio.

EP. CCCXLII. MACRI MEDICI.

Accipe ſupremos, quîs te donamus, honores,
Care Macre, & longum me cariture vale.
Felix, qui commune malum, nec tanta videbis
Funera, quae noſtra barbarus in patria
Patrabit: felix! tribuit cui Roma ſepulcrum,
Cui tot amicorum juſta dedere manus.

Te

producta recte poni, quia contractum eſt ex *circuitor*, contra ac vulgaria Lexica & proſodiae auctores ſecundam in hac voce corripiunt. quod tamen tueri etiam ſe poteſt auctoritate Epigrammatis xv. Priapejorum,

Quid mecum tibi, circitor moleſte.

ubi de hac voce vide Schioppii notas. erant autem *circitores* in militia equeſtri, qui vigilias in ſua ala circumibant. de quibus vide Reineſ. ad Claſſ. xx. Inſcr. 424. pag. 995. & Stewech. ad Veget. Lib. III. de R. M. cap. 8. talis conſpicitur in Marm. Taurinenſ. Tom. II. N. cvi. p. 103.

D. M.
AVR.
MARCI
AXI. CIR
CITORIS.

addita effigie equeſtri haſtata. vide illic Commentatorum notas. in fine, *ſpargit odore gemens* apud Murator.

EP. CCCXLII.] Ex Muratorio, ſed loco non indicato, edidit Bonada Vol. I. Cl. V. pag. 428. qui id olim ſe accepiſſe teſtatur a Cardinale Maſia Monti. Sed inveni hoc idem epigramma tamquam recentis auctoris in Cod. MS. Epitaphiorum Urbis Romae, a Joh. Caſanato collectorum, ubi Vincentio Macro poſitum legitur a Jo. Georgio Triſſino, praemiſſa hac Inſcriptione,

PERPETVAE. SECVRITATI
VINCENTIO. MACRO. IO. F. VICENTINO
PHILOSOPHO. ET. MEDICO.
ATQVE. VTRIVSQE. LINGVAE
IVXTA. ERVDITO.
QVI. VIXIT AN. XXXV.
IO. GEORGIVS. TRISSINVS. AMICO
DVLCISS. VERECVNDISSQVE
OP. D. S. M. P.

Felix! qui commune malum, nec tanta videbis Funera, quae noſtra barbarus in patria Patrabit &c.] ejuſmodi ſolatium defunctis, ante patriae ruinas & ſuorum clades morte ereptis datum, ſuis ſaepe coloribus depingunt poëtae. Aeneas apud Virg. I. Aen. 94.

——— ô terque quaterque beati
Queis ante ora patrum Trojae ſub moenibus altis
Contigit oppetere; o Danaûm fortiſſime gentis
Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuiſſe, tuaque animam hanc effundere dextra?

Andromache ad tumulum Hectoris Lib. III. 321.

O felix una ante alias Priameïa virgo
Hoſtilem ad tumulum Trojae ſub moenibus altis
Juſſa mori, quae ſortitus non pertulit ullos,
Nec victoris heri tetigit captiva cubile!
Nos, patria incenſa, diverſa per aequora vectae,
Stirpis Achilleae faſtus, juvenemque ſuperbum
Servitio enixae tulimus.

Evander Pallanta lugens Lib. XI. 159.

Felix morte tua, neque in hunc ſervata dolorem,
Contra ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes
Reſtarem ut genitor. Troum ſocia arma ſecutum
Obruerent Rutuli telis: animam ipſe dediſſem.

huc referenda Neſtoris querela de vita nimis longaeva, ante Antilochi obitum non abrupta, in vexato Propertii loco Lib. II. El. 10. 43. ſeqq.

Atque utinam primis animam me ponere cunis
Juſſiſſet quaevis de tribus una ſoror!
Nam quo tam dubiae ſervetur ſpiritus horae?
Neſtoris eſt viſus poſt tria ſecla cinis.
Cui ſi longaevae minuiſſet fata ſenectae
Trojanis Iliacis miles in aggeribus,
Non ille Antilochi vidiſſet corpus humati:
Diceret aut, O mors cur mihi ſera venis?

quae adpoſito Juvenalis loco optime illuſtrat Broukhuſius. ſed tertium diſtichon, in editionibus

vul-

Te Graecae Latiaeque simul flevere Camenae,
Et Medicina tuo moesta sedet tumulo.

EP. CCCXLIII. *Iguvii.*

L. SABINVS. P. L. PRIMIGENIVS.

Ortus ab Iguvio Medicus, fora multa secutus,
Arte feror nota, nobiliore fide.

Me

vulgatis valde corruptum, posthabitis Marklandi & aliorum conjecturis, ita dedi, ut illud emendavit N. Heinsius Lib. II. Advers. cap. 5. p. 243. sed de eo ad ipsum Propertium plura. Hecuba apud Ovid. XIII. Met. 520.

Quid Di crudeles, nisi quo nova funera cernam,
Vivacem differtis anum? quis posse putaret
Felicem Priamum, post diruta Pergama, dici?
Felix morte sua, nec te, mea nata, peremtam
Adspicit, & vitam pariter regnumque reliquit.

quae pulchre aemulatur P. Lotichius Secundus Lib. I. El. 4. v. 73.

Felix morte sua, non cari funera vidit
Patris, & est saevo passus ab hoste nihil.
Nos dolor, & vitae mortalis inania versant
Somnia, & ambiguis spesque timorque modis.

& Lib. II. Carm. 16.

Felix morte tua, patriae non fata ruentis,
Cujus eras vindex, non tot acerba vides.

Oedipus apud Senecam v. 72.

Adfusus aris supplices tendo manus,
Matura poscens fata, praecurram ut prior
Patriam ruentem: neve post omnes cadam.

ubi *praevertam* Heinsius, *procurram precor* Patruus meus conjecerant. sed *prior* vindicant, quae notavi supra ad Ep. CCXLVIII. tale exemplum illorum, qui libera morte se eripere patriae calamitatibus praeferebant, occurrit in eleganti epigrammate de Virginibus Milesiis Lib. III. Antholog. Graec. Tit. XXIII. Ep. 29.

Ὠχόμεθ', ὦ Μίλητε, φίλη πατρὶ, τῶν ἀθεμίστων
Τὰν ἀνόμων Γαλατᾶν ὕβριν ἀναινόμεναι,
Παρθενικαὶ τρισσαὶ πολιήτιδες, ἃς ὁ βιαιὸς
Κελτῶν εἰς ταύταν μοῖραν ἔτρεψεν Ἄρης.
Οὐ γὰρ ἐμείναμεν αἷμα τὸ δύσσεβες, οὐδ' ὑμέναιον
Νυμφίον, ἀλλ' Ἀΐδην κηδεμόν' εὑράμεθα.

id est, interprete H. Grotio,

Ah morimur, morimur, Milete, nec impia probra
Gallorum volumus, patria cara, pati.
Injicit hunc nobis ardorem barbaricus Mars
Virginibus ternis, civibus, alma, tuis.
Non exspectamus thalamum, prolemque nefandam,
Adsertor casti corporis Orcus erit.

cui addi meretur sequens Antipatri Ep. 30. de Boisca matre, se filiamque Rhodopen in excidio Corinthi, a L. Mummio eversae, interimente, ut liberae morerentur,

Οὐ νούσῳ Ῥοδόπα τε καὶ ἁ γενέτειρα Βοΐσκα,
Οὐδ' ὑπὸ δυσμενέων σώματι κεκλίμεθα.
Ἀλλ' αὐταὶ, πάτρας ὁπότ' ἔφλεγεν ἄστυ Κορίνθου
Γοργὸς Ἄρης, ἀΐδαν ἄλκιμον εἱλόμεθα.
Ἔκτανε γάρ μήτηρ με διαφρακτῆρι σιδάρῳ.
Οὐδ' ἰδίου φειδὼ δύσμορος ἔσχε βίου,
Ἅψε δ' ἑὰν αὐχένιον δεσμῷ βρόχον. ἦ γὰρ ἀμείνων
Δουλοσύνας ἄμμιν πότμος ἐλευθέριος.

quod sic vertit vir maximus,

Non lue pestifera vitam, non hostis ab ense,
Perdidimus Rhodope nata, Boisca parens.
Ipsae, cum patriam Mars ureret igne Corinthum,
Maluimus forti morte perire duae.
Nam mihi transegit mater praecordia ferro,
Non magis ipsa animae parcere certa suae.
Ergo ligat nodo collum sibi: libera namque
Mors nobis vita prae famulante placet.

vers. penult. *Te Grajae* cod. MS. Casanati.

EP. CCCXLIII.] legitur apud Reines. Cl. XI. inf. 9. Simond. ad Sidon. Apollin. p. 35. Fleetwood p. 199. Labbaeum Thes. Epit. vet. P. I. p. 61. & ex Ferretio Lib. IV. pag. 306. habent Sponius in Miscell. p. 143. & in Select. Rei Antiq. Quaest. (Recherch. des Antiquit.) in Poleni Tom. IV. Supplem. Thes. Antiq. Rom. p. 583. & Bonada Vol. I. Cl. V. pag. 428 & 429.

Ortus ab Iguvio] *Iguuio* scribunt alii, vel *Ingurio*, ut Pighius in Annal. Tom. III. pag. 441. sed *Iguvio* rectum est. vid. N. Heins. ad Silium Lib. VIII. 460. est enim *Iguvium* Umbriae oppidum, postea *Eugubium* dictum, unde nomen habent Tabulae Eugubinae. sic IOVVINI in Inscript. apud Spon. Tom. I. Itiner. p. 340. vid. Malasp. ad Cic. Vol. ad Att. Ep. 13. p. 714. & Mannt. p. 199. Cluver. Lib. II. Ital. Ant. 7. p. 624. Popmam ad Fragm. Sisennae post Sallust. p. 406. Coler. ad Sallust. p. 444. & Drakenb. ad Livium XLV. 43. §. 9.

fora multa secutus] medicum περιοδευτὴν, *circumforaneum*, seu *circuitorem*, describi, neque tamen ignominioso id vocabulo, videbis apud Menag. in Amoen. Juris cap. XXXV. versu enim sequenti *nobiliore fide* se celebratum innuit. *fides* quippe

I i 3 pro-

Me consurgentem valida fortuna juventa
 Destituit, rapidis inposuitque rogis.
Clusino cineres flammae cessere sepulcro,
 Patronus patrio condidit ossa solo.

Ep. CCCXLIV.

PETRONIO. ANTIGENIDI.

Tu, pede qui stricto pergis per senta', viator,
Siste, rogo, titulumque meum ne spreveris oro.
Bis quinos annos, mensesque duos, duo soles
In superis feci, tenere nutritus, amatus,
Dogmata Pythagorae sensi, studiumque Sophorum,
Et libros legi, legi pia carmina Homeri,
Sive quot Euclides abaco praescripta tulisset,
Delicias habui pariter, lususque procaces.

Haec

propsium vocabulum ad Medici laudem. vide Pricaei notas ad Apulej. pag. 46.

Ep. CCCXLIV. PETRONIO. ANTIGENIDI] Edidit G. Fabricius in Monum. Antiq. pag. 121. cum titulo HIARVS. PETRONIO. ANTIGENIDI. & post eum Pithoeus Lib. III. Epigr. vet. pag. 139. Apianus in Inscr. p. 148. Ferret. in Mus. Lapid. pag. 58. Bonifac. de comp. Epitaph. p. 81. Aldus Manut. in Orthogr. p. 406. & seqq. Jacobonius ad Fontej. de prisc. Caes. gent. p. 152. Schradaeus in Monum. Ital. pag. 186. b. ubi multa longe aliter. Gruterus pag. DCCCCL. 7. talem inscriptionem praefixit:

D. M.
PETRONII. ANTIGENIDIS.

& sic Fleetwood p. 312. & Labbaeus Thes. Epit. vet. P. I. p. 54. sed Fabrettus in Emendationibus ad Gruter. monet legendum PETRONIO ANTIGENIDI. ut edidit Pithoeus. Relatum quoque est inter Catalecta Petroniana cum hoc titulo: C. PETRONII. HILARI. PISAVRENSIS *Epigramma. Dis manibus Petronii Antigenidis.* vide & Marmora Pisaurensia p. 33. & ad ea notas Oliverii pag. 167. & seqq. ubi editur ex vett. MSS. apud Pandulfum Collenuccium. & ita, ut illic exstat, secutus est Bonada Vol. I. Clas. V. pag. 431. ex codice MS. Inscriptionum Jacobi Beyellii etiam protulit Barthius Lib. LII. Advers. cap. I.

pede qui stricto] *structo* conjecerat Heinsius, sed postea delevit. *per sancta*, pro *senta*, male apud Schradaeum.

pergis] sic Pithoeus & Fabrettus. *vadis* Fabric. Apianus, Marm. Pisaur. & alii.

mensesque duos, duo soles] *menses duos, duosque Solis* apud Jacobonium.

In superis feci] *in superos* Apian. Gruter. Jacobon. & Marm. Pis. sed correxit Fabrettus *in superis*. Barthius vero Lib. V. Advers. cap. 13. ita ut a Fabricio fuit editum,

In superisque fuei, tenere nutritus, amatus.

& vult τὸ *fuei* positum ut bis intelligatur. primo *fui*, id est vixi decem annos & quod excurrit. deinde *fui* nutritus & amatus ab omnibus Diis & hominibus. Longe aliter haec omnia apud Schradaeum, qui edidit,

Bis quinos annos mensesque duos ego natus
Ad superos feci gressus, nutritus amato
Dogmate Pythagorae, sensusque meavi Sophorum.

Et libros legi, legi pia carmina Homeri] *Et Lyricos legi* apud Schradaeum.

Sive quot Euclides abaco] *quod* edidit Pithoeus, sed *quot* Gruterus, & ita Heinsius censebat legendum. Fabrettus *quos*. *Euclides* apud Fabric. Apian. Jacobon. Ferret. & in Marm. Pisaur. & sic Heinsius. *Euclidis* ed. Pith. *Croi quae Euclides* apud Schradaeum. Barthius vero Lib. V. Advers. 13. hoc modo:

Scire quod Euclides abaco praescripta tulisset,
Delicias habui, pariter lususque procaces.

& hic quoque iterum ἀπὸ κοινοῦ verbum *habui* duabus periodis satisfacere vult. Ideo vero *delicias* dicere, quod intra decennium vel paulo supra illud, delicias faciendo elementa Euclidis videri vult didicisse puerum, & hoc in maximis ejus laudibus ponit. Sed & praecedenti versu scribendum

Haec Hyarus mihi contulerat pater atque patronus,
Si non infelix contraria fata habuissem.
Nunc vero ad infernas sedes, Acherontis ad undas,
Tetraque Tartarei per sidera tendo profundi.

Effu-

dum existimat, *studia inque Sophorum*. infelici certe conjectura. *legere* enim *studium* nescit an non sit durius, & Homerum junxisse studiis Philosophicis, ex notissima veterum consuetudine, addit. de qua vide notas doctorum ad Petron. cap. 5. Pueros enim vel cum ipsis elementis Homerum docebant veteres. Sed non jungendum est *studium* cum τῷ *legere*. sed cum *sensi*. ideoque distinguendum est, ut edidi,

Dogmata Pythagorae sensi, studiumque Sophorum:
Et libros legi, legi pia carmina Homeri.

Forte tamen hic innuit se veterum libros & praecipue carmina Homeri legisse aut explicuisse patrono suo Hyaro, sive ad lectum sive ad mensam, ita *legere* pro interpretari, exponere. vid. ad Lib. II. Ep. 240. Moris enim erat veteribus libertos servosque, qui eruditione fuerant tincti in juventute, habere, ut ad mensam canerent vel legerent veterum poëtarum, & prae ceteris Homeri carmina, maxime in conviviis potentum. Unde in inscriptionibus antiquis inter officia servorum mentio fit SERVI. LECTORIS. CARMINVM. HOMERI. in epitaphio Tiberii Claudii Tiberini, Augusti Liberti, quod ex Muratorio Tom. II. pag. 655. exhibui supra Ep. CCLX.

Quondam ego Pieria vatum monumenta canore
Doctus cygneis enumerare modis.
Doctus Maeonio spirantia carmina versu
Dicere Caesareo carmina nota foro.

ubi Muratorii notam vide. sic in Epigr. vet. ex Maffejo mox edendo Ep. CCCXLVI. *Grammaticus lectorque fui* &c. talem libertum suum Zosimum describit Plinius Lib. V. Epist. 19. *pronuntiat acriter, sapienter, apte, decenter etiam: utitur & cithara perite, ultra quam comoedo necesse est. idem tam commode orationes & historias & carmina legit, ut hoc solum didicisse videatur.* plura Fr. Victorius in Dissert. Glyptograph. cap. XX. p. 65. 66. 67. & de Lectoribus illis vid. Gorium ad Columbarium Liviae pag. 92. & Blanchin. in Sepulcr. Fam. Aug. p. 42. Ceterum per *pia carmina Homeri*, hymnos ejus, & per *libros* Iliadem & Odysseam intelligit Cuperus in Apoth. Homer. p. 108. sed Heinsius hic *pia carmina*, non propter laudem Deorum, sed *pia* sacra dici censebat; ut poëtae *pii* passim vocantur, quia vates sacerdotum instar. Catullus:

Nam castum esse decet ac pium poëtam.

Virgil. VI. Aen. 662. *Quique pii vates, & Phoebo digna locuti.* & sic Tibullus *sacer vates* Nasoni in ejus Epicedio.

Haec Hyarus mihi contulerat] sic Pithoeus, Fabrettus, & alii. *Hoc hilaris* Schradaeus. *Irrus* apud Jacobonium. *Hiarus* Fabric. Heinsius scribendum conjiciebat *Hilarus*. ut in Marm. Pis. & apud Gruter. Bonifac. & Labbaeum. neque hoc nomen infrequens est in monumentis antiquis, ut ex Inscriptionibus constat. sic *Hilari* mentio apud Martial. Lib. VI. Epigr. 73.

Hos Hilarus colles & juga laeta tenet.

vid. Ald. Manutii Orthogr. pag. 406. & seqq. sic E. MODESTIVS (TINVS) HILARVS & M. PLAVTIVS HILARVS in Inscript. apud Sponium Miscell. p. 55 & 56. HILARVS. ABVNDANTIAE. CONIVGI. BENEMERENTI in Maffeji Museo Veron. p. CCLXXIX. 6. P. LAETILIVS. P. L. PAL. HILARVS in inscript. apud J. Mar. Mattium Lib. II. Oploion. cap. 3. HILARVS. LIVIAE. L. CORNELIANVS apud Bianchini Inscriz. Sepolcr. p. 32. HILARVS. LIVIAE. OVGETIANVS. AV. ARGENTVM pag. 61. & inter libertos pag. 72. HILARA etiam pag. 34. VLIA. HILARA. LIBERTA. CAES. ORNATRIX. & pag. 49. ERIDANO. IMP. DOMITIANI. VESTIPLICO. HILARA. CONIVGI. SVO. BENEMERENTI. & apud alios saepe.

pater atque patronus] sic Pithoeus & Fabrettus. *ipse* apud Apian. Ferret. Jacobon. Schradaeum, Labb. & in Marm. Pisaur. & ita Fabricius, sed apud quem male distinguitur:

Haec Hiarus mihi contulerat pater, ipse patronus
Si non infelix contraria fata habuissem.

habuisset Jacobon. *habuissent* Apian. *habuissem* cum Pithoeo Gruterus.

Nunc vero ad infernas] ita Pithoeus & Fabrettus. sed metro adversante. *ad* non agnoscunt Fabric. Gruter. Ferret. & alii, cum Marm. Pisaur. *Non modo ad* Schradaeus. Pithoeum male haec corrupisse notat Barthius, qui hunc versum ita constituebat,

Nec retro infernas sedes, Acherontis ab undis,
Tetraque Tartarei per sidera tendo profundi.

hoc sensu, licet tanta tamque praeclara liquerim, non tamen cupio retro ire. Philosophari enim ex libris, quos modo nominavit, facit patrum gratissimum, memor ejus colloquiorum, sed gaudere simul, quod semel enavit hoc pelagus. eo facit & clausula Epigrammatis, ubi deprecatur

(exem-

Effugi tumidam vitam. spes, forma valete.
Nil mihi vobiscum est: alios deludite quaeso.
Haec domus aeterna est: hic sum situs, hic ero semper.

Ep. CCCXLV.

P. ATILII. GRAMMATICI.

Morborum vitia & vitae mala maxima fugi.
Nunc careo poenis, pace fruor placida.

Ep.

(exemplo summi poëtae valedicens vitae) ne velint reverti, *Spes forma valete.* Sed inepte in omnibus apographis *hic sum situs* pro *sim* legitur, quae scriptura superfluum & absonum facit τὸ *quaeso.* quis enim contemtim quem adloquens eumdem simul deprecatus est. Haec Barthius.

Terraque Tartarei per sidera tendo profundi] vitiose *Terraque* apud Jacobon. *Tetraque Tartarei sidera possideo* apud Schradaeum, versu pentametro, pro *per sidera* forte *per limina.* sic *limina inferni*, *limina Olympi*, & sim. apud poëtas. non dissimile illud Juliae apud Lucanum Lib. III. 12.

Sedibus Elysiis, campoque expulsa piorum,
Ad Stygias, inquit, tenebras, manesque nocentes
Post bellum civile trahor.

Effugi tumidam vitam; spes, forma valete, Nil mihi vobiscum est, alios deludite quaeso] sic Gruter. & Marm. Pisaur. *timidam* male apud Jacobon. *tumida* vita est tumultuosa, excercita, & laboriosa vide Cuper. Lib. II. Observ. pag. 185. *Effugi vitam, Spes & fortuna valete* apud Schradaeum. quod ex alio Epigrammate petitum. vide ad Ep. CCLXXIV. & CCCXL.

Haec domus aeterna est] *Haec domus aeterna, hic situs, hic ero semper* edidit Schradaeus. sed legendum forte *Heic domus aeterna est: hic sum situs.* ut apud Virg. VII. Aen. 122.

——— *salve fatis mihi debita tellus,*
Heic domus, haec patria est.

de *domo aeterna* pro sepulcro vide ad Ep. CXLIX.

Ep. CCCXLV. *Morborum vitia* &c.] sine ullo titulo est apud Pithoeum Lib. III. p. 107. Fleetwoodum pag. 513. & Labbaeum Thes. Epitaph. vet. P. I. pag. 7. Comi exstare patet ex Apiano pag. LXXIX. & Grutero pag. MLXII. 3. ubi notatur ex Pighio haberi apud Smetium, in cujus tamen Inscriptionum Opere frustra hos versus quaesivi. titulum inscripsi P. ATILII. GRAMMATICI, quia distichon hoc, quod suavissimum vocat, insculptum fuisse in latere basis, positae Atilio Grammatico a Comensibus, indicat Paulus Jovius in Descript. Larii Lacus Tom. III. Part. I. Thes. Ital. p. 1212. *Comi* etiam praescribitur in cod. Bucheliano; & hoc amplius in Inscriptionibus MSS. Pighianis, *Comi in aede D. Fidelis in sepulcro.* ut apud Gruterum. Sed Jacobonius Adpend. ad Fontej. pag. 124. testatur legi *Comi ad D. Felicis Martyris in pervetusto lapide.* Ex Benedictii Zobii Comensis Collectaneis MSS. veterum Monumentorum, quae in Urbe & agro Comensi reperta fuere, ab Abbate Rodulphino Venuto secum communicatis, edidit Bonada Vol. I. pag. 437. ubi praemittit Inscriptionem huic disticho praefixam,

P. ATILII
P. F. O. V. F.
SEPTICIANI
GRAMMAT. LATINI
CVI. ORD. COMENS.
ORNAMENTA
DECVR. DECREVIT
QVI. VNIVERSAM
SVBSTANTIAM
SVAM. AD. REMPVBL.
PERTINERE. VOLVIT.

In codice autem Bucheliano diversis locis separatum habetur epigramma metricum ab Inscriptione prosaica, quam indicat etiam Glandorpius in Onomast. p. 136. *P. Attilius P. F. O. V. F. Septicianus, Grammaticus Latinus, refertur cum multa laude in Memoriis Comensium, Inscript. Antiq. pag. 78.* & solam hanc prosaicam invenies apud Suetium Fol. CLIX. 5. & alio in loco apud Gruter. pag. CCCLXVII. 5. ubi margini exemplaris mei Gudiani adscripsit Graevius: *iste lapis duas quasi alas lapideas ab utroque latere habuit. in dextra haec fuerunt adscripta,*

Morborum vitia, & vitae mala maxima fugi.
Nunc careo poenis, pace fruor placida.

& sic inveni hanc ipsam Inscriptionem, sed addito epigrammate, in apographo codice MS. ex quo jam alibi nonnulla produxi, Collectaneor. Monum. vett. Comensium ejusdem Benedicti Zobii, ut titulus prae se fert, e supellectile D'Orvilliana mihi suppeditato; ubi versus haberi in dextro latere monumenti, quod exstet in fano

D.

EP. CCCXLVI.

Grammaticus lectorque fui, sed lector eorum
More, incorrupto qui placuere sono.
Conjugis exiguo, natae pietate, sepultus
Hoc Marius Fidens contegor a tumulo.

V. MARIA. DIDYME. MARIA. ACHELOIS.

EP. CCCXLVII.

GELLIVS. MAXIMVS. PHOEBO. LIBERTO.

Hic situs est, quondam Gellî pars maxima, Phoebus,
Adfectus omnes possidet iste lapis.

Vix

D. Petri, indicatur. Sed quis ille Benedictus Zobius? inter Comenses olim eruditos mihi ignotum fateor. Error est vulgaris ex Italica pronuntiatione ortus. nam & ab aliis sic vocari video praeter Bonadam eo non tantum loco, quem modo advocavi, sed etiam Tom. II. pag. 409. sic apud Gruterum p. DCCCXXII. 8. adfertur Inscriptio *Comi prope aedes Benedicti Zobii, Physici.* quam autem illic habet Gruterus, inveni in eodem illo Codice, ubi adnotavit, eam *inter binas aedes suas conspici.* eodem etiam nomine, quod miror, adpellatur a Mabillonio in itin. Ital. pag. 213. *Varias*, inquit, *Comensis agri atque Urbis Inscriptiones in unum corpus collegit An.* 1526. *Benedictus Zobius, & ipse Comensis, cujus collectionem Romae in Bibliotheca Christinae Reginae vidimus, cum ejusdem Zobii Observationibus. At pleraeque illae Inscriptiones jam in lucem prodierunt.* Prodierunt sane pleraeque in Corpore Gruteriano, nonnullae etiam in Smetianis. Sed vel sic conferre juvat, & nulquam fere apud eos exhibentur ipsorum marmorum delineationes, ut taceam scripturae varietatem, & Observationes singulis monumentis praefixas ab ipso Collectore, cujus verum nomen est *Benedictus Jovius*, Comensis, frater Paulli Jovii Historici; ut patet ex Syllabo Auctorum, e quibus Fontejus Inscriptionum Lapides in Opere de prisca Caesiorum gente desumsit, ubi inter alios recensetur, sub finem Libri: *Benedictus Jovius, Comensis, Paulli Historici Frater, vir doctissimus, anno* 1509. *patriae Inscriptiones collegit. exemplar multi habent. Archetypum, ut videtur, utendum dedit Basilius Pallavicinus Medicus.* Sed quod collectionem istam a Bened. Jovio an. 1509. factam illic innuat Fontejus, non convenit cum Mabillonio, qui an. 1526. id contigisse scribit; & rectius, ut opinor: quia sic jubent verba ipsius Jovii in adnotatione ad marmor L. Calpurnii Fabati, cujus inscriptio est in Grutero p. CCCLXXXII. 6. & Donio Cl. IV. N. 27. & Cl. V. N. 5. de illo enim haec admonet in codice isto pag. 151. *Ceterum haec ingens marmorea basis juxta loculum quondam latericium, Fabati cineres & semiusta ossa continentem, in Coenobio Divi Abundii anno Salutiferi partus* MDXI. *qui est quintus decimus a superiorum omnium Collectione, ex altera terrae mole eruta est.* Benedictus igitur Jovius, non Zobius, in posterum audiat, quomodo *ex Benedicti Jovii Collect. Antiquitatum* inscriptio est in Doniania Cl. IV. N. 38. & *ex schedis Jovii* Comensem Inscriptionem adfert Muratorius Tom. III. pag. MCCXLVII. 7. quae legitur etiam in inedito Hieronymi Borsaerii Theatro Insubricae Magnificentiae, in quo Opere etiam alibi memoratur Inscriptio ex eodem Jovio producta. Sed plura non addo, quia verum nomen huic viro erudito, licet minus hodie noto, & de Antiquitatum monumentis bene merito, etiam adseruit Franciscus Antonius Zacharias, in Epistola ad Hannib. Oliverium Pisaurensem, inserta Miscellan. Lipsiens. Nov. Vol. X. P. I. pag. 238. & seqq. ubi ex Codice Mediolanensi adfert varias lectiones & emendationes, quas confert cum vett. Inscriptionum editoribus Grutero, Donio, & Muratorio, qui ex hoc Jovio Comenses Inscriptiones suis Collectionibus inseruerunt.

EP. CCCXLVI.] ex Maffeji Museo Veronensi p. 258. 3. edidit Bonada Vol. I. Cl. 5. pag. 436.

EP. CCCXLVII. GELLIVS. MAXIMVS. PHOEBO. LIBERTO] Exstat apud Apianum pag. 109. Mazoch. p. 39. b. G. Fabric. p. 121. Pithoeum pag. 140. Gruter. p. DCCCCL. 10. Ferret. Lib. I. pag. 53. Bonifac. de comp. Epit. pag. 169. Fleetwood p. 314. Labbaeum Thes. Epitaph. vet. P. I. p. 38. Donium Cl. X. pag. 371. & ex Donio dedit Muratorius Tom. III. pag. MDXXXVIII. 8. Bonada Vol. II. pag. 397. & Anglus anonymus

Vix confummavit feptem quinquennia luftri.
Ofcula ferventem nec tenuere animam.

Quod

in Londinenfi Delectu Infcript. Metric. N. XXII. pag. 18. ex codice MS. circa an. 1400. fcripto adfert Mattei Memorie Iftoriche del Antico Tufcolo p. 97. in Thef. Ital. Tom. VIII. P. IV. p. 37. & teftatur inventum fuiffe in aedibus collapfis Luculli in Tufculano. & fic Vulpius in vet. Latio Prof. Lib. XIV. cap. 5. p. 163. ex veteri codice Moroni etiam excerpfit N. Heinfius. & in meo Perotti MS. legitur, & codice Bucheliano. Martialis effe hoc Epigramma contendebat Scaliger. ut exemplari fuo adfcripferat Scriverius. Plerique autem in Infcriptione carmini praemiffa differunt. Apianus,

in agro Tufculano.

D. M. S.
M. GELLIVS. MAXIMVS
PHOEBO. LIB. OPTIM.

& ita in Perotti codice, & apud Donium, & Murator. & verbis inverfis Ferretius,

D. M. SACR.
PHOEBO. LIBERTO. OPTVMO
M. GELLIVS. MAXIMVS.

G. Fabricius & Pithoeus, GELLIVS. MAXIMVS. PHOEBO. LIBERTO. ut in Cod. Bucheliano. aliter apud Gruterum,

DIIS. MANIBVS. SACRVM
PHOEBO. LIBERTO. OPTVMO
M. GELLIVS. ABASCANT.

Celfus Citadinus M. CAELIVS pro GELLIVS habet, & hinc apud nonnullos v. 1. *Coeli pars maxima.* & Romae exftare ait *in S. Lucia in Orphea*, ut Grutero adfcripferat Gudius. & fic fere Mazoch. nifi quod praefcribat *in S. Lucia in Silice.*

quondam Gelli pars maxima] *quondam Coeli* Apian. Mazoch. Grut. v. e. Moron. & Perott. Mattei in vet. Tufc. & Vulp. quia in infcriptione COALIVS pro GELLIVS apud alios. fed *Gelli pars maxima* Fabric. Pith. Donius, Ferret. & Murat.

Vix confummavit feptem quinquennia luftri] fic omnes ediderunt, confentientibus MSS. *luftris* tamen legendum jubet Barthius Lib. IV. Adverf. 17. *confummare* verbum Ciceronis aetate incognitum dicit Ferrar. ad Cic. XI. Philip. c. 7. fed ut longa digreffione ibidem oftendit Barthius, lapidum & monumentorum prifci aevi ratio illa habenda eft, ut eorum fermo non femper exigendus fit ad normam fcriptorum optimorum. neque tamen *confummare* inter damnata verba rejiciendum. nam fic *confummare annos* dixit Ovid. V. Trift. 5. 24.

Confummetque annos, fed diuturna, fuos.

& III. Faft. 166.

Quae confummatur partibus una dies.

quod recte vindicavit Patruus meus contra Heinfium, *confumatur* tam illic, quam priore loco *Confumetque*, emendantem. utuntur eo Suetonius Plinius, Florus, Seneca, aliique. & *confummare* pro perficere, & abfolvere dixit Tacit. III. Hift. 84. vide Tennul. ad Frontin. Lib. II. in Praef. fic MONVMENTVM INPERFECTVM CONSVMMARE in Infcript. apud Gruter. pag. DCCXLIX. 5. & AQVAEDVCTVM CONSVMMARE in veteri marmore, quod ex Corfino adfert Nobiliff. Gabr. Lancellottus in Syllog. Infcript. Panorm. pag. 123. Gloffae MSS. Lat. Gr. *Confummare*, ἐκτελέω. & in Gloffario inedito Leidenfis Bibliothecae: *Confummationes, quoniam confumantur*, (fcrib. *confummantur*) *id eft finiuntur.* fimpliciter vero *confummare*, pro vitam abfolvere, in Infcriptione apud Fabrett. cap. III. N. 189. pag. 148.

QVI. VIXIT
ANNE. ET
CONSVM-
MAVIT. BENE.

alio nonnihil fenfu in lapide apud Muratorium T. III. pag. MDIV. 3.

INIQVITATE. FATORVM
SVSTO. RAPTAE
VT. NON. POTVERIT
CONSVMARE. IN. SE
DESTINATA. BENEFICIA
MAMMAE. SVAE.

Ofcula ferventem nec tenuere animam] eleganti verbo *tenere animam* pro morari, retrahere fugientem ex corpore. Statius Lib. I. Theb. 48.

Merferat aeterna damnatum nocte pudorem
Oedipodes, longaque animam fub morte tenebat.

ut recte pro *trahebat* Heinfius Lib. IV. Adverf. pag. 608. quod firmat illic codex Herbipolenfis, Behotianus, Rottendorphii, Anglican. Taurinenfis, & qui olim fuit P. Vlamingii. fic in Collariis illis fervorum fugitivorum, TENE. ME, NE. FVGIAM. qualia habentur apud Sponium Mifcell. pag. 300. 301. Fabrett. pag. 522. Fleetwood pag. 332. Murator. Tom. I. pag. CCLXXIX. & Gorium Adpend. Infcr. Flor. Tom III. p. 7. & 283. hunc verfum cum loco Bionis recte comparavit ibidem Barthius. ofculis enim fibi perfuadebant animas moribundorum fifti ac retineri poffe, vel etiam ab inferis revocari. Propertius Lib. II. El. 20. 73.

Jam licet & Stygia fedeat fub arundine remex,
Cernat & infernae triftia vela ratis:
Si modo clamantis revocaverit aura puellae,
Conceffum nulla lege redibit iter.

vide

Quod si mutari potuissent fila Sororum,
Gauderet condi Maximus hoc tumulo.

EP.

vide illic Broukhusii notas. non spernenda est ibidem lectio Codicis D'Orvilliani secundi, in quo *damnatus* pro *clamantis*. unde *damnatum* posset legi, ut in Groningano, id est morti jam addictum. & cum Heinsio *revocarint ora*. hinc & morientes extremis osculis animas suas in ora superstitis mariti vel amici transferre finguntur apud poëtas. ut Priscilla Abascanti apud Statium Lib. V. Sylv. I. 195.

Haec dicit labens, sociosque amplectitur artus,
Haerentemque animam non tristis in ora mariti
Transtulit, & cara pressit sua lumina dextra.

plura vide ad Tom. I. hujus Anthol. Lat. Lib. III. pag. 653. haec autem veterum vestigia optime pressit Jo. Jov. Pontanus Lib. I. Amor. p. 18. ed. Ald. loco elegantissimo,

Oscula si summis saltem mihi pacta labellis,
Concessum ambrosio si semel ore frui,
Languidulis animam poteras tum reddere membris,
Et nudum inferno me revocare lacu.
Non mala Persephone letum properasset acerbum,
Nec juveni pallens Styx adeunda foret.
Non Phlegethonteae sentirem incendia ripae,
Eumenidumque angues, terrificumque Canem.
Sed tecum carae duxissem blanda juventae
Tempora, subque tuo factus amore senex.

quibus alia ex poëtis recentioribus contuli ad Lotich. Lib. V. El. x. pag. 341.

Quod si mutari potuissent fila sororum] *fata* in v. c. Moron. & Perott. Apian. Gruter. Bonifac. & Murator. *fila* G. Fabric. Pith. Mazoch. Ferr. Don. & Bonada.

Gauderet condi Maximus] *Optaret* in v. c. Moron. *Gellius* pro *Maximus* est apud Gruter. & Bonif. reliqui *Maximus*. sed *Coelius* ex Celso Cittadino ad marginem Gruteri notaverat Gudius.

EP. CCCXLVIII. Q. SVLPITIVS ABASCANTVS LASCIVAE VERNAE] sic Pithoeus p. 140. in v. c. Moroni inscriptio est, LASCIVA. VERNA. Q. SVLPICI. ABSTANTI. in Codice Perotti, LASCIVA VERNA Q. SVLPIC. ABASCANTI. apud G. Fabricium p. 122. Q. SVLPITIVS LASCIVAE VERNAE. Mazochius vero pag. 131. 6. LASCIVIA VERNA Q. SVLPICI ABASCANTI. in Grutero pag. DCCCCXLIV. 6.

D. M.
LASCIVIAE. IVCVNDAE. VERNAE.
Q. SVLPICI. ABASCANTI.

& sic Ferret. Lib. III. p. 188. LASCIVAE autem VERNAE nomen proprium est, ut in Inscript. Christiana apud Donium Cl. xx. N. 34.

LASCIVO. BEN.
IN. PACE QVI. . .

omnes vero conveniunt in nomine ABASCANTI non ABASCANTII, ut male adhuc hodie editur in Statio Lib. V. Sylv. I. ubi egregium est Epicedion Priscillae Abascanti conjugis, sub titulo ABASCANTII (leg. ABASCANTI) IN PRISCILLAM PIETAS. quod jam monuit Meursius Exerc. Crit. P. II. p. 115 & 116. & in Inscriptionibus vetustis non aliter scribi hoc nomen probat, in quibus tamen nonnumquam vitiatum legitur. sic ABASCANTVS AVG. LIB. in Inscript. apud Smetium Fol. XLV. 14. Boissard. P. VI. Antiqq. Tab. 31. Sponium Miscell. pag. 207. 2. & Gruter. pag. CCCXVIII. 5. DLXXV. 2. & pag. DLXXXVI. 4. in qua ultima ANTISTIA L. F. PRISCILLA ABASCANTI uxor memoratur, quam eamdem existimat Fabrettus ad Inscr. Antiq. cap. IV. p. 321. quae Epicedio Statiano cantata est. T. TICINIVS ABASCANTVS apud Apian. p. CCCXLVI. b. sic enim scribendum pro ABSCANTVS. ΑΒΑΣΚΑΝΤΟϹ in Graeco epitaphio apud Sponium Miscell. p. 331. 9. & c. VALERI ABASCANTI in numo antiquo apud eumdem pag. 299. ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΗΣ occurrit in Marm. Oxon. XXXVI. & ita corrigenda est mutila Inscriptio in iisdem Marmoribus N. XCV. ubi editur,

D. M.
. . . S. ABASCANIVS
. . . . NIA. RESTITVTA
. . . ET. SIBI. ET. SVIS. ET
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. SVIS
POSTERISQVE. EORVM.

quae sic forsan supplenda,

D. M.
LVCIVS. ABASCANTVS
ET. ANNIA. RESTITVTA.
FECERVNT. ET. SIBI. ET. SVIS &c.

utrumque nomen ABASCANTI & RESTITVTAE junctum etiam est in lapide Thesauri Muratoriani T. II. p. CMXXXIV. 15. M. COELIVS ABASCANTVS apud Boissard. P. IV. Antiq. Tab. 113. L. CVRTIVS ABASCANTVS P. V. Tab. 103. & C. PLINIVS ABASCANTVS P. VI. Tab. 14. M. VLPIVS AVG. LIB. ABASCANTVS apud Fabrett. p. 720. & Vulpium Lat. Prof. Tom. IX. p. 196. ATIMETI & ABASCANTI LIBERTORVM mentio in Donianis Clas. XVII. 18. & ita corrigendum Cl. VII. 2co.

D. M.
LAVRI
ABASCANTI. CAES. N.

non

Ep. CCCXLVIII.

Q. SVLPITIVS. ABASCANTVS
LASCIVAE. VERNAE.

Quae nondum ſeptem vitae conpleverat annos,
Quae caruit luce, & tenebris ſe miſcuit atris,

Laſ-

DOO ABASCANTIS. Io Gudianis pag. CCCXII. 3. L. ABVCCIVS. ABASCANTVS. BALBVS. & AELIVS ABASCANTVS apud Murat. Tom. II. p. MCXCIV. 3. ſic in Inſcript. apud Philip. a Turre in Diſſ. de deo Beleno inter Monum. vet. Antii pag. 263.

BELENO
AVO.
P. VIBIVS
ABASCANTVS.

& apud Bertoli in Aotiqq. Aquilej. pag. 181.

D. M.
L. TVRPILI
ABASCANTI.

apud Gorium Tom. I. Inſcr. Etruſc. pag. 91.

O. M.
C. CALPVRNIO
ABASCANTO
CALPVRNIA
HELPIS. &C.

pag. 97.

L. VENVLEIO. ISO
CHRYSO NARCIS
SVS. ABASCANTVS.

& pag. 342.

DIIS. MANIBVS
AVOVSTALIS. IVNI
FECIT. ABASCANTVS
IVNI. DE. QVO. NIHIL
DOLVIT. NISI
MORTEM EIVS.

in Marm. Taurinenſ. Tom. I. pag. 217.

DIVO
TRAIAN
C. QVINTVS
ABASCANTVS. &C.

ubi rationem oominis expoount Commentatores pag. 232. ſic *L. Satrio Abaſcanto* jus Quiritium a Trajano petit Plioius Lib. X. Epiſt. 6. ut recte in ed. Aldina, oam *Abaſcantio* in aliis. plures dabit Iodex Muratorianus. & vide Hagenbuch. Epiſt. Epigraph. p. 170 & ſeq. & Walchium ad Marm. Strozz. in Actis Societ. Lat. Jeneoſ. Vol. IV. pag. 104. Ceterum Gudius in notis MSS. marginalibus ad Gruterum notaverat, ridicule Barthium Lib. V. Adverſ. cap. 13. Epigrammatis hujus aoctorem facere Sulpicium, veterem poëtam. Sulpicium, ut puto, Lupercum Servaſtum Juniorem, de quo vide ad Tom. I. p. 513 & 551. Sed Sulpicius hic eſt nomen Patroni, qui vernae ſuae epitaphium poſuit.

Quae nondum ſeptem vitae conpleverat annos] Deſideratur hic verſus apud G. Fabricium, & Pithoeum. ſed addidi eum ex MS. Perotti, & v. c. Moroni, io quo legebatur, *Quae nondum ſeptem totos conpleverat annos.* ſed *vitae* rectius. & ita apud Gruterum, Ferretium, & Labbaeum. Mazochius etiam eum praefixit, ſed apud quem deeſt vox *vitae*. vid. ad Epitaphia Atimeti & Homonoeae Ep. CXLII. pag. 93.

Quae caruit luce, & tenebris ſe miſcuit atris] corrupte *cania luce* in v. c. Moron. *carere luce* hic dictum, ut in illo Muſei Capitolini Epitaphio Graeco apud Maffejum Muſ. Veroo. p. CCCXV. ἐκπρολιπὼν γλυκερὸν φάος ἀελίοιο. & in epitaphio Petroniae ſupra edito Ep. LXXIX.

Thalluſa hoc tumulo condita, luce caret.

Barthios Lib. V. Adverſ. cap. 13. hic excogitabat legeodum eſſe,

Quae caruit luce, ut tenebris vix exiit atris.

hoc ſenſu, vix matris utero progreſſa erat in vitam, cum vitam reddidit. ſed & acutius & verius ipſi videbatur olim ſcriptum fuiſſe *ut tenebris ſemeſcit atris*, vel *ſemexiit.* quod adhuc tenebras materni uteri non plane evaſerit, & nihilominus rapiatur ad Acheronticas alteras. Sed haec omnis tenebricoſa. Noo iodicatur, obiiſſe ſtatim poſt nativitatem, ſed ſeptimo aetatis aono nondum completo, ut primus docet verſus, quem ex MSS. addidi. unde & legi poſſet,

Quae nondum ſeptem vitae conpleverat annos,
Quam caruit luce, &c.

io reliquis retineamus lectionem ab omoibus editam. *tenebris ſe miſcere*, *in tenebras rapi*, & ſim. frequens de iis, qui tenebroſas Ditis ingrediuntur domos. ſic mox in Epitaphio Vernae,

——— *quis ab, quis ab aura*
In tenebras raptus perditus, ab morerer &c.

infra Eucharis Licioia,

Bis hic ſepteni mecum natales dies
Tenebris tenentur, Ditis aeterna domo.

Io epitaphio Nymphii apud Pithoeum pag. 126.

Calcavit triſtes ſancta fides tenebras.

apud Donium Cl. II. N. 183. p. 108.

Si ſacri manes, hic jaceo in tenebris.

& Cl. X. N. 79. pag. 372.

Duo & quaternos vitae conpleverat annos,
Haec jacet in tenebras.

quae ſic ſuppleri poſſe,

Haec jacet, in tenebras properata morte recedens.

ſupra conjeci ad Ep. CCCXCIII.

Lu-

Lasciva heu nimium fatis crudelibus orta est;
Liquit & orbatos miseros fidosque parentes,
Uberibus pressis nutricem liquit amantem.
Nutricis conjunx infelix ille relictus.
Moeret, & ad cineres plangit sua pectora palmis.
Nec fatis ereptam lucem sibi*.

* *

Ep. CCCXLIX.
Neapoli.

Verna puer, puer o mi verna, quis ah, quis ab aura
In tenebras rapuit perditus? ah morerer,

Ni

Lucanus III. 13.
A! Stygias, inquit, tenebras, manesque nocentes
Post bellum civile trahor.
Seneca Herc. Fur. 280.
Emerge conjux, atque dispulsas manu
Abrumpe tenebras: nulla si retro via.
sic in Inscript. apud Gruter. p. DCCCCXXIII. N. 5.
VIATOR. NOLI. MIHI. MALEDICERE
NEQVEO. IN. TENEBRIS. RESPONDERE.
& apud Murator. T. III. p. MCCCLXXXIV. N. 7.
HIC. IACEO. INFELIX. ZMYRNA
PVELLA. TENEBRIS.
notum illud Catulli,
Qui nunc it per iter tenebricosum
Illuc, unde negant redire quemquam.
quod ante oculos habuit Seneca Herc. Fur. 865.
Stat chaos densum, tenebraeque turpes &c.
Nemo ad id sero venit, unde numquam,
Cum semel venit, potuit reverti.
Quid juvat durum properare fatum?
hinc & *in tenebris esse*, *tenebris damnari* dicuntur, qui in dolore orbitatis summo sunt. ut in Inscript. apud Mazoch. pag. LXXXIIII.
PARENTES
INFELICISSIMI. AMISSIONE
EIVS. PERPETVIS TENEBRIS.
ET. QVOTIDIANA
MISERABILI
VLVLATIONE
DAMNATI.
tenebris addictus Pluto apud Fulgent. Lib. I. Mythol. cap. 4. ubi vid. Muncker. versu sequente legi etiam posset, *heu nimium Fatis crudelibus usa est*. Parcis nempe. eodem sensu, quo Cornelia Pauli apud Propert. Lib. IV. El. ult.
Num minus immites habui Cornelia Parcas.
Fata saepe pro Parcis. vid. Phil. a Turre in Monum. vet. Antii p. 298. & quae supra notavi ad Ep. XXXIV. *heu* deest in v. c. Moron. & Perott.
Nutricis conjunx infelix ille relictus] *Conjunx nutricis* v. c. Mor. & Per. ultimum versus octavi frustum non exstat apud G. Fabric.

Ep. CCCXLIX. *Verna puer, puer o mi verna*, &c.] a pluribus inter vetera editum. ut a G. Fabricio in Antiq. Monum. pag. 121. Pithoeo p. 140. Jul. Caes. Capacio in Forastierio p. 855. & Lib. I. Hist. Neap. cap. XXII. pag. 186. Tom. IX. P. II. Thes. Ital. Chytraeo in Deliciis pag. 84. Fabretto Cap. III. p. 190. ex Capacio excerptum Reinesio per epistolam misit N. Heinsius Tom. V. Sylloges p. 204. qui edidit Cl. VIII. pag. 879. & ex eo habet Almeloven. pag. 30. inter Catalecta Petroniana pag. 231. ed. Lugd. Frellon. etiam relatum fuit. & in codice Huydecoperiano inter antiquas Inscriptiones reperi, in quo praescribitur haberi Neapoli apud Adrianum Spataforam. Legitur etiam apud J. Guenebaldum in rarissimo libro Gallico, Tumulo Chyndonactis, (*Reveil de Chyndonax*) edito Divione 1621. in quo p. 133. profert hoc Epigramma, notatuque dignum censuit, in medio lapidis haberi circulum sive coronam, indicio aenigmatis de amore infinito, quod rarum in ejusmodi monumentis esse addit. Sed aenigmatice nugatur. nam est circulus, in quo foramen ad inmittendas lacrimas & suspiria, ut apud Fabrettum videri potest. quo respicit secundum hujus Epigrammatis distichon. idque tam rarum est in ejusmodi monumentis sepulcralibus, ut in millenis passim conspiciantur ejusmodi tabellae cum foraminibus. vide supra ad Epitaphium Lydae Ep. CLXVII. talem laminam, in cujus medio foramen ad lacrimas excipiendas, haberi puto in Inscriptione apud Reines. Cl. XVII. N. 164. & Cl. XIX. N. 51. non vero signum illud circulorum esse marmorarii lusum, quod existimasse Reinesium miror; & merito refutavit Maffejus ad Mus. Veron. pag. CLXIV. N. 4. Ceterum hoc Epigramma ex Fabretto etiam edidit Bonada Vol. II. p. 407. anonymus Anglus in Delect. Inscr. Metric. N. IV. p. 7. & ex Pithoeo Labbaeus Thes.

Epit.

Ni tecum adſidue loquerer, ni ſaepe jocando
Fallerer, hinc, te cum continuo adſpicio,
Semper ero tecum, &, ſi me ſopor occupet, umbram
Te umbra petam: ergo umquam ne metue abs te abeam.

Ep.

Epit. vet. P. I. p. 75. aliique. a ſolo Grutero inter Spuria repoſitum fuit pag. XVII. N. I. quem ſecutus eſt Ferretius, qui ſuppoſititia rejecit in librum Quintum, ubi p. 318. illis hoc quoque inſeruit. Sed qua de cauſſa ignoro; quamquam Cel. D'Orvillius haeſerit, de hoc Epigrammate in Adnot. MSS. ad Murator. ſic ſcribens: *Neſcio quid ſlo-tuam de eleganti quidem, ſed nimis κακοζηλοτερμίνῳ epigrammate apud Fabret. p. 190. Verna puer, puer o mi verna* &c. Malui tamen tot hominum eruditorum exempla ſequi, & inter vetuſta etiam ei locum dare. apud Gruterum vero & Ferretium praefigitur,

DIS. MANIB.
GLICONI. VERNAE. DVLCISS.

& carmini ſubſcriptum, C. BAEBIVS. RVFVS. relicta lacuna.

Verna puer, puer o mi verna] *Verna meus o mi verna* apud Capac. cum Pithoeo & Fabricio conſentiunt Gruter. Fabret. Reineſ. & MS. Scaligeri, cum quo contulerat Cl. Oudendorpius. male Ferretius *Verna puer, a mi, quis ab quis* &c. verſu ſecundo melius, ut puto, apud Capacium, Fabrettum, & Reineſium *Te in tenebras rapuit.* quod ſecutus eſt Bonada. *in tenebras rapuit* Invidus apud Gruter. & Ferret. Barthius Lib. IV. Adverſ. cap. 17. adfert ita, ut edidit Fabricius, & ego in cod. Huydecoperiano inveni,

In tenebras rapuit, perditus heu morerer.

& ſimul illuſtrat id quod ſequitur *ni ſaepe jocando Fallerer. invidus heu morerer* Ferret. *perditus ab* MS. Scalig. *perditus, heu morerer* Capac. Guenebaldus, & Chytraeus. *en morerer* apud Capacium. *rapuit? perditus ah! morerer*, diſtinguitur in Catalectis Petronianis. quarto verſu *hinc dum te continuo inſpicio* exſtat apud Fabric. & Guenebaldum. *ut morerer* Fabrett. & ſic in cod. Huydecoperiano, in quo etiam *te dum.* illud *inſpicio* referri poteſt ad foramen laminae, quae in medio hujus monumenti habetur apud Fabrett. ut ſupra notavi. *hinc te cum* Pith. Gruter. & Ferret. *te dum* MS. Scalig. & Chytraeus. *hinc dum te* Capac. Fabrett. & Anglus in Delectu Londinenſi.

Ni tecum adſidue loquerer, & ſeqq.] His perquam ſimilia ſunt in Inſcriptione monumenti, quod Furia Spes poſuit L. Sempronio Firmo conjugi apud Smetium Fol. CX. 4. & Gruter. p. DCCLXXXVI. 5. ubi haec inter alia:

ITA. PETO. VOS. MANES. SANCTISSIMI
COMMENDATVM. HABEATIS
MEVM. CARVM. ET. VELITIS
HVIC. INDVLGENTISSIMI. ESSE
HORIS. NOCTVRNIS
VT. EVM. VIDEAM.
ET. ETIAM. ME. FATO. SVADERE
VELIT. VT. ET. EGO. POSSIM
DVLCIVS. ET. CELERIVS
APVD. EVM. PERVENIRE.

in cujus marmoris media parte etiam adparet foramen ſeu circulus laminae, ut in hoc lapide, per quam ſuſpiria & lacrimas inmittere, defunctorum manes videre & adloqui ſe poſſe, opinabantur, umbraſque mortuorum nocte vagari, & reviſere ad eos, quos in vita amaverant, credebant. quo referendum illud HORIS NOCTVRNIS. VT. EVM. VIDEAM; & *Ni tecum aſſidue loquerer*, & *te continuo adſpicio* in hoc Epigrammate. quae optime illuſtrantur elegantiſſimis Propertii verſibus Lib. IV. El. 7. 89. & ſeqq. ubi Cynthiae umbra poëtae in ſomnio adparet:

Nocte vagae ferimur. Nox clauſas liberat umbras,
Errat & abjecta Cerberus ipſe ſera.
Luce jubent leges Lethaea ad ſtagna reverti.
Nos vehimur. vectum nauta recenſet onus.
Nunc te poſſideant aliae: mox ſola tenebo:
Mecum eris, & mixtis oſſibus oſſa teram.

Neque dubito ejuſmodi lapidum Inſcriptiones cogitaſſe, vel ante oculos habuiſſe Joannem Jovianum Pontanum, quum Uxori ſuae Hadrianae Saxonae ſcriberet illud Epitaphium:

QVINQVENNIO. POSTQVAM. VXOR. ABISTI
DEDICATA. PRIVS. AEDICVLA
MONVMENTVM. HOC. TIBI. STATVI
TECVM. QVOTIDIANVS. VT. LOQVERER
NEC. SI. MIHI. NON. RESPONDES
NON. RESPONDERIT. DESIDERIVM. TVI
PER. QVOD. IPSA. MECVM. SEMPER. ES
AVT. OBMVTESCIT. MEMORIA
PER. QVAM. IPSE. TECVM. NVNC. LOQVOR
HAVE. IGITVR. MEA. HADRIANA
VEL. ENIM. OSSA. MEA. TVIS. MISCVERO
VTERQVE. SIMVL. BENE. VALEBIMVS
VIVENS. TECVM. VIXI. ANN. XXIX. DIES. XIX.
VICTVRVS. POST. MORTVVS. AETERNITATEM. AETERNAM.

IOAN-

EP. CCCL.

MANFRIDI. TONSORIS. EPITAPHIVM.

Manfridus tota cecidi qui flente Panormo,
Tonſorum quondam primus in urbe fui.
Numquam vena meum ſenſit nec vulnera ferrum,
Hanc ſentire manum non potuere genae.
Ars ſpeculi, pecten, periere novacula, thecae,
Et ſimul hic mecum cuncta ſepulta jacent.

EP. CCCLI. DOMITILLA. HECTORI.

Qui colitis Cybelen, & qui Phryga plangitis Attin,
Dum vacat, & tacita Dindyma nocte ſilent:

Flete

IOANNES. IOVIANVS. PONTANVS
HADRIANAE. SAXONAE. VXORI. OPT.
AC. BENEMERENTISS. POSVIT. QVAE
VIX. AN. XXXXVI. MENS. VI.
OBIIT. KAL. MART. AN. MCCCCLXXXX.

ita hoc deſcripſi ex Codice diverſorum Epigrammatum Meermanniano. & haberi illud in Aede Pontani, quam D. Mariae & Joanni Euangeliſtae ſacravit, a D'Orvillio noſtro cultiſſimis jambis celebrata, videbis in vita Pontani, eleganti libello nuper ab eruditiſſimo Neapolitano Roberto de Sarno deſcripta, pag. 31 & 32.

& ſi me ſopor occupet, umbram Te umbra petam] male apud Capacium *Umbra Te umbram petam*. *peto* in Cod. Scalig. Quod hic bono ſenſu dicitur, infeſto & inimico animo minatur Ovidius Ibidi v. 141.

Tum quoque cum vacuas fuero dilapſus in auras,
Exanimis mores oderit umbra tuos.
Tum quoque factorum veniam memor umbra tuorum,
Inſequar & vultus oſſea larva tuos.

& Dido Aeneae apud Virg. IV. Aen. 385.

Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero, dabis, improbe, poenas.

quem locum adfert Scholiaſtes Statii ad illud Lib. V. Theb. 163. *matremque recens circumvolat umbra.* ſed ſimul etiam notat: *& hic poëtice, ut Euripides, Syrſeen operſu.* in qua monſtroſa ſcriptura latent verba loci Euripidei, quae exciderunt. lucem egregiam huic epigrammati adfundent quae notavit J. Fr. Gronovius in Diatrib. Statian. cap. XXII. pag. 122 & 123.

erga umquam ne metue abs te abeam] in MS. Scalig. *erga vale, ne metue abs te abeam.* ceteri omnes ita ut ex Pithoeo edidi.

EP. CCCL.] hoc non illepidum, licet aetatis non admodum vetuſtae exiſtimem, legitur apud Gualtherum in Tab. Antiq. Inſcripr. Sicul. p. 41. ed. Meſſan. & Auguſtum Inveges inter Inſcriptiones antiquas in Annalib. Panorm. pag. 387. Vol. XIV. Theſ. Sicil. verſ. ſec. *quondam* edidi pro *condam*, ut apud Gualther. & Inveg.

EP. CCCLI. *Qui colitis Cybelen* &c.] egregium hoc Epigramma innumeri protulerunt. ut Apianus p. 236. Mazochius fol. 85. Aldus in Orthogr. in *palaeſtra* p. 564. G. Fabricius in Monum. Antiqq. p. 122. Boiſſard. in Antiqq. ſeu Topogr. P. III. pag. 48. Smetius fol. CXXIV. 8. Gruterus pag. DCLV. 3. Onuphr. Panvin. de Ludis Circenſ. Lib. I. p. 66. Ferret. in Muſ. Lap. pag. 70. Pithoeus Lib. III. p. 141. Fleetwood pag. 219. Angius in Delect. Inſcr. Metr. N. XXXIX. pag. 29. & ex Celſo Cittadino Bonada Vol. II. pag. 369. Ciofanus ad Ovid. X. Met. 104. & II. ex P. Ep. 9. 58. ex quo patet olim fuiſſe in aedibus Petri Donati Caeſii Cardinalis, quod idem innuit Ciofan. ad Ibin v. 457. vid. & Caſtalion. Dec. IX. Obſerv. cap. 10. & Boxhorn. Quaeſt. Rom. III. p. 23. qui ex hoc carmine Cybelen inter numina inferna referendam exiſtimat. ſed quod merito exploditur a Gronovio Lib. III. Obſerv. cap. 15. pag. 567. Martiali denique adſcribebat Barthius Lib. V. Adverſ. cap. 13. In meo autem Perotti Codice bis legitur. in Pighii Inſcriptionibus MSS. ſub finem, & in libello Inſcriptionum manu Cyriaci Anconitani ſcriptarum, cum titulo *Romae in pariete domus Franciſci Sinebaldi prope pontem S. Angeli.* quod & in codicis Meermanniani margine adnotatum inveni.

& qui Phryga plangitis Attin] illuſtrabunt haec Mauſſaci notae ad Harpocration. In "Αττις p. 85. qui tamen male in ſecundo verſu exhibet *placida* pro *tacita nocte.* Claudian. II. in Eutrop. 286. de

Cy-

Flete meos casus. non est alienus in illis
  Hector, & hoc tumulo Mygdonis umbra tegor.
Ille ego, qui magni parvus cognominis heres,
  Corpore in exiguo res numerosa fui.
Flectere doctus equos, nitida certare palaestra,
  Ferre jocos, astu fallere nosse fidem.

At

Cybele, *Fixa metu tacitas presserunt orgia tuxes.* adposite Statius Lib. XII. Th. 224.

Nocte velut Phrygia, cum lamentata resultant
Dindyma.

ubi vide Barth. & de *nocte*, pro sacris Cybeles, notas Patrui mei ad Valer. Fl. II. 573. sic *noctes Initiorum* dixit Justinus de sacris Eleusiniis Lib. II. cap. 6.

Flete meos casus] sic edidit Pithoeus & Ferretius. quod Argolius in notis ad Onuphrium Panvinium exponi posse notat, ut intelligatur de auriga palaestrita, in quem Epigramma scriptum est, quadriga elapsum, eaque tractum instar Hectoris. sed rectius *cineres* apud Mazochium, Apianum, Fabricium, Gruterum, Pighium, Ciofanum, aliosque. & sic in Cod. Perotti utroque loco, & in MSS. Inscriptionibus Cyriaci Anconitani.

qui magni parvus cognominis heres] *qui tantus parvi cognominis haeres* prave apud Apianum. *heres* apud Pighium.

Corpore in exiguo res numerosa fui] *animosa* bis in codice Perotti. ceteri omnes *res numerosa*. & recte. Id est multarum artium, ad multa utilis. quam vocis *numerosae* elegantiam illustrabunt doctorum notae ad Plinium Lib. X. Epist. 48. *numerosum malum*, de Lerna, apud Senec. Herc. Fur. v. 241. & *numerosa pestis* Herc. Oet. v. 1534. *numerosa parens*, quae plures habet liberos, Claudiano III. Rapt. Pros. 414. alia tamen significatione hic explicat Patruus ad illud Ovidii VII. Met. 126. *Perque suos intus numeros componitur infans.* ubi hunc versum adfert, ut *numerosi artus*, *numeri membrorum*, & sim. apud poëtas. vid. & ad Lib. I. Met. 428. nimirum veteres ex disciplina Pythagorae putarunt animam hominis e numeris consistere, & secundum sexus & aetatis diversitatem, alios ex pluribus numeris esse confectos, quam ceteri, ita ut juvenis seni & puero, mas feminae praestaret. ex quo fonte Parrhasius exponit locum Ovidii Epist. I. v. 97.

Tres sumus inbelles numero, sine viribus uxor,
Laërtesque senex, Telemachusque puer.

nempe quod tres illi non sufficientes habebant numeros. quamquam *Tres sumus numero* illic malim intelligere simplici & usitatissima loquendi ratione, ut integrum trium numerum indicet, quam vocem semper addere veteres, si consummatum numerum innuant, ut contra *admodum*, si inperfectum exprimunt, obvium est. vide notas Patrui ad Lib. III. Art. Am. 355. & sic in inscriptione apud Gruter. p. DCCLII. 2. PERTVLIT. CVM. AEMILIO. PARNASO. ANNOS N̄ XXIII. id est, *numero.* XXIII. ut in alia, quam adfert Bimardus in Epist. ante Thes. Murator. pag. 126.

QVI. VIXIT. ANNIS
NVMERO. IIII. & DIES. VIII.

sic VIII. N. XXII. N. XV. IIII. N. in una Inscriptione quater occurrit apud Murator. Tom. I. Cl. VII. pag. DXV. 3. Ovid. V. Met. 298.

Aves erant; numeroque novem sua fata querentes
Institerant ramis imitantes omnia picae.

Cic. I. Verrin. 18. *cum Persae mille numero navium classem ad Delum appulissent.* II. de Orat. 28. *ut concilientur animi, & doceantur, & moveantur. haec sunt enim tria numero.* quorum primo loco illud *numero* male desideratur in codice Leidensi, altero autem non agnoscitur a Cod. Ultrajectino, a Celeb. & optimo Drakenborchio quondam collato.

Flectere doctus equos] vid. Ciofan. ad Ovid. II. ex P. 9. 58.

Ferre jocos, astu fallere nosse fidem] sic distinguunt Fabricius, Pithoeus, & Argolius in notis ad Onuphr. Panvinium. apud Mazochium, Ciofanum, & in inscriptt. MSS. Cyriaci, *Ferre jocos astu, fallere nosse fidem.* Heinsius distinguebat, *Ferre jocos, astu fallere, nosse fidem.* & sic edidit Apianus. ita apud Claudian. I. in Rufin. 98. legebat Heinsius, *Me tradente dolos, astus, artemque nocendi.* cum in vulgatis *gestus* ederetur. NVLLOS NOSSE DOLOS in Inscript. apud Fabrett. pag. 233. forte & legi posset,

Ferre jocos, astu fallere posse fidem.

nam haec invicem conmutantur. sic apud Severum in Aetna v. 223. *Posse fidem rebus, dubiasque exposcere caussas.* ubi *nosse* in cod. MS. Eliensi & editione Pithoei, quod & in cod. Mediceo legi testatur Patruus meus ad Ovid. I. Met. 85. quem vide

At tibi dent Superi, quantum, Domitilla, mereris,
Quae facis, exigua ne jaceamus humo.

EP. CCCLII. CALPVRNIA. ANTHIS. IKADIO.

Dextera fama mihi fuit, & fortuna patrona.
Magnifici conjunx Caefaris illa Dei.
Qua bene tutus eram, caris nec vilis amicis,
Queis etiam mecum plurima cura fuit.
Anthis cauffa meae vitae, quae cara fepulcro
Condidit offa fuo: nominor Ikadium.

EP. CCCLIII. EVCHARIS. LICINIA. ELPIDI.

Heus oculo errante quei afpicis lethi domum,
Morare greffum, & titulum noftrum perlege,

Amor

vide de illo Severi loco ad Claudian. I. in Rufin. v. 65. apud Hygin. Fab. 101. *Quibus Achilles respondet, se artem medicam non nosse.* ubi in aliis *se arte medica non posse.* nempe fanare. ut & legit Dacier. ad Dictyn Cretenf. II. cap. 9. fic apud Propertium Lib. I. El. I. 24.

Tunc ego crediderim vobis & sidera & amnes
Posse Cytaeaeis ducere carminibus.

ubi in MSS. legi *Nosse* teftatur Broukhufius. vel *posse* abundat. ut apud Ovid. Epift. I. 18.

Flebam successu posse carere dolos.

vel *nosse* aliis verbis junctum faepe idem eft ac *posse*, ut notavit Gronov. IV. Obferv. p. 352. feq. hinc apud Prudentium Lib. I. contr. Symmach. v. 21. praeferendum videtur,

Sed studuit, quo pars hominis generosior intus
Viveret, atque animam letali peste piatam
Posset ab interno tutam servare veneno.

ubi *Nosset* nunc circumfertur. apud Auctor. Eleg. de Phoenice v. 49. *Sed neque olor moriens imitari posse putetur.* ubi *nosse* in ed. Ven.

At tibi dent Superi, quantum, Domitilla, mereris, Quae facis &c.] videtur adumbratum ex illo Martialis Lib. VI. Epigr. 87. *Di tibi dent, & tu Caesar, quaecumque mereris.* & Lib. X. Ep. 34. *Di tibi dent, quidquid, Caesar Trajane, mereris.* quibus recte Bentlejus illuftrat illud Horatii II. Sat. 8. 75.

——— *tibi Di, quaecumque preceris,*
Commoda dent.

& hunc locum e recentioribus aperte imitatus eft Janus Secundus Lib. I. Epigr. 45.

At tibi dent Superi, quod, Transsylvane, mereris,
Qui facis, Ausoniae minus invideamus ut urbi.

& Broukhufius pag. 386. Poëm.

At tibi dent Superi, quantum pietate mereris.

EP. CCCLII. CALPVRNIA. ANTHIS. IKADIO] ita infcribunt G. Fabric. p. 123. & Pith. p. 141. ex quo edidit Labbaeus Thef. Epit. vet. P. I. pag. 33. CALPVRNIAE ANTHIS FECIT Apianus pag. 218. pro CALPVRNIA. ut apud Mazoch. p. 32. & fic apud Celfum Cittadinum, & in meo Perotti codice, in quo bis occurrit. CALPVRNIA ATHIS FECIT Gruter. p. DCIX. 4. & ex eo Bonada Vol. II. p. 171. Fleetwood p. 202. & Ferret Lib. II. p. 137. ATTHIS legere Reinefium, Grutero adfcripferat Gudius. CALPVRNIA. ANTHIVS. FECIT in codice Cyriaci Anconitani. CALPVRNIVS. ANTHIVS. FECIT in v. c. Moroni. in utroque praefigitur haberi Romae, *in loco eminenti ad Lateranum.* apud Apianum, *Romae apud S. Joan. Lateranum, in pavimento loci, ubi nuntiatur indulgentia populo.* apud Mazoch. *in antiquo suggesto Later. prope equum Aeneum.* verfu primo *Dextra fama* Apian. cod. Cyriaci, & Perotti primo loco. nam in altero *Dextera phama.* Secundus verfus deeft in cod. Moroni. verf. quinto *Anthius causa meae vitae* cod. Perot. Cyriaci, & Moroni. & apud Mazoch. *Athis* Gruter. & Ferret. *Athis causa mihi vitae* apud Fleetwoodum. *Anthis* Fabric. Pith. & Celf. Cittadin. in fine *nominor Ikadion* Ferret. *nominor Iklidum* cod. Perot primo loco, fed in altero *nomino Ikadium. nominor ita deum* cod. Cyriac. *ira deum* v. c. Moron.

EP. CCCLIII. EVCHARIS. LICINIA. ELPIDI] hunc titulum praefigunt G. Fabric. p. 123. & Pithoeus p. 141. Sed Aldus in Orthogr. in *letum* p. 471. Smetius p. CXXIX. Boiffardus Tom. III. Antiqq. Tab. 100. Gruter. pag. DCLV. & ex eo Ferret. Lib. II. pag. 91. Jacobonius Adpend. ad Fontej. p. 132. P. Ballonus in Imag. Illuftr. Philof. & Poët. p. 4. Fleetwood p. 218. Labbaeus Thef. Epitoph. vet. P. I. p. 40. & ex Celfo Cittadino Bonada Vol. I. p. 440.

Amor parentis quem dedit natae suae,
Ubei se reliquiae conlocarent corporis.

Heic

p. 440. praeponunt Epigrammati versum, quem Fabricius & Pithoeus omiserunt, hoc modo:

EVCHARIS. LICINIAE. L.
DOCTA. ERODITA. OMNES. ARTES. VIRGO. VIXIT. AN. XIIII.
HEVS. OCVLE. ERRANTE. &c.

& sic Anton. Augustinus Dialog. x. Antiq. p. 142. & seq. ubi versus hos explicat & emendat, testis oculatus, nam se ipsum hanc inscriptionem Romae in aedibus Gentilis Delphinii vidisse scribit. cujus nullam mentionem fecit Janus Rutgersius, qui totum carmen edidit & varie correxit, sed consultis tantum Aldo, Smetio, & Boissardo, in Venusin. Lect. Cap. II. pag. 241. & seqq. quod opusculum eruditissimum Viri inter splendidissima Bataviae nostrae sidera, si diutius inlucisset, reponendi, promulsis tantum est uberioris Commentarii, quem in totum Horatium adcuratissime elaboratum desideramus. ELPIDI quod additur apud Fabric. & Pith. ceteri omnes, modo indicati, ignorant. VIXIT ANN. XIII male apud Bonadam. quia in carmine ipso v. 18. *bis septem natales* memorantur. Anglus anonymus in Delect. Inscr. Metric. N. XXXVII. pag. 28. inscripsit EVCHARIS. LICINIAE. L. VIXIT ANN. XIIII. Sed quod ad versum illum DOCTA. ERODITA. OMNES. ARTES. VIXIT. AN. XIIII. adtinet, cum quidem in lapide ipso, qui olim fuit apud Marium Delphinum, locupletem antiquorum monumentorum apud Romanos olim possessorem, sed in aedes Colotianas deinde translatus est, integrum exstitisse, obloqui vix ausim, praesertim quum agnoscatur a Gudio, qui Grutero adscripsit, se adcurate contulisse ad marmor ipsum, tunc adservatum in aedibus, quae fuerant Fulvii Ursini, & illius vulgo, scriptum fuisse literis initio primi vel secundi seculi; sibi vero tertii seculi videri. Non enim adnotavit desiderari hunc versum in lapide, sed ex eo adlevit margini VIXIT litera T eminente. pro usu illius aevi, non VIXIT, ut edidit Gruterus. Neque diffiteri possum, eumdem me etiam invenisse Epigrammati huic praemissum in libro MS. ineditarum Inscriptionum Stephani Vinandi Pighii. ubi male VIXIT AN. XIII. Conjicere tamen quis possit, forte petitum esse ex v. 9. epigrammatis ipsius, *Docta erodita paene Musarum manu.* ubi doctrina illa ad scenicas tantum artes in sequentibus refertur: hic vero titulus *Virginem Annorum* XIV. *doctam & omnes artes eroditam* singulari certe exemplo jactat. quo usum fuisse hoc seculo Alex. Politum inter praecocia feminarum ingenia, Hipparchiam, Pulcheriam, Eudoxiam, Zenobiam, Irenen, aliasque, quae prisco aevo eruditionis laude floruerunt, narrat Bonada p. 442. & ex Museo Veronensi p. 180. simile adfert exemplum PLACIDIAE cujusdam, quae AN. VIII. & mens. XI. ILLVSTRIS PVELLA, INSTRVCTA LITERIS, illic in Lapide vetusto dicitur. in epitaphio Juliae Secundae apud Apian. p. CCXXXV. & Mazoch. p. LXXVIII. b. DOCTRINA. SVPER. LEGITIMAM. SEXVS. SVI. AETATEM. PRAESTANTISSIMA. & apud Gruterum pag. DCLXXXIV. 2. FLAVIAE. PROCVLAE. CVIVS. INGENIVM. AETATEM. EXCESSERAT. vide & Oliver. ad Marm. Pisaur. pag. 166. sic OMNIBVS ERDOCTVS STVDIIS in Inscriptione apud Donium Cl. XX. N. 73. p. 540. Sed & inter ejusmodi praecocia ingenia, in vetustis monumentis laudata, referri prae ceteris meretur L. VALERIVS. HISTONIENSIS, L. F. PVDENS, quem sic effert Inscriptio antiqua apud Smetium Fol. CLIX. b. N. 22. Gruter. pag. CCCXXXII. 3. & Luc. Camarram in Teate Antiq. Lib. III. Cap. 6. p. 230. HIC. CVM. ESSET. ANNORVM. XIII. ROMAE. CERTAMINE. SACRO. IOVIS. CAPITOLINI. LVSTRO. SEXTO. CLARITATE. INGENII. CORONATVS. EIT. INTER. POETAS. LATINOS. OMNIBVS. SENTENTIIS. IVDICVM &c. quam etiam post Panvinum, Laziumque edidit Muratorius Tom. II. pag. DCLIII. 4. Fuerint igitur haec verba initio lapidis posita ex sequentibus. & huc video etiam inclinasse Anton. Augustinum, qui scribit *partem tantum versus esse, qui statim in carmine ipso repetitur.* Ceterum versus ipsi hujus marmoris, antiquitate & gratia naturali se commendant. unde non inmerito *lepidum carmen & pro genio vetustatis esse* dicit Lips. ad Senec. de brev. vit. cap. 7. Sed videamus quomodo in Epigrammate hoc producendo varii illi differant editores.

v. 1. *Heus oculo errante quei aspicis lebi domum*] *ocule* ediderunt Aldus, Smetius, Jacobon. Ferret. Bonada. & sic codex Pighii. *ocul.* Gruter. & Fleetwood. *oculo* Boissard. Fabric. Pith. & Labb. ut legi jubet Augustinus, & ex lapide ipso ad marginem Gruteri adscripsit Gudius. *queis* Jacob. *quei* ceteri omnes pro *qui*, ut scribendum monet Rutgers. quia elidendum est. *leti domus* Ald. Smet., Gruter. Ferret. Fleetw. Bonad. & Pighii codex MS. *leti domum* Boissard. *lethi domum* Fabric. & Pith. sed *leti* scribendum auctoritate hujus lapidis contendit Aldus, qui primus edidit. licet ab eo in contraria abeat Vossius in Etymolog. p. 286. nam qui cum adspiratione scribunt, a λήθη derivant, auctoritate Varronis. qua in re ne moremur, vide Pincier. Lib. III. Parerg. cap. 54.

3. *Amor parentis*] *parenteis* ex ipso lapide habet Aldus, & Boissard. nec aliter in Cod. Pigh. & apud

Gruter.

Heic viridis aetas cum floreret artibus,
Crefcente & aevo gloriam confcenderet,
Properavit hora triftis fatalis mea,
Et denegavit ultra veitae fpiritum.
Docta, erodita paene Mufarum manu,
Quae modo nobilium ludos decoravi choro,
Et Graeca in fcena prima populo apparui,
En hoc in tumulo cinerem noftri corporis
Infeftae Parcae depofierunt carmine.
Studium patronae, cura, amor, laudes, decus

Si-

Gruter. Ferr. Fleetw. Bonad. pro *parentis*. ut recte Ant. Auguftinus. feq. verfu iidem ediderunt *Ubei* fed Rutgerf. monuit verfum non conftare, nifi fcribatur *Ubi*. Auguftinus vero legendum cenfet, *Ubei reliquias convocarent corporis*. v. 5. Rutgerfius pro *heic* legendum putat *Hei* vel *Heu*. fed utrumque retinent, qui ex monumento ipfo protulerunt. & v. 8. *veitae fpiritum*. in folo Cod. Pighiano *Haec viridis aetas*. *artubus* prave apud Bonadam ex Cittadino. fequenti verfu *ad gloriam contenderet* emendabat Ant. Auguftinus.

Properavit hora triftis fatalis mea] vide Lindenbrog. ad Catalect. pag. 328. (ubi *Crefcenti* adfert praec. verfu.) & quae de *fatis properatis* notavi ad Tom. I. hujus Operis pag. 505 & 506. & fupra hoc Libro pag. 237.

Et denegavit] *denecavit* apud folum G. Fabricium.

En hoc in tumulo] *En hoc tumulo* male Ferret.

Infeftae Parcae depofierunt carmine] *Infiftae* in Cod. Pigh. & apud Ald. Boiffard. Smet. Gruter. Fabric. Ferret. Fleetw. & Bonad *Infeftae* tamen ex lapide notavit Gudius ad marginem Gruteri, ut edidit Pith. *depofierunt* omnes praeter Aldum, Labb. & Cod. Pigh. & fic in marmore fcribi adfirmat Gudius, ac retinendum cenfet Auguftinus, non *depofuerunt*. *carmine*, quod finguli agnofcunt, Rutgerfius putat mutandum in *carmina*, quod etiam Ant. Auguftino placuit, & conjungit cum fequentibus, ut dicat *carmina*, *laudes*, *decus* &c. poft obitum fuum *filere*. vel legit *carminis*, ut connectatur cum initio verfus fequentis *carminis ftudium*. Sed erravit vir eximius. *Parcae depofierunt carmine* non follicitandum. & fequentia novum inchoant periodum. malim tamen *Infefta Parcae depof. carmine*, ut legendum conjeci fupra ad Ep. CCXVIII. pag. 164. *Carmen* autem *Parcarum* referri poteft ad earum carminationem; aliud enim eft *carmen*, a carendo lanam, aliud *carmen*, a canendo. & hinc *caritores*, qui lanam carunt, five deducunt ac purgant. vide Scalig. ad Tibull. p. 144. cujus nota relata eft in ed. Gronov. ad verfum Plauti in Menaechm. V. II. 46.

Inter ancillas federe jubeas, lanam carere.

ubi etiam vide Boxhorn. & adde Guilielmium Lib. III. Verifim. cap. 20. fed praecipue N. Heinfium ad illud Claudiani II. in Eutrop. 458.

Quam bene texentum laudabas carmina tutus.

ubi hunc ipfum locum ex Grutero adfert inter alia, eumque etiam de carminatione Parcarum exponit. neque id a genio hujus epigrammatis vetuftiffimi abhorret. ita etiam capi poteft apud Senec. Agam. 350.

——— *tibi fila movent*
Docta puellae carmine molli.

crimine hic conjecerat Clariffimus & amiciffimus Schraderus. fic in Epigrammate apud Pith. p. 127.

Difpar damna leges, Parcarum crimina difpar.

ubi *carmina* edidit Mazochius. *ftamina* in cod. Perotti. quae fimiliter confufa in loco Maximiani El. XIII. v. 11.

Carmina pulfa procul, nimium dilecta, jacebant.

ubi ex Cod. Voffiano legendum *Stamina penfa procul*. quomodo illic etiam ex MS. emendandum monuit Vlitius ad Nemefian. Cyneg. v. 91. fic apud Propertium Lib. IV. El. 7. 51.

Juro ego Fatorum nulli revolubile ftamen,
Tergeminumque canem, fic mihi molle fonet.

ubi *carmen* in duobus Leidenfibus & Voffianis, totidem D'Orvillianis, & utroque meo codice. fed Heinfianum *revolubile ftamen* tuetur Broukhufius. certe fi *carmen* praeferendum, *revocabile* ex Voffiano tertio effet admittendum, fi de Parcarum cantu intelligas: quod in utraque editione fua defendit Vulpius. vel potius *revolubile carmen* de Parcarum ftamine, non de cantu, fed carminatione capere praeftat. Sed *revolubile ftamen* fe tueri etiam poteft illo Senecae in Herc. Fur. v. 182.

Durae peragunt penfa Sorores,
Nec fua retro fila revolvunt.

qui locus juvare poffet conjecturam Broukhufii,

 licet

Silent ambusto corpore, & letho jacent.
Reliqui fletum nata genitori meo,
Et antecessi genita post lethi diem:
Bis hic septeni mecum natales dies
Tenebris tenentur, Ditis aeterna domu,
Rogo ut discedens terram mihi dicas levem.

EP.

licet timide ab eo praepositam ad Propert. in eadem Tragoedia v. 559.

Evincas utinam jura ferae Stygis,
Parcarumque colos non revolubiles.

ubi vulgo legitur *non revocabiles*, vel *irrevocabiles*. in aliis *non remeabiles*. Hoc autem in versu sive *carmen* intelligas de carminatione, seu de cantu Parcarum, dum lanas ducunt, parum refert. utrumque enim comjunctum est earum opus. Ovid. V. Trist. El. 3. 25.

Scilicet banc legem, nentes fatalia Parcae
Carmina, bis genito bis cecinere mibi.

ut ex MS. Strozziano legit Heinsius. quod firmat illic codex Leidensis a manu secunda. sed hoc nemo venustius depinxit prae Catullo in Epithalamio Pelei & Thetidos Carm. LXI. ubi v. 321 & seqq. inducit singulas Parcas fata Achillis nasciturі canentes, dum carminant, intercalato identidem illo versu,

Currite ducentes subtemina, currite fusi.

ut in illo Virgilii Ecl. IV. 46.

Talia secla suis dixerunt, currite, fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcae.

hinc toties poëtae fatales has deas inducunt, lanas trahentes & simul canentes. vide Heins. ad Ovid. Epist. XVII. 194. apud Senecam in Apocolocunth. in carmine, quo Parcae extrema Claudii stamina ducunt:

Phoebus adest, cantuque juvat, gaudetque futuris,
Et laetus nunc plectra movet, nunc pensa ministrat,
Detinet intentas cantu, fallitque laborem.

Tibullus Lib. I. El. 8. init.

Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes
Stamina.

& Lib. III. El. 3. 63.

——— *tristesque Sorores*
Stamina quae ducunt, quaeque futura canunt.

ad quae loca videndae elegantissimae Broukhusii notae. Idem Musis tribuit Ausonius in Mosella v. 396.

Mollia subtili nebunt mibi carmina filo
Pierides, tenuique aptas subtemine telas
Percurrent, dabitur nostris quoque purpura fusis.

& letho jacent] sic recte Aldus, Boissard. G. Fabric. Pith. & Ferret. idque ex ipso marmore Gudius adscripserat Grutero, qui male edidit *tacent*, quod & in cod. Pighiano, & apud Smet. ac Bonadam. sed merito id inprobavit Rutgersius propter praecedens *silent*. ne bis idem dicatur, quo praemisso *jacent* aptius sequitur, ut innuat, omnes illas dotes secum veluti sepultas & situ obductas esse, ut supra Ep. CCCI.

Ars speculi, pecten, periere, novacula, thecae,
Et simul bic mecum cuncta sepulta jacent.

Ep. CCXV.

Fortunam mirare meam, verum exitus bic est,
Omnia mecum uno boc composui tumulo.

sic *jacere* de mortuis non tantum, & de artibus eorum obitu intereuntibus vel jactura ingenti adfectis, ut apud Ovid. III. Am. 9. 39. *Carminibus confide bonis, jacet ecce Tibullus.* ubi *latet* male in Cod. Bernensi, sed & de splendidissimis monumentis, regnis, urbibus, & sim. ruina collapsis. de quo vide ad Tom. I. pag. 247.

Reliqui fletum nata &c.] deest hic versus Jacobonio. *nata* detrimento carminis omittitur apud Bonadam.

Et antecessi genita post letbi diem] inconcinnior hic prae ceteris mihi videtur versus, licet apud omnes exstet, propter praecedens *genitori* & hic *genita*, *letbo* etiam paullo ante, & mox *dies* sequitur. sensum versus hunc facit Ant. Augustinus, quasi diceret, *Et ego egenita postea antecessi leti diem*. vitiose *laeti* apud Smetium.

Bis bic septeni] *septem* male apud Boissard. & Ferret.

Ditis aeterna domu] sic Ald. Grut. Fabric. Pith. Smet. Ferret. Fleetw. Bonad. & in Cod. Pigh. *domus* male apud Boissard. *domo* ex ipso lapide notavit Gudius. praeter ea, quae Rutgersius de *aeterna domo*, & *domo exili Plutonia* apud Horatium, docte observavit, vide etiam, si tanti sint, quae notavi ad Epitaphium Sabidis supra Ep. CXLIX.

Hic jacet aeterna Sabis bumata domo.

ut discedens] *discendens* adfert Rutgersius, idque pro *discedens* in lapidibus & libris antiquis frequens esse animadvertit. solus sic edidit Fleetwoodus, secutus Gruterum. sed cujus margini adscripsit Gudius N non legi in ipso marmore. certe *discedens* est apud Aldum. Boissard. Smet. Fabric. Pith. Ferret. Bonad. & in Codice Pighiano.

EP.

EP. CCCLIV. *Ferrariae.*

FESTO. LABIRI. PRIMOGE. DELIC.

Parva ſub hoc titulo Feſti ſunt oſſa labillo,
Quem * adferens fato condidit ipſe pater.
Qui ſi vixiſſet, domini jam nomina ferret,
Hunc caſus putei detulit ad cineres.

EP. CCCLV.

DIS. MANIB.

DOMESTICO. QVI. VIXIT. ANN. XVI.

Hoc mihi noſter herus ſacravit inane ſepulcrum,
Villae tecta ſuae propter ut adſpicerem.
Utque ſuis manibus flores mihi vinaque ſaepe
Funderet, & lacrimam, quod mihi pluris erit.
Noſtros nam cineres Pollentia ſaeva ſubegit,
Eſt & ibi tumulus, nomen & ara mihi.
Nec tamen aut illi * ſuper crudelia buſta,
Aut iſtas ſedes noſtra ſubît anima.
Sed petat Aſſyrios, petat ille licebit Iberos,
Per mare per terras ſubſequitur dominum.

M. CAERELLIVS
SMARAGDIANVS. FECIT.

EP. CCCLVI. *Romae.*

HISTRIONIS.

Laudatus populo, ſolitus mandata referre;

Ad-

EP. CCCLIV.] ita edidit Muratorius Tom. III. pag. MDXXXVI. 6. & ex eo Bonada Vol. II. pag. 415. primo verſu *labillo* cubat forte in mendo. niſi *titulo* praecederet, *lapillo* conjicere liceret. ſed verborum ſtructura id prohibet. An forte *Feſti ſunt oſſa Labiri*, ex praepoſita inſcriptione. ut mortuo ſervo puero jam ſuum nomen det dominus, quod, ſi vixiſſet, geſturum fuiſſe in ſequentibus addit. ſecundo verſu *aferens* corruptum. forte *moerens*. & ultimo ſcribendum opinor. *Nunc caſus putei*. ita conjeceram, cum poſtea vidi hoc ipſum Epigramma inter nonnullas Inſcriptiones ex archetypis exhibitas etiam editum eſſe a Franc. Antonio Zacharia in Itin. Liter. per Ital. P. I. cap. X. p. 164. ubi verſu primo *lapillo*, ſecundo *Quae moerens fato*. & ult. *Hunc caſus*. praefixa inſcriptione,

FESTIO. PAPIRI. PRISCI. DELIC.

vitiatum vero ex Muratorio produxiſſe Bonadam notat.

EP. CCCLV. *Hoc mihi noſter herus* &c.] Ex Muſeo Toſculano Cardinalis Paſſionei erutum produxit Paulus Paciaudus in Diatribe de Anaglypho Graeco pag. 19. libro Romae 1751. excuſo, & ex eo Acta Lipſienſia an. 1754. pag. 478. verſu ſeptimo in marmore ipſo exſtat *illiſuper*. unde Paciaudus conjiciebat *illic ſum*. verſu biante. forte legendum. *illic ſemper*. ex eadem villa Paſſionea a ſe deſcriptum etiam edidit Bonada Vol. II. pag. 372. qui verſu ſeptimo profert *illic ſubter*. *Pollentiae* oppidi mentio oſtendit, huic domeſtico tumulum ab hero exſtructum fuiſſe in agro Piceno. vid. Cluver. Lib. II. Ital. Ant. 12. p. 741.

EP. CCCLVI. *Laudatus populo* &c.] ita fragmentum hujus marmoris ſuppletum exhibet Pithoeus in Praetermiſſis p. 181. & Gruterus pag. CCCXXX. probante Antonio van Dalen Diſſ. de Orig. ſacri Taurob. p. 159 ex Grutero etiam edidit Ferretius Lib. III. p. 208 Fleetwood p. 140. & Bonada Vol. II. p. 401.

Adlectus scenae, parasitus Apollinis idem,
Multarum in mimis saltantibus utilis actor.

EP. CCCLVII. ANNIA. ISIAS. FLAVIAE. DIONYSIADI. VERNAE.

Hic jacet exsutis Dionysia flebilis annis,
Extremum tenui quae pede rupit iter.

Cujus

p. 401. Habetur etiam in MS. Codice Pighiano, ubi praefigitur exstare *ultra pontem Milvium in via Flaminia fragmentum* est Histrionis elogium. *Adlectus scenae* proprie, nam *Adlecti* & *Adscriptitii* erant, qui nomina sua albo scenicorum inferenda dederant. ut *adlecti*, Gr. ἐπεγγραφοὶ, dicuntur, qui in Gymnasiis inter ephebos adsciti & cooptati erant. vid. Corsini Fastos Attic. Tom. II. p. 192. & plura de *adlectis* apud Montfaucon. Palaeogr. Gr. p. 172 ubi & de *parasitis*, Apollinis histrionibus. de quibus diversam Verrii Flacci sententiam refert Festus in *salva res est* p. 230. ed. Scalig. consule ejusdem Corsini Fastos Attic. Tom. II. pag. 146. 147. operose de iis agit Athenaeus Lib. VI. cap. 6. ad quem legi merentur Casauboni Animadversiones. DIVRNO. PARASITO. APOLLINIS apud Gruter. pag. CCCXXX. 2. & MLXXXIX. 6. sic in Inscriptione Praenestina, quae aetatis Severi & Caracallae est, apud Ficoron. de Larvis Scenic. pag. 74. Gudium p. CVIII. 5. & Murator. Tom. II. pag. DCLIX. 1.

ACILIO. SEPTEMTRION
PANTOMIMO. SVI. TEMPORIS. PRIMO.
HIERONICAE. SOLO. IN. VRBE
CORONATO &c.
PARASITO. APOLLINIS.

ubi Muratorii notam vide. & N. 2. in Inscr. Donianis, Cl. IV. 53 PARASITO. ET. SACERDOTI. APOLLINIS. Martialis Lib. IX. Ep. 28. quod est epitaphium histrionis:

Vos me laurigeri parasitum dicite Phoebi,
Roma sui famulum dum sciat esse Jovis.

vide & Scalig. Lib. II. Lect. Auson. cap. 19. & Meurs. Exerc. Crit. P. II. cap. 6.

EP. CCCLVII. FLAVIAE DIONYSIADI] Legitur apud Fabricium p. 124. Mazochium p. 59. Gruterum pag. DCLIV. 3. Schradaeum in Monum. Ital. p. 187. b. Ferretium in Mus. Lapid. Lib I. p. 41. & Anglum anonymum in Delectu Inscript. Metricar. pag. 6. N. 2. & ex MS. cod. Jacobi Beyellii protulit Barth. Lib. LII. Advers. cap. 1. ubi male inscribitur D. M. FLAMINIE. DIONISIADIS. in schedis Italicis habetur SIDONIAE. & versu primo *Hic jacet exiguis Sidonia.* In veteri Moroni & Perotti codice titulus est D. M. FLAVIES, vel FLAVIAE. DIONYSIADIS. ut in MS. Buchellano. sic IVLIAE DIONYSIADI CONIVGI epitaphium est in Inscript. Doniana Cl VI. N. 126. & NEBATIAE DIONYSIADI Cl. XII. N. 78. p. 409. in Marm. Felsin. p. 20. N. 2. APHRODISIVS ET DIONYSIAS PARENTES. forte tamen legendum DIONYSIAE ISIADI. nam *Dionysia* in ipso carmine vocatur. Epigrammati vero subscribitur apud Gruterum,

VIX. ANN. VII. MENS. XI.
DIEB. XV. HOR. VII ANTIA
TIBVLIA. VERNAE. SVAE
DVLCISS. FECIT.

sed in Cittadini schedis notavit illic Scaliger legi, FECIT. ANNIA ISIAS. VERNAE. SVAE & sic Codex Moroni, & Perotti, sed qui addunt B. M. id est, BENE MERITAE. ANNIA ISIAS etiam praefigitur apud Pithoeum Lib. III. pag 142 FLAVIAE DIONYSIADIS in codice Meermanniano, & in margine *In domo quondam Car. Columnis prope S. Apostol. in regione Trivii.* & in subscriptione, VIXIT. AN. VIII. XI. (leg M. XI.) D. XV. FECIT. ANNIA. ISIAS VERNAE. SVAE. M. Martialis esse hoc Epigramma putabant Scaliger & Scriverius, ut notat Gonsalius ad Petron. cap. XXV. p. 97. certe exemplari suo adscripsit Scriverius ita existimasse Scaligerum, (cujus manu id etiam adnotatum inveni in fronte Inscriptionum Mazochii) idemque testatur in notis ad Martial. Lib. X. Ep. 32. addens, se alibi, quid sentiret, declarasse.

Hic jacet exutis Dionysia flebilis annis] *exiguis* apud Gruter. Ferret. & Barthium, quomodo in Codice Perotti & Moroni. Scaliger in Cittadini schedis legi adfirmat *exuviis.* quod etiam in cod. Meermanniano inveni, & sic edidit Mazochius, sed in cujus margine manus viri docti adscripsit *exiguis.* perperam. *exutis* recte apud Fabricium & Pithoeum. *exsuere annos* elegans locutio. Ovid. VII. Met. 318.

Cornuaque exsuitur, simul & cum cornibus annos.

Tibullus Lib. I. El. 4. 31.

——— *serpens novus exsuat annos.*

& de serpente pellem deponente Statius Lib. IV. Th. v. 98.

——— *& squallentibus annis Exsutus.*

vide Markland. ad Stat. Lib. I. Sylv. 4. 7. *exsuere animam* Ovidio Lib. XIV. Met. 777.

Digna animam poena congestis exsuit armis.

quod in notis suis contra Heinsium recte illic vindicat Patruus meus. quem etiam vide ad Lib. II. Met. v. 315.

——— *pariterque animamque rotisque Exsuit.*

Ita

Cujus in octava lascivia surgere messe
Coeperat, & dulces fingere nequitias.
Quod si longa tuae mansissent tempora vitae,
Doctior in terris nulla puella foret.

VIXIT. AN. VIII. M. XI. D. XV.

EP. CCCLVIII.

Assyrios tumulus non hic sibi poscit odores,
Florida nec multo pressa canistra croco.

Ipsa

ita Aldi & Gryphii editiones, & plurimi codices scripti. in aliis *Expulit.* qualis varietas etiam apud Virg. Lib. V. Aen. 423.

Et magnos membrorum artus, magna ossa lacertosque Exsuit.

ubi in aliis *Expulit.* Statius X. Th. 493. *Exsuiturque animus.* apud eumdem Virg. Lib. VIII. Aen. 576. Evandrus de Herilo a se interfecto:

Abstulit haec animas dextra & totidem exsuit armis.

exsui e vinculis corporalibus apud Arnob. Lib. II. pag. 48. Seneca in Troadib. v. 1169.

Ubi hanc anilis exsuam leti moram.

ut nonnullos legere testatur Zinzerling. ad Valer. Fl. Lib. III. v. 107. licet ipse *exspuam* illic praeferat, ut videbis ex notis Broukhus. ad Propert. IV. 5. 67. & N. Heins. Lib. I. Advers. c. 16. quomodo apud eumdem Senecam in Phoeniss. v. 44.

Spiritum inimicum exsue,
Desertor animae.

ubi Gronov. praetulit *Exspue* ex cod. Florent. ut apud Lucanum Lib. VII. 622.

Exspuerit moriens animam.

ubi alii *Expulerit.* vide notas Oudendorpii. sed alterum in loco Senecae firmatur ex Hippol. 1178.

Animaque Phaedram pariter ac scelere exsuam.

exsutus spiritus similiter apud Prudent. Hymn. XIV. Peristeph. 91.

Exsutus inde spiritus emicat,
Liberque in auras exilit.

quomodo *exsutum corpus* in Psychom. 600. *Mox spolia exsuto de corpore diripit.* ut legit N. Heinsius, quem vide. licet vulgatum *exstincto* sit in meo Egmondano codice (non *exucto*) & in marg. *excincto.* & sic *exsutos manes*, corpore viduos, dixit Joseph. Iscan. Lib. VI. Bel. Troj. 343. ubi vid. Dresem.

quae pede] mallem *qua pede.* ut *qua* ad *Hic jacet* referatur, qua rupit iter extremum tenui pede. & ita scriptum inveni in cod. Bucheliano.

Quod si longa tuae] *suae* in Cittadini schedis esse testatur Scaliger apud Gruterum. & sic legit Gonsalius ad Petron. cap. 140. pag. 247. sed male, & inprobante ad libri sui marginem Broukhusio. Est enim apostrophe marmoris ad puellam, ut notavit Gronovius in Diatrib. Stat. p. 29. praeterea in veteri Moroni codice *Quid si.* & sic ex MS. cod. adfert Barthius. ut apud Horat. III. od. 9. *Quid si prisca redit Venus.* Justin. II. 12. *Quid si non haec & Dario prius & nunc Xerxi belli causa nobiscum foret.* vide Patrui notas ad Valer. Fl. VI. 454. sed alterum tamen hic praefero. ut supra in Epitaphio Phoebi Liberti Ep. CCCXLVII.

Quod si mutari potuissent fila Sororum.

& alibi.

Doctior in terris nulla puella foret] aliter hunc versum profert Jo. Bonifacius de comp. Epit. cap. 46. pag. 137.

Quae tibi praestaret nulla puella foret.

pro quo *certaret* in Schedis Italicis. sed interpolata haec sunt: nam imitatio est Martialis Lib. X. Epigr. 32.

Ars utinam mores animumque effingere posset!
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

quod induxisse videtur Scaligerum, ut non dubitaret Martiali hoc Epigramma adscribere. & hunc versum in animo habuit Flaminius Lib. IV. Carm. 7.

Ille tuo lecto suspirans nomine dicet:
Pulchrior in terris nulla puella fuit.

doctior vero pro lasciviore, nequiore, hic exponitur a Weitzio in notis ad Maronis Copam pag. 23. sic & apud Valer. Catonem in Diris v. 128. loco prorsus simili:

Quod mea non mecum domina est: non ulla puella
Doctior in terris fuit, aut formosior, ac, si
Fabula non vana est, tanto Jove digna, vel aurea.

EP. CCCLVIII. *Assyrios tumulus* &c.] Legitur hoc elegantissimum epitaphium apud Schradaeum in Monum. Ital. pag. 162. initio videtur auctor cogitasse illud Tibulli Lib. I. El. 3. 7.

Non foret, Assyrios cineri quae dedat odores,
Et fleat effusis ante sepulcra comis.

EP.

Ipsa etiam raros spirant haec ossa liquores,
  Urnaque perpetuo vere beata nitet.
Flevit Amor, moestae Charites, & Cynthia flevit,
  Pulcra Venus molles subsecuitque comas.

Ep. CCCLIX.

D. M.

ANNIAE

AGATHONICES.

Vita brevis longo melior mortalibus aevo,
  Nam parvo spatio floruit haec anima.
Bis denos perfuncta annos sine crimine morum,
  Vita beata fuit, spiritus hic nituit.
At patrum miseranda aetas anima cruciatur,
  Poenaque de longo tempore longa data est.
De senio luctus, senium fletu renovatur,
  Utraque res mortis durior exitio.
Dat tamen haec patronae pietas solatia fidae,
  Jugera quot terrae dedicat hic tumulus.

Ep.

Ep. CCCLIX. ANNIAE. AGATHONICAE] apud Fabricium pag. 124. PATRONA. ANNIAE. AGATHONICAE. apud Apianum p. 87. Smetium Fol. CLXXI. N. 24. & Gruterum pag. DCCCCXXXI. inf. 9. & in Marm. Felsin. pag. 595.

D. M.

ANNIAE. AGATHONICES.

& sic Ferret. Lib. III. pag. 487. Habet etiam Pithoeus Lib. III. pag. 142. Bonifac. de comp. Epit. pag. 71. & Fleetwood p. 310. ex Grutero & Pithoeo etiam edidit Labbaeus Thes. Epitaph. P. I. pag. 6. & inveni hoc idem epigramma in codice Bucheliano. & in Schedis manu Cel. Graevii scriptis, quae continebant Excerpta ex Hieronymi Borsaerii Libro V. inediti Theatri Insubricae Magnificentiae, in quibus eodem modo legebatur, ut illud edidit Pithoeus, cum titulo,

D. M.

ANNIAE

AGATHONICES.

quod & reperi in eodem Borsaerii Volumine, a Graevio olim adhibito, nunc in supellectile Dorvilliana adservato. adnotaverat autem Borsaerius, *in Inscriptione D. M. in dubitationem a nonnullis adducitur, qui suspicari se ajunt, num ad Christianos pertineat. Sed dissentiunt multa quae in postremis carminibus habentur.* In codice Bucheliano titulus erat, PATRONIAE ANNIAE AGATHONIAE. & ad vers. penult. notaverat Buchellus in margine, *Patronae. secunda & prima syllaba corripiuntur. quare putarem proprium mulieris nomen.* Offendi etiam hoc Epitaphium descriptum in Libro MS. Monumentorum Veter. Comensium, a Benedicto Jovio collectorum, ex ejusdem Dorvillii gazis literariis mihi suppeditato, ubi v. 6. *data es* Ex alio MS. cod. Inscriptt. Bened. Zobii, ut vocat, adfert Bonada Vol. II. pag. 409. in Marm. Felsin. vitiose editur v. 4 *Spiritus nec nituit.* & v. 8. *dulcior exitio.* quod male in novissima Gruteri editione habetur. sed *durior* legendum etiam monuit Fr. Ant. Zacharias Epist. ad Oliver. in Miscell. Lips. Nov. Tom. X. p. 249. forte & corrigendum *spiritus hinc nituit.* quia vixit sine crimine morum.

At patrum miseranda aetas] recte hoc in versu *patrum* pro utroque parente sumi monet Patruus meus ad Ovid. IV. Met. v. 61. de quo vide supra ad epitaphium Aricini Bassi Ep. CCLIV.

Ep.

EP. CCCLX.

In Maruccinis trans Aternum fluvium.

L. CAESIO. HERMO
DORO. NAVCLERO
QVI. ERAT. IN. COLLEG.
SERAPIS. SALON.

Per freta per maria trajectus saepe per undas,
Qui non debuerat obitus remanere in Atern. .

Sed

EP. CCCLX. *Per freta per maria* &c.] produxit Lucius Camarra de Teate Antiq. Lib. I. cap. IV. pag. 58. & ex eo Sponius in Miscell. pag. 68. a Graevio, ad quem ex Italia fuerat missum, accepit Reinesius & edidit Cl. XIV. pag. 771. ex quo habet Fleetwood p. 228. & Bonada Vol. II. pag. 418. Est Epitaphium, quod Ulpia Candida CONIVX, ut in subscriptione supplendum, Isiaca, Aternensis, sed domu, seu patria, Salonensis, MOERENS POSVIT L. Cassio Hermodoro, Salonensi, nauclero, & inter Serapidis ministros adscripto, qui saepe freta & maria sospes trajecerat, sed tandem submersus obiit in flumine *Aterno*, nam sic versu secundo legendum. male enim Reinesius IN A-ERN. ut est in marmore, exponit IN AETERNVM. quod prave recepit Bonada, sensu invito & gravi in metrum vitio. *Aternus*, teste Vibio Sequestro, est *fluvius Hadriae, decurrens per Marsos, ubi & Ostia civitas.* ubi notat Hesselius, nullum locum *Ostiae* illic posse dari, putatque a Vibio cognominem civitatem ad Aterni Ostia institutam designari. *civitas* illic non legitur in cod. D'Orvilliano, & ideo delendam hanc vocem, vel *ubi ad Ostia civitas* scribendum, censet Cel. Wesselingius ad Antonin. Itin. p. 101. sed vide Cluver. Lib. II. Ital. Ant. 12. pag. 751. qui ad imitationem *Ostiae Tiberinae* sic dici, & ex Pomponio Mela *Ostia Aterni* vocatum fuisse ipsum *Aternum* oppidum docet, (nunc *Pescara*) fluvii vero *Aterni* nomen Ciceroni Lib. II. de Divin. cap. 27. & Livio Lib. XXIV. cap. 44. restituendum censet. sed utrumque inprobantibus ad Ciceronis locum Jacobo Gronovio, & Jo. Davisio. Plinius Lib. III. cap. 5. *ab ostio Aterni amnis in Adriaticum mare influentis, ad Tiberina ostia.* qui Aterni amnis etiam meminit eodem libro cap. 12. & 13. & Varro IV. de L. L. p. 12. *Amnis, id flumen est, quod circuit aliquid: nam ab ambitu amnis. Ab hoc qui circum Aternum habitant amnem, Amiternini appellati.* sic viae Claudiae, ab Imp. Claudio ita dictae & munitae a Cerfennia usque ad Aterni ostia, mentio est in inscriptione veteri, quam a se erutam edidit Camarra de Teate Antiq. Lib. I. c. 5. pag. 73. & quam ex Holstenio adfert Fabrettus cap. VI. pag. 473. Quod autem Ulpia queratur, maritum navarchum post maris pericula feliciter saepe eluctata, in fluvio tamen Aterno periisse, simili colore expressit Leonidas, eleganti epigrammate Graeco in Antheum Lib. III. Antholog. Gr. Tit. XXII. Ep. 36.

Ναυηγὸς γλαυκοῖο φυγὼν Τρίτωνος ἀπειλὰς,
Ἀνθεὺς Φθιώτην οὐ φύγεν αἰπόλυκον.
Πηνειῷ δ' ἐνὶ χεύματι γὰρ ὤλετο. φεῦ τάλας, ὅτι
Νηρείδων Νύμφας ἔσχες ἀπιστοτέρας.

quod sic interpretatus est Hugo Grotius:

Qui modo caerulei Tritonis fugerat iras,
Antheus Phthioten non fugit ecce lupum.
Peneique perit in flumine. Cur, rogo, Nymphae,
Nereides, quam vos, sunt meliore fide?

Sequentia Reinesius bene quidem exponit de voto ac desiderio, quo simul tumulari, & cineri marito misceri cinerem suum optabant uxores, de quo vide supra ad Ep. CCXV. p. 161. sed quod *perpetua* non concoquat, & suppiere tentet *Ad Styga vel pedibus, vel rate funerea utinam tecum comitata fuissem*, versibus vel hiulcis vel una voce abundantibus, & exponat de itinere ad mortuos eodem, sive terra sive mari contingat, adsentiri non possum. Forte variato, ut in his passim obtinet, metro sic legi ac suppleri posset,

Sed mecum, si volueras jám vivere conjux,
Ad Styga perpetuam mortis inire viam,
Vel rate funerea te concomitata fuissem.
. . . .

ut ultimus exciderit versus, & *debueras* primo disticho ex praecedentibus repetatur. Sensus autem erit in hoc voto Ulpiae Candidae, ut superstitem maritum habuisset, donec ipsa moreretur, vel defunctum virum in cymba Charontis fuisset comitata. ut in illo conjugis pientissimae supra Ep. CCX.

Suscipe me sociam tumuli, carissime conjux,
Cui mors est tecum non meruisse mori.

sic Paulina, Vettii Agorii conjux, Ep. CCI. in fine:

Felix, maritum si superstitem mihi
Divi dedissent: sed tamen felix, tua
Quia sum, fuique, postque mortem mox ero.

Mm ra-

Sed mecum conjunx si vivere nolueras
Ad Styga perpetua
Vel rate funerea utinam tecum comitata fuissem.

VLPIA. CANDIDA
DOMVS. SALON. C.
M. P.
ATERN. QVAE. FVIT. IN. COLL. ISID.

Ep. CCCLXI.

Rapta jaces natis, quos mater ad ubera liquit,
Atque viro pariter, quem cito destituit.
Triste ministerium gemini solvere parentes,
Funere de tanto quos coquit ipse dolor.

DEPOSITO. SVPERAE. DIEM. QVINCTVM. KL. IVLIARVM
CONSVLE. CONSTANTIO. V. C. QVAE. VIXIT. ANN. XXVII.

Ep. CCCLXII.

FABIAE. FVSCINILLAE
CLARISSIMAE. ET
OMNIVM. VIRTVTVM
FECVNDISSIMAE. FEMINAE
CLODIVS. CELSINVS. MARIT.

Nondum conpletis viginti quatuor annis,
A natis trinis & viro eripior.

Nomi-

ratem funeream hic vocat, quam *infernam ratem* Sabidia Ep. CCLXXI.

Praevenere diem vitae crudelia fata,
Et raptam inferna me posuere rate.

ut legendum illic notavi, vel *infernae me inposuere rati.* quod firmari posset ex Auctore Octaviae v. 127. de Agrippina ab inmani filio Nerone submersa:

——— *cujus in manus suam*
Stygiae parentem natus inposuit rati.

Ceterum recte barbarismi accusat Reinesius *tecum comitata*, quia *cum aliquo comitari*, sine alia voce quarti casus adjecta, exemplo destituitur. ideoque vel ellipsin praepositionis *cum* statuit, vel *tecum* cum verbo substantivo construendum, aut participium *comitata* absolute & pro nomine positum censet. Sed quam facile erat vocem *utinam*, hic minime necessariam, ut a mala manu additam delere, & ex *tecum comitata* formare *te concomitata*, ut versus & locutionis ratio constaret. *concomitari* vel sola Plauti auctoritate se tuetur Mil. Glor. IV. 3. 10. idem fere Protesilao de se spondet Laodamia apud Ovid. Epist. XIII. 163.

Me tibi venturam comitem, quocumque vocaris,
Sive (quod heu timeo) sive superstes eris.

unde *comes extincto Laodamia viro* Lib. II. Amor. 18. 38. supra epitaphio Pomptillae Ep. XC.

Sardoa tellure premor comitata maritum,
Proque viro fama est me voluisse mori.

Ceterum hoc Epigramma cum aliquot sequentibus, ad hanc quidem Classem non pertinentibus, huc referro malui, quam ea penitus omittere.

EP. CCCLXI. *Rapta jaces natis* &c.] ex Muratorio Tom. I. p. CCCC. pro *jaces* videtur legendum *jacet*. quod jubent sequentia. versu tertio *triste ministerium solvere*, ut infra Ep. CCCLXX.

His pater & mater moestum solantur amorem,
Solventes nato triste ministerium.

& Ep. XLVII.

Liberii soboles, matrique patrique superstes,
Triste ministerium mente dedere pia

adhaeret autem Virgilio Lib. VI. Aen. 223.

——— *pars ingenti subiere feretro*
Triste ministerium.

Ep.

Nomine Fuſcinilla Petelina domo orta,
Celſino nupta univira unanimis.

EP. CCCLXIII. PETRONIO. BIRRONIO.

Parva quidem monumenta tibi pro munere vitae
Fecimus, & tumulo teximus oſſa levi.
Sed quoniam tacitis adſunt ſua praemia votis,
Teſtatur titulus pignus amicitiae.
Si datur extinctis mentem retinere priorem,
Reſpice Birroni munus amicitiae..

EP. CCCLXIV.

DIS. MANIBVS
CLAVDIAE. PISTES
PRIMVS. CONIVGI
OPTVMAE. SANCTAE
ET. PIAE. BENEMERITAE.

Non aequos Parcae ſtatuiſtis ſtamina vitae,
Tam bene compoſitos potuiſtis ſede tenere,
Amiſſa eſt conjunx, cur ego & ipſe moror.

Si

EP. CCCLXII. FABIAE FVSCINILLAE] apud Gruter. p. MCXLI. I. Ferret. Lib. IV. p. 247. Fleetwood p. 253. verſu ſecundo legendum arbitror,

A natis trinis aque viro eripior.

EP. CCCLXIII. PETRONIO BIRRONIO] ſic ex MSS. Abbatis Rudolph. Venuti edidit Bonada Vol. II. p. 522. cum quo conferendus, & emendandus eſt Muratorius p. MCDLXXXIX. I. ubi ſimile, ſed admodum deforme, epitaphium adfert, ita ut pateat non quidem ab hoc diverſum, ſed verſibus confuſis ac turbatis ab eo exhibitum fuiſſe hoc modo:

Q. PETRONIO
BIBRONIO
LVPIAE. TESTATVR. TITVLVS
PIGNVS. AMICITIAE
SI. DATVR. EXTINCTIS. MEN
TEM. RETINERE. PRIOREM
RESPICE. BIRRONI. MVNVS
AMICITIAE
VIXIT. ANNIS. XXXXIII.
CAIVS. HELVIVS. IANVARIVS
PARVA. QVIDEM. MO
NVMENTA. TIBI. PRO
MVNERE. VITAE. FECI
HELFVS. TE. TVMVLO. TEXI
. . SAL. FVI. SED. QVONIAM
. . AS. FACIT. EFFERRE. PIAS. VO
. . . ES. . . . .

EP. CCCLXIV. *Non aequos Parcae* &c.] ex ſchedis Barberinis protulit Fabrettus cap. V. p. 419. a quo nonnihil differt hoc epigramma, ut editum eſt in Indice Inſcriptt. Gudianar. pag. CXI. nam v. 2. illic *compoſitos*, quod recepi, & in ſchedis Italicis inveni, pro *compoſita*, ut edidit Fabrett. & tertio *cur ego & ipſe moror*, in vita nempe, *mori* Fabrett. quinto forte corrigendum, *Triſtia contigerunt cui*, (vel *quia*) *amiſſa conjuge*, *vivo*. ſeptimi verſus fruſtum ſeparavi a ſequenti, quod male apud Fabrettum Gudiumque, & in iiſdem ſchedis Italicis, uno tenore connectebatur cum octavo; ubi mallem, *Dura peregiſtis crudeles penſa Sorores*. deinde *rupta fila* rectius apud Fabrett. quam *fuſi* in ſched. Ital. & Gudiano exemplari. ultimo verſu delenda ſunt verba *Primus Piſtes*, & pentametro abſolvendum eſt hoc epitaphium

Dum vitam tulero, lugeo conjugium.

ex Gudio etiam edidit Bonada Vol. II. p. 385. ſed inconſulte adjecit ſubſcriptionem,

TI. FL. CALLITYCHIANVS
MARITVS & ſeqq.

quae connectenda eſt Inſcriptioni a marito illo Claudiae Samiramidi poſitae, cujus priora praecedenti columna in Gudianis illic habentur. nam hujus Claudiae Piſtes maritus vocatur PRIMVS in titulo praepoſito; quod nomen in Lapidibus obvium eſſe vel ex Gruteriano & Muratoriano Indice patet.

Si felix eſſem, Piſte mea vivere debuit.
Triſtia contigerunt qui amiſſa conjuge vivo,
Nil eſt tam miſerum, quam totam perdere vitam,
Nec vitae naſci. . . . .
Dura peregiſtis crudelia penſa ſorores,
Ruptaque deficiunt in primo munere fila.
O nimis injuſtae (ter) denos dare munus in annos,
Deceptus gravius, fatum ſic preſſit egeſtas,
Dum vitam tulero (primus Piſtes) lugeo conjugium.

EP. CCCLV. *Hiſpelli.*

. . . .
. . . um deſierant ſed quaſi vivat amat.
Aetati viridi requieſce viator in herba,
Fuge ſi tecum ceperit umbra loqui.

EP. CCCLVI. *Romae.*

AETERNAE. ANIMAE
L. AELI. TERTI. CAVSIDICI
QVAE. . . . . TSPIFIO. FVIT. CON
DICIONE. . . . . ANNIS
XXX. . . . .
CVIV. I
PERV. . . . . FELI
CISSIMO. . . . . P. AELIVS
TERTIVS. PATER.
Hunc Placentia habet, patria quem Roma creavit,
Marmoreo poſitum ſolio, aramque ſacravit.
IN. HORTIS. ALLI. FILETIANI
CARISSIMI. AMICI. CVRANTE
L. AELIO. COMA. PATRVO. FILIO
INNOCENTISSIMO.

EP. CCCLXVII.

. . . .
. . . .
. . . . exſtructor templi quod corporis artus

Urna

EP. CCCLXV.] ſic edidit Murator. Tom. I. pag. CCXCII. I. quae ſuperſunt ex hoc epitaphio, ſic forte conſtitui poſſent,
Functum deflerant, ſed, quaſi vivat, amant.
Aetate heu viridi requieſco, viator, in urna,
Sed fuge, ſi tecum ceperit umbra loqui.

EP. CCCLXVI. *Hunc Placentia habet* &c.] poſt Fabrettum cap. V. pag. 378. adfert Muratorius Tom. II. p. DCLXVII. 5. verſu primo legendum, *quem patria Roma creavit.*

EP. CCCLXVII.] mutilum hoc fragmentum ſervavit Gruter. pag. DCCCCXXIX. 2.

EP.

Urna sepulcralis retinet cum pace perenni
Quique. . . . .

Ep. CCCLXVIII. *Augustae Taurinorum.*

. . . . terras nec minus & maria
. . . . . . impuri aquae Padi nec minus & saevi
. . . . . . ira quod optavi mihi tandem pervenit
. . . . . . perpetuam requiem posco.

Ep. CCCLXIX. *Romae.*

Hidisiis animo simul & cognomine matris
Nata sacrum tumulis hoc Fabiana dicat.
. . . ulus. . . . . . . per longa colatur
. . . . progenies quaeso virique manu.

Ep. CCCLXX.

His pater ac mater moestum solantur amorem
Solventes nato triste ministerium.

Ep. CCCLXXI. *Neapoli.*

Annia Pompejana Afra peregrino digna marito.
VIXIT. ANN. XXXVI. M. IIII. D. III. P. S.

Ep. CCCLXXII.

Infelix annosa viro nataeque superstes.

Ep. CCCLXXIII. HANNIBALI.

Nato dilecto moestus uterque parens.

POS.

Ep. CCCLXXIV.

L. . . . . . PRVDENS
C. MINICIVS. C. L.
CHRESTVS. PVDENTI
VAL. . . . . .

Ulterius nihil est morte, neque utilius.

Ep.

Ep. CCCLXVIII.] ita legitur apud Philib. Pingonium in Antiqq. Taurinens. pag. 66. Tom. IX. P. VI. Thes. Ital. Guichenon. Tom. I. Hist. Geneal. d'Savoye pag. 64. Gruterum p. DCCCXCVII. 17. Fleetwood pag. 301. & Ferret. Lib. IV. pag. 260. vitiosissime est apud Reines. in Append. pag. 1032.

Ep. CCCLXIX.] apud Murator. Tom. III. pag. MCCXV. 8.

Ep. CCCLXX.] fragmentum hoc ex Castalione habet Gruterus p. DCCXVII. 8. & ex eo Fleetwoodus pag. 258. & Ferret. Lib. II. pag. 149.

Ep. CCCLXXI. *Annia Pompejana* &c.] a Franc. Valletta Neapolitano secum communicatum edidit Murator. Tom. III. pag. MCCXL. 1.

Ep. CCCLXXII.] ex basi ingenti villae Justinianeae habet Fabrett. cap. I. pag. 21.

Ep. CCCLXXIII.] apud Murator. Tom. II. pag. MCXXX. 6.

Ep. CCCLXXIV.] ex Octavii Rubei Memor. Brixiens. p. 307. dedit idem Murator. Tom. III. pag. MDXCVII. 3.

EP. CCCLXXV. *Pyrgis in Sarcophago.*

O tu, qui multas, hofpes, luftraveris urbes,
Dic quo vidifti ftemmata plura loco.

EP. CCCLXXVI. . . . . .

D. M. S.

. . . . IVLIAE. IVLIANAE F.

. . . QVAE. VIXIT. AN. XX. M. XI. D. VII.

Poffidet inmeritum locus hic cito corpus iniquus,
Quae talem vitam meruit, ut curva fenectus
Noluerunt Superi cito reddidit omne nefandis
Quod fuit ad fuperos, quae nullis invida vixit.

C. IVLIVS. VICTORINVS
ET. AELIA. THEODATE. ET
C. VICIRRIVS. SOTER. CONIVX. B. M. E.

EP. CCCLXXVII.

Tibur mi patria eft, Agricola fum vocitatus,
Flavius idem ego difcumbens, ut me videtis,

Sic

EP. CCCLXXV.] ex fchedis Barberinis profert Fabrettus cap. I. pag. 21.

EP. CCCLXXVI. *Poffidet inmeritum* &c.] Repetere hoc loco vifum fuit hoc epitaphium, licet illud jam fupra Ep. LX. ex G. Fabricio & Pithoeo, fed paullo aliter, exhibuerim; quia ad nomen Juliae hujus eruendum conjectura mihi incidit ex lacuna, qua titulum huic epigrammati praefixit, qui ex Capacio & Schradaeo habet, Reinef. Cl. XIV. N. 86. verfu nempe primo illud *inmeritum* naevi fufpectum mihi eft, & in eo latet forfan nomen proprium Uxoris, quod exciderit in praepofita Infcriptione apud Reinefium,

. . . . IVLIAE. IVLIANAE. FILIAE.

an hariolari licet *Emeritae* legendum, adeo ut dicta fuerit EMERITA IVLIA. id enim feminae nomen etiam in aliis Lapidibus. apud Murator. Tom. III. pag. MCCCVII. 8.

AVRELIARVM
EMERITAE. CONIVGI
SABINAE FILIAE
VERECVNDAE. MATRI.
SABINEIVS. SABINVS
KARISSIMIS.

pag. MDLXXX. 11.

D. M.
EMERITA
VIXIT. ANN. V.
M. VI. D. VIIII.
FECIT. GALLIA
FELICITAS. VERNA.

& T. IV. pag. MMXCIII. 14.

MAE. . . . . ANDI
DO. ET. EME
RITA. ET. FIL. &c.

in monumento Chriftiano apud Fabrett. cap. VIII. pag. 583.

Hic mihi cara pio tegitur conjux ecce fepulcro,
Emerita fanctifico femper fociata pudore.

& forte pro captu aetatis, auctor carminis adlufit ad EMERITAE nomen in fequenti verfu *Quae talem vitam meruit.* cetera quae fequuntur, obfcura funt, quia verfus nonnulli forfan evanuerunt. EMERITAE nomen etiam in numis vetuftis notum, nam fic dicta fuit Urbs Lufitaniae ad Anam fluvium, ab emeritis militibus, quos Auguftus poft bellum Cantabricum eo in coloniam deduxit, quae AVGVSTA. EMERITA vel COL. AVGVSTA EMERITA in Augufti & Tiberii numis dicitur. vid. Vaillant Num. Colon. Tom. I. pag. 34 & 35. & 75. Morell. Thef. Imp. Tom. I. pag. 354. Tab. XXVI. & Numophylac. Chriftinae Tab. II. N. 4. pag. 16 & 17.

EP. CCCLXXVII.] Ita hoc monumentum Flavii Agricolae Tiburtini, Romae erutum intra ambitum Templi Vaticani an. 1626. fed valde incultum, & numeris innumeris horridum, deficientibus duobus ultimis verfibus, exftat apud Vulpium Vet. Lat. Prof. Lib. XVIII. cap. 19. p. 668. & feq. fed ante illum ediderat Fabrettus cap. V. pag. 428. ex quo habet Bonada Vol. II. p. 534. verfu primo *Tibur mihi patria*, & tertio,

quibus

Sic & apud Superos annis, quos fata dedere,
Animulam colui, nec defuit umqua Lyaeus.
Praecessitque prior Primitiva gratissima conjunxs
Flavia, & ipsa cultrix Deae Phariaes casta,
Sedulaque, & forma decore repleta,
Cum qua terdenos dulcissimos egerim annos,
Solaciumque sui generis Aurelium Primitivum,
Tradiditque pietate sua & colere fastigia nostra,
Hospitiumque mihi secura servavit in aevum
Amici, qui legitis, moneo, miscete Lyaeum,
Et potate simul, redimiti tempora flore.
. . . .
. . . .

EP. CCCLXXVIII. *in Agro ForoLiviensi.*

D. M.
M. CLODI. PAVLINI
VIX. ANN. XXIIII. M. VIII. D. V. H. VIII.

Carpis si quis iter, paulum huc depone laborem,
Cur tantum properas, non est mora, dum audis
Lingua tua vivum mitique tua voce loquentem.
Oro libens. . . . . . . taedio duc amice

Dum

quibus fata dedere singuli ediderunt. *Agricola sum vocitatus* firmat conjecturam, qua supra Ep. CLXI. emendandum censui, *Vita Philematium Aurelia sum vocitata.* pro vulgato *sum Aurelia nominitata.* quarto forte legendum *nec defuit unda Lyaei.* septimo suppleri posset. . .

Sedulaque, & frugi, formaeque decore repleta.

saepe enim in epitaphiis mulierum, quae antiquis erant moribus, inter praecipuas laudes numeratur, eas non tantum formosas, sed & sedulas, lanificio nempe, ac frugi fuisse, ut in Inscript. apud Murat. Tom. III. p. MDCXXI. 12.

ANNIA. T. L. HELENA. VXOR
FRVGI. SVMMA. QVAE. VIX. PROBITATE &c.

in epitaphio Amymones apud Sponium Miscell. pag. 151.

Hic sita est Amymone Marci, optima & pulcherrima,
Lanifica, pia, frugi, casta, domiseda.

& Semproniae Moschidis supra Ep. CLXVIII.

Heic est sita sita, pia, frugi, casta, pudica.

ubi vide notas, & ad Ep. CXLVII. in fine. & Leichium ad Carm. Sepulcr. ex Antholog. MS. pag. 19. undecimo emendandum,

Hospitiumque mihi secura paravit in aevum.

ut in epitaphio Aelii Ulpii Ep. XXXIII.

Ipsa suo curam titulo dedit, ipse sepulcri
Arbiter, hospitium membris fatoque paravit.

& Zoës Ep. CLXIV.

Praecessi hospitium dulce parare tuis.

in Inscriptione Doniana Cl. X. N. 19.

HAEC. EST. DOMVS
QVAM. MEIS. PARAVI.

ut legendum notavi supra pag. 107. & sic in lacero fragmento Lapidis Muratoriani. . . . . *requi. . . . . . . aravit*, supplendum esse *Aeternam in requiem tumulum post fata paravit* conjeci Ep. CLXXVI. pag. 129. ubi plura.

EP. CCCLXXVIII. *Carpis si quis iter* &c.] Ita lacerum hoc carmen exhibet Muratorius Tom. II. p. CMXLVI. 5. qui notat iisdem vulneribus deformatum esse editum a Sigism. Marchesio in Historia ForoLiviensi p. 30. & lapidem ipsum hodie conspici in Palatio Illustrissimi Farsetti Archiepiscopi Ravennatis, censetque epitaphii hujus auctorem Musis aversis se natum prodere: in quo facile ipsi adsentior; sed quod *homini poëtae* positum esse hoc monumentum arbitretur, qui forte in arte sua excelluerit, non persuadet. Ex mutilis epitaphii fragminibus *Dum vixi. . . . . cantavi*, *Jam doctus noctu* (forte *doctis noctu*) & *noctibus pervigilavi*, existimarim potius, hunc Clodium Paulinum fuisse cantatorem carminum veterum poëtarum, Homeri praesertim, ad convivia potentum, & qui canendi arte jocisque exhilaraverit convivas, in seram noctem pervigilantes.

quae-

Dum vixi. . . . . cantavi. . . . . .
Jam doctus notus & noctibus pervigilavi.
Ast miro ingenio facro. . . . concrepui
. . . . dico vale. . . . .
Parc. . . . . . miser. . . . . . parent. . . .
. . . . . tacer. . . . . interrogata
Ut me infern. . . Stygias Dis pater accipiat
Lamenta quid profunt. . . . .
Jam prid. . . . . . & vos venite ibidem,
Nil doleo, nec deest, fecura morte quiefco.

EP. CCCLXXIX. *Romae.*

OTTEDIAE. ZMYRNAE. CONIVGI. B. M. Q. V. ANN. XVI. M. VIII. C. SATRIVS. ABASCANTVS. FECIT ET. SIBI. ET. SVIS POSTERISQVE. EORVM.

Heic jaceo infelix Zmyrna puella tenebris,
Quae annos aetatis agens fex & dece menfibus octo
Amifi lucem anima mea rapuerunt fata iniqua,
Castior ut probior fervatior ulla marito.
Te precor hoc qui releges fiinas habet ulla locum
Sic fi mei & titulum natis confcribere poffis
Difcedens dic Zmyrna uhe iterum te. . . . in anno.

EP. CCCLXXX. *Beneventi.*

BASSEVS. BENEBEI. . . . . .
VIXIT. ANNOS. . . . . . .

Hofpes refifte & tumul. . . . . . .
Lege & moraris jam fc. . . . . . .
Vixi qua potui karus ru. . . . .
Hic fum fepultus hic of. . . . . . .
Valete & benefacite vo. . . . .

EP.

qualis Claudius Tiberinus in monumento, cujus initium huic fimile eft, fupra edito Ep. CCLX.

Gratus eram populo quondam, notufque favore,
Nunc fum defleti parva favilla rogi.
Quis bona non hilari vidit convivia vultu,
Atque meos mecum pervigilare jocos.
Quondam ego Pierio vatum monumenta canore
Doctus cycneis enumerare modis.
Doctus Maeonio fpirantia carmina verfu
Dicere Caefareo carmina nota foro.

ubi plura huc facientia notavi.

EP. CCCLXXIX.] mendofiffimum hoc epitaphium, quod apud Ficoronium haberi notat, produxit Muratorius Tom. III. pag. MCCCLXXXIV. 7.

EP. CCCLXXX.] ex fchedis fuis lacerum hoc jambicum adfert idem Muratorius Tom. III. p. MDCXLV. 7. in titulo forfan BASSVS BENEVENTANVS caftigandum, nam *Beneventi* haberi praefigitur. verfu primo fupplendum arbitror,

Hofpes refifte, & tumuli verfus hos lege,
Greffum morare, &c.

ut fupra Ep. CCCLIII.

Heus oculo errante quei afpicis lethi domum,
Morare greffum, & titulum noftrum perlege.

Ep. CXCVIII. ut legendum conjeci,

Subfifte, & titulum fcriptum lege, care viator,

& forte in animo habuit epitaphii auctor titulum illum, quem monumento Dorfenni, Atellanarum fcriptoris, infcriptum fuiffe teftatur Seneca Epift. LXXXIX.

Hofpes refifte, & Sophiam Dorfenni lege.

Sed haec & praecedentia fine ope integriorum exemplarium, ex lapidibus ipfis fidelius defcriptorum, vix reftitui poffunt.

EP.

EP. CCCLXXXI.

Invida fors Fati rapuisti utilem sanctam puellam
Bis quinos annos.
  Nec patris ac matris es miserata preces.
Accepta & cara sueis mortua hic sita sum.
Cinis sum, cinis terra est, terra Dea est.
Ergo ego mortua non sum.

EP. CCCLXXXII.

Parva quidem monumenta tibi pro munere vitae
  Feci * uius te tumulo texi * sal fui.
Sed quoniam as facis efferre pias voces.
. . . .

EP. CCCLXXXIII.

Flos decus & vitae. . . . .
  Hic situs aeternam. . . . . . .
Omnibus edoctus studiis. . . . . .
  Religione potens. . . . . . .
Bis denos carpens. . . . .
  Quatuor adjungens. . . . . .
Aemiliane mihi semper Kariss. . . . .

EP. CCCLXXXIV.

Hic sita sum morum speciem. . . . .
Digno juncta viro multu. . . . . . .

Qui

EP. CCCLXXXI.] edidit Gorius Tom. III. Inscr. Etrusc. p. CIV. & ex eo, sed loco non notato, Murator. Tom. III. pag. MDCCLXVIII. 11. ubi acumen editoris singulare in explicatione hujus fragmenti notari meretur.

EP. CCCLXXXII.] sic edidit Muratorius Tom. III. p. MDCCLXXIII. 7. primam corruptissimi epigrammatis partem sic sanandam arbitror.

Parva quidem monumenta tibi pro munere vitae
  Fecimus, & tumulo teximus ossa levi.

ut sit epitaphium parenti positum a filio vel liberis. supra Ep. CCXLVIII.

Quae mihi debebas supremae munera vitae,
  Infelix solvo nunc tibi, nate, prior.

monumenta tibi *Fecimus*, ut in illo apud Ferret. pag. 232.

Nos tibi digna tuae monumenta extrema favillae
  Fecimus, at nobis tu gemitum adsiduum.

ex sequentibus vix commodum sensum conjecturis adsequi possis. Vix ausim hariolari, ac supplere,

Sed quoniam in Parcas voces efferre nefandas
  Non licet, has cineri reddimus exsequias.

eo fere sensu, quo supra Ep. CCXXIII.

Sed quoniam Parcis vetitum est nihil. accipe nostri
  Aeternas, heu, heu, carminis exsequias.

emendandus Ausonius Parental. Ep. VII. fin.

Discreti quamquam tumulis, & honore jacetis,
  Commune hoc cineri munus habete. Vale.

ut verissime conjecit N. Heinsius. vulgo *verbi munus.* sic idem Ep. IX.

Nunciet hoc cineri nostra favilla tuo.

& Ep. XXIX.

——— *accipe questus,*
  Debet quos cineri moesta Elegia tuo.

EP. CCCLXXXIII.] fragmentum hoc ex Donio Cl. XX. 73. habet Muratorius Tom. IV. pag. MDCCCXXI. 3.

EP. CCCLXXXIV.] Ex eodem Muratorii Thesauro Tom. IV. pag. MCMXCVIII. 5. versu primo *morum specimen* emendandum pro *speciem.*

Qui fimul occubuit. . . . .
Reddi anima colu geret. . . . . . .
Et nunc aetheriis vivam jam. . . . . .
Perfruar ut te egregiis m. . . . . . .

VIXIT. ANN. LII.
DECESSIT. XVI. KAL.
FL. LVPICINVS. COS.

EP. CCCLXXXV.

Nimbifer ille Deus mihi facrum invidit Ofirim,
Imbre tulit mundi corpora merfa freto.
Invida dira minus patimur, fufamque fub axe
Progeniem caveas Trojugenamque trucem.
Voce precor fuperas auras & lumina coelo
Crimine depofito poffe parare viam.
Sed veluti jaculis iterum radiantibus undas,
Si penetrat, gelidas ignibus uret aquas.

EP. CCCLXXXVI. *Mediolani.* CVRTII VILANI.

Acceleres quamvis, orat te flebile faxum,
Confpicias quis fit conditus hoc tumulo.
Curtius hic fitus eft, pietate infignis & annis,
Vilanus, Superis reddidit aft animam.
Ne pudeat, noftrum tu qui legis advena nomen,
Dicere, Vilano fit precor alma quies.

EP. CCCLXXXVII.

C. MATIENI. C. F. OVF.
OVICVLAE
ANNORVM. XXVII.

Tempus victuro mihi longum ftamine Parca
Aetatis noftrae. . . . .

EP. CCCLXXXVIII. *Bononiae.*

Permanfit bis denis in vidualibus annis
Jam jam fancta parens, quartam nunc refpice prolem.

Acci-

EP. CCCLXXXV. *Nimbifer ille Deus* &c.] Oedipo dignum hoc aenigmaticum epitaphium edidit Muratorius Tom. IV. pag. MCMLXXXV. 7. qui conjicit naufragi hominis effe querelam, quem euntem ad vifitandas Ofiridis aedes procella interceperit. v. 3 forte *nimis* corrigendum pro *minus*.

EP. CCCLXXXVI.] apud eumdem Murator. Tom. V. pag. MDCCCLV. 8.

EP. CCCLXXXII. *Tempus victuro* &c.] fragmentum hoc ex urna marmorea produxit Ant. Ricchi Reggia de Volfci Lib. I. c. 18. pag. 114.

EP. CCCLXXXVIII.] edidit Malvafia in Marm. Felfin. pag. 9. qui cenfet votum effe matris ad Dianam vel Ifidem, pro fufcipienda quarta prole.]

EP.

Accipe perpetuo quae dat tibi munera natus
Romuli. . . . .

. . . .

EP. CCCLXXXIX. *Romae.*

Vivite mortales & vitae & legibus aequis,
Haec ſuperat lethum, cetera condet humus.
Quod thalami, quod jura Deûm, quod juſta peregi,
Sorte mea inferni judicis urna vacat.
Te ſolare inopem, conjux, ſolare nepotes,
Si terras liquit ſpiritus, aſtra tenet.

EP. CCCXC.

Qui gemitu triſti, lacrimis te deflet in oras,
Dulci conjugio queritur ſe luce relictum,
. . . . una
Sobria caſta. . . . .

MARCIA. QVAE. VIXIT. ANNOS XVIIII. ET. M. X.
DEP. KAL. SEPT. IVLIANO. AVG. IIII. ET. SALVSTIO.

EP. CCCXCI.

CLODIA Ɔ. L. ELEGANS
VIX ANN. XXX.

Hic Clodia cara cunctis juſtiſque piiſque
Eſt ſita, & ſubito tempore rapta abiit.
Quam flet amiſſam aeterno tempore conjux.

EP. CCCXCII.

Molliter oſſa cubent, dicat rogo quiſque viator,
Sic tibi defuncto dicere Dì jubeant.

EP. CCCLXXXIX. *Vivite mortales* &c.] Hoc quoque epigramma, non inelegans, licet ad Conjugum Epitaphia, ſupra exhibita, referendum ſit, addere hic viſum fuit ex Schradaei Monum. Ital. pag. 161. Verſu primo emendandum abitror,

Vivite mortales virtutis legibus aequis,
Haec ſuperat lethum, &c.

quarto verſu eſt elegantiſſima Propertii imitatio ex epicedio Corneliae Pauli Lib. IV. El. XI. 17.

Immatura licet, tamen huc non noxia veni,
Det pater hic umbrae mollia jura meae.
Aut ſi quis poſita judex ſedet Aeacus urna,
In mea ſortita vindicet oſſa pila.

poſſis & initio conjicere auctorem ſcripſiſſe,

Vivite mortales Naturae legibus aequis.

ut forſan in animo habuerit illud ex eadem Elegia Propertiana,

Mi Natura dedit leges a ſanguine ductas,
Nec poſſum melior judicis eſſe metu.
Quaelibet auſteras de me ferat urna tabellas,
Turpior adſeſſu non erit ulla meo.

ſed priorem conjecturam praeſero.

EP. CCCXC.] apud Fabrett. cap. X. pag. 740. primo verſu pro *in oras* non dubito emendandum, *lacrimis te deflet amaris.* ſecundo *luce relictum* illuſtrabunt notae ad Ep. CCCXLVIII. & ſimile illud quod Ep. CCIV.

Dulcem nam carui lucem, cum amiſi te ego conjux.

EP. CCCXCI.] ex Schedis Barberinis idem edidit Fabrettus cap. III. p. 189 forte ſcriptum fuerit,

Clodia cara ſuis, cunctis juſtiſque piiſque,
Hic ſita, ſed ſubito tempore rapta obiit.
Aeterno amiſſam quam deflet tempore conjux.

EP. CCCXCII.] apud eumdem Fabrett. cap. IV. pag. 283.

LIBER-

LIBERTI PATRONIS.

Ep. CCCXCIII.

ONESIMVS. ANICETVS. FECIT. DOMINO.

O utinam vivo potuiſſem praemia morum
Reddere, nunc lacrimas accipe pro meritis.
Nam ſemper, fateor, tacita te mente probavi,
Detexit ſenſus ultima flamma meos.
Tu columen rerum ſemper, tu cura mearum,
Nunc eris & luctus tu quoque cauſſa mei.
Oſſibus infundam, quae numquam, vina, bibiſti,
* * *

Ep. CCCXCIV.

ARTEMISIVS. LIBERTVS. FABIAE
PYRALLIDI. PATRONAE.

Cunctorum haec ſuboli ſedem poſt morte reliquit,
Ante tamen nato, conjuge & ante ſuo.

Non-

Ep. CCCXCIII. ONESIMVS ANICETVS] Legitur apud Mazochium p. 56. ſed corrupte. Smetium pag. CXIII. b. Gruterum pag. 948. 10. & ex Grutero profert Barth. ad Rutil. Lib. I. 587. Ferret. in Muſ. Lap. p. 191. Boniſac. de comp. Epit. p. 197. Fleetwood pag. 312. Labbaeus Theſ. Epit. vet. P. I. p. 50. & Murator. Tom. II. p. 621. inſ. 1. qui addidit anaglyphum Aurigae, currui bijugo inſiſtentis. edidit etiam Anglus anonymus in Delect. Inſcript. Metric. N. XL. pag. 12. & Bonada Vol. II. p. 388. omnes autem ſubſcribunt,

DIS. MANIBVS
ONESIMI. ANICETVS. CARISSIMO. FECIT. DOMINO.

& ſic in Cod. Bucheliano. quae verba praefiguntur apud Pithoeum Lib. III. pag. 143. additis in fine aſteriſcis, ad indicium ultimi verſus deſiderati; ſed puto tantum excidiſſe ſubſcriptionem, cum ſaepe Epitaphia abſolvantur hexametro, licet Elegiaca praeceſſerint. nullum etiam lacunae indicium eſt in cod. Meermanniano. ſed ſubſcribitur,

DIS. MANIBVS
ONESIMI. ANICETVS
CARISSIMI. FECIT
DOMINO.

& praefigitur in margine, haberi *ante domum Card. S. Marcelli*.

praemia morum Reddere] fuit cum tentarem *praemia amoris*. ut ſupra in Epitaphio Vibiae Latinae, Ep. CCXII.

Quae tibi cumque mei potuerunt pignora amoris,
Nata, dari. &c.

ſed vulgatam vindicat Statius Lib. I. Sylv. 4. 38.

Quae tibi ſollicitus perſolvit praemia morum
Urbis amor.

& ſua imitatione etiam probavit Georg. Bersmannus, inter Germanos poëta minime adſpernendus, Lib. I. Tumulor. pag. 268.

Quae potuit nuptae perſolvere praemia morum.

tacita te mente probavi] vitioſe apud Mazochium *tacita mente jam probavi*. In codice Meermanniano & Bucheliano *tacita jam mente probavi*. *probare* bene illuſtrat Barth. ad Rutil. d. l. vide ſupra ad Ep. CCCXXXVI.

Bonis probata, inviſa ſum a nulla, proba.

Oſſibus infundam, quae numquam, vina, bibiſti] *infundant* cod. Meermann. notat ex his Muratorius, bigarum agitatoribus qualis in monumento ipſo conſpicitur, non licuiſſe vinum bibere. Sed forte reſpicit tantum ad epulas funebres, quibus ad rogum in oſſa vinum fundebant. ſupra in epitaphio Fuſci, agitatoris Circenſis, Ep. CCCXXIX.

Fundimus inſonti lacrimas, non vina, &c.

ut illic legebat Heinſius, quem etiam vide ad Claudian. Epigr. 38.

Ep. CCCXCIV. ARTEMISIVS. LIBERTVS. FABIAE. PYRALLIDI. PATRONAE] ſic inſcripſit G. Fabricius pag.

Nondum ſecura dum flet moeſtiſſima mente,
Occidit, & triſtes decepit moeſta fovendo.
Sed nos ſolliciti, memoreſque parentis amore,
Matrem cum nato, conjuge cumque ſuo,
Securos colimus, memores de nomine noſtro,
Et faciet ſuboles multos memorata per annos
Sacra Deis patribuſque ſuis, memoreſque priorum,
Et memores noſtri noſtrorumque: alta propago
Aeterno ſervent ſemper memorabile nomen.

Ep. CCCXCV.

Quiſquis es, aut olim noſtra de ſtirpe futurus,
Sis memor antiqui nominis, & tituli,
In quorum titulis hic datur eſſe locus,
Aeternaeque domus tu tueare focos.

Ep. CCCXCVI.

A. . . hoc titulo patronum pietatis honorat,
Quicquid id eſt, gratum manibus officium,

* Non

pag. 125. & Pithoeus pag. 143. ſed non ita in marmore. nam apud Apianum pag. 242. Mazochium pag. 155. Gruterum p. 939. Aldum in Orthogr. p. 707. Ferret. Lib II. p. 89. & in veteri codice Moroni praefigitur hic titulus: FABIAE. PYRALLIDI. OPTIMAE. AT. SANCTAE. PATRONAE. DE. SE. BENEMERITAE. ARTAMISIVS LIBERTVS. & ſic edidit Bonada Vol. II. pag. 378.

Cunctorum haec ſubeli] ita conſtanter apud omnes editur, & ex ipſo monumento, quod ad aedem Aeſculapii, ubi nunc D. Bartholomaei fanum, haberi teſtatur, profert Pierius ad Virg. IV. Aen. 328. ſed Heinſius tam in codicis ſui margine, quam Lib. III. Adverſ. cap. 9. p. 464. legebat *Functorum*. pro defunctorum. ſupra in Epitaphio Laeliae Clementinae, Ep. CLIX.

Functa jaces, ſed vivis, viveſque Secundo
Laelia tuo, debent nec benefacta mori.

ubi male *Juncta* in codice meo Henniniano. & ita corrigendum in Gloſſis Placidi MSS. ubi habetur, *Tropaea*, *ſpolia punctorum*, *victoria*. legendum enim *ſpolia functorum*. & in Gloſſario inedito Voſſiano, ubi corrupte exſtat, *Troptea*, *ſpolia punitorum*, *aut victoria*. Arnobius Lib. IV. p. 124. *Lares eſſe genios & functorum animas mortuorum*. ut emendavit Stewechius. ſed forte ultima vox *mortuorum* abundat illic tamquam gloſſema *functorum* apud Prudent. Cathemer. Hymn. V. v. 135. *Functorum populus* legitur in codd. MSS. non *Umbrarum*. idem Hymn. X. Periſt. v. 1081.

Functum deinde cum reliquit ſpiritus,
Et ad ſepulcrum pompa fertur funeris.

Eugenius Epigr. IX.

Vita redit functis, & languor pellitur omnis.

Claudian. Epigr. XLVIII. 20.

Elapſaſque animas in corpora functa reducis,
Et vitam remeare jubes.

& ſic alibi *functus* abſolute pro defunctus, vel morte functus. vide Patrui mei notas ad Albinov. Eleg. ad Liv. v. 393.

poſt morte] vid. ſupra ad Ep. LXXXVI. & CLXXXIX.

conjuge & ante ſuo] leg. *conjugi* cum Heinſio, & ſic apud Fabricium.

decepit moeſta fovendo] *decerpit* apud Ald. *favendo* Ferret.

Sacra Deis] *Dies* apud Ald. & Ferret.

Ep. CCCLXCV. *Quiſquis es, aut olim noſtra de gente futurus*] connectunt omnes ſuperiori Epigrammati, a quo tamen divellendum, & ſeparatum carmen eſſe arbitror. hunc locum etiam adfert Delr. ad Senec. Herc. Oet. v. 1475. p. 192. ubi de uſu τȣ̃ *olim* futuri temporis agit.

nominis & tituli] *titulis* Ald.

In quorum titulis] *titulo* v. c. Moroni. Ald. Apian. & Ferret. *datur hic eſſe locus* apud Apian.

Aeternaeque domus] ſic Fabric. & Pith. *Et domus aeternae* ceteri omnes. *domus aeterna* hic iterum pro ſepulcro, ut centies in epitaphiorum lapidibus. quod reſtituendum forte inſcriptioni antiquae apud Murator. Tom. III. pag. MDCCVI. 1.

DOMVM. MATERNA. VIVVS. FVNDAVI.

corrige DOMVM. AETERNAM. eodem Volumine pag. MDLXXXI. 7. DOMVM HANC. AETERNALEM. FECERVNT. ſed de eo ſatis ad Ep. CXLIX.

Ep. CCCXCVI. *A. . . . hoc titulo patronum* &c.]

ſic

* Non juſſa teſtamento, neque voce rogata.
Libertae vivit hic, aliis obiit.

Ep. CCCXCVII.

Vrnae inſcriptum, in qua erat lucerna ardens.

Plutoni ſacrum munus ne adtingite fures,
Ignotum eſt vobis, hoc quod in orbe latet.

Nam-

ſic exhibuit Pithoeus p 144. & Apianus p. 58. 3. Ferretius p. 221. *A. . . . hoc patronus titulum* &c. *Quod id eſt* &c. & pag. 239. . . . *hoc titulo patronum* &c. *Quicquid eſt* &c. Gruterus p. 935. inſ. 5. *A. . . hoc patronum titulum pietatis honorat. Quod id eſt* &c. & pag. 954. inſ. 10. . . *miae hoc titulo patronum pietatis honorat. Quicquid eſt.* &c. Georg. Fabricius in Monum. Antiq. p. 126. aliter ſuppletum habet cum Inſcriptione LIBERTA. SVAVI. PATRONO.

Hoc titulo ſic patronum pietatis honore,
Quicquid id eſt. &c.

ſed puto in ſchedis, unde edidit, fuiſſe mutilam ſcripturam, quae & in aliis obtinet . . . *hoc titulo* (ſic) & voculam *ſic* de more adpoſitam fuiſſe a deſcriptore, ut indicaret ſic lacerum ſe reperiſſe hunc verſum. ut paſſim in Inſcriptionibus. offendiſſe praeterea videtur Fabricium correpta ſecunda ſyllaba in *patronum.* quod tamen ab ejuſmodi epitaphiorum genio non abhorret. ſupra Ep. CCCLIX.

Dat tamen haec patronae pietas ſolatia fidae.

ſic capi etiam poſſet in lapide apud Murator. Tom. III. pag. MDXIII. 3. *S. . . vola poſt patroni obitum dilecta puella.* ubi ſupple *Servola.* quamvis illic praeſtet *patroni obitum* cum eliſione, productis ſyllabis prioribus. Secundo verſu apud Apianum *Quid id eſt.* forte *Si quid id eſt.* vel *Quidquid id eſt*, ut apud Pith. & Fabr. editur. Ferrettus cap. V. pag. 417. & ex eo Bonada Vol. II pag. 383. hoc modo adferunt,

Murria hoc titulo patronum pietatis honorat,
Quidquid id eſt, gratum manibus officium.
Non juſſa tamen nec voce rogata.
Hic aliis obiit vivit libertae ſuae ſuavis patronus.

monumentum ipſum cum hoc epigrammate habet Muratorius Tom. III. p. MDLX. praefixa hac inſcriptione:

A. SOCCONI. ATTICE. L.
CHRESTO V. F.
SIBI. ET. PATRONO.

. . *Dia hoc titulo patronum* &c.

& verſu tertio

Non juſſa tamen nec voce rogata
Hic aliis obiit vivit libertae ſuavis.
. . . . PATRONVS. . . .

& ſic edidit Bonada Vol. II. pag. 422. In notis autem monet Muratorius, Staniſlaum Bardetti praepoſitum titulum ſic legiſſe,

A. SOCCONI. CHRESTO
ATTICE. L. V. F.
SIBI. ET. PATRONO.

& reliqua hoc modo conſtituiſſe,

—— *hoc titulo patronum pietatis honorat,*
Quidquid id eſt, gratum manibus officium.
Nec juſſa tamen nec voce rogata
Hic aliis obiit vivum,
Libertae ſuavis patronus.

profecto infeliciter. ut ex ſequenti nota patebit.

Non juſſa teſtamento neque voce rogata] apud Apianum *non viſa tamen nec voce rogata.* ut Fabricius, praefixo aſteriſco. & ſic Gruter. & Ferretius primo loco. altero *non juſſa tamen.* Forte ex primis literis vocis *teſtamento* inſerendum *eſt*, & legendum,

Non juſſa eſt teſtamento, neque voce rogato,

ut juſſam ex teſtamento, & voce nuncupatam, diſtinguat. ſimile illud quod in Cod. MS. Antiqq. Narbonenſium inveni, & jam ſupra ex Pithoeo & Grutero edidi Ep. CCV.

Nec juſſa hoc teſtamento, neque voce rogata,
Sed pia pro meritis ſponte ſua poſuit.

non diſpar oppoſitio in illo Juſtini Lib. XII. c. 15. in fine: *etſi non voce nuncupatus heres, judicio tamen electus eſſe videretur.* ultimus verſus apud Apianum & Gruterum ſic legitur,

Hic aliis obiit. vivis libertas ſuae
Suavis patronus.

ex quibus verbis nata Fabricii inſcriptio, LIBERTA. SVAVI. PATRONO. ſed forte diſtichon illud, quod modo ex alio apud Pithoeum loco ut vagum & nulli Epitaphio connexum produxi, aberravit, & divulſum fuit ab hoc carmine, ut & alia ſimi-

Namque elementa gravi clausit digesta labore,
Vase sub hoc modico, Maximus Olybrius.
Adsit fecundo custos sibi copia cornu,
Ne pretium tanti depereat laticis.

EP.

similia sunt in Collectione Pithoeana, & ultima illa *Hic aliis obiit* &c. carmini tantum adjecta, tamquam elogium metro non alligatum, ut saepe in Epitaphiis; & in initio litera *a* forte reliqua est ex voce *Liberta*, adeo ut totum Epitaphium ita sit constituendum:

Liberta hoc patronum titulo (nam apud Gruter. *patronum titulum*) *pietatis honorat,*
Quidquid id est, gratum manibus officium.
Non jussa est testamento, neque voce rogata,
Sed pia pro meritis sponte sua posuit.
HIC. ALIIS. OBIIT. VIVIT. LIBERTAE. SVAE
SVAVIS. PATRONVS.

apud eumdem tamen Gruterum pag. 954. 10. legitur in initio. . . MIAE PATRONVM &c. in quo forte proprium Libertae nomen POSTVMIAE vel simile quid latere posset.

EP. CCCXCVII. *Plutoni sacrum* &c.] primus edidit Apianus pag. 337. ubi conspiciuntur hi versus in grandiori urna coctili, ut sequens epigramma altera ejusdem paginae facies in minori urna exhibet, quae majori inclusa fuit cum duabus ampullis, altera aurea, argentea altera, plenis liquore purissimo, in quarum medio erat ardens lucerna, sed extincta statim, cum retegebatur. Inventum autem fuit veterrimum hoc monumentum a rusticis, terram eruentibus circa Atheftam in agro Patavino. ut refert illic Apianus, & ex eo Gruterus pag. MCCCCXXVII. 5 & 6. hinc utrumque epigramma semper junctim fuit editum, ut a Pithoeo p. 144. Scardeonio in Antiqq. Patav. Lib. I. circa finem. Hippol. Angelerio de Antiqq. Urbis Atheftinae p. 11 & 12. in Tom. VII. P. I. Thes. Ital. Boxhorn. Quaest. Rom. XI. pag. 51. Ferretio Lib. I. p 5. Fleetwoodo Sylloge. Inscr pag. 308. Labbaeo Thes. Epit. vet. P. I. p. 45. Bonada Vol. I. p. 82 & 83. & Anglo anonymo in Delectu Inscr. Metric. N. XLVI. pag. 34. ubi primum adfert, alterum in notis pag. 12. vide & Guther. Lib. II. de Jure Man. cap. 23. Ferrarium de Lucern. sepulchr. pag. 10. & Gesnerum de Herbis Lunat. & Noctiluc. p. 5. Etiam in duabus antiquis editionibus Valerii Probi de Notis Rom. quarum una prodiit Venet. 1498. altera ibidem a Jo. Tacuino an. 1525. inter alia Epigrammata & Inscriptiones veteres leguntur duo haec epitaphia, addito ejusmodi titulo: *Patavii in Arca Laterina, in qua vas fictile clausum erat, ibidemque alterum in vase fictili, in quo vitreum erat inclusum,* & ita ex v. c. Moroni descripsit Heinsius in libro Inscriptt. Antiq. MS. In meo Perotti codice utrumque occurrit, sed nullo titulo praefixo, cui tamen postea inferendo spatium vacuum erat relictum. in codice Meermanniano secundum epigramma offendi, cui praeposuerat Inscriptionum collector *Venetiis credo repertum* Denique Jac. Zabarella libro italico de Arcontiis edito, quo marmora antiqua etiam illustravit, p. 111 & 112. haec epigrammata profert, & historiam inventarum urnarum narrat, ita ut existimet hunc Maximum Olybrium (*Olibium* male vocat) fuisse ingentem Philosophum ac Chemicum qui, arte purgandi elementa per Ignem, verum invenerit lapidem Philosophicum, adferique nummum argenteum in eo tractu an. 1610 inventum, sed typis valde detritis, in cujus una parte literae MA, in altera OLI, per quae Maximi illius Olybrii nomen iudicari hariolatione admodum lubrica conjicit. quibu eadem tradit in alio libro *il Corelio* inscripto pag. 26. & 27. primum epigramma solum exstat apud Schradaeum in Monum. Ital. pag. 187. ubi versu primo male *Plutonis sacrum* editur. *ne attingite vates* v. c. Moroni, & ed. antiq. Valer. Probi. secundo *hoc quod in urna* male Apian Gruter & Ferret. cui simile vitium in Inscriptione Hispalensi, quam adfert Cel. Greg. Majansius in Epistola I. huic Volumini praefixa pag. 12.

Spiritus astra petit, corpus in urna jacet.
de quo vide supra ad Ep. CCII. pag. 151. male etiam hic *urbe* cod. Moron. *orbe* verissime apud Scardeon. Schradaeum & Pith. quod firmat Perotti codex. per *orbem* intelligit rotundam urnam, qualis apud Apianum cernitur.

Maximus Olybrius] sic recte edidit Gruter Ferret. & Fleetwood. ut scribendum hoc nomen vel ex solo Claudiani panegyrico carmine in Consulatum Probini & Olybrii patet. & ex inscript. Doniana Cl. V. N. 77. pag 180.

CLODIO. H E R M O G E N I A N O
OLYBRIO. V. C. FRATRI.
ADMIRANDAE. PIETATIS
FALTONIVS PROBVS
ALYPIV. V. C.

quem Hermogenianum Olybrium AV. MCXXXI. Consulem fuisse cum Ausonio Ausonio, Gotti notae docent. & sic OLIBRIVS V. C. CONSVL occurrit apud Murator. Tom. I. pag. CDIX 3 & 5. vitiose *Olibius* apud Apian. Schradaeum in ed. antiq. Valer. Prob. v. c. Moroni, & Perotti. *Olybius* Scardeon.

Adsit fecundo custos sibi Copia cornu &c.] Ovid. IX Met. 88. *divesque meo bona Copia cornu est.* cujus horum versuum est, ut lucerna illa, urnae

Ep. cccxcviii. *Urnae Minori.*

Abite hinc pessimi fures.
Quid vostris voltis cum oculis emissitiis?
Abite hinc vostro cum Mercurio
Petasato caduceatoque.
Donum hoc Maximus Olybrius
Plutoni sacrum facit.

A N I M A L I V M.

Ep. cccxcix. borysthenis. hadriani. imp. eqvi.

Borysthenes Alanus,
Caesareus veredus,

Per

nae intra duas ampullas inclusa, semper arderet virtute liquoris purissimi, quem perennem optat. *sibi* in v. c. Moron. & apud Scardeon. *premium* vitiose in ed. Pith. *pretium* est in cod. Mor. & Perot. & apud reliquos editores.

Ep. cccxcviii. *Quid vostris vol is cum oculis emissitiis*] *Vos quid voltis vostris* in cod. Perot. & apud Apian. Grut. Ferret. *Vos quid vostris volti* cod. Moron. *Vas qui voltis vestris cum oculis emissitiis* in cod. Meermann. est imitatio Plauti in Aulul. I. 1. init.

Exi, inquam, age, exi. exeundum hercle tibi hinc est foras.
Circumspectatrix cum oculis emissitiis.

Aristophanes Pluto v. 368. talem vultum eleganter vocat βλέμμα ἐπίδηλόν τι πεπανουργηκότος.

Abite hinc vostro cum Mercurio Petasato caduceatoque] duos versiculos & totidem sequentes in unum contrahunt codex Moroni & Perotti, in quibus legitur,

Abite hinc vostro cum Mercurio petasata caduceatoque,
Maximus maxumum donum Plutoni hoc sacrum fecit.

& sic in antiq. Valer. Prob. edit. neque aliter adfert Malvasia in Comment. ad Epitaph. Aeliae Laeliae Crisp. p. 135. in codice Meermanniano, *Maxumus maxumi donum Plutoni hoc sacrum fecit.* apud Apianum, *Maximus maximo donum Plotoni,* id est *maximum.* Gruterus *Maximus Maximi donum Plotoni hoc.* & sic Fleetwood, sed omisso *hoc.* Scardeonius autem legit,

Donum hoc maximum
Maximus Olybius Plutoni sacrum facit.

de Mercurio *petasato* vid. Muncker. ad Albric. Philos. de Deor. Imag. cap. VI. pag. 307. ubi hos ipsos versus adfert ad illustrandum Mercurii *galerum*, seu *umbellam*, ut vocat Albricus. & hoc petaso caput velans Mercurius passim conspicitur in Numis antiquis.

Ep. cccxcix. borysthenis. hadriani. imp. eqvi. *Borysthenes Alanus*] Videtur esse Hadriani Imp. In veteri tamen scida sine auctore est, ex qua etiam post versum tertium hic addendu fuit,

Et tumulos Hetruscos.

versu sexto lege,

Illi apros insequenti, & versu ab hoc quarto,
Sparsit ab ore cauda. Pithoeus.

ediderunt hos Anacreonticos in Borysthenem, Hadriani equum, Alanum a patria dictum, plurimi, sed de auctore Epigrammatis diversa sentientes. ipsum Hadrianum *canes & equos sic amasse, ut iis sepulcra constitueret*, tradit Spartianus in ejus vita cap. 20. & antiquitatem huic Epitaphio vindicare possent verba Dionis Cassii Lib. lxix. cap. 10. ubi de hoc ipso Hadriani equo Borysthene, ἀποθανόντι γὰρ αὐτῷ καὶ τάφον κατεσκεύασε, καὶ στήλην ἔστησε, καὶ ἐπιγράμματα ἐπέγραψε. quae ad hoc Epigramma referunt. sed Graece illos verius fecisse Hadrianum, ac posteriori aevo Latine ab alio conversos esse censent Vossius de Poët. Lat. cap. IV. pag. 51. & Barth. Lib. xxiii. Advers. cap. 8. quod negat Opitius Var. Lect. cap. 6. pag. 23. & 24. & Malvasia in Comment. ad Epitaph. Aeliae Lael. Crisp p. 129. qui improbat Gruterum inter Spuria hoc carmen retulisse. apud quem tamen non inveni. sed suppolititiis addidit Ferretius Lib. V. pag. 343. antiquis vero inseruit Pithoeus Lib. III. Epigr. vet. pag. 145. & ex Pithoeo inter Animalium Epitaphia edidit Labbaeus in Thesaur. Epitaph. P. X. pag. 449. Exstat etiam apud Montfaucon. Tom. V. Antiq. P. 1. p. 74. ea quo edidit Anglus anonymus in Delect. Inscript. Metric. N. xxxiv. pag. 26. Legi etiam de hoc Epitaphio equi Borysthenis merentur Sponius Tom. I. Itiner. pag 11. & Gassendus in vita Peireskii Lib. IV. p 331. ubi ea tabula marmorea agri Aptensis producitur prima carminis pars. cujus lectiones sequitur Borrichius in libro de Romae antiquae primordio Cap. xvi. p. 177. emendatius autem & Graecis versibus redditum exhibuit Salmas. ad Hist. Aug. pag. 54. ad quam vi-

Per aequor & paludes,
Et tumulos Etrufcos,
Volare qui folebat,
Pannonicos nec ullus
* apros infequentem
Dente aper albicanti

Aufus

videndae etiam Cafauboni notae p. 37. Denique Initium hujus epigrammatis producit Honoratus Boucheus in Chorograph. Provinciae Tom. I. Lib. IV. cap. I. §. 11. p. 221. & in Hiftoria Provinciae Lib. II. Sect. II. pag 496. quo utroque loco teftatur inventum fuiffe Aptae Juliae in atrio domus Epifcopalis circa an. 1604. dum terra foderetur, putatque in ea urbe equum hunc Hadriani fepultum fuiffe; verfus autem haberi adfirmat in magno marmore, literis Romanis elegantiffimis infculpto, fed paulo aliter legi apud Gaffendum in vita Peireskii. nam cum Boucheus proferat tantum verfus feptem priores, relicta lacuna,

Nec ullus infequentem
Den. . . . .

Gaffendus addidit,

Dente aper albicanti
Aufus fuit nocere.

Subjungit vero Boucheus, marmor ipfum ab Epifcopo Aptano donatum Groffyo, civi ejufdem urbis, & dein an. 1629. afportatum fuiffe Aquas Sextias (Aix) & delatum in Pereiskii Mufeum, cujus defcriptio facta a Fr. Chapardo; denique in domum Lenfantii perductum, ubi vidit & defcripfit Boucheus. Sed errorem illic in nota annorum ftatuere neceffe eft, cum tradat, primum fuiffe inventum circa an. 1604. & tamen Pithoeus diu ante jam ediderit, quippe cujus editio Parifina eft anni 1590. Ego, ne quid diffimulem, pronior fum in fententiam illorum, qui exiftimant, ab ipfo Hadriano, Graecarum Mufarum ftudiofiffimo, epitaphium in equum fuum Graece fcriptum, fed poftea ab alio Latine verfum effe hoc ipfum, quod ante oculos habemus, epigramma, non autem ex Graeco vertiffe Hadrianum, ut Barthium crediddiffe male notat Anglus anonymus p. 10. quum perfpicuis verbis Barthius fcribat, Hadrianum Graece hoc Epigramma conpofuiffe, fed ab alio fequioris aevi Latina interpretatione donatum fuiffe. Neque folus Hadrianus hoc honore fuum profecutus eft Boryfthenem, fed & Volucri fuo fepulcrum in Vaticano pofuit Imp. Verus, tefte Capitolino in ejus vita cap. 6. idemque de Bucephalo Alexandri tradit Plinius Lib. VI. c. 20. & de equo Augufti Lib. VIII. c. 42. de tumulo equi Phalaridis vide D'Orvillii noftri Sicula cap. V. p. 95. & plura alia exempla collegit Reimarus in notis ad locum Dionis Caffii.

Per aequor & paludes Volare qui folebat] fic in ipfa Pithoei editione. fed in notis monuit omiffum fuiffe verfum, quem addidi, *Et tumulos Etrufcos*, ut apud Salmaf. Ferret. ceterofque.

*Pannonicos nec ullus * apros infequentem*] *Illi apros infequenti* legendum notat Pithoeus. ut edidit etiam Ferretius. Scriverius correxerat,

Pannonios nec ullus
Apros eum infequentem.

Cafaubonus in margine exemplaris fui emendabat,

Hunc apros infequentem.

& deinde,

——— *falivam*
Sparfit ab ore caldam.

Gudius in notis ad Phaedr. IV. 18. pag. 93. legebat,

Pannonicus nec ullus
Hunc apros infequentem &c.

Barthius tentabat *Per afpera infequentem.* fed quia merito offendit ingrata repetitio ejufdem vocis *apros* & *aper*, *apros infequentem nullus aper aufus fuit nocere*, amplector emendationem M. Opitii, in Var. Lect. pag. 24. levi fane mutatione corrigentis, *Pannonicos nec ullus Per agros infequentem.* &c. quod margini exemplaris Genevenfis Catalectorum Pithoei etiam adfcripferat. *Apros eum fequentem*, vel *infequentem*, Salmaf. ad Hift. Aug. pag. 54. ubi locutionem *nocere infequentem*, quarto cafu, optimis auctoribus ufitatam oftendit. quem etiam vide ad Solin. Tom. I. pag. 29. ed. Par. Barth. Lib. VII. Adverf. c. 14. & Patrui mei Comm. ad Phaedr. IV. 18. 4. ubi tamen recte *nocuit* vindicat. apud Plautum Mil. Glor. V. 5. 18. legebat Meurfius,

Jura te nociturum effe hominem nunc hac de re neminem.

quod autem Vlitius ad Grat. Cyneg. v. 354. ex epitaphio veteri, fupra edito Ep. CXLVI. proferat,

Nil te damna nocent communis funere leti.

illic quidem Pithoeus edidit *Nil te dura movent communis funera lethi.* apud Gruterum, Smetium, aliofque ita ut adfert Vlitius. unde legendum conjeci, *Nil te damna movent communis funere lethi.* paullo poft, *vel extima faliva* Scriver. verfu duodecimo *Sed integer a juventa* legebat Barthius XXIII. Adv. cap. 8. perperam omnino, & verfu reluctante. *integer juventa* optime dicitur, ut Ovidio V. Met. 50. *octonis integer annis.* vel *juventae*, ut *integer vitae* Horatio. *integer aevi*

Aufus fuit nocere,
* Vel extimam falivam
Sparfit ab ore caudam,
Ut folet evenire:
Sed integer juventa,
Inviolatus artus,
Die fua peremptus,
Hoc fitus eft in agro.

EP. CCCXCIX. EQVI CIRCENSIS.

. . . . coporus que. . . . . .
. . . ufci faltus pafcua nec Sicula.
. . . volucris ante ire vaga. qui flamina chori
Vincere fuetus eras, hoc ftabulas tumulo.

EP.

vi eidem Ovidio IX. Met. 440. *integer aevi fanguis* Virg. II. Aen. 338. ubi vide Cerdam. & *integer artus* Statio IV. Th. 94. ubi Scholiaftes exponit *integros artus habens.* vel quia fequente verfu per Graecifmum *Inviolatus artus*, ita hic quoque *integer juventam* poffet legi, ut *juventâ* fuerit fcriptum. fic eidem Statio VIII. Theb. 486. *puer ille, puer, malaique comanque Integer.*

EP. CCCCIX. EQVI CIRCENSIS] ita hoc Epigramma lacerum edidit Octav. Roffi Memor. Brefc. pag 312. & Muratorius Tom. II. Thef. Infcr. pag. 625. fecundo & tertio verfu forte legendum,

Nec Thufci faltus, pafcua nec Sicula.
Qui volucres anteire vagas, qui flamina Cori
Vincere fuetus eras, hoc ftabulas tumulo.

oportune hic *pafcua Sicula* memorantur, quia nihil celebrius equis Siculis. unde faepe equus in Numis Siciliae confpicitur. vide Haverk. ad Parutae Numifm. Panorm. pag. 62. & quae notavi ad Numifm. Sicul. pag. 289. & de pafcuis Agrigentinis, in quibus equi ad certamina Olympica alebantur, pag. 351. dein *flamina Cori vincere* ex ufu poëtarum eft, qui velocitate curfus praeftantes homines vel equos paffim defcribunt ventos ipfos celeritate vincere. ita Virgil. de Camilla in fine Lib. VII. Aen. 807.

——— *curfuque pedum praevertere ventos.*

& Lib. I. 321. *vel qualis equos Threiffa fatigat Harpalyce, volucremque fuga praevertitur Eurum.* ut legit Rutgerfius in Venuf. Lect. cap. 6. in aliis *Hebrum.* fic Lib. VIII. 223. *fugit ilicet ocior Euro.* & Lib. XII. 733. *fugit ocior Euro.* Pindarus Thebanus Epit. Iliad. v. 741.

Thraces equos rapiunt, quos nec praecedere ventus,
Nec poffet volucri curfu fuperare fagitta.

ubi in eod. MS. reperi *quos nec praecedere currus.* fed elegantius & ex imitatione Virgiliana in Codice Leidenfi *quos nec praecederet Eurus.* Claudian. II. Conf Stilich. 252.

Et curfu Zephyris numquam ceffura Lycafte.

nihil autem frequentius apud poëtas, de equis pernicibus, quam eos celeritate Aquilonem vel Eurum fuperare. quod egregie illuftrat Muneker. ad Hygin fab. 84. ubi de equis Pelopis Aquilone velocioribus. notum illud Virgilii XII. Aen. 84.

Pofcit equos, gaudetque tuens ante ora frementes,
Qui candore nives anteirent, curfibus auras.

quod ex Homerico fonte hauftum notavit Servius. fed inter nimiae hyberboles exempla adferunt Seneca VII. de Benef. c. 23. & Rufinianus de Figur. Sent. pag. 30. quod verum, fi philofophari libero poëtarum fpiritui femper vacaret. fic in Epigrammate MS. de Equis aeneis,

Quae manus hos animavit equos, quibus aere rigenti
Currere velle dedit, & in aethere quaerere curfus?
Spirant aërias involvere curfibus auras
Ante citi, fed mole graves properante metallo.

& fic equi veloces non tantum curfu praevertere ventos dicuntur, fed & per culmos intactae fegetis volare, nec ungulis ariftas laedere, ut de Camilla Virgilius fub finem Lib. VII. Aen.

Illa vel intactae fegetis per fumma volaret
Culmina, nec curfu teneras violaret ariftas.

eleganter Claudianus III. Conf. Hon. 197.

Vobis Ionia virides Neptunus in alga
Nutrit equos, qui fumma freti per coerula poffint
Ferre viam, fegetemque levi percurrere motu,
Nefciat ut fpicas, nec proterat ungula culmos.

Ita enim legendum, non *fpumas.* quod male inter

EP. CCCC.

Quod potui, posui tibi, fida Catella, sepulcorum,
Digna magis caeli munere quam tumuli.

Can-

ter *segetem* & *culmos* ponitur. vide istic Patrui mei notas. & ex his poëtarum locutionibus natae veterum fabulae de equabus ex vento concipientibus. de quo vide Ritterrshus. ad Oppian. Lib. III. Cyneg. 353. Carrion. Lib. I. Emend. 17. & Lib. II. cap. 4. & notas Doctorum ad Justin. Lib. XLIV. cap. 3. Ceterum mutilum hoc Epigramma corruptius produxit Brevalius Tom. II. Itiner. Anglic. pag. 126. hunc in modum,

C. OP. QS. S. . . . . .
. . . . VSCI. SALTVS. PASCVA
NEC. SIC. VIA. . . . .
VOLVCRIS. ANTEIRE. VAGA
QVI. FLAMINA. CHORI
VINCERE. SVETVS. ERAS
HOC. STABVLAS. TVMVLO.

edidit etiam Maffejus in Museo Veronensi p. 174. ubi clare legitur, *Nec Thusci saltus*, ut conjeceram. primo autem versu conclamato, ex cujus initio una aut altera vox excidit, in fine addit tres literas COPORVS QVE. TVL. . . Si fas sit aliquid tentare, forte in *coporus*, quod equi nomen esse dubito, licet ita censeat Muratorius, latere ulcus suspicor. unde si ex *copor* eliciamus *corpore*, & ex syllabis *us que* formemus *pedibusque*, vel *cursuque*, tum primas mutilae vocis literas TVL. . . . suppleamus *tulerunt*, forte hoc aut simili modo totum epigramma, satis elegans, posset redintegrari,

Cui similem vel corpore equum pedibusve tulerunt
Nec Thusci saltus, pascua nec Sicula.
Qui volucres anteire vagas, qui flumina Cori
Vincere suetus eras, hoc stabulas tumulo.

ut duae praecipuae equi dotes indicentur, corporis forma, & pedum celeritas. ad hanc enim emendationem *corpore equum* manu quasi ducunt vitiosae voces in medio lacero versu reliquae *coporus que*. & quae in initio ac fine supplenda conjeci, sequentis pentametri sensus requirere videtur. Haec si minus adrideant, felicioribus ingeniis curanda committere, aut penitus manum abstinere praestiterit. Equi velocis epitaphium etiam habetur apud Auson. in Epitaph. XXXV. & in equum mirae pernicitatis venustissimum est illud Epigramma ineditum, alibi producendum,

Te cuperet Phoebus roseis aptare quadrigis,
Sed fieret brevior, te properante, dies.

EP. CCCC. *Quod potui, posui tibi, fida Catella, sepulcrum*] Inter vetusta ediderunt Fabrett. Inscript. cap. IV. p. 331. Ferret. Lib. V. pag. 341. Pithoeus Lib. III. pag. 144. & vide de hoc Epigrammate Opitium Var. Lect cap. VI. qui id refert ad aetatem Imp. Hadriani. Sed legitur inter Carmina Italorum Poëtarum, tamquam auctoris recentioris, in Collectione Toscani post Carm. Illustr. Poët. Ital. Tom. I. Part. 2. pag. 80. b. non tamen adeo novum arbitror esse hoc elegantissimum Epigramma. apud veteres saepe Epitaphia canibus posita, unumque Graecum ineditum, a Langermanno erutum, profert & emendat Is. Vossius ad Melam Lib. II. cap. 2. & sic apud Theophrast. in Charact. cap. περὶ μικροφιλοτιμίας p. 58. ed. Casaub. habetur inscriptio Columnae canis mortui, ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΕΙΟΣ. de quo vide eumdem Vossium ad Ignatii Epist. pag. 289. Statius Lib. II. Sylv. 6. 20.

——— *gemit inter bella peremtum*
Parthus equum, fidosque canes flevere Molossi,
Et volucres habuere rogum, cervusque Maronis.

vide & Martial. Lib. XI. Epigr. 69. ubi habetur canis venatricis epitaphium, quae cum Procyone vel Sirio etiam comparatur, ut hoc loco;

Qui non Erigones mallet habere canem.

forte etiam Catellae posita est inscriptio apud Donium pag. 298. N. 120.

EVMELVS. AMETHYSTVS
CAES. MINISTER. MARC.
ET. PHARESIA. MINISTER
CATELLAE.

ubi PHARESTAE legendum conjicio, & PHARESTAE CATELLAE jungenda, ut sit Catellae nomen, adeoque Eumelus Amethystus MINISTER CATELLAE illic dicatur, qui ejus curam gesserit. ut epitaphium AVRELIAE. LIVIAE. AVG. SERVAE. A. CVRA. CATELLAE est apud Gruter. pag. DLXXVIII. 5. & Murator. Tom. II. pag. CMXXVIII. 13. & in illo apud Gudium CCI. 4.

MYRMECAE.
LIVIAE. AVG. SERVAE
A. CVR. CATELL.

alia exempla sepulcrorum & epitaphiorum Animalibus positorum dabit Gutherius Lib. II. de Jure Man. cap. 37. qui vetus esse hoc Epigramma etiam censet, licet Fabrettus in Lib. MS. Peniae recenti auctori tribui notet, addita subscriptione,

TITAE. CATELLAE. BLANDISSIMAE. ANTONIVS. THEBALDAEVS.

&

Candenti ex lapide haec tibi convenit urna, fuisti
Candida tota fide, candida tota pilo.
Si coelum, ut quondam, canibus patet, haud tua terras
Incendet, sed ver stella perenne dabit.

EP. CCCCI. CANIS.

Longo ac fido amore probatus Domino,
Senio confectus, servata stirpe hic jaceo.
Hoc me sepulcri honore dignatus est Herus.

EP. CCCCII. CANIS VENATRICIS.

Gallia me genuit, nomen mihi divitis undae
Concha dedit, formae nominis aptus honos.

Docta

& sic edidit Laur. Schradaeus in Monum. Ital. p. 187. b. sed qui vitiosissime produxit, & Phil. Labbaeus Thes. Epitaph. Part. X. quae farraginem complectitur Epitaphiorum, variis animalibus, ut equis, canibus, & sim. positorum, tam ab antiquis quam recentioribus poëtis, ubi pag. 477. sub Thebaldaei nomine inseruit, sed a Pithoeo inter vetera Epigrammata relatum addit. Certe illud inter Antonii illius Thebaldaei Epigrammata a Jo. Matth. Toscano Tom. I. illustr. Poët. Ital. p. 225-230. edita non reperitur. ejusdem Thebaldaei Epigramma de Cupidine, & Flavia puella, inter vetusta relatum, aut ab antiquiore poëta mutuatum, e Leichio notavi ad Tom. I. p. 748.

Si coelum, ut quondam Canibus patet, haud tua terras Incendet &c.] respicit Canem Erigoneum, inter sidera coelestia relatum, qui Procyon dictus, vel Sirius, & aestivo tempore, seu diebus Canicularibus inde dictis, terras exurit. vide Ferretium. & confer epitaphium canis Lydiae in loco, quem adfert, Martialis Lib. XI. Ep. 70.

Lydia dicebar, domino fidissima dextro,
Qui non Erigones mallet habere canem.

Non dissimile acumen in Ausonii Epigr. XIV. de lepore a cane marino capto,

Trinacrii quondam currentem ad litoris oram
Dente canis leporem caeruleus rapuit.
At lepus. in me omnis terrae pelagique rapina est,
Forsitan & coeli; si Canis astra tenet.

prius distichon dedi ex certissima N. Heinsii emendatione, quum in vulgatis editionibus sine sensu legatur;

——— *currentem in litoris ora*
Ante canes leporem &c.

qui penultimo etiam versu castigabat, *en me omnis pelagi terraeque rapinam.* Sensus autem illius epigrammatis ab Ausonio adumbratus est ex duobus Germanici Caesaris Epigrammatibus, quae leguntur in Antholog. Graec. Lib. I. Tit. XXXIII. Ep. 7. & 8. quae cum Elias Vinetus in notis suis adposuerit, ego ea hic subjungam ex Latina Hugonis Grotii interpretatione,

Decidit in pelagus summo de culmine montis,
Evitare canum dum cupit ora lepus.
Hic quoque persequitur mala sors, & in aequora lapsum
Arripit aequoreus dilaceratque canis.
Ex igne in flammam ruis. an fuit hoc tibi fatum?
Ut canibus terrae praeda marisve fores.

alterum sic vertit,

De cane servatum canis arripit: aequore nato?
Vel terris, pariter me premit ira canum.
Nil vobis tutum, lepores, nisi sidera: verum
Tuta nec haec, quando est inter & astra Canis.

EP. CCCCI.] ex Majolo adfert Ferretius p. 341. in notis. legiturque apud Schradaeum Monum. Ital. pag. 187. & Fabrettum pag. 331. ex Collectione veterum Epigrammatum Bibliothecae Vaticanae. in meo codice MS. Wittiano habetur quoque cum delineatione ipsius monumenti, adpicta canis imagine, cum Inscriptione RVBINIO CATVLO, ac Romae exstare in sepulcro aeneo additur. ultimo autem versu, *Hoc me honore sepulchri Herus dignatus est.* versu primo *probatus Domino*, ut supra epitaphio libertae Lartiae, Ep. CCCXXXVI.

Boneis probata, inveisa sum a nulla, proba
Pul, parens domineis senibus, huic autem obsequens.

ubi vide notas. secundo versu *Senio confectus*, ut in illo Ennii de equo Circensi, victoriis & annis defecto,

Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.

sic *morbo, senecta, curis confectus*, & sim. vide supra ad Ep. CCXXV. pag. 171.

EP. CCCCII. *Canis Venatricis*] ex Museo Cel. H. Sloane Londini descripsit & edidit Illustr. Maffejus in Museo

Docta per incertas audax discurrere silvas,
Collibus hirsutas atque agitare feras.
Non gravibus vinclis umquam consueta teneri,
Verbera nec niveo corpore saeva pati.
Molli namque sinu domini dominaeque jacebam,
Et noram in strato lassa cubare toro.
Et plus, quam licuit muto, canis ore loquebar,
Nulli latratus pertimuere meos.
Sed jam fata subî, partu jactata sinistro,
Quam nunc sub parvo marmore terra teget.

EP. CCCCIII. CANIS.

Latratu fures excepi, mutus amantes,
Sic placui domino, sic placui dominae.

EP. CCCCIV. AVIS IMITATRICIS.

Hic sita sum varios avium persingere cantus
Docta avis, e Siculo praeda petita sinu.
Nuper herum studiis fessum curisque levabam,
Nunc manes blandis mulceo rapta sonis.

EP.

Mufeo Veronensi pag. ccccxLIV. ex quo repetiit Bonada Vol. II. p. 533. & Britannus anonymus in Delectu Inscript. Metric. N. xxvi. p. 20. sed qui v. 4. dedit *Vallibus*, & v. ult. *tegit*. Est epigramma satis elegans, & boni poëtae, quodque inter vetusta reponi nobis dignum videtur. versu quarto aperta imitatio Propertii Lib. I. El. 1. 12.

Ibat & hirsutas ille ferire feras.

quo loco alii *vi dere feras*, quod in multis cod. MSS. legitur, defendunt vid. Markland. ad Statii Silvas p.214 *ferire* est ab ingenio N. Heinsii, probatum & in contextu exhibitum a Broukhusio. *illaquare* conjecerat Cl. Oudendorpius. ut Ovid. II. A. A. 189. *Saepe tulit jussa fallacia retia collo*. Sed forte praestiterit *ille agitare feras* quod hujus Epigrammatis auctor imitatione sua firmat. Claudian. Gigant. 122. *Errantes agitare feras*. Ovid. X. Met. 539.

Aut pronos lepores, aut celsum in cornua cervum,
Aut agitat damas.

EP. CCCCIII.] Dicitur Bononiae exstare. *mutus* eo respicit, quod canes passim *muti custodes* dicantur veteribus. vid. Casaub. ad Theophrast. Char. p. 142. si vetustum sit, referri debet ad canes vigiles, qui inpudicarum satellitium erant. Ovid. II. Am. 19. 40.

Incipe, quis toties furtim tua limina pulset,
Quaerere, quid latrent nocte silente canes.

ubi vide doctorum notas. & quidem grandiores molossi. quo refer illud Aristophanis Thesmophor. v. 424.

——— καὶ προσέτι Μολοττικοὺς
Τρέφουσι μορμολυκεῖα τοῖς μοιχοῖς κύνας:

de his intelligenda ista Propertii III. 14. 17.

Quisquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris,
Nemo adeo, ut noceat, barbarus esse velit.
Luna ministrat equis: demonstrant astra salebras,
Ipse Amor accensas praecutit ante faces.
Saeva canum rabies morsus avertit hiantes:
Huic generi quovis tempore tuta via est.

vide plura apud Broukhus. ad Tibull. Lib. I. El. 7. 32. & Lib. II. El. 4. 32. ubi inter alia adfert etiam hoc Epigramma, sed quod sibi vindicasse, & ex italico vertisse Joachimum Bellajum notat. vide & de eo Menagiana Tom. IV. pag. 141. & Salengr. Memoir. de Literat. T. I. pag. 203.

EP. CCCCIV AVIS IMITATRICIS] ex veteri Moroni codice descripsit Heinsius in Libro MSS. Inscriptionum, & Romae exstare praefigitur. sed primo versu male exhibet *vario avium perfringere*. habetur etiam apud Fabrettum cap. IV. Inscript. pag 331. & 332. sed in fine adfert *Nunc manes in blandis*.

 EP.

Ep. CCCCV.

ALIVD AVIS EPITAPHIVM.

Monticelli.

D. M.
LABIENOS. RENATO
LABIEN. PROCVLA. MATER
B. M.

Ereptam volucrem Cupido luget,
Non eſt, quod putat hic ineſſe lector,
Sed ſitum leget hic * breve puellae,
Creſcebat modo quae futura pulchra,
Multorumque * amorum excidit & omen.

Ep. CCCCVI. LVSCINIAE.

In cavea picta ſaltans quae dulce canebat,
Muta tenebroſa nunc jacet in cavea.

Ep. ccccv.] phaloecum hoc, ſed corruptum, ex v. c. Moroni deſcripſit Heinſius. v. ult. forte legend. *Multorumque amor excidit.* inveni id etiam in Schedis Italicis aliquot veterum Epigrammatum; in quibus aeque vitioſe legebatur, ut v. 2. *putas.* v. 3. *Sed fatum luget.* ultimo *Multorumque amor excidit & omne.* tertium verſum, prae ceteris vitiatum, ſic emaculandum puto,

Sed ſitam leget hic avem puellae.

Ep. ccccvi. *In cavea picta* &c.] editum a Fabretto cap. IV. p. 332. & ex eo habet Bonada Vol. II. p. 539. & Anglus anonymus in Delectu Inſcript. Metric. N. xxxii. p. 24. qui naeniam illam funebrem, venuſtam & elegantem, huic diſticho praemiſſam, conjecturis adhibitis ad nitorem priſtinum ſe revocaſſe addit in notis p. 9. Sed illam quidem, verſibus aliter diſpoſitis, hic dabimus ex Schedis MSS. Gudii emendatiorem, ut cum illa editione comparanti patebit; adhibito exemplo, quod legitur apud Graevium in Epiſtolis Gudianis pag. 52.

DIS. AVIBVS.
LVSCINIAE. PHILVMENAE
EX AVIARIO. DOMITIORVM. SELECTAE
VERSICOLORI. PVLCHERRIMAE
CANTRICI SVAVISSIMAE
OMNIB. GRATIIS. AD. DIGITVM. PIPILLANTI
IN. POCVLO. MVRRHINO. CAPVT. ABLVENTI
INFELICITER. SVBMERSAE
HEV. MISERA. AVICVLA
HINC. INDE. VOLITABAS
TOTA. GARRVLA. TOTA. FESTIVA
LATITAS. MODO
INTER. PVLLA. LEPTYNIS. LOCVLAMENTA
IMPLVMIS. FRIGIDVLA. CLAVSIS. OCELLIS
LVSCINIA. PHILVMENAE
DELICIAE. SVAE
QVAM. IN. SINV. PASTILLIS. ALEBAT
IN. PROPRIO. CVBICVLO
ALVMNAE. CARISS. LACRVMANS. POS.
HAVE A-IS. IVCVNDISSIMA
QVAE. MIHI. VOLANS. OBVIA
BLANDO. PERSONANS ROSTELLO
SALVE. TOTIES CECINISTI
CAVE. AVIS. AVERNA
VALE. ET. VOLA. PER ELYSIVM.

Exſtitiſſe autem hoc in urna marmorea Romae apud Cardinalem de Maximis, & a Bellorio in Fragmentis Antiquitatum vet. Romae, tamquam antiquum adferri, teſtatur Sponius in Itinerario Tom. I. pag. 11.& 325. 326. conferri meretur optimum Philomelae in aquis ſubmerſae epicedion Petri Lotichii Secundi Lib. V. Eleg. I. quod carmen merito ſuo elegans & argutiſſimum praedicat Rivinus ad Pervig. Ven. v. 86. pag. 130. ubi plura loca poëtarum, qui ingenium in laudes Luſciniae exercuerunt, congeſſit.

ANTHOLOGIAE

VETERVM LATINORVM

EPIGRAMMATVM

ET

POËMATVM

LIBER QVINTVS.

IN QVO MISCELLANEA.

* *

Ep. I. VERSVS IN LAVDEM SOLIS.

Dum mundum natura potens terramque dicaret,
Sol dedit ipse diem, ac horrentia nubila coelo
Dispulit, & faciem roseo diffudit in orbe:
Pulchra serenigero fulserunt sidera motu.
Nam chaos est sine Sole dies. tum discere lucem
Coepimus, & croceum coeli sentire teporem.

Gur-

Ep. I. VERSVS IN LAVDEM SOLIS] edidit Pithoeus in Catalect. pag. 445. ed. Paris.

2. *ac horrentia*] sic ed. Paris. male *hac* in Genev.

6. *croceum coeli sentire teporem*] quia mox sequitur *Gurgite de croceo*, in uno horum versuum *roseum* scriptum fuisse adnotaverat Opitius. & sic hoc in loco Heinsius. sed *croceum* hic non mutandum opinor, quia v. 3. praecessit, *roseo diffudit in orbe*. *croceus tepor* Aurorae eleganter tribuitur. ut initio Elegiae de Rosa Vol. I. Anth. Lat. pag. 701.

Ver erat, & blando mordentia frigora sensu
Spirabat croceo mane revecta dies.

ubi Ovidii & Epigrammatis antiqui loca, quae in notis adposui, hanc lectionem hoc in versu firmant. plura mox ad Epigr. II. Asmeni de Ortu Solis.

7. *Gur-*

Gurgite de croceo surgunt ex more jugales,
Naribus elatis efflant e pectore lucem.
Sol rumpit tenebras, rutilo qui fulget ab ortu,
Spargit in aetherios flammantia lumina campos:
Hinc homines, armenta simul, & semina rerum,
Alitis hinc pecudes, vivit genus omne natantum,
Quod coelum, quod terra tenet, quod sustinet aequor.
Hinc calor infusus totum qui continet orbem.
Cuncta patent quaecumque tamen nox clauserit atra.
Mox silvae campique virent, & florea rura.
Tunc placidum jacet omne mare, & vernantibus undis
Flumina: per tremulos currit lux aurea fluctus.
Hic regit imperium mundi, hic tempora sancit,

Flucti-

7. *Gurgite de croceo*] *de glauco* conjecerat Heinsius. sed praefero alteram ejus emendationem *Gurgite ab Oceano*. quam nonnullis firmavi ad Auctorem Elegiae de Phoenice v. 52. *gurges Oceanus*, ut *mare Oceanum* Catullo Carm. cxvi. 6. & in Epigrammate de Senario, quod edidi Vol. I. pag. 319.

Bis maris Oceani, bis Pontica litora vidi.

& haec locutio forsan restituenda Justino Lib. xii. cap. 10. de Alexandro: *expugnata deinde urbe, reversus in naves, Oceano libamenta dedit.* ubi ex vestigiis codicis Franequerani, in quo legitur *in mare Oceano*, corrigi posset *mari Oceano libamenta dedit. Oceanas aquas* habes apud Venantium de Resurrect. v. 4. de Sole:

Qui vagus Oceanas exit & intrat aquas.

ut in MS. cod. Scriverii. & recte Galiaeus in sua Lactantii edit. quod pluribus exemplis adseruit Buchnerus in notis ad hunc Venantii Hymnum p. 8 & 9. nam *Oceanus* vitiose in ed. Brouwerii p. 77. idem Venantius Lib. III. Carm. 23.

Et velut Oceanas fonte refudit aquas.

ut recte in margine edit. Brouwerianae, quod firmatur ab ed. Parisina. Scholiastes Juvenalis Sat. I. 160. *insula Britanniae in mari Oceano.* ita male editur apud Juvenalem Sat. XI. 112.

Litore ab Oceani Gallis venientibus.

quum in omnibus fere MSS. codd. *Oceano* legatur. ut ead. Sat. v. 94.

Qualis in Oceano fluctu testudo nataret.

sed plura dabunt Barthius ad Claudian. Epigr. I. de Phoenic. N. Heins. ad ejusd. Epithal. Honor. v. 88. Scriverius in Anecd. Philol. cap. 86. p. 40. & Wesseling. ad Antonin. Itin. pag. 508. & ad Itiner. Hierosol. init.

8. *Naribus elatis efflant e pectore lucem*] lege *efflantes pectore* cum Opitio & Heinsio. *jugales* nempe. est autem imitatio Virgilii Lib. XII. Aen. 115.

——— *alto se gurgite tollunt*
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.

vide Varr. Lect. ad Claudian. Paneg. de Consul. Olybrii v. 4. qui iisdem vestigiis insistit,

Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis
Volvis inexhausto redeuntia secula motu,
Sparge diem meliore coma, crinemque repexi
Blandius elato surgant temone jugales,
Efflantes roseum frenis spumantibus ignem.

ex quo loco *efflantes* hoc in versu legendum patet.

9. *Sol rumpit tenebras, rutilo qui fulget ab ortu*] Putabam legendum, *rutilo qui surgit ab ortu.* ut apud Boëthium Lib. I. Consol. Philos. Metr. 2. v. 17.

Vel cur Hesperias sidus in undas
Casurum rutilo surgat ab ortu.

sed quia modo praecessit *surgunt ex more jugales*, amplector Heinsianam conjecturam.

Sol rumpit tenebras: rutiloque ubi fulget ab ortu,
Spargit in aetherios &c.

11. *armenta simul, & semina rerum, Alitis hinc pecudes*] metro simul & sensui consulemus, si cum Heinsio legamus,

—— *armenta simul, ceu semine rerum,*
Hinc avis, hinc pecudes.

15. *Cuncta patent, quaecumque tamen nox clauserat atra*] illud *tamen* vitiosum. *ante* correxerat Heinsius, licentia ab hujus aevi poëtis non aliena.

Tunc placidum jacet omne mare] adhaeret Virgilio Ecl. II. 26. *Cum placidum ventis staret mare.* ubi quod *placidum mare* dicatur *stare*, hic locutione poëtis etiam usitatissima *jacere* dixit, quam, adducto hoc ipso loco, egregie illustravit Heinsius ad Silium Ital. Lib. V. 583.

19. *Hic regit imperium mundi, * hic tempora sancit*]

mundi

Fluctibus hic nitidum tollit caput aethera in altum.
Mox tamen alipedum gemmantia lora rigescunt.
Aureus * aequis inest currus, ardescit ab Euro
S * ptio fulgens imitatur lumine Phoebi
* c Solus vicit orbe Deus, quem cernere nobis
* per florea rura
* opus quod flamma gubernat
* igne sua praestat cum lumine sensus
* hinc vita redit, hinc cuncta reguntur.
* que docet Phoenix, istis reparata favillis;
Omnia Phoebeo vivescere corpora tactu:
Haec vitam de morte petit, post fata vigorem:
Nascitur ut pereat, perit ut nascatur ab igni,
Una cadit toties, surgitque ac deficit una:

Rupe

mundi &, vel *mundi atque*, supplebat Heinsius. Sed male Pithoeum versum hunc habuisse suspectum, ac proinde perperam ei asteriscum adposuisse notat Buchnerus ad Venantii Hymn. de Resurrect. v. 67. pag. 54. nam elisionem literae *b* negligit auctor, ut frequentibus illic exemplis probat ex aliis poëtis. quibus multa addi possent, si opus foret.

20. *nitidum tollit*] *attollit* Heinsius.

22. *Aureus * aequis inest currus*] Haec & sequentia portentose corrupta & mutila sunt, quae sine ope vetusti alicujus codicis supplere fas non est. Hoc tamen versu forte emendari posset, *Aureus axis inest curru.* pro *currui.* neglecta synalaepha. ut respiciat ad illud Ovidii de curru Solis;

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae
Curvatura rotae.

23. *S* . . ptio fulgens imitatur lumine Phoebi*] pro *Phoebi* recte Heinsius *Phoebe.* cum autem Luna a Sole lumen mutuetur, hinc initio versus forte supplendum, *Adsumpto fulgens*, vel *Fraterno*, aut simile quid. Lucanus Lib. I. 77.

——— *fratri contraria Phoebe*
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi &c.

& v. 538.

Jam Phoebe toto fratrem cum redderet orbe,
Terrarum subita percussa expalluit umbra.

hinc *nothum* Lunae *lumen* vocat Catullus Carm. IV. ubi vide Jani Douzae F. notas.

29. **que docet Phoenix, istis reparata favillis*] *Idque* vere corrigebat Opitius. nec aliter Heinsius, qui praeterea legebat *ipsis*, vel, quod praefero, *busti reparata favillis.* cum vide ad Claudiani Idyll. I. de Phoenice v. 66. verissimam hanc emendationem firmat Claudianus eodem Idyllio paullo ante v. 44.

Et cumulum texens pretiosa fronde Sabaeum
Conponit, bustumque sibi.

Lib. II. de Laud. Stilic. 420.

——— *procul ignea lucet*
Ales, odorati redolent cui cinnama busti.

& Lib. II. R. P. 84.

Quidquid ab extremis ales longaeva Sabaeis
Colligit, optato repetens exordia busto.

Tertullianus carmine de Judicio Domini cap. V. 134.

Et renovata suo vivit fuligine Phoenix,
Et sua mox volucris (mirum) post busta resurgit.

Dracontius Hexahem. v. 476. & seqq.

Phoenici exstinctam renovat Deus igne juventam,
Combustusque senex, tumulo procedit adultus,
Consumens dat membra rogus, fine sorte sepulcri.

Corippus Lib. I. de Laud. Justin pag. 17.

Ales ut expositos cum Phoenix innovat artus,
A busto recidiva suo.

ubi plura Demsterus p. 115. & N. Heinsius in notis ineditis ad Tacit. VI. Annal. cap. 28. his addi merentur ex recentioribus optimis poëtis Jo. Jovianus Pontanus Lib. I. Eridanor. pag. 108. b.

Seligit è silvis Arabum lucisque Sabaeis
Quos Phoenix ramos ad sua busta paret.
Instruit his nidum, nido mox incubat ales,
Incubitu flammas excitat inde suo.

Basilius Zanchius eleganti carmine de Phoenice Lib. VIII. Poëm. pag. 205.

Donec odorati praecelsam Solis ad urbem
Templaque sancta venit,
Atque ara nidumque simul cunasque recentes
Et nova busta locat.

& e nostratibus inmortalis Hugo Grotius Lib. I. Elegiar. pag. 157.

Qualis cinnameo Phoenix juvenescere busto
Creditur, in terris unica semper avis.

Rupe sedet, capitur radiis, & lumine Phoebi
Suscipit inmensum recidiva morte calorem.
Sol qui purpureo diffundit lumine terras.
Sol cui * vernantur tellus respirat odorem.
Sol cui picta virent fecundo gramine prata.
Sol speculum coeli, divini numinis instar.
Sol semper juvenis, rapidum qui dividis axem.
Sol facies mundi, coelique volubile templum.
Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Jupiter ipse,
Sol labor & * ribice, insunt cui nomina mille.
Sol qui quadrijugo diffundit lumina cursu.
Sol & Hyperborco fulget matutinus in ortu.
Sol reddit cum luce diem, cum pingit Olympum.

Sol

36. *Sol qui purpureo diffundit lumine terras*] Quamquam Pithoeus praecedentibus haec & sequentia dederit connexa, puto tamen hinc novum inchoandum esse Epigramma, genii certe diversi a priore. *diffundis* Heinsius. forte quia v. 40. *rapidum qui dividis axem*. sed reliqua totius carminis exigunt potius, ut & illic quoque legatur *qui dividit axem*. nam sic v. 44.

Sol qui quadrijugo diffundit lumina cursu.

ubi quum vox *diffundit* recurrat, hoc versu malim *perfundit lumine terras*. nam *diffundere lumina terris*, & *perfundere lumine terras* nonnihil differunt. Hilarius Carmine in Genesin v. 51.

Tunc oritur Lux alma, Dies quae jussa vocari
Nascentem tenera perfudit lumine terram.

sic infra Asmenus de Ortu Solis Ep. II.

Luce polum nitida perfudit candidus orbis.

Asclepiadius Ep. VIII.

Exoritur Phoebus, perfundens luce nitenti
Et maria, & terras, stelliferumque polum.

& de Iride Palladius Ep. xxv.

Nubila cum Phoebus perfundit lumine clara.

vide Weitzii Indicem ad Dracont. pag. 83.

37. *Sol cui * vernantur tellus respirat odorem*] *vernantem* Opitius. & sic Heinsius, vel *verna novum*.

39. *Sol speculum coeli*] ita passim Sol *coeli* vel *mundi oculus* dicitur poëtis. vide Weitz. ad Hilarii Genesin p. 37. & quae notavi ad Lotich. p. 59. & 627.

42. *Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Jupiter ipse*] vid. ad Tom. I. hujus Antholog. Lat. pag. 3.

43. *Sol labor & * ribice*] locum mendosissimum sic emendare conabatur Pithoeus, *Sol labor Eurydices*. Heinsius vero tentaverat *Sol labor aetherius*, vel *Sol labor & reliquis*. sed frustra, ni fallor. Verissime castigabimus,

Sol labor & requies.

ut indicet, eleganti oppositione, laborem hominum, qui Solis ortu incipit, ejusque occasu alternam requiem poscit. hinc Virgilius Lib. XI. Aen. 183.

Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores.

ubi similem Homeri & Q. Smyrnaei locum adfert Fulv. Ursinus. & vide Weitz. ad Hilarii Genesin p. 38. Camillus Lib. I. 244. imitatione Virgiliana de Sole:

Illic orta dies sopitas excitat urbes,
Et cum luce refert operum vadimonia terris.

contra de noctis initiis idem Virgilius Lib. II. Aen. 268.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
Incipit, & dona divum gratissima serpit.

& pari colore de diurno apum labore ac quiete nocturna Lib. IV. Georg. 184.

Omnibus una quies operum, labor *omnibus idem.*

Ovidius Lib. XI. Met. 625. in descriptione Somni:

Somne, quies rerum, *placidissime Somne Deorum,*
Pax animi, quem cura fugit, qui corda diurnis
Fessa ministeriis mulces, reparasque labori.

& Lib. I. Am. El. 13. 13. ad Auroram:

Te surgit, quamvis lassus, veniente viator,
Miles & armiferas aptat ad arma manus.
Prima bidente vides oneratos arva colentes,
Prima vocas tardos sub juga panda boves. &c.

Auctor Elegiae in Obitum Maecenatis v. 99.

Lux est, taurus arat, nox est, requiescit arator.

hinc *laboriferos currus* Aurorae, & Nocti ac Somno *cornu inane* tribuit Statius Lib. VI. Theb. 25.

Clara laboriferos coelo Tithonia currus
Extulerat, vigilesque deae pallentis habenas;
Et Nox, & cornu fugiebat Somnus inani.

adposite Minucius Felix Octavio cap. XVI. p. 155. ed. Gronov. *Quid tenebrarum & luminis dicam recursantes vices, ut sit nobis operis & quietis alterna reparatio.* & huc refer illud Senecae Epist. 3. in fine: *Inter se ista miscenda sunt, & quiescenti agendum, & agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera. illa dices tibi, se & diem fecisse & noctem.*

Sol aeſtas, autumnus, hiems, Sol ver quoque gratum.
Sol cui * merenti ſervit maris unda teporem.
Sol ſeclum, menſiſque, dies, Sol annus, & hora.
Sol globus aethereis, haec eſt lux aurea mundi.
Sol bonus agricolis, nautis quoque proſper in undis.
Sol repetit quaecumque poteſt tranſcendere ſemper.
Sol cui * ſereno palleſcunt ſidera motu.

Sol

noctem. pariter in Hymno Davidico CIV. §. 23. ex paraphraſi elegantiſſima Joannis Bochii pag. 165.

Mane vices operum redeunt mortalibus, illi
Aedibus egreſſi ſolitos iterare labores
Incipiunt, medio invectus dum veſper Olympo
Lunares modico deducit lumine bigas.

& in Carmine Didus ad Aeneam, v. 64. quod edidi Vol. I. hujus Operis pag. 140.

——— *feſſus juga ſolvit arator,*
Et noctem per vota capit: reparare labores
Novit grata quies, nec ceſſat reddere vires
Infuſus per membra ſopor.

ubi in notis hanc emendationem, ut opinor, certam propoſui, quam pluribus locis hic a me confirmatam aequus lector non averſabitur.

44. *diffundis lumina curſu*] *cursu* Heinſius. recte. vide infra ad Ep. XI.

45. *Sol & Hyperboreo fulget matutinus in ortu*] conjecerat Heinſius, *Hyperborea in Arcto.* Sed graviori vulnere foedatus eſt hic verſus, in quo *matutinus*, primis duabus correptis, metro vim adfert, neque *Hyperboreus ortus* Soli matutino convenire poteſt. an forte

Sol Hyperionio fulget maturus in ortu.

vel *ab ortu.* hinc paſſim *Hyperione natus* dicitur poëtis, & aliis ipſe Hyperion audit. vide Ciofan. ad illud Ovidii V. Faſt. 159.

Poſtera cum roſeam pulſis Hyperionis aſtris
In matutinis *lampada tollit equis.*

huic conjecturae, vel potius emendationi indubitatae, egregie adſtipulatur locus Avieni Deſcript. Orb. v. 1152.

Hinc ultra Libani rurſum faſtigia celſi
Lux Hyperionio *qua ſe ſuſtollit* ab ortu,
Aſſyrius Syriae limes jacet uſque Sinopen.

& v. 1312.

Ultima terrarum tellus adſpergitur Indi
Fluctibus Oceani: primam coquit hanc radiis Sol,
Sol Hyperionius, Sol magni gratia mundi,
Aſtrorum genitor, lucis ſator, & vigor aetbrae.

idem in Arateis Phaenom. v. 396.

Hic Hyperionii flagrat via Solis, & iſto
Se duce coerulei referunt momenta caloris.

& v. 1590.

Ecce alias primo naſcentis Solis in ortu &c.
Pars Hyperioniae rutilat facis, hicque comarum
Vis confuſa micans mundo ſuo lumina praeſtat.

certe ex *Hyperionio*, voce librariis minus nota, *Hyperboreo* derivatum videtur. *maturus*, ut apud Virg. X. Aen. 256.

——— *interea revoluta ruebat*
Matura jam luce dies.

Si autem *matutinus* retineri placeat, tranſponi poſſet,

Sol matutino fulget Hyperion in ortu.

idem Avienus Perieg. v. 14.

Sed matutino qua coelum Sole rubeſcit.

& v. 410.

Qua matutinus Sol illas ignibus adflat.

Cinna apud Serv. ad Virg. II. Georg. 288.

Te matutinus flentem conſpexit Eous.

ſic lege, non *matutinum.* ſic *radiis juga ſubdita matutinis* Ovid. I. Met. 62. Sed priorem conjecturam praefero.

46. *dum pingit Olympum*] *Sol pingit* Heinſius.

48. *Sol cui * merenti ſervit maris unda teporem*] legendum procul dubio,

Sol cui mergenti ſervat maris unda teporem.

ut indicet, Solem ſervare ſuum teporem, licet, peracto diei curſu, ſe mergat Oceano. ita ex cod. Arundelliano & Petaviano praeferrem apud Ovid. I. Faſt. 653.

Septimus hinc Oriens cum ſe demerſerit undis.

pro *demiſerit.* ut Lib. III. 517.

Sex ubi ſuſtulerit, totidem demerſerit orbes,
Purpureum rapido qui vehit axe diem.

ubi *demiſerit* eadem variatione in codd. MSS. & Dorvilliano. *totidem cum deſeret* in meo codice, olim H. Relandi. quod ex Vaticanis etiam profert Ciofanus. ſed *demerſerit* recte vindicavit Heinſius. de Arcturo Lib. I. Triſt. 4. init.

Tingitur Oceano cuſtos Erymanthidos Urſae,
Aequoreaſque ſuo ſidere turbat aquas.

ubi in aliis *Mergitur.* quae paſſim commutantur. vide Heinſ. ad Lib. II. Met. 172. *mergenti*, pro ſe merenti. In fragmento veteris poëtae apud Serv. ad I. Aen. 397.

Cycnus in auſpiciis ſemper laetiſſimus ales,
Hunc optant nautae, quia ſe non mergit in undis.

ita enim hos verſus ex Aemilii Macri Ornithologia adfert Iſidorus XII. Orig. 7. qui a Servio paullo aliter producuntur.

50. *Sol globus aethereis, haec eſt lux aurea mundi*] bene conjiciebat Heinſius *aetherei ſar eſt.*

53. *Sol cui ſereno*] vitio metri medebimur, ſi cum Heinſio legamus *terreno* vel *ſepteno.*

57. *Sol*

Sol cui tranquillo splendescit lumine pontus.
Sol cui cuncta licet rapido lustrare calore.
Sol mundi lucisque decus, Sol omnibus unus.
Sol cui surgenti resonat * liba blanda canorem,
Sol noctis lucisque decus, Sol finis & ortus.

VETERVM XII. POETARVM SCHOLASTICORVM EPIGRAMMATA
DE ORTV SOLIS.

EP. II. ASMENVS.

Aurora Oceanum croceo velamine fulgens
Liquerat, & bijugis vecta rubebat equis.

Luce

57. *Sol cui surgenti resonat * liba blanda canorem*] *resonat tuba* legebat Optius. & sic Heinsius, vel *surgenti resonat silvo alto canorem*. male *surgente* in edit. Pithoeana. ultimo versu *Sol noctis lucique decus* forte vitiosum, certe absonum est, quia modo praecessit *Sol mundi lucisque decus*. ubi forte castigari posset, *Sol mundi coelique deus*. nam sic supra v. 39.

Sol speculum coeli, divini numinis instar, &c.
Sol facies mundi, coelique volubile templum.

VETER. XII. POETAR. SCHOLAST. EPIGRAMM. DE ORTV SOLIS] Leguntur apud Pith. Lib. IV. pag. 165. seqq. & Scalig. Catalect. pag. 169. seq. DE AVRORA ET SOLE titulus erat in cod. Thuaneo, cum quo, Vossiano, ac Petaviano contulerat N. Heinsius. in cod. Voss. DE ORTV SOLIS IV. HEROICIS VERSIBVS. in utraque Aldina Catalector. editione an. 1517. & 1534. titulus est SOLIS ORTVS, omissis poëtarum nominibus. eorumdem editio Vincentina 1479. Veneta an. 1480. & 1487. & Brixiensis 1485. inscribunt P. VIRG. MAR. DE ORTV SOLIS, omniaque uno tenore juncta exhibent. & nulla horum poëtarum nomina agnoscunt, qui sunt iidem, quorum epitaphia in Ciceronem & Virgilium, & Argumenta Aeneidos dedi in Volumine primo hujus Operis.

EP. II. *Aurora Oceanum*] *Oceanus* vitiose cod. Thuan. pro *croceo velamine* legi etiam posset *roseo velamine*. nam utrumque apud poëtas frequens. Tibullus Lib. I. El. 3. sic.

——— *hunc illum nobis Aurora nitentem*
Luciferum roseis candida portet equis.

infra in carmine Juliani, Ep. V.

Tithoni conjux roseo sublime rubore.

Rutilius Lib. I. 430.

Quum primum roseo fulsit Eous equo.

sic *roseus Lucifer* Statio II. Theb. 137. Ausonius Ephem. pag. 107. ed. Toll.

Dum redeas roseo mihi Lucifer aureus ortu.

Boëthius Lib. III. Cons. Philos. Metr. I. v. 10.

Pulchra dies roseos agit equos.

Auctor de Laud. Berengar. pag. 21. ed. Vales.

Et quantum occasus roseo consistat ab ortu.

Hilarius Carmine in Genesin v. 67.

Lucifer exsurgit roseus, & fulgidus ore
Vesper, puniceos spargit Aurora capillos.

hinc *roseas bigas* Aurorae dat Virg. VII. Aen. 26.

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

ut illic agnoscit Nonius Marcellus in *luteus* p. 549. *roseos crines* auctor Culicis v. 43.

Crinibus & roseis tenebras Aurora fugarat.

roseos capillos Palladius infra Ep. VII.

Aurea fulgebat roseis Aurora capillis.

roseas manus Pompejanus Ep. XI.

Et roseis manibus sidera dispulerat.

roseas alas Valer. Fl. VI. 527. *roseis it Lucifer alis*. *roseos digitos* alii ad exemplum Homeri & Hesiodi, quibus saepe ῥοδοδάκτυλος Ἠὼς. vid. Clarckium ad Homer. Il. A. 477. Heins. ad Claudian. Epith. Honor. v. 19. & ad Prudent. Apotheos. v. 425. pag. 71. *roseus lacertus* Apulejo Lib. III. Met. init. *Aurora roseum quatiens lacertum, coelum inequitabat*. & ut hoc in loco *roseum velamen* Aurorae, sic *roseam vestem* infra Basilius Ep. XIII.

Et veste ab rosea subrubet ipse polus.

Valer. Cato Diris in Battarum, v. 176.

Non Aurora novos etiam pianavit amores,
Atque rubens oculos roseo velavit amictu.

sic enim, pro vulgato *celavit*, corrigit Broukhus. ad Propert. Lib. II. 13. 54. p. 163. quod hoc loco firmatur. *croceum velamen* etiam recte se habet, ut exprimat quod Homero κροκόπεπλος Ἠὼς dicitur Iliad. Θ. & Τ. init. de utroque sic Servius ad Virg. VII. Aen. 26. *Secundum Homerum dictum est, qui interdum ῥοδοδάκτυλον, id est rosei coloris digitos habentem, interdum κροκόπεπλον dicit Auroram, id est crocei coloris veste circumdatam.* utrumque etiam apud Auctorem Elegiae in Obit. Maecen. v. 123.

Illius aptus eras croceo recubare cubili,
Et modo puniceum rore lavare torum.
Illius aptus eras roseas adjungere bigas,
Tu dare purpurea lora regenda manu.

Ovid.

Luce polum nitida perfudit candidus orbis,
Et clarum emicuit Sole oriente jubar.

EP. III. VOMANVS.

Roscida puniceo Pallantias exit amictu,
Astriferum inficiens luce oriente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit ab aequoreis Tethyos ortus aquis.

Ovid. III. Met. 149.

——— *altera lucem*
Cum croceis evecta rotis Aurora reducet.

& Lib. III. Fast. 403.

Cum croceis rutilare comis Tithonia conjux
Coeperit.

Virg. IX. Aen. 460.

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

& de Iride IV. Aen. 700.

Ergo Iris croceis per coelum roscida pennis,
Mille trahens varios adverso sole colores,
Devolat.

Albinovanus Epicedio Drusi v. 282.

Hunc Aurora diem, spectacula tanta ferentem,
Quamprimum croceis roscida portet equis.

Auctor Elegiae de Rosa, initio:

Ver erat, & blando mordentia frigora sensu
Spirabat croceo mane revecta dies.

supra Carmine in laudem Solis v. 6.

——— *tum discere lucem*
Coepimus, & croceum coeli sentire teporem.

ubi Heinsius praeferebat *roseum teporem*. Sidon. Apollin. Carm. XXII. 48. pag. 390. ed. Sirm.

Nec non & rapti conjux ibi vincla mariti
It croceas demissa genas, vetitaque recondi
Lampade cum Solis radiis Aurora rubebat.

vid. & Patrui mei notae ad Virg. VI. Aen. 535.

Luce polum nitida perfudit] *polus* cod. Thuan. *perfundit* idem, & Petav. cum edd. Vincent. Venetis, Brixiens. & Aldd.

Et clarum emicuit Sole oriente jubar] *clarus emicuit Sol* corrupte in Thuaneo. *Sol* etiam in edd. Vincent. Brix. & utraque Veneta. *Sole oriente* in Aldinis, Pith. & Scalig. *emicuit*, ut apud Valer. Fl. I. 655. *Emicuit reserata dies.* & auctorem Eleg. de Phoenic. v. 44.

Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae,
Et primi emicuit luminis aura levis.

sic recte, non *enituit*, quae aliter saepe confunduntur. vid. Heins. ad Claudian. I. de Laud. Stil. 315.

Ep. III. *Pallantias*] *Pallantius* Thuan. *Rosida purpurea Palantias* ed. Vincent. Brix. & Ven.

Astriferum inficiens luce oriente polum] *astrigerum* Petav. Thuan. & Vossian. eaedem edd. vetustae, & utraque Ald. in quibus etiam *oriente*. sed *rubente* ex v. c. ed. Lugd. Scalig. & margo Pithoei, quod firmatur a Petaviano, Thuaneo, & Vossiano. sic Epigr. praec. *bijugis vecta rubebat equis*. Propertius Lib. III. 8. 2.

Mirabar quidnam misissent mane Camenae,
Ante meum stantes Sole rubente torum.

ubi *sole oriente* reponentem Heinsium recte deserit Broukhusius, & alterum locis idoneis firmat, eaque inter Claudiani initio Paneg. de Consul. Olybr. & Probr. de Sole:

Blandius elato rubeant temone jugales,
Efflantes roseum frenis spumantibus ignem.

ad quem locum ipsius Heinsii notas consule. nam in aliis legitur *surgant temone jugales*, ut Carmine praecedenti in laudem Solis v. 7.

Gurgite de croceo surgunt ex more jugales.

Statius II. Theb. 135.

Expulerat coelo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excussa comas, multumque sequenti
Sole rubens.

ubi male *Impulerat* in ed. Lindenbr. & seq. versu *multumque sequenti Sole rubens* malim cum Gifanio, pro *multumque*. Avienus Perieg. 14 *qua coelum Sole rubescit*. infra Epigrammate XII. Vitalis:

Vix Aurora suo rubefecerat aethera curru.

& Ep. XIII. Basilii:

Surgit ab Oceano Tithoni fulgida conjux,
Et veste ab rosea subrubet ipse polus.

ubi vitiose *subruit* in ed. Scalig. & codd. MSS. hic adde quae notavi ad Auctorem Eleg. de Phoenic. v. 128.

Sol insigne caput radiorum ardente corona] *radiosum* vel *radiatum* conjiciebat Heinsius. sed parum refert. tale Solis caput cum *radiorum ardente corona* pulcherrimum se exserit in Rhodiorum nummis vetustis, ut alios taceam, quales produxerunt Begerus Thes. Brand. Tom. I. p. 412. 415. Spanhem. Tom. I. pag. 319. aliumque cum Victoria alata pag. 784. ed. primi qui in noviss. ed. omissus est. adde Mus. Pembrok. P. II. Tab. 35. N. 2. Pellerin. Tom. III. Numism. Urb. & Pop.

EP. IV. EVPHORBVS.

Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol.
Fugerunt toto protinus aſtra polo.
Conceſſere Deo tenebrae, rebuſque colores
Lux iterum cunctis reddidit alma ſuos.

EP. V. IVLIANVS.

Tithoni conjux roſeo ſublime rubore
Infecit coelum lutea ſidereum:
Cum Sol igniferos currus e gurgite magno
Suſtulit, & claris aſtra fugavit equis.

EP. VI. HILASIVS.

Nox abit aſtrifero velamine cincta micanti,
Et redigit ſtellas, exoriturque dies.
Emicat Oceano Phoebi rota clara relicto,
Illuſtratque nitens lumine cuncta ſuo.

EP.

Tab. CVII. & notabilem gemmam in Gorlaei Dactyl. N. 105. Auctor Phoenicis v. 139. ut illic legendum conjeci:

Aequatur Solis capiti radiata corona,
Phoebei referens verticis alta decus.

ubi cum Solis radiato capite comparantur criſtae Phoenicis, nimbum radiatum referentes. qualis conſpicitur in duobus apud me numis Fauſtinae Senioris. quibus ſimilem habet Pignorius ad Menſ. Iſiac. p. 47. & Spanhem. Tom. I. p. 287. male huc Barthius referebat locum Valerii Flacci Lib. IV. v. 93.

—— Sol auricomus, cingentibus Horis,
Multifidum jubar, & biſſeno ſidere textam
Loricam induitur.

ſed ubi *biſſeno ſidere* de XII. ſignis Zodiaci melius alii explicuerunt. verſu altero recte idem Heinſius *ab aequoreis Tethyos ortus aquis* correxerat, pro *equis*, ut male in ed. Pith. & Scalig. itaque ſic edidi, quia id firmatur a cod. Voſſian. & edd. omnibus antiquis, ſupra indicatis. & ita in ſuo exemplari Francius. ſic vulgatae lectioni conſentit meus codex apud Ovid. VI. Faſt. 474.

Et vigil Eois Lucifer exit aquis.

ubi in variis MSS. & Dorvilliano *exit equis*. in Petaviano *ortus equis*.

EP. IV. *Conceſſere Deo tenebrae*] *Deceſſere* conjecerat Jac. Tollius. ſed ſine codd. MSS. auctoritate nil temere hic mutandum puto. Virg. X. Aen. 215.

Jamque dies coelo conceſſerat.

& in verſu Egnatii apud Macrob. VI. Saturn. cap. 5.

—— Phoebe
Pulſa loco ceſſit concedens lucibus altis.

Infr. Ep. XII. *Et vaga ceſſerunt ſidera Solis equis.*

EP. V. *Tithoni conjux roſeo ſublime rubore*] *ſublima jubare* Petav. *ſublime jubare* Thuan. *ſub lumine jubar* codex papyraceus Voſſii, edd. Venetae, Vincent. & Brixienſ. *rubore* v. c. Auſonii. vitioſe *roſeo ſub limine terras* ed. Scalig quod petitum eſt ex Aldinis edd. in quibus *roſeo ſub lumine terras Inficit, & coelum.* quod & in iiſdem editionibus vetuſtis inveni. Tollius conjecerat *roſeo velamine* ut mox Ep. VI. *aſtrifero velamine.* Ep. 11. *croceo velamine fulgens.* & de Iride Baſilius Ep. X.X.

Et picturato coelum velamine cingit.

id ſi placeat, pro *Inficit* mallem legi *roſeo velamine terras Induit, & coelum* &c. Ovid. XI. M. 589. *induitur velamina mille colorum.* infra in Epigr. Palladii de IV. Tempeſt. anni,

Triſtis hiems montes niveo velamine veſtit.

ſed *ſublime* eſt in coelo, in alto. ut hoc in loco capiebat Oudendorpius ad Jul. Obſeq. de Prodig. cap. 101. p. 115. ſic *ſublime* pro in ſublime, vel ſublimiter. Albinov. Epicedio Druſi v. 341. *Haec ipſum ſublime ferent.* vid. Davif. ad Cic. II. de N. D. cap. 39. Patrui notas ad Quinctil. Decl. VI. c. 22. p. 149. & quae olim dedi ad Lotich. Eel. III. 89. pag. 593. altero verſu Pithoeanam lectionem *Infecit coelum* firmant Petav. Voſſ. & Thuan. quorum tertius ult. verſ. male *equis*.

EP. VI. *Nox abit aſtrifero velamine cincta micanti*] *Nox habet* Petav. Thuan. & Voſſ *cunctis micantis* Petav. *cuncta micanti* Thuan. *abit* etiam in edd. antiqq. ut ediderunt Scalig. & Pith. Heinſius ex corrupta codd. MSS. *habet* lectione conjecerat,

Nox habitu aſtrifero velamine cincta micantis.

ſecundo verſu *Atque abigit ſtellas* Francius. tertio *Phoebus* vitioſe in Voſſ. quarto. *Illuſtratque nitens* dedi ex ed. Pith. quod & in Petaviano, Voſſii papy-

EP. VII. PALLADIVS.

Lutea fulgebat roſeis Aurora capillis,
Et matutino rore madebat humus:
Tethyos undivagae cum proſilit aequore Titan,
Flammiferos vultus ore micante gerens.

EP. VIII. ASCLEPIADIVS.

Exoritur Phoebus perfundens luce nitenti
Et maria, & terras, ſtelliferumque polum.
Aſtraque ceſſerunt fulgentia crinibus aureis.
Et nox ſidereas occulit atra faces.

EP.

papyraceo, & vetuſtiſſimo Auſonii cod. Leidenſi, olim Vineti, in quo plurima habentur epigrammata. infra Ep. VIII. *Exoritur Phoebus perfundens luce nitenti Et maria, & terras*, &c. *Illuſtrat quoque nitens* in Thuaneo. *Illuſtrata nitent lumine cuncta ſuo* non male in ed. Vincent. Brix. Venetis, Aldinis, & Scalig. *lumine cuncta novo* Francius.

EP. VII. *Lutea fulgebat*] *Aurea* eaedem edd. veteres, & Scalig. ſed *lutea*, ut recte edidit Pithoeus, firmatur a Petav. Thuan. antiquiſſimo Auſonii cod. & Voſſ. in quo *roreis*. eſt imitatio Virgilii VII. Aen. 26.

Jamque rubeſcebat radiis mare, & aethere ab alto
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

ſupra Ep. V *infecit coelum lutea ſidereum*. Ovid. VII. Met. 703.

Lutea mane videt pulſis Aurora tenebris.

IV. Faſt. 714.

Poſtera cum veniet terras viſura patentes
Memnonis in roſeis lutea mater equis.

Claudian. II. de Laud. Stilic. 471.

——— *fragrantibus inde*
Caeſariem ſertis, & lutea lora jubaſque
Subligat alipedum. gelidas hinc Lucifer ornat,
Hinc Aurora comas.

ſic enim major pars codicum vetuſtiorum, ut ex Varr. Lect. patet. in aliis *lactea colla*, quod merito Patruus meus inprobavit. Auctor Phoenicis v. 35.

Lutea quum primum ſurgens Aurora rubeſcit.

croceis capillis hic praeferebat Francius. de quo vide ſupra ad Ep. 2. verſu ſecundo *madebat hiemps* corrupte in Thuaneo. eſt autem imitatio Ovidii Lib. I. Faſt. 312.

Sparſaque coeleſti rore madebit humus.

tertio *Tethyos undifuga* Voſſian. *undivagos* Thuan. *Thethyos unda vaga* edd. antiquae. *tum proſilit* Petav. & Thuan. in quibus *ferens* quarto verſu pro *gerens*. quod & in iiſdem edd. & Scalig.

EP. VIII. *Exoritur Phoebus, perfundens luce nitenti Et maria, & terras* &c.] *nitente* Petav. & Thuan. ex hoc loco emendandus videtur Avienus in Arateis v. 34. de Sole & Luna:

——— *ignea cujus*
Lumina ſunt late, Sol & Soror: ille, diei
Tendat ut infuſi rutilum jubar; altera, noctis
Ut face flammanti tenebroſos rumpat amictus.

Legendum enim arbitror,

Reddat ut infuſus rutilum jubar.

Sol infuſus, ut apud Virg. IX. Aen. 461.

Jam Sole infuſo, jam rebus luce retectis.

ſic hoc verſu, *Phoebus perfundens luce nitenti Et maria & terras.* & ſupra Ep. II. *Luce polum nitida perfudit candidus orbis.* vid. ad Carmen in laudem Solis Ep. I. v. 36. dein *Reddat* in Avieno emendandum conjeci pro *Tendat*. pro quo *Ducat* Heinſius. ſupra in carmine Euphorbi, Ep. IV.

Conceſſere Deo tenebrae, rebuſque colores
Lux iterum cunctis reddidit alma ſuos.

& mox Epigr. IX. Euſthenii,

Sol oriens curruſque ſuos e gurgite tollens
Oceano, claro reddidit orbe diem.

& Maximiani, Ep. XI.

Noctivageſque ſimul radiis flagrantibus ignes
Depulerat coelo, reddideratque diem.

Auctor Octaviae ipſo initio:

Jam vaga coelo ſidera fulgens
Aurora fugat: ſurgit Titan
Radiante coma, mundoque diem
Reddit clarum.

reſtituere diem dicit Prudentius Cathem. Hymn. V. 132.

Non ſicut tenebras de face fulgida
Surgens Oceano Lucifer inbuit,
Sed terris domini de cruce triſtibus
Major Sole novum reſtituens diem.

Aſtraque ceſſerunt fulgentia crinibus aureis] ſic conſtantes codd. MSS. & edd. vett. cum ed. Scalig.

&

EP. IX. EVSTHENIVS.

Sol oriens, currusque suos gurgite tollens
Oceano, claro reddidit orbe diem.
Flammiferumque jubar terraeque poloque reduxit;
Et pepulit radiis astra repente suis.

EP. X. POMPEIANVS.

Memnonis ut genitrix infecerat humida coelum,
Et roseis manibus sidera dispulerat:

Phoe-

& Pith. *Astra recesserunt* Francius. Forte tamen hic legendum,

Astraque cesserunt fugientia crinibus aureis.

passim enim ad ortum Solis dicuntur astra *fugere*, & Aurora *fugare* & *pellere* sidera ac noctem. supra Ep. IV.

Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol
Fugerunt toto protinus astra polo.

Ep. V.

Cum Sol igniferos currus e gurgite magno
Sustulit, & claris astra fugavit equis.

mox Ep. XIII. Basilii,

Cum Phoebus radiis rutilum cingentibus orbem
Depellit tenebras, noxque peracta fugit.

ut legendum ex Petav. & Thuaneo codice. vel ruit cum Heinsio. non *fuit*, ut in ed. Scalig. & Pith. Virg. X. Aen. 257.

——— *interea revoluta ruebat*
Matura jam luce dies, noctemque fugarat.

Idem in Culice v. 43.

Crinibus & roseis tenebras Aurora fugarat.

Auctor Elegiae de Phoenice v. 36.

Lutea cum primum surgens Aurora rubescit,
Cum primum rosea sidera luce fugat.

in poëmate inedito, alibi producendo,

Quum primum noctis tenebras Aurora fugavit,
Desertos scopulos, & litora sola frequento.

Ovidius Epist. XVIII. 311.

Jamque fugatura Tithoni conjuge noctem
Praevius Aurorae Lucifer ortus erat.

IV. Fast. 390.

Et dederit Phoebo stella fugata locum.

Lib. VII. Met. 835.

Postera depulerant Aurorae lumina noctem.

quod recte vindicat Patruus meus contra insulsum Gebhardi *depleront* reponentis judicium. Lib. VIII. Init.

Jam nitidum retegente diem, noctisque fugante
Tempora Lucifero.

ubi vide Ciofan. pari variatione apud Silium Ital. Lib. IV. 88.

Jamque sub extremum noctis fugientibus umbris,
Lux aderat, Somnusque suas confecerat horas.

ubi antea legebatur *fulgentibus*. sed recte Modius & uterque Heinsius restituerunt *fugientibus*. vide illic plura apud Drakenb. & in notis Patrui mei ad Lucan. V. 455.

——— *sed, nocte fugata*
Laesum nube diem jubar extulit.

huc refer locum Prudentii Cathem. Hymn. V. 28.

Absentemque diem lux agit aemula,
Quam nox cum lacero victa fugit peplo.

ubi *fugat* etiam legi posset. quos versus, tacito Prudentii nomine, adfert Claudianus Mamert. Lib. I. de statu animae cap. 3. ut illic monuerunt Schottus & Barthius, hunc in modum, *unde jucundissime Asclepiades lusit poëta notissimus dicens,*

Absentemque diem nox agit aemula,
Quam nox cum lacero victa fugit peplo.

recte quidem iidem notarunt, ridicule *Asclepiadem* vocari illic poëtam, errore orto ex genere carminis asclepiadei, (nam, quo metro scripti sint Prudentii versus, singulis ejus carminibus praefigitur in codd. MSS.) eodem modo ut Epigramma antiquum de Fortuna *Asclepio* vel *Asclepiadio*, ex metro versuum, adtributum fuisse notavi ad Tom. I. p. 556. in loco autem illius Claudiani restat emendandum, *unde jucundissimis asclepiadeis lusit poëta notissimus.* In versibus vero Prudentii male illic *nox agit aemula, Quam nox cum lacero.* sed ita, ut produxi, recte edidit N. Heinsius, & firmatur ab antiquissimo meo codice, olim Egmondano. *fulgentia* vero & *fugientia* facile in codd. MSS. confunduntur. ut in illo Manilii Lib. IV. 623.

Ingentique sinu fugientes aequora terras.

sic ex cod. Gemblacensi restituit Scaliger, quum nullo sensu antea in Ald. aliisque legeretur *fulgentes aequora terras.* quarto versu vitiose in ed. Ven. *Et mox sidereas.*

EP. IX. *currusque suos e gurgite tollens Oceano*] ita recte in MSS. & edd. vett. & Pith. ac Scalig. male enim Tollius correxerat *Oceani*. vide supra ad Ep. I. in laudem Solis v. 7. sequenti versu forte scriptum fuerit *clarum*, & leviter corrigendum, *clarum reddidit orbe diem.* pro *orbi*. Auctor Octaviae loco supra prolato:

——— *surgit Titan*
Radiante coma, mundoque diem
Reddit clarum.

EP.

Phoebus Atlanteis e fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum: luxque repente redit.

EP. XI. MAXIMIANUS.

Praevia flammiferi currus Aurora rubebat,
Extuleratque alto gurgite Phoebus equos.
Noctivagosque simul radiis flagrantibus ignes
Depulerat coelo, reddideratque diem.

EP.

EP. X. *Phoebus Atlanteis e fluctibus*] & *Athanteis* cod. Thuan. *Atlantei fluctus*, pro Hesperiis ut *Hesperius Atlas* poëtis. sic *Atlantei recessus* Claudiano Panegyr. de Cons. Olybr. v. 35.

Illum fama vehit trans aequora, transque remotas
Tethyos ambages, Atlanteosque recessus.

ubi non opus est cum Heinsio *Atlantiaces* reponere. Silius Ital. XV. 37.

Tunc etiam tentare paras Atlantica regna,
Sidoniasque domos?

ubi vide notas Drakenborchii.

luxque repente redit] praeferendam arbitror lectionem, quae in codd. MSS. Petav. Thuan. Vossii, & altero ejusdem papyraceo, ac vetustiss. Ausonii codice, in edd. Venetis, Vincent. Brix. & Aldinis habetur, *luxque diesque redit*. Heinsius conjecerat *luxque diurna*. pro *redit*, vel *rediit*, ut in ed. Scalig. Francius legebat *luxque repente fuit*.

EP. XI. *Praevia flammiferi currus*] ita correxi, quod confirmatum inveni a cod. Petav. Voss. ed. Veneta an. 1487. & utraque Aldina, ut legi jubent equi seq. versu. & sic in margine codicis sui Heinsius. & Muncker. ad Hygin. Poët. Astron. cap. XIV. male enim *cursus* in ed. Venet. an. 1480. Vincent. Brix. Scalig. & Pith. supra Carm. I. in laudem Solis, ut recte legebat Heinsius,

Sol qui quadrijugo diffundis lumina curru.

non *cursu*. paullo ante Ep. V. Juliani:

Cum Sol igniferos currus e gurgite magno Sustulit.

Ep. VI.

Emicat Oceano Phoebi rota clara relicto.

Ep. IX.

Sol oriens, currusque suos e gurgite tollens
Oceano.

& mox Ep. XII.

Vix Aurora suo rubefecerat aethera curru.

Virg. VI. Aen. 536.

——— *roseis Aurora quadrigis*
Jam medium aetherio cursu trajecerat axem.

ubi *aetherio cursu* dicit, non *curru*, propter *roseas quadrigas*. Statius VI. Theb. 25.

Clara laboriferos coelo Tithonia currus
Extulerat.

Praemia vitiose in Thuan. nescio unde Scaliger ediderit *cursus Aurora sedebat*. nisi typorum mendum sit. certe *rubebat* codices MSS. & editiones vetustae cum Aldinis agnoscunt. vid. supra ad Ep. III. ubi vindicavi *Astriferum inficiens luce rubente polum*. pro *luce oriente*.

Noctivagosque] vocem mire conpositam dicit Serv. ad illud Virgilii X. Aen. 216.

Jamque dies coelo concesserat: almaque curru
Noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum.

quo loco *currus* praec. versu etiam firmatur. Sed ita in versu Accii in Bacchis,

Almaque curru noctivago Phoebe.

& Egnatii Lib. I. de Rer. natura,

Roscida noctivagis astris labentibu' Phoebe
Pulsa loco cessit concedens lucibus altis.

qua loca adfert Macrobius Lib. VI. Saturn. cap. 5. nec male vocem hanc Barthius ad Stat. II. Theb. 242. restituit Martiano Capellae Lib. VI. init. de noctua Palladis:

Unde age noctivagae tibi traditur alitis usus?
Quod vigil insomnes ducas sollertia curas.

pro *An mage noctividae*, ut in ed. Vulcanii & Grotii.

radiis flagrantibus] sic Aldinae, Pith. & Scalig. edd. *vagantibus* Vincent. Venetae, & Brix. an forte *flammantibus*? ut in poëmate inedito,

Quando alibi radiis flammantibus arva perurit
Phoebus, & exhaustis fervescunt flumina ripis.

vid. Weitz. ad Valer. Fl. Lib. V. 178. possis & *rutilantibus*. ut apud Ovid. III. Fast. 403.

Cum croceis rutilare genis Tithonia conjux
Coeperat.

ut ex MSS. praefert Heins. pro *rorare*. quem illic vide, & Patrui mei notas ad Claudian. II. de Laud. Stil. 467. ubi legit, *croceis rutilantes ignibus hortos Ingreditur*. pro quo *rorantes* in vulgatis. & sic mox Ep. XIII.

Cum Phoebus radiis rutilum cingentibus orbem
Depellit tenebras &c.

EP. XII. VITALIS.

Vix Aurora fuo rubefecerat aethera curru,
Summaque canebat roribus herba novis:
Profilit e mediis candens rota Tethyos undis,
Et vaga cefferunt fidera Solis equis.

EP. XIII. BASILIVS.

Surgit ab Oceano Tithoni fulgida conjux,
Et vefte ab rofea fubrubet ipfe polus;
Cum Phoebus radiis rutilum cingentibus orbem
Depellit tenebras, noxque peracta fuit.

EP. XIV. DE OCCASV SOLIS.

Jam nitidum liquidis Phoebus jubar intulit undis,
Emeritam renovans Tethyos amne facem.

Aftra

EP. XII. *Vix Aurora fuo rubefecerat aethera curru*] *Aurora vix fubrufecerat* cod. Thuan. & v. feq. *canebant*. v. 3. pro *rota Tethyos undis* in eodem *Tethio fundis*. & corruptius in Voffiano *ruthatbor undis*.

EP. XIII. *Tithoni fulgida conjux*] *Tithonis* Petav. Thuan. Voff. & ed. Ven. 1480. dein *fubruit ipfe polus* iidem codices. in edd. Vincent. Brix. Venetis, Aldinis, & Scalig. *fubruit ipfa pedes*. unde Tollius *fubripit* vel *fubrigit*. fed *fubrubet ipfa dies* conjecerat Scaliger. *poples* in alio cod. Voff. *fubrubet ipfe polus* recte in ed. Pithoei.

Cum Phoebus radiis rutilum cingentibus orbem Depellit tenebras] fic recte edidit Pithoeus. quod firmant Petav. Thuan. & Voffian. *Tum Phoebus* cod. Thuan. edd. vett. Ald. & Scal. *radiis nitidum fulgentibus orbem Depellit e tenebris* ed. Venet. an 1480. pro *Depellit*. Scaliger edidit *rutilum fulgentibus orbem Depulit e tenebris*. in Venet. 1487. Vincentina, & Brixienfi, *radiis rutilum fulgentibus orbem Depulit & tenebris*. in utraque ed. Aldina,

Tum Phoebus radiis rutilum fulgentibus orbem
Depellit tenebras.

fed vera lectio eft *radiis rutilum cingentibus orbem*. quod de radiato Solis capite intelligendum. de quo fupra ad Ep. 3. infra de Iride Euphorbus Ep. XXII.

Tunc Iris vario circumdat nubila cinctu.

fic apud Avienum in Arateis v. 77. legebat Heinfius:

Omnia quae flammis cingunt radiantibus aethram.

ubi tamen *cingunt* non follicitandum videtur. vid. infra ad Epigr. XXIII.

noxque peracta fuit] fic omnes edd. vetuftae, Ald. Pith. & Scalig. *fugit* cod. Petav. Thuan. Voffian. ut in marg. ed. Pith. correxerat Heinfius. vide fupra ad Ep. VII. idem Heinfius *ruit* etiam conjecerat. quod non minus placet. Virg. VI. Aen. 539.

——— *rofeis Aurora quadrigis*
Jam medium aetherio curfu trajecerat axem &c.
Nox ruit, Aenea.

& Lib. VIII 369.

Nox ruit & fufcis tellurem amplectitur alis.

Pedo Albinovanus apud Senecam Suafor. I.

——— *ruit ipfa dies, orbemque relictum*
Ultima perpetuis claudit natura tenebris.

ubi male Jo. Schultingius *fuit*. Valer. Fl. Lib. I. 274.

Sol ruit, & totum Minyis laetantibus undae
Deduxere diem.

ubi vide Patrui mei notas. eodem libro v. 670. legebat Heinfius *Seu cafu nox ifta ruit*. pro *fuit*. nec aliter idem emendabat in loco Calpurnii Ecl. VII. 2. *vigefima certe Nox ruit*. Apulejus III. Met. pag. 43. ed. Colv. *quod ni celerius Sol coelo ruiffet, noctique maturius ceffiffet*. faepe autem *ruit* & *fuit* confufa fuerunt, ut patebit ex locis, quae adduxi in notis ad Tom. I. hujus Anthol. p. 315.

EP. XIV. DE OCCASV SOLIS] primum hujus epigrammatis diftichon profert N. Heinfius ad Ovid. XV. Met. 186. nam in MSS tribuitur Nafoni, ut in codice Scriveriano, ex quo inter poëtae illius Fragmenta integrum, ita ut hic edidi, retulit idem Heinfius. penultimo verfu in codice Salmafiano, qui ex Burgundia tranflatus nunc fervatur Parifiis in Bibliotheca Regia, legitur,

Alludunt pavidi tremulis conatibus agni.

fed

Aſtra ſubit niveis Phoebe ſubvecta juvencis,
Mitis & aetherio labitur axe ſopor.
Adludunt teneri tremulis cum matribus agni,
Lactcolaſque animas lacteus humor alit.

EP. XV. DE LVNA.

Luna decus mundi, magni pars maxima coeli,
Luna jugum Solis, ſplendor, vas, ignis & humor.
Luna parens menſum, numerus a Sole renaſcens.
Aſt * ubi jugo ſtellante polo ſub Sole gubernas.
Te redeunte dies fraternas colligit horas.
Te pater Oceanus renovato reſpicit axe.
Te ſpirant terrae, tu vinclis Tartara cingis.
Tu ſiſtro renovas brumam, tu cymbala quaſſas.
Iris, Luna, Choris, coeleſtis Juno, Cybele,
Alternis tu nomen agis ſub menſe diebus.
Et rurſus renovas alterni lumina menſis.
Tunc minor es, cum plena venis, tunc plena reſurgens,
Cum minor es: creſcis ſemper, cum deficis orbe.
Huc ades, & noſtris precibus Dea blandior eſto,
Luciferiſque jugis concordes ſiſte jucie * as,
Et volvat fortuna rotam, quae proſpera currunt.

EP. XVI. DE NOCTE ET CONTICINIO.

Sera dedit, Phoebo fugiente, creſpuſcula Veſper,
Conticuit mediam rerum confectio noctem.

Exo-

ſed in margine Salmaſius emendaverat *cum matribus*. unde patet lectionem illam a Salmaſio provenisse. Forte emendandum,

Adludant teneri tremulis balatibus agni.

ut jam monui in notis ad Tom. I. Lib. I. Ep. 173. pag. 139. Lucretium imitari videtur, Lib. II. 367.

Praeterea teneri tremulis cum vocibus haedi
Corrigeras norunt matres.

& Lib. III. 7.

—— *aut quidnam tremulis facere artubus haedi*
Conſimile in curſu poſſint.

Virgilius IV. G. 435.

Veſper ubi e paſtu vitulos ad tecta reducit,
Auditiſque lupos acuunt balatibus agni.

& IX. Aen. 565.

Quaeſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a ſtabulis rapuit lupus.

ſic *tener balatus* de agno apud Ovidium VII. Met. 319.

Et tener auditur medio balatus aëno.
Nec mora: balatum mirantibus, exſilit agnus,
Laſcivitque fuga, lactantiaque ubera quaerit.

in initio idem codex Salmaſianus *Jam nitidum tumidis*. & verſu ſecundo *Emeritam renobant Thedidis amne facem.*

EP. XV.] Ineditum hoc carmen ex v. c. deſcripſerat Petrus Pithoeus, & editioni ſuae addiderat in exemplari Biblioth. Reg. Pariſ. Inſcribebatur autem CARMEN CLAVDII DE LVNA. & in margine ALCVINI VET. ET CLEMENTIS. cujuſcumque ſit, merebatur ab interitu ſervari. ſecundo verſu pro *vas* forte emendandum *fax*. quarto ſcribe *Aſt bijugo*. nono *Chloris* pro *Choris*. ſeptimo forte reponendum, *tu vinclis Tartara ſtringis*. penultimo Pithoeus *Luciferique jugis* legebat, & *ſiſte juvencas* ex corrupta ſcriptura *jucie*as*. poſſis & *jugales*. ultimo videtur caſtigandum, *qua* (vel *quo*) *proſpera currant.*

EP. XVI.] ex MS. Codice adfert Barthius Lib. LVI. Adverſ. 10. ultimo verſu corrigendum

ceu

Exoriens tenebris dilucula restituit Sol,
Tempora Sol revehit, nox cedit tempora delens,
Nox accensetur Soli, seu Luna diei.

XII. SCHOLASTICORVM POETARVM IRIS.

EP. XVII. MAXIMIANVS.

Thaumantis proles varianti veste refulgens,
Multicolor picto per nubila devolat arcu
Iris, & insigni decorat curvamine coelum.

EP.

seu Luna diei. bene Auctor hujus Epigrammatis observat propriam *crepusculi* & *diluculi* significationem, quam confuderunt nonnulli. & fallitur Servius ad Virg. II. Aen. 268. ubi de crepusculo dicit, *licet utrique tempori possit jungi, usus tamen, ut matutino jungamus, obtinuit.* Statii enim locus, quem adfert, ei repugnat, ex Lib. I. Th. 344.

Longa repercusso nituere crepuscula Phoebo.

ubi de vespertino intelligi clarum est. & quamvis *crepusculum* apud nonnullos auctores, sed aetatis non optimae, inveniatur pro diluculo, ut notat Muncker. ad Fulgent. Lib. I. Mytholog. pag. 8. id tamen fraudi non esse debet loco Nasoniano Epistola Hypermnestrae XIV. v. 21. ubi praetulit N. Heinsius,

——— *modo facta crepuscula terris:*
Ultima pars noctis, primaque lucis erat.

quod & in minori sua editione Patruus meus secutus est. sed quae lectio toti Epistolae istius tenori in sequentibus adversatur, in quibus describitur deductio sponsarum in domum Danai, sacrificium, convivium nuptiale, caedes sponsorum mero sopitorum & dormientium, Hypermnestrae diu haesitantis pietas erga Lynceum, quem e somno excitat, & fugam diluculo capessere jubet, Lynceo autem elapso *mane erat*, cum Danaus generos ex caede jacentes dinumeraret: quae omnia extra controversiam ponunt, loco movendam non esse sinceram lectionem, quam recte in majori editione recepit Patruus,

——— *modo facta crepuscula terris;*
Ultima pars lucis, primaque noctis erat.

nam quod Heinsius *crepuscula* de matutino tempore dici, sola Avieni auctoritate contendat, parum juvat, neque id apud aevi Augustei scriptores occurrere opinor. certe Ovidio *crepuscula* de nocte dicuntur Lib. 1. Met. 219. *trahebant cum sera crepuscula noctem.* & Lib. XI. 596.

——— *nebulae caligine mixtae*
Exhalantur humo; dubiaeque crepuscula noctis,

V. Fast. 163.

At simul inducunt obscura crepuscula noctem.

utrumque sic describit Lib. 1. Am. 5. 5.

Qualia sublucent fugiente crepuscula Phoebo,
Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.

ubi primo versu *crepusculi*, altero *diluculi* descriptio est. proprie etiam locutus est Apulejus Lib. II. Met. pag. 30. ed. Colv. *Cum ecce crepusculum, & nox provecta, & nox altior, & deinde concubia altiora, & jam nox intempesta.* & Lib. IV. pag. 63. *ut usque diluculum, immo & in multum diem, nemo quisquam fuerit ausus bestiam vel digito contingere.* vid. & Dausquej. ad Silium Ital. Lib. V. 27. Cellar. Cur. Post. L. L. p. 324. & in Antib. pag. 151.

XII SCHOLASTICORVM POËTARVM IRIS] Ediderunt Pith. Lib. IV. pag. 161. 167. & Scalig. Catalect. pag. 165. seqq. additis poëtarum nominibus, quae desiderantur in edd. vetustis Vincent. Brix. & Venetis, quae inscribunt MIRA VIRGILII EXPERIENTIA. neque poëtarum nomina agnoscit utraque Aldina, in qua titulus est IRIS. cum Petaviano, Thuaneo, Vossiano, & S. Galli codice contulit Heinsius. & ex eodem S. Galli MS. variantes lectiones editae sunt in Actis Literariis Ienensibus Vol. V. pag. 9. Vossii codex inscribit DE ARCV CAELESTI E TRIPLICIS VERSICVLIS. Aldus vero, eumque secutus Scaliger, duo priora epigrammata longe aliter, ac Pithoeus, ediderunt hunc in modum,

Thaumantis proles varianti veste figuras
Multicolor picto per nubila devolat arcu
Cum Sol ardentes radios in nubila jecit.

——

Cum Sol horrifico nimbos fulgore replevit,
Apparet varii radiis distincta coloris
Iris: & insigni decorat curvamine coelum.

in margine tamen prioris editionis Lugdunensis 1572. Scaliger ex v. c. addidit variantes lectiones, quae conveniunt cum ed. Pithoeana, & a Petaviano, Vossiano, & S. Galli codice firmantur.

Nihil

Ep. XVIII. VITALIS.

Cum Sol ardentes radios in nubila jecit,
Cumque color ficto nimbos fulgore replevit,
Adparet variis distincta coloribus Iris.

Ep. XIX. BASILIVS.

Clara sub aetheriis fulget Thaumantia proles
Nubibus, ut radiis pluvium Sol adtigit imbrem.
Et picturato coelum velamine cingit.

Ep.

Nihil igitur inmutandum duxi. neque antiquores editiones Vincentina, Brixiensis, aut Venetae versus transponunt, neque codex Leidensis.

Ep. XVII. MAXIMIANVS] MAXIMINVS in Cod. Petav. v. 1. *refulgens*] *figuras* edd. antiqq. & Scalig. *insigni decorat curvamine coelum*] *arvamine* Vossian. quae scriptura firmat lectionem *curvamine*. & haec forte etiam restituenda est Ep. XVIII.

Et picturato coelum curvamine cingit.

pro *velamine*. Seneca Oedipo v. 317.

Imbrifera qualis implicat varios sibi
Iris colores, parte quae magna poli
Curvata picto nuntias nimbos sinu.

ubi vide Delrium. *varium cinctum* vocat Euphorbus Ep. XXI.

Tunc Iris vario circumdat nubila cinctu.

simili fere modo Statius Lib. V. Sylv. I. 103.

Quaeque cadit liquidas Junonia virgo per auras,
Et picturato pluvium ligat aëra gyro.

ubi pro *pluvium* in vetustiss. ed. Parmensi *liquidum aëra*. Manilius Lib. I. 711.

Usque suos arcus per nubila circinat Iris,
Et superincumbit sinuato culmine limes
Candidus.

sic lege cum Heinsio, non *signato*. & ita ex cod. MS. Gronovii legendum apud Firmicum Lib. VIII. Mathes. cap. 17. *Anguis extremus est, qui inter duas Arctos positus est in modum fluminis, quod sinuosis flexibus labitur.* male enim in ed. Aldina 1499. aliisque *sinnosis flexibus*. vide Richteri Epistolas p. 562. forte etiam ex illo Manilii loco legi posset apud Ausonium in Mosella v. 111.

——— *qua lutea circinat Iris,*
Lubrica coeruleus perducit tergora fucus.

nam *circuit* & *circinat* etiam aliis in locis confundi notavi ad Lib. IV. Ep. CCLXXIV. pag. 212.

Ep. XVIII. *Cum Sol ardentes radios in nubila jecit*] Iridis caussam vise, ut omittam ceteros, apud Ammian. Marcell. qui de ea docte disputat Lib. XX. Lutatius Statii interpres *Gyrum* Irin vocat Thebaid. I. LINDENBR. *fecit* Petav. Thuan. Voss. & S. Galli codex, cum edd. vetustis. sed non audio. infra Ep. XX. Vomani:

Luce sub adversa varios jacit unda colores.

& Ep. XXII. Juliani:

Tum jacis insignes per nubila densa colores.

& XXIII. Hilasii,

Cum Phoebus radios in nubem jecit aquosam.

& sic *coelestis arcus jacit colores* apud Solin. p. 61. ed. Salmas. altero versu *Cum Sol horrifico nimbos fulgore replevit* edd. Vincent. Brixiens. Venet. utraque Ald. & Scalig. *Cumque colorifico nimbos fulgore replevit* Petav. Thuan. Voss. & S. Galli codices. quod praeferendum videtur: & his accedit Veneta 1480. in qua *Cum colorifico nimb. f. replevit.* tertio versu eaedem vetustae editiones,

Apparet varii radiis distincta coloris

in iisdem MSS.

Apparet radiis distincta coloribus Iris.

Quid si hic auctor scripserit,

Adparet radiis diversicoloribus Iris.

id infra Pompejanus Ep. XXVIII. sic effert,

——— *effulget protinus Iris,*
Picta veste decens, & multicoloribus alis.

eodem modo in Dedicatione Aeneidos Virgilii, quod epigramma edidi Tom. I. pag. 35. legebant Scaliger, aliique,

Marmoreusque tibi diversicoloribus alis
In morem picta stabit Amor pharetra.

vel *igneicoloribus*. sed praeferendam illic ostendi Heinsianam emendationem *Dea, versicoloribus alis*: quia *diversicolor* non est vox aureae aetatis scriptorum, quibus potius *versicolor* dicitur, ut & in illo Propertii versu Lib. III. XI. 32. *Et variam plumae versicoloris avem.* & sic eodem Volumine Lib. III. Ep. CCXIV. de Hesperiae fascia, legendum conjeci,

Hoc sibi lusit opus de stamine versicolore
Hesperie teneras officiosa manus.

sed in poëta scholastico aevi non optimi alia res est. quem *radiis diversicoloribus* Irin depingere & hac voce usum, verisimilius statuere licet quam Virgilium.

EP. XX. ASMENVS.

Difcolor aetheriis apparet nubibus Iris,
Poftquam flammiferi rapuerunt lumina Solis,
Et coelum variis miranda coloribus ornat.

EP. XXI. VOMANVS.

Imbriferas nubes radiis ubi contigerit Sol,
Luce fub adverfa varios jacit unda colores.
Dicitur haec Iris picto fpectabilis arcu.

EP. XXII. EVPHORBVS.

Cum tetigit nubes radiis fulgentibus atras
Phoebus, & adverfo lumen refplenduit imbri,
Tunc Iris vario circumdat nubila cinctu.

EP. XXIII. IVLIANVS.

Mirifico nubes ambit Thaumantias arcu:
Quas cum ex adverfo tetigit rota fulgida Solis,
Tum jacit infignes per nubila denfa colores.

EP.

EP. XIX. *fulget Thaumantia proles*] fic dedi ex Pithoeo, Codd. MSS. & edd. antiqq. male enim *fulgens* in ed. Scalig.

EP. XX. ASMENVS] ASMENIVS Petav.

Et coelum variis miranda coloribus ornat] Ab hoc Iridis vario colore *Iricolor* nomen deduxit Aufonius (Epift. III. ad Hefper. v. 15.)

Iricolor vario pinxit quam pluma colore.

& *Iride magis varius*, adagii fpeciem habet apud Philoftratum Icon. Lib. I. in Amphi; Ὀυ γὰρ ἀφ' ἑνὸς φέρει χρώματ☉, ἀλλὰ τρέπεται, καὶ κατὰ τὴν Ἶριν μεταβάλλει. LINDENBR. *radiis* in Cod. Petav. Leidenf. & S. Galli.

EP. XXI. *Dicitur haec Iris picto fpectabilis arcu*] *Ducitur* cod. S. Germ. Petav. & Thuan. *fpectaculis* vitiofe Voffian. & Leidenfis. quod ex v. c. etiam notatur in margine ed. primae Scaligeri. *fpeculabilis* Thuan. *fpectantibus* omnes vetuftae edd. & utraque Ald. fed eleganter *Iris arcu picto fpectabilis* dicitur, ut *Aureus ille aries, villo fpectabilis aureo* Ovidio Epift. VI. 49. & XII. 201. cui haec vox valde amata. vide Patrui notas ad Lib. I. A. A. 557. ubi recte viri docti ex codd. MSS. reftituerunt *coelo fpectabile fidus*, de Corona Ariadnes.

EP. XXII. EVPHORBVS] EVPHORBIVS Petav.

Cum tetigit nubes radiis] *Dum nubes radiis tetigit* liber Voffii papyraceus, Leidenfis, edd. vetuftae & Ald. *Dum nubes radiis fulgentibus tetigit atris* Veneta 1480. tertio verfu *Tunc Iris vario* &c. in Petav. Thuaneo, S. Galli, Leidenfi, & Voffii chartaceo codice, iifdemque edd. antiqq. finem fequentis epigrammatis occupant, & hujus loco ex Juliani Epigrammate *Tum jacit infignes* &c. exhibent. *circumdat cingula cinctu* in Petaviano.

EP. XXIII. *Mirifico nubes ambit Thaumante creata*] fic edd. vetuftae, & Ald. Pith. ac Scalig. *Mirifice* Heinf. & codices, quos contulit If. Voff. *Mirifico nubes ambit Thaumantias arcu* legendum conjicit Scaliger in margine primae ed. Lugdun. ex qua id derivatum, ut paffim, in marginem ed. Pithoei. hanc vero emendationem Scaligeri, ut veriffimam, recepi, & a Pithoeo difceffi. fuerat nempe in margine a quodam gloffatore adpictum, *Thaumantias, id eft Thaumante creata.* unde id vitium poftea contextui ingeftum eft. pari fere gloffa apud Ovid. IV. Met. 479. ubi occurrit, *Roratis luftravit aquis Thaumantias Iris*, in meo codice membranaceo vetuftiffimo, Scholiis referto, fuperfcriptum eft *Thaumantis filia, fecundum fabulam.* praeterea *arcu*, quod addidit Scaliger, exigit *Mirifico*, quae vox ceteroquin fola vagatur. *mirificum arcum* hic vocat Julianus, quem *pictum arcum* Vomanus paullo ante Ep. XXI. *Iris picto fpectabilis arcu.* Maximianus Ep. XVII.

——— *picto per nubila devolat arcu.*

mox Ep. XXVIII.

Picta vefte decens, & multicoloribus alis.

Sta-

EP. XXIV. HILASIVS.

Nuntia Junonis vario decorata colore,
Aethera nubificum conplectitur orbe decoro:
Cum Phoebus radios in nubem jecit aquosam.

EP. XXV. PALLADIVS.

Nubila cum Phoebus perfudit lumine claro:
Tum fit, ut humor aquae suffulgeat, atque colores
Sub varia specie jaciat mirabilis arcus.

EP. XXVI. ASCLEPIADIVS.

Cum radiis imbres, & aquarum pendulus humor
Frangitur, adparet, quam Graecia nominat, Iris,
Multorum insignis vario splendore colorum.

EP. XXVII. EVSTHENIVS.

Iris habet varios subjecta luce colores,

Quam

Statius Lib. V. Sylv. I. 103.
Quaeque cadit liquidas Junonia virgo per auras,
Et picturato pluvium ligat aëra gyro.
Auctor Elegiae de Phoenice v. 134.
Rarum inter pennas insigne est, desuper Iris
Pingere ceu nubem de supera arce solet.
ut legendum conjeci, & plura de *picto* Iridis *arcu* illic notavi. supra Carmine in laudem Solis v. 46.
Sol reddit cum luce diem, cum pingit Olympum.
sic de circulo lacteo Manilius Lib. I. 710.
Candidus in nigro lucet sic limes Olympo,
Caeruleum pingens ingenti lumine mundum.
ut legit Bentlejus pro vulgato *findens*. *Quas cum adverso* Petav. & Thuan. seq. vers. *insignis* cod. Voss. & S. Gall. *Tunc jacet* Petav.

EP. XXV. *Nuntia Junonis*] ex Ovidio XI. Met. 585. ubi Juno ipsa,
Iri, meae, dixit, fidissima nuntia vocis.
neque tantum Junonis sed & Jovis nuntiam facit Serv. ad Virg. IX. Aen. 16. & *ministram non tantum Dearum sed & Deorum* Scholiastes Statii ad Lib. II. Th. 220. vide Barth. ad Lib XII. 138. *varia* cod. Thuan. & altero versu *Aethera nubiferum complectitur ore decoro.* quod & in chartaceo Vossii *nubiferum* etiam Petav. alter Voss. Leidens. & cod. S. Galli. quod praeferendum.

EP. XXV. *lumine claro*] *nubila claro* Vossian. *lumina claro* cod. Leid. ed. Venet. 1460. & *colore* versu seq. quod & in Vincent. & Brix.

Tum fit, ut humor] *Tunc fit* Put. & Th. *subfulgeat* & v. seq. *jaceat* Thuan.

EP. XXVI. *pendulus humor Frangitur, apparet*] Praeferendum arbitror, quod in Petaviano, Thuaneo, Vossianis libris, & utraque ed. Aldina habetur,
Cum radiis imbres, & aquarum pendulus humor
Frangitur, existit, quam Graecia nominat, Iris.
sic enim supra Basilius Ep. XIX.
Clara sub aetheriis fulget Thaumantia proles
Nubibus, ut radiis pluvium Sol adtigit imbrem.
Vomanus Ep. XXI.
Imbriferas nubes radiis ubi contigerit Sol.
Euphorbus Ep. XXII.
Cum tetigit nubes radiis fulgentibus atras
Phoebus.
& Julianus Ep. XXIII.
Quas cum ex adverso tetigit rota fulgida Solis.
Scholiastes Statii ad Lib. I. Theb. 311. *Sol vero cum adversam tetigerit radiis nubem aquosam, Irim facit.* minus tamen referre puto, an *adparet* hic conmutetur ex codd. in *existit*. nam sic Vitalis Ep. XVIII.
Adparet variis distincta coloribus Iris.
& Asmenus Ep. XX.
Discolor aetheriis adparet nubibus Iris.
Frangitur, existit est in edd. Vincent. Brix. & Venetis. & versu praec. *Tum radiis.*

EP.

Quam Sol imbrifera fulgens de luce creavit,
Cum pepulit radiis obſtantia nubila claris.

Ep. XXVIII. POMPEIANVS.

Luce repentina cum Sol inplevit aquoſas
Adverſus nubes, effulget protinus Iris,
Picta veſte decens, & multicoloribus alis.

EORVMDEM DE SIGNIS COELESTIBVS.

Ep. XXIX. IVLIANVS.

Primus adeſt Aries, Tauruſque inſignibus auro
Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile ſignum.
Tum Leo terribilis Nemees, atque innuba virgo.
Libra ſubit, caudaque animal quod dirigit ictum.
Armatuſque arcu Chiron, & corniger Hircus.
Fuſor aquae ſimul, & fulgenti lumine Piſces.

Ep.

Ep. XXVII. *Quam Sol imbrifera fulgens de luce*] *Quam Sol hymbriferum* edd. vett. *de nube* ex ingenio conjecerat Cl. Schraderus. quod confirmatur a Petav. Thuan. Leidenſ. libris Voſſianis, & edd. Aldinis; & haec lectio ſincerior. nam modo praeceſſit *ſubjecta luce.*

nubila claris] *lumina* iidem codices Voſſiani, Thuan. & Leidenſ.

Ep. XXVIII. POMPEIANVS] POMPELIANVS in Petav.

Sol inplevit aquoſas Adverſus nubes] *aquoſus* Voſſian. *Adverſas* edd. vett.

Picta veſte decens] notaverat Tollius, melius in ſcriptis codd. legi *lucens.* ita certe in Petav. Thuan. Leidenſ. & uno Voſſ. ſed prima obſtat ſyllaba. *Picta veſte decens* recte in omnibus edd. antiqq. & utraque Aldina. & ſic dicitur Iris, quae ex variis illis coloribus decorem auget. ut apud Ovid. I. Am. 14. 21. *Tum quoque erat neglecta decens.* id eſt, cultu negligentiore magis decora. ut Lib. III. A. A. 258.

Eſt illis ſua dos, forma ſine arte decens.

quod in octo codd. MSS. illic pro *potens* legi teſtatur Patruus. quem vide. Propert. IV. 8. 52. de Cynthia,

Non operoſa comas, ſed furibunda decens.

ead. Eleg. v. 30. de Phyllide,

Sobria grata parum: quum bibit, omne decet.

EORVMDEM DE SIGNIS COELESTIBVS] ſic ediderunt Pithoeus pag. 167. & Scalig. pag. 162. DE XII SIGNIS inſcribit codex Thuaneus. DE XII SIGNIS CAELI HAEROICIS VERSIBVS SENIS titulus eſt in Voſſiano. XII SIGNA COELESTIA utraque ed. Aldina, omiſſis poëtarum nominibus, quae etiam non adduntur in vetuſtis edd. Vinc. Brix. & Venetis, praefixo tantum titulo P. VIRG. M. DE SIGNIS CAELESTIBVS. in ſola Veneta 1480. omnia epigrammata uno tenore conjuncta habentur. XII haec ſigna Coeleſtia in ferculo coenae Trimalchionis adpoſita eleganter deſcribit Petronius Satyr. cap. 35.

Tauruſque inſignibus auro Cornibus] *Taurus inſignibus* Petav. & Thuan. *aurata cornua* vocat Virgil. I. Georg. 217.

Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus, & averſo cedens Canis occidit aſtro.

ita enim ex MSS. bene correxit Heinſius. vide illic Servium.

Tum Leo terribilis Nemees atque innuba virgo] *terribilis veniens* in edd. Vinc. Brix. & Venetis, *Nemees* utraque Aldina. infra epigr. Palladii, *Herculeuſque leo Nemeae pavor.* in margine primae Scalig. ed. Lugd. & Pith. notatur in aliis haberi, *Nemeeus, & innuba virgo.* pro *Nemeaeus.* quod alteri lectioni praeferrem, praeſertim cum firmetur a cod. Petaviano, eique faveant Thuanéus & Leidenſis codex, in quibus *Nemeus atque.* vide Scalig. ad Manil. p. 218. ed. Boecler. & quae notavi ad Tom. I. hujus Anth. Lib. I. Ep. XLII. pag. 22.

fulgenti lumine Piſces] ſic Aldina utraque, & ed. Scalig. ac Pith. *fulgenti Piſcis in auro* legendum videri, ad marginem edd. Scalig. notaverat Jac. Tollius. quod inveni in Vincent. Brix. & Venetis.

Ep.

EP. XXX. HILASIVS.

Proditor eſt Helles, & proditor Europaeus.
Et Gemini juvenes, & preſſus ab Hercule Cancer.

Hor-

EP. XXX. *Proditor eſt Helles, & proditor Europaeus*] Ita ediderunt Scaliger & Pithoeus. nec aliter in ed. Vincent. Brix. Veneta 1487. & Aldinis. In Venet. 1480. corrupte

Creditor eſt Helles & proditor Cecropeus.

ſed quia in nonnullis codd. hic legebatur, *Portitor eſt Helles, & portitor Europaî*, hinc medium in hac ſcripturae differentia tenens Gronovius Lib. III. Obſerv. cap. 20. pag. 616. legebat

Proditor eſt Helles, eſt portitor Europaî.

proditor Helles firmatur ex Ovidio IV. Faſt. 715.

E duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen,
Sol abit, egreſſa victima major adeſt.

ubi multa in notis ſuis confert Heinſius, & inter plurima veterum auctorum loca hunc quoque, in quo nonnullos Codices habere *Portitor* notat. eadem varietas apud Martialem Lib. IX. Ep. 71.

Quid meruit terror Nemees, quid proditor Helles,
Ut niteant celſi lucida ſigna poli.

ſic Gruterus. quod probat Bernecceт. ad Juſtin. Lib. XIX. cap. 3. in fin. & ſecutus fuit Scriverius, qui tamen haeſitat in notis pag. 206. quia in prima ed. & Aldinis, aliiſque, tum codd. MSS. illic *portitor Helles*. ibidemque hoc in verſu adfert, *Portitor eſt Helles & portitor Europâi.* in loco autem Columellae Lib. X. 155. in veterrimo S. Germani codice legi teſtatur Heinſius, ut vulgata circumferunt exemplaria,

Mox ubi nubigenae Phryxi, nec portitor Helles,
Signorum & pecorum princeps caput offeret undis.

cui ſcripturae etiam adquievit Gronovius, cum antea tentaſſet,

Mox ubi nubigenae vector, ſed portitor Helles.

in priori enim lectione ſubintelligendum eſt *Phryxi portitor, ſed non portitor Helles.* quia Phryxum aries tranſvexit, ſed Hellen prodidit. eodem igitur oppoſitionis acumine intelligi debet hoc in loco, ſi Gronovii lectionem ſequamur; quam firmat Germanicus in Arateis v. 540.

Nobilis hic Aries aurato vellere, quondam
Qui tulit in Tauros Phryxum, qui prodidit Hellen.

ſic ſcribe. & *in Tauros*, Pontum intellige, vel in *Colchos*. vulgo editur *in tauros*. illic autem Grotius in notis ſuis pag. 20. memoriae, ni fallor, vitio ex Catalectis hunc locum ſic adfert,

Proditor Europes, & portitor Europaeus.

pro *Proditor eſt Helles.* ex illo Germanici loco vindicanda eſt lectio apud Manilium Lib. IV. 515.

——— *teſtis tibi Laniger ipſe,*
Cui vitreum findens aurato vellere pontum,
Orbatumque ſua Phryxum per fata Sorore
Phaſidos ad ripas, & Colchida tergore vexit.

ubi pro *aurato vellere* Bentlejus *tranavit pectore.* & altero verſu *per freta* inſigni in legem metricam vitio edidit Delphinicus interpres. dein *Colchida tergore vexit* firmat meam in Germanico conjecturam *Qui tulit in Colchos Phryxum.* nam male in Aldina Manilii editione *terga revexit.* in aliis *regna.* His bene perpenſis mihi hoc in loco legendum videtur

Proditor eſt Helles, eſt portitor Europaeus.

quia Hellen prodidit Aries, ſed Europam portavit & tranſvexit Taurus. *eſt*, nempe in ſignis Zodiaci, ut ſubintelligit Gronovius, Aries, qui Hellen prodidit, ſeu effudit, eſt & Taurus, Europae portitor. nam geminandum *eſt* idem bene cenſuit. & hinc in loco Lucani Lib. IV. 57. adſentirem viris doctis, qui praeferunt,

Sidera reſpiciens, delapſae proditor Helles.

quia *delapſae* additur, ut in verſu Manilii mox producendo, *Virgine delapſa quum fratrem ad litora vexit.* vide illic Oudendorpii & Patrui mei notas. apud Columellam vero legi poſſet,

Mox ubi Nubigenae vector, ſed proditor Helles.

recte enim *Nubigenae* cum litera capitali ſcribi juſſit Meurſius Exerc. Crit. P. II. pag. 144. adeoque *Phryxi* ex Gloſſemate irrepſiſſe opinor. ut infra Epigrammate XXXIV. Maximiani *Nubigenae juvenis vector, Taurique trucis frons.* quo verſu firmari poſſet Heinſii conjectura qui in loco Columellae margini adſcripſerat, *Nubigenae Phryxi, & trux Portitor Helles.* infra Epigr. XXXIII. Euſthenii *frons Tauri metuenda minacis.* hoc autem loco *portitor Europaeus* eſt, qui aliis *vector.* neque enim antique *Europaî* ab hoc auctore exaratum fuiſſe mihi perſuaſerit Gronovius. certe infra in epigrammate Baſilii XXXV.

Corrigeri ductor gregis, Europae quoque vector.

Manilius Lib. II. 489.

——— *ſic quondam geſſerat ante*
Europam dorſo retinentem cornua larva.

ubi ex codice Gemblacenſi praeferendum *vexerat.* ſic enim Lib. IV. 515. *& Colchida tergore vexit.* & v. 745. loco vexato,

Laniger in medio ſortitus ſidera Mundo
Cancrum inter gelidumque Caprum (ſic Bentlej.)
per tempora veris
Aſſeris in vires Pontum, quem vicerat ipſe,
Virgine delapſa quum fratrem ad litora vexit.

Ovid. III. Faſt. 868.

Utque fugam rapiant, aries nitidiſſimus auro
Traditur, ille vehit per freta longa duos.

denique *portitor* Europae Taurus, ut apud Statium Lib. I. Th. 683. de Ophiucho:

——— *& jam temone ſupino*
Languet Hyperboreae glacialis portitor Urſae.

Rr Ep.

Horrendusque Leo sequitur cum virgine sancta.
Libraque lance pari, & violentus acumine caudae.
Inde Sagittiferi facies senis, & Capricornus,
Et qui portat aquam puer urniger, & duo Pisces.

Ep. XXXI. PALLADIVS.

Signorum princeps Aries, & Taurus, & una
Tyndaridae Juvenes, & fervida brachia Cancri.
Herculeusque Leo Nemeae pavor, almaque Virgo.
Libra jugo aequali pendens, & Scorpius acer,
Centaurusque senex Chiron, & cornua Capri.
Et Juvenis gestator aquae, Piscesque supremi.

Ep. XXXII. ASCLEPIADIVS.

Corniger astrorum ductor, Taurusque secundus.
Tum sidus Geminum, & Cancri gemmantis imago.

Trux-

Ep. XXXI. *Signorum princeps Aries*] alios non Arietem, sed Cancrum signorum principem in Zodiaco constituere notat P. Victorius Lib. XXXII. Var. Lect. cap. 20. sed sic etiam de Ariete Columella Lib. X. 156.

Signorum & pecorum princeps caput efferet undis.

& passim in his Epigrammatibus. vide Grotium ad Germanici Aratea v. 509. ubi habetur,

Signa Aries Taurusque aequo tanguntur ab orbe,
Sed princeps Aries toto fulgebit in orbe.

sed totus *fulgebit in illo* ex codice Puteaneo illic legendum, *orbe* nimirum ex versu praec. ne eadem vox bis repetatur.

Scorpius acer] sic omnes codd. MSS. & edd. vetustae. & Scalig. ac Pith. in solis Aldinis *Scorpius ater.* male. *acer* est Scorpius, qui *violentus acumine caudae* dicitur paullo ante in Epigr. Hilasii. & Eusthenii Ep. XXXIII. *caudaque timendus acuta.* vel ut in Epigr. XXXV. Vitalis, *nigrumque gerens in acumine virus.*

Ep. XXXII. *Corniger astrorum ductor*] sic quidem in vetustis edd. & Aldd. sed *Laniger* Petav. Thuan. Voss. antiquiss. Ausonii codex. & ex v. c. margo ed. Lugd. Scalig. & Pith. qui in contextu editionis suae sic emendaverat in exemplari, quod est in Biblioth. Reg. Paris. ita mox in Epigr. Basilii XXXVI. *Corniger ductor gregis.* ubi Vossii codex, & marg. Scalig. ac Pith. *Lanigeri ductor gregis.* quod & illic agnoscitur a Petaviano, Vossii, & Thuani codice. & sic Manilius Lib. II. 279. IV. 512. & 742. idque se probare adscripserat Scriverius ad marg. ed. Scalig. addito Martialis loco ex Lib. IX. Ep. 71. de leone & ariete: *Massyli leo fama jugi pecorisque maritus Lanigeri.* *laniger sus* apud Claudian. Epithal. Honor. 184. ut restituit Heinsius —— *lanigeri suis ostentantia pellem.* *lanigeri greges* saepe apud poëtas. Virgil. III. G. 287. *Lanigeros agitare greges.* Ovid. VI. Met. 395. —— *& quisquis montibus illis Lanigerosque greges, armentaque bucera pavit*, quibus in locis *Lanigeros greges* alii codices exhibent. de quo vide notas ad Lib. III. Met. 585. Statius Lib. IV. Sylv. 5. 17. *non mille balant lanigeri greges.* Calpurnius Ecl. II. 2. *Idas lanigeri custos gregis.* Avienus Fab. ult. ut vulgo legitur, *Inter lanigeros adstitit ille greges.* vide & Patrui mei Comment. ad Phaedr. Lib. I. fab. I. 6.

Cancri gemmantis imago] *gementis* corrupte in edd. Vincent. Brix. & Venetis. *repentis* in alio cod. unde forte legi posset *Cancrique repentis imago.* sed *fulgentis* ex v. c. margo ed. Lugd. Scalig. & Pith. qui sic correxerat in textu editionis suae. quod etiam in Petav. Thuan. Voss. & vetustiss. Ausonii codice. *gemmantis* utraque editio Aldina, Scalig. & Pith. unde *geminantis* legebat Barthius Lib. XXXII. Adv. 19. quae voces aliis etiam in locis inter se confunduntur. versu quarto *qui Caesar habet* Petav. Thuan. & Voss. *Chelasque* edd. Vincent. Brix. & Venetae. dein *fulsi gurgitis* Petav. *Urnaque Nimbriferi* in Thuaneo. *piscique* Venet. 1487. *piscisque* in Vincent. Brix. & Ven. 1480. *Pisces* in Aldinis, ut in ed. Scalig. & Pith. post hoc epigramma codici Thuaneo adscriptum erat SVNT DE NI LIA PE POM SVS ER. unde retrogrado ordine verissime formabat Heinsius VERSVS POMPELIANI DESVNT. & haec quoque verba adscripta erant veteri codici Leidensi, ex

quo

Truxque Leo, & Virgo, quae ſpicea munera geſtat,
Et Libram, quam Caeſar habet: Chelaeque minaces,
Atque arcu pollens, & ſalſi gurgitis Hircus.
Urnaque Nimbiferi, Piſceſque noviſſima forma.

EP. XXXIII. EVSTHENIVS.

Dux Aries, & frons Tauri metuenda minacis,
Et Ledae ſoboles, & Cancri torridus ignis,
Terribiliſque Leo, ſpecies quoque Virginis almae,
Momentumque ſequens, caudaque timendus adunca:
Hinc tendens arcum; liquidi Caper aequoris inde,
Troïadeſque puer, geminique ſub aethere Piſces.

EP. XXXIV. MAXIMIANVS.

Nubigenae juvenis vector, Taurique trucis frons,
Et proles duplex Jovis, & Nepa torrida flammis.
Aeſtifer inde Leo juſta cum Virgine fulgens.
Quam ſequitur Libra, & violenta cuſpide ſaevus.
Semifer Arcitenens ſubit, & Capricornus aquoſus,
Et cui nomen aquae faciunt, Piſceſque gemelli.

EP.

quo If. Voſſio eadem, quae Heinſio, in mentem venerant, putabatque inde conſtare, hoc loco inferendum eſſe Pompeliani, vel potius Pompejani, epigramma, quod deſideratur, non autem ad finem capitis, ut in ed. Scalig. & Pithoei notatur, ubi nullum defectus indicium in Leid. Cod. adparere notaverat, quod etiam ex Petaviano & Thuaneo adſcripſerat Heinſius: duodecim enim epigrammatibus abſolvuntur ubique Scholaſticorum illorum poëtarum carmina in his Catalectis. adeoque illud Pompejani evanuit.

EP. XXXIII. *Terribiliſque Leo*] *deo* cod. Voſſ. & Leid. *ſpecieſque* ed. Ven. 1480.

Caudaque timendus adunca] Nicander: *Σκορπίον ἐκ κέντροιο τεθηγμένον.* Eleganter Tertullianus adverſus Gnoſticos cap. 1. *Proinde ſcorpii ſeries illa nodorum venenata intrinſecus venulo ſubtilis arcuato impetu inſurgens, hamatile ſpiculum in ſummo tormenti ratione reſtringens.* LINDENBR. *caudaque timendus obunca* corrigit Heinſ. ad Virg. XI. Aen. 755. & in libri ſui margine. cui favet codex Petav. Voſſ. Thuan. & Leidenſis. in quibus *obunca.* ſic apud Ovid. Eleg. de Nuce v. 115. *nec obuncis vindicor hamis.* ubi in aliis etiam codd. *obuncis.* in edd. vett. *aduncis.* infra Epigr. XXXVIII. Euphorbi, *caudaque venenifer unca.* ſeq. verſu *Hic tendens* in Petaviano.

Troïadeſque puer] *Trojanuſque* ed. Pith. & Scalig. quomodo in vetuſtioribus Vincent. Brix. Venetis & Aldinis. ſed in primae Lugd. Scalig. & Pithoeanae ed. margine ex v. c. notatur *Troïadeſque*, quod etiam in Petaviano, & Voſſiano codice. & huic lectioni adſtipulantur Thuan. & Leid. in quibus *Trojadaſque.* itaque ſic edidi; nam & in contextu editionis ſuae ſic poſtea correxerat Pithoeus. adprobavitque Heinſius ad Ovid. Epiſt. I. 28.

EP. XXXIV. MAXIMIANVS] VITALIS MAXIMIANVS in Thuan.

Nubigenae juvenis vector] in ed. Vincent. Brix. Veneta 1437. & Aldinis *Nubigenum juvenum.* quod etiam exſtat in margine ed. prim. Scalig. & Pith. & in vetuſtiſſ. Auſonii codice. corrupte in ed. Venet. 1480. *Rubigenus juvenes victor.* ceteri codices, & ed. Scal. ac Pith. *Nubigenae juvenis vector.* ut ſolus Phryxus intelligatur. quomodo apud Columellam, loco ſupra prolato, *Mox ubi Nubigenae Phryxi, nec portitor Helles.* adeoque *Phryxi* ex gloſſemate enatum fuerit. *Nubigenûm juvenum* tamen hoc in loco edendum cenſebat Jac. Tollius, in exemplaris ſui margine.

Et proles duplex Jovis] *Jovi* ed. Ven. 1480.

Aeſtifer inde Leo] *Aſtrifer* cod. Petav. quarto verſu *violentia* Thuan. & Leid. & quinto *Semifer Arquitenens* in Petav. & Thuan. *ardupotens* corrupte in ed. Ven. 1480. in ceteris *arcipotens.* & in Aldinis. *Signifer arcipotens* in ſola Venet. 1487.

juſta cum Virgine] *mixta* edd. Vinc. Brix. & Venetae.

EP.

EP. XXXV. VITALIS.

Corniger in primis Aries, & Corniger alter
Taurus, item Gemini. ſequitur quos Cancer aduſtus,
Terribiliſque ferae ſpecies, & juſta puella.
Libra ſimul, nigrumque gerens in acumine virus.
Centauruſque biformis adeſt, pelagique Capella.
Atque amnem fundens, & Piſces ſidus aquoſum.

EP. XXXVI. BASILIVS.

Cornigeri ductor gregis, Europae quoque vector,
Et duo Tyndaridae: tum Cancer ſole peruſtus:
Herculeaque manu preſſus Leo, & optima Virgo.
Hinc Trutinae ſpecies venit, armatuſque veneno
Scorpius, atque Sagittifer, aequoreique Capri frons.
Quique urnam gerit, & Piſces duo ſigna ſub uno.

EP. XXXVII. ASMENVS.

Principium ſignis ovium ſator. inde Juvencus,
Progenies duplex, & aquarum Cancer alumnus.

Preſſa

EP. XXXV. *nigrumque gerens in acumine virus*] *ferens* Petav. Thuan. edd. Vinc. Brix. Venetae & Aldinae. ſic mox infra Ep. Aſmeni *caudaque ferens letale venenum.* ubi *gerens* in aliis codd. *in* hoc verſu deeſt cod. Thuan. & ed. Venet. 1480.

pelagique Capella] ſic edendum exiſtimavi, non ut in edd. Aldinis, Scalig. & Pith. *pelagiſque* vel *pelagique procella*. in cod. Leid. vitioſe *puella*. quod & in Vinc. Brix. & Venetis. ſed eſt prava repetitio ex verſu tertio. nihil verius lectione, quae ex v. c. notatur in marg. primae ed. Scalig. Lugd. *pelagique Capella.* ut in exempiari ſuae edit. etiam poſtea correxerat Pithoeus, deleta voce *procella.* nec aliter in Petaviano, Thuaneo, & Voſſiano. *Capella*, *Caper*, & *Hircus* in his Epigrammatibus pro Capricorno. ſic infra Epigr. Euphorbi XXXIX. *Neptunia Capra* in MSS. non *proles.* vide Bentleji notas ad Lucan. III. 253. pag. 180.

EP. XXXVI. *Cornigeri ductor gregis*] *Lanigeri* Petav. Thuan. Voſſ. Leid. & ex v. c. margo primae ed. Scalig. & Pith. ſed vetuſtae editiones cum Aldinis conſpirant in alteram lectionem, quae eſt in Scalig. & Pithoei edd. niſi quod in Veneta 1480. vitioſe *corniger ductor gregis.* vide ſupra ad Epigr. XXXII. Aſclepiadii, *Corniger aſtrorum ductor.* ubi *Laniger* auctoritate codicum melioris notae legendum notavi.

duo ſigna ſub uno] ita edidit Scalig. & Pith. ſed in marg. ex v. c. *imo.* quod & in Voſſ. cod. exſtat. ceteri MSS. & edd. vett. *ſub uno.* ut in utraque Aldina.

EP. XXXVII. *Principium ſignis ovium ſator*] *ovium pater* Petav. Thuan. Voſſ. veterr. Auſonii codex, & ex v. c. in marg. primae ed. Scalig. & Pith. qui ſic etiam in exempiari Pariſ. Biblioth. correxerat. quod adſtrui forte poſſet ex Valer. Catonis Diris v. 131. *Felix taure, pater magni gregis & decus.* ſed *ſator* in edd. Vincent. Brix. Venetis & Aldinis. recte. ita Sol *lucis ſator* apud Avien. Deſcript. Orb. v. 1308.

Aſtrorum genitor, lucis ſator, & vigor aethrae.

paſſim etiam apud poëtas Jupiter *hominum ſator atque Deorum.* ut Virg. II. Aen. 254. exprimens illud Homeri Il. A. 544. πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. & *ſator arvi* Jupiter Silio Lib. IX. 306. Seneca Herc. Oet. init.

Sator Deorum, cujus excuſſum manu
Utraeque Phoebi ſentiunt fulmen domus.

Phaedrus Lib. III. Fab. 17. 10.

Tunc ſic Deorum genitor atque hominum ſator.

Auctor de Laud. Bereng. Lib. I. 107.

Tu coeli terraeque ſator, qui fulmina torques.

ſator Deorum Saturnus Martiano Capellae Lib. I. p. 19. ut pro *eorum* emendat Barth. ad Stat. V. Th. 460. *Deus mundi ſator* Paulino, Natali XV.

Feli-

Pressa sub Herculeis manibus fera, justaque Virgo.
Libra subest, caudaque ferens letale venenum.
Tum geminus Chiron, & Corniger aequoris alti,
Dilectusque Jovi puer, & duo sidera Pisces.

EP. XXXVIII. VOMANVS.

Dux gregis, & placidum pandens subit aethera Taurus,
Germanique pares, & Cancro jam comes aestus,
Atque Leo primus labor Herculis, & pia Virgo.
Libra comes sequitur, minitans & Scorpius ictu.
Et qui tela gerit Centaurus, & aequoris Hircus.
Deucalionis aquae, & Pisces postrema figura.

EP. XXXIX. EVPHORBVS.

Velleris aurati fulget pecus, aureaque Jo.
Zethus & Amphion, Cancrique figura calentis.
Insequitur Leo saevus, & almae Virginis astrum.
Hinc aequale jugum, caudaque venenifer unca.
Centaurusque minax arcu, & Neptunia proles.
Quique refundit aquas, & Pisces ultimus ordo.

POMPEIANVS.

* * *

Deerant in exemplari.

EP.

Felicis pag. 632.

Major enim mundo mundi sator, ipse Deus Rex.

Arnobius Lib. I. p. 19. *Ipse est enim fons rerum, sator seculorum ac temporum.* Hilarius Carmine in Genesin v. 10.

Primus apex rerum, primus sator, omnia condens.

Paulinus Epist. I. ad Auson. de Christo,

Sol aequitatis, fons bonorum, flos Dei,
Natus Deo, mundi sator.

apud Prudentium Hymn. III. Cathem. init.

O crucifer bone, lucisator.

ubi *lucis auctor* in codice meo Egmondano. sed in marg. *lucis sator.* sic *sator Romani nominis Mars* apud Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 131. ut emendant Ursinus & Lipsius. licet *stator* praeferat N. Heinsius, quem etiam vide ad Claudian. Lib. I. R. P. 59. sic de Jano in epigrammate Septimii Sereni, quod edidi Tom. I. pag. 13.

Jane pater, Jane tuens, Dive biceps, biformis,
O cate rerum sator, o principium Deorum.

hinc in Epigr. IV. de Jove, ibidem pag. 2. ubi corrupte adhuc circumfertur,

Jupiter omnipotens, rerum, Regumque, Deumque
Progenitor genetrixque Deûm, Deus unus & omnis.

admittenda est optima Cl. Oudendorpii emendatio, *Progenitor generisque Deûm.* id est, heroum, qui *deum nati*, & *genus Deorum* saepe dicuntur. vide notas doctorum ad Valer. Flacc. init.

caudaque ferens letale venenum] *gerens* Petav. Thuan. & Voss. vide supra ad Ep. XXXV. Vitalis, *nigrumque gerens in acumine virus.* ubi eadem in MSS. & edd. vett. variatio. *ferens* hic conjecerat Heinsius.

EP. XXXVIII. *pandens subit aethera Taurus*] *sub* eod. Thuan. ed. Ven.

Cancro jam comes aestus] *aestas* in Petav. Thuan. & *Piscis* ult. versu. ut in ed. Ven. *Corona jam comes aestas* Vossian.

Libra comes sequitur, minitans & Scorpius] male ed. Veneta distinguit *Libra comes sequitur minitans: & Scorpius ictu.*

EP. XXXIX. *Zethus & Amphion*] *Laetus* vitiose in Venet. 1480. *Orion* Voss. ut ex v. c. in marg. ed. Scalig. & Pith. & *astra* vers. tertio.

 EP.

EP. XL. DE SIGNIS COELESTIBUS.

Primus adeſt Aries obſcuro lumine labens,
Inflexique genu projecto corpore Taurus,
Et Gemini clarum jactantes lucibus ignem.
Aeſtifer eſt pandens ferventia ſidera Cancri,
Hunc ſubter fulgens caedit vis torva Leonis,
Quem rutilo ſequitur conlucens corpore Virgo,
Exin projectae claro cum lumine Chelae,
Ipſaque conſequitur lucens vis magna Nepaï,
Inde Sagittipotens dextra flexum tenet arcum,
Poſt hunc cornifero Capricornus * vada repergit.
Humidus inde locum conlucet Aquarius urbem,
Exin ſquamiferi ſerpentes ludere Piſces.

EP. XLI. Q. CICERONIS DE XII. SIGNIS.

Flumina verna cient obſcuro lumine Piſces.
Curriculumque Aries aequat noctiſque diique.

Cor-

EP. XL. DE SIGNIS COELESTIBUS] Leguntur apud Pithoeum p. 173. & exſtare hos verſus in Operibus Bedae pag. 434. ed. Colon. notaverat Heinſius. qui cum cod. Leidenſi contulit.

Inflexique genu] *genus* in margine codicis ſui Heinſius. *Infelixque genu* cod. Leid. & v. ſeq. *Ac Gemini.*

fulgens caedit vis torva Leonis] *ſe dat vis torva* conjecerat Heinſius. Sed praefero *ſaevit* cum Cl. Schradero.

Exin projectae claro cum lumine Chelae] *Ex hinc proj. cl. cum lumine taedae* cod. Leid. *projectae* tam hoc verſu, quam paullo ante *projecto corpore Taurus*, eſt extenſae. quam ſignificationem plurimis veterum exempiis, prolato etiam hoc ipſo loco, egregie illuſtravit Heinſius ad Virg. X. Aen. 587. verſ. ſeq. pro *vis magna Nepaï* in eodem cod. Leid. *vis maxima Librae.* Sed *Nepa* Scorpius eſt, ſeu Cancri ſidus. vide Pium ad Columell. X. 57. decimo verſu pro abſurda & vitioſa ſcriptura *vada repergit*, vel *reſpergit*, ut in cod. Leid. in Operibus Bedae editum eſt *Capricornus lumine pergit.* pro quo Heinſius in altero exemplari conjecerat *ſidere pergit.* quod admittendum videtur.

Humidus ipſe locum conlucet Aquarius urbem] *locans pont. conludere A. orb.* cod. Leidenſ. melius apud Bedam *Umidus at lato conluces Aquarius orbe.* Heinſius vero *inde loci conlucet Aq. urna.*

Exin ſquamiferi ſerpentes ludere piſces] *flammifero vergentes ſidere Piſces* Heinſius. in codice autem Leidenſi *Squamiferi rectoque natant tunc ordine Piſces.*

EP. XLI. Q. CICERONIS DE XII SIGNIS] In Lugdunenſi libro fuerunt hi verſus: nec alibi legere memini. Titulum autem habuerunt: QVINCTI CICERONIS HI VERSVS EO PERTINENT, VT QVOD SIGNVM QVO TEMPORE INLVSTRE SIT, NOVERIMVS, QVOD SVPERIVS QVOQVE NOSTRIS VERSIBVS EXPEDITVR. Sic fuit pronomen *hi* ante nomen *verſus* in vetere illo codice. Hoc autem carminis majoris fragmentum inter Eidyllia Auſonii, ſicut & alia quaedam, poſt carmen de Aerumnis Herculis repertum, in poſtremum locum, cum aliis, quae non ſunt Auſonii, transferre nihil ſum veritus, quod nec Auſonium ex Cicerone in medium ſuum librum tranſſcripſiſſe autumo, nec tali titulo praeſignaſſe. Eximium autem illum Oratorem, Marcum Tullium Ciceronem, cognoveramus ex ejus ipſius & aliorum veterum ſcriptis, multa conſcripſiſſe carmina, quae interciderunt: de quibus quaerit Lilius Gregorius in Hiſtoriae Poëtarum dialogis: ejus vero fratrem Quinctum Ciceronem, cujus extat liber ad fratrem Marcum de Petitione, non ante audivimus in poëtica quoque verſatum eſſe, quam hos ejus verſus, inter Auſoniana ſcripta ſervatos, Lugdunenſes nuper ediderunt. VINETVS. ſic inſcribitur

Cornua quem comunt florum praenuncia Tauri.
Aridaque aeſtatis Gemini primordia pandunt.
Longaque jam minuit praeclarus lumina Cancer.
Languificuſque Leo proflat ferus ore calores.
Poſt modicum quatiens Virgo fugat orta vaporem.
Autumni reſerat portas, aequatque diurna
Tempora nocturnis diſpenſo ſidere Libra.
Et foetos ramos denudat flamma Nepaï.
Pigra Sagittipotens jaculatur frigora terris.
Bruma gelu glacians jubare ſpirat Capricorni.

Quam

bitur apud Scalig. in Catalect. p. 245. Pithoeum poſt Epigrammatum Libros IV. p. 89. ed. Pariſ. & p. 239. ed. Genev. & inter carmina vet. poëtar. Aſtronomica ab eodem Scaligero collecta in ed. SanctAndr. p. 163. habentur etiam in Eclogario Auſonii pag. 284. ed. Tornaeſ. & pag. 185. ed. Scal. & ab El. Vineto edita ſunt inter Carmina veterum poëtarum, quae inter Auſoniana fuerunt ſervata. illius vero notas, quae vel ad carminis ipſius notitiam, aut textus emendationem faciunt, huc retuli. ceteras dedit Tollius in ſua Auſonii editione pag. 558. ſeq.

aequat noctiſque diique] *diei* erat hic in exemplari. *dii* rectius in verſu tricesimo primo Eidyllii (Auſonii) de Libra, & alibi. VINET. *dieique* notavit Heinſ. ex v. c. Voſſiano, olim Lugdunenſi Vineti. unde *dieqüe* legebat pro *diei*. ut ſaepe *dii*, *die* apud Auſonium. & bis in Eclogario, Epigr. de Ratione dierum veteriis anni v. 7.

——— *aequatae tempora noctis*
Atque dii, curſu peragis Sol aureus altero.

vide Tollii notas ad Auſon. Ephem. pag. 102. & Protrept. p. 309. & Torrent. ad Horat. Lib. III. od. 7. & Lib. I. Sat. 3.

Cornua quem comunt] Lege *condunt*. nam conditur Aries veniente Tauro SCALIG.

praeclarus lumina Cancer] N. Heinſius margini editionis Auſonii Tornaeſianae adſcripſerat legendum *prolatus*. vel *praevarus*. & de varis Cancri brachiis intelligebat.

Languificuſque] *Languificoſque* idem Heinſius, & Pithoeus in margine exemplaris editionis ſuae in Biblioth. Reg. Pariſ.

Poſt modicum quatiens] *modicum* quid hic ſit, non video. *Poſt modicum tempus* dici non poteſt, nec poſt *modicum vaporem*. ſed quidquid nominis hic fuit, ad *quatiens* activae ſignificationis participium pertinebat. Quae pro *modicum* convenire exiſtimarem, ſunt *modium* & *ſpicum*: ut *poſt* ad Leonem referatur, quem ſequitur virgo. Virginem namque illam coeleſtem, nonnulli Cererem frugum deam eſſe crediderunt. Et *modius* genus eſt menſurae, pars tertia quadrantalis, ſive amphorae, apud Voluſium Maecianum: unde *modios tritici*, & *modios ſalis* Marcus Cicero dixit. Eadem Virgo in ſumma ſiniſtra manu ſtellam habet claram, quae *σάχυς*, hoc eſt ſpica, cognominatur. *ſpicam* autem veteres etiam *ſpicum* neutro genere dixiſſe, Nonius Marcellus ſcripſit. Marci Ciceronis verſus eſt ex Arato, libro ſecundo de Natura Deorum:

Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore Virgo.

VINETVS. mendoſum etiam hunc verſum cenſuit Heinſius. qui in Auſonianae editionis margine legendum notaverat *Inmodicum aeſt*, vel *Inmodicum aeſtatis Virgo fugat orta teporem.*

aequatque] *aequoque* Voſſian.

Et foetos ramos] Mallim *effoetos*. jam decerpti ſunt vel deciderunt. vel, qui jam viribus careant ad alenda folia. TOLLIUS. *Effoetos* etiam emendaverat Pithoeus in marg. exempl. Biblioth. Reg. Pariſ.

denudat flamma Nepaï] *dinudat* Voſſian.

Bruma gelu glacians jubare ſpirat Capricorni] Non ſatis video, quid ſibi velit hic verſus, quem nec mendo vacare puto. VINET. Lego, *jubare ſpirans Capricorni*. Sunt autem ii verſus alieno loco poſiti, num debent poni poſt carmen (Auſonii) cujus lemma *In quo menſe quod ſignum ſit*. Eorumdem verſuum lemma oſtendit, ab Auſonio ipſo eos verſus huc inſertos. SCALIGER. *jubar & aſpirans* Voſſian. *jubar reſpirans* correxerat Pithoeus in exemplari Biblioth. Pariſ. ſed optime hunc verſum emendabat Heinſius, *Bruma gelu glaciante jubar ſpirat Capricorni.*

Quam

Quam ſequitur nebulas rorans liquor altus Aquari,
Tanta ſupra circaque vigent ubi flumina. Mundi
At dextra laevaque ciet rota fulgida Solis
Mobile curriculum: & Lunae ſimulacra feruntur.
Squama ſub aeterno conſpectu torta Draconis
Eminet: hunc inter fulgentem ſidera ſeptem
Magna quatit ſtellans: quam ſervans ſerus in alta
Conditur Oceani ripa cum luce Boötes.

Ep. XLII. DE PLANETIS.

Sortitos celſi replicant amfractibus orbes,
Vicinum terris circumvolat aurea Luna,
Quam ſuper invehitur Cyllenius, alma ſuperni
Nectareum ridens late ſplendet Cytherea.
Quadrijugis invectus equis Sol igneus ambit
Quartus & aetherias metas; quem deinde ſuperne
Reſpicit omnipotens; ſextus Phaëthontius ardor
Suſcipit excelſum brumali frigore ſidus.
Plectricanae cytharae ſeptem diſcriminibus quos
Aſſimilans genitor concordi examine junxit.

Ep. XLIII.

Me legat, annales cupiat qui noſcere menſes,
Tempora dinumerans aevi, vitaeque caducae,

Omnia

Quam ſequitur nebulas rorans liquor altus Aquari] *Quem* Heinſ. *nebulas rorans liquor alter* in Voſſiano. ſed correctum a manu ſec. *altus.*

Tanta ſupra circaque vigent ubi flumina. Mundi] ſic ediderunt Lugdunenſes. Ceterum quod divinarunt *vigent humi*, hoc erat *vigetumi* in ſuo exemplari. & ſequens verbum *flamma*, non *flumina*. VINET. Pacuvius apud Varronem de Ling. Lat. Lib. IV. *Hoc vide circum ſupraque quod complexa continet terram.* ita etiam Minucius Felix locutus: *Cum oculos in coelum ſuſtuleris, & quae ſunt infra circaque luſtraveris.* &c. ubi tamen legere mallem *quae ſunt ſupra circaque.* LINDENBR. Heinſius emendabat *circaque vigent hunc flumina mundi.* Aquarium nempe. vel *cui.* In loco Minucii Fel. emendationem Lindenbrogii recte inprobabat Tollius, quia *infra* referendum ad praecedens *coelum*, non ad hominem.

Squama ſub aeterno conſpectu torta Draconis] pro *aeterno* Scaliger *Arctoo.* Heinſius *alterno* vel *aetherio.* qui etiam *Eridani* conjecerat, ſed poſtea induxerat.

hunc inter fulgentem ſidera ſeptem] Haec & quae reliqua ſunt

Magna quatit ſtellans, quam ſervans ſerus in alta
Conditor Oceani ripas cum luce Bootis,

ſic indignis modis corrupta & manca habuit vetus illud exemplar. ubi Gulielmus Canterus, quemadmodum ex Pulmanni annotatiuncula cognovimus, *aethere* pro *aethera* legeret. *ſtellas* pro *ſtellans*; *Conditur* pro *Conditor*; *ripa* pro *ripas*: & *Boötes* pro *Bootis.* VINET. *fulgentes* Voſſian. in quo pro *ſidera* alia erat vox, ſed lectu obſcura, *arieta*, vel *aſtrata*, vel *aethera. arcera* ex eodem codice notaverat Heinſius, qui legebat *fulgentes aethere ſeptem Magna quatit ſtellas.* & *Conditur*, pro *Conditor*, quod in Tornaeſ. Auſonii editione.

Ep. XLII. *Sortitos celſi* &c.] ineditum hoc ex v. c. addiderat Petrus Pithoeus exemplari ſuae editionis in Biblioth. Pariſ. & titulum praefixerat, ALEXANDRI, aut potius, ANAXIMANDRI MILESII, *ex ejus Sphaera, cujus Diogenes Laërtius meminit.*

Ep. XLIII.] Carmen hoc cum duobus ſequentibus eo ordine edidi, quo ex veteri ſcheda Jacobi

Omnia tempus agit. cum tempore cuncta trahuntur.
Alternant elementa vices: & tempora mutant.
Accipiunt augmenta dies, noctesque vicissim
Tempora. sed florens retinet sua tempora messis.
Sic iterum spisso vestitur gramine campus.
Tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi,
Tempora sunt vitae, sunt tristia tempora mortis.
Tempus & hora volat. momentis labitur aetas.
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus,
Ver, aestas, autumnus, hiems, redit annus in annum.

EP. XLIV. DE XII SIGNIS ADVERSIS IN ZODIACO.

Exsurgens Chelas Aries demergit in ima,
Scorpion aurati submergunt cornua Tauri,
Dum subit arcitenens, Geminis surgentibus, aequor.
Dum surgit Cancer, Capricornus mergitur undis.
Portitor urceoli formidat terga Leonis.
Virgo fugat Pisces: redit & victoria victis.

EP. XLV. DE PLANETIS ET EARVM CIRCVLIS.

Bis sex signiferae numerantur sidera sphaerae,
Per quas planetae dicuntur currere septem.
Pollucis proles ter denis volvitur annis.
Flumina dispergens duodenas lustrat aristas.
Bellipotens genitor mensem pensare bilibri.
In medio mundi fertur Phaëthontia flamma.

Ter-

bi Cujacii ea produxit Scaliger Lib. II. Lect. Auson. cap. 29. Ex Codice Scaligeri, qui est in Bibliotheca Leidensi, aliquando descripsi, in quo titulus erat DE COMPOTO, id est COMPVTO, & vers. sexto *floret*. sed in marg. *florens* correxerat Scaliger. Octavo melius certe in illo codice *dolendi*, ut edidi, quam *canendi*, ut in Ausonianis dedit Scaliger. qui ibidem, & in Leidensi codice notaverat ultimum versum legi apud Hieronymum Commentario in Ezechielem, sed paullo inmutatiorem, atque inde patere, satis antiquos esse hos versus.

EP. XLIV. *Exsurgens Chelas*] in Glossis ad Bedae librum de Tempor. Rat. Tom. II. Oper. p. 74. ed. Colon. adfertur etiam hoc epigramma, ubi v. 1. *Exoriens*. v. 4. *Dum Cancer surgit*. & 5. *signa Leonis*.

EP. XLV. *Bis sex signiferae numerantur sidera sphaerae*] Hoc Epigramma ex Schedis Cujacianis ibidem produxit Scaliger. & in eodem Leidensi Scaligeri codice inveni. Sed in v. c. Catalectorum Petaviano, unde descripserat N. Heinsius, desiderabantur nonus, decimus, & ultimus versus. & v. 2. in eodem *Per quae planetae*. sed *palantes* Scalig. in margine codicis. quarto *duodenis lustrat aristis*. cod. Petav. ut in Ausonianis Scaliger. sed in ejus codice Leidensi *duodenas aristas*. quinto *mensem pensare bilibri* in Petaviano. *mensum bilibre* in cod. Scalig. septimo *sex denas quinque quadrantem* Petav. in cod. Scal. *bis denas, adde quadrantam*. octavo *Ter senas partes * bis Cytherea retorquens* Petav. cum lacuna, ut in cod. Scal. licet *plus* in margine addiderit. decimo *Ternas ter partes puro de vespere tollens Sermonis domini completur Circulus anni* in Petaviano. *anno* cod. Scal. pro *Sermonis domini* in cod. Scal. *Semonis dui*. sed in margine correxerat *Semihominis Divi*, vel *Semonis dii*, ut in Ausonianis edidit, & per *Semonem* Mercurium intelligendum ex Fulgentio notavit. quemadmodum *Semonem Sanctum* Sabini coluerunt. de quo numine vide Interpretes ad Ovid. VI. Fast. 214. *signifera sphaera* ideo, quia circulus Zodiacus ab his XII. Signis passim apud poëtas *signifer* dicitur. vide Demster. ad Claudian. I. in Rufin. 364.

Tercentum Soles, bis denos, adde quadrantem:
Ter senas partes plus his Cytherea retorques,
Lustrando totum praeclaro lumine mundum.
Terque dies ternos puro de vespere tollens
Sermonis domini completur circulus anni.
Horas octo, dies ternos servato novenos.
Proxima telluri dum curris candida Phoebe.

XLVI. ASTRONOMICA.

Tu forte in luco lentus vaga carmina gignis,
Argutosque inter latices & musica flabra
Pierio

XLVI. FULGENTII ASTRONOMICA] FULGENTII nomen ex conjectura adscriptum est. Nam vetusta exemplaria Astrologiae Isidori, cui fere hoc poëma subjectum reperitur, nullius auctoris titulum praeferunt. Nec vero insuper habenda est conjectura doctissimi hominis, qui Varronis Atacini esse censuit. PITHOEUS. Hoc titulo edidit Pithoeus pag. 402. ed. Par. & p. 532. ed. Genev. sed in Indice editioni ejus praefixo habetur *Incerti Auctoris de defectu Lunae, sive Astronomia, Fragmentum.* in margine autem editionis suae, quod exemplar servatur in Regia Biblioth. Paris. adscripserat Pithoeus, *Fulgentii, ex conjectura Jos. Scaligeri, alias, Varronis Atacini.* codici Leidensi a secunda manu adnotatum erat, FULGENTII ASTRONOMICA. simplici titulo ASTRONOMICA inscripsit Scalig. Lib. II. Catalect. p. 239. sine Auctoris nomine; quia noverat incertum esse, an Fulgentio adscribendum sit hoc carmen, quod legitur etiam inter veterum Poëtarum Astronomica Fragmina ab eodem Scaligero collecta pag. 157. Astronomicor. veter. ex Offic. Sanctandreana cura ejus editor. 1589. nullo etiam auctoris indicio adposito. *Varronis Atacini potius* codici suo adseverat Scriverius. certe ab aliis inscribuntur VARRONIS ATACINI *de Defectu Lunae.* & sub eius nomine a nonnullis adfertur versus tertius *Pierio liquidam perfundis nectare mentem.* Versus etiam hos poëtae veteris, ut vocat, gravissimos & politissimos, ab Henrico Memmio multis in locis corruptis felicissime emendatos & sibi donatos produxit Turnebus Lib. XIX. Advers. cap. 3. addens poëtam hunc res in Hispania gessisse, & ab amico rogatum fuisse, ut carmina scriberet de sideribus & Astrologia, testaturque Petrum Danielem eos etiam adtribuisse Varroni Atacino. sed aliter judicat Barthius Lib. XXXVII. Advers. 20. ubi nonnulla in hoc carmine illustrat: *Eruditum esse id carmen* inquit, *quod defectum Lunae canit, & Varroni Atacino a nonnullis eruditorum adscribitur, facile credo, tam vero antiquum minime concesserim. Multa enim in eo Afrum spirantia potius quam Romani oris scriptorem, epitheta affectatiora, cursus orationis, qui aevum Apuleji ipsiusque ingenium quam Lucretii & Catulli potius sapiat. Quid quod in antiquis libris Fulgentii Astronomicon inscribitur.* Certe non majore judicio hoc fragmentum adscribi Varroni Atacino, quam Catullo Pervigilium Veneris, adfirmat Salmasius ad Solin. Tom. II. pag. 1131. qui credit Auctorem non longe ab aetate Solini abesse. Sed neque Fulgentii, multo minus Varronis Atacini, aut Soliniani vel Apulejani seculi scriptoris foetum esse, concedebat Celeberrimus P. Wesselingius, & quoniam magna hujus carminis pars sub Sisebuti nomine adfertur ab Auctore Libelli de Computo, editi in Muratorii Anecdotis, amplius de eo deliberandum censebat. Ea de re memini mecum egisse Virum eruditissimum per Epistolam, Ultrajecti pridie Non. Decembr. 1752. scriptam, cujus partem huc spectantem lectori non invidebo: „ *Memini ante complures annos, cum hic una* „ *essemus, sermonem incidere de Fulgentii Astronomicis. Narrabam, nisi memoria fallit, eorum* „ *Auctorem in quodam libello alium perhiberi. Is* „ *agit de Computo, ut titulus habet, insertusque a* „ *Muratorio est Tomo III. Anecdotor. Latin p. 160.* „ *ubi hunc in modum:* Item Sesebutus de Eclipsibus Solis & Lunae. Sesebutus dicit,

Quur fesso Luna libescit circulus orbe
Purpureumque jubar nivei &c.

„ *Sequuntur enim plura, quae Muratorius, ignarus* „ *unde hausta essent, turbulenta & vitiosa reliquit.* „ *Ego cum aliud agens in haec inciderem, quaerere coepi, quis Sisebutus ille? Commodum in* „ *mentem venit Sisebutus VisiGothorum in Hispania Rex, quem uterque Isidorus, Hispalensis &* „ *Pacensis, virum sapientem,* & nimium literaturae deditum *perhibuerunt. turgidum dictionis ge-* „ *nus*

Pierio liquidam perfundis nectare mentem :

At

,, *mus, tumorem Afrum & Hispanum praeferent,*
,, *nonnullaque secioris aevi vocabula suspicionem au-*
,, *gebant. Barthium & Salmasium quadamtenus ad-*
,, *stipulatores, saltem quod ad genus dicendi adtinet,*
,, *videbar habere. hoc amplius,*

Legicrepi tundunt, istrant fora, classica turbant,
Et trans Oceaoum ferimur, *&c.*

,, *in Regem Sisebutum haud male congruebant, qui,*
,, *ut in Annalibus est, in Africam trans Oceanum*
,, *arma movit, & Vascones suo imperio subjecit,*
,, *melius profecto quam in Claudium Imperatorem,*
,, *cui hoc poëma, sed argumentis, ubi arbitror, ma-*
,, *le firmis, assertum ivit Jo. Georg. Herwartus*
,, *Chronolog. pag. 158. Omnia ea tum quidem plau-*
,, *sibilia mihi visa sunt, quae certiora opinarer, si*
,, *quae Carmina Sisebuti alia adessent, & Leges Si-*
,, *sebuti in Codice Visigothico similem elegantiam*
,, *spirarent, quamquam hoc momento, modo cetera*
,, *bene haberent, non multum moverer. Tu videris,*
,, *dignane sint, in quae inquiras: ego nihil decerno.*
,, *Barthius schedas veteres memorat, e quibus ver-*
,, *sum, quem Lugdunensis editio lacerum dedit, in-*
,, *stauravit ad Stat. Theb. II. 284. Sed haec tu me-*
,, *lius.* Mirum certe mihi videbatur, potuisse viroe eruditissimos carmen hoc adscribere Varroni Atacino, quia tantam temporis antiquitatem minime prae se fert: & poëtam hunc, res in Hispania gerentem, ut ait Turnebus, Grammaticum Fulgentium statuere, cujus nomen ex conjectura adposuit Pithoeus, satis absonum est; ideoque nomen ejus delevi, & Scaligerum secutus ASTRONOMICA tantum inscripsi. Firmico id adtribuere eadem specie etiam potuisset, quia illius Astronomica nobis hodie supersunt. Sed operae pretium me fecisse arbitror, exhibita Celeberrimi Wesselingii Epistola, qua auctorem hujus carminis ex libro illo de Computo, in Muratorianis Anecdotis edito, verosimili admodum sententia eruit Sisebutum, Visigothorum in Hispania Regem, pro barbarioris aevi, quo vixit, captu doctrinarum & Musarum non inperitum cultorem: quem eumdem indicari puto, sed nomine nonnihil corrupto, in Glossis ad librum Bedae de Ratione Tempor. Tom. II. Operum p. 111. ed. Colon. an. MDCXII. ubi habetur ISIDORVS IN MINORE LIBELLO, QVEM SCRIPSIT AD SISVBOTVM REGEM. nec melius *Sisebodus* vocatus in Reginonis Chronico p. 19. & Sigeberti Gemblac. p. 531 & 532. ed. Pistor. per illum vero minorem Isidori libellum intelligitur ejus liber de Astrologia, Libro III. Originum insertus, cui in nonnullis codd. vetustis sine auctoris nomine hoc carmen subjectum legitur, ut notat Pithoeus. quemadmodum in exemplari meo editionis Isidori Basil. an. 1489. perpetuis Jacobi Kimedoncii, vel Theod. Canteri, ut conjiciebat Cel. Dukerus, adnotatis refecto, ad finem libri de Astrologia adscriptum inveni, *hic inferitur & inscribitur Lib. IV. cum praefatione ad Sisebutum Regem* DE RERVM NATVRA. vide & Murator. Anecd. Lat. T. III. pag. 208. Conjecturae vero Wesselingianae blanditur prae ceteris ipsius carminis initium, ubi amicum, cui illud inscribit, felicem judicat, qui tranquillo Musarum otio beatus viveret, dum ipse rerum turbidarum curis per legierepos, fora, & classica premeretur, & trans Oceaoum cum Vasconibus & Cantabriscon flictaretur; quae certe non Grammatico Fulgentio, vel alii poëtae, sed Duci bellico aut Regi literarum amanti conveniunt. Marti enim Musas adsociasse Sisebutum, Annales Hispanici consentiunt. inter veteres Isidorus Hispalensis in Chronico Regum Visigothorum pag. 175. ed. Lindenbr. de Sisebuto testatur: *Fuit autem lingua nitidus, literarum studiis ex parte imbutus. in bellicis quoque causis favorem habuit praeliorum. Astures enim rebellantes misso exercitu per ducem suum Richilanem in ditionem suam reduxit. Roccones arduis montibus undique circumseptos similiter per duces devicit. de Romanis quoque praesens feliciter triumphavit, & quasdam urbes pugnando subegit.* sed quae verba in editione Grotii inter Script. Rer. Gothic. ubi ex codice If. Vossii longe auctius hoc Isidori Chronicon habetur, sic leguntur, pag. 728. *Fuit autem eloquio nitidus, sententia doctus, scientia literarum ex parte imbutus* (forte pro *ex parte* emendandum *ex arte*) *in bellicis quoque documentis ac victoriis clarus. Astures enim rebellantes missa exercitu in ditionem suam reduxit. Roccones montibus arduis undique conseptos per duces evicit. de Romanis quoque praesens bis feliciter triumphavit, & quasdam eorum urbes pugnando sibi subjecit.* & ad Regis hujus laudes non parum faciunt, quae sub finem illius Chronici, in Capitulatione, apud Lindenbrogium deficiente, subjunguntur pag. 732. *Sed postquam Sisebutus princeps regni sumsit sceptra, ad tantam felicitatis virtutem profecti sunt, ut non solum terras, sed & ipsa maria suis armis adeant, subactusque serviat illis Romanus miles, quibus servire tot gentes & ipsa Spania vidit.* ex recentioribus Jo. Vasaeus in Chron. Hispan. p. 401. *Gundemira successit Sisebutus, Rex optimus & religionis Catholicae cultor acerrimus, quique ad bellicam gloriam eloquentiae atque eruditionis decus adjecit, ut auctor est Rodericus Toletanus.* Sed eo amplior Jo. Mariana sic Sisebuti doctrinam & laudes bello partas effert Lib. VI. Hist. Hisp. cap. 3. pag. 201. *Belli & pacis artes eximias religionis amor, atque literarum studia illustrabant. Erat enim Latini sermonis non expers, res iis temporibus comparanda miraculo: exstantque ejus ingenii monumenta Epistolae aliquot, & D. Desiderii Viennensis Episcopi Vita, (si tamen ejus est, & non potius alterius Sisebuti, quod magis puto)*

At nos congeries obnubit turbida rerum,

5. Fer-

puto) &c. *Conceptam de suis virtutibus spem brevi Sisebutus auxit, illustravitque. Asturibus & Rucconibus, qui locorum natura confisi novo imperio rebellabant, brevi domitis parereque compulsis, utrumque Flavii Suinthilae (Richilanem vocat Isidorus) ductu & virtute. Rex ipse Romanorum reliquias toties resurgentes novo bello persequi constituens, atque in eorum fines irruptus bis acie victor exstitit, & non paucas urbes illis eodem victoriae cursu ereptas in suam potestatem redegit ad fretum nimirum Gaditanum & Oceani litora, ubi Baeticae & Lusitaniae pars in Romanorum ditione erat.* quae vel ideo adscripsi, ut pateat, quam bene Sisebuto conveniant illi versus,

Ferratasque fremunt millena milites curae,
Et trans Oceanum ferimur, portusque revisos
Quum teneas Vasca &c.

certe Vasconiam regno suo adjecisse Sisebutum, etiam scribit Fr. Tarapha de reb. gest. Reg. Hisp. pag. 102. Hisce permotus quum libenter in Celeberrimi Wesselingii sententiam de carmine hoc Regi Sisebuto vindicando inclinarem, sed plura de ejus doctrina atque ingenii monumentis scire & cum his conparare averem, si forte nonnulla exstarent aut memorarentur in Hispanis Annalibus, quorum copiam haud exiguam cum possidere noscerem Nobilissimum & eruditissimum Gerardum Meermannum, per literas adii Virum amicissimum, qui in gratiam meam statim divitem suam supellectilem librariam excussit, & egregias de Sisebuto ejusque scriptis Observationes, ea qua literatos homines prosequi solet humanitate, mecum communicavit, illasque his Notis, tamquam splendidum emblema, inserere permisit.

„ Flavius Sisebutus anno aerae Hispanicae 642. (i. e. Christi 604.) promotus fuit ad dignitatem Comitis rerum publicarum in Hispania, & postea anno 650. (Chr. 612.) Gundemaro Regi Gotho in Hispania successit, ac per octo annos cum dimidio imperium tenuit. Hanc certe aeram (quae alias inter Criticos Hispaniae satis controversa est) nobis suppeditant fragmentum Chronici genuini L. Dextri & aliud Eutrandi Subdiaconi Toletani, apud Nic. Antonium *Tom. II. Bibliothecae Hisp. vet. p.* 285. *seq.* quae duo Chronica diligentiam fugisse videntur tum Gasp. de Segovia, Marchionis Mondexarensis, *en Obras Chronologicas* edit. Valent. 1744. *Discurs. II.* §. 17. tum Pauli Yañez de Abiles *de la Era y fechas de España*, edit. Madrit. 1732. *Tom. I. p.* 74. *seq.* De rebus ejus praeclare gestis non repetam, quae apud Historiographos Hispaniae passim leguntur; dum consuli merentur ex veteribus Isidorus Hispalensis in *Hist. Gothorum ad a.* 650. e recentioribus Steph. Garibayus *Lib. VIII. cap.* 28. Ambr. Morales *Lib. XII. cap.* 13. Jo. Mariana *Lib. VI. cap.* 3. Didac. Savedra *Corona Gothica Tom. I. p.* 312. *seq.* & Joh. Ferreras *Tom. III. p.* 297. *seq.* itemque numismata in honorem ejus cusa, quae nuper collegit vir literatissimus Josephus Velazquez *en sus Conjecturas sobre las medallas de los Reyes Godos y Suevos de España*, edit. Malacae 1759. p. 67. *seq.* Ceterum non armis modo ac triumphis sed & literis inclaruit Rex hicce Christianissimus; ut testantur elogia, quae uterque Isidorus, Hispalensis alter, alter Pacensis, itemque Chronographus anonymus Ord. S. Benedicti ei tribuerunt, congessitque Nic. Antonius *Tom. I. Bibl. Hisp. vet. Lib.* 5. §. 220. *seq.* Imo scripta quaedam illius laudavit Antonius atque e tenebris protrahi exoptavit. Desiderium vero orbis literati hac in parte tandem explevit Henricus Florezius in *Hispania sacra*, cui operi, lingua patria conscripto, jamque ad viginti tomos formae quartae protracto, haud raro inscriptiones Romanas, numismata, ceteraque veteris aevi monumenta per Hispaniam inseruit, variaque singulis Tomis opuscula anecdota subjecit. Exhibentur quippe *Tomo VII.* a. 1751. edito sub *Appendice quarta* Epistolae octo tum ipsius Sisebuti Regis, tum Caesarii Patricii (Romanorum in Hispania Gubernatoris) ad eum scriptae, de rebus ecclesiasticis, ex queis insignis illius pietas & pro ea aetate facundia elucet. Exstant porro duae Sanctiones ejusdem adversus Judaeos in Corpore *Fori Judicum* seu *Legum Wisigothorum*, a P. Pithoeo & Frid. Lindenbrogio edito, *Lib. XII. Tit.* 2. *n.* 13. & 14. ad quod videndi sunt docti Commentarii ab Alph. Villadiego conscripti vulgatique Madriti a. 1600. Deinde historicum quoddam aut Geographicum opus de Hispania eum conscripsisse ex *Adversariis* Jo. Aegidii Zamorensis conjecit Antonius *loc. cit.* quod vero aut interiit aut cum blattis tineisve etiamnum dimicat. De carminibus Sisebuti Regis altum apud scriptores Hispanos silentium. Verum in auctoris anonymi, qui circa an. Chr. 810. scripsit, libro de Computo *Tom. III. Anecd. Lat.* Muratorii pag. 160. *seq.* occurrit *Fragmentum* metricum *Sisebuti de Eclipsibus Solis & Lunae.* Illud autem quum, observante cel. Wesselingio, descriptum fuerit, etsi perquam corrupte, e majori carmine Astrono-

„ mico

Ferrataeque premunt milleno milite curae,

Legi-

„ mico, (inserto Catalectis ex edit. Frid. Lindenbrogii Lugd. Bat. 1595. pag. 239. & P. Pithoei pag. 402.) in quo mentio fit belli tunc temporis trans Oceanum gesti, itemque expeditionum adversus Vascones Cantabrosque, certissima est ejusdem viri magni conjectura, integrum hoc poëma Regi Sisebuto deberi, quamquam Pithoeus ex mera sed pessima conjectura illud Fulgentii nomine insignivit. Rodericus enim Sanchez Toletanus, qui Sec. XIII. ineunte floruit, *Lib. II. de reb. Hisp. cap. 17.* & post hunc alii, narrant, Sisebutum classe sua mare transiisse, Maurosque ad fretum suos devastasse; unde ab eo tempore Mauritaniam Tingitanam ad Regum Visigothorum dominium pervenisse infert Ferreras, qui hoc bellum ad annum Christi 618. refert, nullo auctore, imo male, quum id eodem tempore accidisse oporteat cum expeditione ab opposita Hispaniae parte adversus populos Aquitaniae vicinos, adeoque a. 613. Vascones vero a Sisebuto Rege subjugatos docet vetus auctor Chronici Regum Gothicorum Moissiacensis, Cantabros Aimoinus *Lib. IV. de gest. Francor. cap.* 23. uterque insertus Collectioni Galliae Scriptorum tum Duchesnii tum Bouqueti. Addantur ex neotericis Josephus de Moret *Investigaciones historicas de las antiguedades del Reyno de Navarra, Lib. I. cap.* 8. §. 2. Gabr. de Henao *Averiguaciones de las antiguedades de Cantabria Lib. II. cap.* 6. Dominicus de la Ripa *Corona real del Pireneo Lib. I. cap.* 12. § 54. Imo firmare hanc sententiam alio quoque licebit argumento, quod scil. Pithoeo teste laudatum de Astronomia poëma, quamquam sine nomine auctoris, in vetustis exemplaribus subjungatur *Astrologiae Isidori*, qui liber in aliis Codicibus audit *de natura rerum.* Hoc vero opusculum, quo varia Astronomica continentur, Isidorus Hispalensis ipsius Sisebuti jussu compilavit, absolutum vero eidem inscripsit, quem *Dominum suum & filium* in limine nuncupat. Ex hoc igitur potissimum opere scientiam suam de rebus Astronomicis hausit Sisebutus noster, eamque poëmate testatam reddere voluit; qua de re nemo porro dubitabit, qui utrumque contulerit. Quin imo e tribus prioribus versiculis fere conjicerem, carmen illud a Rege ipsi missum fuisse Isidoro, quem Episcopum per otium poësi aliquando vacasse fidem facit hymnus ejus duplex in laudem S. Agathae, servatus in *Actis Sanctorum* Antverpiensibus d. 5. Februarii *pag.* 596. quem vero in editionibus Operum Isidori frustra quaesiveris. Aliud porro Sisebuti Regis carmen legere est ad calcem Epistolae ipsius ad Theudilanem, Monachum factum, *pag.* 329. edit. Florezii, quod, quia breve, hic subjungam.

„ MAGNVS VBIQVE DEVS NVNQVAM MVTABILIS AVCTOR.

„ *Chare mihi in aevum valeas tu Teudila semper,*
„ *Atque animo grato nomen amantis ama.*
„ *Qui tibi divinum jussit concedere votum,*
„ *Ipse tibi tribuat Sandrimer alma vias.*
„ *Te Dominus verax veraci gratia servet,*
„ *Ut numen meritis vindices ipse tuis.*
„ *Sit Leo de tribu Juda Tibi fautor ubique.*
„ *Sit tibi vitae lux Christus ubique pius.*

„ Alius etiam exstitisse videtur Poëta Sisebutus, sed hic Monachus, cui debetur Hymnus notissimus *Te Deum laudamus*; (D. Ambrosio perperam tributus, & inter hujus opera alibique vulgatus) ut optimorum codicum fide probavit Pasch. Quesnel in *Observat. ad Breviarium Chori Monasterii Montis Cassini*, editis a Jre. Petit post Theodori *Poenitentiale Part. I. pag.* 328. Hunc vero Sisebutum Monachum oportet minimum seculo Regi Gothorum praecessisse, quandoquidem ille hymnus jam citatur in S. Benedicti, Abbatis Casinensis, *Regula Monachorum* (inserta Codici Regularum Luc. Holstenii Part. I.) *Cap. XI.* S. Benedictum autem Sec. VI. ineunte floruisse Guil. Cave in *Hist. literar. Scriptor. Eccles.* Fabricius *Tom. I. Bibl. Lat. med. & inf. aetat.* aliique docent. Mitto tertium Sisebutum, Episcopum Pampelonensem anno Christi 981. seq. nullis tamen, quod sciam, operibus clarum, de quo vid. Dominic. de la Ripa *lib. supr. cit. Lib.* 3. *cap.* 8. §. 16. Ex hisce vero corrigi possunt, quae de scriptis Sisebuti monachi traduntur a Chr. Schoettgenio & Jo. Domin. Mansi *Tom. VI. Bibl. Lat. med. & inf. aetat. Fabric. pag.* 195. edit. Patav. 1754.

v. 1. *in luco lentus vaga carmina gignis*] *vaga* illa *carmina* mihi suspecta sunt, & licet *lentus* suam hic habeat elegantiam, dubito tamen an non ex *luco* vel *lucu*, derivatum sit vocis hujus initium, ex cujus ultima syllaba, & *vaga*, forte elici posset *sub fago.* ut respiciat ad initium primae Virgilii Eclogae. sed haec tantum conjectura est. *pangis* exemplari suo adscripserat Heinsius. qui *fingis* praeferebat Lib. I. Advers. cap. 1. *lucu* Codex Biblioth. Leidensis, cujus variantes lectiones suppeditarunt duo viri praestantes, eruditionis atque amicitiae nomine mihi aestimatissimi, Lud. Casp. Valckenarius, & Petrus Bondamius, hic Harderovicenae, ille Leidensis Academiae insigne ornamentum.

2. *Argutosque inter latices & musica flabra*] *Ar-*

Legicrepi tundunt, latrant fora, claſſica turbant,
Et trans Oceanum ferimur. porro, uſque nivoſus
Quum teneat Vaſco, nec parcat Cantaber horrens.

En

eutoſque in. Cod. Leid. ſed in margine *Argutaſque inter.* deinde *labra* in eodem MS. ut edidit etiam Turneb. ſed in margine adnotatum erat, in alio Cod. MS. *flabra* legi.

3. *Pierio liquidam perfundis nectare mentem*] lectionem hanc firmat corrupta codicis Leidenſis ſcriptura, in quo a manu prima *Pyerioli quidam.* patet ex hoc verſu, in carmine Petronii, quod ex ejus Satyr. cap. 5. in fin. edidi Tom. I. hujus Antholog. pag. 582. recte a viris doctis ſubſtitui,

——— *ſic fluminis largo*
Plenus, Pieria defundes nectare verba.

non *diffundes pectore.* quod hoc ipſo loco etiam vindicat Th. Munckerus ad Fulgent. Lib. I. Mytholog. cap. I. pag. 31. licet hoc in verſu ex Scaligeri Catalectis adferat *perfundes pectore*, cum tamen Scaliger ediderit *perfundis nectare.* ut eſt etiam apud Turneb. *nectar Pierium*, ut *ros*, *favus Pierius*, *mel Cecropium*, & ſim. de quibus vid. ad Lib. II. Ep. CCXLIII. pag. 426. *favus Cecropius* apud Auctorem Panegyrici ad Piſon. v. 78.

Quin etiam facilis Romano profluit ore
Graecia, Cecropiaeque ſonat favus aemulus ubi.

ut emendat Heinſius Lib. IV. Adverſ. c. 1. pag. 557. pro vulgato *gravis aemulus.* & de carminum dulcedine *nectar* & *mel* Graecis ac Latinis poëtis uſitatiſſimum eſſe, docent exempla a Barthio producta ad Calpurn. Ecl. IV. 151. ubi hunc quoque locum ſub nomine Varronis Atacini adfert; aliter certe, ac in Adverſariis judicabat. *Pierium laticem* dixit Virg. in Culice v. 18. quod cum *hauſtu muſico* confert Munckerus ad verſus illos, qui leguntur in praef. Fulgentii Mytholog. Lib. I. pag. 11.

Theſpiades, Hippocrene
Quas ſpumanti gurgite
Inrorat loquacis nimbi,
Tinctas hauſtu muſico,
Ferte gradum properantes
De virectis collium,
Ubi guttas floruleatas
Mana rarat purpurae
Humor algens, quem ſerenis
Aſtra ſudant noctibus.

6. *Legicrepi tundunt*] Gloſſarium *Legiſcrepa*, *Nomodicus.* LINDENBR. recte *obtundunt* correxerat Heinſius. moleſtia ſua nempe fatigant & enecant. qualem Helium Cauſſidicum *clamantem ſemper*, & *agentibus obſtrepentem* deſcribit Martialis Lib. I. Ep. 95. dein *latrant fora*, ut apud Ovid. in Ibin 14.

Latrat & in toto verba canina foro.

ubi vid. N. Heinſ. & Grotii notas ad Martian. Capell. pag. 336. b.

7. *Et trans Oceanum vehimur porra uſque, nivoſus Quum teneat Vaſca* &c.] ſic editum a Pithoeo, Turnebo, & Scaligero, tam in Catalectis quam in vett. poëtt. Carm. Aſtronomicis. Sed corrupta haec ſunt. pro *porra uſque* Heinſius caſtigabat *portuſque.* In editionis Pithoeanae exemplari, cui adſcriptas variantes lectiones vel emendationes ex Bibliotheca Cardinalis de Rohan aliquando per Cel. Dorvillium nactus ſum, legebatur,

Et trans Oceanum vehimur portuſque nivoſos.

ſed praeſtaret forte *ſaltuſque nivoſos.* ut ſaepe apud veteres *ſaltus Pyrenaei* dicuntur. vel *portus* admittendum eſt, quia Pyrenaeus, Gallias & Hiſpanias diſtinens, promontoria projicit in duo diverſa maris Oceanum & Internum. vid. Vinet. ad Auſonii locum mox producendum, ubi *bimaris juga ninguida Pyrenaei.* Ceterum Siſebutum hic ante oculos habuiſſe locum Venantii Honorii Fortunati Lib. 10. Carm. 25.

Cantaber ut timeat, Vaſca vagus arma pavefcat.

admonuit Ampliſſimus Meermannus: qui mendum hujus loci latere cenſebat vel in prioribus duobus vocabulis *porro uſque*, vel in poſtremo *nivoſus*, adeoque vel emendabat *monteſque nivoſos*; illos enim transgredi debuerunt Siſebuti copiae, ut Vaſcones Cantabroſque opprimerent: idque firmabat verbis Chronici Moiſſiacenſis, quod refert *novos motus in montibus a Vaſconibus tempore Siſebuti factos & ab eo debellatos.* vel *porra uſque Navarros.* Vaſcones enim partem regni Navarrae conſtituiſſe notum eſt. Sed non minus placet alia ejus divinatio, ut in *porra uſque* lateat forſan Pyrenaei jugi mentio. quae vox ut commode hic locum poſſit habere, mihi incidit illud *ferimur* forte intruſum fuiſſe ab iis, qui id requiri neceſſe putabant poſt *trans Oceanum*, & inde in libro Card. Rohanii enatum *vehimur.* ſed quo ejecto, mendoſum hunc locum, adhibita alia diſtinctione, ſic poſſe emendari ſuſpicabar,

——— *latrant fora, claſſica turbant*
Vel trans Oceanum; Pyrenaeumque nivoſum
Quum teneat Vaſca, nec parcat Cantaber horrens,
En quibus indicas, &c.

claſſica turbant vel trans Oceanum; conjungenda putavi, ut innuat expeditionem in Africam, contra Mauros, qua etiam trans Oceanum claſſica turbabant, dum ab altera parte Pyrenaeorum montium clauſtra obſiderent Vaſcones, & Cantabri bella-

En quibus indicas, ut crinem frondea Phoebi
Succingant, hederaeve comas anguſtius umbrent.
En quos flammantem jubeas volitare per aethram.
Quin mage pernices aquilas vis pigra elephantum
Praecurret, volucremque pigens teſtudo moloſſum,
Quam nos rorifluam ſectemur carmine Lunam.
Sed tamen, incurvus per pondera terrea nitens,
Dicam quur feſſo liveſcat circulus orbe,

Pur-

bellarent. *Pyrenaeus nivoſus*, pro montibus Pyrenaeis nive obductis, ut apud Auſonium Epiſt. XXV. ad Paulin. v. 51.

Vaſconiis hoc ſaltus, & ninguida Pyrenaei
Hoſpitia, & noſtri facit hoc oblivio coeli.

& in Reſponſoria Paulini Carm. XII. 203.

——— *quid tu mihi vaſtos*
Vaſconiae ſaltus, & ninguida Pyrenaei
Objicis hoſpitia.

idem Auſonius Epiſt. XXIV. v. 69.

Occidui me ripa Tagi, me Punica laedit
Barcino, me bimaris juga ninguida Pyrenaei.

paſſim enim apud poëtas *nivoſi* & *nimboſi* vocantur hi montes. pro *nec parcat Cantaber horrens* poſſet etiam legi *armis*, ut *hormis* ſcripſerint librarii. hinc igitur patet, cur queratur Siſebutus, ſe Muſis vacare non poſſe, preſſus *congerie rerum turbida*, quia undique cum tot hoſtibus ſibi confligandum erat, & ſimul ſo. ri judiciis, & legibus condendis diſtraheretur. Haec poſtquam ſcripſeram, alteris literis idem Ampl. Meermannus ad me miſit notam, qua *portus*, ut conjecerat Heinſius, & in libro Rohanii legitur, hic adſtrui poſſe exiſtimabat. Digniſſima & illa eſt, ut ſubjiciatur: „ *Defendi poteſt lectio por-*
„ tuſque nivoſos. *ut videlicet hoc intelligatur de*
„ *faucibus ſeu clauſtris Pyrenaeorum montium, quae*
„ *a copiis Regis Siſebuti, Vaſcones oppreſſuris, tranſ-*
„ *eunda erant & nive hic illic repleta eſſe potue-*
„ *runt. Haec enim clauſtra apud Hiſpanos audiebant*
„ puertos. *vid. Dictionar. de la ling. Caſtel. voce*
„ Puerto. *Latini vero ſequiore aevo* portus *adhibue-*
„ *re hac ipſa ſignificatione. Teſtis mihi inter Hiſ-*
„ *panos Sebaſtianus Epiſcop. Salmanticenſis, auctor*
„ *Sec. X. ineuntis, in Chronico, quod edidit Pru-*
„ *dentius Sandoval Pampelonae* 1634. *ad annum ae-*
„ *rae Hiſp.* 773. *ubi de Munniza Duce Maurorum*
„ *ait*: Cumque Aſtures eum in locum Oiſlienſem
„ reperiſſent, ſimul eum exercitu ſuo, eum gladio deleverunt, ita ut ne unus Chaldeorum
„ intra *Pirinei* portus remaneret. *Alia loca congeſſerunt*
„ *Ant. Dad. Alteſerra Lib. I. Rer. Aquitan. cap.* 18.
„ *& du Cange in Gloſſario.*

9. *ut crinem frondea Phoebi Succingant. hederaeve* &c.] non cohaerent haec verba. *frondea* deſtituuntur voce, cum qua jungantur. & recte id Latine dici negat Barthius. Heinſius emendaverat,

——— *ut crinem fronde Daphnaea*
Succingant, hederave comas anguſtius umbrent.

prima in *Daphnaea* correpta, adeoque *Phoebi* ex gloſſa marginali natum fuerit. ſic in Petronii Epigrammate, quod edidi Tom. I. pag. 492. *Et baccis redimita Daphne.* ubi paullo poſt etiam *Atque urbana Procne.* qualia exempla in *cycnus*, *Tecmeſſa*, *Clytemneſtra*, & ſim. obvia ſunt. de quibus vide quae notavi ad Lib. I. hujus Operis Ep. LII. pag. 29. *anguſtius* recte etiam in Cod. Leid. & apud Turneb. non *anguſtius*.

12. *Quin mage pernices aquilas*] *pernicies* Cod. Leid. confuſa ſcribendi ratione pro *perniceis*, id eſt *pernices*, ut recte edidit Pithoeus. nam male Scaliger in Catalect. & Carm. vet. Poët. Aſtron. *Quin mage praeveniens Aquilas.* Inconcinnum enim eſt *praeveniens praecurrat*. cum elegantius *pernicibus aquilis* opponatur *vis pigra elephantum*, ut mox *volucri moloſſo pigens teſtudo*. pro quo *pigrens* vel *piger* corrigebat Cuperus de Eleph. Ex. II, 11. pag. 245. qui tamen male *Quamvis rorifluam* adfert. *piger* etiam Heinſ. ſed praeceſſit *vis pigra elephantum*. itaque altera Heinſii conjectura praeferenda *rigens teſtudo*. vel forte *repens* legendum. ut *tarda gradu lento* dicitur teſtudo in Aenigmatibus Sympoſii nomen circumferentibus Ep. XX. & in Avieni Fab. I. de eadem,

——— *tardo quod ſedula greſſu*
Nil ageret toto proficeretque die.

ſic enim in Cod. Voſſ. non *perficeretque*.

14. *Quam nos rorifluam ſectemur carmine Lunam*] cur *rorifluа* hic dicatur *Luna*, recte explicat Turnebus, quia nocte, cum regnat luna, ros cadit, qui Lunae filius poëtis fingitur. hinc Luna & ſtellae *nocti pruinoſae lumina dare* dicuntur in Fragmento ex Ovidii Phaenomenis, quod Lactantio ſervatum debemus Lib. II. cap. 5.

Tot numero talique Deus ſimulacra figura
Impoſuit coelo; perque atras ſparſa tenebras
Clara pruinoſae juſſit dare lumina nocti.

vide & Muncker. ad Fulgent. Lib. II. Mytholog. in fine. *ſectemus* cod. Leid.

16. *Dicam quur feſſo liveſcat* &c.] Haec & ſequentia longe aliter, ſed admodum vitioſe, in

Mura-

Purpureumque jubar nivei quur tabeat oris.
Non illam, ut populi credunt, nigrantibus antris

In-

Muratorii Anecdotis, sub titulo Sisebuti de Eclipsibus Solis & Lunae, sic exhibentur:

*Quur fesso Luna * libescit circulus orbe*
Purp. jub. nivei quur tabeat boris
Infima vicinis notum quam decolor umbris
*Fratre * curet vacuaque exanguis deficit hora*
*Invictatum * erit sed vaste corpore tellus*
Quae medium tenet immo polum dum culmina fratres
Deferit umbriferis noctibus dum sidere casso
Pallescit terrae umbra rotae dum transeat axem
Agere velox cumulo speculoque rosanti
Fraternas rep. p. c. l. flammas.

quae excipiuntur a v. 45 & seqq. *purpureum jubar* de igneo vel aureo colore capiebat Barthius. quo refer illud Tibulli Lib. III. El. 4. 30. de Sole:

Candor erat, qualem praefert Latonia Luna,
Et color in niveo corpore purpureus.

& locum Martiani Capellae Lib. IX. p. 309. ubi *purpureum jubar* de Sole, & *aurata Cynthiae cornua* occurrunt, quem in ed. Grotii corruptum sed ab Heinsio emendatum dedi ad Tom. I p. 237. & ita *purpureum vultum* Lunae dat Ovid I. Am. 8. 12. in Cod. Leidensi etiam librarii manus maculis oblitos dedit versus,

Stamen incurvus per pondera terrea nitens
Dicam cur fesso lidescat circulus orbe.

& v. 19. *ululans mulier phaedira sub umbras Detrait altivage e speculo.* quae in margine tamen a manu sec. emendata sunt. in ed. Pith. *praedira* mendo typi. *ululans praedira*, nempe *cantaminis*, non *mulier praedira*, conjungenda monet Barthius. talem Canidiam describit Horat. Lib. I. Sat. 8. 25.

Cum Sagana majore ululantem.

neque in eodem Codice lacuna vers. 21. *Vel rore Stygias* suppletur, & v. 23. *quasi timus limes dispicit turpido.* sed in margine correctum *qua citimus limes diffecit turbida*, adnotato *Cic. in Somn. Scip.* cujus locus est cap. 3. de Luna, *Ex quibus erat ea minima, quae ultima coelo, citima terris, luce lucebat aliena.* ubi ponitur pro proxima. nam quod Festus *citimum* interpretetur *extremum*, pro proximo capiendum, ut hoc loco. vide Gronov. Lib. IV. Observ. cap. XI. pag. 167. haec vero ex Platonicorum Scholis, qui supra Lunam omnia aeterna, infra omnia caduca credebant, adposito Ciceronis fragmento ex Lib. VI. de Republ. interpretabatur Barthius, qui sequentia sic constituebat,

——— *sed vasta corpore tellus*
Quae medium tenet ima polum, dum lumina fratris
Detinet umbriferis metis, tum sidere casso
Pallescit, teres umbra rotae dum transeat axem
Aggerei velox tumuli.

& per *aggereum tumulum* terram intelligi notat, dubitans tamen, an sic locutus fuisset Varro Atacinus. sed *cumuli* legitur in exemplari Pithoeanae edit. in Biblioth. Cardin. de Rohan, *cumulo* in Anecdotis Muratorii, apud quem *terra umbra rotae*, ac praec. versu *sidere casso*, ut in eodem exemplari Cardin. Rohanii. quod ultimum verissimum firmatur etiam a Cod. Leidensi. & sic edidit Turneb. & correxerat Heinsius, pro *crasso*, quod exstabat in ed. Scalig. & Pith. qui tamen in codice suae edit. quem servat Biblioth. Paris. *casso* emendaverat, & *terrae* pro *teres*. *cassum* pro vacuo & inani. Glossarium Vossianum ineditum: *Cassum, inane, supervacuum.* Statius IX. Theb. 629. *simque augur cassa futuri.* ubi vide Barth. vocem hanc saepe aliis veterum locis variatam fuisse. patebit ex Heinsii Advers. pag. 154. sed praecipue ex Ejus notis ad Ovid. Rem. Am. 446. XV Met. 482. & Lib. VI. Fast. 406. *rosanti* vitiose Turneb. Scalig. Pith. Murat. & in Cod. Leid. sed in cujus marg. correctum *rotanti*. maculis foedata etiam haec legebantur in eodem Codice Leidensi,

Quem dum tenet imo polum dum culmina fratris
Desinet umbr. metis tum sydera casse
Pallescit terrae umbra rotae dum transeat axem
Aggerei velox cumuli speculique rosanti
Fraternis repares per coelum libera flammis.

sed a manu erudita omnia in margine correcta vel superscripta, ut hic editum vides. & pro *Detinet* praeterea *Distinet* legendum addebatur.

18. *Non illam, ut populi credunt,* &c.] Similia habes in Homiliis S. Maximi Taurinensis, editis a Mabillon. Tom. I. Musei Italici P. II. initio Homil. VI. p. 19. *Ante dies profecuti sumus, fratres, adversus illos, qui putarent Lunam de coelo magorum carminibus posse deduci, & eorum retudimus vanitatem, qui non minus defectum patiuntur animi, quam luminis patitur illa defectum.* ubi proprio verbo *deducere* utitur. ut saga mulier in carmine Petronii cap. 134.

——— *Lunae descendit imago*
Carminibus deducta meis: trepidusque furentes
Flectere Phoebus equos revoluto cogitur orbe.

Ovidius Epist. VI. 83.

Illa reluctantem coelo deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos.

Tibullus Lib. I. El. 9. 21.

Cantus & e curru Lunam deducere tentat,
Et faceret, si non aera repulsa sonent.

& El. 2. 43.

Hanc ego de coelo ducentem sidera vidi,
Fluminis haec rapidi carmine sistit iter.

de-

Infernas ululans mulier praedira ſub umbras
Detrahit altivago e ſpeculo: nec carmine victa
Vel rore Stygias * * *
Vincibilemque petit clangorem. Quippe per aethram,
Qua citimus limes diſpeſcit turbida puris,
Inviolata meat. Sed vaſto corpore Tellus,

Quae

deripere Horatio Epod. V. 46.

Quae ſidera excantata voce Theſſala,
Lunamque coelo deripit.

id *detrahere* hoc loco, ut maga apud Ovid. VII. Met. 207.

Te quoque Luna traho, quamvis Temeſaea labores
Aera tuos minuant, currus quoque carmine noſtro
Pallet avi, pallet noſtris Aurora venenis.

& paſſim apud poëtas.

19. *Infernas ululans mulier praedira ſub umbras Detrahit*] Statius Lib. VI. Thebaid. (685.)

——— *attonitis quotiens avellitur aſtris*
Solis opaca ſoror, procul auxiliantia gentes
Aera crepant, fruſtraque timent: at Theſſala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

ubi Lutatius ejus interpres: *Solis opaca ſoror: quod carminibus Lunam coelo eripiant, quam opinionem executus Virgilius ait, Carmina vel coelo poſſunt deducere Lunam: & alibi ſignificat eam inductam eſſe velleribus, dicendo: Munere ſic niveo lanae ſi credere dignum eſt, Pan Deus Arcadiae captam te luna fefellit: ſi credi fas eſt de tanti numinis majeſtate ad amorem Endymionis deſcendiſſe, quod lex ſphaerae, & curſus motuſque aſtrorum non patitur.* Haec optimus ille Grammaticus. Vocabant autem hanc lunae e coelo evulſionem καθαίρεσιν Graeci, quod vocabulum inde pro Solis & Lunae eclipſi coeptum uſurpari, duravitque ad tempora Democratis, ut ſcribit Scholiaſtes Apollonii, Lib. III. Argonaut. ſectione XII. Τινὲς δὲ καὶ τὰς ἐκλείψεις ἡλίου καὶ σελήνης καθαιρέσεις ἐκάλουν τῶν θεῶν, τὸ παλαιὸν ᾤοντο αἱ Φαρμακίδες τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον καθαιρεῖν. διὸ καὶ μέχρι τῶν Δημοκράτους χρόνων πολλοὶ τὰς ἐκλείψεις καθαιρέσεις ἐκάλουν. LINDENBR.

20. *Detrahit altivago e ſpeculo*] Janus Douza pater ita legit: *Detrahit altivaga e ſpecula.* LINDENBR. ſic etiam correxerat Heinſius. Sed *ſpeculum Lunae*, quia veteres Lunam quoddam Solis ſpeculum, vultumque in ea nigricantem & liventem, magni maris imaginem crediderunt, ex Plutarcho exponit Turnebus.

v. 21. *Vel rore Stygias* * * *] hiatum hunc ſic in vetuſto codice expleri teſtatur Barthius ad Stat. II. 284. *Stygias ſaniem deſpumat in herbas.* ipſe praeterea pro mendoſa lectione *Vel rore* emendat

——— *nec carmine victa*
Lethaeo Stygias &c.

vel *Haemonio.* quod ultimum ſi admittatur, locum hunc adfectum ſic ſatis redintegratum opinor. Addit autem Barthius, eſſe Lucani imitationem. reſpicit locum illius ex Lib. VI. 506. de Luna carmine magico ex coelo deducta:

Et patitur tantos cantu depreſſa labores,
Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.

ubi de Lunae ſpuma, quam in veneficiis adhibebant ſagae, videndus Cl. Oudendorpius. Apulej. Lib. I. Met. pag. 3. ed. Pric. *magico ſuſurramine amnes agiles reverti*, &c. *Solem inhiberi, Lunam deſpumari.* his adde Statium Lib. I. Theb. 105.

——— *qualis per nubila Phoebes*
Atracia rubet arte labor, ſuffuſa veneno
Tenditur, ac ſanie gliſcit cutis, igneus atro
Ore vapor, quo longa ſitis, morbique fameſque,
Et populis mors una venit.

ad quem locum vide Scholiaſtem & Bernartii notas. & de ſpuma illa Lunari in ſacris magicis Torrent. ad Horat. I. Sat. 8. 21. pag. 496. & Heinſ. ad Ovid. VII. Met. 268.

22. *Vincibilemque petit clangorem*] Hoc eſt quod Statius dicit,

——— *procul auxiliantia gentes*
Aera crepant.

Solebant enim pagani laborante luna aera percutere, validoque niſu clamare, putantes ſe hoc modo deliquio ejus poſſe ſuccurrere, cujus rei ſaepe meminerunt auctores. De clamore etiam plura ſcire qui voluerit, legat D. Ambroſium, qui de eo integram paene orationem conſcripſit. LINDENBR. *clamorem* edidit Scaliger. ſed *clangorem* firmat cod. Leidenſis. in quo *atram.* ſed in margine *aetram.* per *vincibilem clangorem* intelligit Turnebus ululatum & ſtrepitum hominum, Lunae laboranti adverſus veneficia opitulantium, & ſuſurros magicos ſuperantium. unde *aera* illa *labores Lunae minuere* dicuntur Ovidio VII. M. 208. quo reſpiciunt verſus Tibulli Lib. I. El. 9. 22.

Cantus & e curru Lunam deducere tentat,
Et faceret, ſi non aera repulſa ſonent.

vincibilis igitur *clangor* eſt, qui vincere poteſt & inanes reddere magicorum cantaminum ululatus aere percuſſo ac repulſo.

Quae medium tenet ima polum, dum lumina Fratris
Detinet umbriferis metis: tum sidere casso
Pallescit teres umbra rotae, dum transeat axem
Aggerei velox tumuli, speculoque rotanti
Fraternas reparet per coelum libera flammas.
Sed qua mira putas, quur, quum vis maxima Solis
Bis novies major clueat, quam terreus orbis,
Non circumcingat terrestres lumine metas.
Sume ratum rationis opus. namque aspice Phoebum,
Quam sublimis eat convexa per aurea mundi.
Quamque humilem terram collustret curribus altis.
Hic ingens utcumque libet vel desuper ignes
Sparserit, obliquo vel quum radiaverit axe,
In terram radii franguntur. Caetera Solis
Lumina, qua major jaculis radiantibus exit,
Nil obstante globo, tendunt per inania vasta:
Donec pyramidis peragat victa umbra cacumen.
Per quam quum Phoebe validos agit uda jugales,
Infima vicinis nonnumquam decolor umbris
Fratre caret, vacuoque exsanguis deficit ore.
Quur autem sola spolietur lumine Luna,
Nil vero mirum est. quippe illam lucis egentem
Lux aliena fovet: quam quum pars proxima metae

In-

30. *Sed qua mira putas, quur, quum vix maxima Solis*] ita in ed. Pithoeana. *Sed quia & vis maxima Solis* melius edidit Scaliger. & sic Turnebus. in cod. Leidensi legebatur,

Sed quia mira putas circum vis maxima Solis.

33. *namque aspice Phoebum*] *foedum Quam sublimis erat* Cod. Leid. sed in marg. *Phoebum Quam sublimis eat.*

36. *Hic ingens utcumque libet*] *idest maxime. ut loquitur Tacitus*, margini adscriptum in exemplari Cardinalis Rohanii. *Ut desuper* Cod. Leid. & in marg. *vel.* in sequentibus *radiaverit axe*, *radii franguntur*, & *jaculis radiantibus* valde inconcinna sunt.

42. *Phoebe validos agit uda jugales*] *gelidos* apud Turneb. & pro varia lectione in libro Cardinalis Rohanii, & ex v. c. Pithoeus in margine exemplaris Parisini, qui & *agit* correxerat. In Cod. Leidensi, *Per quam cum fuete gelidos acet uda jugales.* & in marg. *Phoebe g. aget* vel *agit.* praecedenti versu *recta umbra* praestiterit pro *victa.*

45. *Cur autem sola spolietur lumine Lune*] *sola* Heinsius. Haec & sequentia in Anecdotis Muratorii hac mendorum colluvie inquinata sunt:

Quur autem sola sp. lum. Luna
Nil vero m. e. q. i. l. eg.
L. a. f. quam cum p. p. metae
Inv. exp. radios male sedula fratres.
Ad chorum Austrorum r. n. t. u.
Et propr. c. j. e. n. S. r.
Sed porro ultra Solem rap. c. v. coeli
Jam quur menstrua n. s. p. o.
Inst. praest. illico jam tramite, cursus
Namque vagans err. r. cum devia tortus
Tum legis anfractus, m. S. e. exit
Int. p. n. radiatque Sororem.
Haec ead. r. e. subitis ubi frangitur umbris
Aug. S. r. j. indiga lucis
Quando ins. t. & S. rota corporis albi
Lunam erat fratrem rectis arguens.

sed

Invidet, exfpectat radios male caerula Fratris.
At chorus aftrorum reliquus non tangitur umbris:
Et proprium cunctis jubar eft, nec Sole rubefcunt.
Sed fudum * * *
Porro ultra Solem rapitur cum vertice coeli.
Jam quur femenftri non femper palleat orbe,
Inflexi praeftant obliquo tramite curfus.
Namque vagans errore rato quum devia tortos
Colligit anfractus, metam Sol eminus exit,
Intorquetque peplum noctis, radiatque Sororem.

Haec

fed v. 49. *At chorus aftrorum* Murat. in margine, ut recte edidit Pithoeus. vide Heinf. ad Claudian. Conf. Mallil v. 103. & Lib. I. Adverf. cap. 9. p. 92. & quae notavi ad Auctorem Eleg. in Obit. Maecen. v. 129. Tom. I. hujus Anthol. pag 279. *reliquus non tangitur* Cod. Leid. fed pro varia lectione fuperfcriptum *tingitur*. lacunam verfus 51. *Sed fudum* vacuam linquens, & reliqua fic exhibens,

Inflixi praeftante lico tramite curfu
Namque vagans errore rat cum devia tortos
Dum legit anfractus &c.

at in margine correctum *Inflexi praeftant obliquo tr. curfus N. v. errore rato cum devios ortus. errore runt* vel *ratat* in exemplari Bibl. Card. Rohanil. fed Turnebus etiam edidit *errore rato.* ut fupra v. 53. *Sume ratum rationis opus.* fic apud Ifidorum Lib. III. Orig. cap. 1. praeferendum eft, *per aftrorum ratos definitosque curfus.* ut in margine ed. Vulcanil, non *aftrorum rotatus.* Martianus Capella Lib. IX. pag. 308.

Quo gemmata poli volvere fidera
Suevit lege rata facra recurfio.

Germanicus Arateis v. 403. pag. 72. ed. Grot.

Multa dedit Natura homini rata figna falutis.

Solis curfus ratos habes apud Auctorem Octaviae v. 387. ex emendatione N. Heinfil Lib. I. Adverf. cap. 6. pag. 65. qui tam illo loco, quam Lib. III. cap. 17. plurimis, ut paffim amabat, veterum fcriptorum locis hanc vocem reftituit. quod autem *devia tortus* legatur apud Murator. firmat emendationem Pithoei *devia tortos*, quod & in Cod. Leidenfi, & in libro Cardinalis Rohanil invenitur, ut edidit Turnebus, Scaliger, & libro fuo adfcripferat Heinfius. quos fecutus fum. feq. verfu *Dum legit anfractus*. & v. 58. *ubi frangitur umbris*, ex v. c. Pithoeus in margine libri Parifini; quod & in exemplari Biblioth. Cardinalis Rohanil, & apud Murat. pro *quur*. utrumque a Cod. Leid. probatur; cujus librarius fequentem verfum fic formavit *Augufti Solis rutilum jubar indica lucis.* fed a manu fecunda fuperfcr. *Augufti*, & in marg. *indiga*. Ceterum verfuum ultimorum fenfum hunc facit Barthius in Adverfariorum Opere Lib. xxxvi. cap. 20. in fine: *Intervenit Luna, corpus indigum lucis inter terram & Solem, facitque ne Solis radii terram tangere poffint, fed ea parte obfcura ejus fpecies appareat.* Rota corporis indiga lucis, *hoc eft Luna inter terram & Solem meat almae objectibus rectis Solem arcens.* almae, *id eft lucis. cujus rectos objectus a terra diftinet Luna. videatur tamen vel deeffe quid vel mendo locus non vacare.* haefit, ni failor, ad illud *almae*, ut editum a Pithoeo & Scaligero. fed recte *corporis almi* Heinfius emendavit, ut in exemplari Card. Rohanil, & Pithoeus ipfe in fuae editionis codice Biblioth. Parifinae. *alme* Cod. Leid. & in marg. *aimi*. & ult. verf. pro *arcens* habet *argens*. fed in marg. *urgens*, & legendum *arcens* notatum erat. denique verfus ille *Porro ultra Solem rapitur* &c. Barthio videbatur indicare, plura deëffe; & ex Praefatione conjici poffe cenfebat, longius fuiffe de fingulis tractatum. in quo forte a vero non aberravit.

55. *quum deviat ortos*] emenda, *devia tortos*. PITHOEVS.

56. *metam Sol eminus exit*] vid. Drefem. ad Joseph. Ifcan. VI. 115.

57. *Intorquetque peplum noctis, radiatque fororem*] Hoc Martianus Capella *aftrificum peplum* dixit Lib. VI. (p. 191. ed. Grot.)

Texerat exterior qui fulget circulus orbis
Aetheris aftrifico lumina multa peplo.

Fulgentius Mytholog. Lib. I.

Tum nox ftellato mundum circumlita peplo
Caerula rorigenis pigrefcere jufferat alis.

Haec eadem ratio est, subitis quur frangitur umbris
Augusti Solis rutilum jubar, indiga lucis
Quando inter terram, & Solem rota corporis almae
Luna meat, fratrem rectis objectibus arcens.

EP.

LINDENBR. sic apud eumdem Martian. Capell. Lib. II. pag. 28.

Et jam nunc voles subterere sidera peplo
Cosperat ambrosium promens Aurora pudorem.

ut legendum. non *roseo crine*, quod in aliis. & *ambrosium pudorem*. vide optimas Th. Munckeri notas ad locum illum Fulgentii ex Praef. pag. 24. qui verissime in eo emendat *stellato mundum circumdata peplo*. & *peplum noctis stellatum* confert cum *astrifero noctis velamine* in illo Vomini supra Ep. VI. *Nox ubi astrifero velamine cincta micanti*. ubi vide quae notavi. quin & *peplum* veteres vocasse ipsum coelum, quasi velamen & amictum deorum coelestium, notat Columna ad Ennium p. 121. *radiatque sororem* etiam legitur apud Murator. ut edidit Pithoeus & Scalig. hoc loco usus est Broukhusius ad firmandam membranarum Commelini scripturam apud Propertium Lib. I. El. 15. 7. *Nec minus Eois pectus radiare lapillis*. pro *variare*. ut in aliis codicibus. activo nimirum sensu *radiare Lunam* dicitur Sol, pro illustrare, seu lumine suo perfundere. sic passivo *radiatus Sol* Lucretio Lib. V. 464.

Matutina rubent radiati lumina Solis.

Seneca Hippolyt. 678. *tuque sidereum caput Radiate*. & *radiatum caput*, *radiata corona*. vid. supra ad Ep. 3. hujus Libri. hinc per excellentiam *radians* de Sole. ut apud Valer. Fl. Lib. V. 409.

——— *non aliter quam si radiantis adirent*
Ora dei, verasque aeterni luminis arces.

vide Muretum Lib. XI. Var. Lect. 9. & *radii* absolute non addita *Solis* voce, quod non observatum corrumpendi loci veterum aliquando ansam praebuit. ut notat Gronovius ad Senec. Oedip. 339. *radians* etiam simpliciter de illo, qui ornatu quodam splendet. ut *infestis miles radiabat in armis* Propertio Lib. IV. 1. 27. ejusque imitatione apud Silium Ital. VIII. 468. *omnem aciem pictis radiabat in armis*. quod recte vindicavit Cel. Drakenborchius.

EP. XLVII. *Ad Boreae partes* &c.] Duodecim hi versus, quibus duo & quadraginta mundi signa nominatim comprehenduntur, cum egregia quoque inscriptione DE NOMINIBUS STALLARUM, non siderum, aut signorum, Prisciani esse non Ausonii comperimus, relatos in quibusdam Bedae Voluminibus, quae in publica Vaticana Bibliotheca convisuntur. Reperimus & cum dimidiatis Macrobii Saturnalium & Vegetii Renati Codicibus, in eadem Bibliotheca. Quibus statim (utique apud Bedam) subjiciuntur alii de duodecim Signis, nec non de septem Planetis, & de Dierum nominibus. Sunt & alii sex, apud Ausonium eodem loco de Mensibus, & quatuor anni Temporibus, quibus annuus orbis perficitur, ejus generis, qui Scholici vulgo ridentur, quos equidem Grammatico verius quam poëtae tribuerim. MARIANG. ACCURSIUS. Hi versus in veteri quadam Scheda Clarissimi Viri Dn. Jacobi Cujacii, Senatoris Gratianopolitani, tacito nomine Ausonii legebantur post alios versus non inelegantes de septem Planetis, & XII Signis qui versus videntur ex justo opere decerpti fuisse. Nam praefatio quoque illis praefixa erat. Quorum lectione studiosam juventutem fraudare nolui. Ea igitur erat praefatio:

Me legat, annales cupiat &c.

eorum ultimum versiculum citat Hieronymus in Commentariis in Ezechielem. quod deprehendit idem Clariss. vir Jacobus Cujacius. ut possimus agnoscere satis antiquos esse hos versus. Sequebatur postea de XII Signis adversis in Zodiaco:

Ex urgens Ctslat Aries demergit in ima &c.

qui versus sane mihi non videntur aspernandi. Subjiciebatur postea de Planetis, deque eorum circulis, & spatiis annorum, quae in ambitu suo conficiendo impendunt:

Bissex signiferae numerantur sidera sphaerae &c.

Post hos versus deinde sequebantur illi

Ad Boreae partes Arcti junguntur & Anguis &c.

ut necesse sit eos non esse Ausonii, siquidem ejusdem poëtae sunt cum superioribus. Superiores autem Ausonii esse non credam, propter stili diversitatem. In quibus postremis animadvertendum, Saturnum dictum Pollucis prolem. Quod explicatur a Fulgentio, doctissimo Mythologo. Ita de Saturno loquente: (Lib. I. cap. 2.) *Pollucis*, inquit, *filius*, *sive a pollendo*, *sive a pollucibilitate*, *quam nos humanitatem dicimus*. *Unde & Plautus in Comoedia Epidici* (Mostell. I. 1. 23.) *ait*, *Bibite pergraecamini pollucibiliter*. *Semo* autem vocatur Mercurius, quia fere in infimis collocatus est. quemadmodum *Semones* vocabant eos Deos, qui in infimis censebantur: majores scilicet hominibus, minores Diis. quod & idem Fulgentius vere exponit in libello de vocibus antiquis. Mariangelus videtur hos versus legisse in exemplari suo. Tamen cur eos Prisciano adscribamus, non video: cum

EP. XLVII. VERSVS PRISCIANI DE SIDERIBVS COELI.

Ad Boreae partes Arcti vertuntur & Anguis.
Poſt hos Arctophylax, pariterque Corona, genuque
Pro-

cum ſint antiquiores Hieronymo: ut jam ſupra admonuimus. SCALIGER. De carminis hujus Auctore, facit, ut dubitemus; primum, quod id inter aliorum multorum ſcripta ſine Auſonii nomine reperimus. Dei de, quod nos monuit aliquando Franciſcus Daniel, in vetere Hygino reperiſſe ſe, hoc titulo; EPITOME PHAENOMENON PRISCIANI GRAMMATICI. Sed & Joſephus Scaliger ſcripſit legiſſe ſe in veteribus quibuſdam ſchedis doctiſſimi viri Jacobi Cujacii, ubi pars majoris carminis de Sideribus eſſet, ſine Auctoris nomine, ceterum cujus unum verſiculum citet Hieronymus in Commentariis in Ezechielem: ut Priſciani noſtri opus videri non poſſit. VINETVS.

VERSVS PRISCIANI DE SIDERIBVS COELI] ſic ex v. c. Biblioth. S. Germani deſcripſit N. Heinſius. in Codice Scaligeri hi verſus adtribuuntur Auſonio, in cujus Eclogariis habentur. ſed ſine ejus nomine eos legi in veteri Scheda Cujacii teſtatur in Lectionibus Auſonianis. edidit autem Pithoeus in Praetermiſſis pag. 487. ſub titulo PRISCIANI EPITOME PHAENOMENON. *id eſt*, *Apparentium ſive verſus de Sideribus.* in editione Auſonii Aldina pag. 50. b. inſcribitur DE NOMINIBVS STELLARVM. Legitur etiam hoc Epigramma ſub titulo VERSVS PRISCIANI DE ASTRONOMIA apud Bedam in fine Libri de ratione Computi Tom. I. Oper. pag. 434. ed. Colonienſis, ubi & praecedit carmen ſupra editum Ep. XL. *Primus adeſt Aries* &c. hoc autem Epigrammate legitur *Ad Boreae partes Arcti vertuntur*, non *junguntur*. v. 2. *Poſt hac*. v. 3. *Zepheus & Caſſiopeia*. v. 5. & 6. *Delphin coelumque aquila, anguitenenſque, Signifer inde ſubeſt bis ſex, hunc ſydera complens*. v. 8. *& Urna, Qui tenet & Piſcis*. v. 10. *lepus ardens, Syrius*. v. 12. *Quem ſequitur piſtrix* &c. omiſſis quatuor ultimis verſibus. Sed & adfertur hoc carmen in Gloſſis ad ejuſdem Bedae librum de Temporum Ratione Tom. II. Oper. p. 74 ejuſd. ed. ubi primo verſu *Arctoi vertuntur*. v. ſec. *Poſt has*. v. 4. *Caſiepbia*. v. 6. *bis ſex hinc ſidera*. omiſſis quatuor ultimis verſibus, quorum loco haec ſubnectuntur:

Hi bis ſex verſus ſignant coeli regiones,
Fiſtula quos finxit Priſciani docta magiſtri.

unde Priſcianum auctorem jam olim agnitum patet. dein ſubjicitur Epigramma ſupra editum Ep. XLIV. cum titulo, DE ORTV ET OCCASV XII SIGNORVM. *Exoriens Chelas Aries demergit in ima* &c. non *Exſurgens*. tum ſequitur aliud:

Mergitur Ammonis, Libra, Tauri Scorpius ortu,
At Geminos fugit Arcitenens, Cancrum Capricornus,
Hinc Leo pellit aquas fundentem, Virgoque Piſces.

item illud:

Libra quod eſt Ammon, Nepa, Bos, Geminos fuge Chiron,
Egan Cancer agit, Urna, Leo, Virgoque Piſces.

ubi forte legendum,

Chelas Cancer agit, Urnam Leo, &c.

Inter carmina Aſtronomica a Scaligero collecta etiam habentur poſt Aſtronom. vett. p. 164. cum epigraphe SIGNA COELESTIA. ubi primo verſu *junguntur*, ut in ed. Ald. quod ex ſcheda Cujacii etiam adfert Scaliger, pro *vertuntur*. quod in cod. S. Germ. ſecundo *poſt has* ed. Ald. & Scalig. & verſ. quinto *Pegaſus & Delphinus Telum Aquila*. Aldus edidit *Pegaſus & Delphin, Telum, Aquila, Anguitenenſque*. & ſeq. verſu *quem bis ſex ſidera complent*. ſeptimo *Hic Aries* Ald. & Scalig. & nono *poſt hos in partibus Auſtri*. duodecimo *Hunc ſequitur*. & quinto decimo *Hic Jovis* eadem editio, in ceteris cum codice S. Germani conſentiens. ultimi quatuor verſus in Auſonii editione Aldina deſiderantur. Plurima autem ejuſdem argumenti Carmina Aſtronomica, qualia nunc prae manibus habemus, occurrunt inter Manfredi Carmina, quae exſtant in Operibus ejuſdem Bedae Tom. I. p. 436. & ſeqq. ed. Colon. e quibus adferri meretur, quod *de curſu Solis & anni, & ſignis eorum* inſcribitur, ut maculam inde eluamus:

Aſtrorum curſus & Lunae, Solis & orbem,
Edidicit primum ſcripſitque Aegyptia nymphis,
Tradidit & curas hujus mortalibus artis,
Atque itiner Solis, per quod deducitur annus,
Zodiacum vocitans, ſignata indagine mira;
Quam bene declarat Macrobius ille ſagaci
Ingenio, ſtudioque probo docet eſſe laborem.
Hunc per biſſenas diviſit provida partes,
Partes ſigna vocans, quae convenienter notavit
Nomine, namque Aries coeli pars prima vocatur.

ſic ultima diſtinguenda, ut cohaereant cum ſequentibus, in quibus ſingula XII Signa deſcribuntur. Secundo illius Epigrammatis verſu emendandum eſt,

Edidicit primum ſcripſitque Aegyptia Memphis.

pro mendoſa lectione *nymphis*. ſic enim apud ipſum Manfredum Epigr. de annis emboliſmalibus pag. 441.

Aptius ut Memphis docuit, potes ipſa videre.

notum illud Martialis, *Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis*. quomodo autem primi Aegyptii mentes ad aſtrorum curſus exegerint, docet ipſe Beda in libro de Temporum Ratione cap. IX. pag. 62. Tom. II. Oper. quamquam primam Zodi-

Prolapsus, Lyra, Avis, Cepheus, & Cassiepea,
Auriga, & Perseus, Deltoton, & Andromedae astrum,
Pegasus, & Delfin, Telumque, Aquila, Anguitenensque.
Signifer inde subest; bis sex & sidera conplent.

Hinc

diaci inventionem alii Chaldaeis adscripserint. de quo vid. Cl. Gocns. ad Porphyr. cap. xxiv. pag. 113. 114. De his etiam xii Signis inveni in Schedis Heinsianis, quibus variae Lectiones in quaedam vetera Epigrammata ex Codice Scaligeri continebantur, barbarum epigramma, nulla metri vel pedum ratione observata, cujus hic erat titulus:

ITEM DE SIGNIS ALPHABETO DISTINCTIS, SED NON RITE CONSTAT LEX METRI IN HIS SICVLIS. (lege IN HIS SIGLIS vel SINGVLIS)

Aries informat primus cunabula mensis
Blanda quiete ruens rudisque primordia *(f. veris)
Corniger assurgens innato vertice Taurus
Decoquit adultas fluenti cespite fruges.
Exiat in radios Geminorum sidere Phoebus.
Flammeo contingens aestatis lumine cursum
Germina multipedis deformi corpore Cancer
Horreis invectat fecunda semina messium,
Jam tenet ardentem flammis micantibus axem.
Kanaida forma coeli decusque omne ferarum
Liberi dona ferens pudica corpore Virgo.
Musta probans vini dulcisque annuntiat haustum.
Numera bisseni distinguent tempora cursu.
Orbis membra secat aequato pondere Libra
Puncto minax tenui procurvat Scorpius armis.
Quantuia terrae noces tantum saluberrimus alto
Rigida contendat amoris dulcia tota.
Signi ferax trucis Sagittarius audax.
Tollitur in camera brumali circula nixus
Vultu cornigero assurgens Capricornus alacer.
Xcirca perfundit humidus Aquarius astra
Yxa nomen tenens decreto limite coeli
Zonalis habet ab extremo sidere piscis.

Sed missis his nugis, praestiterit, ut cum descriptione xii Signorum, tam hoc in Epigrammate, quam praecedentibus, conferamus Manilii locum ex Lib. I. 263.

Aurato Princeps Aries in vellere fulgens
Respicit admirans aversum surgere Taurum,
Submissa vultu Geminos & fronte vocantem,
Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem.
Aequata tum Libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,
In cujus caudam contentum dirigit arcum
Mixtus equo, volucrem missurus jamque sagittam,
Tum venit angusta Capricornus sidere flexus.
Post hunc inflexam defundit Aquarius urnam,
Piscibus adsuetas avide subeuntibus undas:
Quos Aries tangit claudentes ultima signa.

ubi *angusto Capricornus sidere flexus*, & *Post hunc inflexam* &c. merito acutissimum Bentlejum offendebant, ac proinde alterutrum mendosum censens castigabat,

———— angusta Capricornus sidere frigens.

ut *Capricornus gelu contrahitur* eidem Lib. II. 252. certe *gelidus Capricornus* etiam dicitur Germanico in Phaenom. Arat. v. 291. & 573. sed quia *frigens* paullo liberius a vulgato *flexus* recedit, & Capricornus in Imaginibus, Arateorum Syntagmati a Grotio ex vetustiss. Cod. Susiano insertis, dextro genu flexus, Aquarius autem conspicitur dextra manu invergens urnam, ex qua undas defundit, (vid. pag. 49. & 51. ed. Grot.) hinc altero potius versu emendandum videtur;

Post hunc inversam defundit Aquarius urnam.

ut *inflexam* exciderit librariis, quorum calamo inhaerebat *flexus*, sine praecedentis versus modo exaratus. *defundit* recte Scaliger, pro *effundit*, pro quo male *infundit* cod. Vossian. sic apud Germanicum v. 285.

Nec procul hinc dextra defundit Aquarius undas.

& v. 568.

Deucaleon parvam defundens indicat urnam.

ut ex cod. Puteaneo legendum, qui Grotii & Heinsii conjecturas firmat, pro corrupta scriptura in editis exstante, *parva defendens indicat urnam.* Lucanus Lib. I. 65.

Deucalioneas fudisset Aquarius undas.

Ausonius Epist. xxiv. v. 102.

Effusaque hiemem contristat Aquarius urna.

sic recte Gronovius, non *unda.* Secundo autem loci Maniliani versu male ab aliis editum esse *adversum Taurum* patebit ex iis, quae notat Huetius ad Lib. II. v. 366.

1. *Arcti junguntur*] vetus quoddam exemplar habebat *vertuntur.* VINET.

2. *genuque prolapsus*] ἐν γόνασι Graecis, *Nixus genibus* Ciceroni in Arato: *Nixus in genibus*, *geniculatus. ingeniculatus* Vitruvio libro nono. *ingeniculus* Julio Firmico libro octavo. *Nixus genu*, *Nixa genu*, & *genibus species*, Ovidio, Manilio, & aliis poëtis. VINET. vide Grotium ad Martian. Capell. pag. 282. & ad Aratea pag. 32. b.

3. *Cassiopeja*] Κασσιέπεια, id est, *Cassiepea*, apud Aratum, Ptolemaeum, Proculum, & alios Graecos. VINET. vide Grot. ad Germanici Aratea pag. 11. b. & quae notavi ad Tom. I. hujus Operis pag. 295.

5. *Pegasus & Delphinus, Telum, Aquila*] vetus

Hinc Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Urnam
Qui tenet, & Pisces. post sunt in partibus Austri
Orion, Procion, Lepus, ardens Sirius, Argo,
Idrus, Chiron, Turibulum quoque, Piscis & ingens.
Hinc sequitur Pistrix, simul Eridanique fluenta.
Sed vaga praeterea dicuntur lumina septem,
Luna, & Mercurius, Venus, ac Sol, Mars quoque fulgens.
Hinc Jovis & sidus super omnia sidera lucens,
Celsior his Saturnus, tardior omnibus astris.

EP. XLVIII.

FRAGMENTVM P. TER. VARRONIS ATACINI, EX CHOROGRAPHIA.

Vidit & aetherio mundum torquerier axe,
Et septem aeternis sonitum dare vocibus orbes,

Niten-

tus exemplar: *Pegasus & Delphin, telumque, Aquila, Anguitenensque.* VINET.

6. *bis sex & sidera complent*] *bis sena*, duodecim signa complent Zodiacum. *complens* tamen habebat vetus exemplar. VINET.

8. *Libra Scorpius*] ita exemplaria omnia: neque debuit quidam addere conjunctionem post *libra*, *libraque*: quoniam syllaba illa natura brevis produci potest propter sequentes duas consonantes, ut in carmen de Athenis annotavimus. VINET.

EP. XLVIII. FRAGMENTVM P. TER. VARRONIS ATACINI, EX CHOROGRAPHIA] Egregii hujus fragmenti versus quinque priores adfert Marius Victorinus Lib. I. Artis Grammat. p. 2503. ed. Putsch. & p. 77. ed. Commel. post Terentianum Maurum. Sed in utraque editione perperam versu quarto legitur

Laetitia stat tunc longae gratissima Phoebi.
Dextera consimiles &c.

edidit sub P. TER. VARRONIS ATACINI nomine Scaliger Lib. II. Catalect. p. 244. & in Astron. vet. poët. Fragm. p. 162. qui primos versus sic distinxit, ut exhibui, probante Ciofano ad Ovid. XV. Met. 522. sed quarto in versu *quae maxima Divis Laetitia stat* vitiosam procul dubio lectionem secutus est. Recte enim Janus Rutgersius in Venus. Lect. cap. 3. corrigendum monuit,

——— *quae maxima Divûm*
Laetitia est. At tum longe gratissima Phoebi
Dextera &c.

vid. Voss. II. de Art. Gr. cap. 6. pag. 180. & sic legit ac distinguit Hieron. Commelinus in praefat. ante Terentium Heidelb. 1587. a se editum. eadem haec emendatio etiam in mentem venerat Jacobo Tollio, qui hanc notam codici suo adleverat: *Conjeceram jam dudum legendum esse* Laetitia'st: *at tum &c. indicaveramque Cl. Graevio, cui tamen probare non poteram, objicienti stare Latinis poëtis pro esse saepe usurpatum, & brevem syllabam positione produci: quae quum vera esse non ignorarem, adeoque haesitarem, confirmavit me Ger. Jo. Vossius, feliciter ita hunc locum jam aliis emendatum asserens Lib. II. cap. 7. Art. Gramm. cui nunc innitor.* idem quoque Tollius pro *zonis accingitur orbis* conjecerat *incingitur*. totum vero carmen explicandum opinor ex doctrina Pythagorica & Platonica, quae statuebat animam mundi ex numeris fabricatam, & quemdam coelestium corporum esse concentum. ut operose exponit Macrobius Lib. II. in Somn. Scip. cap. 1 ad 4. qui de terra quinque zonis distincta agit cap. 5. ad 7. & de gemino Oceani ambitu, quo terra omnis circumfluitur, cap. 9. quae optimam huic fragmento lucem adfundunt. & de hac coelesti harmonia vide veterum loca prolata ab Henr. Lindenbrog. ad Censorin. de Die Nat. cap. XIII. Sextus versus & tres sequentes sub Varronis nomine adferuntur in Scholiis ad Bedae Librum de Temporum Ratione Tom. II. Oper. pag. 112. ed. Colon. sed hac scripturae diversitate,

Et quinque aetheriis Zonis accingitur orbis,
At vastant imas h. m. coloris: Sic terrae extr. in. m. col.
Quam Solis valido numquam ut auferat igne.

producuntur etiam in Salomonis Episcopi Constantiensis Glossario antiquissimo in *Zona*, ipso fine: sed ubi *A quinque*, & *ima hiemis. sic terre.* & versu nono *Quam Solis valido numquam adferat* *ignes*

Nitentes aliis alios: quae maxima Divis
Laetitia ſtat: tum longe gratiſſima Phoebi
Dextera, conſimiles meditatur reddere voces.
At quinque aetheriis zonis accingitur orbis.
Ac vaſtant imas hyemes, mediamque calores.
Sic terrae extremas inter, mediamque coluntur.
Qua Solis calido numquam rota ferveat igne.
Ergo inter Solis ſtationem, ac ſidera ſeptem

Ex-

ignes vitioſe legitur. ibidemque paullo ante hi verſus extant,

Quinque tenent coelum zonae, quarum una coruſca
Semper ſole rubens torrida ſemper ab igne.

ubi ſcribendum,

——— *quarum una coruſco*
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igne.

ut adfert ipſe Beda cap. 32. ſub poëtae veteris nomine, ſed nullo auctoris indicio; veteris certe poëtae ſunt, nam leguntur apud Virgilium Lib. I. Georg. 233. & ſic in illo Gloſſario emendandum eſſe probat Firmici locus Lib. I. Aſtrolog. cap. 4. de zonis, ubi iiſdem fere verbis, ex Marone deſumtis, *Harum zonarum quae media eſt, coruſci Solis incenſa luminibus, & ſempiterni ardoris adustione torrida, ignito colore perpetui ruboris inficitur.* quinta nempe zonarum ceteris eſt ardentior. Ovid. I. Met. 45.

Utque duae dextra coelum, totidemque ſiniſtra
Parte ſecant zonae, quinta eſt ardentior illis.

Decimum autem hujus fragmenti verſum cum tribus ſequentibus ex Priſciano tamquam ex M. TER. VARRONIS ORTHOGRAPHIA edidit H. Stephanus inter Fragmenta Poët. vet. pag. 333. & merito quidem ſuſpectum habet titulum ORTHOGRAPHIA. ſed cujus loco reſtituendum eſſe CHOROGRAPHIA, verſus ipſi ultro eum potuiſſent admonere. ultimum vero *Clauditur Oceano* &c. ex Soſipatro Chariſio eodemque Priſciano collocavit inter Fragmenta Varronis Atacini pag. 366. illum adferunt veteres iſti Grammatici, ut obſervent *mare* pro *mari* poſitum, more antiquo. utinam & praecedentem ſervaſſent, qui forte, quoniam ultimo verſu Africa indicari videtur, ſi conjecturae liberiori locus ſit, ſic poſſet ſuppleri:

——— *Huic extima fluctu*
Oceani, interior Neptuno cingitur ora:
Quippe Aſia hinc, illinc Europa; ſed Africa tellus
Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

ut Aſiam Europamque Oceano cingi innuat, quo modo Avienus Deſcript. Orb. v. 226.

Pontus enim noſtrae ſitus eſt ampliſſimus undae,
Hic Aſiae ab laeva praecingitur, Europamque
Excipit &c.

Africam vero claudi ſeu terminari dicit Oceano, ab occaſu nempe, Libyco mari a ſeptemtrione, Nilo flumine ab oriente. vid. Pomp. Melam Lib. I. cap. 2. & ſeqq. Priſciani Perieg. v. 8. 14. & ſeqq. & Stobaei Eclog. Phyſic. Lib. I. pag. 73. ed. Canter. Henrico igitur Stephano ſi Marii Victorini locus tunc in promtu fuiſſet, duas fragmenti hujus partes non ſeparatis exhibuiſſet locis, neque duobus diverſis Varronibus adtribuiſſet. Sequens fragmentum, obſcuriſſimum & ſine dubio corruptum, ex eadem Varronis Chorographia a Scaligero ibidem adjicitur. An primo forte verſu legendum *Omnivago Oceano?* ſecundo *Arctoo plauſtro.* & tertio *Heſperio Zephyrom (um) ſed Orion volvit ab aſtro, Furvo acrique Noto:* &c. vel *Udo acrique Noto* nam id perpetuum Notis epitheton. vid. Bentlej. ad Horat. IV. od. 5. 9 praeterea pro *bacchatur ab Aeua* ſcribendum eſt *Boreas bacchatur ab Haemo.* in Haemo enim Thraciae monte praecipue Boream regnare fingunt poëtae. Valer. Flacc. Lib. II. 515.

Qualis ubi a gelidi Boreas convallibus Haemi
Tollitur, & volucres Riphaea per ardua nubes
Praecipitat, piceo nec dum tenet omnia coelo.

ut legendum vere conjecit Patruus meus, pro *Hebri.* Statius VII. Theb. 42. ubi Martis domum deſcribit:

——— *Thracum Cyllenius arva ſubibat,*
Atque illum Arctoae labentem (*ſubeuntem* cod. Taurin.) *cardine portae*
Agmina nimborum, primique Aquilonis hiatus
In diverſa ferunt. & ſeqq. *ubi mille furoribus illi*
Cingitur, adverſo domus immanſueta ſub Haemo.

Germanicus Arateis v. 242.

— *Threicium Boream petis alter, & audis*
Stridentes auras, niveus quas procreat Haemus.

ſic lege, non *niveas.* & hinc Boreae ſedes Thraciae paſſim adſignatur. de quo Barth. Lib. VI. Adverſ. cap. 9. huc forte referendus *ventus Haematius* in verſibus, quos ex Lucretio adfert Jul.

Ru-

Exporrecta jacet Tellus. Huic extima fluctu
Oceani interior Neptuno cingitur ora.
Qu. * Europa *
Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

EP. XLIX.

EIVSDEM EX EADEM, SITVS VENTORVM.

Omnivomo Oceano Hyperion fulgurat Euro.
Arctaeo plaustro Boreas bacchatur ab Aeno.
Hesperio Zephyro sed Orion volvitur Istro.
Fulvo, acrique Noto vaga Cynthia proruit Afro.

EP. L. QVINQVE ZONAE, M. TER. VARRONIS.

Mundus domus est maxima rerum.
Quinque altitonae hanc framine zonae
Cingunt: per quas limbus pictus
Bissex signis stellimicantibus
Altus in obliquo aethere, Lunae
Bigas, Solisque receptat.

L I.

Rufinianus de Fig. Sent. inter Rhetores Fr. Pithoei pag. 28.

Nam si tu fluctus undasque e gurgite salso
Tollere decreris, ventum prius Haematium tu,
Ventum, inquam, tollas.

sed cum hi nusquam in Lucretio adpareant, non dubito *Lucilii* substituendum esse, quorum nomina passim fuerunt confusa. & recte me conjecisse postea vidi ex editione Fragmentorum Lucilii, inter quae hos versus edidit Fr. Douza pag. 4. eleganter autem *bacchari* dicuntur venti violentiores, & prae ceteris Boreas, de rabidis ventis inmansuetissimus. Ovid. l. Trist. 2. 29.

Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus adversa praelia fronte gerit.

idque imitatus Alanus ab Insulis Lib. I. Anti-Claud. 69.

Non ibi bacchantis Boreae furit ira, nec illic
Fulminat aura Noti.

vide Bentlej. ad illud Horatii Lib. I. od. 25. 11.

Thracis bacchante magis sub inter-
lunia vento.

dominari infra in Fragmento ex Prognosticis Germanici v. 46. *& toto Boreas dominabitur orbe.*

EP. L. QVINQVE ZONAE, M. TER. VARRONIS] ita hoc fragmentum edidit Scaliger in Catalect. pag. 246. & post Astronom. vett. pag. 163. sed paullo aliter adfert Turnebus Lib. XX. Advers. cap. 29. & ex Probo ad Virgil. Ecl. VI. leguntur hi versus inter Fragmenta Varronis pag. 96. ed. Dordrac.

Mundus domus est maxima homulli,
Quam quinque altitonae fragmine zonae
Cingunt, per quam limbus pictus bis sex signis
Stellimicantibus, altus in obliquo aethere, Lunae
Bigas Solisque receptat Posthumi, cui seplasia foetet.

sed Delrius Comment. in Senec. Herc. Oet. v. 1437. pag. 345. numeris suis sic reddidit:

Mundus domus est maxima rerum,
Quam quinque altisonae fragmine zonae
Scindunt; per quas limbus pictus
Bis sex signis stellimicantibus
Altus in obliquo aethere, Lunae
Bigas acceptat.

secundo versu vide an emendandum sit,

Quam quinque altitonae tramite zonae
Cingunt.

sed apud Probum, qui versus hos ex Varronis Cynicis, *Dolium aut seria* inscriptis, adfert ad Virg. Ecl. VI. 32. legitur, ut in antiquis Virgilii editionibus inveni,

Mundus domus est maxima homuli,
Quam quinque altitonae flammeae zonae
Cingunt.

& seqq. quae illis absolvuntur *Lunae Bigas receptat.* reliqua *Posthumi, cui seplasia foetet,* loco forte non suo his adhaeserunt.

LI. EX GERMANICI PROGNOSTICIS,

Fragmentum ineditum.

Jupiter est illo laeto magis, hic ubi solus
Vitavit flammas proprio bene lucidus ore,
Nec pecus in fetu fallit. nova turba repente
Mugiet e stabulis, alto balavit ovili.
Idem, ne tellus nimium siccata repente
Distituat fata, cum tetigit fera cornua Tauri,
Dat pluvias sorbetque datas; cum Pliade fugit
Atque adiit Geminos: Cancro placidissimus idem
Dat modicas vires, rapidos & temperat aestus.
Et Leo terribilis sub te pater ipse repellit
Instantes morbos & Ditis lumina cludit.
Incipit agricolis in Virgine sorbere vota,

Jam

LI. EX GERMANICI PROGNOSTICIS *Fragmentum ineditum*] Ut de Germanici, Principis eruditissimi, manibus, simulque de Musarum cultoribus bene mererer, hic, loco minime alieno, posteritati vindicare & in lucem proferre visum fuit insigne hoc, licet plurimis in locis foede maculatum, Fragmentum hucusque ineditum ex Ejus Prognosticis: cujus Operis duo alia fragmenta exhibuit Hugo Grotius in Arateor. Syntagm. pag. 94 & 125. eaque valde etiam corrupta in Notis suis egregie emendavit: tertium edidit & emaculavit in notis ad Phaenom. pag. 19. sed cui tamen XIV versus deesse adnotatum inveni in codice Scaligeri, in quo iisdem legebatur, subjectis XXVIII versibus ex Festi Avieni Arateis v. 1740 & seqq. Tria ista fragmenta ex Grotianis emendationibus castigata etiam dedit Jo. Conr. Schwartzius post Aratea Germanici, edita in ejus Miscell. Philolog. & Theolog. pag. 136—150. Sed quartum hoc, si recte memini, nemo antehac produxit. Debetur illud vetustissimo Codici Puteaneo, ex quo in fine Schedarum suarum, quae Scholiastem Germanici edito longe locupletiorem continebant, descripserat N. Heinsius, qui fragmenti hujus versum quintum decimum *Libra tumescentes* &c. ex illo codice adfert ad Ovid. Rem. Am. v. 83. antiquissimum vero hunc MS. esse testatur ad Heroïd. Epist. VI. 51. Ceterum sequebatur hoc carmen ex Prognosticis in isto Codice post v. 584. Phaenomenor. Arateor. Germanici, *Quod si nube cava Solis via forte latebit*, reliquis istius operis deficientibus, continuato ordine, quo ultimum hujus fragmenti versum excipiebat alterum illud majus a Grotio post Avieni Arat. Phaenomena editum pag. 125. quodque incipit *Aetherium ventis* &c. In edendis autem his versibus servandas existimavi codicis ipsius lectiones non minus mendosas, quam in Fragmentis a Grotio editis, ut habeant Viri docti, in quibus vestigia vetustae membranarum scripturae sequantur, si in iis castigandis acumen Criticum exercere nitantur. Adjungam interim conjecturas nonnullas, quae ad maculas locorum depravatorum eluendas nonnihil forte auxilii suppeditabunt.

v. 1. *Jupiter est illo laeto magis, hic ubi solus*] Legendum arbitror.

Jupiter est illo laetus magis, hic ubi Solis
Vitavit flammas &c.

v. 4. *balavit*] scribe *balabit*. & v. 7. *Destituat*.

8. *adiit*] sic correxerat Heinsius. *adit* in MS.

10 *Et Leo terribilis sub te pater ipse repellit*] interpungendum,

sub te, Pater, ipse repellit.

Ita enim Manilius Lib. II. 441.

Jupiter & cum matre Deûm regit ipse Leonem.

Pater ἁπλῶς est Jupiter. Virg. I. Georg. 283.

Ter Pater exstructos disjecit fulmine montes.

v. 283.

Ipse Pater, media nimborum in nocte, corusca
Fulmina molitur dextra.

& v. 353.

Ipse Pater statuit, quid menstrua Luna moneret:
Quo signo caderent Austri.

11. &

Jam tum maturae segetes, & * spice pendent
Ante larem primum perfecta messe corona,
Libra tumescentes musto bene percoquit uvas.
Scorpion ingrediens tua libra munera c̄dit,
Jamque sagittiferum scandens sua munera reddit
Numquam laetae hiemi, modice tamen in Capricorno;
Hydrocoon Piscesque agitat saevissimus idem,
Si statuit currus quocumque in sidere fessos,
Lanigero tonat, & Poeni per terga Leonis,
Omniaque hibernis permiscet mensibus astra.

Atque

11. *& Ditis lumina claudit*] *limina claudit* recte Heinsius. notum illud Propertii Lib. IV. El. XI.

Panditur ad nullas janua nigra preces.

Manilius Lib. II. 950.

Ne mirere, nigri si Ditis janua fertur,
Et finem vitae retinet, mortique locatur.

vide Goldast. ad Columban. Carm. II. v. 55. *nigri reserantur limina Ditis.*

12. *in Virgine sorbere vota*] *solvere* haud dubie corrigendum.

13. *& spice pendent* &c.] haec ita emaculabat N. Heinsius,

——— & spicea pendet
Ante larem primum perfecta messe corona.

verissime. intelliguntur enim coronae, quibus Cererem, aliaque numina agrestia, & Lares rurales ornabant. ut in illo Tibulli Lib. I. El. 1. 19.

Flava Ceres, tibi sit nostra de rure corona
Spicea, quae templi pendeat ante fores. &c.
Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri
Custodes, fertis munera vestra, Lares.

ubi elegantissimas Broukhusii notas consule. recte etiam *perfecta messe*, pro *perfecta*. ut apud Ovid. I. Amor. 15. 12.

Dum cadet incurva falce resecta Ceres.

ubi *seges* in aliis. sed alterum Heinsius probat ex versu in Catalectis Pithoei,

Hic gaudet curva falce resecta Ceres.

qui est ex Epigr. de Navigatione, quod edidi Tom. I. pag. 504. sed ubi *recisa* legitur. Rem. Am. 191.

Temporibus certis desectas alligat herbas,
Et tonsam raro pectine verrit humum.

ubi *decerptas* in cod. Palatino. sed *desectas* vindicat Heins. & de foeno exponit. quod firmatur ex XIV. Met. 646. de Vertumno,

Tempora saepe gerens foeno religata recenti,
Desectum poterat gramen versasse videri.

idem Vertumnus apud Propertium IV. 2. 26.

Da falcem, & torto frontem mihi comprime foeno,
Jurabis nostra gramina secta manu.

ubi *semina jacta* male in Dorvilliano secundo. *secta* in aliis.

16. *Scorpion ingrediens tua Libra munera c̄dit*] *condit* recte Heins. sed & *Libra* vitiosum est, & pro eo legendum conjiciebat Janus Helvetius, variae & solidae doctrinae atque amicitiae nomine carissimum mihi caput, *tua*, *Liber*, *munera*, vinum nempe. ut in illo Horatii IV. od. 15. 26.

Inter jocosi munera Liberi.

Virg. III. Georg. 525.

——— non Massica Bacchi
Munera, non illis epulae nocuere repostae.

supra Lib. IV. Ep. CLXXIX.

Reddat & Autumnus Bacchi tibi munera semper:

sic *munera Cerealia*, & sim. vid. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 173. Idem v. 20. suspicabatur emendandum

Si statuit cursus quocumque in sidere fessus.

sed currus hosce Jovi, deo summo, a veteribus tributos, e quibus fulmen & tonitru ejaculabatur, vindicat sequens versus *Lanigero tonat*, seu in Ariete, & praesertim illud Horatii Lib. I. od. 12. fin.

Tu gravi curru quaties Olympum,
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

& od. 34. 8.

——— namque Diespiter
Igni corusco nubila dividens,
Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucremque currum.

v. 17. *sagitterum* compendio scripturae pro *sagittiferum*, ut edidi, erat in cod. Putean. & v. 22. *biberni* pro *bibernis*.

Atque * Phoebeus Mavors effugerit ignes,
Sive Aries Geminique deum, five acre Leonis
Sydus, & aequatae librato pondere Chaelae,
Aut arcu pollens, aut imbris * furor habebit,
Siccatis caecus nebulis hebetabitur aër,
Nullaque praecipites agitabunt aequora venti.
His idem lentos * ignis cum fupprimit ignis,
Velliger & nigra curfus ftatione tenebat,
Tunc crebro magnus tonitru pulfabitur aether,
Tum refoluta dabit nimbos cum grandine nubes,
Sed magis hibernae fteterit cum fidera partis,
Effundet totas violentior * numine vires

Ad

23. *Atque Phoebeus Mavors*] fine dubio fcripferit Germanicus,

At quam Phoebeos Mavors effugerit ignes.

& paullo poft v. 26. pro *imbris furor* caftigandum puto,

Aut arcu pollens, aut imbris fufor habebit.

ut primo verfus membro Centaurus Chiron intelligatur, qui fimiliter *arcu pollens* dicitur in carmine Afclepiadii fupra edito Ep. XXXII. & paffim *arcitenens*, *arcu minax*, vel *arcum tendens* in iifdem Epigrammatib. de Signis Coeleftibus. *imbris* autem *fufor* eft Aquarius. ut in Juliani Epigr. XXIX.

Armatufque arcu Chiron, & Corniger Hircus,
Fufor aquae fimul, & fulgenti lumine Pifces.

Ep. XXXV.

Atque amnem fundens, & Pifces fidus aquofum.

& Ep. XXXIX.

Quique refundit aquas, & Pifces ultimus ordo.

hinc in loco Manilii Lib. II. 273.

Poft hunc inverfam defundit Aquarius urnam.

ut legendum, non *inflexam diffundit*, notavi, fupra pag. 334. quod firmatur ex pictura Menfium e vetuftis codicibus edita a Lambecio, Bucherio, aliifque, ad Epigrammata de Menfibus (de quibus infra) in Februario, ubi inter alias figuras urna Aquarii, a quo menfis ille incipit, aquam effundens confpicitur.

24. *Sive Aries Geminique deum, five acre Leonis Sidus*] *acri* fcriptum erat in cod. Putean. *acre Leonis fidus* dicit, ut *animofa Leonis figna* Propertius Lib. IV. El. I. 107. pro *deum* Janus Helvetius corrigendum cenfebat *domum*, vel *diem*, voce hoc fenfu Manilio & Virgilio quoque adhibita. Singulis enim ftellis fua datur *domus*, feu *fedes*, qua voce etiam Manilius utitur. Auctor Fragmenti poft Cenforinum editi cap. 3. fin. *Multum refert, cujus quaeque ftella domus fit, alienae an ipfius: Domus Solis eft Leo.* (in MSS. *cujus quaeque ftellae domus; alienae an ipfius fit. Domus Solis Leo.*) *Lunae Cancer. Mercurii Virgo & Gemini. Veneris Libra & Taurus. Martis Scorpio & Aries. Jovis Sagittarius & Pifces. Saturni Capricornus & Aquarius.* fic *domus* de ventis, apud Virg. I. Georg. 371.

Eurique Zephyrique tonat domus.

v. 29. idem legendum putabat,

His idem lentos Pifces cum fupprimit ignis.

priora enim omnia Zodiaci fidera memoraverat, in quae aliquod Martio fideri imperium. *lentos* autem dixit, quia, ut ait Germanicus in Phaenomenis v. 243.

Non illis liber curfus, fed vincula cauda
Singula utrumque tenent uno coëuntia nodo.

quod patet ex Icone pag. 39. ed. Grot. feq. verfu *tenebit* fcribendum pro *tenebat*. & v. 33. *fteterint* pro *fteterit*.

34. *Effundet totas violentior * numine vires*] Nic. Heinfius in margine apographi conjecerat *violento murmure*, vel *turbine*, quod melius, quia *murmura Tauri* mox fequuntur. fed retineamus *violentior*, & cum Jano Helvetio potius legamus,

Effundet totas violentior agmine vires.

ut *immenfum agmen aquarum* Virgilio I. Georg. 322.

Saepe etiam immenfum coelo venit agmen aquarum,
Et foedam glomerant tempeftatem imbribus atris
Collectae ex alto nubes.

fequenti verfu corrigendum *At modicos imbres proni cum murmure Tauri.* *pronum Taurum* intellige, ut fupra Ep. XL. *Inflexusque* (fic legend.) *genu projecto corpore Taurus.* fed totum locum idem Janus Helvetius verfu uno tranfpofito fic conftituendum divinabat,

Sed magis hibernae fteterint cum fidera partis,
Frugiferamque Deam vel brumalem Capricornum,
At modicos imbres proni cum murmure Tauri
Aliger, & liquido non faevus ab aethere fundet,
Infertus Cancro, terras, cum letifer ortu
Sirius adflavit nocituro, temperat aeftus.

poft verfum vero fecundum aliquid deeffe putabat, cum faeva omnia in Virgine & Capricorno moveat.

Ad modicos himbres proui cum murmura Tauri
Frugiferamque Deam vel brumalem Capricornum
Aliger, & liquido non saevus ab aethere fundet
Incertus Cancro. terras cum lethifer ortu
* Strius afflavit nocituros temperat aestas.
Scorpios ad prime qua * colit acumine cauda,
Frigidaque extremi jam claudunt sidera Pisces,
* Maritia non illos turbavit * itelaneque imbres
Haut ulla condet nitidos caligine soles
Sed * di forte diem victus mutaverit aër,
Et ventos aut fundet aqua gelidissimus unde
* Rim rigor & toto Boreas dominabitur orbe
Ad * flaciles glebae * bas ta stringit frigore verno
Alma Venus pecudis claro cum vellere fulsis
Sub lucem exoriens, eademque ubi tempore eodem
Athereum venit * austros super imbribus * astros.

Ep.

moveat. vide secundum Germanici Fragmentum apud Grotium p. 127. dein verissima emendatio est, *liquido non saevus ab aethere fundet*, *Infertus Cancro*, *terras*. *terras findere* Sirii ad instar, notum quid sit. Mercurium non fissurum terras rapido sub sidere Cancri, docent sequentia *cum letifer ortu Sirius adflavit nocituro*, *terras* nempe, quod repetendum, ut in illo Virg. V. Aen. 739. *Et me saevus equis Oriens adflavit anhelis*. illa autem *ortu nocituro* interpunctione discernenda a sequentibus, & *nocituro* corrigendum erat pro *nocituros*. tum *temperat aestus* legendum pro *aestas*. nimirum quia *juvat aura Favoni*, ut est in fragm. apud Grot. pag. 127. & sic legendum in Arateis, de Sirio v. 352. pag. 60. ex vetusto Scaligeri codice,

Cum tetigit Solis radios, accenditur aestus.

non *aestas*.

40. *Scorpios ad prime qua colit*] verissime Heinsius *at primae qua tollit acumine caudae*. dein vitiosam codicis scripturam sic emaculo,

Martia non illos turbabunt tela neque imbres,
Aut ulla condent.

nisi *condet* referendum ad *aerem victum* in seq. versu. ubi *di* pro *si* in cod. Putean. deinde pro *aqua* & corrupta lectione *Rim rigor*, cogitabam,

Et ventos aut fundet aquas, gelidissimus unde
Fit rigor.

sed *gelidissimus undae* (vel *undis*) *Irruet*, vel *Ingruet*, *& toto Boreas* &c. praeferebat amicissimus Helvetius.

47. *Ad * flaciles glebae * basta stingit frigore verno*] ductum mendosae membranarum scripturae secutus haec & sequentia sic constituenda arbitror;

At faciles glebas astringit frigore verno
Alma Venus, Pecudis claro cum vellere fulsit
Sub lucem exoriens.

primo nempe versu *glebas astringit* librarii manus voluit, haesitans an *glebae* vel *glebas* scriberet, unde enatum *glebae bas ta stringit*. seq. versu *Pecudis claro cum vellere*, litera majuscula, Arietis nempe. ut in fragmento apud Grotium pag. 126. in fin.

Cum Pecudis villis auratum fulserit astrum.

ubi Heinsius conjecerat *Cum rutilum villis auratis fulserit astrum*. ultimum versum, a quo incipit fragmentum majus a Grotio editum, sic ex editione Astronom. veterum Aldina an. 1499. ubi legitur post *Hydram*, (nam duo minora ex MS. produxit Grotius) in suo Syntagmate exhibuit,

Aetherium venit thalamum super imbribus atrum,
Et tonitru, crebraque abscondit grandine terras.

in notis vero pag. 27. legendum existimat

Aetherium venit Taurum super, imbribus atris,
Et tonitru &c.

illud enim fragmentum de Stella Veneris a Tauro incipere notat, recte odoratus aliquid de Ariete deësse: quod hic modo praecessit *Pecudis claro cum vellere fulsit Sub lucem exoriens*. in codice autem Puteaneo *Aethereum venit austros super imbribus astros* vitiose legebatur, sed *Taurum super, imbribus atris*, bene conjecisse videtur Grotius, nisi malis cum Jano Helvetio,

——— *eademque ubi terga reliquit*
Arietis, in Taurum venit super, imbribus atris &c.

super,

SCHOLASTICORVM XII POETARVM DESCRIPTIO QVATVOR TEMPESTATVM ANNI.

thema eſt ex his Ovidianis. (Lib. II. Met. 27. & ſeqq.)

Verque novum ſtabat, cinctum florente corona.
Stabat nuda Aeſtas, & ſpicea ſerta gerebat.

Sta-

ſuper, pro deſuper, vel ſuperne. *Arietis* prims longa & triſyllabice, ut in *Abiete*, & ſim. *imbribus atris* veriſſima lectio eſt. ut in illo Virgilii I. Georg. 235. de zonis:

Quam circum exteemae dextra laeveque trahuntur
Caerulea glacie concretae atque imbribus atris.

ex quo veriſſime Bentlejus ad Horat. III. od. 24. 39. corrigit locum Firmici Lib. I. Aſtrolog cap. 4. de Virgilianis his verſibus expreſſum: *duae vero quae extremas mundi partes continent, dextris laeviſque lateribus inhaerentes, caeruleo colore ſignatae, atris ſemper imbribus* (male vulgo *nubibus*) *inundantur, & concretae* (non *concreta*) *glacie & ſempiternis pruinis & duratis gelu nivibus obſidentur.* Ceterum continuato tenore haec & ſequentia Fragmenti illius, ab Aldo & Grotio editi, connectebantur cum fragmento hoc codicis Puteanei, unde primi illud produximus, quod diligentiori cura, ut ſperamus, viri eruditi emaculare dignabuntur.

DESCRIPTIO QVATVOR TEMPESTATVM ANNI] ita edidit Pithoeus pag. 170. & ſeqq. & Scaliger pag. 160. TETRASTICHON DE QVATVOR TEMPORIBVS cod. Thuan. DE QVATVOR TEMPORIBVS ANNI OVIDII Voſſian. qui titulus etiam praeſcribitur in ed. Veneta an. 1480. ubi uno tenore omnia epigrammata junguntur, & OVIDII primo, Scholaſticorum vero poëtarum nomina ceteris non praeſcribuntur. ſic & in Vincent. Brixienſi, & Veneta 1487. niſi quod in his ſingula ſeparentur epigrammata. In Aldina utraque titulus eſt, QVATVOR ANNI TEMPESTATES. addito OVIDII nomine primis quatuor verſibus. reliquis praemittitur INCERTI AVTHORIS. Scaliger vero & Pithoeus eorumdem poëtarum XII Scholaſticorum, quorum Epigrammata de Ortu Solis & Iride ſupra dedi, nomina illis reddiderunt. Conparari cum his meretur epigramma, quod inter epitaphia vetera ſupra edidi Lib. IV. Ep. CLXXIX. pag. 130.

Ver tibi contribuat ſua munera florea grata,
Et tibi grata comis nutet aeſtiva voluptas,
Reddat & Autumnus Bacchi tibi munera ſemper
Ac leve hiberni tempus tellure dicetur.

ſic enim ediderunt illi, quos in notis indicavi, & ex veteri Moroni codice deſcripſit N. Heinſius. nec aliter illud inveni in Schedis meis Italicis Antiquarum Inſcriptionum Sarſinae, profertque Bonifacius de comp. epitaph. pag. 189. ſed primo verſu legendum videtur *florea rura* vel *prata*. & ultimo, *At gelida hibernum tempus tellure videtur.* In Fragmentis Petronii pag. 878. ed. noviſſ.

Jam nunc ardentes Autumnus fregerat umbras,
Atque hiemem tepidis ſpectabat Phoebus habenis:
Jam platanus jactare comas, jam coeperat uvas
Adnumerare ſuas defecto palmite vitis:
Ante oculos ſtabat, quidquid promiſerat annus.

has quatuor anni Tempeſtates variis ſymbolis veteres expreſſerunt. qualia in veteri toreumate argenteo, quod olim fuit apud Epiſcopum Atrebatenſem Perenottum Granvellanum, occurrentia ex Mythologia antiqua expoſuit Steph. Vinandus Pighius poſt libellum Themidis Deae titulo editum Antv. 1568. Sed praecipue cum hac deſcriptione IV Tempeſtatum anni, ex Ovidianis verſibus adumbrata, conferenda eſt Tabula ex vetuſtiſſimo codice Suſiano ab H. Grotio inſerta Arateis p. 95. in qua conſpicitur Ver, capite floribus ornato, Aeſtas ſpicis, Autumnus racemis & uvis, Hiems vero anili vultu, pannoſa calyptra velato. vide Grotii notas ad Imagines pag. 71. & ad illuſtrationem horum Epigrammatum egregie faciunt numismata Caracallae, Commodi, Juliae Domnae, Cari & Carini, aliorumque, cum epigraphe, TEMPORVM vel SAECVLI FELICITAS, vel FELICIA TEMPORA, TELLVS STABILITA, vel FECVNDITAS, ΕΥΤΥΧΕΙΣ ΚΑΙΡΟΙ, & ſim. In quibus quatuor puellae, IV Tempeſtates anni indicantes, ſupra globum coeleſtem, quae manu ferunt fructus, ſingulis temporibus proprios; vel quatuor pueri, quorum unus tenet caniſtrum floribus repletum, alter falcem, tertius fructus & leporem, quartus veſte tectus lignum & gruem, ver, aeſtatem, autumnum, & hiemem notant. qualia in noſtro poſſidemus Cimelio, & producuntur atque illuſtrantur a Triſtano Tom. II. Comment. p. 126. in Numiſm. e Muſeo Abbatis de Camps pag. 51 & 119. Muſeo Piſano Tab. XXVIII. Muſ. Florent. Vol. IV. Tab. XLIII. N. 3. Tab. XLIV. 1. & Tab. LXXXI. N. 2. in Cimelio Auſtriaco Vindob. Tom. II. Tab. LI. N. 2. a Fr. Blanchino ad Kalendar. & Cycl. Caeſar. pag. 30. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cerer. v. 123. pag. 724 ad 727. & a Jac. Gronovio Diſquiſ. de Icuncula Smetian. pag. 47. qui ipſam illam Icunculam eadem ratione toto libro explicuit, & ad IV anni Tempeſtates retulit.

cinctum florente corona] *circumflorente* cod. Thuan.

Sta-

Stabat & Autumnus, calcatis fordidus uvis.
Et glacialis biems, canos hirfuta capillos.

EP. LII. BASILIVS.

Vere finum Tellus aperit, florefque miniftrat.
Tempore Solis, ager meffes fert pinguis opimas.
Foecundos, Autumne, lacus de vitibus inples.
Vis Hiemis glacie currentes alligat undas.

EP. LIII. ASMENVS.

Frigoribus pulfis nitidum Ver aethera mulcet.
Scindit agros Aeftas Phoebeis ignibus ardens.
Autumno dat Hiems miftum vicina teporem.
Labentes haec durat aquas, & flumina nectit.

EP. LIV. VOMANVS.

Ver pingit vario gemmantia prata colore:
Ignea veftit agros culmis Cerealibus Aeftas.

Vi-

Stabat & Autumnus calcatis fordidus uvis] *fordibus* cod. Thuan. & Leid. vitiofe. idem fere verfus Lib. IV. Faft. 897. ut notavit Ciofanus,

Venerat Autumnus calcatis fordidus uvis.

Columella Lib. X. 43.

Cum fatur Autumnus, quaffans fuo tempora pomis,
Sordidus & mufto fpumantes exprimet uvas.

ubi vide Schoetgenium. & Weitzii notas ad Dracont. v. 539. fequenti verfu *capillis* in cod. Voff.

EP. LII. BASILIVS] ASMENVS Petav. & Thuan.

Vere finum tellus aperit f. m.] Bion Idyll. Εἴαρι πάντα κύει, πάντ' εἴαρ⸗ ἅδεα βλαςεῖ. Minutius Felix (cap. 17.) *Ver aeque cum fuis floribus, & aeftas cum fuis meffibus, & autumni maturitas grata, & biberna olivitas neceffaria.* LINDENBR.

Tempore Solis ager meffes fert] *meffis* & feq. verf. *Foecundus* Thuan. *meffis* etiam in Vincent. Brix. & Ven. utraque. & v. 4. *Amnis byems glacie currentis.* nifi quod in Ven. 1480. *Vis byems glacie.*

Vis biemis glacie curr. alligat undas] *gemis glacies* corrupte in cod. Voff. pro *alligat* Heinfius conjecerat *aggelat.* quod verbum, faepius cum altero confufum, aliis quoque poëtarum veterum locis reftituit in notis ad Ovid. I. Met. 548. vulgata tamen etiam vindicari poteft loco Columellae Lib. X. 76.

Verberibus gelidis, iraeque obnoxia Cauri,
Alliget & faevus Boreas, Eurufque refolvat.
Poft ubi Riphaeae torpentia frigora brumae
Candidus aprica Zephyrus regelaverit aura.

ubi in margine libri fui etiam *Aggelet & faevus Boreas.* fed poftea recte repudiavit. nam *Alliget* & *refolvat* opponuntur, & mox fequitur *regelaverit.* neque hoc etiam loco *alligat* improbo. nam fic Epigr. feq. *flumina nectit.*

EP. LIII. ASMENVS] VOMANVS Petav. & Thuan.

Nitidum ver aethera mulcet] *nitidus* & paullo poft *mixtus* cod. Thuan. feq. verfu *Scindit agros aeftus* in fola Venet. 1480. vide infra ad Ep. LX.

Albentes baec durat aquas] v. c. *Labentes.* bene. Sed nec male *Albentes*, id eft quae antea albebant. Sidonius Apollin. *candentes* dixit. LINDENBR. *Labentes baec durat aquas* Petav. & Thuan. *Albentes* Vinc. Brix. utraque Veneta, Aldinae, Scaligeri & aliae editiones. *algentes* legebat N. Heinfius. ut *unda algida* in Epigr. Afclepiadii de Amne glacie concreto,

Unda capax ratium, plauftris iter algida praebet.

& fic apud Statium Balneo Etrufci legendum effe idem Heinfius adfcripferat.

EP. LIV. VOMANVS] EVFORBVS in Petav. & Thuan.

Ver pingit vario gemmantia prata colore] *calore* cod. Voff. perperam. *varium colorem* accipe de floribus verficoloribus. hinc eleganter *gemmantia prata* vocat florentia, feu floribus illis, gemmarum inftar, fplendentia. ut infra Ep. LIX. Afclepiadii,

Ver agrum gemmis nitidum ftellantibus ornat.

ubi *ftellantes gemmas* dicit, ut Venantius in Carmine de Pafchate v. 17.

Mollia purpureum pingunt violaria campum,
Prata virent berbis, & micat berba comis.
Paulatim fubeunt ftellantia lumina florum,
Fletibus arrident gramina cuncta fuis.

 fic

Vitibus Autumnus turgentes detrahit uvas.
Frigidus hiberna eſt gravidus nive nubilus aether.

EP. LV. EVPHORBVS.

Vere Venus gaudet florentibus aurea ſertis.
Flava Ceres Aeſtatis habet ſua tempore regna.

Vini-

ſic lege. noo *ſtillantia.* ut *ſtellantia* & *ſtillantia ſaxa* confuoduntur in MSS. Prudent. Pyſch. 867. in Epigrammate Vomani de laudibus Hortuli, v. 12. quod edidi Tom. I. pag. 489.

Flores nitejcunt diſcolori gramine,
Pinguntque terras gemmeis honoribus.

Solinos fragmento Ponticorum apud Pith. p. 122. Poëmat. vet.

——— tibi primum candidus aether
Aſtrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.

ubi infeliciter Barthius *geniavit.* Lucretius Lib. II. 319.

Lanigerae reptant pecudes, quo quamque vocantes
Invitant herbae gemmantes rore recenti.

Virgilius in Culice v. 69.

Florida cum tellus gemmantes picta per herbas
Vere notat dulci diſtincta coloribus arva.

ubi in marg. ed. Scalig. & Pith. *geminantes.* in cod. Petav. *gemmatis.* quod vulgatae favet. ſic in carmine Aſclepiadii de Sigois coeleſtibus, ſupra edito Ep. XXXII. *& Cancri gemmantis imago.* ubi Barthius *geminantis* Lib. XXXII. Adv. cap. 19. eadem varietate apud Dracontium Hexah v. 512.

Et geminata ſuo redeunt virgulta ruboris.

ubi recte Cruſius in Probab. Crit. I. pag. 278. emendat,

Et gemmata ſuo rident virgulta rubore.

Columella Lib. X. 37.

——— Paeſtique roſaria gemment.

in Carmine Didus ad Aeneam v. 73. edito Tom. I.

——— gemmatis roſcida Veſti
Rident prata roſis.

Venantius Lib. VI. Carm. I.

Promittens gravidas ramis genitalibus uvas
Palmite gemmato vitis amoena tumet.

ſed plura vide apud Tollium ad Auſon. Cupid. Cruci adfix. v. 74. pag. 336. Rivinum ad Pervig. Ven. pag. 65. Weitz. ad Petroo. pag. 281. & Taubmao. ad Culic. pag. 54.

Ignea veſtit agros culmis Cerealibus aeſtas] elegantiam hujus locutionis illuſtrarunt Jac. Gronov. in Diſquiſ. de Jcunc. Smet. pag. 86 & 87. & J. Daviſius ad Cic. II. de Nat. D. cap. 39.

Frigidus biberna eſt gravidis nive nubilus aether] *At frigore biberno gravidus nive: nubilus aether* Venet. 1480. *Frigidus biberna gravidus nive nubilus aether* Vincent. Brix. & Venet. 1487. *Frigore at hyberna eſt gravidus nive nubilus aether* utraque Aldina. hinc legi poſſet *Frigore at biberno eſt gravidus nive nubilus aether.* ut *frigore biberno* jungantur. ſic Ep. ſeq. *Imperium ſaevis biberno frigore ventis.* & Ep. LVII. *Deponunt frondes biemali frigore ſilvae.* ubi Aldus *tempore* male ſubſtituit. ut notavit Tollius ad Auſon. pag. 432. *gravibus nive nubibus* cod. Voſſian. unde *gravidis nive nubibus* emendabat Heinſius. *gravibus* etiam in Petav. *bibernon eſt gravibus nive nubibus* Thuan. Auctor Panegyrici ad Piſooem v. 139. loco adpoſito, ſed nonnihil mendoſo, quem ex Heinſiano ingenio emendatum hic exhibebo,

Ipſa vicis Natura ſuae variata recurſus
Ordinat, in vernis nec frondibus explicat annum.
Non ſemper pluviis adopertus nubibus aether
Aurea terrificis obcaecat ſidera nimbis.
Ceſſat biems, madidos ut ſiccet vere capillos.
Ver fugit aeſtates, aeſtatum terga laceſſit
Pomifer autumnus, nimbis ceſſurus & udis.

ſolito Pithoeus & Cortius ediderunt,

Ipſa vices natura ſubit, variataque curſus
Ordinat, inverſis & frondibus explicat annum.
Non ſemper fluidis &c.

deinde,

— madidos & ſiccat vere capillos.

ultimo Cortius dedit, *nebulis ceſſurus, & undis.* eo autem in loco vices quatuor temporum anni ita depinguntur, ut videatur auctor illa Horatii ante oculos habuiſſe Lib. IV. od. 7. 9.

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis,
Arboribuſque comae.
Mutat terra vices, & decreſcentia ripas
Flumina praetereunt.
Frigora miteſcunt zephyris, ver proterit aeſtas
Interitura, ſimul
Pomifer autumnus fruges effuderit; & mox
Bruma recurrit iners.

EP. LV. EVPHORBVS] IVLIANVS in Petav. & Thuan.

Vere Venus gaudet florentibus aurea ſertis] pro *ſertis* in cod. Voſſ. *tenis.* unde *taeniis* eliciebat Heinſius. quomodo etiam legebat apud Calpurnium Ecl. II. 29.

Et mea frondenti circumdat tempora taenia.

& videndas eſſe Groovii Obſervationes notaveras.

Vinifero Autumno summa est tibi, Bacche, potestas.
Imperium saevis hiberno frigore ventis.

EP. LVI. IVLIANVS.

Vere gravis fundit Tellus cum floribus herbas.
Frugiferas arvis fert Aestas torrida messes.
Pomifer Autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox humus hibernis albescit operta pruinis.

EP. LVII. HILASIVS.

Vere novo laetis decorantur floribus arva.
Ac riget aestivis hirsutus campus aristis.
Labra per Autumnum musto spumantia fervent.
Deponunt frondes hiemali frigore silvae.

EP.

verat. nempe Lib. III. cap. 13. pag. 550. qui tamen *taeda* in illo Calpurnii loco defendit. poterat etiam Heinsius hanc conjecturam nonnihil firmare ex Virg. V. Aen. 269.

Puniceis ibant evincti tempora taeniis.

ubi vid. Serv. & Festum in *taenias.* Prudentius II. contra Symmach. v. 1105.

——— & bene cingunt
Tempora taeniolis, & licea crinibus addunt.

seq. versu *tempora* ed. Brix.

Vinifero Autumno] sic omnes edd. vetustae. *Vivifero* cod. Voss. unde *Uvifero* ex MSS idem Heinsius ad Silium Ital. Lib. VII. 207. confirmatur enim id a Petaviano & Thuaneo codice. sequenti versu idem correxerat *hiberna in frigora.* quod admittendum videtur. licet vulgata in Petav. Thuan. & Vossii codice legatur.

EP. LVI. IVLIANVS] HYLASIVS Petav. & Thuan.

Pomifer Autumnus t. d. p. fructum] *Pomiferas A. t. d. p. fructus* corrupte in Thuaneo. *Pomiferas* enim profluxit ex praec. vers. *Frugiferas.* ultimo versu *Mox hyems hibernis* ed. Vinc. Brix. & Venetae.

EP. LVII. HILASIVS] PALLADIVS Petav. & Thuan.

Vere novo laetis] *Vere novis lecto* cod. Voss. & Petav. *novis lecto* Thuan.

Labra per Autumnum musto spumantia fervent] adstrui hoc versu potest emendatio Delrii in Orientii Commonitorio Lib. I. pag. 9. ed. Schursf. loco perquam simili,

Ver varios blando perfundit germine flores,
Aestas jam gravida fructibus arva coquit.
Autumnus musto madidus praepinguis oliva est.
Ignibus admotis frigora nescit hyems.

ubi vulgo edebatur *multo.* sed & legi illic mallem, deleto *est*, & sine ulla distinctione,

——— praepinguis olivâ
Ignibus admotis frigora nescit hiems.

ut *praepinguis olivâ* ad solam hiemem referatur. quomodo in Tertulliani Carmine de Judicio Domini v. 5.

Quisve hiemi placitas semper laudabit olivas.

ubi vide Rivini notas. & qui hoc Tertulliani loco illud Minucii Felicis cap. XVII. *hiberna olivitas necessaria*, recte vindicat, J. Fr. Gronov. Observ. ad Script. Eccles. cap. VII. pag. 79. ut autem hic *labra per Autumnum musto spumantia*, sic infra Epigrammate LXIII. Vitalia

Dat musto gravidas Autumnus pomifer uvas.

& apud Columellam Lib. X. 44. de Autumno ——— *& musto spumantes exprimet uvas.* sic *mustis uva tumere* dicitur Ovidio Lib. I. Am. 15. 11. & his poëtarum posteriorum descriptionibus colores imitationis praebuisse videtur illud ejusdem Nasonis in Rem. Amor. 187. seqq.

Poma dat Autumnus; formosa est messibus aestas;
Ver praebet flores; igne levatur hiems.
Temporibus certis maturam rusticus uvam
Deligit, & nudo sub pede musta fluunt.

delenda est levis macula in Bedae Hymno III. de celebritate quatuor temporum pag. 443.

Autumnus placidas praetexit collibus uvas &c.
Arbore poma legit per cellas unà reponit.

ubi

EP. LVIII. PALLADIVS.

Ver placidum vario nectit de flore corollas.
Spicea ferta gerit calidiffima folibus Aeftas.
Temporaque Autumni cingunt tua, Bacche, racemi.
Triftis hiems montes niveo velamine veftit.

EP. LIX. ASCLEPIADIVS.

Ver agros gemmis nitidum ftellantibus ornat:
At fervens Aeftas pinguiffima frugibus arva.
Mox Autumnali redolet vindemia foetu.
Fronde nemus male nudat Hiems, amnefque rigefcunt.

EP.

ubi legendum *vina reperit.* fequenti verfu pro *Deponunt* in cod. Pet. Thuan. Voff. edd. Vinc. Brix. & Venetis, *Et ponunt.* in quibus *Et riget* fecundo verfu. *At riget* in Aldina utraque, & *Deponunt frondes hyemali tempore fylvae.* male. vide paullo ante ad Ep. LIV.

EP. LVIII. PALLADIVS] ASCLEPIADIVS in Petav. & Thuan.

Vario nectit de flore corollas] *comas* Voffian. forte pro *coronas.* ut clare in cod. Petav. & Thuan. & edd. Vinc. Brix. Venetis & Aldinis. *placidus* etiam in Thuan. iidem codices feq. verfu *Spicea ferta ligat.* quod praeferrem vulgato *ferta gerit.* ultimo verfu *Triftis hyems montis nivee velamine vertit* in Thuaneo. fed *veftit* ab omnibus vetuftis editionibus firmatur, & eleganter dictum eft. vid. fupra ad Ep. v. infra Ep. LX. *Obtegitur tellus per frigora vefte nivali.* Beda Hymno III, pag. 413. de Vere:

Fronde nemus veftit, tellurem floribus ornat.

Temporaque Autumni cingunt tua, Bacche, racemi] Lego: *Temporaque Autumnus cingit tua Bacche racemis*, quia in v. c. legitur *Autumno* & *racemis.* LINDENBR. MSS. & Aldina *racemis.* Ego contra Lindenbrogium fic explico: Tempora Autumni cingunt, praeftringunt, ut ait Statius, tua tempora, o Bacche. racemis. Si quis autem *Autumni* plurali velit effe numero, per me licet, nam res tanti non eft, ut ea propter cuui quoquam manus conferam. JAC. TOLLIVS. fic infra Ep. LXVI. de IV Temporum pictura,

Indicat Autumnum redimitus palmite vertex.

autumno etiam ex v. c. notatur in margine primae ed. Scalig. & Pith. & fic codex Petavianus & Voffian. in quo *cingit. Temporaque autumno c. t. B. racemis* edd Vinc Brix. & Venetae. quod admitti poffet, fi *racemi* legatur, ut in Aldinis, Scalig. aliifque editionibus, & *autumno* abfolute capiatur, pro *autumno tempore.* ut *vernum, aeftivum, hibernum, hornum, hodiernum,* & fim. de quibus vide J. Fr. Gronov. ad Plaut. Moftell. I. 3. 3. & Jacob. Gronov. ad Minuc. Fel. cap. XVII. pag. 156. In codice autem Thuaneo legebatur *Temporeque autumno.* pro autumnali. ut mox Epigr. LX. Eufthenii,

Bacche, tue tempus fluit autumnale liquore.

fed bene fe habet vulgata. *autumni* enim *racemi*, elegantiae poëticae eft, pro autumnalibus. ut *autumnum tempus, autumnae pruinae, autumni dies,* & fim. de quibus vide Gronov. Obferv. Lib. III. cap. 24. fub finem. & N. Heinf. ad Ovid. III. Met. 729.-Manilius Lib. II. 269.

Quatuor in partes fcribuntur fidera terna,
Hiberna aeftivis, autumnis verna repugnant.

pro autumnalibus. ut v. 424. *quia ver autumno tempore differt. autumna tempeftas* Gellio XIX. 7. *autumnum frigus* apud Ovid. VII. M. 703. emendat Gebhardus Lib. II. Crepund. XI. & apud Valer. Fl. V. 369. corrigebat Patruus meus,

—— *autumnos quam cum magis afperat ignes Sirius.*

autumna vitis apud Tertullian. Carm. de Judic. Dom. v. 4. ubi eadem fere quatuor anni temporum defcriptio eft, quae in his Epigrammatibus:

Quis mihi ruricolas aptabit carmine Mufas?
Et verni rofeas titulabit floribus auras?
Aeftivaeque graves maturas meffis ariftas:
Quis dabit & tumidas autumnis vitibus uvas?
Quifve hiemi placitas femper laudabit olivas?

ut Heinfium emendaffe pro *autumni vitibus* monuit Drakenh. ad Silium III. 387. vide & Oudend. ad Veget. in Mifcell. Obferv. Vol. VIII. Tom. III. pag. 318. In illo autem Tertulliani loco *maturas* videtur corruptum. Senfus enim requirit *narrabit*, (vel fim.) ut ceteris refpondeat. *titulabit* eft ornabit, colorabit. ut recte exponit Lambecius de Biblioth. Caef. Tom. IV. pag. 290.

EP. LIX. ASCLEPIADIVS] EVSTHENIVS in Petav. & Thuan.

Ver agrum gemmis nitidum ftellantibus ornat] *Ver agros nitidum gemmis ftillantibus* Petav. Thuan. & Voffian.

EP. LX. EVSTHENIVS.

Purpureos flores humus effert vere comanti.
At Cereris donis horrefcunt arva per aeftum.
Bacche, tuo tempus fluit autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora vefte nivali.

EP. LXI. POMPEIANVS.

Vere tepet picto, Zephyris fpirantibus, aër.
Decrefcunt celeres aeftivis ignibus amnes.
Temperies, Autumne, fluit tua nectare dulci.
Perque Hiemem lentus coelo nivis advolat imber.

EP. LXII. MAXIMIANVS.

Veris honos tepidi flores, vere omnia rident.
Arva fub aeftivis undant horrentia flabris.
Vite coronatas Autumnus degravat ulmos.
Decutit ipfe rigor filvis hiemalis honorem.

EP.

Vossian. fed vide fupra ad Ep. LIV. *Ver agrum nitidum gemmis* edd. Vinc. Brix. & Venetae. *agros* praetuli, ne quis *agrum nitidum* conjungat. feq. verfu iidem codices & vetuftae edd. *Et fervens.*

EP. LX. EVSTHENIVS] POMPEIANVS Pet. & Th.

Purpureos flores humus effert] *adfert* Vossian. *Purpureos fl. h. affert* Thuan. *Et Cereris* Petav. & edd. vetuftae. *effert* non mutandum. ex finu fuo profert terra. illuftrat hunc locum Gronov. de Jcunc. Smet. pag. 56.

horrefcunt arva per aeftum] Sufpicabar pro *horrefcunt* forte fubftituendum effe *pinguefcunt*. ut praeced. Epigr. *pinguiffima frugibus arva.* & Ep. LII. *ager meffes fert pinguis opimas.* fed videtur imitatio Virgilii Lib. III. G. 198.

—— *tum fegetes altae campique natantes*
Lenibus horrefcunt flabris.

quem locum etiam cogitabat Maximianus feq. Epigr. LXII.

Arva fub aeftivis undant horrentia flabris.

Hilafius fupra Ep. LVII.

Ac riget aeftivis hirfutus campus ariftis.

aeftus pro aeftate, contra differentiam Frontonis, Scaligerae editionis margini adnotaverat Scriverius. fic infra Epigrammate Vitalis, LXXII.

Falciferamque Deam meffes remorantur in aeftu.

fupra Ep. XXXVII. Vomani de XII Signis:

Germanique poees & Cancro jam comes aeftus.

& Ep. LIII. *Scindit agros aeftus*, pro *aeftas*, legitur in ed. Venet. 1480. vid. Goldaft. ad Columban. pag. 86. apud Avienum in Arat Phaenom 612.

Nec minus acenti cum crine adtollitur aeftus,
Et cum cana comas redit anno bruma rigenti,
Tempora defignans.

ubi *aeftas* bene corrigit Vlitius ad Gratii Cyneg. v. 59. *Tempore* etiam male in vulgatis. poteft tamen *aeftus* hic capi de calore aeftatis vehementiffimo. unde *aeftifer Leo* fupr. in Epigramm. Maximiani de XII Signis. & *aeftifer Canis* Virgilio II. G. 353. *ubi hiulca fiti findit Canis aeftifer arva.* & *aeftiferum Cancrum* Silio Ital. Lib. I. 194. bene vindicavit Cel. Drakenborchius pro *Peftifero*, quod in cod. Oxon. & vetuftis edd. legebatur. fic fupra Ep. XL.

Aeftifer eft pandens ferventia fidera Cancri.

Statius IV. Theb. 692.

—— *vim coeptis indulgent aftra, meaeque*
Aeftifer Erigones fpumat Canis.

Venantius Honorius Lib. VI. Carm. 8.

Aeftifer ignitas cum Julius urit arenas,
Siccaque pulvereo margine terra fitit.

vide ad Tom. I. hujus Anth. pag. 702. & fic *aeftus* & *aeftas* confunduntur fupra in Fragmento ex Germanici Prognofticis LI. v. 39.

tempus fluit autumnale] *autumneque* Petav. & Thuan. *autumnique* ed. Vinc. Brix. & Ven. 1486. *autumnoque liquores* Venet. 1480.

EP. LXI. POMPEIANVS] MAXIMIANVS in Petav.

Decrefcunt celeres] *Cereres* mendofe in Thuan. ultimo verfu pro *lentus* forte *denfus* legendum. *coelos nivis* ed Venet. 1486.

EP. LXII. MAXIMIANVS] VITALIS Petav. & Th.

Veris honos tepidi flores, vere omnia rident] fic Pith.

Ep. LXIII. VITALIS.

Flore solum vario depingit odoriferum ver.
Falciferamque Deam messes remorantur in aestu.
Dat musto gravidas Autumnus pomifer uvas.
Sithonia glacialis Hiemis nive cana senescit.

Ep. LXIV. ANNI DIVISIO.

Bis duo tempora sunt anno, menses duodeni,
Hebdomadae decies quinque duaeque simul.
Ter centum decies senos cum quinque diebus
In se collectos quilibet annus habet.
Horae sunt centum per septem mille, per octo,
Sex per denarium si numerando probes.

Ep. LXV. DE QVATVOR TEMPORIBVS ANNI.

Ver, Aestas, Autumnus, Hiems, sunt quatuor anni
Tempora, quae currus lustrat, Apollo, tuus.

Ver

& Scalig. *florent* in Petav. & Thuan. *Veris bonus tepidi florens* Vossian. Sed reposui *Veris honos tepidi flores.* ut recte Tollius ad Auson. Eidyll. XIV. de Rosis pag. 520. flores enim sunt honos & decus tepidi veris. ut apud Horat. II. od. XI. 9.

Non semper idem floribus est honor Vernis.

sic in fragmento ex Nemesiani carmine de Aucupio pag. 448. *Cum nemus omne suo viridi spoliatur honore.* ubi *honor nemoris*, ut mox hoc ipso Epigr. *silvarum honor* dicuntur folia, *Decutis ipse rigor silvis hiemalis honorem.* quod ex eodem Horatio desumtum est Epod. XI. 9. *Hic tertius December* &c. *Silvis honorem decutit.* dein *virent omnia rident* corrupte in ed. Venet. 1480. *vere omnia rident* saepe apud poëtas. ut γελᾶν Graecis. vide Rivini notas ad Dracont. Hexah. Lib. I. 93. & Weitzii Indicem pag. 91. & N. Heins. ad Ovid. XV. Met. 205. qui sequenti versu legebat *Arva sub aestivis gaudent*, vel *sudant*, *torrentia flabris.* in edd. Vinc. Brix. & Veneta 1486. *mudant torrentia labris.* in Venet. 1480. *undas torrentia.*

Ep. LXIII. VITALIS] deest Petaviano.

Flore solum vario depingit odoriferum ver] *Flore solus v. d. odoriferus* corrupte in Thuan.

Falciferamque Deam falces remorantur in aestu] sic edidit Pithoeus & Scaliger. sed quia inconcinne *Falciferam* & *falces* hic cumulantur, restitui *messes.* ut ex MSS. legendum jam monuit Goldastus ad Columban. pag. 86. idque probabat Scriverius, qui margini ed. Scalig. adscripferat, *in MSS.* messes. *rectius longe. nam messes dicuntur Cererem retinere, non falces.* & hoc confirmatur a Petaviano, Thuaneo, & Vossiano codice, & ab editionibus vetustis, Vinc. Brix. Venetis & Aldinis. Ovid. V. Met. 656.

Dona fero Cereris, latos quae sparsa per agros
Frugiferas messes, alimentaque mitia reddant.

& in Remed. Amor. 187.

Poma dat Autumnus, formosa est messibus aestas.

in Fragmentis Petronii pag. 677.

——— atque error jussit inanis
Agricolam primos Cereri dare messis honores.

infra in Epigrammate, quo Mensium pictura describitur,

Quintilis messis Cereali germine gaudens
Julius a magno Caesare nomen habet.

ita enim legit Heinsius pro *mensis*, ut edidit Pithoeus pag. 176. sic *mensibus* & *messibus* confusa in Nemesiani Cyneg. v. 292.

Inde ubi pubentes calamos duraverit aestas,
Lactentesque urens herbas siccaverit omnem
Messibus humorem, culmisque armaverit aristas.

ut recte Scaliger, & Heins. in marg. ed. Pithoei, qui male edidit *Mensibus. aestus* autem hic iterum pro aestate ponitur. ut observat etiam Goldastus d. l. de quo paullo ante ad Ep. LX.

Dat musto gravidas Autumnus pomifer uvas] *umbras* male in Vossiano. & marg. ed. Scalig. mox *Subonias gl. H. nive cava* Thuan. *senescat* Voss.

Ep. LXIV. *Bis duo tempora* &c.] editum hoc fuit a solo Pithoeo Lib. IV. Epigr. vet. pag. 172. ed. Paris. & inveni illud in veteri codice membranaceo, quem Carmina varia post Ivonis & Hugonis Metelli Opera edita atque inedita continentem mecum nuper benigne communicavit Ampliss. G. Meermannus.

Ep. LXV. DE QVATVOR TEMPORIBVS ANNI] apud Pithoeum Lib. IV. pag. 172. legiturque in eodem codice Meermanniano. ad imitationem

Colum-

Ver sua grana serit, fovet Aestas semina, fota
Colligit Autumnus, lecta recondit Hiems.

EP. LXVI. QVATVOR TEMPORVM PICTVRA.

Carpit blanda suis Ver almum dona rosetis.
Torrida collectis exsultat frugibus Aestas.
Indicat Autumnum redimitus palmite vertex.
Frigore pallet Hiems, designans alite tempus.

EP.

Columbani factum esse monet Goldastus pag. 85. ubi notas dedit ad Epigramma illud similis argumenti, quod ex schedis Cujacianis a Scaligero Lib. II. Lect. Auson. cap. 29. productum edidi supra Ep. XLII. illud vero totum ibidem Columbanus inseruit suae ad Sethum Epistolae II. 61. & seqq. hoc modo:

Pulchre veridici cecinit sententia Vatis,
Tempora dinumerans aevi vitaeque caducae:
Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur.
Alternant elementa vices, & tempora mutant:
Accipiunt augmenta dies noctesque vicissim.
Tempora sunt florum, retinet sua tempora messis:
Sic iterum spisso vestitur gramine campus.
Tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi:
Tempora sunt vitae, sunt tristia tempora mortis.
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, aestas, autumnus, hiems, redit annus in annum.
Omnia cum redeunt: homini sua non redit aetas.

quae ex Columbano ipso huc transferre non piguit, quia illle notare omisit lectionum differentiam, si cum his epigramma illud conferatur, ut a Scaligero editum fuit. quod inter Poëtas Christianos non primus ante Scaligerum produxit G. Fabricius, ut notat Goldastus, sed iis inseruit pag. 779. ex alio veteri exemplari eamdem illam Columbani Epistolam, non Setho, sed Hunaldo, ad quem prima etiam Epistola est, inscriptam. versu quarto male exhibet & distinguit Scaliger,

Accipiunt augmenta dies, noctesque vicissim
Tempora. sed florens retinet sua tempora messis.

recte apud Fabric. *Tempora sunt florum, retinet sua tempora messis. tempore messis* in ed. Goldasti. neque illi dederunt eo loco versum decimum a Scaligero editum,

Tempus & hora volat. momentis labitur aetas.

qui in eorum editione occurrit circa initium Epistolae v. 7. & similis est in Epist. I. ad Hunaldum v. 3.

Labitur in senium momentis omnibus aetas.

deinde pro *volatile tempus*, ut apud utrumque legitur, mallem ego *volubile tempus*. ut apud Maximianum Eleg. I. v. 109. ex quo versus hic desumtus est:

Cuncta trahit secum, vertitque volubile tempus,
Nec patitur certa currere quaeque via.

sic MSS. non *quemque*. & pro *vertitque* recte Goldastus *verritque*. ita apud Ovid. I. Amor. 8. 49. & X. Met. 519. meliores praeferunt membranae,

Labitur occulte, fallitque volubilis aetas.

non *volatilis*. ut editur vulgo. ubi vide Patrui mei notas. ultimus versus *Omnia cum redeunt*, (*redeant* Fabric.) *homini sua non redit aetas* apud Scaligerum desideratur, qui tamen ad hoc epigramma pertinere, neque Columbani esse videtur, ut censet etiam Goldastus. eo adjuvari posset conjectura P. Francii apud auctorem Elegiae in Obit. Maecen. v. 114.

Redditur arboribus florens revirentibus aetas,
Aetas non homini, quae fuit ante, redit.

pro eo quod nunc legitur *Ergo non homini, quod fuit ante, redit.* vide illic notas. tres ultimi Epistolae illius versus, qui in Goldasti editione habentur, apud Fabricium desiderantur. Ceterum huic epigrammati, quod ex Pithoeo hic edidi, *Ver, aestas, autumnus*, &c. non dissimile est initium Epigrammatis, in Carminibus Manfredi Ep. V. inter Bedae Opera Tom. I. pag. 520.

Ver, Aestas, Autumnus, Hyems, sunt quatuor anni
Tempora, quae certo numero divisa patescunt,
Cuique dedit ternos sua contemplatio menses.

EP. LXVI. QVATVOR TEMPORVM PICTVRA] ibidem apud Pithoeum, & Scalig. pag. 245. in codice Salmasiano & Vossiano titulus erat LAVS QVATVOR TEMPORVM. & v. 3. *redimito palmite*, ut edidit Pith. sed *redimitus* in margine ex ed. Scalig. quod recepi. *Torpida* Voss. sed *Torrida* cod. Salmas. in cujus apographo Leidensi hoc epigramma desideratur, cum quo confer Tabulam quatuor Tempestatum anni ex cod. vetustiss. editam in Grotii Syntagm. Arat. pag. 95.

EP.

EP. LXVII. ALIVD DE QVATVOR ANNI TEMPESTATIBVS.

Aeſtatis Majus Tauro primordia prodit,
Junius aeſtivo Geminorum cardine ſurgit,
Julius aeſtivas Cancro ſecat alter ariſtas.
Autumni caput Auguſtus parat ore Leonis.
Autumnas uvas September Virgine curat.
Libra ſub Autumno Octobri dat ſemina ſulco.
Scorpius innectit tempus brumale Novembris.
Arcitenens hyemis Capricorni ſidere frigens.
Inducit Februo ver udum * Aquarius arco.
Mars flores vernos nemori ſub Piſcibus edit.
Aprili vernante novans Aries micat annum.

EP. LXVIII. DE ANNO.

Bis ſena menſum vertigine volvitur annus,
Septimanis decies quinis ſimul atque duobus
Tercentum biſque tricenis quinque diebus.
Qui ternis gaudet diviſus ſtare columnis,
Scilicet Idibus & Nonis, ſimul atque Kalendis:
Nam quadris conſtat Nonis concurrere menſes
Omnes excepto Marte & Majo ſequitur, quos
Julius, Octimber, ſenis ſoli hi moderantur,

Sep-

EP. LXVII.] ineditum hoc ex veteri codice Virgilii Mediceo, deſcripſerat N. Heinſius. an verſu nono forte emendandum, *udus Aquarius urna?* vid. ſupra ad Ep. XLVII. pag. 334. ſeq. verſu *flores vernos* edidi, pro *vernis*, ut erat in MS.

EP. LXVIII. *Bis ſena menſum* & ſeqq.] carmen hoc, ex vetuſtiſſimo Germaniei Arateorum codice Puteaneo deſcriptum a N. Heinſio, hic quoque inſerendum duxi, licet etiam legatur in Operibus Bedae Tom. 1. pag. 401. ed. Colon. ubi v. 1. *menſium*. 2. *duabus*. 3. *Centenis biſque tricenis*. 6. *concedere menſes*. fine verſus ſeptimi *quos* ex Beda addidi, quae vocula in cod. Putean. deſiderabatur. v. 9. apud Bedam *Septenis petet bos*. v. 10 forte legendum, *Octoniſque pares ſimul hi ſunt Idibus omnes*. v. 13 apud Bedam editur, *Et contra currunt nonis bis rite quaterni*. & verſ. ſeq. *September, ipſe & November*. ibidem ſecundus Bedae hymnus ſequitur, verſibus trochaicis, de RATIONE TEMPORVM. ad quod carmen Heinſius varias lectiones, editis ſaepe meliores, conjecerat in Excerptis ſuis ex antiquo codice, qui olim Scaligeri fuerat; cum hoc titulo, VERSVS BEDAE PRESBYTERI DE RATIONE COMPOTI. Sequebatur in iiſdem Schedis Heinſianis epigramma *de decem plagis Aegypti*, cui tamen in hac collectione locum negandum exiſtimavi, quia illud exſtat inter Eugenii Opuſcula pag 16 ed. Sirmondi Pariſ. 1619. Sed ope hujus codicis Scaligerani emendari tamen poſſunt nonnulli verſus minus recte illic editi: nam quod verſu quarto Sirmondus dederit *muſcas ictu ſonituque pavendas*, melius in hoc codice *ictu obtutuque*. qui ſequentem verſum etiam caſtigatiorem exhibet *Quintaque morte ſuris damnans animantia cuncta*. vitioſe enim Sirmondus *Quinta quoque morte* (*morti* cod Thuan.) *damnat an. c.* ſeptimo *fulmineum nimbum* corrige ex eodem cod. Scalig. pro *murmur* apud Sirm. & ſequente verſu

Frugi octava creat nocuas frondiqus locuſtas.

non *Octava frugi nocuas*. ut in ed. Sirmondi, quae ultimo verſu male etiam omittit copulam *quas decima eſt*, ex hoc MS. inſerendam. Sed haec in tranſcurſu.

EP.

Septenis patet hos pariterque flagrare Kalendis,
Octonisque simul pares sunt Idibus omnes,
Janus & Augustus semper mensisque December,
Volvuntur denis tantum nonisque Kalendis.
At contra currunt bis nonis rite quaternis
Julius, Aprilis, September, & ipse November.
Sedenis Februus cito solus ab omnibus errat.
Bis senis sic namque rotatur mensibus annus,
Per Nonas, Idus, decurrens atque Kalendas.

EP. LXIX. PENTADII DE ADVENTV VERIS.

Sentio fugit hiems, Zephyrisque moventibus orbem
Jam tepet Eurus aquis, sentio fugit hiems.

Par-

EP. LXIX. PENTADII DE ADVENTV VERIS] edidit Pithoeus Lib. IV. pag. 172. Carmen hoc Pentadii echoicum dicendum esse contendit Sirmundus ad Sidon. Apollin. p. 90. sed potius est reciprocum, serpentinum vel ophites aliis dicitur, quando primum hexametri hemistichium in fine pentametri recurrit; echoicum enim est, quando ejusdem soni vocabula, repetitis ultimis praecedentis vocis syllabis, unde fit echo, sibi succedunt in fine alicujus versus. vide quae notavi ad Lib. III. Ep. cv. pag. 558 & 559. ubi simile reciprocum hujus Pentadii de Fortuna epigramma edidi, quem his delectatum, aliis exemplis indicavi; eaque apud posterioris aevi poëtas frequentia forte originem suam debere conjeci, quia apud Ovidium hujus generis disticha nonnulla, ibidem a me producta, occurrunt. in veteri cod. Vossiano corrupte scribebatur titulus PINTADI DE ADVANTV VENERIS. in cod. Salmasiano PINTATI DE ADVENTV VERIS. In hoc autem argumento quidquid veterum vel recentiorum fere poëtarum fuit, ingenium singuli sua arte exercuerunt, quorum loca congerere infinitum esset; & non pauca indicarunt, qui ad Pervigilium Veneris notas scripserunt. Praeterire tamen non possum cum hoc Pentadiano conferendum, sed longe elegantius, epigramma Graecum de Vere, quod sine auctoris nomine circumfertur, sed Meleagro in codd. MSS. tribuitur, Lib. I. Antholog. Gr. Tit. xcI. in fine libri, ut hac occasione iterum Musarum studiosis exhibeam specimen ineditae versionis Grotianae. ita enim illud, quod numeris elegiacis reddidit in sua editione Vincentius Obsopaeus, eodem metri genere, quo Meleager, interpretatus est immortale Bataviae nostrae decus:

Horrida nimbosae cesserunt tempora brumae,
Blandaque purpurei pandit se gratia Veris:
Laetior induitur viridanti gramine tellus,
Et rediviva novis ornatur frondibus arbor.
Et matutinos rores ubi prata biberunt,
Ridens; ac foliis circum rosa surgit apertis.
Disparibus cantat calamis, qui montibus altis
Pascit oves, albosque suis cum matribus haedos.
Carbaseas Zephyris pendentes mollibus alas
Fluctibus insultant vitreis impune carinae:
Velatique hedera caput & livente racemo
Nisaei celebrant ovantes orgia mystae.
At tauro sata gens apium sub regibus urgent
Mellis opus, subterque alvearia vimine texta
Mellifores fingunt in castra tenacia ceras.
Omnis & in tremulos cantus diffunditur ales,
Fluctibus Alcyones, tectis modulatur hirundo,
Perstrepit albus olor ripas, juga montis aëdon.
Quod si laeta viret tellus, ramique comantes,
Si pastorali pecudes mulcentur avena,
Bacchus agit choreas, sulcant rate caerula nautae,
Exercentur apes, volucres quoque carmine gaudent,
Nunc certe, si quando, decet cantare poëtas.

ubi quod v. 7. dicat Meleager Χαίρει καὶ σύριγγι νομεὺς ἐν ὄρεσσι λιγαίνων, &c. convenit Horatio veris adventum etiam describenti Lib. IV. od. 12. 9.

Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistula;
Delectantque Deum, cui pecus & nigrae
Colles Arcadiae placent.

tum quod versum undecimum Ἄλλοι βοτρυόεντος ἐρεψάμενοι τρίχα κισσοῦ verterit Grotius *Velatique hedera caput & livente racemo*, in animo habuit

illud

Parturit omnis ager, praesentit terra calorem,
Germinibusque novis parturit omnis ager.

Lae-

Illud Vertumni apud Propertium Lib. IV. El. 2. v. 13. *Prima mihi variat liventibus uva racemis.* & ita *liventes Sole racemos* Silio Italico Lib. VII. 208. restituit Heinsius.

v. 1. *Zephyrisque moventibus orbem Jam tepet Eurus equis*] initium hujus epigrammatis aperta imitatione adhaeret Virgilio Lib. II. G. 323. & seqq.

Ver adeo frondi nemorum, Ver utile silvis:
Vere tument terrae, & genitalia semina poscunt. &c.
Avia tum resonant avibus virgulta canoris,
Et Venerem certis repetunt armenta diebus:
Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris
Laxant arva sinus.

sed primo hoc versu *moventibus* lectio procul dubio corrupta est. *foventibus* conjecerat Heinsius. in cod. Voss. *amantibus.* unde cogitabam *agitantibus.* ut apud Horatium Lib. III. od. I. 24. *non Zephyris agitata Tempe.* & Ovid. Epist. xiv. 39.

Ut leni Zephyro fragiles agitantur aristae,
Frigida populeas ut quatit aura comas.

ut ex MSS. Heinsius pro *vibrantur.* quod adpositis exemplis firmavit Patruus meus, & inter alia loco Lucani III. 411.

non ullis frondem praebentibus auris.

ubi ex vestigiis codicis Barthiani, in quo *equitantibus*, legit *frondes agitantibus auris.* quod placuit etiam Oudendorpio. vel *mutantibus.* ut in illo Virgilii Ecl. V. 5.

Sive sub incertas Zephyris motantibus umbras.

Vossiani tamen codicis scriptura *amantibus* hoc in loco facit, ut alteram Heinsii emendationem hic praeferam *Zephyrisque animantibus orbem.* praesertim cum sic clare exhibeat codex Salmasianus. in quo & Vossiano *equis* vers. seq. unde *eques* Heins. & in utroque exemplari legendum etiam conjecerat *ver nusque animantibus orbem Jam tepet Eurus equis*, vel *Zephyrique animantibus orbem Jam tepet annus equis.* Certe quocumque modo locus sollicitetur, *animantibus* restituendum auctoritate codicis Salmasiani. ex quo illud huic versui reddendum etiam monuit Heins. ad Claudian. III. R. P. 386. ubi praeclare elegantiam verbi *animare* illustravit. & ad II. in Rufin. 358. & sic Salmasius ad Tertullian. de Pall. pag. 248. & Scriverius in marg. ed. Pith. ex vetusto, ni fallor, codice. *Zephyris* igitur *orbem animantibus*, hic idem, ac vitam velut novam inspirantibus & vim genitalem reddentibus, ut docent sequentia

Parturit omnis ager, praesentit terra calorem.

hinc Virgil. d. l. *Vere tument terrae, & genitalia semina poscunt.* unde *genitabilis aura Faveni* Lucretio Lib. I. 10.

Nam simul ac species patefacta est verna diei,
Et reserata viget genitabilis aura Favoni.

ubi in aliis *genitalis.* sed *genitabilis* recte Lambinus, quod firmatur a vetustissimo codice Gottorpiano, & duobus Vossianis, ab Heinsio collatis & sic Avienus Descript. Orb. v. 377.

Altera pulsatur genitabilis ore Favoni.

Plinius Lib. xvi. cap. 25. ubi de vento Favonio. *Hoc enim flante maritantur vivescentia e terra, quo etiam equae in Hispania, ut diximus. Hic est genitalis spiritus mundi, a fovendo dictus, ut quidam existimavere. Flat ab occasu aequinoctiali, ver inchoans. Catulitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere, eoque animam inferente omnibus satis.* sic *animare*, calorem restituere, & ex eo simul vim gignendi. ut apud Ovid. I. Met. 158.

Perfusam multo natorum sanguine Terram
Incaluisse ferunt, calidumque animasse cruorem.

ubi vide Patrui mei notas. IV. Met. 618.

Gorgonei capitis guttae cecidere cruentae,
Quas humus exceptas varios animavit in angues.

ubi perperam *mutavit* in cod. Leidensi. quomodo etiam xiv. 566. in *Nymphas animata classe marinas* male librarii in nonnullis codd. *mutata* scripserunt. sic *duras animantem Amphiona cautes* dixit Statius VIII. Theb. 233. Epigrammate inedito de Equis Aeneis:

Quae manus hos animavit equos, quis in aere rigenti
Currere velle dedit, & in aethere quaerere cursus?

ut scribendum docent corrupta Salmasiani Codicis vestigia, *Quae manus hos anima vitae quos quis aere rigenti.* ubi *animare* eleganter tribuitur artifici, equos illos veluti vivida signa elaboranti. quae *animosa signa* Propertio III. 7. 9.

Gloria Lysippo est animosa effingere signa.

pro quo *animata* Heins. id est vivida, ἔμψυχα. unde passim *vivere* dicuntur ejusmodi opera perfecte elaborata. de quo vid. ad Tom. I. pag. 225. *animare* pro vitam reddere etiam Sedulio Lib. I. 40. *ubi semina vitae Divinis animantur aquis.* Eumenius Paneg. Constant. cap. 2. *originem mundi nascentis animavit.* Arnobius Lib. I. pag. 2. *Numquid ipse siderum Sol princeps, cujus omnia luce vestiuntur, atque animantur calore.* & pag. 18. *immo si arbores, glebae, saxa, sensu animata vitali vocis sonitum quirent & verborum articulos integrare.* vide Elmenh. ad Lib. II. pag. 102.

Parturit omnis ager, praesentit terra calorem] respicit Virg. Ecl. III. 56.

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent silvae, nunc formosissimus annus.

Soli-

Laeta vireta tument, foliis sese induit arbor,
  Vallibus apricis laeta vireta tument.
Jam Philomela gemit modulis Ityn inpia mater,
  Oblatum mensis jam Philomela gemit.
Monte tumultus aquae properat per laevia saxa,
  Et late resonat monte tumultus aquae.

Flo-

Solinus Fragmento Ponticorum, ad Venerem genetricem,

—— tu foetibus auges
Cuncta tuis. totus pariter tibi parturit orbis.

sed pro *praesentis* lege *persentis* ex cod. Salm. & Voss. ut apud Ovid. Ep. xi. 33. *Praesentis* & *persentis*, aliisque in locis, confunduntur. In iisdem *cera calores*. & mox *Germinibusque novis* Voss. mendo typi in ed. Pith. omissa est copula *Germinibus novis*.

Laeta vireta tument, foliis sese induit arbor] *virecta* Salm. & Voss. tam hoc versu quam in pentametro. de quo scribendi modo vide quae notavi ad Tom. I. pag. 703. dein *folio* iidem Codices. *arbor se foliis induit* ex eleganti Virgilii imitatione Lib. IV. G. 142.

Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.

sic in epigrammate inedito, licet aevi non optimi, DE ORTV VERIS, quod in codice Meermanniano reperi:

Ver oritur, bruma moritur, frigus sepelitur,
Flos alitur, nemus induitur, *tellus aperitur.*
De tubulis prodire suis rosa jam meditatur.
De modulis, Philomela, tuis animus renovatur.
Sol rutilat, cycnus jubilat, pratumque virescit.
Grando latet, decus omne patet, nemus omne virescit.

& hanc locutionem, hujus loci memor, illustrat Heins. ad Claud. II. R. P. 93.

Jam Philomela gemit modulis Ityn inpia mater] *modulis Sytin* mendose cod. Salm. expressit Pentadius illud Horatii Lib. IV. od. 12. 5.

Nidum ponit Ityn flebiliter gemens
Infelix avis, & Cecropiae domus
Aeternum opprobrium.

ut notat Muncker. ad Hygin. fab. 45. pag. 94. confer huic loco versus Sophoclis apud Suidam in voce Ἀηδών. Ovid. II. Am. 6. 7. & quae olim notavi ad Lotich. Lib. IV. Elegiar. pag. 253.

Monte tumultus aquae properat per laevia saxa] forte in animo habebat illud Horatii Lib. IV. od. 2. 5.

Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas.

innuit autem vere novo nives liquescentes de montibus labi, cogitans illud Virgilii Lib. I. G. 44.

Vere novo gelidus canis quum montibus humor
Liquitur: & zephyro putris se gleba resolvit.

vid. Salmas. ad Solin. Tom. I. pag. 631. ed. Paris. ubi in loco Horatii ex Lib. IV. od. 7. *Diffugere nives, & decrescentia ripas Flumina praetereunt*, exponit *decrescentia flumina* pro valde crescentia, intumescentia, sed in eodem opere pag. 305. scribendum putat *recrescentia*. quod tamen mox rejicit, & alterum recte praefert. hinc nivium in aquas calore solutarum mentio etiam in Veris descriptione Ovidiana III. Fast. 235.

Quid quod hiems adoperta gelu nunc denique cedit,
Et pereunt victae Sole tepente nives.
Arboribus redeunt detonsae frigore frondes,
Vividaque e tenero palmite gemma tumet &c.

Petronius cap. 137.

Sed qualis rapitur per valles inprobus amnis,
Cum gelidae periere nives, & languidus Auster
Non patitur glaciem resoluta vivere terra.

& Carmine de Bello Civ. cap. 123.

Incaluere nives, mox flumina montibus altis
Undabant modo nata.

Lucanus Lib. x. 223.

Adde quod omne caput fluvii, quodcumque soluto
Praecipitat glacies, ingesto vere tumescit
Prima tabe nivis.

fragorem illum aquarum liquefactis nivibus ex monte cadentium Pentadius hic *tumultum aquae* vocat, qualem describit Naso VII. Met. 555.

—— nec te commisse rapacibus undis;
Ferre trabes solidas obliquaque volvere magno
Murmure saxa solent.
Multa quoque hic torrens nivibus de monte solutis
Corpora turbineo juvenilia vortice mersit.

quem Ovidii locum forte cogitabat Auctor nescio quis Elegiae de Fortunae vicissitudine Tom. I. hujus Operis pag. 563. v. 23.

Ut gravis hiberno torrens de monte volutus
Obvia non magna arbuta verrit ope;
Saepe domos etiam, saepe addita moenia raptat,
Currens praecipiti per juga longa via.

& his aquis aucta flumina cum ingenti impetu *ruere* dicuntur. ut III. Am. 6. 7. de amne:

Nunc ruis adposito nivibus de monte solutis,
Et turpi crassas gurgite volvis aquas.

in pentametro pro *late* in cod. Voss. *latere*. an forte pro *lateri*? nam in cod. Salm. *Et latera sonat*.

Floribus innumeris pingit Sol purus Eoum,
Temporaque exhalant floribus innumeris.
Per cava saxa sonat pecudum mugitibus Echo,
Voxque repulsa jugis per cava saxa sonat.
Vitea musta tument vicinas juncta per ulmos,
Fronde maritata vitea musta tument.
Jam motacilla canit, jam garrula luce chelidon,
Dum recolit nidos, jam motacilla canit.

Sub

Floribus innumeris pingit Sol purus Eoum, Temporaque exhalant &c.] sic edidit Pithoeus. in Vossiano codice *sola patus Eoi Temporeaque.* castigatius in Salmasiano *pingit sola flatus Eoi Tempeaque exhalant. Tempea* omnino rescribendum, quod ex ingenio conjecerat Heinsius, & Scriverius margini ed. Pith. adscripserat, pro *Tempe*, ut infra in Solini fragmento Ponticorum,

Vos quoque qui resono colitis cava Tempea coetu.

vid. Voss. Lib. I. de Analog. cap. 21. & ita corrigendum recte etiam monuit Isacus Vossius ad Pomp. Melam pag. 144. sed metri negligens, dum praecedenti versu legit *pingunt sola flatus Eoi. flatum Eoi*, non *flatus Eos*. dixit, pro aura Luciferi matutina. unde & *pingit* legendum, non *pingunt*. Saepe autem *Eous* pro Lucifero. vid. Heins. ad Ovid. II. ex P. 6. 38. & quae nuper dedit eruditissimus Valckenarius in egregiis animadversionibus ad Euripid. Hippolyt. v. 78. *Tempea* vero hic pro hortis quibusvis elegantibus. nam id commune nomen esse omnium locorum amoenorum dicit Probus ad Virg. II. G. p. 260. & IV. pag. 342.

Voxque repulsa jugis per cava saxa sonat] *Usque* cod. Voss. *Bisque* cod. Salmasii. qui in marg. *Voxque* emendaverat, ut edidit Pithoeus. non dubito Pentadium hic quoque Virgilianam Echus descriptionem cogitasse, IV. G. 50.

——— *ubi concava pulsu*
Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.

Vicinas juncta per ulmos Fronde maritata] sic Voss. cod. *junctas* in MS. Salmas. sed *vincta* Heins. tam in libri sui margine, quam in notis ad Ovid. XIV. Met. 666. ubi multa egregia collegit, quae lucem eximiam conferunt huic loco, cui colores suos conciliavit vetustiorum poëtarum imitatio, quibus passim *ulmus* & *vitis nuptae* & *maritatae* dicuntur, neque dubito Pentadium hic rursus illud Horatii Epod. 2. v. 10. ante oculos habuisse,

Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos.

Vomanus Epigr. de Laudibus Hortuli, quod edidi Tom. I. pag. 490.

Fecunda vites conjuges ulmos gravat,
Textasve inumbrat pampinis arundines.

& sic *mollis vincla maritae*, de viti ulmo maritata, in epitaphio, quod ex Muratorio dedi supra Lib IV. Ep. LXVI.

Jam motacilla canit, jam garrula luce chelidon, Dum recolit nidos &c.] sic editum a Pithoeo. *motacilla*, vel *moticella*, est avis, quae in Glossis vetustis σεισοπυγὶς vocatur, quamque *motacillam* dictam, quod semper movet caudam, vult Varro Lib. IV. de L. L. pag. 21. vide Glossaria antiqua pag. 139. 257 & 258. ed. Vulcan. & pag. 167. ed. Labb. Casaub. ad Apulej. Apolog p. 143. & Scip. Gentilem p. 165. eadem quoque ἴϋγξ. & inde *Iunges* philtra dici creduntur. in cujus rei caussam inquirit vir doctus in Miscell. Lips. Nov. P. III. pag. 406. quamvis σεισόπυγιν & ἴϋγγα eamdem avem esse negent alii. vide Muncker. ad Antonin. Liber. cap. IX. & hunc errorem in Alciato notavit Vossius Lib. I. Instit. Poët. cap. 3. p. 35. Sed cur in Veris deliciis depingendis hic tantus honos detur motacillae, ut a cantu suavi prae ceteris avibus commendetur, caussam nullam video. Longe aliam, &, ni fallor, cedro dignam nobis lectionem servaverunt codices Salmasianus & Vossianus, in quibus initio & fine hujus distichi legitur,

Nota tigilla linit jam garrula luce chelidon:
Dum recolit nidos, nota tigilla linit.

quod utroque pollice laudo, & prae altero amplector. & ita ex membranis, ut puto, vetustis margini ed. Pith. adscripserat Scriverius, & ex fide duorum vetustissimorum codicum, eosdem indicans, scribendos esse hos versus notat Heinsius ad Ovid. XIV. Met. 534. putatque Pentadium respexisse illa Virgilii IV. G. 307.

Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.

ubi *garrula hirundo*, ut hoc loco. & infra Epigrammate de mense Martio,

Tempus ver, haedus petulans & garrula hirundo
Indicat.

Albi-

Sub platano viridi jucunda somnus in umbra,
Sertaque texuntur sub platano viridi.
Tunc quoque dulce mori, tunc fila recurrite fusis,
Inter & amplexus tunc quoque dulce mori.

LXX.

Albinov. Eleg. in Obit. Maecen. 102.

Cum glaciantur aquae, scopulis se condit hirundo,
Verberat egelidos garrula vere lacus.

& sic apud Arnob. Lib. VII. pag. 223. ubi motacillam & hirundinem conjungit: *Si canes & asini, si motacillae cum his simul, si hirundines garrulae, pariterque cum his porci, sensu aliquo humanitatis accepto Deos putarent vos esse* dein *tigna & tigilla* etiam hirundini seu chelidoni conveniunt, non motacillae. *tectum* in Judicio Coci & Pistoris, apud Pith. in fine Catalect. pag. 454.

Tu facis in lucis ut cantet tristis aëdon,
Maestaque sub tecto sua murmuret acta chelidon.

optime etiam *sigilla linit* in codd. MSS. quod *nidum suspendit* Maroni dicitur, idque hirundini proprium, quia nidum into tigillis seu trabibus adlinit. unde proprie hirundo *lutare nidum* dicitur. Calpurnius Ecl. V. 17.

— Vere novo, cum jam tinnire volucres
Incipient, nidosque reversa lutabit hirundo.

ubi vide Titii & aliorum notas. hinc Ovid. I. Fast. 157.

——— ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus.

ubi *figit* videtur praeferendum, licet *fingit* propugnet Heinsius, alterum tamen non damnans. sic de apibus Virg. IV. Georg. 57.

Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.

quo loco *fingunt* in aliis. sed *figunt* requirunt *tenacia*: eodem Libro, v. 179.

Et munire favos & daedala fingere tecta.

ubi forte etiam praeferendum *figere*. & paullo post v. 202. *cerea regna refigunt.* sic enim habet Servius, & plurimi codices MSS. licet *refingunt* probasse videatur Heinsius. eleganter igitur *sigilla linere* dicitur hirundo. & hanc lectionem e MSS. huic Pentadii loco idem Heinsius vindicat Lib. I. Advers. cap. 1. ubi de verbo *linere* & *illinere*, de quo plura dedit ad Ovid. III. A. A. 232.

Sub platane viridi jucunda somnus in umbra] nimis abrupta nec ceteris congrua verborum structura, *Somnus sub platano viridi in umbra jucunda*, deficiente verbo *ducitur* vel *capitur*, ut seq. versu additur verbum, *Sertaque texuntur* &c. Forsan igitur praestiterit,

Sub platano viridi jucundus somnus in umbra.

jucundus est somnus sub platano viridi. ut apud Virg. II. G. 470. *mollesque sub arbore somni.* & huic correctioni, licet leviori sed tamen necessariae, favet in primis illud veteris poëtae apud Stobaeum Serm. LVII. pag. 375.

Αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ
Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἔγγυθεν ἦχον ἀκούειν.

quanto apud veteres in honore & deliciis fuerit platanus, notum est, & praeter alios docuit Gronov. Lib. I. Observ. cap. 4. neque enim sub platano tantum somnos capere, sed etiam sub ejus umbra laetitiae datori libare amabant, & quidem sertis coronati, quod altero versu indicare videtur Pentadius, *Sertaque texuntur sub platano viridi.* hinc Virgilius IV. G. 146. vocat *ministrantem platanum potantibus umbras.* quem versum cogitabat Auctor Elegiae de Nuce v. 17. *platanis sterilem praebentibus umbram.* in Fragmentis Petronii pag. 681.

Jam platanus jactare comas inceperat.

Horatius Lib. II. od. XI. 13.

Cur non sub alta vel platano vel hac
Pinu jacentes sic temere, & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo
Potamus uncti?

ubi platanus & pinus junguntur, ut in Epigr. DE LOCO AMOENO apud Petron. cap. 131. quod edidi Tom. I. pag. 492.

Nobilis aestivas platanus diffuderat umbras,
Et circumtonsae trepidanti (*crepitanti* cod. Scalig.) *vertice pinus,*
Et baccis redimita Daphne, tremulaeque cupressus.

ubi vide Patrui mei notas. hinc *genialis platanus*, quia sub umbra platani genio indulgebant & convivabantur, radicesque ejus vino irrigabant, ut laetius cresceret. vid. N. Heins. Lib I. Advers. cap. 10. ubi *laetantem platanum* Catullo, & *udam* Martiali egregie restituit. huc refer elegantissimum Philippi epigramma de platano, vi ventorum eversa, sed vino perfusa, & hinc rectius surgente, Lib. I. Anthol. Graec. Tit. 59. Ep. 2.

Εὐθαλέα πλάτανόν με νότου βαρυλαίλαπες αὖραι
Ῥίζης ἐξ αὐτῆς ἐστόρεσαν δαπέδῳ.
Λουσαμένη Βρομίῳ δ' ἔστη πάλιν, ὄμβρον ἔχουσα
Χείματι κἠν θάλπει τοῦ Διὸς ἡδύτερον.
Ὀλλυμένη δ' ἔζησα. μόνη δὲ πιοῦσα Λυαῖον,
Ἄλλων κλινομένων, ὀρθοτέρη βλέπομαι.

ubi de platano, vino irrigari solita, vide Brodaei notas. sed qui in fine epigrammatis *Ἄλλων*

LXX. BEDAE.

DE CONTENTIONE VERIS ET HIEMIS. IN LAUDEM CUCULI.

Conveniunt ſubito cuncti de montibus altis
Paſtores pecudum vernali luce ſub umbra
Arborea, pariter laetas celebrare Camenas.
Adfuit & juvenis Daphnis ſeniorque Palaemon,
Omnes hi Cuculo laudes cantare parati.
Ver quoque florigero ſuccinctus ſtemmate venit,
Frigida venit Hiems, rigidis hirſuta capillis.
His certamen erat Cuculi de carmine grande.
Ver prior adluſit terno modulamine verſus.
VER. Opto meus veniat Cuculus, gratiſſimus ales,
Omnibus iſte ſolet fieri gratiſſimus hoſpes
In tectis, modulans * bona carmina noſtro.
HIEMS. Tum glacialis Hiems reſpondit voce ſevera.
Non veniat Ciculus, nigris ſed dormiat antris.

15. Iſte

κλινομένων male intellexit de arboribus aut plantis aliis everſis, aut ſe inclinantibus. & ſic Obſopaeus, perperam etiam exponens de platano a ventis concuſſa, quae vitium beneficio erecta florebat; tamquam vites ad ſuſtentaculum ipſi adpoſitae intelligerentur. optime epigrammatis ſenſum & acumen ſua interpretatione expreſſit Hugo Grotius:

Frondiferam platanum me de radice revulſam
Straverat inſani vis truculenta Noti:
Lota reſurrexi Bromio: mihi ſcilicet aeſtu
Imber is & bruma gratior imbre Jovis.
Sic mihi viſa redux. aliorum corpora ſtratis
Evius: at noſtrum rectius eſſe dedit.

v. 21. *tunc fila recurrite fuſis*] hic quoque reſpicit, ni fallor, Virgilium Eclog. IV. 46.

Talia ſecla ſuis, dixerunt, currite fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine Parcae.

LXX. BEDAE. DE CONTENTIONE VERIS ET HIEMIS] Carmen hoc lubens omiſiſſem, niſi Pithoeus id ſuae editioni adjungendum adſcripſiſſet exemplari Biblioth. Reg. Pariſ. ſub BEDAE tamquam auctoris nomine, & in titulo VIRGILII DE CONTENTIONE VERIS ET HIEMIS. ut paſſim ſimilibus verſibus Virgilii nomen praefixerunt nugatoriae librariorum manus. Non meliori jure legitur inter Carmina Ovidii, ſed ſuppoſititia, quae edita ſunt Francof. 1610. pag. 590. cum qua editione hoc carmen Nic. Heinſius contulerat cum duobus codicibus MSS. altero Bibliothecae Voſſianae, cui Faſti Ovidiani erant praefixi, altero autem Leidenſi, quorum lectiones variantes ex ejus Schedis hic ſubjicimus. in primo titulus erat BEDAE VENERABILIS PRESBYTERI CVCVLVS. INCIPIT DE CVCVLO. in Leidenſi autem inſcribebatur CONFLICTVS VERIS ET HIEMIS. Hoc idem carmen ex MS codice Bibliothecae Colbertinae, ſub titulo MILONIS SANCTI AMANDI ELNONENSIS MONACHI CONFLICTVS VERIS ET HIEMIS, edidit Caſimirus Oudinus de Script. Eccleſ. Tom. II. pag. 326. ex quo codicis illius lectiones variantes excerpſi & his addidi.

3. — *ſub umbra Arborea, pariter*] in cod. Colbert. male legitur — *ſub umbra Arboreas pariter.* & quartus verſus in eo deſideratur.

5. *cantare parati*] *parabant* cod. Colbert. & ed. Francof. *ſolebant* cod. Voſſ.

6. *florigero ſuccinctus ſtemmate venit*] *ſtegmate* Voſſ. *ſcemate* Leid. forte *pegmate.* ſed *ſtemma*, Graeco vocabulo, dixerit pro corona.

9. *terno modulamine*] *ternos* cod. Colbert.

10. *gratiſſimus ales*] ſic cod. Voſſ. *cariſſimus* cod. Colbert. & ed. Francof. recte. nam *gratiſſimus hoſpes* ſequitur.

12. *In tectis modulans*] *Intret is modulans* cod. Colbert. qui ſupplet *rutilo bona carmina roſtro.*

13. *reſpondit*] *reſpondens voce ſevera* cod. Leid. *ſerena* Colbert. & ed. Francof.

16. *gtr-*

Iste famem secum semper portare süescit.
VER. Opto meus veniat Cuculus cum germine laeto,
Frigora depellat, Phoebo comes almus in aevum.
Phoebus amat cuculum crescentem luce serena.
HIEMS. Non veniat Cuculus, generat quia forte labores,
Praelia congeminat, requiem disjungit amatam,
Omnia disturbat, pelagi terraeque laborant.
VER. Quid tu, tarda Hiems, cuculo convicia cantas?
Qui torpore gravis, tenebrosis tectus in antris,
Post epulas veniens', post stulti pocula Bacchi.
HIEMS. Sunt mihi divitiae, sunt & convivia laeta,
Est requies dulcis, calidus est ignis in aede.
Haec Cuculus nescit; sed perfidus ille laborat.
VER. Ore feret flores Cuculus, & vina ministrat.
Aedificatque domus, placidas & navigat undas.
Et generat soboles, laetos & vestiet agros.
HIEMS. Haec inimica mihi sunt, quae tibi laeta videntur.
Sed placet optatas gazas numerare per arcas,
Et gaudere cibis, simul & requiescere semper.
VER. Quis tibi, tarda Hiems, semper dormire parata,
Divitias cumulat, gazas vel congregat ullas?
Si ver * ver aestas ante te nulla laborant.
HIEMS. Vera refers: illi quoniam mihi multa laborant.
Nam mihi servantes domino, quaecumque laborant,

Sunt

16. *germine laeto*] *gramine* Voss. sed infra v. 45. *Collibus in nostris erumpant germina laeta.*

18. *crescentem*] sic Voss. male *crescenti* cod. Colbert. & ed. Francof. sed pro *luce serena* in cod. Voss. *severa.*

19. *quia forte labores*] *qui* Voss. & Colbert.

20. *requiem disjungit amatam*] *disrumpit* cod. Leid. *amaram* male in MS. Colbert.

22. *convicia cantas*] *captas* Voss.

23. *torpore gravis*] *gravi* cod. Colb.

24. *post stulti pocula Bacchi*] versum excidisse suspicor, qui hunc exceperit.

26. *est ignis in aede*] *fit & ignis* Voss. unde *sed & ignis* legebat Heins.

28. *Ore feret flores C. & vina ministrat*] legendum cum Heinsio *Ore refert flores.* quod firmatur a cod. Colbert. *& vina ministrat* descripserat Pithoeus. *vel mella* cod. Voss. *& mella* Colbert. & ed. Francof.

29. *Aedificatque domus*] *domos* Voss. & Colb.

32. *optatas*] sic Voss. Colb. & Leid. *optatas* ed. Francof. *numerare paratas* cod. Colb.

36. *Si ver * ver aestas ante te nulla laborant*] sic Voss. Leid. & apographum Pithoei. versus corruptus est. *laborat* ed. Franc. castigatius in cod. Colbert. *Si ver aut aestas tibi nulla vel ante laborat?* sed cur nulla *autumni* mentio? quam vocem latere opinor in *ante te.* adeo ut forsan scriptum fuerit, *Si ver, aestus, & autumnus tibi nulla laborant.* *aestus* pro aestate, non infrequens. vide supra ad Ep. LX. vel quia in cod. Colbert. versus incipit *Si ver aut*, legi posset, *Si ver, autumnus, aestas tibi* &c. nam *autumnus* ultima longa, sequente licet vocali, hic non obstat. ut v. 42. *Cuculus alimonia praestet.* dein *tibi nulla laborant* legendum, ut mox *mihi multa laborant.*

37. *Vera refers* &c.] hic versus deest in cod. Voss. *illi numquam mihi* cod. Colbert.

38. *Nam mihi*] sic Voss. & Leidensis, qui in hoc versu desinit. *Jam mihi* ed. Franc. & cod. Colbert. qui hunc sequenti postponit.

40. *Su-*

Sunt etiam servi nostra ditione subacti.
VER. Non illis dominus, sed pauper inopsque superbis,
Nec te jam poteris per te tu pascere tantum,
Ni tibi, qui veniet Cuculus, alimonia praestet.
PALAEMON. Tum respondit ovans sublimi e sede Palaemon
Et Daphnis pariter, pastorum & turba piorum.
Desine plura tuens, rerum tu prodigus, atrox,
Et veniat Cuculus, pastorum dulcis amicus.
Collibus in nostris erumpant germina laeta,
Pascua sint pecori, requies & dulcis in arvis:
Uberibus plenis veniant ad mulctra capellae,
Et volucres varia Phoebum sub voce salutent.
Quapropter Cuculus citius nunc ecce venito.
Tu jam dulcis amor, cunctis gratissimus hospes:
Omnia te exspectant, pelagus tellusque polusque.
Salve, dulce decus Cuculus, per secula salve.

EP. LXXI. MENSIVM DESCRIPTIO.

Dira patet Jani Romanis janua bellis.
Vota Deo Diti Februa mensis habet.

In-

40. *superbis*] *superbus* cod. Colb.

42. *qui veniet*] *veniat* Voss. *quis veniat* Colb.

43. *Tum respondit*] *Tunc* Colb.

44. *& turba*] *pastorum turba piorum* Voss.

45. *Desine plura tuens*] *Desine plura Hiems* cod. Colb. neglecta elisione. ut supra v. 22. & 34. sed sequitur *rerum tu prodigus*. quare mallim *Desine plura amens, rerum tu prodigus auctor*.

47. *germina laeta*] *gramina* cod. Voss.

48. *sint pecori*] *sunt* Voss. *sit* cod. Colb. & ed. Franc.

49. *Uberibus plenis*] sic ex v. c. descripserat Pithoeus. *Et dulces rami, veniantque ad mulctra* ed. Francof. *Et virides rami, venient ad mulctra* cod. Voss. sed optime in cod. Colbertino inseritur,

Et virides rami praestent umbracula fessis,
Uberibus plenis veniantque ad mulctra capellae.

50. *varia Phoebum*] sic Voss. *Phoebum varia* ed. Francof.

51. *Cuculus citius*] sic & Voss. *citius Cuculus* cod. Colb. & ed. Franc.

52. *gratissimus hospes*] *ales* cod. Voss. vid. v. 10. & seq. *Tum jam dulcis amor* Colbert.

53. *pelagus tellusque polusque*] *pelagi tellusque salutant* cod. Colbert. ut supra v. 21. *pelagi terraeque laborant*.

EP. LXXI. MENSIVM DESCRIPTIO] est apud Pithoeum Lib. IV. Epigr. vet. pag. 174. & Scalig. Lib. II. Catalect. pag. 241. Pithoeus in exemplari suae ed. in Biblioth. Paris. contulerat cum v. c. ex quo hunc titulum adscripserat, CATAMONOSTICON INTERPOSITO DISTICO DE MENSIBVS ET ANNI SIGNIS. cum duobus Puteaneis, uno Leidensi, & Vossiano comparavit N. Heinsius. & ego inveni in Schedis MSS. Scaligeri; ac codicis sui veteris, olim Claromontani, variantes scripturas, tam ad hoc quam sequentia de Mensibus epigrammata, mecum communicavit Amplissimus G. Meermannus. in Puteaneo erat titulus VERSVS SINGVLORVM MENSIVM. in Meermanniano VERSVS DE NVMERO DIERVM SINGVLORVM MENSIVM. inter Ausoniana Idyllia Ep. XVIII. edidit Vinetus, sed ita ut in notis testetur esse incerti poëtae, sed propter argumenti similitudinem se tantum Ausonianis addidisse.

v. 2. *februa*] *febroa* Putean. Voss. Leid.

3. *In-*

Incipe Mars: anni felicia fata reduce.
Tunc Aries Veneri lutea ferta legit.
Dulcia, Maja, tuis duces exagona Nonis.
Arce poli Geminos Junius ecce locat.
Julius ardenti divertit lumina Soli
Aëre, flammigero cuncta Leone calent.
Poma legit Virgo maturi mitia Solis.
Fundit at October vina Falerna lacis.
Aret tota soli species vi dura Nepaï.
Ude December, amat te genialis hiems.

EO-

3. *Incipe Mars: anni felicia fata reduce*] sic editio Pithoei & Scalig. quod amplectitur Vinetus in notis ad Auson. cum prius alteram lectionem *reduci* ita exposuisset, O Mars, mensis Martii ductor, fata anni felicia, per appositionem, incipe reduci & redire. quod valde contortum. *reduci* in Put. Leid. Voss. Meerm. in v. c. & Schedis MSS Scaligeri, sed qui *reduce* in marg. correxerat. cujus imperativi licet exempla exstare noverim, inpense tamen placet emendatio Heinsii, qui legendum adscripserat

Incipe Mars anni felicia fata reducti.

deleta distinctione. & in altero versu conjecerat *Junctas Aries Veneri.* pro *Tunc Aries.* pro *lutea serta*, ut apud Vinet. Pith. & in cod. Meerm. edidit Scaliger *lintea.* quod firmatur a Petav. & Voss. sed *lutea serta* recte se habent, id est serta lutei & crocei coloris. & praetulit Vinetus. sic *lutea Aurora*, de qua ad Ep. VII.

5. *Dulcia, Maja, tuis duces exagona Nonis*] *Maje* alter Petav. Leid. & v. c. Scalig. & ex MS. antiquo Pithoeus in marg. exempl. Bibl. Paris. Pith. quod probo. *Majae* Meerm. pro *duces exagona*, quod est in ed. Pith. editum in Scaligeri Catalectis, ut in ejus Schedis MSS. *tuis dulcia exagona.* quod & in Putean. & Voss. *exagona dulcia* transponebat Francius. sed bis *dulcia* sic uni adduntur voci. melius in Puteaneo secundo, Leidensi, v. c. Scalig. & Meerm. *ducis exagona.* Heinsius conjecerat *Duci, Maja, tuis dulce est exagona Nonis.* Scaliger margini schedarum adleverat *lucent examina.* ut edidit etiam Vinetus. Sed servemus *duces*, & legatur, *Dulcia, Maje, tuis duces exagona Nonis.* ut referatur ad apum examina, quae cur hic *exagona* dicantur, optime interpretabitur Varro Lib. III. de R. R. cap. 16. ubi de apibus: *Tria enim harum, cibus, domus, opus. neque idem quod cibus cera: nec quod ea, mel: nec quod mel, domus. non in favo sexangulis cella? totidem, quot habet ipsa pedes (quod geometrae ἑξάγωνον fieri in orbi rotundo ostendunt) ut plurimum loci includatur.* mellificatio autem apum Nonis Maji hic tribuitur, nam aestivo tempore incipiente, seu Pleiadibus, apes examinibus operari patet ex Columella Lib. IX. de R. R. cap. 14. & Virgilio IV. G. 228. & seqq.

Bis gravidos cogunt foetus, duo tempora messis
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias, & Oceani spretos pede repulit amnis.
Aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi
Tristior hibernas coelo descendit in undas.

oriuntur enim Pleiades verni temporis fine. unde Ovidius Lib. V. Fast. 599.

Pleiadas adspicies omnes totumque sororum
Agmen, ubi ante Idus nox erit una super.
Tum mihi non dubiis auctoribus incipit aestas,
Et tepidi finem tempora veris habent.

Julius ardenti divertit lumina Solis Aëre] *argenti divertit numina* Puteaneus, Vossianus, & Schedae Scaligeri, qui in margine earum conjecerat *ardentis, arguti,* vel *aurigeni, lumina Solis Aurea,* vel *Ardua. Soli* Puteaneus alter, Leidens. Meerm. & ex v. c. Pithoeus in marg. exempl. Paris. quod recepi, non *Solis*, ut edidit Pith. & Scalig. *devertit* legendum notat Heins. ad Ovid. II. Am. 6. 9. Sequentem versum sic exhibet codex Meermannianus, *Aëra flammigero cuncta Leone calent.* quomodo & in Leidensi legitur ac Vossiano, nisi quod in illo *Area* vitiose pro *Aëra.* ut in v. c. Scalig. qui post hoc distichon, tale interserit,

Fervet Titanis Augustus caumate mensis,
September calido prosequiturque polo.

quod etiam ex vetusto codice adscripserat Pithoeus in exempl. Bibl. Paris. in quo *Aëra.*

Poma l. V. maturi mitia Solis] inepta lectio *Solis*, voce ex praecedenti disticho male repetita. Lege cum Heinsio *maturi mitia roris.*

Fundit at October vina Falerna lacis] sic ed. Pith. *Fundit &* edidit Scaliger, ut in ejus v. c. & Schedis MSS. & in utroque Puteaneo, Leidensi,

EORVMDEM MENSIVM PICTVRA.

EP. LXXII. IANVARIVS.

Hic Jani menſis ſacer eſt. en adſpice, ut aris
Tura micent: fumant ut pia tura Lares.

An-

& Voſſiano. *mera Falerna* in Leidenſi, & v. c. Scalig. *lacis* tam in MSS. quam edd. Vineti, Pith. & Scalig. *labris* conjecerat Munckerus ad Hygin. fab. xvII. ut ſupra Epigr. Hilaſii LvII.

Labra per Autumnum vino ſpumantia fervent.

ſed rejecta mox conjectura ſua, probat vulgatum, & *lacis* pro *lacubus* poſitum adſtruit, productis aliorum exemplis. Sed recte corrigit Heinſius,

Fundisat October vina Falerna lacu.

vel,

Fundisat October vina Falerna lacus.

ut *October lacus* dicatur, quomodo *Septembres horae* apud Auſonium Precat. Conſul. p 343. ed. Toll.

——— *da roſcida Cancro*
Solſtitia, & gelidum Boream Septembribus horis.

Sole Novembri apud Calpurn. Ecl. II. 87. *October equus* apud Feſtum h. v. *qui in campo Martio menſe Octobri Marti immolabatur*: *lacus* autem intelligendum de vaſe, quo muſtum & vinum novum excipiebant vinitores. infra in Deſcriptione hujus Menſis Ep. LXXXI.

Jam Bromios ſpumare lacus, & muſta ſonare
Apparet. vino vas calet ecce novo.

& Epigrammate de Menſium Pictura:

Conterit October laſcivis calcibus uvas,
Et ſpumant pleno dulcia muſta lacu.

Columella ſub finem egregii Carminis de cultu Hortorum Lib. x. de Re Ruſt.

Et te Maenalium, te Bacchum, teque Lyaeum,
Lenaeumque patrem canimus ſub tecta vocantes,
Ferveat ut lacus, & multo completa Falerno
Exudent pingui ſpumantia dolia muſto.

cujus loci primo verſu pro *Maenalium* Heinſius conjecit *Maenadium* vel *Nyctelium*. pro *vocantes* in vetuſtiſſ. S. Germani codice *vacantes*. unde idem *vagantes* legebat. ultimo verſu *Exundent pingui* in iiſdem membranis. quod probo. *jugi* pro *pingui* Heinſius.

Ares tota ſoli ſpecies vi dura Nepai] pro *vi dura* in utroque Puteaneo, Voſſiano, & Schedis Scaligeri *viduata*. qui margini adſcripſerat *vi dura*. Vinetus legebat

Ares tota ſoli ſpecies. Vis dura Nepai.

Nepai pro *Nepae* more Lucretiano & Virgilii. ſic ſupra in Carmine Q. Ciceronis Ep. XLI.

Et foetos ramos denudat flamma Nepai.

Nepa autem vel Scorpius vel Cancer veteribus eſt. de quo vide B. Pium ad Columell. Lib. X. 57. & Grot. ad Aratea pag. 36.

Ude December, amat te genialis biems] *Munde December* in prima & altera Scaligeri editione. & in marg. ed. Lugdun. notatur *in alio cod. Unde*, *puto Ude*. codex Voſſianus & Schedae Scaligeri

Munde December. . . . te genialis biems.

quod Scaliger ipſe in margine ſupplebat *agit*, vel *babet*, *te genialis biems*. *Unde* in utroque Puteaneo, v. c. Pithoei in marg. exempl. Pariſ. & Meermanniano. *Inde* v. c. Scalig. & Leidenſ. cum ed. Vineti. ſed bene ſe habet *Ude December*, ut edidit Pithoeus. *Udus December*, quia tunc Saturnalia agebant, & Baccho indulgebant. ut *udus* pro ebrio. hinc *multo gravidus mero December* Statio Luſu Saturnalitio Lib. I. Sylv. 6. 5. ubi forſan praeſtiterit *madidus*. & ideo *genialis biems* hic dicitur. ut infra Epigr. LXXXVI. de Menſibus,

Tu genialem biemem feſta December agis.

ut illic legendum ex Auſonio. hinc *acceptus Geniis December* Ovidio III. Faſt. 58. ubi vid. notas. Virg. I. G. 302.

Invitat genialis biems, curaſque reſolvit.

Martialis Lib. VII. Ep. 37.

Cum flaret madida fauce December atrox.

& *ebria bruma* Lib. XIII. Ep. 1.

Poſtulat ecce novos ebria bruma ſoles.

EP. LXXII. EORVMDEM MENSIVM PICTVRA] Duodecim haec de ſingulis menſibus Epigrammata ſunt in Catalectis Pithoei Lib. IV. pag. 174. 175. & Scaligeri Lib. II. pag. 241. & ſeqq. eademque Auſonio ſuo inſeruit Elias Vinetus Idyllio xx. pag. 322. ed. Burdig. 1580. in ceteris enim Auſonii editionibus non comparent, quamvis in ejus Eclogario alia de Menſibus Epigrammata, eaque inter Monoſticha illa, quae infra dabimus, legantur; ſed plura, in Catalectis etiam occurrentia, in ſua editione dedit Vinetus quam editores ceteri. His vero Tetraſtichis in codice Puteaneo, Leidenſi, Voſſiano, & Meermanniano praefigitur titulus TETRASTICON AVTENTICVM DE SINGVLIS MENSIBVS. in v. c. Scaligeri praemittebatur hic verſus, MENSTRVS E CVNCTIS SEQVITVR TETRASTICON ANNI. quod etiam ex antiquo MS. notaverat Pithoeus in exemplari Biblioth. Pariſ. recte vero Scaliger & Pithoeus inſcripſerunt MENSIVM PICTVRA. nam efficta ſunt haec Epigrammata ad Picturas veteres duodecim Menſium, quarum partem ex vetuſtiſſimo codice membranaceo, unde deſcripſiſſe Herib. Rosweydum indicat cap. XIV. edidit Aegidius Bucherius ad Victorii Canonem Paſchacap. XV. pag. 277. ſed integriores ſimul cum Kalendario antiquo ex cod. MS. Caeſareo protulit Petrus Lambecius in Comment. de Biblioth. Vindob. in Append. ad Lib. IV. Tom. IV. pag. 277. & ſeqq. ſingulaque epigrammata ſuis ſubjecit

Pictu-

Annorum feclique caput: natalis honorum:
Purpureos faftis qui numerat Proceres.

EP.

Picturis, & notas nonnullas addidit. Eadem ex Lambecio repetiverunt Monffaucon. in Tom. I. Supplem. Antiqq. pag. 29. & feqq. & nuper Kollarius in Analectis Vindobonenfibus. Notas quoque Lambecii ad Kalendarium vetus & Epigrammata haec dedit Henr. Leon. Schursfleifchius in Anno Romanorum Juliano pag. 303-320. quibus egregias animadverfiones fuas fubjunxit ad Kalendarium illud, fed nulla horum Tetrafticho-rum ratione habita, omiffifque Picturis a Lambecio editis, fine quibus haec Epigrammata intelligi nequeunt: in illis enim confpiciuntur fingulorum Menfium habitus, verfibus his defcripti. unde in Ep. de Januario, *Hic Jani menfis facer eft*, en adfpice, *ut aris Tura micent.* de Majo, *Liniger in calathis*, adfpice, *Majus habet.* & de Augufto: *Cerne ut demerfo torridus ore bibat.* Januarius nempe in his Imaginibus adparet fplendida vefte indutus, tura adolens, & Laribus facrificans. Februarius coeruleo amictu tectus, manu prendens anatem, addita urna Aquarii, a quo menfis incipit; & in imo Pifcis ad finiftram, in quo definit, tum ardea ad dextram. fed abeft Iris. Martius pelle Lupae medium corpus cingitur, finiftra tenens hoedum falientem, vel Arietem, ut puto, menfis fignum, dextra monftrans hirundinem, veris nuntiam, adpofito lactis finu, fed virentibus herbis omiffis, quae apud Bucherium recte adduntur. Aprilis crotala tenens utraque manu; fignum Veneris myrtea corona circumvolutum, adpofito cereo ardente. Majus linea vefte indutus calathum floribus plenum finiftra tenens, addito pavone. Junius nudus lampada ardentem finiftra habens, manu dextra ad Solarium intenfa, adpofitis liliis, fed floribus jam in terram collapfis, & corbe frugibus pleno. Julius, fpicis comas redimitus, finiftra habens calathum uvis plenum, vel moris. Auguftus aeftuans & anhelus, ex vitreo vafe aquam fontanam bibens, ad quem refrigerandum adpictum eft flabellum ex cauda pavonis, in imo tres melones, & vas anfatum. September, dextra tenens lacertam filo adligatam, acinos furgentes vel poma in calatho extendens manu finiftra. October dextra protendit captum leporem, ave addita, & lacu uvis pleno. November carbafo indutus, cum filtro in dextra, anfere ad pedes, & ferpente in patina, quam tenet finiftra, & capite Afini in columna. December facem ardentem finiftra gerens; fritillum & tefferae fuper menfam, & perdices nodo ligatae pendentes; pro quibus male Larva fcenica eft in Tabula Bucherii. Haec adcuratius enotavi, quia his omiffis Imagines ipfas aeri incifas ceteroquin hic exhibere neceffe fuiffet, fecutus Tabulas Lambecianas, a quibus differunt Bucherianae, feptem tantum menfes, Februarium, Martium, Auguftum, Septembrem, Octobrem, Novembrem, & Decembrem conplexae. Similes Menfium imagines defcribit Grotius in notis ad Aratea p. 71. Ex his vero patet Picturarum illarum antiquitas, quoniam Tetrafticha haec ab Aufonio vel ab alio veteri poëta ad eas conpofita funt, quorum intellectus ex Imaginum defcriptione dependet. Ex Picturis enim antiquis quantam faepe lucem accipiant loca poëtarum, qui ad earum delineationem fuas defcriptiones formarunt, optima animadverfione docet Marklandus ad Statii Silvas pag. 85 & 86. Singulis autem Menfibus peculiares Deos tutelares a veteribus conftitutos exhibet Kalendarium vetuftiffimum rufticum Marmoris Farnefiani, a Fulvio Urfino erutum, quod ex Grutero excerpfit Stewechius ad Arnob. Lib. V. pag. 120. fed plenius dedit Schursfleifch. poft notas fuas ad Kalendar. Imp. Conftantii pag. 369. & feqq. Conferri etiam merentur de XII Menfibus Romanis totidem difticha in Antholog. Gr. Lib. I. fub finem, Tit. XC. N. 3. & 4.

Hic Jani menfis facer eft] *Jano* orae editionis Scalig. adfcripferant Francius & Tollius; ut prius conjecerat Heinfius, fed poftea delevit. & recte. nihil enim opus eft. ita *Vertumni facrum rus*, pro *Vertumno*, apud Propertium Lib. IV. El. 2. 12.

Seu, quia vertentis fructum praecepimus anni,
Vertumni rus fe credidit effe facrum.

ut corrigit Heinfius Lib. I. Adverf. cap. 2. pro quo in vulgatis *Vertumni rurfus creditur effe facrum.* fic *dies Veneris fefta*, vel *Veneri*, variant codices MSS apud Ovid. X. Met. 270. & Juftin. XXI. 3. *ut die fefto Veneris virgines fuas proftituerent.* ubi *Veneri* in aliis. apud Ovid. IV. Faft. 286. *& Veneri facra Cythera petit.* ubi *Veneris* in multis codd. fic *facros Martis*, & *Marti*, *boves* Epift. VI. 10. infra Ep. LXXXIII.

Aurea nunc revocet Saturni fefta December.

ut in v. c. Scaligeri & Leidenfi. in aliis *Saturno fefta.* fic *templum Jovis facratum*, vel *Jovi.* de quo vide Ach. Statium ad Catull. carm. LV. & plura apud Heinfium ad Prudent. pag. 58. non diffimilis varietas apud Juftinum Lib. XI. cap. 10. *ad vota Herculi reddenda.* ubi in aliis MSS *Herculis.* & Lib. XVIII. cap. 7. §. 7. *qui decimas Herculis ferre confueverat.* ita in vulgatis legitur. & in vetufto codice Franequerano; pro quo Faber tamen *Herculi*, idque magis Latinum effe notat. cui favet codex Oxonius. fed utrumque probum eft.

fumant ut pia tura Lares] *Laris* cod. Voff. refpicitur ad habitum hujus Menfis, qualis in Tabula ipfa videtur Diis Laribus tura fundens, quibus pro anni felicitate ac proventu facrificabant Kalendis. vide Broukhuf. ad Tibull. I. 1. 24.

Purpureos faftis qui numerat Proceres] *purpureum* cod.

EP. LXXIII. FEBRVARIVS.

At quem coeruleus nodo constringit amictus,
Quique paludicolam prendere gaudet avem,
Daedala quem jactu pluvio circumvenit Iris,
Romuleo ritu februa mensis habet.

EP. LXXIV. MARTIVS.

Cinctum pelle Lupae promtum est cognoscere mensem.
Mars olli nomen, Mars dedit exuvias.

Tem-

Leidens. v. c. Scalig. & Meermanni, unde *Purpureis fastis* conjiciebat. sed *Purpureos* recte Scaliger in margine Schedarum, ut in illius & Pithoei ac Vineti editione. *generat* conjecerat Heins. pro *numerat*, forte quia praecedit *natalis honorum*. Kalendae enim Januariae Consulatus initium erant, ideoque per *purpureos Proceres* intelliguntur Consules, Jani sacro mense honorem auspicantes. Ausonius Precat. Consul. init.

Jane veni: novus anne, veni: renovate veni Sol,
Consulis Ausonii Latiam visure curulem.

hinc Statius Lib. IV. Sylv. I. 11. de consulatu Domitiani:

Ipse etiam immensi reparator maximus aevi
Attollit vultus, & utroque a limine grates
Janus agit. & seqq.
Aspicis ut templis alius nitor, altior aris
Ignis, & ipsa meae tepeant tibi sidera brumae.
Fascibus ecce tuis (sic Markland.) *gaudent, turmaeque, tribusque,*
Purpureique Patres, lucemque a Consule ducit
Omnis honos.

loco adposito. nam illic *altior aris ignis*, ut primo versu *adspice ut aris Tura micent.* & Janus *reparator maximus aevi* (vel *proximus* cum Heinsio) dicitur, ut in hoc Epigrammate *Annorum seclique caput.* tum *Purpurei Patres*, pro Consulibus, quia purpura supremi honoris insigne, & Consules toga purpurea amicti erant. ut notum. ad rem facit locus Ausonii Ep. 2. de Consulatu suo, & Fastis Consularibus a se digestis, ad filium Hesperium: pag. 91. ed. Toll.

Tu quoque venturos per longum congere Janos,
Ut mea digessit pagina praeteritos.
Exemplum jam patris habes. ut protinus & te
Aggreget Ausoniis purpura Consulibus.

cujus loci ultimum distichon sic legitur in vetustissimo codice Vossiano,

Exempla confide meo. sic protinus & te
Applicet Ausoniis purpura Consulibus.

ut ex Tilliano adfert Vinetus: nisi quod in illo *Explicet.* in vulgatis *Aggreget.* hinc infra in Epigr. LXXXIV. de Mensium pictura:

Fulget honorificos indutus mensis amictus,
Signans Romuleis tempora Consulibus.

vide Davis. ad Cic. I. Tusc. Quaest. 28. pag. 68. & hinc Januarius Μὴν ὑπάτων πρῶτος in Epigr. Anth. Gr. Lib. I. Tit. 90. Ep. 4.

EP. LXXIII. FEBRVARIVS] DE KAL. FEBROARII v. c. Scalig. ut in titulis sequentium Epigrammatum pro singulorum Mensium nominibus in eodem codice DE KAL. APRILIS, DE KAL. MAII, & in ceteris.

At quem coeruleus nodo constringit amictus] *qui coeruleos* conjecerat Heinsius. sed vulgata ab omnibus MSS. & edd. firmatur. v. 4. *febroa* in Leidensi, & v. c. Scalig.

Daedala quem jactu pluvio circumvenit Iris] *cinctu* in marg. ed. Scalig. & Pith. *jacto* Vossianus, Puteaneus, v. c. Scalig. & Leidensis. quod vulgato *jactu* favet. ut est etiam in Scaligeri Schedis MSS. & cod. Meermanniano. neque aliter ex vetustis codicibus ediderunt Bucherius & Lambecius. *quemque arcu* conjecerat Heinsius. quod firmari posset ex Ovid. VI. Met. 63. in descriptione Iridis:

Qualis ab imbre solet percussis solibus arcus
Inficere ingenti longum curvamine coelum.

& Lib. XI. 590.

Iris & arcato coelum curvamine signans.

vel *arcuato*, de qua voce vide Heins. ad Claudian. VI. Cons. Hon. 518. Sed recte tamen hoc postea inprobavit, & *jactu* adseruit in notis ad Virg. V. Aen. 89. de arcu pluvio, qui varios *jacit* colores, explicans, locutionemque *jacere colores* ex Scholiasticorum poëtarum versibus de Iride & Sole, optime illustravit. Festus: *Manare Solem antiquos dicere ait Verrius, cum Solis orientis radii splendorem jacere coepissent.* vide quae supra notavi ad Ep. XVIII. de Iride. sic *jactus* de fulmine, ut Tertulliano *meruit tellus ardentibus uri Jactibus* optime restituit J. Fr. Gronov. Observ. in Script. Eccles. cap. XXII. *circumvenit* elegans verbum est, & a codicibus omnibus hic agnoscitur, (ne quis sana corrigendi cupidus id in *circumdedit* mutet) quod larga manu idem Heinsius illustravit ad Virg. VI. Aen. 132. ubi egregie poëtae vindicavit illo versu,

Cocytusque sinu labens circumvenit atro.

pro *circumfluit.* idque merito probat & sequitur Wassius ad Sallust. Jug. LXXI. 5. ubi alia de hoc verbo.

EP. LXXIV. *Cinctum pelle Lupae*] hoc ideo, quia Lupi olim in tutela Martis, propter Lupam Romuli nutricem. de quo Serv. ad Virg. I. Aen. 275. & Acro ac Porphyrio ad Horat. Lib. I. od. 17 9. *exubias* Putean. Voss. & Schedae Scalig.

Tem-

Tempus vernum hoedus petulans, & garrula hirundo
Indicat, & finus lactis, & herba virens.

EP. LXXV. APRILIS.

Contectam myrto Venerem veneratur Aprilis.
Lumen juris habet, quo nitet alma Ceres.
Cereus & dextra flammas diffundit odoras.
Balfama nec defunt, quis redolet Paphie:

Tempus vernum hoedus petulans &c.] ita correxi, licet in ed. Vineti, Pithoei, ac Scaligeri *Tempus ver, haedus* &c. ut eft etiam apud Bucher. & Lambec. fed in margine primae ed. Scalig. ex v. c. *vernum*. quomodo legendum etiam adfcripferat Heinfius, & monuit in notis ad Ovid. VII. Met. 321. quarto verfu *finos lactis* in fchedis Scalig. cod. Voff. & Putean. *fenus* in Meermanniano. per *finum lactis* indicatur vas illud, *mulctrare* dictum, quod in Tabula ipfa confpicitur. de quo vid. Serv. ad Virg. Ecl. VII. 33. fic *finus vini* in fragmento Valgii apud Philargyr. ad III. Georg. 177.

Sed nos ante cafam tepidi mulgaria lactis,
Et finum vini ceffamus ponere Baccho.

quod ex Servio adfert H. Stephanus in Fragm. vet. Poët. pag. 424. ubi *fundere Baccho*. ita *finus* Aquarii, pro urna, apud Manil. Lib. II. 505.

Nec non Arcitenens magno parere Leoni
Auribus, atque oculis finum fundentis Aquari
Confpicere adfuevit.

ut in Gembiacenfis & Sufiani codicis Excerptis inveni, & contextui reftituit Bentlejus, cum antes *fignum* ederetur.

EP. LXXV. *Contectam myrto Venerem*] illuftrant haec elegantiffimi verfus Ovidii IV. Faft. 139. & feqq. qui merentur adfcribi:

Aurea ficcato redimicula demite collo:
Nunc alii flores, nunc nova danda rofa eft.
Vos quoque fub viridi Myrto jubet illa lavari:
Caufaque, cur jubeat, difcite, certa fubeft.
Litore ficcabat rorantes nuda capillos.
Viderunt Satyri, turba proterva, Deam.
Senfit, & oppofita texit fua corpora myrto.
Tuta fuit facto, vofque referre jubet.

eo refpicit imago ipfa apud Lambecium, (nam apud Bucherium defideratur) in qua nuda ftat Venus, pubem finiftra tegens, circulo vel orbe myrteo contecta. & hinc in Kalendario ante Ovidii Faftos ad III. Non: April. notatur MERETRICES LAVANTVR SVB MYRTHO. *Veneratus Aprilis* correxerat Heinfius pro *veneratur*. fequentis verfus diverfas manufcriptorum vel editorum librorum lectiones dedit Lambecius pag. 292. ex quibus adfert,

Lumen turis, vel veris, habet, qua nitet alma Ceres.

vel *Lumen juris habet, quo nitet alma Thetis.* aut *Themis. Lumen veris* in cod. Puteau & Voff. ut Scaliger in margine fchedarum. quibus favet cod. Meerm. in quo *virus. juris* in fchedis & ed. Scaligeri, Vineti, & Pithoei. *Tetris* Voff. *Thetis* uterque Puteaneus & Leidenfis, Pithoeus in exemplari Bibl. Parif. v. c. Scalig. & Meermanni, cui id adadridebat, quia Ceres menfe Junio locum habet, ut ex Epigr. LXXVII. patet. fed Lambecius, ut in notis fuis praeiverat Vinetus, praefert *Lumen thuris habet, quo nitet alma Ceres.* idque ideo, quia nono die Aprilis Romani Cerealia facra celebrabant & ture facrificabant, quod firmant ex Ovidio IV. Faft. 409. de Cereris Ludis:

Farra Deae, micaeque licet falientis honorem
Detis, & in veteres turea grana focos.
Et fi tura aberunt, unctas accendite taedas.
Parva bonae Cereri, fint modo cafta, placent.

& hinc in Kalendario antiquo ad menfem Aprilem apud Lambecium ad III Idus legitur LVDI CEREALICI. quamquam in Kalendario ante Faftos Ovidianos ad VII Idus referatur FESTVM CEREALIVM LVDORVM. fed ludos hos ad pridie Idus Aprilis inchoatos, & XIII Cal. Maji finitos fuiffe docet Schurzfleifch. ad Kalendar. Imp. Conftantii pag. 348. hinc annua Cereri facra *vere jam ferens* ante meffem facere agricolis praecipit Virg. I. G. 339. & feqq. & hoc praeftare videtur prae conjecturis Heinfianis, quas binis editionis Pithoeanae exemplaribus adleverat, *Limen ruris adit, Limen veris, vel turis, habet, qua n. a. Ceres.* aut denique, *Nomen veris habet, quo nitet alma Thetis.* neque admittendum videtur *Lumen ruris adeft, quo nitet alma Ceres*, ut legendum notavit illuftris Bouhierius ad Pervig. Vener. pag. 182.

Cereus & dextra flammas diffundit odoras] *Cereus en dextra* Heinfius. forte *a dextra*, quia in Tabula Lambeciana ardens cereus ad dextram Aprilis collocatur. *odores* in Putean. Leid. Voff. fchedis Scaligeri, ejufdemque veteri codice, & Meermanniano. unde legi poffet *flammis diffundit odores. unctas taedas* dicit Ovid. d. l. ubi *pinus* praeferunt viri docti. ultimo verfu *Paphiae* cod. Voff.

EP. LXXVI. MAIVS.

Cunctas veris opes, & picta rosaria gemmis
  Liniger in calathis, adspice, Majus habet:
Mensis Atlantigenae dictus cognomine Majae.
  Quem merito multum diligit Uranie.

EP. LXXVII. IVNIVS.

Nudus membra dehinc solares respicit horas
  Junius: ac Phoebum flectere monstrat iter.
Lampas maturas Cereris designat aristas.
  Floralesque fugas lilia fusa docent.

EP. LXXVIII. IVLIVS.

Ecce coloratos ostentat Julius artus,
  Crines cui rutilos spicea serta ligant.

Mo-

EP. LXXVI. *Cunctas veris opes*] *Junctas* Heinsius conjecerat. altero versu *Laniger* vetus codex Scaligeri, Leidensis, & MS. Vineti. quod recte inprobat Lambecius. in Tabula enim ipsa Majus mensis veste *linea*, non *lanea*, indutus cernitur. *carbaseum amictum* infra vocat Ep. LXXXI. sic supra in Epigr. LXXI. in nonnullis cod. MSS.

Tunc Aries Veneri lintea serta legit.

ubi tamen *lutea* legendum notavi.

Mensis Atlantigenae dictus cognomine Majae] *Lanigene* cod. Meermann. *Lanigenae* v. c. Scalig. & Leidensis. In Vossiano & Puteaneo *Mensis lenigenae dictus cognomine Majus.* & sic in schedis MSS. Scaligeri ex alio codice, qui cum Vossiano plerumque consentit, descriptis. sed in margine emendaverat *Atlantigenae Majae*, ut edidit. nec aliter Vinetus & Pithoeus. sic infra in Epigr. de Mensium Pictura:

Majus Atlantiades natae dignatus honore
Expoliat pulchris florea serta rosis.

Majei correxerat Heinsius. quia in Vossiano *Majus.* sequentem versum in suo codice mendosum & mutilum hoc modo fuisse testatur Vinetus *Quae merito multum diligitur.* sed secutus fuit editionem Scaligeri *Quem merito multum diligit Uranie.* ut edidit etiam Pithoeus. *Quam* legebat Heinsius, Majam nempe. *Que merito* v. c. Scalig. & Leidens. *Uraniae* Voss. id est *Urania.* ut *Paphiae* praeced. Epigr. in eodem codice, pro *Paphie.*

EP. LXXVII. *Nudus membra dehinc solares respicit horas Junius*] *Nuda* Putean. Voss. Schedae MSS. Scalig. & codex Meermann. *Nudula membra* Leidens. & v. c. Scalig.

Lampas maturas Cereris designat aristas] *aristis* Putean. Voss. & eaedem Scaligeri Schedae, in quarum margine vir illustris pro *Lampas* conjecerat *Campis.* sed Tabulis ipsis, ad quas conposita sunt haec Epigrammata, insistendum est. apud Lambecium in Imagine Mensis Junii conspicitur Lampas vel fax Cereris, quam sinistra nudus tenet; licet in Epigrammate subjecto ediderit *Idem maturas Cereris* &c. ut est in editione Vineti. Sed in eadem Tabula etiam adponitur incurva Cereris falx ad segetes resecandas, quae *maturis aristis* potius convenit, quam Lampas illa, qua Ceres filiam Proserpinam a Plutone raptam per totum terrarum orbem quaerere adnisa fuit. unde forte pro *Lampas* hic legi posset,

At falx maturas Cereris designat aristas.

falx enim Cereri maturas aristas indicat ad messem faciendam, ut saepe apud Ovidium aliosque *curva falce rejecta Ceres.* vide supra ad Fragmentum ex Germanici Prognosticis v. 13. ubi legebat Heinsius,

Jam tum maturae segetes, & spicea pendet
Ante larem primum perfecta messe corona.

Sequente versu in Vossiano, Schedis Scaligeri, Puteaneo, & Leidensi,

Floralisque fugans lilia fusa docens.

Floralis & *docens* etiam in v. c. Scalig. & Meermanniano. sed optime ediderunt Vinetus, Pithoeus, & Scaliger, ut ille margini schedarum adleverat,

Floralesque fugas lilia fusa docent.

nam in Tabula ipsa exhibentur lilia, sed floribus humi prostratis, quibus indicatur, flores jam tunc flaccescere & cadere. *fugas* igitur *florales* dixit de celeri florum interitu. ut *aetatis fuga*, *anni fugaces*, & sim. *annorum series & fuga temporum* Horatio Lib. III. od. 30. 5. *fuga* enim pro quovis motu ac discessu praecipiti. vid. Gronov. ad Senec. Herc. Oet. 1038.

EP. LXXVIII. *Crines cui rutilos spicea serta ligant*] sic correxerat Heinsius, ut edidit Vinetus, quod

Morus ſanguineos praebet gravidata racemos:
Quae medio Cancri ſidere laeta viret.

EP. LXXIX. AVGVSTVS.

Fontanos latices, & lucida pocula vitro
Cerne ut demerſo torridus ore bibat,
Aeterno Regni ſignatus nomine menſis,
Latona genitam quo perhibent Hecaten.

EP. LXXX. SEPTEMBER.

Surgentes acinos, varias & praeſecat uvas
September, ſub quo mitia poma jacent:
Captivam filo gaudens religaſſe lacertam,
Quae ſuſpenſa manu mobile ludit opus.

EP.

quod firmatur a ſecundo Puteaneo. male in ed. Pith. & Scalig. *ligat.* in cod. Meermann. *rutilus ſpicea ſerta ligat.* in primo Puteaneo, Voſſiano, & v. c. Scalig. *legat.* in Leidenſi *legunt.* ſed ita, ut edidi, firmatur ex ipſa Picturae Tabula apud Lambecium. *rutilos crines* illuſtrat, hoc ipſo loco non omiſſo, Heinſius ad Ovid. V. Met. 440. ubi etiam *ligant* adfert, ut apud Lambecium. & ſic correxerat Pithoeus in exempl. Bibl. Pariſ. & in v. c. *legunt* haberi notaverat. praecedenti verſu *coloratus* & *rutilus* hoc loco in cod. Meerm.

Morus ſanguineos praebet gravidata racemos] *Moros* Petav. Voſſ. & Meerm. *Moros ſanguineos praebent* Leidenſis, & v. c. Scalig. & ult. verſu *virent.* in Voſſiano & ſchedis MSS. Scaligeri,

Moros ſanguineos praebet gravidata racemos,
Quem medio Cancri ſidera laeta viret.

ſed in marg. correxerat *Morus.* & *Quae m. C. ſidere.* in Meermanniano etiam *Quem medio.* reliqua Epigrammata defuiſſe in cod. MS. ſubſcripſerat in ſchedis ſuis Scaliger, eademque in Voſſiano, & Puteaneo primo quoque deſiderari, ſed ex codice altero adſcripta fuiſſe, notaverat Heinſius. *morus* hic Julio tribuitur, quae Junio adſcribitur infr. in Epigr. de Menſium pictura,

Sanguineis ornans aeſtatis prandia moris
Junius.

medio certe menſe Junio Sol in Cancro eſt.

EP. LXXIX. *Fontanos latices, & lucida pocula vitro*] *Fontanas* cod. Meerm. *& livida pocula vino* margini ed. Scalig. adſcripſerat Scriverius. quod parum abeſt quin amplectar, id eſt vino rubeſcentia pocula. & firmari poteſt haec conjectura ex notis Heinſii & Drakenborchii ad Sillum Ital. Lib. VII. 208. ubi pari fere variatione pro *lucentes ſole racemos* vindicarunt *liventes*, illis verſibus,

Uviferis late florebat Maſſicus arvis,
Miratus nemora & liventes ſole racemos.

& ſic legi poſſet apud Auſonium Epiſt. III. ad Heſper. v. 3.

Vel qui liventes rapuit de vitibus uvas.

ubi etiam *lucentes* editur. ſeq. verſu *dimerſo*, v. c. Scalig. *demerſo torridus ore* hic dicitur Auguſtus, quia in Tabula cernitur ore hianti, & erectis capillis, fontano latice ſitim ſedare ardens. unde infra Ep. LXXXIV.

Auguſtum penitus torret Phaëthontius ardor.

ſic *ore bianti* & patulis rictibus Autumnus deſcribitur Statio Lib. II. Sylv. I. 217. quod ex Tabula aliqua, in qua ſic depingebatur, etiam deſumtum eſſe recte notavit Marklandus. ultimo verſu *genitum quo perhibent Agathon* v. c. Scalig. per *aeternum regni nomen* indicari nomen Imp. Auguſti, & per *Hecaten* intelligi Dianam, cujus natalis celebratur Idibus Auguſti, notavit Lambecius. unde in Kalendario apud eumdem ad Idus Aug. notatur N. DIANES.

EP. LXXX. *Surgentes acinos, varias & praeſecat uvas*] *acinos varios, &* v. c. Scalig. Leid. & Meermann. ut edidit Vinetus, & Lambecius. ſed male. *Turgentes* vero hic legit Heinſius ad Ovid. XIV. Met. 661. & ad Lib. II. Faſt. 256. ubi *mitia poma* etiam illuſtrat. ſic in Epigrammate Pentadii de adventu Veris, ſupra Ep. LXIX.

Vitea muſta tument vicinas juncta per ulmos.

& Ep. LIV. Vomani de IV Tempeſtatibus,

Vitibus Autumnus turgentes detrahit uvas.

Ovid. III. Faſt. 238.

Uvidaque e tenero palmite gemma tumet.

Nemeſianus Ecl. II. 50. *dum Pallas amat turgentes ſanguine baccas.* Valer. Cato in Diris v. 115.

Dulci namque tumet nondum viticula Baccho.

eadem varietas apud Claudian. Epith. Honor. v. 94.

Hic caſiae matura ſeges, Panchaeaque turgent
Cinnama.

quod

EP. LXXXI. OCTOBER.

Dat prensum leporem, cumque ipso palmite foetus
October: pingues dat tibi ruris aves.
Jam Bromios spumare lacus, & musta sonare
Apparet. vino vas calet ecce novo.

EP. LXXXII. NOVEMBER.

Carbaseo post hunc artus indutus amictu,
Memphidos antiquae sacra, Deamque colit.
A quo vix avidus sistro conpescitur anser,
Devotusque sacris incola Memphidiis.

quod recte vindicavit Heinsius pro *surgunt*. ut olim edebatur. & apud Lucanum Lib. VI. 109.

——— *n-idum turgentibus altam*
In segetem culmis.

quod pro *surgentibus* multi viri docti ex MSS. praetulerunt; sed propter *altam segetem* alii potius *surgentibus* retinent. vide istic Oudendorpii & Patrui mei notas.

Quae suspensa manu mobile lulit opus] *nobile* v. c. Scaligeri, Pithoei, Leidensis, editio Vineti, & apud Lambecium in Tabulae Imagine. sed qui in notis pag. 297. recte Scaligeri, Bucherii, & Pithoei lectionem *mobile*, codicibus MSS innixam, praefert. sic in Epigrammate, quod ex Petronii Satyr. cap. 80. edidi Tom. I. pag. 605.

Calculus in tabula mobile ducit opus.

Ep. LXXXI. *Dat prensum leporem*] *prehensum* cod. Meerm. v. seq. *pinguis* Leidens. & v. c. Scalig. & apud Bucher. ut *pinguis ruris* jungatur. Heinsius sine distinctione hunc versum constituebat *October pingues dat tibi ruris aves.* per *pingues ruris aves* Lambecius monet, praecipue intelligendas esse perdices & attagenas. dein *Ambramius* codex Puteaneus. *Ambromiur* in Meerm. forte pro *Ambrosios*, ut in v. c Scalig. Vineti, & Leidensi. & sic in vetusto codice legi notavit Pithoeus in exempl. Bibl. Paris. & *manare*. Sed nihil mutandum. *Bromii lacus* sunt vasa vinaria, quae musta praelo expressa recipiunt. ut supra Ep. LXXI.

Funditat October vina Falerna lacu. ubi vide.

pro *musta sonare* in v. c. Scaligeri *mustam nare*, corrupte pro *musta manare*, ut infra Ep. LXXXIII. in Decembri *mdent* pro *madent*. in MS. Meerm. *sanere*. *manarr* etiam in Leidensi, ut in suo codice reperit Vinetus. sed qui recte *sonare*, ut Pith. Scalig. Bucher & Lambec. ediderunt, probavit. obstat enim prima in *manare*, quae producitur. sed repetita voce *jam* mallem hic legi *jam musta sonare*. pro *Apparet* Heinsius conjecerat *Par erit*, & *vino* &c.

Ep. LXXXII. *Carbaseo post hunc artus inductus amictu*] sic edidit Pithoeus, sed mendo typi *inductus* pro *indutus*. ut recte in ed. Scaligeri. Vinetus & Lambecius ediderunt

Carbaseo surgens post hunc indutus amictu.

quomodo in cod. Leidensi. *post hunc surgens* Pithoeus in marg. exempl. Bibl. Paris. *Carbaseos postquam hunc artus indutus amictus* MS. Meermann. in v. c. Scalig. *Carbaseo surgens postque hunc indutus amictu.* in Puteaneo *Carbaseos post hunc artus indutus amictus*, ut edidit Bucherius. altero versu *Mensis*, *ab antiquis* ediderunt Vinetus & Lambecius, & subintelligunt *temporibus*, quod & in v. cod. Scaligeri, & Leidensi habetur. & exemplari Paris. adscripserat Pithoeus. *Memphidos antiquae sacra Deamque colis* ed. Pithoei, Bucherii, & Scaligeri. his inter se collatis locus hic forte sic constitui posset:

Carbaseos post hunc indutus mensis amictus
Memphidos antiquae sacra Deamque colit.

carbaseos amictus indutus, ut infra Epigr. LXXXIV. de mensium pictura

Fulget honorificer indutus mensis amictus.

vide Heins. ad Claudian. VI. Conf. Hon. 569. *Carbaseos* autem *amictus* vocat lineos, *carbasus* enim lini genus est. Virg. VIII. Aen. 33.

——— *eum tenuis glauco velabat amictu*
Carbasus.

ubi vid. Serv. & hoc ideo, quia linigeri erant Isidis sacerdotes. unde apud Martialem Lib. XII. Ep. 29.

Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba,
Inter adorantes cum stetit Hermogenes.

qui locus Tabulae Lambecianae lucem adfert, in qua calvo capite conspicitur Isidis sacerdos, vel sub ejus habitu mensis November, linea veste indutus. plura de Iside linigera, & linigeris ejus sacerdotibus, notavit Heins. ad Ovid. I. Art. Am. 77. & Broukhus. ad Tibull. I. 3. 30. Sequenti versu scribebat idem Heinsius *A qua vix avidus* &c. Iside nempe. sed *a quo* intellige a Mense ipso sistrum manu in Tabula tenente, cui adstans anser adstrepere videtur erecto gutture:

EP. LXXXIII. DECEMBER.

Annua sulcatae conjecti semina terrae
Pascit hiems, Pluvio de Jove cuncta madent.
Annua nunc revocet Saturno festa December.
Nunc tibi cum domino ludere, verna, licet.

anser vero & sistrum pertinent ad sacra Isidis. vide Lambecii notas pag. 299. & Grangaeum ad Juvenal. Sat. VI. 543. qui adfert hoc epigramma, ut edidit illud Pithoeus. & tabulam Lambecianam, in qua caput Asini in columna additur, exhibuit Jac. Gronovius ad Minuc Fel. cap. XXVIII. p. 291. ut ea illustraret Minucii verba *asinum asinos cum Iside religiose devotatis.* altero in versu copulam delebat Heinsius & continua serie legebat

——— *compescitur anser*
Devotus sacris incola Memphitiis.

sacris etiam Scriverius adscripserat edit. Scaligeri, in qua legitur,

Devotusque satis incola Memphidiis.

Ideo autem *devotus sacris Memphidiis* dicitur anser, quia Isidi immolabatur. unde Nasoni Lib. I. Fast. 453.

Nec defensa juvant Capitolia. quo minus anser
Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.

ad quem locum vide quae notavit Heinsius, & Lib. I. Advers. cap. I. adde Cuperi Harpocratem pag. 54. Isia vero, sive sacra Isidis, ad Kal. Novembr. notantur in vet. Kalendar. apud Bucherium & Lambecium. de quo vide Scalig. Lib. II. de Emend. Temp. p. 70. Sed longe aliter hic versus legitur in v. c. Scaligeri, in quo *Devotusque satis ubera fert humidis.* & sic MS. Leidensis. & Pithoeus in margine exempl. Bibl. Paris. in Puteaneo *Devotusque satis incola Memphi deis.* ut ex cod. MS. edidit Bucherius. quod verissimum puto, sed pro *satis* retineo *sacris*, & lego

Devotusque sacris incola, Memphi, tuis.

vel *Deis.* non enim probo explicationem Lambecii, qua *Devotusque satis ubera fert humeris*, ut ipse edidit, Vinetum & Bucherium secutus, exponit de ansere. qui frugibus, quum erumpunt, infestus est, & propter edendi aviditatem vix sistro a satis fugatur, ideoque Isidi in victimam devotus est, & *ubera humeris ferre* dicatur propter dorsum eminens. neque Vineto adsentiri possum, qui *ubera fert humeris* interpretatur de ipso mense Novembri, quem *devotum*, quasi dedicatum ferendis frugibus, dicit, & semina in saccia super humeros portantem instar *Isidis multimammiae*, refert ad monstrosa ejus ubera & mammas in humeris; quarum tamen nullum vestigium video in depicta Mensis hujus imagine. Sed quam longe petita & contorta haec sint, nemo non sentit: neque felicius hoc in versu exponendo versatum fuisse Rob. Titium Lib. I.I. Locor. Controv. cap. 21. patebit ex Jos. Scaligeri in eum stricturis, sub Yvonis Villiomari nomine editis, pag. 69. & seq. Itaque viros eruditos consensuros mihi blandior, longe elegantiorem & poëticam magis esse lectionem modo propositam,

Devotus sacris incola, Memphi, tuis.

ut *Memphitiis*, pro *Memphi tuis* fuerit scriptum. Ideoque hoc praefero prae *Deis*, quia modo praecessit *Deamque colit* & copulam cum Heinsio delendam puto, ut cum praecedente versu aptius connectatur.

EP. LXXXIII. *Annua sulcatae conjecti semina terrae*] ita ediderunt Pithoeus & Scaliger. & in marg. *cum jecit.* mendose profecto. melius Vinetus *conjecta & semina*, ut in MS. Leidensi, & vetusto Scaligeri codice a manu secunda. & sic apud Bucherium & Lambecium. Heinsius *concredita semina*, vel, quod melius videtur, *conjecta en semina terrae* sed *Annua semina* miror neminem offendisse; praesertim quum *annua festa* sequantur. An forte *Arida semina*? nempe a Pluvio Jove irriganda; cujus imago conspici potest e Columna Antonini exhibita a Patruo meo ad Petronii cap. XLIV. pag 213. & Haverk. ad Tertullian. Apolog. cap. V. pag. 62.

Annua nunc revocet Saturno festa December] *Aurea nunc revocent* cod. Meermann. *Aurea nunc revocet Saturni festa* Leidensis, & v. c. Scaligeri, ut edidit Vinetus. *Aurea nunc revocat Saturno festa* apud Bucherium & Lambecium. parum interest, an *Saturni festa*, an *Saturno*, legatur. de quo supra ad Epigr. LXXII. ex ultimo versu, in quo corrupte *licent* in cod. Meerm. patet ratio, cur fritillum & tesserae in tabula Bucherii & Lambecii conspiciantur, quia tempore Saturnalium, quae Decembri mense agebantur, servi cum Dominis, communi hilaritate, genio & ludis indulgebant. unde mox etiam in fine Epigrammatis LXXXIV. de Mensium Pictura

Pigra suum cunctis commendat bruma Decembrem,
Cum soliers famulis tessera jungit heros.

hinc apud Horat. Lib. II. Sat. 7. 4.

——— *age, libertate Decembri*
(Quando ita majores voluerunt) utere:

Confer Statii Risum Saturnalitium Lib. IV. Sylv. ult. Martialem Lib. IV. Ep. 46. & Lib. V. Ep. 18 & 19. & illic Raderum. & quae eruditi Interpretes contulerunt ad Petron. cap. 26 & 58. ubi habetur *Io Saturnalia! Rogo, mensis December est?*

EP. LXXXIV. MENSIVM PICTVRA.

Fulget honorificos indutus menfis amictus,
Signans Romuleis tempora Confulibus.
Ruftica Bacchigenis intentans arma novellis
Hic meruit Februi nomen habere Dei.
Martius in campis ludens fimulacra duelli
Ducit Cinyphii lactea dona gregis.
Sacra Dioneae referens follemnia matri
Lafcivus crotalis plaudit Aprilis ovans.

Majus

EP. LXXXIV. MENSIVM PICTVRA] apud Pith. Lib. IV. Epigr. vet pag. 176. Scalig. Lib. II. Catalect. pag. 243. & produxit Elias Vinetus in notis ad Aufonii Difticha de Menfibus Idyll. XIX. in fine pag. 321. LAVS OMNIVM MENSIVM infcribitur in Thuaneo & Leidenfi.

Fulget honorificos indutus menfis amictus] vitiofe in cod. Thuaneo & Leidenfi *honorifico indoctus menfis comictu*. In alio veteri codice, ex quo in fchedis fuis defcripferat Scaliger, *honorifico indutus m. amictu*. fed recte in marg. correxerat *honorificos amictus*, ut edidit ipfe, & Pithoeus. quomodo adfert etiam Vinetus. fic paullo ante Ep. LXXXII. *Carbafeos poft hunc indutus menfis amictus*. legendum conjeci. fic *indutus thoraca*, *indutus chlamydem*, *indui arma*, & fim. frequenti apud poëtas Graecifmo. vide Heinf. ad Claudian. VI. Conf. Hon. 569. & ad Ovid. IV. Trift. I. 76.

Signans Romuleis tempora Confulibus] vide fupra ad Ep. LXXII. *fignare* hic ut apud Aufon. Precat. Conful.

Hoc capite aeternis fignat fua tempora Faftis.

Ruftica Bacchigenis intentans arma novellis] fic codex Thuan. Voffian. Leidenf. & fchedae MSS. Scaligeri, ut ipfe & Pithoeus edidit, fed in margine *popellis*, ut & in fchedis correxerat, vel *Lupercis*. *nobellis* cod. Salm. *popellis* etiam adfert Vinetus. *flagellis* conjecerat Heinfius. ut apud Avien. Defcript. Orb. v. 500. *coma largi palmitis illic Tenditur, ac fufo Bacchus tegit arva flagello*. & Virg. II. G. 299. de vitium cultura:

Neve inter vites corylum fere, neve flagella
Summa pete, aut fumma deftringe ex arbore plantas.

ubi Servius *flagella* exponit *fummas arborum partes, quia ventorum crebos fuftinent flatus*. & fic *flagella* eadem fignificatione in verfu Septimii Severi apud Victorinum, & fragmento veteris poëtae apud Prifcianum, quae loca adfert Heinf. ad Ovid. XIV. Met. 666. Sed poftea adfcripferat editioni Pithoeanae, nihil hoc loco mutandum, & intelligendum effe de malleolis novellis vitium, remittens ad locum Columellae Lib. III. de R. R. cap. 6. ex quo optima luce haec adfunduntur. ejus verba funt: *Malleolus autem novellus eft, palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque a fimilitudine rei, quod in ea parte, quae deciditur ex vetere farmento prominens utrinque malleoli fpeciem praebet*. poffes etiam per *novellas Bacchigenas* fimpliciter intelligere vites novas uviferas. fic enim paffim *vites novellae*. vide Broukhuf. ad Tibull. II. 2. 22.

Hic meruit Februi nomen habere Dei] fic edidi ex cod. Salmaf. Thuan. Voff. & ed. Vinet. *menfis* ediderunt Pith. & Sealig. ut in hujus fchedis MSS. *Februae Deae* legi poffet, & adftruit loco Fefti in *Februarius*: *menfis dictus, quod tum populus februaretur, id eft luftraretur ac purgaretur: vel a Junone februata, quam alii februalem, Romani Februlim vocant, quod ipfi eo menfe facra fiebant, ejufque feriae erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a Lupercis amiculo Junonis, id eft pelle caprina. quam ob cauffam is quoque dies februatus appellabatur*. Sed & *Februi Dei* fe vindicare poteft loco Macrobii Lib. I. Saturn. cap. 13. de Numa: *fecundum dicavit Februo Deo, qui luftrationum potens creditur. luftrari autem eo menfe civitatem neceffe erat, quo ftatuit ut jufta Dis Manibus folverentur*. plura de menfis hujus denominatione a *februo*, vide apud Ovid. II. Faft. 19. & feqq. Cenforinum de D. N. cap. 22. & illic notas Lindenbrog.

Martius in campis ludens fimulacra duelli] campo Vinet. & margo ed. Scalig. ac Pithoei. Heinfius legebat *Martius en campus* vel *Martius in Campo*. Voff. cod. *campis*. altero verfu *Duc* fchedae Scaligeri. fed in marg. *ducit* correxerat. ut edidit etiam Vinetus, & Pith. *Dicit* Leidenf. & Thuan. in quibus pro *lactea dona* legebatur corrupte *latea*. fed *ducit* vera lectio. eodem fenfu quo fupra Ep. LXXI.

Dulcia, Maje, tuis duces exagona Nonis.

— *referens follemnia matri Lafcivus crotalis*] matris

Majus Atlantiados gnatae dignatus honore
  Exspoliat pulchris florea serta rosis.
Sanguineis ornans aestiva prandia moris
  Junius: huic nomen fausta juventa dedit.
Quintilis mensis Cereali germine gaudens
  Julius a magno Caesare nomen habet.
Augustum penitus torret Phaëthontius ardor.
  Quem recreat fessum gello, fabella, melo.

Aequa-

tris cod. Salmaſ. *Laſcivius crotalis claudit* Thuan. & Leidenſ. *Laſcivus* in ſchedis MSS. Scaligeri, ut edidit cum Pithoeo & Vincto. ſed *Laſcivis* ipſe in margine correxit, ut recte etiam Heinſ. & Tollius. ſic infra hoc carmine, *Conteris October laſcivis calcibus uvas.* cur *crotala laſciva* dicantur, vel unus doceat locus ex Carminibus Liberis Ep. xxvi.

Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
  Ponit, & adducta tympana pulſa manu.

& quae notavit Scaliger ad initium Copae,

  Criſpum ſub crotalo docta movere latus.

Majus Atlantiados gnatae dignatus honore Exſpoliat pulchris florea ſerta roſis] ſic in editione Pithoei & Scaligeri. nec aliter adſert Vinetus. quos ſecutus ſum. in veteri codice, ex quo Scaliger in ſchedis ſuis deſcripſit,

  Majus Atlantis natae dicatus honor.

ubi in margine correxit ita ut ipſe edidit. in Salmaſiano, Thuaneo, & Voſſiano *Atlantis natae dicatus honori.* ſed notaverat Voſſius forte legendum *Maius Atlantis natae dicatus honori.* vel, *Atlantis natae dicatur honori, Et ſpoliat* &c. Heinſius Pithoeanae editioni adſcripſerat,

  Majus Atlantiados grato ſignatus honore.

altero verſu Tollius conjecerat legendum *Expolit at pulchris florea ſerta roſis.* ſed Heinſius ad Ovid. xiii. Met. 562. ex codice Voſſiano legit,

  Exſpoliat pulchris florea ſenta roſis.

nam cum decerpuntur aut decidunt roſae, exſpoliantur ſenta. *ſenta* etiam in editione & ſchedis MSS. Scaligeri, ſed qui *ſerta* margini adſcripſerat, *florea ſerta* Pithoei editio, ut profert Vinetus. *Exſpoliare* veteribus uſitatum docet Heinſius ad dictum Ovidii locum, cui reſtituit *Exſpoliatque genas oculis.* hoc quoque loco *Exſpoliat* plus eſt quam *ſpoliat*, pro penitus denudat. vide de hoc verbo Oudend. ad Caeſ. Lib. VII. de B. G. 77. §. 4. & quae Patruus meus notavit ad Phaedrum Lib. II. fab. 2. 1. apud Juſtinum Lib. XXVI. cap. 1. *Illae pretioſiſſima quaeque auferentes, cum ad portam convenisſent, omnibus rebus exſpoliatae, in carcerem recluduntur.* ſic *ſpoliare* pro decerpere, nudare, apud Martial. Lib. X. Ep. 42.

Celantur viridi ventura cydonia lana,
  Pollice virgineo quae ſpoliata nitent.

Mihi tamen non valde arridet, ut Majus dicatur *exſpoliare florea ſenta pulchris roſis.* & in verbo illo *Expoliat* aliud quid latere ſuſpicor, quod acutioribus excogitandum relinquo. an forte *Exornat*, vel *Exhilarat pulchris florea ſerta roſis.* certe *florea ſerta* videtur praeferendum pro *ſenta.* quae an recte dicantur pro hortis vel viretis, vario flore conſitis, dubito. *florea ſerta* etiam in Epigrammate Apuleji, quod edidi Tom. I. pag. 658. ubi vide notas. & ſic ex MSS. apud Ovid. VI. Faſt. 312. non *florida.* hinc in Tabula hujus Menſis apud Lambecium pag. 281. conſpicitur Majus tenens calathum variis floribus, e quibus eminent roſae, refertum.

Sanguineis ornans aeſtiva prandia moris] *ornat* margo ed. Scalig. & Pith. *ornans* tamen in ejus ſchedis MSS. & cod. Voſſiano. Vinetus adſert *Ornat ſanguineis aeſtatis prandia moris.* editae lectioni propius inſiſteret, ſi corrigeretur *aeſtivus.* ut video etiam conjeciſſe Heinſium. licet *aeſtatis prandia* praeferam vulgatae *aeſtiva.* producta ultima propter ſequens *pr.* quod nimis ſaepe intruſerunt viri docti.

Quintilis menſis Cereali germine gaudens] *meſſis* pro *menſis* ſcribendum monet Heinſ. ad Ovid. Rem. Am. 173. vide ſupra ad Ep. lxiii. pro *gaudens* in Salmaſ. Thuan. & ſchedis MSS. Scalig. *gaudet.* quod ſi admittatur, in fine pentametri *habens* ſcribendum eſſet. Sed alterum probo.

torret Phaëthontius ardor] *Fetontius* in Voſſiano. ut paſſim illo aevo ſcribebant. & *Faeton*, vel *Phaeton*, biſyllabice. de quo ad Luxorii Epigr. xxxviii.

Quem recreat feſſum gillo, facella, mela] *Gillo* aliter dicitur *baucalis* in Gloſſis. Nomen retinet in Italia & Gallia. Eſt autem ampulla vitrea. *Facella*, ut puto, eſt acetarium. Unde in vitis Imperatorum *facellaria* ſunt vaſa, in quibus repo-

ni

Aequales Librae September digerit horas:
Cum botruis captum rete ferens leporem.

Con-

nuntur acetaria. *Melo* non est melo noster praestantissimus fructus, qui veteribus omnino ignotus fuit. Nam melones veterum sunt in generibus cucumerum, & onerosos stomacho scribit Plinius. Nihil eorum, quae veteribus melonibus & peponibus fuis, convenit melonibus nostris, quibus & omnis ambrosia & nectar cedat licet. SCALIGER.

Quem recreat fessum gilla] Legitur haec vox apud Cassianum Institut. Lib. IV. cap. 16. *Si quis gillonem fictilem, quem baucalem nuncupant, casu aliquo fregerit.* Alias *baucalem* dici etiam habetur in Glossis Isidori, quas mihi dedit summus vir, & meis elogiis major Josephus Scaliger: ubi legitur *Gella, baucalis:* Glossarium Latino-Graecum, *Gilla βαυκάλιον.* Fuisse fictile vas Cassianus ait, quod tamen ex aere interdum fiebat. Nicarchus Anthologiarum Lib. II. cap. XXXV. ΕΙΣ ΜΙΛΙΑΡΙΟΝ:

Εἰς τὸ θέρος χαλκῶν βαύκαλιν ἠγόρασας. LINDENBR. Nullus fere locus in his Catalectis, virorum doctorum conjecturis magis agitatus. neque constant sibi codices manu exarati. In Salmasiano *Quem recreant fassum gillo fabila melo.* Thuaneus editioni Pithoeanae consentit *Quem recreat fessum gella fabella melo.* in Vossiano & schedis MSS. Scaligeri *Quem recreas fessum gilla faula melo.* at margini adleverat, *linga*, vel *gilla*, *Pitbaula.* ipse vero edidit, *Q. recreat f. gillo, facella, melo.* apud Vinetum, qui hoc carmen ex veteri codice produxit. *Quem recreat fessum gilla * faula melo.* audacissimus Criticus Valens Acidalius in Epistolis suis pag. 276. versum hunc ita constituebat,

Quem recreat fessum trulla mera gelida.

vel,

Quem fessum gelido trulla mera recreat.

trulla enim nomen vasis bibitorii. sed insulsissime. If. Casaubonus ad Lamprid. Elagab. cap. 20. legebat,

Quem recreat fessum gilla, facella, melo.

& *facellam* refert ad genus ciborum ἀναστομωτικῶν & acetariorum, quae stomachum irritabant, ex facela, garo atque oleo. sic fere Scaliger ad hunc locum, qui *facella* etiam emendaverat in edit. Pithoeanae libro, qui est in Biblioth. Caes. Vindobonensi. Sed haec refutat ibidem Salmasius, & ex suo antiquissimo Epigrammatum veterum codice, quem a Joh. Lacurnaco se accepisse scribit, profert, ut modo adnotavi,

Quem recreat fessum gello, fabilla, melo.

fabillam vero diminutivum facit a faba, quae Graeca faba vocabatur, & arbor erat Graecis lotos appellata, cujus non tantum fructu suavissimo ad sitim sedandam utebantur, sed praecipue umbram ejus per ferventissimos aestus captabant. Felicius rem acu tetigisse opinor N. Heinsium, qui in notis ad Ovid. Lib. I. A. A 161. ex vetustissimo codice, a P. Scriverio secum communicato, (Salmasiano eumdem puto) in quo *gilla, fabilla* legebatur, corrigendum censet, *gilla, tabella.* & per *gillonem* intelligit vas vitreum ad bibendum. de quo vide Scalig. ad Propert. Lib. IV. El. 8. pag. 282. illo versu *vitrique aestiva supellex.* In Glossis a Vulcanio editis pag. 583. *ὑδροκώθων*, *Aqualegello.* Scribe, *Aquale, gello.* Glossarium Leidense MS. *Gilla, fitula.* Glossarium Isidori, manu Scaligeri descriptum, & aliud ejusdem Bibliothecae Glossarium post Isidori Etymologias, gellonem *baucalem* interpretantur. Papias in Vocabulario. *Gelonis, baucalis, vas.* ubi corrige *Gelo, onis.* & in alio loco sub litera B. *Baucalus, gella, ubi infusio fit, vas est.* *gillo* etiam in epigrammate veteri apud Pithoeum Lib. IV. pag. 159.

Gillo venit gelidum vastis singultibus amnem,
Vis aliena cui frigoris addit opem.
Nam tepidum laticem curamus claudere testa,
Ut mersa imbrigenis unda nivescat aquis.

sic enim legitur in codice Salmasiano. vide de hac voce Lindenbrog. Glossar. ad Cod. Leg. Antiq. pag. 1407. Meurs. in Auctor. Philol. cap. 34. pag. 177. Salmas. ad Trebell. Pollionis Claud. cap. 14. & Rosweydi Onomast. Patrum pag. 1031. *tabellam* vero exponit Heinsius de flabello, quo ventum in aestatis calore faciebant, quae *tabella* dicebatur, quia ex tabulis tenuioribus, ut hodie, fiebat. ut in illo Ovidii loco etiam restituit, *Profuit & tenui ventum movisse tabella.* tale flabellum Graeci appellabant *ῥιπίδα* vel *ῥιπίδιον*, quo ad refrigerationem utebantur, & ad culices vel muscas abigendas. Glossae MSS. Dosithei: *Ῥιπίς, flabellum.* Glossarium Gr. Lat. pag 602. ed. Vulc *Ῥιπίζω, flabello, Ῥιπιστήριον, flabellum.* *ψῦγμα* vocat Athenaeus Lib. VI. cap. 16. ubi narrat Therem manu dextra juveni delicatulo *Φοινικὸν ψῦγμα* commovisse. ut restituit Casaubonus pro *ψῆγμα.* quem vide in Animadvers. pag. 452. & plura de ejusmodi flabellis apud Georg. Fabric. ad Terent. Eun. III. 5. 50. Hercules apud Propertium Lib. IV. El 9. 50.

Mollis & hirsutum cepit mihi fascia pectus,
Et manibus duris apta tabella fuit.

ubi Broukhusius Scaligerum secutus male edidit *apta* *puel-*

Conterit October lascivis calcibus uvas,
Et spumant pleno dulcia musta lacu.
Arva November arans, foecundo nomine * bestiae
Cum terit, & sentit pinguis oliva molas.

Pigra

puella fui. & in notis Heinsium *tabellas & umbracula* nonnihil confudisse animadvertit, illa enim erant arcendo soli, hae ad ventum faciendum. Non adeo videtur ea confudisse, quum quidem observationi de tabella aliquid de gestandis umbraculis, servili etiam officio, addidisse. de utrisque docta est observatio Casauboni ad Suet. Aug. cap. 82. ubi narrat ille auctor, Augustum meridianum somnum captare solitum fuisse *ab quo ventilante.* Ab ejusmodi flabello, quo utebantur ad muscas arcendas, dictus est *Flabarius*, qui in Isidori Glossis exponitur *custos corporum*, seu cadaverum: ut vere emendavit Ampliss. Gulielmus Pauwius, Curiae Supremae Senator eruditissimus, in Observ. Juris Rom. cap. VII. pag. 38. pro absurda editorum codicum lectione *custos porcorum.* Hoc igitur in versu recipiendum videtur ex sententia Heinsii

Quem recreat fessum gelo, tabella, melo.

aut *flabella*, si legis metricae rationem neglexisse statuamus hunc epigrammatarium; carmen enim posteriorum temporum esse addit Heinsius. cujus emendationem etiam probavit Graevius in notis ad Isidori Glossar. pag. 9. & 28. rejiciens Scaligeri lectionem *facella.* Certe rem conficit Pictura Mensis Augusti apud Lambecium de Biblioth. Caesar. Tom. IV. pag. 284. in qua conspicitur vas ansatum, tres melones, & flabellum ex cauda pavonis confectum. quale etiam memorat Claudianus Lib. I. in Eutrop. 109. ubi Eutropio servile ministerium dominae ventilandi flabellum tribuit,

Et quum se rabido fessam projecerat aestu,
Patricius roseas pavonum ventilat alas.

ut legit Heinsius. similisque flabelli mentio apud Propertium Lib. II. El. 18. 59.

Et modo pavonis caudae flabella superbi,
Et manibus dura frigus habere pila.

ubi de his delicatis ex cauda pavonis flabellis legi merentur Broukhusii notae. Quod autem adtinet ad *umbellas*, sive *umbracula*, quibus usos fuisse veteres ad solem defendendum notat idem Broukhusius ad alterum Propertii locum supra indicatum, illa σκιάδια Graecis vocabantur. ut docet Scholiastes Aristophanis ad Equites v. 1344. Σκιάδειον· σκίπασμά τι, ὅπερ αἱ γυναῖκες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἔχουσι θέουσαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ καίεσθαι τὰς ὄψεις ὑπὸ τοῦ ἡλίου. quo in loco pro θέουσαι Perizonius ad Aelian. VI. Var. H. cap. 1. legebat θεῶσαι vel θεωροῦσαι. sed Celeb. Hemsterhusius in Addendis ad Pollue. VII. 174. retinet θέουσαι. Intelligitque mulieres, quae negotiorum caussa in publicum prodibant θέουσαι, *currentes.* vel legebat ἴχουσι φέρουσαι, pro φέρουσι, noto hellenismo. Sed Cel. Dukerus in notis ineditis ad Aristophanem non sine caussa dubitabat, an mulieres Athenienses in *theatro spectantes*, θεωροῦσαι, ut legebat Perizonius, vel θέουσαι, *festinato procedentes*, umbraculis usae fuerint; ideoque praeferebat lectionem, quam habet Varinus in Σκιάδειον ex Scholiaste Aristoph. ad Aves pag. 610. σκιάδειον σκίπασμά τι, ὅπερ αἱ κανηφόροι γυναῖκες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἔχουσιν αἱ ἀπιοῦσαι εἰς τὰ Ἐλευσίνια, ὑπὲρ τοῦ μὴ καίεσθαι τὰς ὄψεις ὑπὸ τοῦ ἡλίου. hinc supplendum alterum locum, & pro θέουσαι legendum censebat ἀπιοῦσαι &c. nam in sacris pompis mulieres Athenienses σκιαδίοις utebantur, ut eum proficiscerentur Eleusinem, hoc est *umbellis* vel *umbraculis*, non *flabellis*, ut minus bene vertit Perizonius. de quibus vide Pauli Paciaudi Dissertationem de Umbellae gestatione, Romae editam an. 1752.

Librae September digeris horas] *degeris* Leidens.

Cum botruis captum rete ferens leporem] sic etiam apud Vinetum. *botrys* & *rure* in margine primae ed. Scalig. & Pith. primum etiam est in Thuaneo, alterum in Salmasiano & eodem Thuaneo. *botris* Leid. & Voss. *rere* in Vossiano a m. pr. *rure* a m. sec. & in Leid. in schedis MSS. Scaligeri *Cum botruis captum et referens leporem.* sed in margine correxit *rete ferens.* seq. vers. *Conterat* cod. Salm.

*Arva November arans foecundo nomine * bestiae*] *aras foecundo numine Vestae* Scaliger in marg. Schedar. *aras f. nomine bestiae* cod. Salmas. *numine Vestae Conteris, & sentis pinguis oliva molas* adfert Vinetus. an forte hic intelligitur asinus, quo utebantur ad molas versandas? unde ex *Vestae* nomine promanaverit *bestiae.* ut in Epigrammate, quod edidi Tom. I. pag. 627.

Cum possis parvo sumtu conducere asellum,
Qui soleas teretes volvere rite molas.

ubi in notis plura dedi de asino ad molas versatiles adhiberi solito. eo spectat Epigramma Secundi in Antholog. Gr. Lib. I. Tit. XXXIII. Ep. 21, pag. 68. ed. Obsop.

Τίπτε τὸν ἀγκυλόεντα βραδύποδα ὄνον ἀμφὶς ἐν ἵπποις
Γυρὸν ἀλωεινοῖς ἐξελάατε δρόμον;
Οὐχ ἅλις ἐστὶ μύλοιο περίδρομον ἄχθος ἀνάγκης
Στρεπτὸν σκοτίοις κυκλοδίνητος ἔχω,
Ἀλλ' ἔτι καὶ πώλοισιν ἐρίζομεν; ἦ ῥ' ἔτι λοιπὸν
Ἦν μοι τὴν σκολιὴν αὐχένι γῆν ἀρόειν.

Pigra suum cunctis commendat bruma Decembrem,
Cum sollers famulis tessera jungit heros.

EP. LXXXV. BEDAE.

Principium Jani sancit Tropicus Capricornus.
Mense Numae in medio Sol distat sidere Aquari.

Pro-

quod sic interpretabatur Hugo Grotius:

Quid me tardigradum rudens genus inter aristae
Tritores asinum currere cogis equos?
Nonne sat est, quod ago tenebris damnatus in orbem
Usque recursurae pondera scabra molae.
Mene & equis certare jubes? an restat & illud;
Ut collo glebas inter aratra traham.

vide illic Brodaei notas. Ovid. III. A. A. 290.

Ut rudis ab scabram turpis asella molam.

& Med. Fac. 58.

Haec ubi ventosas fuerint siccata per auras,
Lenta jube scabra frangat asella mola.

Ideo autem Vestae hic mentio fiat, quia asinus Vestae in deliciis. quo refer illud Propertii Lib. IV. El. I. 21.

Vesta coronatis pauper gaudebat asellis,
Ducebant macrae vilia sacra boves.

Vestae delicium est asinus, apud Auctorem Copae v. 26. Tom. I. pag. 716.

Huc Alibida veni: lassus jam sudat asellus.
Parce illi. Vestae delicium est asinus.

ut legendum illic vidimus, & per *Alibidam* intelligendum esse Silenum, quia additur *lassus jam sudat asellus.* qui locus egregie illustratur monumento illo veteri, in quo Silenus insidet asino defesso & in terram inclinanti, quem Bacchae & Satyri allevant, apud Donium Tab. V. pag. 29. Murator. Tom. I. pag. CIV. & Tom. III. pag. MCDLXXIII. 2. & quod adfert Spanhemius Commentario Gallico ad Juliani Caesares pag. 100. lucem vero optimam illi monumento dat locus Ovidii Lib. I. A. A. 543.

Ebrius ecce senex pando Silenus asello
Vix sedet, & pressas continet arte jubas.
Dum sequitur Bacchas, Bacchae fugiuntque petuntque;
Quadrupedem ferula dum malus urguet eques.
In caput aurito cecidit dilapsus asello.
Clamarunt Satyri, Surge age, surge, pater.

Sed haec in transcursu. ad hunc versum ut redeam, *Vestae* nomen illi reddendum arbitror, & forte emendandum *Arva November arat foecundo munere Vestae.* ut *Vesta* pro terra capiatur, propria sua notione, ut *Vestae abdita*, pro terrae abditis, apud Avienum Ora Marit. v. 18. ex emendatione Holstenii & Heinsii. vel si prior interpretatio magis adrideat de asino Vestae amato, quo ad molas agendas utebantur, (harum enim mentio est in seq. versu) ei confirmandae facit Nasonis de Vesta locus Lib. VI. Fast. 308. & seqq.

Venit in hos annos aliquid de more vetusto,
Fert missos Vestae pura patella cibos.
Ecce, coronatis panis dependet asellis;
Et velant scabras florea serta molas.
Sola prius furnis torrebant farra coloni;
Et Fornicali sunt sua sacra Deae.
Suppositum cineri panem focus ipse parabat;
Strataque erat tepido tegula quassa solo.
Inde focum servat pistor, dominamque focorum,
Et quae pumiceas versat asella molas.

altero versu *Cum terit & sentit pinguis oliva molas* ediderunt Scalig. & Pith. *teret* cod. Voss. *conterit* in marg. ed. Lugd. Scalig. & Pith. Sed omnino legendum, ut in codice Salmasiano est,

Cum teretes sentit pinguis oliva molas.

nam praecessit *Conterit October lascivis calcibus uvas.* adeoque *Cum terit* inconcinne hic repetitur. neque aliter Heinsius e conjectura in uno Pithoeanae editionis codice castigaverat. sic in Epigrammate DE EO QVI MOLAT, quod ex Pithoeo pag. 160. ed. Par. edidi Tom. I. pag. 627.

Cum possis parvo sumtu conducere asellum,
Qui soleat teretes volvere rite molas.

ubi pro *volvere* in aliis est *vertere.* quod firmari posset ex Petronio cap. 139. *sic orbis vertitur tamquam mola.*

Commendat bruma Decembrem] *commenda* Vossian.

Cum sollers famulis tessera jungit heros] vide supra ad Ep. LXXXIII. *ungit* vitiose in Thuaneo.

EP. LXXXV. BEDAE. *Principium Jani* &c.] imo Beda ipse ut antiquioris scriptoris refert in libro de Natura Rerum cap. 15. *Sicut quidam*, inquit, *veterum versibus explicavit heroicis.* Citantur ab Amalano Treverensi Lib. de ordine Antiphonar. cap. 72 & 73. Sequens Edillium Ausonio a pluribus adscribitur. PITHOEVS. Hoc dodecastichon memini invenisse sine titulo inter carmina & alia scripta Fortunati Episcopi Pictaviensis, & in libro Bedae de Temporum Ratione. VINETVS. perperam Bedae inscribitur, cum ipse Beda referat ut antiquioris scriptoris libro de Natura Rerum. SCRIVER. sub Bedae nomine edidit Pithoeus Lib. IV. Ep. vet. pag. 177. & Scaliger inter vet. Poët. Fragmina Astronom. pag. 167. qui tamen in editionis Pithoeanae exemplari, quod in Bibliotheca Vindobonensi adservatur, BEDAE nomen manu sua delevit, adscripsitque ANTIQVI AVC-

Procedunt duplices in Martia tempora Pifces.
Refpicis Apriles, Aries Phrixaee, Kalendas.

Majus

AVCTORIS. nam, ut monuit Pithoeus in notis, tamquam veteris auctoris carmen profert illud Beda in libro de Temporum Ratione cap. XIII. Tom. II. Oper. pag. 68 & 69. ed. Colon. fed incipit a verfu quarto *Refpicis Apriles* &c. tribus prioribus fub finem rejectis. ibidem legitur v. 5. *miratur cornua Tauri.* v. 7. *fert Julius aftrum.* v. 10. *Octo-ber.* fecundo autem verfu *folidi flat fidus Aquarii.* Inter Aufonii Carmina legitur in Eclogario p. 557. ed. Tollii, cum infcriptione IN QVO MENSE QVOD SIGNVM SIT AD CVRSVM SOLIS. quo titulo etiam exftat in ejufdem poëtae editione Tornaefiana pag. 282. Burdigalenfi Eliae Vineti Idyll. XXIII. pag. 329. & Scaligeri pag. 184. BEDAE tamen etiam tribuitur in antiquo codice, qui olim fuit Scaligeri, ex quo variantes lectiones in quaedam vetera Epigrammata in fuas fchedas conjecit N. Heinfius, ibidemque adnotavit, fingulos hos verfus initium uniuscujufque paginae in ifto codice occupaffe, quibus Kalendarium eo ordine erat adfcriptum, ut finguli menfes fingulas complecterentur paginas, in quarum fine finguli hi verfus legebantur:

Jani prima dies & feptima fine tenetur.
Ail Februi quarta eft. praecedit tertia finem.
Martis prima necat, cujus de cufpide quarta eft.
Aprilis decima eft. undena & fine minatur.
Tertius eft (leg. aft) Majo lupus eft & feptimus anguis.
Junius undecimo quindenum a fine falutat.
Tredecimum Julius decimum innuit ante Kalendas.
*Augufti Nepa * prima fugat de fine fecunda.*
Tertia Septembris vulpis ferit a pede denam.
Tertius Octobris pullus decimum ordine nectit.
Quinta Novembris acus vix tertia menfis in urna.
Dat duodena cohors feptem inde decemque Decembris.

Quod adtinet ad Kalendarium illud verfibus his additum, non dubito fimile, vel potius idem effe, quod ineditum fe poffidere teftatur Salmafius ad Solin. Tom. I. pag. 641. ed. Parif. ubi fpecimen ejus adfert ex menfe Januario & Junio, quae eadem cum legantur in Kalendario veteri, manu Heinfii defcripto, illud totum ex ejus Schedis, bona cum lectoris venia, ne pereat, hic adferam, praefertim quia reliqua omifit Salmafius. Notantur autem in eo decrementa & augmenta dierum in fingulis menfibus per horas aequinoctiales: *Crementum dierum. Aquarius. Januarius. Menfis hic habet horas diei* X. *noctis quoque* XIIII. *fimilis Decembri pro folftitio. Pifces. Februarius. Menfis hic habet horas diei* XI. *noctis quoque* XIII. *fimilis Novembri. Aries. Martius. Menfis hic habet horas diei* XII. *noctis quoque* XII. *fimilis Aprili, Septembr. & Oct. pro equinoctio. Equinoctium. Taurus. Aprilis. Menfis hic habet horas diei* XII. *noctis quoque* XII. *fimilis Marti & Sept. & Octubr. pro equinoctio. Augmentum dierum. Gemini. Majus. Menfis hic habet horas diei* XIII. *noctis quoque* XI. *fimilis Augufto. Cancer. Junius. Menfis hic habet horas diei* XIIII. *noctis quoque* X. *fimilis Julio pro Solis flicio. Solis ftitium. Leo. Julius. Menfis hic habet horas diei* XIIII. *noctis quoque* X. *fimilis Junio pro Solisflicio. Virgo. Auguftus. Menfis hic habet oras diei* XIII. *noctis quoque* XI. *fimilis Majo. Crementum noctium. Libra. September. Menfis hic habet horas diei* XII. *noctis quoque* XII. *fimilis Octob. Mar. & April. pro equinoctio. Aequinoctium. Scorpius. October. Menfis hic habet horas diei* XII. *noctis quoque* XII. *fimilis Sept. Mar. & April. pro equinoctio. Augmentum. Sagittarius. November. Menfis hic habet horas diei* XI. *noctis quoque* XIII. *fimilis Februario. Solifticium. Capricornus. December. Menfis hic habet horas diei* X. *noctis quoque* XIIII. *fimilis Januario pro Solfticio.* Sed redeamus ad hoc Epigramma. Illud, tribus primis verfibus in finem etiam conjectis, ut apud Bedam, jam olim protulit Lucas Gauricus in Calendar. Ecclefiaft. Novo pag. 53. b. ubi etiam v. 5. *cornua Tauri.* & v. 10. *Equat & Octobrem fementes tempore Libra;* tum *Dimidium Jani claudit Tropicus Capricorni.* &, *Menfe Numae egreditur folidi mox fidus Aquari. Producunt duplices* &c. eodem ordine etiam hi verfus leguntur in MS. Meermanniano, quondam Claromontano, feculi undecimi codice, (quo continentur Bedae & aliorum tractatus varii de Computo) praefixa hac epigraphe VERSVS DE DVODECIM MENSIAVS. fed in margine vetulix manu pro MENSIBVS adfcriptum erat SIGNIS. In hoc etiam codice v. 5. *miratur cornua Tauri.* v. 7. *fert Julius auftrum.* non *aftrum.* v. 9. *Sidera Virgo tuo.* v. 10. *Octimber* & v. ult. *Decembre.* deinde in eodem codice Meermanniano poft hoc Epigramma fequebantur VERSVS CICLI ANNIVERSALIS. Eos in gratiam illorum, quibus ufu venire poffint, hic quoque fubjungam:

Linea, Chrifte, tuos prima eft quae continet annos.
Atque fecunda tenet cicli, quae indictio conftat.
Servabis numeros Epoctis tertia certos.
Quarta dies numerat feptem biffextilis anni.
Quinta tibi ciclos Lunaris computet anni.
Jam quartas decimas defignat fextaque lunas.
Septima nam Pafchae oftendit tempufque diemque.
Aetatem Lunae monftrat (leg. *monftratque*) *novifsimus ordo.*

pertinet enim hoc epigramma ad doctrinam Cy-
cli

Majus Agenorei miratur cornua Tauri.
Junius aequatos coelo videt ire Laconas.
Solstitio ardentis Cancri fert Julius astrum.
Augustum mensem Leo fervidus igne perurit.
Sidere, Virgo, tuo Bacchum September opimat,
Aequat & October sementis tempore Libram.
Scorpius hibernum praeceps jubet ire Novembrem.
Terminat arcitenens medio sua signa Decembri.

EP.

cli Paschalis, cui *Compoti* vel *Computi* nomen indiderunt posterioris aetatis scriptores, quia hac arte computabant Solis & Lunae cursum, Annos, Menses diesque, ad definiendos Cyclos, Epactas, Kalendas, Idus, & praesertim Paschatis tempus; qua de re inter veteres Beda, Rabanus Maurus, Auctor anonymus Libri de Computo, editus a Muratorio Tom. III. Anecdotor. Latin. aliique plures scripserunt, quo spectant inedita inter Schedas Heinsianas Excerpta ex libello Dionysii cujusdam, sub titulo CALCVLVS DIONYSII EPISCOPI ALEXANDRINI DECEMNOVENNALIS, quo cursus annorum Anni Diocletiani, additis Indictionum numeris, ad calculos exegit. Sed feliciori successu post renatas literas doctrinam hanc scriptis suis egregie illustrarunt Lucas Gauricus, libro Venetiis apud Juntas edito an. 1552. sub titulo *Calendarii Ecclesiastici Novi*, tum Aegidius Bucherius eruditissimo Commentario ad Victorii Aquitani, Hippolyti, & Anatolii Alexandrini Canones Paschales: nostro seculo inter Italos Franciscus Blanchinus in Dissertationibus de Kalendario & Cyclo Caesaris, & Hippolyti Paschali Canone; & nuperrime e Batavis nostris Vir Amplissimus, rara meritorum & doctrinae gloria nomen posteritati commendatissimum, Balthasar Huydecoperus, in Commentariis exactissima diligentia elaboratis, & multiplici eruditione refertis, ad Aemilii Stokii Chronicon Rhythmic. Hist. Holland. Tom. I. Lib. I. v. 1300. ubi operosa digressione plurimos recentiorum historicorum errores excussit, omnemque dierum Paschalium Conputationem in certas Tabulas redegit.

v. 2. *Sol distat sidere Aquarii*] *soli das*, & *Sol distat* etiam legitur. VINETVS. *Sol distat sidus Aquari* Puteaneus. In v. c. Scalig. & Leidensi *Soli stat sidus Aquarii*. unde Heinsius legebat *Soli instat* apud alios *Solis stat sidus*. in cod. Meermanniano *solidi stat sidus Aquari*, ut apud Bedam, & in ed. Ausonii Tornaes. & Vineti. & sic Pithoeus in marg. exempl. Bibl. Paris. v. 4. *Respicis Aprilis* male in v. c. Scalig. & Leidensi.

Majus Agenorei miratur cornua Tauri] ita restitui ex v. c. Scalig. Leidensi, Puteaneo, & Meermanniano. nec aliter in edit. Ausonii Tornaes. Vineti, & Scaligeri, qui sic etiam edidit in vett. Poët. Fragm. Astron. perperam enim in Pithoei editione *Cancri*. Ausonius in Eclogario pag. 550. ed. Toll.

Inde ad Agenorei festinans cornua Tauri
Scandit Lanigeri tropaeon Sol aureus astrum.

In Fragmento Prognosticor. Germanici pag. 127. ed. Grot.

Hinc & Agenorei stellantia cornua Tauri.

Agenoreum bovem vocat Ovidius VI. Fast. 712. ubi Heinsius hoc ipso in loco *Tauri* ex v. c. legendum notavit, ut ed. Pithoeanae margini etiam adscripserat.

Cancri fert Julius astrum] sic edendum censui ex v. c. Scalig. & Leidens. licet *austrum* in ed. Pith. & Carm. Astronomicis a Scaligero collectis. sed *astrum* in Ausonio edidit. nec alitet in ed. Tornaes. & Vineti.

Aequat & October] *Octimber* Petav. & Meerm. *Octember* ed. Pith. *October* Leid. & v. c. Scalig.

Scorpius hibernum praeceps jubet ire Novembrem] & *Scorpios* & *Scorpion* hic legitur, & *November* & *Novembrem*. VINET. Lege *Scorpion hybernus praeceps jubet ire November.* sic enim Ausonius in Monostichis de Mensibus, *Sidera praecipitat pelago intempesta November.* & in Distichis de iisdem *Quique salo mergens solemnia signa November Praecipitat* quod hic vocat *praeceps jubet ire Scorpion.* & qui hic *hibernus*, illic *intempestus* appellatur. TOLLIVS. *Scorpion hib. pr. jub. ire November* Ausonii ed. Tornaes. *Scorpion h. p. j. ire Novembrem* ed. Scalig. *Scorpius hib. praec. jub. ire Novembrem* edidit Pithoeus & Vinetus. ut in cod. Meerm. & in Carm. vett. Poët. Astronom.

EP.

EP. LXXXVI. DE MENSIBVS.

Primus Romanas ordiris, Jane, Kalendas.
  Februa vicino menſe Numa inſtituit.
Martius antiqui primordia protulit anni.
  Foetiferum Aprilem vindicat alma Venus.
Majorum dictus patrum de nomine Majus.
  Junius aetatis proximus eſt titulo.
Nomine Caeſareo Quintilem Julius auget.
  Auguſtus nomen Caeſareum ſequitur.
Autumnum Pomona tuum, September, opimat.
  Triticeo October foenore ditat agros.
Sidera praecipitas pelago intempeſta, November.
  Tu genialem hiemem, feſte December, agis.

EP.

EP. LXXXVI. *Primus Romanas* &c.] inter Epigr. vetera ibidem edidit Pithoeus pag. 177. & in Carm. vett. Poët. Aſtronom. Scalig. pag. 166. ſed legitur inter Auſoniana in Eclogario Idyll. XVII. pag. 318. ed. Vinet. pag. 278. ed. Tornaeſ. pag. 182. ed. Scalig. & pag. 553. ed. Toll. in vetuſto Scaligeri codice, ab Heinſio collato, titulus erat DE MENSIBVS ANNI. idem Heinſius contulit cum duobus Puteaneis, Leidenſi, uno Voſſiano, & vetuſtiſſimo Auſonii codice itidem Voſſiano. In MS. Meermanniano, olim Claromontano, praefigebatur, VERSVS DE SINGVLIS MENSIBVS.

v. 1. *Calendas*] *Kalendas* Leid. v. c. Scalig. & Meerm.

Februa] *Febroa* v. c. Scalig. Voſſ. Putean. & Leid.

primordia protulit anni] *praetulit* alter Putean. v. ſeq. *Foetiferum* v. c. Voſſ. & Meerm. *Floriferum* in aliis libris eſſe notavit Vinetus. *vendicat* v. c. Scalig.

6. *Junius aetatis*] *aeſtatis* v. c. Scalig.

7. *Nomine Caeſareo*] *Caeſaria* & v. 8. *Caeſarium* idem v. c. Scalig. *Caeſarea* v. c. Voſſ.

Autumnum, Pomona, tuum September opimat] Hanc lectionem in contextum recepi, ſecutus editiones Auſonianas Tornaeſii, Vineti, Scaligeri, ejuſdemque editionem Carminum Aſtronom. vett. Poëtt. quod firmatur a vetuſtiſſimo Auſonii codice Voſſiano. male edidit Pithoeus, *Autumnum dein poma ſuum Septembre fatigant*. certe variant admodum codices manu exarati. in v. c. Voſſiano, & Puteaneo *Autumnum nam poma ſuum September, vegitat*. in v. c. Scalig. & Leidenſi, *Autumnum pomiſque ſuum September opimat*. ut in margine exempl. Bibl. Pariſ. correxerit Pithoeus, & in alio veteri libro ſe etiam legiſſe teſtatur Vinetus in notis. *Pomona tuum Septembre vegetat* in altero Puteaneo. in Meermanniano *Autumnum poma natuum Septembre vegitat*. Sed vera lectio, quam in contextu expreſſi. *Pomona* enim optime huic menſi convenit. Auſonius Precatione Conſulari v. 16.

Sirius ardentem non augeat igne Leonem;
Diſcolor arboreos variet Pomona ſapores.

& elegans verbum illud *opimat* pro foecundat. ſic enim modo Epigr. praeced.

Sidere Virgo tuo Bacchum September opimat.

Auſonius Epiſt. III. ad Heſperium:

Qualis Picenae populator turdus olivae
Clunes opimat cereas.

& Epiſt. VII. ad Theonem p. 595. ed. Toll.

Oſtrea Bajanis certantia, quae Medulorum
Dulcibus in ſtagnis reflui maris aeſtus opimat.

Triticeo Octumber foenore ditat agros] ſic ed. Pith. *Octimber* ſcribitur in v. c. Voſſ. Putean. Meerm. *Octuber* in antiquiſſ. Auſonii codice Voſſ. in quo ſic paſſim ſcribi notaverat Heinſ. & ita in aliis codd. MSS. *October* in v. c. Scalig. & ed. Vinet. Hoc loco inter alia uſus eſt Heinſius ad firmandam Colonienſis libri lectionem apud Silium Ital. Lib. XIV. v. 23.

——— *Jam reddere foenus aratris,*
Jam montes umbrare olea, dare nomina Baccho.

quod pluribus etiam illuſtravit Cl. Drakenborchius. Ovid. Rem. Am. 174.

Obrue verſata Cerealia ſemina terra,
Quae tibi cum multo foenore reddat ager.

ubi vide Patrui mei notas. & ſic Lib. I. Faſt. 694.

Triticeos foetus, paſſuraque farra bis ignem,
Hordeaque ingenti foenore reddat ager.

Columella Lib. X. 143.

Haec ubi credidimus reſolutae ſemina terrae,
Aſſiduo gravidam cultu curaque fovemus,
Ut redeant nobis cumulato foenore meſſes.

 ubi

EP. LXXXVII. DE X MENSIBVS.

Si novus a Jani facris numerabitur annus,
Quintilis falfo nomine dictus erit.
Si facis, ut fuerant, primas a Marte Kalendas,
Tempora conftabunt ordine quaeque fuo.

EP. LXXXVIII. DE DIEBVS.

Prima dies Phoebi facrato nomine fulget.
Vendicat educens feriam fibi Luna fecundam.

In-

ubi *credere terrae femina*, quae *cumulato foenore* reddant meffes, conjunguntur, ut in loco Tibulli II. El. 7. 3.

——— *Spes fulcis credit aratis*
Semina, quae magno foenore reddat ager.

ubi plura dabunt Broukhufii notae.

Sidera praecipitas coelo intempefta, November] in codice Ampliff. Meermanni

Sidera pretipitas pelago intempeftae November.

unde ipfe corrigebat *praecipitat.* fic enim praeced. Epigr. *Scorpion bibernus praeceps jubet ire November.* ut legendum hoc loco firmatur. vide illic Tollii notam. apud Symmachum Lib. IV. Ep. 54. legi poffet, *nondum biemem praecipitat Autumnus.* pro in *biemem.* licet *praecipitat* pro paffivo *praecipitur* exponat Juretus in notis pag. 136. apud Silium Ital. XIII. v. 775. ex emendatione Heinfii,

——— *dum magna gerendi*
Praecipitas tempus; mors atra inpendet agenti.

deinde Ampliff. Meermannus *intempeftae* fcriptum putabat pro *intempefte* adverbialiter, id eft *intempeftive* voce aevi fequioris. ita certe etiam in vetuftiff. Aufonii cod. Voffiano. & ed. Tornaef. fed fi fcriptura haec admittenda effet, melius *intempefte November* jungerentur, ut feq. verfu *feftis December.* nolim tamen *intempefta fidera* ideo mutari. *intempefta* enim, quae media nocte lucent. quomodo *nox intempefta* pro media, ut recte exponit Servius ad Virg. III. Aen. 587.

Tu genialem biemem, feftis December, agis.] hujus verfus loco longe alius, fed invenuftior, legitur in ed. Pithoei,

Imbrifer eft menfis, tumque December adeft.

& hunc etiam agnofcunt nonnulli codd. MSS. *Imbrifer aft menfis* in Meermanniano. Sed longe elegantiorem verfum, quem repofui, hic nobis exhibent editiones Aufonianae. & fic edidit Scaliger in Carm. vet. Poët. Aftronomicis, quem libens fecutus fum. *genialis biems* eleganter, quia tunc Saturnalia agebantur, & genio valde indulgebant. Aufonius Precatione Confulari v. 19. pag. 344. ed. Toll.

Mitiget Autumnus, quod maturaverit Aeftas,
Et genialis Hiems parta fibi dote fruatur,

& in Diftichis de Menfibus pag. 554.

Concludens numerum genialia fefta December
Finit, ut a bruma mox novus annus eat.

ubi vide Vinetum. fupra Ep. LXXI.

Ule December, amat te genialis biems.

ubi & alia notavi.

EP. LXXXVII. DE X MENSIBVS] hoc Epigramma veteri fatis manu adfcriptum inveni ad calcem codicis mei Faftorum Ovidianorum membranacei, qui fuerat olim Hadr. Relandi. idem ex aliis antiquis codicibus Urfiniano, Vaticano, & Sfortiano adfert Heinf. ad Ovidii Faftos in fine, ubi *ordine ducta fuo.* Refpicit antiquum Romanorum annum X menfium, qui a Marte incipiebat. ut in praeced. Epigrammate:

Martius antiqui primordia protulit anni.

hinc Aufonius Precatione Confulari v. 13.

Dum pater antiqui renovatur Martius anni.

& in Diftichis de Menfibus:

Martius, & generis Romani praeful & anni,
Prima dabat Latiis tempora Confulibus.

EP. LXXXVIII. DE DIEBVS] Ex veteri Bedae codice, qui erat apud V. C. Nicolaum Fabrum, defcripferat Petrus Pithoeus inter illa, quae addi voluerat editioni fuae, cujus exemplar eft in Biblioth. Parif. Adfert hoc epigramma Lucas Gauricus in Calendario Ecclefiaft. Novo pag. 56. fub titulo DIES HEBDOMADARVM PLANETIS DEPVTATI. ubi v. 1. *facrato.* v. fec. *Vendicat et lucens f. f. L. f.* v. 3. *mox tertia.* 4. *Mercurius quartam fplend. poff. almam.* 5. *Jupiter inde fequens quintam fibi jure dicavit.* 6. *Concordat Veneri dulci cum nomine fexta.* v. ult. *Emicat atque dies S. f. fummo.* Ex fuo etiam codice, olim Claromontano, defcriptum ad me mifit Ampliff. Meermannus, in quo titulus erat VERSVS SEPTEM DIERVM. & v. 1. *Phoebi facratus* male legebatur. v. 2. *Vindicat & lucens f. f. L. fecunda.* 4. *Mercurius quartam fpl. poff. altam.* 5. *Jupiter ecce fequens q. fibi jure dicavit.* 6. *magno cum nomine fextus.* & 7. *Emicat almus dies.* per elifionem *almu'*, pro *alma.* Cur autem fingulis diebus data fint planetarum nomina, videbis apud Politian. Mifcell. cap. VIII. & Parrhafium in Quaefit. Epiftolic. pag. 135. confer Aufonii Epigramma de feptem dierum nominibus in Eclogario pag. 550. & feq. ed. Tollii.

Ep.

Inde dies rutilat jam tertia Martis honore.
Quartam Mercurius ſplendentem poſſidet altus.
Jupiter ipſe ſequens quintam ſibi habere dicavit.
Concordat Veneris magnae cum nomine ſexta.
Emicat alma dies Saturno ſeptima ſummo.

XII. POËTARVM SCHOLASTICORVM AMNIS GLACIE CONCRETVS.

EP. LXXXIX. POMPEIANVS.

Qua ratis egit iter, juncto bove plauſtra trahuntur:
Poſtquam triſtis hiems frigore junxit aquas.

EP. XC. MAXIMIANVS.

Suſtinet unda rotam, patulae modo pervia puppi:
Ut concreta gelu marmoris inſtar habet.

EP.

EP. LXXXIX. XII. POËTARVM SCHOLASTICORVM AMNIS GLACIE CONCRETVS.] ſic leguntur haec diſticha in ed. Pithoei Lib. IV. Epigr. vet. pag. 164. & in Catalectis Scaligeri pag. 167. In vetuſtis Virgilii editionibus, quae Catalecta habent adjuncta, titulus praefigitur, MIRA VIRGILII VERSVS EXPERIENTIA. ſingulis verſibus uno tenore conjunctis, & omiſſis poëtarum nominibus, quae etiam deſiderantur in utraque ed. Aldina, ubi inſcriptio eſt AMNIS GLACIE CONCRETVS. in codice Thuaneo DISTICHA DE GLACIALI AQVA. in marg. primae Lugd. Scalig. & Pithoeanae editionis, ex v. c. notatur DE GLACIE. & ſic fere in Voſſiano DE GLACIE PENTAMETRIS VERSIBVS. Sunt autem hi verſus conpoſiti ad thema Ovidianum Lib. III. Triſt. El. 10. 31.

Quaque rates ierant, pedibus nunc itur: & undas
Frigore concretas ungula pulſat equi.
Perque novos pontes, ſubter labentibus undis,
Ducunt Sarmatici barbara plauſtra boves.

male nonnulla ex his ſub Virgilii nomine adſert Delrius in Adverſ. ad Senec. Herc. Fur. v. 537. pag. 134.

POMPEIANVS] POMPELIANVS in Petaviano.

v. 1. *Qua ratis egit iter*] *Quod ratis cogit iter* in Petaviano.

frigore junxit aquas] *jungit* Petav. *frigora* male in Brix. Vincent. & Venetis edd. ſed recte N. Heinſius in ſuo codice, & Muncker. ad Hygin. fab. 120. corrigunt *vinxit*. quod firmatur a cod. Voſſiano, & utraque ed. Aldina. & ſic Francius & Tollius in margine ed. Scalig. emendaverant. praecedenti enim verſu *juncto bove* & hoc loco *junxit aquas* inconcinniora ſunt. paſſim vero haec duo verba *junxit* & *vinxit* confunduntur, ubi de aqua gelu durata ſermo eſt. Rutilius Lib. I. Itin. 489.

Juncta fluenta gelu conſpecto Sole liqueſcunt.

ubi recte Caſtalio *Vincta*. idem mendum in Priapejis Carm. LXIII.

Parum, quod imi perfluunt ſinus imbres,
Et in capillos grandines cadunt noſtros,
Rigetque dura barba vincta cryſtallo.

ſic enim cum viris eruditis, Heinſio, Graevio, Tollioque legendum ex MSS. fide, non *juncta*, ut edidit Scaliger, Aldum ſecutus. Avienus Fab. XXIX.

Vinctaque durato ſtringeret arva gelu.

ubi plura in notis ſuis congeſſit eruditiſſimus H. Cannegieterus. & Patruus meus ad illud Petronii in Satyr. cap. 123.

Prima quidem glacies, & cana vincta pruina
Non pugnavit humus.

& ſic alibi ſaepiſſime. vide N. Heinſ. ad Claudian. Epigr. X. *miruſque latex quod flumina vinxit.* & Graevii Lect. Heſiod. cap. XIV. pag. 70. ſic *flumina nectere*, de hiemis rigore, ſupra in Aſmenii Epigr. LIII.

Labentes haec durat aquas, & flumina nectit.

& apud Propert. Lib. IV El. 3. 48.

Africus in glaciem frigore nectit aquas.

alligare dicit Baſilius Ep. LII.

Vis hiemis glacie currentes alligat undas.

ubi *aggelat* Heinſ. ſed vide quae illic notavi.

EP. XC. MAXIMIANVS] MAXIMINVS cod. Petav.

patulae modo pervia puppi] *patulando pervia* Petav. *patulando pervia pupim* Thuaneus, qui codex verſum hujus epigrammatis pentametrum conjicit in ſequens epigramma, & illius verſum minorem huic adnectit, legitque *Et concreta gelu*, pro *Ut*.

EP. XCI. VITALIS.

Quas modo plauſtra premunt undas, ratis ante ſecabat,
Poſtquam brumali deriguere gelu.

EP. XCII. BASILIVS.

Unda rotam patitur, celerem modo paſſa carinam,
In glaciem ſolidam verſus ut amnis abit.

EP. XCIII. ASMENVS.

Quae ſolita eſt ferre unda rates, fit pervia plauſtris,
Ut ſtetit in glaciem marmore verſa novo.

EP. XCIV. VOMANVS.

Semita fit plauſtro, qua puppis adunca cucurrit,
Poſtquam frigoribus bruma coëgit aquas.

EP. XCV. EVSTHENIVS.

Orbita ſignat iter, modo qua cavus alveus exîit,
Strinxit aquas tenues ut glacialis hiems.

EP.

EP. XCI. *Quas modo plauſtra premunt undas*] *premit* ed. Brixienſ. Vincent. & Venetae. *unda* cod. Thuan.

EP. XCII. *celerem modo paſſa carinam*] *nunc paſſa* cod. Petav. & chartaceus Voſſil, ed. Brix. Vincent. Venetae & Aldinae. *nunc paſſam* cod. Thuan.

In glaciem ſolidam verſus ut amnis abit] *abiit* ed. Scalig. ſed *abit* ceterae omnes, & codd. MSS. ſic infra Ep. XCIV. *modo qua cavus alveus exiit*. ut ediderunt Pith. & Scalig. ſed *exit* Ald. *ibat* in MSS. eleganter amnis hic dicitur *abire in glaciem* pro mutari. de qua locutione ſupra ad Lib. IV. Ep. XX. 17. ſic apud Ovid. XIV. Met. 766. *In juvenem rediit.* & I. Faſt. 112. *In faciem redii dignaque membra Deo.* & alibi.

EP. XCIII. ASMENVS] ASMENIVS cod. Petav.

Ut ſtetit in glaciem marmore verſa novo] apud Avienum Fab. XXIX.

Horrida congeſtis cum ſtaret bruma pruinis.

ubi vide Cl. Canneg. qui recte id illuſtrat loco Horatiano Lib. I. od. 9.

Vides ut alta ſtet nive candidum Soracte.

quamquam Heinſius in Avieno emendabat *flaret bruma.* ut apud Martialem Lib. VII. Ep. 36.

Cum flaret madida fauce December atrox.

ubi in aliis *fleret.* vel *ſtaret.* ſed *flaret madida fauce*, ut Aeolo *os dilatatum* tribuit Arnobius Lib. II. pag. 84. *quid guttatim faciat pluviam labi, quid imbres, quid nives plumeas, & Aeoli ora dilatarit.* ſic enim edebatur ante editionem Salmaſii, in qua *& fulgora dilatarit.* ut corrigendum notavit ad Solin. Tom. I. pag. 194. licet illic ex veſtigiis v. c. Regii, in quo legebatur *quod imbres vae ni nives plumeas ſoli ora dilatarit*, caſtigandum conjecerit Heinſius, *quod imbres geni* (pro *gigni*) *nives, pruinas, e poli rore dilatarit.* in loco autem Avieni *congeſtis pruinis* aptius convenit *ſtaret.* ita mox Ep. XCVIII. *Frigoribus ſaevis ut ſtetit amnis iners.* & Ep. C. *cano conſtitit unda gelu.* apud Petron. Carm. de bello Civ. cap. 123. Satyr. de fluminibus glacie concretis:

Vinctaque mox ſtabant, fluctus ſtupuere pruina.

ubi in codice Scaligerano,

Stabant & vincta fluctus ſtupuere pruina.

marmore novo dicit Aſmenus, quia *marmor* ſaepe apud poëtas de aequore, ſed quod in glaciem induratum quaſi *novum marmor* fit. ut explicat Barthius Lib. XXXII. Adverſ. 19.

EP. XCIV. VOMANVS] VOMANIVS cod. Petav.

puppis adunca cucurrit] *Aduncam* dixit *navem*, ut Propertius, Statius, & alii *curvam*, propter embolum navis, quod aduncum erat: & propterea Roſtrum a Latinis ſcriptoribus vocatur. Petronius Arbiter Graecam vocem retinuit (cap. 30.) *In poſtibus triclinii faſces erant cum ſecuribus fixi. quorum unam partem quaſi embolum navis aeneum finiebat.* Ex hac forma Roſtrum in foro ἔμβολον nominant. Appianus. καὶ αὐτὸν ὁ Σύλλας ἐν ἀγορᾷ πρὸ τ͂ ἐμβόλων θέμενος. LINDENBR.

qua puppis adunca cucurrit] *quia* cod. Thuan. in quo alter hujus epigrammatis verſus deſideratur *puppis advecta* in ed. Venet. 1480.

EP. XCV. EVSTHENIVS] EVPHORBVS in primae Scalig. ed. Lugdunenſis, & inde in ed. Pithoeanae margine. quod firmatur a cod. Thuaneo, & Petaviano, in quo EVPHORBIVS.

modo qua cavus alveus exiit] ſic ed. Pith. & Scalig.

EP. XCVI. HILASIVS.

Amnis iter plauſtro dat, qui dedit ante carinae:
Duruit ut ventis unda, ſit apta rotis.

EP. XCVII. PALLADIVS.

Plauſtra boves ducunt, qua remis acta carina eſt,
Poſtquam deriguit craſſus in amne liquor.

EP. XCVIII. ASCLEPIADIVS.

Unda capax ratium, plauſtris iter algida praebet,
Frigoribus ſaevis ut ſtetit amnis iners.

EP. XCIX. EVPHORBVS.

Plauſtra viam carpunt, qua puppes ire ſolebant,
Frigidus ut Boreas obſtupefecit aquas.

EP.

ſig. *exit* ed Brix. Vinc. Venetae & Aldinae. *ibat* Petav. & Thuan. corrupte in Voſſiano *cauſa lutus ibat*. in qua tamen ſcriptura *cavus alveus ibat* deprehenditur. *cujus alveus exit* in ed. Venet. 1480. *alveus* hic pro navi. ut apud Ovid. Lib. II. Faſt. 407.

Suſtinet impoſitos ſumma cavus alveus unda.

& Propertium Lib. III. El. 5. v. 32.

Portabat ſanctos alveus iſte viros.

Virg. VI. Aen. 412. de cymba Charontis:

——— *ſimul accipit alveo*
Ingentem Aenean. gemuit ſub pondere cymba.

ubi *alvo* in nonnullis codd. MSS. ſed vide illic Germanum Valentem Guellium. ſic apud Statium IV Theb. 479.

——— *plena redeat Styga portitor alvo.*

ubi *alvo* in codice Caſſeliano, a Cel. Dorvillio collato. forte pro *pleno alveo*. vid. & Scheffer. Lib. I. de Mil. Nav. cap. 3. & Drakenb. ad Silium XII. 528. ubi tamen *citata alvo* recte viri docti, probante etiam Patruo meo, vindicant, pro *citato alveo*, ut legebat Dauſquejus. neque etiam in loco Statii *plena alvo* mutandum arbitror. ſequenti verſu *Stringit aquas* cod. Petav. & Thuan. ed. Brix. Vinc. cum Venetis & Aldinis.

EP. XCVI. HILASIVS] IVLIANVS in Thuaneo.

Duruit ut ventis unda] *Diruit ut ventus* cod. Thuan. *Diruit ut ventis* ed. Venet. 1480. & praeced. verſu *Omnis iter plauſtro dat*. in cod. Thuaneo & Voſſiano *Amnis iter plauſtro*. omiſſa voce *dat*. ſed in Petaviano, *Amnis iter plauſtro qui dat, dedit ante carinis*. quod vulgato non poſtponendum videtur. notari hoc loco meretur *Duruit*, a primitivo verbo *Dureo*, *durere*, unde venit *Dureſco*. Servius ad Virg. I. G. 91. *Dicimus enim & duro, & duror*: duro *neutraliter*, & dureo. Priſcianus Lib. VIII. pag. 100. Duro *quoque & duror*, & dureo, & *ejus inchoativum* dureſco. *unde Lucan. in IV*. totoſque induruit artus. & pag. 837. dureo, dures, *unde* dureſco; duro, duras. & ſic Alcuinus in Grammatica pag. 2113. Eutyches de Diſcern. Conjug. Lib. II. pag. 2188. aliique ex Grammaticis: quamquam nemo locum adferat ſcriptoris antiquioris, in quo ſimplex *duruit*, ut hoc in verſu.

EP. XCVII. PALLADIVS] HILASIVS cod. Thuan. *qua remis acta carina eſt*] *carinae* cod. Voſſian. *deriguit craſſus in amne liquor*] *inane* ed. Ven. 1480. in ceteris vetuſtioribus *inamane*; *deriguit liquor*, ſic enim rectius ſcribitur, quam *diriguit*, ut paullo ante Ep. XCI.

Poſtquam brumali deriguere gelu.

emenda Avienum Fab. XXXIV.

Verum ubi candentes ſuſcepit terra pruinas,
Arvaque ſub rigido delituere gelu.

ubi in Voſſiano codice *deliguere*. lege *deriguere*. ut ex MSS. adfert Cannegieterus, qui id inprobat, ne *rigido deriguere* bis dicatur. ſed pro *rigido* poſſet admitti *crudo*, quod ex variantibus Cabeljavii adfertur in Obſerv. Miſcell. Tom. V. pag. 41.

EP. XCVIII. ASCLEPIADIVS] PALLADIVS Thuan. *Unda capax ratium*] *ratum* ed. Ven. 1480. *plauſtris iter algida praebet* confirmat Heinſii conjecturam, qua ſupra Ep. LIII. legebat,

Algentes haec durat aquas, & flumina nectit.

pro *Labentes*.

EP. XCIX. EVPHORBVS] EVSTHENIVS margo primae ed. Lugd. Scalig. & Pith. quod agnoſcit etiam cod. Petav.

Frigidus ut Boreas obſtupefecit aquas] *Cum frigiis* cod. Thuan. *Cum frigus* Petavian. *Cum frigidus*

Boreas

EP. C. IVLIANVS.

Qua puppes ibant, adducunt plaustra juvenci,
Pigrior ut cano constitit unda gelu.

EORVMDEM IMAGO IN VNDA.

EP. CI. HILASIVS.

Redditur effigies liquida spectantis in unda:
Qualis in adverso speculorum cernitur orbe.

EP. CII. POMPEIANVS.

Formas pura refert oculis spectantibus unda,
Objecto quales speculi fulgore videntur.

EP.

Boreas ed. Venet. 1480. reluctante metro. *Ut rigidus* conjecerat Heinsius. cui favere posset codex Vossianus, in quo *Cum rigidus Boreas*. sed nihil mutandum, & vulgatam ceterae omnes edd. antiquae servant. infra in Carmine de Ventis v. 9.

Frigidus hinc Aquilo nostris vocitatur in oris.

Isidorus Lib. XIII. Orig. cap. XI. *Aquilo dictus eo quod aquas stringat* (*distringat* cod. Groning.) *& nubes dissipet. Est enim gelidus ventus & siccus. Idem & Boreas, qui ab Hyperboreis montibus flat. Inde etiam origo ejusdem venti, unde & frigidus est. obstupefecit aquas* insolentius dictum notaverat Francius. sed sic fere apud Petron. Carm. de Bel. Civ. v. 191.

——— *vincta fluctus stupuere pruina.*

ubi vid. Ill. Bouhlerii notas pag. 144. & similis locutio videtur illi, qua mare & unda *horrere* dicitur. de qua vide Interpretum notas ad illud Petronii cap. 114. init. *inhorruit mare, nubesque undique adductae obruere tenebris diem.*

EP. C. *Qua puppes ibant, adducunt plaustra juvenci*] ultimum hoc epigramma non exstat in cod. Thuaneo, neque in edd. Brix. Vincent. Venetis & Aldinis. pro *adducunt* in Vossiano *ac ducunt*. unde recte Heinsius *hac ducunt*. ut supra Ep. XCVI. *Plaustra boves ducunt, qua remis acta carina est*. Francius conjeceerat *inducunt*. certe *adducunt* vitiosum est.

EORVMDEM IMAGO IN VNDA] Haec epigrammata iisdem poëtis Scholasticis tribuuntur in Catalectis Pithoei Lib. IV. pag. 162. 163. & Scaligeri pag. 166. & seq. in utraque Aldina editione an. 1517. & 1534. titulus est INCERTI AVTHORIS IMAGO IN VNDA, sine ullis poëtarum nominibus. in ed. Vincentina, Brixiensi, & Venetis praefigitur P. V. M. id est P. VIRGILII MARONIS, DE SPECVLO. in cod. Thuaneo inscribitur ITEM DISTICHA DE VNDA ET SPECVLO. in Vossiano DE DVOAVA, (nempe VNDA ET SPECVLO) HEROICIS VERSIBVS. variantes lectiones ex cod. S. Galli, cum quo tamen adcuratius contulit Heinsius, habent Acta Literaria Ienensia Vol. V. pag. 9.

EP. CI. HILASIVS] EVS in cod. S. Galli, quod scriptum puto pro EVSTHENIVS. ut integra voce est in Petaviano.

Redditur effigies liquida spectantis in unda] *viventis* notatur ex v. c. in margine primae ed. Lugdun. Scaligeri, & in ora ed. Pith. ut in Vossiano. *currentis* in Petaviano, Thuaneo, & S. Galli codice. *cernentis* chartaceus Vossii, ed. Vincent. Brixiens. & Venet. 1487. *liquidaque tuentis in unda* Venet. 1480. *spectantis* est in Aldinis, ut apud Pith. & Scalig. ex versu secundo *in adverso speculorum cernitur orbe*, adparet, specula veterum fuisse rotunda seu orbiculata forma. ut & mox Ep. CV.

Qualem rejectat speculi nitidissimus orbis.

& CVII.

Quales purifico speculorum ex orbe reducit.

hinc apud Statium Lib. III. Sylv. 4. 94.

Nobile gemmato speculum portaverat orbe.

legit Marklandus, & in notis plura confert, quae ex his locis firmantur. forma speculi rotunda etiam est in lapide apud Gorium Inscript. Etrusc. Tom. I. pag. 10. & 334. quem & vide pag. 359.

EP. CII. POMPEIANVS] POMPELIANVS Petav.

Formas pura refert] *Formam* ed. Brix. Vincent. & Venetae.

Objecto quales speculi fulgore videntur] *Quales objecti* Petav. & Voss. ed. Brix. Vinc. & Veneta utraque. *Quales objectu* cod. S. Galli. *Quales objectu laterum* Thuan.

EP.

EP. CIII. MAXIMIANVS.

Fontis aquae reddunt ſimulacra imitantia verum,
Qualia laeve refert ſpeculi, cum cernimus, aequor.

EP. CIV. VITALIS.

Fxprimit oppoſitas inmobilis unda figuras:
Laevati quales ſpeculi nitor ipſe remittit.

EP. CV. BASILIVS.

Adparet mendax illimi fonte figura,
Qualem rejectat ſpeculi nitidiſſimus orbis.

EP. CVI. ASCLEPIADIVS.

Unda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac veluti ſpeculum nitido ſplendore coruſcat.

EP. CVII. EVPHORBVS.

Forma repercuſſus liquidarum fingit aquarum,
Quales purifico ſpeculorum ex orbe reducit.

EP. CVIII. VOMANVS.

Spectantis faciem mundiſſimus adſimilat fons,
Sicut in oppoſito ſpeculi ſolet aequore cerni.

EP. CIX. IVLIANVS.

Fontibus in liquidis ſimplex generatur imago;
Ut ſolet a ſpeculo facies ſplendente referri.

EP.

EP. CIII. MAXIMIANVS] MAXIMINVS Petav. in quo *ſimulacra imitantia rerum*, pro *verum*. male. infra Ep. CXI. *vivas imitantia formas.* ubi ex hoc loco in cod. Thuan. *imitantia verum.* vid. notas Patrui ad Ovid. II. ex P. I. 37. & quae olim dedi ad Lotich. Lib. III. Carm. 2. v. ult. pag. 503. 504.

EP. CIV. *Laevati*] *Leviati* Thuan. *Levati* edd. antiquae cum Aldinia.

EP. CV. *illimi fonte figura*] *inlimi* Petav. *inlimi in fonte* Voſſian. Ovid. III. Met. 407.

Fons erat inlimis, nitidis argenteus undis,

ad quem locum hic reſpexiſſe Baſilium notavit illic Patruus meus.

EP. CVI. ASCLEPIADIVS] ASMENVS cod. S. Galli, & Thuan.

Ac veluti ſpeculum nitido ſplendore coruſcat] *coruſcans* Petav. S. Galli & Voſſii codex, ejuſdemque alter chartaceus, ed. Vinc. Brix Venetae & Aldinae. *Ac veluti nitidum nitido* Thuaneus.

EP. CVII. *Quales purifico ſpeculorum ex orbe reducit*] ſic ed. Pith. & Scalig. ſed pro *reducit* legendum ex Petaviano, Thuaneo, S. Galli, & Voſſii codice *relucet*. & *Qualis* initio verſus. quod etiam ab utraque editione Aldina probatur. hoc vero diſtichon ſequenti poſtponitur in cod. Voſſiano, & Brix. Vinc. Venetis, & Aldinis editionibus.

EP. CVIII. VOMANVS] VOMANIVS Petav.

mundiſſimus aſſimilat fons] *nitidiſſimus* v. c. in margine ed. pr. Scalig. & Pith. quod & in Petav. Thuan. S. Galli, & Voſſiano codice. *aſſimulat* in iiſdem MSS. & ed. Brix. Vinc. ac Venetis. ſic enim potius ſcribendum, quam *aſſimilat*. vide quae notavi ad Lotich. pag. 378. & ad Tom. I. hujus Operis pag. 606. ſeq. verſu *debet aequore cerni* vitioſe in Thuaneo.

EP. CIX. *ſimplex generatur imago*] *geminatur* ex v. c. margo ed. pr. Scalig. & Pith. ut in Petav. Thuan. S. Galli, & Voſſiano codice invenit Heinſius: de cujus lectionis veritate dubitandum non eſt. eadem variatio apud Claudian. Bel. Get. 295.

Ingentes geminant diſcrimina magna triumphos.

ubi *generant* in MSS. & apud Virg. in Ciriv. 374. loco vexato: *Hinc magno generata Jovi.* ubi *geminata* in aliis. *facies reſplendente referri* corrupte in Venet. 1483.

EP.

EP. CX. PALLADIVS.

Effigies liquido refpondet ab aequore fontis,
Qualis & a fpeculo fimulatrix umbra refultat.

EP. CXI. EVSTHENIVS.

Effingit fpecies puriffimus humor aquarum,
Plana velut fpeculi vivas imitantia formas.

EP. CXII. ASMENVS.

Fonte repulfatur depicta tuentis imago,
Ceu laevi in fpeculo folet adparere figura.

CXIII. DE OCEANO.

Undarum rector, genitor maris, arbiter orbis,
Oceane, o placido conplectens omnia *
Tu legem terris moderato limite fignas,
Tu pelagus quodcumque facis, fontefque lacufque,
Flumina quin etiam * tener oma patrem,
* Teptant nubes ut reddant frugibus imbres.
Cyaneoque finu celi tu diceris oras
Partibus & cunctis * in mfa cingere nexu,
Tu feffos Phoebi reficis in gurgite currus,
Exhauftifque die radiis alimenta miniftras,
Gentibus ut clarum referat lux aurea Solem,
Si mare, fi terras, coelum, mundumque gubernas,

Me

EP. CX. PALLADIVS] HILARIVS Petav. HYLASIVS Thuan. & S. Galli.

Effigies liquido refpondet ab aequore fontis] optime Scriverius in ora ed. Pithoeanae conjecerat *refplendet*. & fic Heinfius in fuo codice. qui tamen in notis ad Claudian. III. R. P. 446. *refpondet* hic praeferre videtur, quia *refpondens* ex MSS. probat, & hoc verfu aliifque exemplis firmat in illo Claudiani loco, ubi fimili varietate editur *refplendent aequore Syrtes*. quod tamen Patruus meus defendit loco Silii Ital. II. 663.

——— *refplendet imagine flammae Aequor.*

ubi idem Heinfius cum Modio aliifque hoc verbum admifit, pro *refpondet*, quod bene etiam repudiavit, & alterum pluribus vindicavit Cel. Drakenborchius. fequenti verfu *fimulatrix unda* in Petaviano, ed. Brix. Vincent. & Venetis.

EP. CXI. EVTHENIVS] PALLADIO tribuit codex S. Galli, Petav. & Thuan.

Plana velut fpeculi vivas imitantia formas] *Plena* Petav. & Thuan. in quo *imitantia verum*. quod petitum ex Ep. CIII. *fimulacra imitantia verum*. corrupte in ed. Vincentina & Venet. 1480. *Palma velut fpeculi*. in qua etiam *Effringit fpecies*.

EP. CXII. ASMENVS] ASMENIVS in Petav. ASCLEPIADIVS Thuan.

CXIII. DE OCEANO] Carmen hoc, non inelegans, quod votum continet ad Oceanum pro felici navigatione, numquam antea editum, debetur fchedis N. Heinfii, qui illud defcripferat ex vetuftiffimo S. Germani codice. verfu fecundo edidi *Oceane, o placido*. ut correxerat Heinfius, pro *Oceano placido* quod erat in MS. dein fupplendum opinor, *placido conplectens omnia curfu*. vel *motu* ut de Sole Claudian. init. Paneg. de Conf. Olybr. & Probin: *Volvis inexhaufto redeuntia fecula motu*. deinde *limite fignas* recte Heinfius pro *limine*, ut erat in MS. quinto & fexto verfu ex vitiofa codicis fcriptura elici poffet, *te norunt omnia patrem*, *Te penetrant nubes*. octavo fcribendum videtur *immenfo cingere nexu*. nono emendavit Heinfius, ut edidi, *Tu feffos Phoebi reficis in gurgite curfus*. pro eo quod codex S. Germani prae fe ferebat, *Tu feffo Phoebi reficis fi gurgite*. fed ut retineamus *reficis fi gurgite currus*,

Me quoque cunctorum partem, venerabilis, audi,
Alme parens rerum, supplex precor. ergo carinam
Conserves, ubicumque tuo committere ponto
Hanc animam tranlire * ferete discurrere cursus
Aequoris horrisoni sortem fera jussa jubebunt,
Tende favens glaucum per levia dorsa profundum;
Ac tantum tremulo crispentur caerula motu,
Quantum vela ferant, quantum sinat otia remis,
Sint fluctus, celerem valeant qui pellere puppem,
Quos numerare libens possim, quos cernere laetus;
Servet inoffensam laterum pars linea libram.
Te sulcante viam rostro submurmuret unda.
Da pater, ut tute liceat transmittere cursum,
Perfer ad optatos securo in litore portus,
Me comitesque meos, quod cum promiseris esse
Reddam quas potero pleno pro munere grates.

CXIII.

C. IVLII. SOLINI POLYHISTORIS
PONTICON FRAGMENTVM.

Tethya marmoreo foecundam pandere ponto,
Et salis aequoreas spirantis molle catervas,

Quae-

rur, jubent sequentia, *Si mare, si terras* &c. Cetera sic forsan constituenda,

——— *ubicumque tuo committere ponto*
Hanc animam, transire fretum, & discurrere cursus
Aequoris horrisoni Sortis fera jussa jubebunt;
Tende favens glaucum. &c.

v. 25. & 26. *liceant* & *portas* vitiose in MS. ultima sic legenda videntur,

——— *quod cum permiseris, ipse*
Reddam, quas potero, pleno pro munere grates.

CXIII. C. IVLII SOLINI POLYHISTORIS PONTICON] Fragmentum hoc lacerum, seu initium deperditi operis Solini, quod utinam exstaret totum, ediderunt Pithoeus in Poëmat. vet. pag. 122. ed. Par. & Scalig. Lib. II. Catalect. pag. 246. Nonnulla in hoc carmine emendavit & explicuit Barthius Lib. XLIV. Adverf. cap. 3. titulum sic inscripserunt Pith. & Scalig. ut edidi. Scriverius editioni Scaligeranae adscripserat, C. IVLII SOLINI PROOEMIVM IN POLYHISTOREM PONTICON. majoris vero spiritus videri hoc carmen, & forte Varronis Atacini esse. Idem in marg. ed. Pith. notaverat in veteribus libris legi C. IVLII SOLINI POLYHISTOR PONTICVS. sed illud arbitror inde enatum, quia in nonnullis codd. MSS. reperitur hoc fragmentum post librum Solini superstitem, Polyhistoris nomine insignitum. Certe in veteri codice Regio, ex quo edidit Salmasius Prolegomenis in Solinum, ad finem illius operis legebatur INCIPIT EIVSDEM PONTICON ipse vero Salmasius censet titulum operis Πόντια potius inscribendum, quam Ποντικά; quia Solinus in hoc poëmate res marinas, animalia maris, & omne genus piscium enarraverat, seu *salis aequoreas catervas*, ut ipse vocat; quale est poëmation Ovidii, quod itidem non integrum ad nos pervenit, Halieuticon, cui post Gratii Cynegeticon a se edito hoc quoque Solini Fragmentum propter argumenti similitudinem, praemisit Janus Vlitius inter Rei Venaticae Auctores pag. 18. eo potissimum consilio, ut in notis profitetur pag 441. quia utrumque adeo congruit, ut ovo prognatum eodem, & ejusdem orsi ac textus esse quis diceret; Halieuticon tamen, quod Ovidio abjudicat, Gratio adscri-

Quaeque sub aestifluis Thetis humida continet antris,
Coeptantem Venus alma fove: quae semine coeli,
Parturiente salo, divini germinis aestu,
Spumea purpureis dum sanguinat unda profundis,

Nas-

adscribendum conjiciens, ut censet etiam in Epistola ad N. Heins. Tom. III. Sylloġ. pag. 695. Nemesiano tribuebat Barthius ad Rutil. I. 333. sed auctoritatem Plinii, plus semel Ovidio aperte adscribentis, his conjecturis non postponendam arbitror. Ceterum huic carmini Solimiano adjunxissem fere Fragmentum, quod nonnulli Viri docti crediderunt esse initium Halieutici illius Ovidiani, quod ἀκέφαλον & valde mutilum hodie circumfertur, ita ut in Scheda quadam Iusto Lipsio inscripta, & ad hunc a viro illius seculi erudito transmissa, illud reperi; quem Petrum Pantinum fuisse didici ex ejus Epistola ad Lipsium, edita in Tom. I. Sylloges pag. 412. ubi id Neapoli non ita diu ex situ erutum testatur; fideliter autem se transscripsisse, in fine schedarum adnotaverat. Idem illud est, quod a Sertorio Quadrimano ex vetustissimo codice descriptum edidit Hieronymus Columna in Commentario ad Ennium pag. 153. ed. Hessel. quodque incipit,

Tertia Phoebei referent biberna jugales,
Quum magni Jovis imperiis te, Roma, reliqui & seqq.

Sed quia N. Heinsius initio notarum ad Nasonis Halieuticon, seu *Carmen de Piscibus*, ut etiam in codice Colbertino inscribitur, fucum Columnae factum fuisse, carmenque ipsum ut spurium abjudicaverit, mihique ab homine quodam Italo confictum videatur, indicabo tantum nonnulla loca, in quibus schedae illae Pantinianae differant ab exemplo Sertorii Quadrimani, ex quo Columna produxit. versu enim 35. *vestigia* ┼ *moris* edidit Columna: sed in ima pagina conjecit *amoris*, ut in Pantini schedis. & v. 37. *natantes*, non *natantis*, ut apud Columnam. Sed quis illo loco ferat *Huc adsis, dirigasque pedes*? vitio in metrum satis gravi. v. 46. male in exemplo Pantini *vultus Dilectae quondam Scyllae mutastis amatae.* pro *amatos.* ut in margine conjecit Pantinus, & edidit Columna. v. 51. *latitantibus inguina monstris* perperam apud Columnam, & in schedis Pantini, qui recte emendaverat *latrantibus*. & sequente versu *Mitis luctantem scarus.* non *mitem*, ut in schedis & apud Column. tum v. 61. *ponti subeat dum templa*, *morare* bene etiam correxit Pantinus, pro *morari.* ut in cod. MS. & apud Column. v. 69. legi mallim *Namque tuam persensis opem Dis carus Arion.* non *tuas oper.* ut apud Column. & in schedis Pantini. v. 71. *patriaque exponis in alga*, eaedem schedae. sed *acta* edidit Columna, & conjecerat Pantinus, qui v. 73. legebat *patula captanter nare.* non *patulos.* & v. 79. *Purpureaque micant.* ut edidit Columna, non *meant.* ut in schedis MSS. v. 91. *tellus qua tunditur aestu Aetheris est tergo* apud Column. sed in exemplo Pantiniano *qua tenditur oestro Aetheris.* v. 96. *Phoebea* pro *Phoebe*, seu Luna, poëtis vetustis inusitatum est. v. 105. *latitans kytbinus* in schedis MSS. pro *Erybinus.* ut edidit Columna. apud quem v. 111. additur hemistichium — *tum corporis umbrae*, quod desideratur in schedis Pantini. In quibus seq. versu *Linentis* pro *Liventis.* Forte etiam non procul ab initio v. 8. praestaret *& exustis arescunt flumina ripis.* pro *exhaustis fervescunt*, ut in schedis MSS. & apud Column. Sed haec hactenus.

1. *Tethyn marmoreo*] sic ed. Pith. *Tethyn* ed. Scalig. recte notat Barthius inconcinnius hic *Tethidis* mentionem bis fieri. ideoque auctorem scribere potuisse *Dorida*, vel *Nerea marmoreo foecundum.* primo autem versu male *Thetyda* profert, pro *Tethya.* nam *Tethys* primam producit, *Thetis* corripit. vide Erythraei Indic. Virgil. in *Tethys.* Withof. Encaen. Crit. cap. I. pag. 25. & quae notavi ad Lotich. Lib. II. El. 7. 36. pag. 127.

2. *Et salis aequoreas spirantis molle catervas*] *aequorei spirantis mole* ed. Pith. & Scalig. sed ita, ut edidi, restituit ex v. c. Regio Salmasius tam in Prolegom. quam in Exercit. ad Solin. cap. XVIII. pag. 214. ed. Paris. Oceani enim, seu salis aequorei, quasi spirantis naturam facit ex opinione veterum.

Ceptantem] *Coeptantem* v. c. Reg.

divini germinis aestu] *divisi* legit Barthius. ut *divisum germen* vocet genitalia coeli & spumam maris, quibus concretam Venerem fingunt poëtae. vel *divi de germinis aestu.*

purpureis dum sanguinat unda profundis] *Sanguinat*, αἱμάττει. Ita explicat Glossarium; αἱμάττω, *Cruento*, *sanguino*, *sanguinor.* Sed ita hic versus legendus, *Purpurei dum sanguinat unda profundi.* Est enim ex fabula, quae refert Venerem e spuma maris natam, quam puto satis notam esse,

ideo-

Nafceris e pelago: placido Dea profata Mundo.
Nam quum prima foret rebus Natura creandis
In foedus connexa fuum, ne ftaret inerti
Machina mole vacans, tibi primum candidus Aether
Aftrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.
Te foecunda finu Tellus amplexa, refedit
Ponderibus librata fuis: elementaque juffa
Aetherias fervare vices. tu foetibus auges

Cuncta

ideoque pluribus verbis non debet explicari. LINDENBR. *purpurei profundi* legendum editioni Pithoeanae etiam adfcripferat Heinfius. de verbo *fanguinare* videndus Barthius Lib XLIV. Adv. 25. &ad Stat. III. Th. v. 173. ubi *purpureo profundo* hoc in loco adfert. Adde notas doctorum ad Auctorem Dialog. de Orat. cap. 12. quo in loco *fanguinantem eloquentiam* etiam probavit Nicol. Loënfis Lib. IX. Mifcell. Epiph. cap. 5.

8. *rebus Natura profundis*] fic ediderant Pithoeus & Scaliger. Sed quia paullo ante praeceffit *purpureis dum fanguinat unda profundis*, quod Barthium quoque offendebat, auctoritate codicis Regii, ex quo produxit Salmafius, correxi *rebus Natura creandis*, id eft producendis. ut apud Virg. II. Georg. 9.

Principio arboribus varia eft natura creandis.

Lucretius Lib. I. 51.

Unde omnes Natura creet res, auctet, alatque.

& hinc *rerum Natura creatrix* eidem v. 622. *creandis* hic etiam probaffe videtur Cafaubonus, qui orae ed. Pith. id adfcripferat cum ceteris codicis Regii lectionibus.

Aftrigeram faciem nitido gemmavit Olympo] *geniavit* Barthius, pro animavit, vitalem fecit. verbumque illud *geniare* multis adhuc veterum fcriptorum locis corruptum exiftimans eadem opera reddendum cenfuit Statio, Sylvarum initio;

Quae fuper impofito moles geniata coloffo
Stat Latium complexa forum.

quomodo illic fcribendum etiam monet ad Claudian. pag. 945. & in notis fuis ad Statium pluribus adftruere conatur. *gemmata* in cod. Leid. aliifque; fed *geminata* cum Gevartio conprobavit Marklandus. vulgatam vero hujus loci fcripturam vindicabunt, quae fupra notavi ad Epigr. LIV. pag. 344.

Ponderibus librata fuis] *fundata* in v. c. & fic edidit ex codice Regio Salmafius in Praef. ad Solin. alterum verius videtur. nam eft imitatio Ovidii Lib. I. Met. 12.

Nec circumfufo pendebat in aëre Tellus
Ponderibus librata fuis.

ubi vid. Heinf. Aufonius Epigrammate de Librae ratione in Eclogario pag. 540.

Telluris, medio quae pendet in aëre libra eft,
Et Solis Lunaeque vias fua libra coërcet.

hinc etiam defumfit Auctor Elegiae in Obit. Maec. 142.

——— *tellus levis offa teneto,*
Pendula librato pondere & ipfa tuum.

Lucanus Lib. V. 94.

——— *forfan terris inferta regendis*
Aëra libratum vacuo quae fuftinet orbem.

Claudianus I. in Rufin. 11.

——— *porrexerit undis*
Litora, tellurem medio libraverit axe.

Manilius Lib. I. 173.

Quod nifi librato penderet pondere tellus.

& fic ille aliquoties. Cicero V. Tufc. Quaeft. cap. 24. *unde terra aequis librata ponderibus; quibus cavernis maria fuftineantur.* & de coelo Lucanus Lib. I. 57.

Aetheris immenfi partem fi prefferis unam,
Sentiet axis onus. librati pondera coeli
Orbe tenes medio.

elementaque vifa Aetherias fervare vices] ita ediderunt Pithoeus & Scaliger. *juffa* ex eodem codice Salmafius. & Pithoeus in margine exemplaris Biblioth. Parif. quod in contextum admifi. & fic legendum jubet Barthius, qui praeterea corrigebat *Aeternas fervare vices.* paffim vero *juffa* de elementis divinae potentiae parentibus. fic in epigrammate de Xerxe, rerum naturam & elementa novi inftar domini mutante, Tom. I. pag. 191.

Tellus juffa facis. Solem texere fagittae &c.

apud Petronium de Bel. Civ. cap. 123. Satyr.

Incaluere nives, mox flumina montibus altis
Undabant, modo nata: fed haec quoque juffa putares.

quae vera illic lectio. non *jufta*, ut aliis placet, aut *miffa*, quod in codice Scaligeri inveni. Dracontius Hexaem. 285.

His datur omnis humus, & quidquid juffa creavit,
Aëris & pelagi foetus, elementa duorum
Arbitrio commiffa manent.

fic Oceanus incrementis Nili crefcere *juffus* Lucano Lib. X. 217.

——— *tunc Nilus fonte foluto*
Exit, ut Oceanus lunaribus incrementis
Juffus adeft.

ubi perperam alii praeferunt *juftus*. nam fic v. 238.

Sic juffit Natura parens decurrere Nilum;
Sic opus eft mundo.

Clau-

Cuncta suis. totus pariter tibi parturit orbis.
Quare, Diva, precor, quoniam tua munera parvo
Ausus calle sequor, vitreo de gurgite vultus
Dextera prome pios: & lumine laeta sereno
Pierias, age, pande vias: da Nerea molli
Pacatum gaudere freto: votisque litata
Fac saltem primas pelagi libemus arenas.
Vos quoque, qui resono colitis cava Tempea coetu,

* * *

CXIV. DE VENTIS.

Quatuor a quadro consurgunt limite venti,
Hi quoque sex gemini dextra laevaque recurrunt,

Atque

Claudian. Gigantom. 33. *Enceladi jussis mare serviat.* hinc jussia *parere* & *servire* dicuntur elementa. Statius III Sylv. 3. 55.

Servit & astrorum velox chorus, & vaga servit
Luna, nec injussae toties redit orbita luci.

Martianus Capella Lib. II. pag. 43. de Sole:

——— *cui circulus Aethrae*
Paret, & immensis moderatis raptibus orbes.

in Epigrammate de Saga muliere apud Petron. cap. 134. quod ex Scaligeri Catalectis pag. 255. alibi proferam,

——— *mihi flumina parent,*
Hyrcanaeque tigres. jussi servire dracones.

ubi plura notabo. sic *jussa* de iis, quae vi coguntur: *jussa pax*, *jussa carina*, *jussa lacrima*, & sim. vid. Heins. II. Advers. cap. 7. pag. 261. *visa* & *jussa* passim confundi videbis in notis ad Ovid. Ep. XVII. 157. & Drakenb. ad Sil. Ital. XIII. 372.

Tu foetibus auges Cuncta suis] Lucretius Lib. I. (v. 4.)

— *per te quoniam genus omne animantum*
Concipitur visitque exortum lumina solis. LINDENBR.

augens editioni Pith. adscripserat Casaubonus & Pithoeus ipse in exempl. Biblioth. Paris.

vitreo de gurgite vultus Dextera prome pios] *tuos* ex MS. margini ed. Scalig. adleverat Scriverius. sed *pios* ex v. c. Regio etiam adfert Salmasius. id est benignos & faventes. *vitreo de gurgite*, ut apud Virg. IV. Georg. 350. de Nymphis marinis,

——— *vitreisque sedilibus omnes*
Obstupuere.

Vos quoque, qui resono colitis cava Tempea coetu] veteres scidae *citu* habent. PITHOEVS. sic etiam ex v. c. Regio profert Salmasius, & *Tempea*. unde hoc loco usus est Vossius Lib. I. de Analog. cap. 21. ubi docet *Tempea* dici & *Tempe*. & sic supra ex codicibus MSS. in Epigrammate Pentadii de adventu Veris Ep. LXIX. legendum notavi,

Tempeaque exhalant floribus innumeris.

pro *Temporaque*. ut editur vulgo. Suspicabatur tamen Jacobus Tollius, hic corrigendum esse,

Vos quoque qui resono colitis cava tympana cantu.

ut Tritonas invocet. ita enim in editionis Scaligeranae margine correxerat, deleta altera lectione. Sed cornua incurva vel conchae Tritonibus potius conveniunt, quam tympana, & *colere tympana* pro percutere, tundere, absurde dicitur. Barthius quoque *resonum coetum* hic referebat ad agmen Tritonum conchas suas inflantium. *cava* igitur *Tempea* hic videntur dici de speluncis & antris, quae dii marini ceteri, illos enim invocaturus erat in sequentibus, libenter incolunt. ut de nativis vitae agrestis deliciis apud Virg. II. G. 469.

Speluncae, vivique lacus, & frigida Tempe &c.

CXIV. DE VENTIS. *Primus Aparctias*] Hos versus ultra modum depravatos video. Tres postremi primi esse debent. PITHOEVS. Edidit hoc carmen Pithoeus Lib. IV. Epigr. vet. pag. 178. sed ubi incipit a quarto versu *Primus Aparctias*, tribus prioribus in finem conjectis, unde eos in sedem legitimam revocavi, sic jubentibus codd. MSS. Vossiano, ex quo descripserat Tollius in fronte ed. Catalect. Scalig. tum MS. Leidensi, quem ipse contuli, & veteri codice Reginae Christinae, quem excussit Heinsius. & sic Pithoeus in exemplari Bibl. Paris. notaverat, *hi tres versus praeponi debuerunt, qui sunt ex libro Isidori de Astrologia.* in his autem codicibus titulus erat VERSUS DE DUODECIM VENTIS. Variantes codicis Suecici editae sunt in Actis Liter. Ienens. Vol. V. pag. 9 & 10. in quo libro MS. tres versus, qui in

Atque ita bis feno circumdant flamine mundum.
Primus Aparctias Arctoo fpirat ab axe:
Huic noftra nomen lingua eft Septemtrio factum.
Circius hinc dextro gelidus circumtonat antro:
Thrafeian Graeci propria dixere loquela.
Hinc laevus Boreas glaciali turbine mugit:

Fri-

in ed. Pithoei in fine collocantur, praeponuntur ante verfum, qui incipit *At tu Core* &c. Conferri cum hoc carmine merentur Plinius Lib. II. cap. 47. Ifidorus Lib. XIII. Orig. c. XI. Ariftoteles de Ventorum fitu & nominibus Tom. II. Operum pag. 848. feq. Apulejus de Mundo pag. 95. ed. Vulcan. Vegetius Lib. V. de R. M. cap. 8. Philargyr. ad Virg. IV. G. 298. Gellius Lib. II. cap. 22. & Lucius Ampelius cap. V. Adde monumentum Cajetanum, in columnae marmoreae fragmento nomina ventorum Graeca & Latina exhibens apud Gruter. pag. CXXXVII. I. & quae dedit Delrius Comment. ad Senecae Herc. Oet. v. 114. pag. 304. & Anton. Ricchi Reggia di Volfci Lib. II. cap. 8. pag. 320. & feqq. ventorum imagines, ab hodierna pictura valde difcrepantes. habentur exfculptae in lateribus Turris octo ventorum, quae, Athenis olim exftructa ab Andronico Cyrrhelle, hodie quoque fupereft, & confpici poteft apud Sponium Tom. II. Itin. pag. 135. & Whelerum Tom. II. Lib. II. pag. 476. & feqq. ubi plura de Graecis fingulorum ventorum nominibus notarunt.

dextra laevaque recurrunt] *vagantur* cod. Voffianus. *jugantur* v. c. Reginae, Leidenfis, & codex Suecicus in Actis Ienenf. quod firmari poffet ex Vegetio Lib. V. c. 8. *Horum* (ventorum) *vocabula non folum Graeca fed etiam Latina protulimus, ita ut, ventis principalibus declaratis, eos qui a dextra laevaque juncti funt (conjuncti* in MSS.) *indicemus.* ita de zonis Virg. I. G. 255.

Quam circum extremae dextra laevaque trahuntur
Caerulea glacie concretae. &c.

jugare pro jungere, ut in illo Licinii Calvi Fragmento,

Et leges fanctas docuit, & cara jugavit
Corpora connubiis, & magnas condidit urbes.

Martianus Capella Lib. I. init.

Foedere complacito fub quo Natura jugatur.

Lib. II. pag. 47.

Adhuc jugata comparet pagina
Utcumque ducta longiorem in circulum.

& Lib. III. pag. 71.

Jugenda demum verba: nam probabilis
Hic ordo rebus. quique difgregabitur.

vide & Salmaf. ad Trebell. Poll. Gallien. cap. 8. quomodo autem hi venti a dextra & laeva fuas partes agant, exponit Ifidorus Lib. XIII. §. 2. ubi addit, *Hi duodecim venti mundi globum flatibus circumagunt.* iifdem fere verbis, ut in hoc carmine:

Atque ita biffeno circumdant flamine mundum.

6. *Circius hinc dextro*] fcribe *Circius hinc dextra gelidus circumtonat Arcto. Thracian* &c. PITHOEVS. fic & Scriverius in codicis fui margine. quamquam nihil potius mutandum videatur Cl. Henr. Cannegietero ad Avieni Fab. IV. pag. 36.

7. *Thrafeian Graeci propria dixere loquela*] *Thrafeian* cod. Leid. fcribendum *Thrafcian*, ut in v. cod. Reginae, & Voffiano, vel *Thracian*, & in ed. Pith. correxerat Scriverius. Vegetius Lib. V. cap. 18. *Septemtrionalem vero cardinem fortitus eft* Ἀπαρκτίας, *five Septemtrio: cui adhaeret a dextra* Θρασκίας, *five Circius. a finiftra* Βορέας, *id eft, Aquilo.* Apulejus de Mundo pag. 394. fin. ubi de ventis: *Huic proprius ad idem dieм medium Trafcias & Argeftes funt, indidem flantes in omnibus. Thracias* vocatur inter XII. ventorum nomina a Philargyrio ad Virg. IV. G. 298. ubi *Thrafcias* maluiffe Dorvillium notavit Patruus meus. Venti hujus nomen Propertio reftituendum opinabatur eruditiffimus & fagaciffimus Janus Helvetius, Lib. IV. El. 3. 48. ubi vulgo editur:

Non me tardarent Scythiae juga, quum pater altas
Africus in glaciem frigore nectit aquas.

ubi quid *pater Africus* fibi velit, quafi is pro Septemtrione pofitus, quod fine exemplo eft, Scythiae flumina in glaciem conftringat, nemo facile dixerit. Legendum itaque cenfebat *Thrafcias in glaciem frigore nectit aquas.* ut *Thrafcias* pro Circio ponatur, vel fi hoc minus placeat, faltem *Thracius in glaciem* &c. *Thracii* quidem & *patris* epitheta Aquiloni nemo negabit, qui meminerit loci Horatiani Lib. I. od. 25. 11.

Thracio bacchante magis fub inter-
lunia vento.

Ceterum *Thrafcias* qui Graecis dicitur, *Circius* vocatur Latinis, ut hic auctor indicat, a turbine eius ac vertigine, ut opinatur Gellius Lib. II. cap. 22. quae optime exponit If. Voffius ad Melam Lib. II. cap. 5. pag. 171. & feqq.

Hinc laevus Boreas glaciali turbine mugit] repone *mugit*. PITHOEVS. fic codex Reginae, Voffianus, Leidenfis, & S. Galli in Actis Ienenf. quomodo Scriverius & Heinfius etiam in

Frigidus hinc Aquilo nostris vocitatur in oris.
At Subsolanus medio flat rectus ab ortu:
Graecus Aphelioten apto quem nomine signat.
Hinc Vulturnus adest, dextra qui parte levatur:

Attica

suis exemplaribus correxerant. talem Boreae mugitum depingit Horatius Epod. XIII.

Horrida tempestas coelum contraxit, & imbres
Nivesque deducunt Jovem.
Nunc mare, nunc siluae
Threicio Aquilone sonant.

Lib. III. od. 29. 57.

Non est meum, si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere.

quanta autem vi bacchetur hic ventorum vehementissimus, ipse Boreas elegantissimis versibus describit apud Ovidium in fabula de raptu Orithyae Lib. VI. Met. 690. & seqq.

Apta mihi vis est, vi tristia nubila pello:
Vi freta concutio, nodosque robora verto,
Induroque nives, & terras grandine pulso. &c.

quem locum respexisse mihi videtur Isidorus Lib. XIII. cap. 21. ubi de venti vi haec scribit, ultra stylum Grammaticum assurgens: *Vis ejus tanta est, ut non solum saxa & arbores vellat* (sic codex Groning. non *evellat*) *sed etiam coelum terramque conturbet, maria commoveat.* ubi quod dicat *& arbores vellat*, ostendit, Isidorum quoque in suis codicibus Ovidianis lectum repetisse *nodosaque robora vello.* ut ex Medicco & Thuaneo adfert & fere probat Heinsius, quod tamen rejiciendum videtur propter praecedentem ejusdem soni versum, *vi tristia nubila pello.* licet similia in Nasone haud raro occurrant, ut notavi supra ad Lib. IV. Ep. CCCXL. pag. 250. eleganter etiam Boreae bacchantis furias depingit Nemesianus Cyneg. 272. seqq.

Haud secus effusis Nerei per coerula ventis,
Cum se Threicius Boreas super extulit antro,
Stridentique sono vastas exterruit undas,
Omnia turbato cesserunt flumina ponto:
Ipse super fluctus spumanti murmure fervens
Conspicuum pelago caput eminet: omnis euntem
Nereidum mirata suo super aequore turba.

confer locum Lucretii Lib. I. 272. & seqq. ubi ventorum inmani impetu omnia vastantium vim egregiis versibus describit. deinde *Huic laevus Boreas* codex Reginae, Vossianus, & Suecicus in Act. Ienens. forte *saevus* praestiterit, pro *laevus.* ut video etiam conjecisse Heinsium in notis ad Ovid. I. Trist. II. 25. ubi & *mugit* pro *mulget* emendat. praeterea, *Frigidus hic Aquilo* malim, quam *hinc.* idem *hic* ventus Boreas Aquilo vocatur in nostris sive Latinis oris. sic corrigendum infra v. 25. *Africus hic propria ventus regione vocatur.* ubi etiam *hinc* male edidit Pithoeus. firmat Isidorus dicto loco, *Aquilo dictus eo quod aquas stringat & nubes dissipet. Est enim gelidus ventus & siccus. Idem & Boreas, qui ab Hyperboreis montibus flat. Inde enim origo ejusdem venti, unde & frigidus est.* quibus verbis, & hoc loco, vindicavi supra in disticho Euphorbi Epigr. XCVIII.

Frigidus ut Boreas obstupefecit aquas.

ubi Heinsius *Ut Boreas rigidas* conjecerat ex vestigiis codicis Vossiani, in quo *Cum rigidus Boreas.*

11. *Graecus Aphelioten apto quem nomine signat*] scribendum *Apelioten.* nam sic Gellius: *Eurus aliis quoque a Graecis nomine Ἀπηλιώτης, a Romanis nauticis Subsolanus cognominatur.* Vegetius: *a verno itaque solstitio* (*aequinoctio* in cod. Palatino) *id est ab orientali cardine, sumimus exordium, ex quo ventus oritur Ἀπηλιώτης, id est, Subsolanus.* Apuleius de Mundo pag. 394. *quamvis Eurus sit ventus Orientis, idem tamen Apeliotes incipit nominari, cum eum oriens aestibus emittit. Apeliotes autem vocatur, cum meridianis ex montibus procreatur.* Plinius Lib. II. c. 47. *ab Oriente aequinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Illum Apelioten, hunc Eurum Graeci appellant.* hoc quoque nomen reddendum videtur marmori Cajetano apud Gruterum, ubi in angulo sexto supplendum ΑΠΗΛΙΩΤΗC, SVBSOLANVS. nisi illic ex literis reliquis. . ΤΗC formandum sit ΑΡΓΕΣΤΗC, CORVS. de quo infra, & in ultimum angulum rejiciatur ΑΠΗΛΙΩΤΗC, SVBSOLANVS. *Subsolanus* vero unde dicatur, his verbis docet Isidorus: *Nam Subsolanus vocatus* (sic lege ex cod. Groningano, non *ventus*) *eo quod sub ortu Solis nascatur. Eurus, eo quod ab Eoo flat, id est ab oriente. Est enim Subsolano conjunctus.*

12. *Hinc Vulturnus adest* &c.] *Huic Vulturnus adest, dextra qui parte levatur* in v. cod. Christinae, Vossiano, Leidensi. *levatus* in ed. Pith. de Vulturno Caecia Graecis dicto ita Gellius: *Est etiam ventus nomine Caecias, quem Aristoteles ita flare dicit, ut nubes non procul propellat, sed ad sese vocet, ex quo versum istum proverbialem factum ait;*

——— κακὰ
Ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ Καικίας νέφος.

vel Ἕλκων ἐφ' αὐτὸν ὡς &c. ut legit Muretus Lib. II. Epist. 6. qui vocem κακὰ, superstitem ex praecedenti versu, abesse a libro Fulvii Ursini testatur, sed apud Apulejum de Mundo pag. 396. connectitur cum altero versu

Κακ' ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων &c.

Vege-

Attica Caecian Graiis quem litera fignat.
Nubifero flatu laevum latus inrigat Eurus.
Dorica quem fimili defignat nomine lingua.
At Notus e medio Solis dat flamina curfu:
Auftrum rite vocant, quia nubila flatibus haurit.
Euronotus cui dexter adeft, quem nomine mixto
Euroauftrum Latia dixerunt voce Latini.
Libonotus laevam calidis adtaminat auris:
Aeftibus inmenfis ardens Auftroafricus hic eft.
Abfceffum Solis Zephyri tuba florea fervat:

Italia

Vegetius: *Huic* (Subfolano) *a dextra jungitur* Καικίας. *a finiftra* Εὖρος, *five Vulturnus.* ubi excidit latina interpretatio vocis Καικίας, quam in fingulis toto illo capite diligenter addit, Graeca & Latina vocabula fimul proferens. Scriverius in notis MSS. ex uno codice profert *Caecias five euroborus. A finiftra* εὖρος, *five Vulturnus.* ex alio, *Caecias five eroboreus, a finiftra,* &c. unde forte *Euroboreus* fcribendum. *Caecias* etiam inter ceteros ventos recenfetur a Philargyrio ad Virg. IV. G. 298.

15. *Dorida*] *Dorica.* PITHOEVS. fic refcripfi, quomodo Heinfius & Tollius etiam correxerant, & in cod. Suecico legi teftantur Acta Ienenf. pro *Dorida*, ut erat in ed. Pith.

17. *Auftrum rite vocant, quia nubila flatibus haurit*] fic & Ifidorus: *Aufter ab hauriendo aquas vocatus, unde & craffum aërem facit & nubila nutrit.* vide N. Heinfii notas ad Ovid. I. Trift. XI. 16. illo verfu

Aut Hyadas faevis haufFerat Aufter aquis.

ut reftituit pro *auxerat. flatibus haurit*, ut ibidem apud Nafonem El. X. v. 33. *propulfoque flatibus Auftri*, ut nonnulli legunt pro *fortibus Auftris.* quia autem *Aufter* ab *hauriendo* dictus, hinc faepe *Haufter* fcribitur in libris antiquis. vid. H. Columnam ad Ennium pag. 115. ed. Heffel.

18. *Euronotus cui dexter adeft, quem nomine mixto Euroauftrum Latia dixerunt voce Latini*] quem non offendat *Latia dixerunt voce Latini*, quod licet in codd. MSS. etiam invenistur, emendandum tamen videtur *patria dixerunt voce Latini.* hoc eft *propria loquela*, ut fupra v. 7. fic enim haec elegantius varianda, ut apud Ovid. IV. Trift. El. 4. 5.

Cujus in ingenio patriae facundia linguae eft,
Qua prior in Latio non fuit ulla foro.

Vertumnus apud Propertium Lib. IV. El. 2. 48.

At mihi, quod formas unus vertebar in omnes,
Nomen ab eventu patria lingua dedit.

nimirum ex *Latini* in fine verfus promanavit *Latia* male bis pofitum. quam vocem aliquando vel intempeftive intruferunt vel perperam faepe ejecerunt librarii. fic apud Germanicum in Arateis v. 15. recte Scaliger & Grotius emendabant,

Haec ego dum Latiis conor praedicere Mufis.

de qua reftitutione dubitare nefas. innuit enim fe Latino carmine Graeca Arati redditurum. eodem modo, ut de fuo Opere Lucretius Lib. I. v. 137.

Nec me animi fallit, Grajorum obfcura reperta
Difficile illuftrare Latinis verfibus effe.

fic & forte legendum apud Avienum initio Defcript. Orb. Terr.

——— *Aufonii peraget ftilus impiger oris.*

ut indicet fe Latino carmine Graecam Dionyfii Periegefin fecuturum. vulgo illic editur *Aonii oris.* licet *Amium cantum* de Virgilio dixerit Silius Ital. Lib. VIII. 598. ubi *Andino cantu* in aliis. male igitur certiffimam Grotii emendationem in Germanico non admifit Jo. Conr. Schwartzius; quae optime firmatur ex Lucano Lib. IX. 983.

Nam fi quid Latiis fas eft promittere Mufis.

& Silio Ital. Lib. XII. 412.

——— *refonare docebo*
Hic Latiis Helicona modis.

ut recte Barthius & Heinfius, pro *latis*, vel *laetis*, ut & in loco Germanici codices veteres & editiones variant. & frequenter haec confufa fuiffe docent virorum doctorum notae ad Ovid. I. Met. 560. & II. Faft. 553 *Euroauftrum* in v. c. Reginae & Voffiano. Ifidorus: *Euroaufter dictus, quod ex una parte habeat Eurum: ex altera Auftrum. Euronoti* nomen reftituendum videtur mutilo marmori Cajetano apud Gruterum, angulo quarto: ubi ΕΥΡΟΝΟΤΟϹ EVROAVSTER. lacunam fuppleat. quod hoc loco firmatur. Gellius d. l. *tertium ventum Vulturnum Romani vocant. eum plerique Graeci mixto nomine, quod inter Notum & Eurum fit,* Εὐρόνοτον *appellant.* Apulejus de Mundo pag. 295. *Euronotus, ille qui inter Notum atque Eurum medius, effringit, ex altero latere Libonotus ex duobus unum facit.*

21. *Aeftibus inmenfis ardens Auftroafricus hic eft*] *Iftibus* in cod. Voffiano. an forte pro *Ictibus?* ut *ictus* Solis radiantis, de ejus calore intenfo.

tenfo.

Italia veniens cui dictum est voce Favoni.
Hinc dextram tangit dictus Lips Atthide lingua.

25. Afri-

tenso. de quo vide Gebhard. Lib. III. Crepund. cap. 2. Lucanus Lib. VII. 214.

Miles ut adverso Phoebi radiatur ab ictu.

hinc *percussi Sole* saepe apud poëtas. ut eidem Lucano Lib. II. 482. & Valer. Fl. I. 495. saepe vero haec vox in alias fuit mutata. ut *ictus* & *ignis Solis*. vide Heinsii & Patrui mei notas ad Ovid. V. Met. 389. ubi *Phoebeos submovet ictus* restituerunt pro *ignes*. *ictus* & *jactus Solis*. de quo vid. Heinf. ad Virg. V. Aen. 88. & quae supra notavi ad Ep. xvIII. & LXXIII. &. ut hoc in loco, *ictus* Solis & *aestus* quid Horat. II. od. 15. 10.

Tum spissa ramis laurea fervidos
Excludet ictus.

ubi *aestus* in MSS. & apud Claudian. Bel. Gild. 317.

——— *Solis medios objecerit aestus.*

pro quo *ictus* in cod. Lovan. legi Patruus meus testatur, cujus notas illic vide. sic *Scorpius ictu minitans* supra Ep. 38. ut de eodem signo coelesti Manil. II. 213.

Nunc Pisces, nunc Cancer, & acri Scorpius ictu.
& v. 236. *acer & ictu Scorpius.*

22. *Absessum Solis Zephyri tuba florea servat*] al. *Solis ab occasu flores Zephyri tuba servat, Ex Itais nomen cui fixum est voce Favoni.* PITHOEVS. *tuba florea* correxi ex v. c. Reginae, Vossiano, Leidensi, & libro Suecico in Act. Ienens. vitiose enim *tumba* in ed. Pithoei. sic *tubae* vox vitiata in Carmine in laudem Solis v. 57. *Sol cui surgenti resonat tuba blanda canorem.* ubi *liba* corrupte edidit Pithoeus. Zephyro *tuba florea* cur tribuatur, docet Isidorus: *Zephirus Graeco nomine appellatus, eo quod flores & germina ejus flatu vivificentur. Hic Latine Favonius dicitur propter quod foveat, quae nascuntur. unde est illud* (Virgilii I. G. 44.) & Zephyro putris se gleba resolvit. *Austro autem flores solvuntur, a Zephyro fiunt.* quam vero Pithoeus lectionis diversitatem in notis exhibet, etiam codici suo adscripserat Scriverius, eamque alteri praeferendam arbitror. Favonium Latinis, Zephyrum Graecis dictum etiam notat Scholiastes Statii ad Lib. II. Theb. v. 4. *Venti appellantur diversis nominibus tam a Graecis, quam a nobis. Illi Zephyrum, nos Favonium vocamus. Nos Aquilonem, illi Boream dicunt. Illi Eurum, nos Africum vocamus.* & sic Gellius. Apuleius de Mundo, ceterique. vide Delrii Advers. ad Senecae Herc. Fur. v. 549. pag. 134.

24. *Hinc dextram tangit dictus lips attice lingua*] al. *Lips Attide lingua.* PITHOEVS. *Huic dextram* codex Reginae. *Lips Atthide lingua* edendum censui. nam sic in veteri Reginae codice, cui adstipulatur Leidensis, in quo *Lipsattide*. & ita correxerant Scriverius & Heinsius. *Atthis lingua* pro Attica. ut in versibus apud Apuleium initio Lib. I. Metam.

Hic linguam Atthidem primis pueritiae
Stipendiis merui: mox in urbe Latia
Advena &c.

ut ex MSS. restituit Colvius. quod ab Oxoniensi codice firmari testatur Pricaeus. *Atthide terra natus Erichthonius* apud Germanicum in Arateis v. 156 vid. Salmas. ad Trebell. Pol. xxx. Tyrann. cap 18. Africus autem Graecis Λίψ. Gellius Lib II. c. 22. *tertius Africus, qui Graece vocatur Λίψ. is adversus Vulturnum flat.* hinc *Libyam*, quia inde *Lips* flet, dictam vult Servius. vide Pier. ad Virg. V. Aen. 37. Ausonius in Technopaegn. pag. 431. ed. Toll.

Velivolique maris constrator Leuconotos Libs.

ubi in vetustissimo codice Vossiano legitur *Velicolione m. c. Leuconones ubs.* forte *Libonotos Libs.* Venantius Honorius Lib. II. de Vita Martini v. 76.

Quid Boreas, Aquilo, Libs, Circius, Auster, & Eurus.

ὑβριστὴς Λὶψ dicitur in Epigrammate Theodoridae in Timarchum naufragum Lib. III. Anth. Gr. Tit. xxII. Ep. 53. quod uno disticho mutilum in vulgatis circumfertur, sed ex Gruterianis & Sylburgianis Palatini codicis Excerptis ita supplendum est:

Κλεῖδές πόντῳ σε, καὶ ἐσχατιαὶ Σαλαμῖνος,
Τίμαρχ᾽. ὑβριστής τ᾽ ὤλεσε Λὶψ ἄνεμος.
Νηΐ τε σὺν φόρτῳ τε. κόνιν δ᾽ ἡ σ᾽ ἀμφὶ μέλαιναν
Δέξαντ᾽ οἰζυροὶ χεῖλεσι κηδεμόνες.

& hinc integrius etiam interpretatus est H. Grotius:

Clides & excurrens Salamin ventusque nocens Lips,
Timarche, exitii caussa fuere tui.
Cum navi, cum merce: nec heu pia turba, propinqui
Terram injecerunt: heu, miserande, tibi.

in monumento marmoris Cajetani apud Gruterum, ΛΙΨ, AFRICVS ΛΙΒΟΝΟΤΟC. AVSTRO AFRICVS. ubi leviter corrigendum ΛΙΒ ΝΟΤΟC Isidorus Lib. XIII. Orig cap. xI. *Euro Auster dictus, quod ex una parte habeat Eurum, altera Austrum. Austro africus, quod similiter sit hinc & inde Austro & Africo. Ipse & Libonotus, quod sit Lips hinc & inde Notus.* sic illa leguntur in veteri codice Groninganae Bibliothecae, cujus excerpta mecum communicavit Clariss. P. Bondamius; nisi quod in eo *Liponotbus*. In editis *Libanotus*.

25. *Afri-*

Africus hinc propria veniens regione vocatur.
At tu, Core, fremis Zephyri de parte finiftra:
Argeften Graii vocitant cognomine *

EP. CXV.

VERSVS XII. DE DIVISIONE ORBIS TERRAE IMPERANTE THEODOSIO CONSCRIPTI ANNO XV.

Hoc opus egregium, quo mundi fumma tenetur,
Aequora quo montes, fluvii, freta, portus, & urbes
Signan-

25. *Africus hinc propria veniens regione vocatur*] iifdem verbis Ifidorus: *Africus a propria regione vocatur. In Africa enim initium flandi fumit.* Sed legendum hoc in verfu, *Africus hic propria* &c. ut fupra v. 9. *Frigidus hic Aquilo noftris vocitatur in oris* corrigendum notavi. ubi pariter *hinc* in vulgatis.

26. *At tu, Core, fremens Z. de p. f. Argeften Graji vocitant cognomine* *] *At tu chore fremis* cod. Reginae, & Suecicus in Act. Ienenf. *fremis* etiam in Voffiano. *Atachore fremis* in Leidenfi. ex hoc igitur codicum confenfu *fremis* correxi pro *fremens*, ut edidit Pith. *Caure* Pithoeus in marg. exempl. Bibl. Parif. cui etiam adfcripferat *Argeften quem Grajo fuo vocat ore Camena.* ut in notis editis profert. idque codici fuo etiam adnotaverat Scriverius, addideratque videndas effe notas ad Ifidorum pag. 894. ubi totum huc carmen aliter citatur. Hoc autem in verfu, minore mutatione, malim ex cod. Voff. & Leid. *Argeften Graji vocitant cognomine prifco.* In quibus vitiofe *Argeftenque Grafi.* unde tamen legi poffet *Argeften quem Grajo vocat cognomine lingua.* ut fupra v. 5. *Huic noftra nomen lingua eft Septemtris factum.* & v. 15. *Dorica quem fimili defignat nomine lingua.* de Argefte Plinius: *Ab occafu aequinoctiali Favonius, ab occafu folftitiali Corus: Zephyron & Argeften Graeci vocant.* & hoc nomen Graecum in fexto angulo marmoris Cajetani apud Gruterum ex literis THC fuperftitibus forte fic reftituendum ΑΡΓΕΣΤΗC *Corus.* in Excerptis MSS Gloffarii vetuftiffimi Buheriani, Capite ΠΕΡΙ ΑΝΕΜΩΝ Λίψ, *Africus.* Νότος, *Aufter*, Ζέφυρος, *Favonius.* Εὖρος, *Chorus.* Εὖρος, *terrefter.* 'Αφηλιώτης, *Vulturnus.* 'Αφηλιώτης, *Subfolanus.* quae mendofa & turbata funt, fic in ordinem redigenda; Εὖρος, *Eurus.* 'Αργέστης, *Corus.* Καικίας, *Vulturnus.* 'Απηλιώτης, *Subfolanus.* nam his Graece Εὖρος. Εὖρος. perperam fcriptum pro Εὖρος, *Eurus.* fic enim in hoc carmine v. 15. *laevum latus irrigat Eurus, Dorica quem fimili defignat nomine lingua.* dein *terrefter* & praecedens *Chorus* corrupta funt pro 'Αργέστης, *Corus*, & excidit vox Καικίας, qui *Vulturnus* eft, pro quo male 'Αφηλιώτης repetitum fuit. Ifidorus d. l. *Corus antea Caurus dictus, quem plerique Argeften dicunt, non, ut imprudens vulgus, Agreftem.* fic fcribe ex cod. Groningano. Gellius: *Caurus, quem folent Graeci 'Αργέστην vocare, is adverfus Aquilonem flat.* Ovidius Lib. V. Faft. 161.

Frigidus Argeftes fummas mulcebit ariftas,
Candidaque a Calabris vela dabuntur aquis.,

ubi *Algeftis* in primo Moretano, *Alceftis* in fecundo. Sed notanda illic eft Gloffa codicis Reg. Gallicani: *Apulejus in Cosmographia fic inquit, ubi de ventis agit: Eurus* (leg. *Corus* vel *Caurus*) *qui Graece Ergaftes* (fcrib. *Argeftes*) *vocatur, is eft adverfus Aquiloni.* quae verba funt ex Apuleji libello de Mundo pag. 396. vide illic plura de hoc vento in notis Car. Neapolis. & de fingulis operofam fed eruditam Salmafii digreffionem in ejus Exerc. ad Solin. Tom. II. a pag. 1244. ad pag. 1264. ed. Par.

EP. CXV. VERSVS XII. DE DIVISIONE ORBIS TERRAE IMPERANTE THEODOSIO CONSCRIPTI] Hoc carmen ex v. c. defcriptum P. Pithoeus addiderat editionis fuae exemplari, quod in Biblioth. Parifina fervatur, cum hac lectionis differentia v. 1. *mundi quo fumma.* v. 2. *Aequora quo & montes.* v. 7. *Conficier, quinis aperit cum fafcibus annum Supplice hoc famuli.* Sed *Confici ter quinis* ex v. c. Regio alii quum ediderunt, recte id ex licentia hujus aevi praeferebat Ampliffimus G. Meermannus, nam *ter quinis* indubitata eft lectio, quae exprimat annum imperii Theodofiani quintum & decimum, quo divifionem hanc Orbis terrae factam titulus indicat. dein *faftibus* bene etiam adprobabat, pro *fafcibus*, ut defcripfit Pithoeus. neque enim hic fafces Confulares indicantur, fed fafti Imperii. *faftus* autem pro *fafti* non infrequens. ut in Epigrammate Afterii in Sedulii opus Pafchale,

Quem quamvis fummi celebrent per fecula faftus.

de quo vid. Barth. Lib. XII. Adv. cap. 19. & plura ex vetuftioribus auctoribus exempla dudum notarunt viri docti. Claver. ad Claudian. I. in Eutrop. 478. Heinf. ad IV. Conf. Honor. 155. Grot. & Oudend. ad Lucan. V. 399. X. 187. & Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. II. 10. ubi

Signantur: cunctis ut sit cognoscere promptum,
Quidquid ubique latet, clemens genus, inclyta proles

Ac

fasces & *fastus* etiam confunduntur, ut apud Claudian. II. Consul. Stilic. 88. ubi vide notas. Sed totum hoc carmen, satis memorabile, uberiori Commentario, in quo de Tabula Theodosiana & Peutingeriana peritissime disseruit, quum pro singulari in literas amore, & benigna operis hujus exornandi voluntate illustrare haud gravatus fuerit idem Vir Nobilissimus & eruditissimus, gratiam me a viris doctis initurum confido, si illum his notis integrum hac occasione inseram.

GERARDI MEERMANNI
COMMENTARIUS
IN EPIGRAMMA ANONYMI,
VEL POTIUS SAMULII PRESBYTERI,
DE TABULA ORBIS TERRARUM IUSSU THEODOSII
IUNIORIS IMP. FACTA,
IN QUO CUM DE ILLIUS, TUM DE PEUTINGERIANAE ORIGINE, AETATE, AC NATURA EX PROFESSO AGITUR.

„ Carmen hoc nobis servavit auctor Hibernus Dicuil in *Opusculo de mensura Provinciarum orbis terrae*, quod ex *libro Missorum* Theodosii Imp. Pliniique *Historia Naturali* excerptum est, atque Antonini *Itinerario* subjectum in Bibliotheca Regis Christianissimi reperitur inter codices MSS. N. 4806. olim 990. Exstat quoque MS. in Cottoniana Londini, quanquam minus integre, ubi hic Dicuil vocatur *Hibernus sive Scotus natione*, teste Franc. Chr. de Scheyb in *Prolegom. ad Tabulam Peutingerianam pag.* 25. idque quia Hibernia veteribus etiam Scotia audiebat, ut ex Orosio, Isidoro, aliisque Jac. Waraeus ostendit in *Antiquit. Hiberniae cap.* 1. Eum nonnulli scripsisse contendunt seculo octavo exeunte; verum laudatus Waraeus *Lib. de Scriptor. Hibern. p.* 39. ipsissimum fuisse suspicatur cum Dicola sapiente, quem a. 710. seu aerae nostrae 711. mortem obiisse docent *Annales Ultonienses*. Usus vero hoc Dicolae opere quondam fuit Marc. Velserus. vid. *Epist.* ejus *ad Jos. Scaligerum* Kal. Septemb. 1599. (*Oper. p.* 791.) quumque id a Velsero accepisset Math. Raderus, versus hos primus (ni fallor) vulgavit in *Aula Sancta seu Historia Theodosii junioris*, edit. Monachii 1614. *cap.* 4. Mox Jacobus Gothofredus ex ipso codice Regio hos edidit in *Commentar. ad l.* 10. *Cod. Theod. de Metatis*, atque iterum ex eodem MS. cum Car. du Fresne Dom. du Cange in *Constantinopoli Christiana Lib. I. cap.* 20. tum Ill. Schopflinus apud Scheybium *d. l. p.* 25. Quum vero idem Schopflinus, ast plenius Cangius, praeter laudatos versus nonnulla adjecerint excerpta ex ipsius Dicolae opere, ab aliis viris doctis haud animadversa, eaque ad totius argumenti illustrationem mirifice faciant, integra apponere hic juvabit.

„ LIBER DE MENSURA ORBIS TERRAE.

„ *Prologus libri.*

„ *Post congregatam epistolam de quaestionibus decem artis Grammaticae, cogitavi, ut* LIBER DE MENSURA PROVINCIARUM ORBIS TERRAE *sequeretur, secundum illorum auctoritatem, quos Sanctus Theodosius Imperator ad provincias praedictas mensurandas miserat, & juxta Plinii Secundi praeclaram auctoritatem ipsarum dimensionem volo supplens ostendere: sed duabus causis contra temporum rationem scripturam Missorum Theodosii verbis Plinii Secundi ordine praepono, eo quod illi in duodenis novissime versibus diligentius antiquis fecisse affirmant: & quod exemplaria codicum Naturalis Historiae Plinii Secundi, quae scrutatus sui, nimis a scriptoribus ultimorum temporum dissipata praevidi. Sermones quidem praedictorum Missorum, quia minus* (forte nimis) *vitiose scripti sunt, quantum potuero, corrigere curabo.* &c.

„ IN QUINTODECIMO ANNO REGNI IMPERATORIS THEODOSII PRAECEPIT ILLE SUIS MISSIS PROVINCIAS ORBIS TERRAE IN LONGITUDINEM ET LATITUDINEM MENSURARI. TERRARUM ORBIS TRIBUS DIVIDITUR NOMINIBUS, EUROPA, ASIA, LYBIA, QUEM DIVUS AUGUSTUS PRIMUS OMNIUM PER CHOROGRAPHIAM OSTENDIT. PRINCIPIUM ERGO ERIT OMNIBUS AB EUROPAE FRETO. &c. Hoc vero Opusculum Missorum Theodosii, incipiens *fol.* 25. B., explicit *fol.* 28. his verbis:

„ MENSURATIO ORBIS TERRAE FINIT. DUODECIM VERSUS PRAEDICTORUM MISSORUM. DE IMPERANTE THEODOSIO HOC OPUS, FELICITER INCIPIUNT:

„ HOC OPUS EGREGIUM &c. usque ad finem. Cui carmini tandem sequentem observationem Dicola subjungit: *Non debet mirari, quod in primo loco septimi* (ubi legimus *Confici, ter quinis* &c.) *& octavi* (ubi exstat *Supplices hoc famuli*) *versus* (lego *versuum*) *istorum amphimacrus scriptus est, quoniam ut* (lego *id*) *reor non imperitia sed auctoritate aliorum Poetarum, & maxime Virgilii, quem in talibus causis noster simulavit* (i. e. imitatus est) SEDULIUS, *qui in heroi-*

Ac per secla pius, totum quem vix capit orbis,
Theudosius princeps venerando jussit ab ore

Con-

„ *heroicis carminibus raro pedes alienos ab illis posuerunt.*

„ Hisce praemissis, inquiramus primum in carminis nostri auctorem. Et sane Dicola in allata observatione innuere mihi videtur, eum fuisse Sedulium, Poëtam Christianum notissimum, quod fugisse Cangii ceterorumque Criticorum oculos mirari subit. Id tamen si quis forte in dubium vocet, aut non satis liquidum arbitretur, eum sequentibus argumentis convincere tentabo. Primum igitur Sedulium constat ejusdem ac Dicola fuisse patriae, nempe Hibernum sive Scotum, unde ipsi audit *noster Sedulius*: itaque nota esse Dicolae potuerunt Sedulii scripta post trium modo seculorum intervallum. Porro ipsum carmen satis indicat, id scriptum in Graecia in conspectu Imp. Theodosii: jam vero legimus, Sedulium, postquam in patria studiorum tyrocinia fecisset sub Hildeberto Archiepiscopo, (qui a Thom. Dempstero in *Nomencl. Scriptor. Scotorum* assignatur ad annum a N. C. 400. confundi vero haud debet cum Hildeberto Cenomanensi) itineri sese accinxisse, ac perlustrata Gallia Italiaque venisse in Asiam, atque in Achaja libros conscripsisse tempore Impp. Theodosii, & Valentiniani, imo Theodosio huic dedicasse librum quendam, ni fallor, deperditum, cui initium: *Romulidum ductor clari* &c. haec enim omnia docemur partim ex subscriptione bonae notae, pluribus vetustis codicibus MSS. adjecta, & a Thom. Tannero in *Biblioth. Britannico-Hibernica p.* 660. aliisque allata, partim ex aliis fontibus, queis usus Jo. Trithemius *lib. de Scriptor. Ecclesiast.* §. 142. ubi recte tradit, eum claruisse a. 430. queis tandem addo Gennadium Massiliensem, scriptorem ejusdem ac Sedulius seculi, at vergentis, *lib. de Scriptor. Ecclesiast.* dum scripsit, Sedulium Theodosio Juniore & Valentiniano regnantibus vita functum, ut in vetustis Gennadii exemplaribus offendit Jac. Sirmondus in *not. ad Ennodium Lib. I. epist.* 24. nam in editione Gennadii Miraeo-Fabriciana haec verba desunt: mitto argumentum petitum ex aetate Turcii Rufii Asterii, qui corrector Seduliani operis illud eidem, cui ante ipse auctor, Macedonio Abbati inscripsit, bene, si quid video, discussum a N. Heinsio in Diss. de Cod. Medic. Virgil. pag. 40. & ab Henr. Jo. Arntzenio *Cap.* 10. *Observationum*, Sedulii editioni subjectarum: quae omnia hic adferre visum est, ne quis Sigeberti Gemblacensis sec. XII. ineunte clari auctoritate decipiatur, qui in *lib. de Scriptor. Ecclesiast.* Sedulium integro prope seculo vetustiorem facit, & sub imperio Constantis Constantiique floruisse tradit. Duobus his argumentis pro laudato auctore jungo tertium, petitum ex stylo, qui cum in hoc poëmate tum in *Carmine Paschali* Sedulii plane idem. Tandem verissimum est, quod Dicola scripsit, Sedulium, Virgilii perpetuum imitatorem, ast illius auctoritate nonnumquam abusum, saepius contra leges prosodiae peccasse, quod nec fugit Ven. Bedae, Angli, & Dicolae fere coaevi, diligentiam, *lib. de metrica ratione*, *p.* 2374. *edit. Putschii*, qua de causa illius defensionem in hoc nostro carmine Dicola suscepit.

„ Auctore jam poëmatis cognito, ad illius argumentum transire licebit. Narrat in eo Sedulius, pictam fuisse jussu Theodosii Imp. novam orbis terrarum mappam, sed hanc post veterum labores correctam emendatamque: imo non obscure indicat, sese eorum esse in numero, qui operi huic manus adjutrices admoverint. Carmen itaque hoc ipsius operis dedicatio fuit ad Imp. Theodosium. Sed mappis praeterea illis Geographicis, Dicola teste, praemissa erat *Introductio*, (ipsius forte Sedulii) incipiens, ni fallor, a verbis *In quintodecimo anno regni Imperatoris Theodosii praecepit ille suis Missis provincias orbis terrae in longitudinem & latitudinem mensurari* &c. quae ipsa *Introductio* eadem videtur ac *Breve* seu *liber Missorum Theodosii*, saepius allatus a Salmasio in *Exercitat. Plin.* vid. *p.* 58. 117. 162. &c. edit. Ultr. quemque Cel. Wesselingius in *Praefat. ad Antonini Itinerarium* editum ait ab Eman. Schelstrateno *Tom. II. Antiquit. Ecclesiae* (quo autem libro nec Wesselingio nec mihi potiri licuit.) Ex iis itaque verbis simul docemur de laudabili Theodosii ad Tabulas orbis accurate conficiendas mandato, non novo tamen. Julius quippe Caesar (excitatus exemplo Alexandri Magni, qui regiones sibi subjectas accurate mensurari delinearique jusserat, Strabone teste) totum terrarum orbem per tres geodaetas metiri voluit, 32. annis in id occupatos, unde posthac Imp. Augustus cum genero Agrippa tabulas exactissimas confici curavit, ut docemur partim e Plinio *Lib. III. Hist. Nat. cap.* 3. partim ex Aethico in *Praefat. Cosmographiae*. Tabulas itaque hasce, quum non deessent ea aetate periti

„ Astro-

Confici, ter quinis aperit dum fastibus annum.
Supplices hoc famuli, dum scribit, pingit & alter,

Men-

„ Astronomi ac Mathematici, juxta regulas Geographiae factas fuisse, quivis, me tacente, videt. Iis autem licet inseri etiam potuerint viae publicae, ut Consulares, praetoriae & militares, imo & singulae stationes, sicut nostra aetate in pluribus fit mappis geographicis, ut simul sint tabulae cursuum publicorum, (*les cartes des postes*) credere tamen malo, ad evitandam plurimorum locorum multiplicationem, de viis Romanorum separatas confectas fuisse mappas, a queis urbes extra illas constitutae aberant: at vel sic eas ad longitudinem & latitudinem factas oportuit, ut prodessent & Ducibus exercitus & viatoribus. Ex *his* viarum seu itinerum mappis confectum *Itinerarium*, nostris postarum libellis haud absimile, quod sub Antonini nomine circumfertur, & sub primis Impp. jam natum incrementa sensim accepisse videtur, ut bene animadversum Bergerio *Hist. des grands Chemins de l'Empire Lib. III. cap.* 6. & Schopflino in *Alsat. illustr. Tom. I. p.* 613. *seq.* repugnante tamen ob rationes minime validas Cel. Wesselingio. Uti vero Geographia per longa temporum intervalla magnam subire mutationem debuit, maxime ob acquisitas novas quasdam Imperio Romano provincias, ita tabulas Imp. Augusti sensim quidem correctas fuisse suspicor, ad varias, quae Romam per Gubernatores Provinciarum mittebantur, relationes; at quum vel sic ab erroribus haud immunes essent, Theodosius Imp. post lapsum plusquam quatuor seculorum cum dimidio a priore orbis mensura, necesse credidit rem magna ex parte denuo metatorum subjicere examini. At quaenam hujus missionis epocha? Sedulius edictum Theodosii ea de re promulgatum ait, quum *ter quinis* aperiret *fastibus annum*, ubi *fastibus* pro *fastis* positum, ut a Lucano *Lib.* X. 187. quin & a Turcio Rufo Asterio in *Dedicat. Carminum Sedulii ad Macedonium.* Quod si *fastos* hic propria significatione acciperes pro fastis Consularibus, illico excluderetur Theodosius Magnus, utpote quater modo Consul; res vero liquida esset de Juniore, cujus Consulatus XV incidit in annum a N. C. 435. At *fastos* hic pro fastis Imperii adhiberi ipse docet *Introductionis* auctor, significatione aevi sequioris, atque ita eos refellit, qui scripturae vitium suspicantes *fascibus* legunt: Uterque ergo Theodosius quum plusquam quindecim annis regnaverit, utrius electio erit? Pro Theodosio Magno pugnant plerique, & ita edictum de mensura orbis terrarum a. 393. assignant, vehementer id urgente nuper Scheybio, multis verborum ambagibus, argumento autem, quod stringat, nullo. At detecto a nobis carminis hujus auctore Sedulio sententia illa ultro corruit, quoniam is in Graeciam demum advenit sub Theodosio Juniore: hujus ergo imperatoris, (quem *pium* Sedulius, *sanctum* Dicola nuncupavit ob zelum erga Christianam religionem) quintus decimus regni annus incidit in a. 423. Atqui epocha haec, si quid video, bene conciliari cum historia potest, imo divinandi nobis ansam praebet, quare id animo agitaverit Theodosius. Viderat quippe sub imperio Honorii patrui sui in Occidente omnia in pejus ruisse, & partim ob rei militaris neglectum, partim ex ambitione Stiliconis plures per Gothos ceterosque Barbaros avulsas imperio Romano provincias. Ipse quidem tranquillo statim regno fruitus erat, nuper tamen cum Persia bellum gesserat, quod finitum gloriose a. 422. Rebus ergo pacatis, quum providendum ipsi foret contra Barbarorum incursiones, rei militari ordinandae incubuit, statimque anno proximo terrarum orbis regiones, non puto universas, sed quarum dimensiones aut plane non aut minus recte institutae erant, & ad quas ipsi aditus patebat, maxime regiones Orientis, explorari jussit, atque hac missione post aliquot forte annos finita illas tabulis deinde exprimi voluit, ut inde proficerent duces exercitus; eas vero, quoniam veteres tabulae supererant, eaeque corrigendae modo atque hic illic augendae erant, paucorum mensium spatio confectas fuisse narrat Sedulius. Favebat porro huic instituto ipsius Theodosii Imp. genius, quem literarum non imperitum fuisse, & cum in aliis Mathematicis libris versatum, tum Astronomiae non ignarum, praeterea pingendo fingendoque dextrum testatur Zonaras *Lib.* XIII. *Annal. cap.* 23. Egregio autem instituto eventus haud respondit, siquidem multa insequenti tempore ab Attila, Hunnorum Rege, perpessus fuit Theodosius, quo vero a. 450. defuncto collapsas res nonnihil restituit ejus successor Marcianus.

„ Diximus de Tabulae Theodosianae auctore, aetate, atque origine. Quaestio restat unica, num haec interierit, an vero illa ipsa sit, quae duodecim foliis membranaceis conglutinatis

Menſibus exiguis, veterum monumenta ſecuti,
In melius reparamus opus, culpamque priorem

Tol-

„ natis conſtans in Auguſta Bibliotheca Caeſarea adſervatur, iſta pedem Vindobonenſem unum, longa pedes 21¼. pridemque audiit Auguſtana vel Peutingeriana. Ita primus ſtatuit Velſerus, & poſt hunc Jac. Gothofredus ad Scriptoris Graeci a ſe editi *Deſcriptionem Orbis*, aliique, & noſtra aetate Ill. Schopflinus in *Alſat. illuſtr.* & Danvillius *dans ſa Notice de l'ancienne Gaule*, qui perpetuo eam Tabulam Theodoſianam vocant. Iis non modo comitem ſeſe noviſſimus editor Scheybius dedit, at aperte etiam pronunciavit, ipſum hoc eſſe autographum juſſu Imp. Theodoſii confectum, miro argumento nos ablegans ad characteres marmoris cujuſdam ſub Trajano (atque ita trecentis ante annis) confecti, apud Maffejum in *Muſeo Veronenſi pag.* 400. cum queis nihil hiſce commune eſſe ultro mihi patuit. Sed ut craſſum ejuſmodi de antiquitate illius monumenti errorem profligemus, obſervaſſe ſuffecerit, ſcripturam totius Tabulae, ut a Scheybio expreſſa, manifeſto eſſe Longobardicam, ipſis agnoſcentibus Velſero & Schopflino, literaſque capitales majores ejus generis, quas Gothicas Monachales vocant. Inſtituta igitur hujus Tabulae exactiſſima comparatione partim cum variis, quos ipſe adſervo, Codicibus MSS. partim cum ſpeciminibus characterum a Mabillonio, Hergottio, aliiſque editis, patuit mihi, ſcripturam ſeculi noni initia atque adeo Caroli Magni aetatem vetuſtate non ſuperare. Ductus porro aedificiorum, arborum, aliarumque imaginum manifeſte Gothicum delineandi morem ſapiunt. His addo, *Crucis* mentionem in inſula Sardinia *Tab. III.* ad martyrium forte aliquod reſplicentem, Gloſſemata *Tab.* IX. circa Moyſen atque Iſraëlitas, parum convenire aevo Theodoſiano; porro innumeros in nominibus urbium errores hic reperiundos fingi vix poſſe in Tabula juſſu Imperatoris facta, atque a Sedulio, viro literato, correcta. Sed palmarium, quod Scheybii opinionem evertat, argumentum nobis ſuppeditat utriuſque Tabulae diverſiſſima conſtitutio ac natura. In Theodoſiana quippe expreſſae fuere longitudines & latitudines locorum, eaque exacta fuit, ac vere geographica, (ut uſu eſſet ducibus exercituum,) uti verba probant ex INTRODUCTIONE jam allata, & *Excerpta* Salmaſiana. Peutingerianam vero paſſim videas peccare proportione, atque incurrere in ipſa Geographiae principia, quum longitudo orbis tunc cogniti pluſquam viceſies illic latitudinem ſuperet, ſolaque itinerum longitudo expreſſa ſit, inſuper habita vera latitudine, neglectiſque cunctis, quae extra illa itinera erant, urbibus; quum porro lineae diſtantias locorum exhibentes raro reſpondeant numero milliarium, qui additur; omniaque porro confuſiſſime ab oculos ponantur; qualis profecto Tabula duci exercitus plane inutilis fuiſſet, ut prima ſtatim inſpectio docet, pluribuſque adſtruxit Bergerius laudato opere *Lib. III. cap.* 7. & 8. Miſſis autem vanis conjecturis veram Auguſtanae Tabulae aetatem detexiſſe mihi viſus ſum ex imaginibus Impp. Orientis & Occidentis hic inſertis, ad quas nemo hucuſque attendit. *Tab.* VIII. igitur ad Boſporum Thracium repraeſentatur mulier ſolio inſidens, Minervaeque, ut videtur, induta habitu, qua Orientis Imperatricem deſignare ſeſe voluiſſe auctor oſtendit adjecto *Conſtantinopoleos* indicio, itemque columna, cui impoſita ſtatua hominis nudi, dextra globum, ſiniſtra haſtam tenentis, quam indicare columnam imp. Arcadii ſuſpicor ob addita verba, XII. *regio.* ubi haec poſita erat; conſ. Petr. Gyllii *Deſcript. CPlis Lib. IV. cap.* 7. Nulla vero Orienti femina praefuit ante Irenen, quae Leonis Chazari vidua, poſt privatum lumine filium Conſtantinum ſola iſlic regnavit ab a. Chr. 797. ad 31. Octob. 802. Quumque monumentum hoc vetuſtius ſit tempore Zoes ac Theodorae, quae primum ambae dein haec ſola medio ſeculo undecimo imperarunt, conſequens eſt, hujus Auguſtae effigiem non niſi ad Irenen referri poſſe: &, quia multa eam conſtruxiſſe aedificia Cedrenus in *Hiſtor. p.* 475. nos docet, fieri poteſt, ut ſtatuam Arcadii, quae ultimo anno Leonis Iſauri, id eſt a. 741. vi terrae motus a columna deciderat, eodem auctore *p.* 457. teſte, illa iterum inſtauraverit. Aetas ergo Irenes ſtatim nobis explicat imaginem Imp. Occidentis *Tab.* V. qui ſolio inſidens, dextra manu globum, ſiniſtra ſceptrum tenens, & corona aperta radiata inſignitus, addita *Romae* appellatione, alius eſſe non poteſt, niſi Carolus Magnus Imp. qui illic a Leone III. Papa cinctus corona fuit d. 25. Decemb. a. 800. cujuſque & ſolium & alia inſignia, ſat ſimilia iis, quae hic exhibentur, Aquiſgrani videre mihi licuit. Prope effigiem vero hujus Principis occurrunt verba *ad ſanctum Petrum*, i. e. ad Baſilicam D. Petri, quo viatores Romam profecturos auctor ablegat, non alia de cauſa, quam quod Carolus, Eginharto teſte in *ej. vit. cap.* 27. eam Eccleſiam maxime coluiſſet, plurimiſque muneribus ditaſſet. Ut etiam Carolo placeret, Irenen po-

Tollimus, ac totum breviter comprendimus orbem:
Sed tamen hoc tua nos docuit ſapientia, Princeps.

Ep.

„ tius Dene quam Reginae habitu exhibuit, quandoquidem conſtar, illum, brevi poſtquam Imperatoris diadema accepiſſet, amicitiam Irenes ſibi conciliaſſe, imo per legatum illius nuptias expetiviſſe; ambitione ut patet haud levi, ut ita utrumque imperium conjungeret; aſt quo voto ut potiretur, conſiliis primum apud Irenen obſtitit Aëtius Protospatharius, re ipſa deinde Nicephorus Logotheta, dum Orientale imperium d. 31. Octob. 802. hic invaſit, ſtatimque Irenen relegari juſſit, quae brevi poſt (veneno, ut arbitror) extincta, ut ex Zonara *Lib.* XV. *Annal. cap.* 13. aliiſque conſtat. add. *L'Art de verifier les dates des faits hiſtoriques par les Benedictins de S. Maur.* De tertia effigie, quae *Tab.* X. occurrit, Epiſcopi Antiocheni, quod dicam, non multum habeo, niſi quod ob perpetuas inter Eccleſiam Latinam Graecamque diſcordias neque Romani neque Conſtantinopolitani Epiſcopi meminiſſe auctorem crediderim, qui tamen, ut Chriſtianum ſe oſtenderet, Praeſulem pinxit Antiochiae, ubi primum Chriſtianorum nomen innotuiſſe ex *Actis Apoſtolorum* novimus. Quum itaque conſtet, hanc Tabulam confectam poſt adeptum a Carolo M. imperium, & ante mortem Irenes, in aprico illius aetas eſt a. 801. vel ſequenti. Probabile vero, illam a Monacho quodam Italo profectam, & lucelli obtinendi cauſa Carolo oblatam, cui forſan perſuaſit, Principi, qui tot nationes ſub imperio quondam Romanorum conſtitutas ſibi ſubjecerat, facilemque ad eas procurare ſibi ſuiſque tranſitum debebat, utiliſſimam fore chartam, omnia Romanorum itinera ac ſtationes ſiſtentem. An multum lucis ex turbata ejuſmodi Tabula hauſerit Carolus, non dixerim; id tamen legi, magnum hunc Principem a. Chr. 807. populorum expenſis tres viatorias ſtationes ſeu poſtas publicas in Gallia conſtituiſſe, ut eae celeriter in Italiam, Germaniam, atque Hiſpanias proficiſci poſſent. vid. Bergerius *Lib.* IV. *cap.* 4. §. 7. Simile interim ac pſeudogeographi noſtri inſtitutum Ravennatis Anonymi fuit, qui vetera Romanorum itinera peculiari libro deſcripſit, at nullo vel ordine vel judicio. Eum licet a Guidone Ravennate ſeculi IX. Hiſtoriographo diverſum oſtenderit contra literatum Italum Cl. Aſtruc *Memoires pour l'hiſtoire naturelle de Languedoc Part. I. cap.* 12. attamen huic ipſi aetati, non autem ſeptimo ſeculo (ut primo editori Plac. Porcheronio viſum) accenſendum perſpicue docuit Cel. Weſſelingius in dedicat. *Diſſertationis de Judaeorum Archontibus.* Imo, licet uterque, cum Tabulae noſtrae auctor tum Ravennas anonymus quandoque variet, hic etiam recentiora urbium nomina adducat, eos tamen iisdem fontibus magna ex parte uſos, a viris doctis pridem animadverſum eſt. Quinam vero hi fontes fuerint, non ſatis liquidum. Suſpicor vero, Monachum noſtrum nactum fuiſſe Tabulam itinerariam (ſeu curſuum publicorum) Romanorum, quae ad Auguſteam a perito geographo facta erat, & in qua proinde non neglectae erant & Alexandri Magni in Indiam, & Jul. Caeſaris in Syriam expeditiones militares, (vid. *Tab.* X. & XII.) additae vero Hadrianopolini & ad alia loca recentiora viae. An Theodoſianam unquam luſtraverit oculis, vehementer dubito, partim quod variae nationes, quae vergente Romano imperio, certe ante Theodoſii junioris regnum, in Germania transRhenana ſedem fixerant, illic non occurrant, partim, quod viae ex urbe Conſtantinopoli ad alia loca, in *Itinerario Antonini* memoratae, juſſuque, ut arbitror, Conſtantini M. factae, hic omittantur, inſerta licet ab ipſo Monacho Conſtantinopolis mentione ad deſignandum Irenes imperium, ut vidimus; unde, quam ſecutus ille eſt, Tabulam vetuſtiorem fuiſſe credo non modo Theodoſiana, ſed & *Antonini Itinerario*, quod ſub Conſtantino M. ultimam manum accepiſſe videtur, & in diſtantia locorum perſaepe a Tabula Peutingeriana differt, in nominibus vero longe eſt accuratius. Ita vero non admodum alienus eſſem a ſententia Joan. Chriſtoph. de Jordan in *Originibus Sclavicis Part. III. pag.* 185. *ſeq.* (quod elaboratiſſimum opus poſt haec ſcripta imo prelo jam tradita demum in manus meas incidit) ubi variis argumentis oſtendere ſtuduit, aut Probi Imp. aut Diocletiani tempore Tabulam primaevam confectam fuiſſe, & reliqua omnia poſthaec adjecta; cui tamen erudito viro nihil eorum, quae tradidimus, animadverſum eſt. Quae vero inter Tabulam Peutingerianam & Antonini Itinerarium diſcriminis cauſa ſit, quod ad menſuram itinerum, examinare difficilis foret ac taedioſae operae, quam aliis relinquo. Utriuſque autem vitii ejuſdem Tabulae, nempe corruptorum locorum, & turbatae proportionis, reddi poſſe arbitror rationem. Probabile ſcilicet, Monachum noſtrum Tabulam habuiſſe veterem ante Conſtantini M. tempora atque adeo ante quinque ſecula confectam, quae ob frequentem uſum valde detrita erat, eva-

EP. CXVI. BEDAE COMPOSITIO HOROLOGII.

Quos cursus Solis jungant sua tempora menses,
Carmine nunc, lector, paucis, adverte, docebo.
Janua nunc anni est Janus, finisque December,
Hos menses paribus Solis rotat orbita punctis.
Quae voluit Februum, undecimum regit ipsa Novembrem.
Martius Octobrem spatio connectit eodem.
Tum, Septembre, tibi in sphaeram concurrit Aprilis.
Augustum Majus centro prospectat ab ipso.
Junia Quintilem scandens trahit orbita mensem.
Quas oras sibi conjungant in fronte, videto,

Lector,

„ evanescentibus hic illic literis; quare exscribi „ necessario debuit, at non nisi corrupte potuit. „ Illa si ejusdem, ut credere par est, ac Peutingeriana, fuit longitudinis, & praeterea latitudinem habuit congruae proportionis juxta „ Geographiae principia, eandemque, quam Peutingeriana, mundi partem veteribus cognitam „ continuit, sequitur, juxta dimensionem ad „ alias tabulas a me factam, illam $21\frac{1}{4}$ pedibus „ longam, novem circiter latam fuisse, atque „ ita constitisse $191\frac{1}{4}$ pedibus quadratis. Eam „ vero immensam Tabulam, tractatuque difficillimam, quum pseudo-geographus noster, Matheseos rudis, ad minorem scalam reducere „ haud posset, adminiculo usus est a Romanorum peritia longe alieno, dum longitudinem „ integram servans latitudinem ad nonam prioris partem atque ita unum pedem coarctavit, „ & hoc habitu suum qualecunque apographum, „ additis tribus, de queis dixi, effigiebus, aliisque nonnullis glossematibus, Carolo M. obtulit; quo opere, licet deformius in hoc genere nullum exstet, ob Theodosianae tamen „ Tabulae aliarumque veterum inopiam carere „ haud possumus; dum optandum est, exstiturum aliquando peritum geographum, qualis „ magnus Danvillius, qui debitae eam proportioni reddat, atque innumeros ejus errores „ cum ex *Itinerario Antonini* tum aliunde corrigat. Nos interea post varias doctorum virorum „ hallucinationes de utraque Tabula & Theodosiana & Peutingeriana opinionem nostram protulimus, quae si rem omnem nondum conficit, „ ad summum tamen probabilitatis gradum eam „ perduxisse aequis, ut spero, judicibus videbitur.

EP. CXVI. BEDAE COMPOSITIO HOROLOGII] Jos. Scaliger censet haec esse multo antiquiora Bedae tempore. Ex v. cod. meo sunt & ex v. c. S. Germani. vide Libellum ejus ex Bedae nomine de compositione Horologii Tom. I. pag. 461. & Epistolas Gerberti & Abbonis de hac re. PITHOEUS *in notis MSS. in exempl. Biblioth. Paris.* sub titulo BEDAE COMPOSITIO HOROLOGII edidit Pithoeus pag. 488. ed. Par. VERSUS DOMNI BEDAE AD COMPONENDUM HOROLOGIUM inscribitur in cod. S. Germani. *veteris poëtae apud Bedam* notavit Scaliger in exemplari Biblioth. Vindobonensis. Bedae tamen tribuit etiam Salmas. ad Solin. Tom. I. p. 636. b. ubi de Horologiis antiquorum differens addit: *Exstant versus Bedae de ratione componendi Horologii, quibus eadem methodus umbrae per pedes metiundae explicatur, ut a Palladio in Libr. de Re Rust. descripta est.* Sed carminis hujus auctorem esse Wandalbertum Prumiensem Diaconum docet Fabric. Biblioth. Med. & inf. Lat. Tom. I. pag. 521. qui haec notat: *Compositionem Horologii Solaris, carmine hexametro P. Pithoeus sub Bedae nomine vulgavit in calce Epigr. & Poëm. Hanc habeo notatam manu If. Casauboni, qui versu nono recte* Junia *legit pro* Janua & v. 77. Undenis clarum concludit tertia cursum. & v. 79. Septem quinta tenet. *Idem carmen occurrit in auctiore Poëmatum illorum editione Lugdunensi.* 1596. p. 609. *Verum auctor ejus non Beda est, sed Wandalbertus Prumiensis Diaconus, ut a Mabillonio jam notatum.* variantes, quas ex Pithoeo dedi, sunt forte ex illius veteri MS. vel codice S. Germani, ut ex ejus nota ad titulum carminis conjici posset, vel ex v. c. Bissonii. vide infra ad v. 50.

6. *connectit*] *subnectit* Pithoeus in marg. exempl. in Biblioth. Paris. & versu seq. *Tum tibi Septembre.*

9. *Junia Quintilem*] sic correxi, ut res ipsa exigit, & in suis exemplaribus notaverant Casaubonus, & Pithoeus, qui male ediderat *Janua.*

10. *conjungant*] *quo jungant* Pithoeus. & versu seq. *in cunctis haec observare memento.* pro *atque.*

19. Um-

Lector, & in cunctis aequo observare memento.
Mense omni prima undecimae conjungitur horae:
Hinc umbris decimam nectit cursuque secunda.
Tertia mox nonam punctis complectitur hisdem.
Octavae pariter praecedens quarta cohaeret.
Quintam subsequitur numero post septima justo.
Sola suas tantum mensuras sexta retentat.
Omnibus has, lector, conjungens mensibus horas
Quos superant spatio umbrarum cedantve videto.
Hoc tamen in primis noscens retineto, quod orbis
Diversae partes varias forment quoque metas.
Nam quae vicino torrentur sole sub Austrum,
Ut mage luce nitent, minimas sic gignere possunt
Umbras: quae Boreae frigentque jacentque sub axe,
Nocte magis longa tenebrisque premuntur opacis:
Quae mediis ab utroque absistunt partibus axe,
Inter utrumque etiam lucem moderantur & umbras.
Ergo age, si subjecta legentem pagina, lector,
Te movet, hanc illa regione probabis ab ipso
Danubio, Hesperiae primos qua vergit ad ortus,
Lugdunique urbe & Rhodani distincta fluentis
Respicit Oceani intersusos orbe Britannos.
Hoc quoque te juste horarum mensura monebit,
Umbrarum motus primis ne forte Kalendis
Ponere, & ad finem velis perducere mensis.
Nam pridie umbrarum fuerit quae meta priorum,
Sub noctem nequit in vanos transire recursus,
A medio in medium sensim sed crescere mensem
Deminuive umbras vera ratione docemur,
A medio in medium signorum ut volvitur ortus.

Linea

19. *umbrarum cedantve videto*] *Quos. . . . umbrarumque cadantve* Pithoeus in marg. exemplaris Paris.

24. *frigentque*] *stringuntque* Pithoeus.

29. *Te movet, hanc illa regione probabis ab ipso Danubio, Hesperiae* &c.] ita correxi auctoritate codicis S. Galli, ab Heinsio collati, pro corruptissima editionis Pithoeanae lectione,

*Te movet, * ancillam regione probabis ab ipso*
** Danavio Esperiae* &c.

Ipse vero in margine sui exemplaris ex v. c. *Hesperiae. . quae.* & vers. seq. *Lugduno* pro *Lugduni.*

33. *horarum mensura monebit*] *docebit* codex S. Galli a manu pr.

35. *velis perducere*] *velis &* ex v. c. Pithoeus.

37. *in vanos transire recursus*] *varios* cod. S. Galli. & Pithoeus in exempl. Paris.

39. *Deminuive umbras*] sic correxi ex eodem S. Galli codice. pro *umbra.* ut est in ed. Pith. qui tamen in exempl. Paris. etiam *umbras* emendaverat.

40. *A medio in medium* &c.] post hunc versum addidit sequentem Pithoeus in suo exemplari,

Horarum jam nunc texemus in ordine metas.

44.

Linea quae Jani prima est pariterque Decembris,
Tricenis pedibus binisque exporrigit umbram,
Undenisque sequens pedibus. mox umbra recisis
Tantum bis denis unoque extenta patescit.
Umbris ipsa decem figit simul atque novenos.
Rursus & hinc geminis, Sole excrescente, fugatis,
Septem quarta pedes retinet mensura, decemque.
Hac etiam binis umbra fugiente recisis
Ter quinis quintam pedibus sua linea tendit.
Centrum tuncque brevem jam Sole regente, duobus,
Abcisis ternos denos sibi sexta retentat.
Cedendi hunc morem numeri servabis ubique:
Qui Februum mensura tenet sociatque Novembrem
Ter denis pedibus supremas colligit umbras.
Moxque novem constant pedibus denisque sequentes:
Linea tum septem atque decem sibi tertia tendit.
Quarta pedes pariter ter quinos colligit umbra.
Hinc pedibus ternis ac denis quinta patescit,
Scandentemque rotam undenis mox sexta coërcet.
Cursibus Octobrem sibimet quis Martius aequat.
Octo pedes prima & bis denos linea figit.
Denos & septem complet, statuitque secunda,
Tertia quindenis Phoebo ascendente tenetur,
Quarta decem excedens pedibus fugit agnita ternis.
Mox etiam quinta undenis spatiata recedit.
Sexta novem pedibus pandit sua lumina, deinde
Quae tibi September florentem nectit Aprilem
Bis denis umbra & senis docet orbita primam
In pedibus sub quindenis fugitque secundam.
Ternis ac denis cursum quoque tertia frenat.
Undenis crescens pedibus tum quarta recedit,
Quinta novem pedibus cursum clauditque patentem,
Septenisque suos componit sexta meatus:
Augustum & Majum jungit quae linea primum.

75. Bis

44. *extenta patiscit*] *extensa* cod. S. Galli.
50. *tuncque brevem*] *sicque* Pith. qui post versum sequentem adscripserat *Haec* v. c. *Briss.* adeoque forsan praecedentes lectionum varietates excerpsit ex veteri codice Brissonii.
52. *Cedendi*] *Caedendi* cod. S. Galli. versu seq. post *ternos* virgulam posuerat Pithoeus in exempl. Paris.
61. *bis denos linea figit*] *finget* cod. S. Galli.

77. *Us*

Bis denis umbrae pedibus meat usque quaternis,
Cum denis ternos excrescit moxque secunda
Undeni * Solarum condud * tertia cursum.
Quarta patet pedibus coelo tepefacta novenis.
* Septa quinta tenet propriis finita sub umbris,
Sextaque tum quinis ferventi cessat in orbe,
Horarum sibi Quintilem quis Junius aequat
Bis denis prima in pedibus patet atque duobus,
Undenisque means ostenditur, inde secunda,
Tertia moxque pedes explet comprensa novenos,
Aestivo septem mox tendit quarta calore,
Quintaque tum pedibus conscendit linea quinis,
Hinc centro torrens ternos sibi sexta retentat.

EP. CXVII.

Est ubi non imber, non ros dilabitur umquam.
Est ubi nec nix est, nec glacialis hiems.
Est sine vite solum, quaedam est sine matre propago.
Est sine rege tribus, & sine nave fretum.
Non sine mors gemitu, non partus & absque dolore,
Non nox absque gelu, non Notus absque sono.
Absque calore focus non est, nec amore puella:
Non sine carne pilus, non sine pelle caro.
Non sine matre puer, non est sine vite Lyaeus,
Non sine pisce lacus, non sine sorde palus.
Non sine laude pius, non est sine crimine latro,
Non sine fraude forum, non sine mure penus.
Non urbs absque malo, non scortis absque lupanar,
Non sine voce sonus, non sine luce dies.
Dulce sopor fessis, & terris flumina siccis:
Dulce patri proles, divitibusque gaza.

Tela

77. *Undeni * Solarum* &c.] *Undenis clarum concludit tertia cursum* Casaubonus in libri sui margine. & v. 79. *Septem quinta tenet.* vide Fabric. in Biblioth. med. & inf. Lat. T I. pag. 521. mox forte emendandum, *Septima quinque tenet* &c. *concludit* etiam in codice S. Galli.

EP. CXVII. *Est ubi non imber* &c.] edidit Pithoeus Lib. IV. pag. 179.

Est sine rege tribus] corruptum videtur. Heinsius conjecerat *Est sine lege tribus.* Possis etiam *Est sine Rege thronus.* versu quinto idem Heinsius *non partus it absque dolore.*

Non nox absque gelu] *nix* legendum esse in notis suis monuit Pithoeus. *non Notus absque sono* forte in mendo cubat, nam paullo post sequitur *Non sine voce sonus.*

Dulce sopor fessis] ex Virgilio Ecl. V. 46.

Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

locutionem ex Graecorum imitatione formatam *Dulce sopor*, illustrat Heinsius ad Ovid. III. A. A. 249. & in notis ineditis ad Tacit. VI. Ann. 32. apud Phaedrum Lib III. fab. 7. Bentleius emendabat *quam dulce sit libertas*, Patruo tamen meo id illic loci inprobante.

divi-

Tela viri decus eſt, peplumque coluſque puellae:
  Laus ſine lite domus, laus ſine fure locus.

EP. CXVIII. ALIVD PROBLEMA.

Mira loquar: ſine re fit cauſa. dies ſine Sole.
Ver ſine flore. quies ſine pace. pater ſine prole.
Fit ſine ſpinetis roſa. fit ventus ſine flatu.
Fit ſine fraude dolus. & culpa fit abſque reatu.
Saepe tuli coelum ſine ſideribus, ſine ſignis.
Saepe focum feci, ſine fomentis, ſine lignis.

EP. CXIX. PROBLEMA ARITHMETICVM.

Ut tot emantur aves, bis denis utere nummis,
  Perdix, anſer, anas empta vocetur avis.

Sit

divitibuſque gaza] non levi in metrum vitio primam in *gaza* corripit hic verſificator, quod potuiſſet evitare, ſi ſcripſiſſet

Dulce patri proles, gazaque divitibus.

Tela viri decus eſt, peplumque coluſque puellae] ſcribe cum Heinſio *viris*. forte etiam genio hujus epigrammatarii non male conveniret, ſi legeretur,

Tela viris decus eſt, telaeque coluſque puellae.

ut ludat in diverſa ſignificatione *telorum*, quae viros, & *telarum*, quae puellas decent. quod elegantius exprimit Hypermneſtra apud Ovid. Epiſt. XIV. 65.

Quid mihi cum ferro? quo bellica tela puellae?
Aptior eſt digitis lana coluſque meis.

ſimili fere adnominatione de ſemiviro Eutropio Claudianus Lib. I. 274.

Tu potes alterius ſtudiis haerere Minervae,
Tu telas, non tela, pati, tu ſtamina neſſe,
Tu ſegnes operum ſollers urguere puellas, &c.
Bella relinque viris.

& ſic auctor Carminis de Achille in Parthenona, quod edidi Tom. I. pag. 68. qui ſic Achillem ipſum inducit loquentem v. 23.

Arma tegant noſtrum potius quam ſuppara corpus,
A telis ad tela decet tranſire juventam,
Atque hoſtes gladis quam lanas fundere fuſo.

ubi plura notavi.

laus ſine fure locus] *focus* Heinſ.

EP. CXVIII. ALIVD PROBLEMA. *Mira loquar*] Hoc carmen, quod ad praecedens pertinere videtur, & aenigmaticum eſt, edidi ex codice MS. ſeculi XIII. olim Claromontano, nunc Nob. Meermanni, quo Ivonis Carnotenſis, Anſelmi Cantuarienſis, Hildeberti Cenomanenſis, Symmachi, & varia aliorum opera continentur. Quia vero hoc & proxime ſequens Epigramma cum pluribus aliis ſubjiciuntur Hugonis Metelli Epiſtolis, neque diſſimilia ſunt illis, quae ipſis Epiſtolis inſeruntur, conjecit Vir Nobiliſſimus, ab eodem auctore haec profecta eſſe. de Metello iſto videndus Fabricius Tom. III. Biblioth. Lat. med. & inf. aetatis. & praeſertim Calmet in Biblioth. Lotharing. ſeu Hiſtor. Viror. Illuſtr. Lotharing. Gallice edita, pag 656. & ſeqq. ubi ejuſdem codicis, tunc Claromontani, nunc Meermanniani, qui Metelli Epiſtolas complectitur, meminit.

EP. CXIX. PROBLEMA ARITHMETICVM] Exſtat apud Pithoeum pag. 179. explicationem hujus Epigrammatis ex arte Arithmetica dedit Bachetus Meziriacus ad Diophant. Alexandr. Lib. IV. Quaeſt. Arithm. XLI. pag. 263. non diſſimilia argumenti argutias & quaeſtiones arithmeticas, quales habentur in libello Bedae de Arithmeticis Propoſitionibus & Solutionibus, in Tom. I. Oper. pag. 133. & ſeqq. ſaepe pro iſtorum temporum genio etiam poëtae, Graeci praeſertim, verſibus fuerunt complexi: in quam claſſem referenda ſunt XLV Epigrammata Graeca inedita, quae ex codice Palatino ſecum a Salmaſio communicata, optimis ſuis verſionibus metricis reddita, & additis explicationibus eodem in Opere produxit Bachetus a pag. 349. ad pag. 370. quae Anthologiae Graecae Lib. I. Tit XLVI. inſeri merentur. Hujus autem problematis arithmetici explicationem etiam dediſſe Anglum Joh. Kerſey in Elementis Algebrae Lib. II. cap. 13. Quaeſt. 18. & nuper eximium illum Mathematicum, quem utroque lumine orbum ad ſummam abſtruſiſſimarum rerum cognitionem perveniſſe miraculo prope ſimile eſt, Nicolaum Saunderſon in ſuis Algebrae Elementis Tom. I. Lib. V. Art. 217. per literas me admonuit Ampliſſimus G. Meermannus. in cujus laudato codice MS. verſu hujus epigrammatis ſexto rectius legitur *Conſulo*, quam *Conſule*. quia illic datur reſponſio ad quaeſtionem propoſitam. verſ. ſecundo lege cum Heinſio *vocentur aves*.

Ep.

Sit ſimplex obolus pretium perdicis, ematur
Sex obolis anſer, biſque duobus anas.
Ut tua procedat in lucem quaeſtio, mentem
Conſule. ſic loquitur pectoris arca mihi.
Sint anates tres atque duae, ſimplex erit anſer,
Accipe perdices quatuor atque decem.

Ep. CXX. AENIGMATICUM.

Pulcra domus terris fuerat ſub tempore priſco,
Partibus in quadris digno fundata decore.
Unius ob meritum cantas reboando ſonorum
Haec eadem * roborata minis ſub tegmine clavis
Flatus octonos a ſe ſpirabat honeſtos,
Auriferi Solis radius cum ſpargeret umbras.
Horum quippe duo dulci modulaminis oda
Vivendi modulo quoniam ſenos ſuperarunt
Bini pro meritis ſenos comedere ſuperni.
Hoc legat, & lectis quivis ſenſum mihi pandat.

Ep. CXXI. PROBLEMA ARITHMETICUM.

Quidam nocte niger, Dux nomine, candidus alter,
Forte ſubintrarunt unica tecta ſimul.
Exſtiterat numero quindenus candidus ipſe,
Totque * niger. nigros more, colore, pares.

Can-

Ep. CXIX. AENIGMATICUM] ex v. c. addiderat Pithoeus exemplari Catalectorum ſuorum, quod eſt in Biblioth. Reg. Pariſ.

Ep. CXXI.] Hoc Arithmeticum Epigramma, ineditum cum ſequenti, ſubjiciebatur, quamquam ſine nomine auctoris, Rhythmis Gibuini, Lingonenſis Epiſcopi, ſec. X. ſcriptoris, in eodem codice Ill. Meermanni, qui ea, additis notis ſuis, benigne mecum communicavit. v. 10. forte legendum *conſilium non removebo meum.* vel *non reticebo.* ita enim ſenſus requirit.

„ *Quidam nocte niger* & ſeqq.] Proponitur hic „ quaeſtio ſequens. In Caſtello quodam, tem„ pore foederis, reperiebantur milites Romani „ quindecim, totidemque Mauri. Quaerebat Cen„ turio Maurorum, cujusnam milites ea nocte „ excubias agerent, profeſſus ſe Romano ob„ ſecuturum. Hic vero gaudere re oblata nolens „ Mauro propoſuit, ut utriuſque milites junge„ rentur, aſt certo ordine diſpoſiti, tumque „ nono cuique ea nocte excubiae incumberent. „ Quod quum Maurus accepiſſet, deceptus fuit; „ quandoquidem ita facta erat diſpoſitio, ut ex „ eventu omnes, quibus haec cura demandata erat, „ Mauri eſſent. Problema vero eſt notiſſimum, „ quod alio habitu, recentiore aetate, indutum „ fuit, jamque vulgo proponitur de quindecim „ Chriſtianis totidemque Turcis in navi collocatis, „ unde tempeſtate oborta poſt ejectas om„ nes merces ad levandam navim dimidia homi„ num pars ejicienda erat, quando ita facta fuit „ diſpoſitio, ut nono quoque ejecto Chriſtiani „ ſervarentur omnes. De illius ſolutione, in cu„ jus gratiam excogitatus fuit verſiculus. *Popu„ leam virgam mater Regina ferebat*, neceſſe non „ eſt, ut quidquam addam, quum plena manu „ id tractaverint Caſp. Bachetus Meziriacus *dans* „ *ſes Problemes plaiſans, qui ſe font par les nombres* „ *pag.* 174. *ſeq. edit. Lugd.* 1624. & Cl. Ozana„ mus *Recreations Mathematiques Tom. I. p.* 247. „ *& ſeq. edit. Pariſ.* 1723. verſu quarto legen„ dum videtur,

„ *Totque videt nigros more, colore, pares.*

MEERMAN.

„ Ep.

Candide de noſtris primus quis, dixerat alter,
  Providet excubias? nam tua dicta ſequar.
E contra placido reſpondit Candidus ore,
  Judicio nolo quemque gravare meo,
Ne nova lis ſocios per me conſpiret in arma,
  Sed tibi conſilium nunc removebo meum:
Ordine diſponam ſocios diſcumbere cunctos.
  Quos ſors nona legat noctis in excubias.

EP. CXXII. ALIVD PROBLEMA.

Uxor abit duplex, redit una, meat quoque duplex.
Una redit, geminus vir abit, redit uxor, & unus.
Vir geminus vehitur, redit una, duaeque vehuntur,
Vir redit, & plena rate tranſmeat unus & una.

EP. CXXIII. PROBLEMA DE COLVMBIS.

Aedificat centum graduum collectio ſcalam.
  In primo reſidet ſola columba gradu,
Poſt binae volucres, tres poſtea, quatuor inde.
  Centenos numerus ordinat iſte gradus.
Conſului ſummam. Cum quinquaginta columbis
  Quinque columbarum millia ſumma tenet.

EP. CXXIV. ALIVD DE COLVMBIS.

In lauro reſidens bis ſex volitare columbas
  Aſpiciens, dedit hunc forte columba ſonum.

Si

„ EP. CXXII. *Uxor abit duplex* &c.] Solutio hic „ datur problematis notiſſimi: Tres mariti zelotypi cum uxoribus peregrinantes obſcura nocte „ ad fluvium pertingunt. Fruſtra quaeritur nauta; tandem vero occurrit navicula, quae duos „ modo continere homines poteſt. Quaeſtionis „ jam eſt, quo pacto omnes diverſis vicibus „ tranſituri ſint, adhibita ſcil. cautela, ne nunquam mulier cum uno duobuſve viris reperiatur, niſi praeſente marito. Quae hic occurrit ſolutio recta eſt, nec tamen unica, quum „ problema hoc ad genus indeterminatorum referendum ſit. Miror id non obſervaſſe Bachetum, qui carminis noſtri ignarus aliam ſolutionem proponit *Problem. plaiſ.* p. 212. Bachetum „ vero exſcripſit Ozanamus *Recr. Math. Tom. I. p.* 4. Sed is carmen addit ſequens, &, ut puto, „ recentius, cujus auctor noſtrum quidem ante „ oculos habuit, aſt immutare ſtuduit.

„ *It duplex mulier, redit una, vehitque manentem,*
„ *Itque una, utuntur tunc duo puppe viri.*
„ *Par vadit, & redeunt bini; mulierque ſororem*
„ *Advehit: ad propriam ſive maritus abit.*
MEERMAN.

„ EP. CXXIII. DE COLVMBIS. *Aedificat centum* &c.] „ Hoc Epigramma ineditum cum duobus ſequentibus, auctore, ut ſuſpicor, Hugone Metello, ſiſtit „ laudatus codex meus MS. olim Claromontanus. „ In hocce magnam veroſimiliter poëta operam „ impendit additione omnium numerorum ab unitate uſque ad centum. Jam vero ex principiis „ artis combinatoriae notiſſimum eſt, quod ſi „ addantur numeri ab unitate uſque ad *n*, ſumma omnium futura ſit $\frac{n \times n+1}{2}$ ſi ergo *n* aequetur 100, hic numerus cum proximo 101. „ multiplicatus & per 2. diviſus ſummam profert „ 5050. vox *Aedificat* aevi ſequioris eſt, pro *locum tenet*. MEERMAN.

„ EP. CXXIV. ALIVD DE COLVMBIS] Duplex, „ ſi quid video, corrupto huic epigrammati vitium ineſt: nam in priore ſtatim verſiculo exprimitur numerus columbarum volitantium quaerendus, non inepte modo ac contra naturam „ problematis, ſed & falſo, quum id pugnet cum „ ultimo verſu; unde pro *bisſex* legerim vel *mixtas* vel *junctim* vel *plures*, melior enim vox „ non ſuccurrit. Tertio deinde verſiculo men-

„ dum

Si numerus duplici bis crefceret ordine vefter,
Effetis centum, me volitante fimul.
Ut te non lateat volitantis fumma cohortis,
Ex triginta tribus exftitit illa cohors.

Ep. CXXV. ALIUD PROBLEMA DE CONVIVIS.

Bis fex convivis biffenos divide panes,
Cleris, agricolis, militibufque fimul.
Liba duo clerum, libi pars quarta colonum,
Dimidius panis militis ora cibat.
Ut tot fint homines, quot panes. funt ibi quinque
Cleri, ruricolae ter duo. folus eques.

Ep. CXXVI. DE LIBRA ET PARTIBUS EIUS.

Libra vel as ex unciolis conftat duodenis,
Uncia de libra linquit fubtracta deuncem,
Et fextans hoc eft eadem geminata deuncem.
Hinc quadrans haec fcilicet ipfa retracta dodrantem
Inde triens ipfius quadruplicatio biffe,
Quincunx feptus femis, quae fat fua pondera produnt,
Semis femiffem medium dum dividit affem
Nec vacat unciolae mediam fecuncia jungens.

„ dum latet in verbis *duplici bis crefceret*, ubi „ fubftituo *duplici fuccrefceret*, ut fenfus fit: fi „ numero veftro duplex adjungeretur, (atque „ ita triplex ille evaderet) foret addito monade „ centenarius: unde prima ftatim infpectio do- „ cet, quaefitum numerum effe 33.

„ MEERMAN.

„ Ep. cxxv. De convivis] Ut folutionem ob- „ tineas hujus problematis fat fingularis, expri- „ me numerum ignotum clericorum per x, agri- „ colarum per y, militum per z, & erunt $x + y + z = 12$, ac $2x + \frac{1}{4}y + \frac{1}{2}z = 12$. Ita „ vero quum tres adfint quantitates incognitae, „ & duae modo aequationes, problema hoc in- „ determinatum effe ex regulis analyfeos con- „ ftat: unde manente x indefinita invenies $y = 6x - 24$, & $z = 36 - 7x$. Sed atten- „ dendum hic ad numerorum quaefitorum natu- „ ram, qui ad homines reapfe praefentes appli- „ candi integri effe debent & affirmativi, omnem „ proinde fractionem, nihilum, negationemque „ excludentes. Si ergo fingamus, x aequalem „ effe 1, vel 2, vel 3, prodibit y negativus. fi „ $x = 4$, erit $y = 0$. fi $x = 6$, aut etiam fe- „ nario majorem, femper erit z negativus. Eae „ vero folutiones quum dictam ob caufam non „ fatisfaciant, cafus reftat unicus, ut ponamus „ $x = 5$, quando invenietur $y = 6$ & $z = 1$, „ ut bene a poëta indicatur. Sic igitur proble- „ ma, quod a priori, ut in fcholis loquuntur, „ indefinitum eft, per additam numeris legem „ accipit determinationem a pofteriori.

MEERMAN.

Ep. cxxvi.] Tria haec Epigrammata de Libra, Uncia, Scripulo, ex vetuftiffimo codice S. Germani, in quo fubfcripta legebantur Rhemnio Fannio de Ponderibus, in fuas fchedas conjeceerat N. Heinfius, e quibus ea his inferui, ne perirent. eadem aliquando defcripfi Leidae ex codice Voffiano, in quo uno tenore tria haec conjuncta legebantur. confer Aufonii carmen de ratione Librae initio Eclogarii pag. 538. ed. Toll. verfu primo edidi *Libra vel as*. pro vitiofa codicis fcriptura *Libralis as*. & v. 4. *retracta* pro *tetracte*.

EP. CXXVII. DE VNCIA ET PARTIBVS EIVS.

Uncia viginti ſcripulos & quatuor ambit,
Dimidium ſtaterae ſemuncia dicitur ejus,
Terna duc ſeſeclae par eſt eademque duella,
Quarta ſiclus vel ſicilicus vel denique ſicel,
Sextula ſexta modo ſolet & modo ſeſcla vocari,
Octavam appellant dragmam vel rarius olcen.
Et duodenariam mediam ſeſclam vocitarunt.
Vigenam quartam ſcripulus ſeu gramma retentant.

EP. CXXVIII. DE SCRIPVLO ET PARTIBVS EIVS.

Unus item ſcripulus calcis componitur octo
Dimidium ſcripuli obolus pars quarta ceratos
Hic ſextam fingi placuit ſiliquamque vocari
Ultimus eſt calcus ciceris duo granula penſans.

EP. CXXIX. DE RVSTICO EBRIO.

Ruſticus ad tectum greſſus referebat ab urbe
Errans ac titubans, pectus agente mero.
Siſtit iter, potum geminat: furor occupat artus,
Exulat a ſenſu mentis, aitque ſibi:
Stulte quid egiſti? vas iſtud projice; certe
Fortior eſt pedibus cantharus iſte tuis,
Tres habet iſte pedes, at tu gemino pede conſtas:
Quo merito tripedem devehit ergo bipes?
Finierat: vas deponit; cui ſic ait, Audi
Amphora, curre, trium diceris eſſe pedum:
Tu me fortior es. quid ais? juro tibi, clava,
Si cito non properes, es luitura moram.
Dixerat: illa ſilet, ſtat: ſtultus concipit iram,
Inſanas armat ebria clava manus.
Percutit & frangit vas, vinum defluit, anſa
Stricta fuit, glut glut murmurat unda ſonans.

Credit

EP. CXXIX. DE RVSTICO EBRIO] edidit Pithoeus Lib. IV. Ep. vet. pag. 180. legiturque in cod. Ill. Meermanni, qui illud conjiciebat ab Hug. Metello profectum, ob rationem ad Ep. CXVIII. allatam.

Errans ac titubans] vide Drakenb. ad Silium Ital. VII. 200.

illa ſilet ſtat] lege cum Heinſio *illa ſilens ſtat.*

Percutit & frangit vas v. d. a.

Stricta fuit, glut glut murmura unda ſonans] intelligendum de lagena inverſa, quando aqua per anguſtum colli tramitem means talem ſonitum edit. vide Caſaub. ad Perſium Sat. V. pag. 428. Meurſ. Exerc. Crit. P. II. pag. 29. du Cangium ad Niceph. Brienn. inter Hiſt. Byzant. Script. pag. 219. & Menag. Diction. Etymol. Gall. pag. 361. idque ſingulari epigrammate non invenuſte deſcripſit poëtria Gallica Hulleria (*des Houllieres*) Brouckhuſianis phaleucis laudari merita.

Credit

Credit glutonem se rusticus inde vocari,
Dedecus inpositum noluit ergo pati.
Totum vas minuens manus ebria duplicat ictus,
Ad finem, glut glut duplicat unda sonum.
Mentis inops, exulque sui, post omnia stultus,
Ad tectum fracto vase reduxit iter.

EP. CXXX.

Gillo vomit gelidum vastis singultibus amnem,
Vis aliena cui frigoris addit opem.
Nam tepidum laticem curavit claudere testa,
Ut mersa indigenis unda nivescat aquis.

EP. CXXXI.

Perdiderat laticum longaeva incuria cursus,
Quos tibi nunc pleno cantharus ore vomit.

EP. CXXXII. DE DIE NATALI ASMENI.

Clarus inoffenso procedat lumine Titan,
Laetificusque dies eat omnibus aethere puro.

Vos-

Credit glutonem se rusticus inde vocari] Acumen hujus loci in eo consistit, rusticum ebrium ex omnioso quasi sonitu, quem edebat vinum per lagenae fractae collum defluens, credidisse, sibi exprobrari ebrietatem, seque inde *gluttonem* dictum. *Gluto* enim, vel *Glutto*, est gulosus, qui gulae & ebrietati servit. vide Graev. ad Isidor. Glossar. in *guttur* pag. 29. & Gudii notas ad Phaedr. Lib. II. Fab. 5. Papias in Vocabulario: *Gluto a gula dictus, ganeo, prodigus, luxuriosus.* Glossarium Vossianum MS. *Lurcho, glutto.* scribe *Lurco.* ut apud Lucilium in Fragm. pag. 33. *Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.* Glossae MSS. Biblioth. Leidens. *Ambro, luxuriosus, profugus,* (leg. *prodigus*) *consumptor, devorator, decoctor, belluo, gluto, ganeo, popino.* Glossae Scaligeri MSS. *Ardalio, glutto, vorax, manduco.* huc refer illud Isidori in Glossario, voce *Singultim. Singultim, qui loquitur per gluttuos.* ita legitur vulgo. in Thesauro L. L. Fabriano emendatur, *Singultim loquitur, quasi per gutti os.* id est, qualem sonitum facit vinum vel aqua ebulliens per angustum os, seu gutturium lagenae. vide Barth. ad Stat. VIII. Theb. 752. & ad Paulin. Petroc. Lib. IV. 104. Sed praestat forte in Isidoro scribi *per gluttos.* sic enim in Glossar. Lat. Gr. pag. 103. ed. Vulc. *Gluttus* βρόγχος. quomodo ibidem corrigendum in Lexico Gr. Lat. pag. 413. Βρόγχος, *gluttus.* ubi male editum est *guttur.* Glossae Philoxeni pag. 82. ed. Labb. *Gluto, nomen,* λαίμαργος. *Glutto,* λίμβος, λαίμαργος. *Gluttus,* βρόγχος. vid. Scalig. ad Festum in *ingluvies.* & H. Stephan. de Latin. Lips. pag. 397. & seq.

Mentis inops, exulque sui] sic edidit Pithoeus. Heinsius emendaverat *Mentis inops exsulque suae.* ut supra, *Exsulat a sensu mentis.*

EP. CXXX. *Gillo vomit* &c.] editum a Pithoeo Lib. IV. pag. 159. legitur in codice Salmasiano. in quo v. 3. *curamus.* & v. ult. *imbrigenis.* de *gillone*, vel *gellone*, vase vitreo ad bibendum, vide supra ad Ep. LXXXIV.

EP. CXXXI.] sic editum a Pithoeo Lib. IV. pag. 160. ed. Par. (pag. 134. ed. Genev.) & habetur apud Mazoch. pag. 170. Gruter. pag. CLXXXII. 2. & Ferret. pag. 129. totum hoc distichon sibi vindicavit auctor epigrammatis Christiani apud Murator. Tom. IV. pag. MCMLXIX. 1.

Unda lavat carnis maculas sed crimina purgat,
Purificatque animas mundior amne fluens.
Quisque suis meritis veneranda sacraria Pauli
Ingrediens supplex ablue fonte manus.
Perdiderat laticum longo aevo incuria cursus,
Quos tibi nunc pleno cantharus ore vomit.
Provida pastoris per totum cura Leonis
Haec ovibus Christi larga fluenta dedit.

ubi *longo aevo* male legitur pro *longaeva.* & v. 4. *Ingrederis*, corrigendum, pro *Ingrediens.*

EP. CXXXII. DE DIE NATALI ASMENI] DE VI. DIEBVS inscribitur in cod. Vossiano. DIES NATALIS in utraque Catalector. ed. Ald. in aliis DE DIE NATALI HILASII ut est in marg. ed. Scalig. Lugd. & Pith.

pro-

Vosque simul juvenes animis & voce faventes
Concelebrate diem votis felicibus almum:
Prosper ut is semper redeat, vatique quotannis
Asmenidae referant alacres sua munera vati.

EP. CXXXIII. VERSUS EUCHERIAE POETRIAE.

Aurea concordi quae fulgent fila metallo,
Setarum cumulis consociare volo.
Sericeum tegmen gemmantia tecta Laconum
Pellibus hircinis aequiparanda loquar.
Nobilis horribili jungatur purpura burrae.
Nectatur plumbo fulgida gemma gravi.

Sit

procedat] *redibat* ed. Ven. 1480. forte pro *ridebat*. nam seq. versu *erat* in eadem ed. sed in ceteris Catalect. Virgilianor. edd. vetustis Vincent. Brix. & Veneta 1487. *procedat* & *eat*. in cod. Thuan. *Titan lumine* transponitur.

Laetificusque dies eat omnibus aethere puro] *eat aethere claro* Ald. male. nam *clarus* praecessit. Heinsium videtur offendisse *Laetificus dies*, ideoque conjecerat

Ominibus laetusque dies eat aethere puro.

tertio versu Aldus *ac voce*. ut in cod. Petav. & Voss. *facentes* vitiose in Thuan.

Concelebrate] *Concelebrare* cod. Voss.

Prosper ut is semper redeat] *Prosperus ut semper* ex Petaviano & Vossiano codice corrigit N. Heinsius ad Silium Ital. X. 202. ita apud Cic. Somn. Scip. cap. 4. *Hominum generi prosperus ille & salutaris fulgor.* Glossae veteres pag. 369. ed. Vulcan. Αἴσιος. *Prosper, seu prosperus, secundus. ventus prosperus* apud Scholiast. Juvenalis ad Sat. XII. 67. Valer. Max. Lib. III. cap. 7. *nec minus ominosus minusve prosperus illius in Africam transitus.* ubi vid. Jo. Vorstii notas.

Asmenidae referant alacres sua munera vati] sic edidit Pithoeus. In editione Veneta 1480. *Asmenidae referam alacres sua mantua vati.* & paullo ante *notis felicibus.* vitiose. *alacras* cod. Thuan. *nati* recte in cod. Petav. & utraque ed. Ald. nam *vati* proxime praecessit. itaque sic edidi. *nati* hic possent capi pro claris ac nobilibus nepotibus. quo sensu hanc vocem interpretatur If. Vossius in versu Catulli pag. 360. licet illic *notorum* pro amicorum intelligit Scaliger ad Cirin in Catalect. pag. 66.. *Asmenidae* corruptum, & legendum esse *Ismenidae nati* putat Corradus in Quaestur. Cicer. pag. 336. ed Lipsiens. & exponit ab Ismenio, amne Boeotiae apud Plin. ut intelligantur Mantuani, ab Oeno Manthus Thebanae filio originem ducentes. sed quia in titulo est DE DIE NATALI ASMENI, per *Asmenidas natos* simpliciter intelligi potest progenies hujus Asmeni, in cujus natalem est hoc Epigramma. quod exstat apud Pith. Lib. IV. pag. 178. & Scalig. pag. 172. DE DIE NATALI HILASII etiam est in cod. Petav. DE SOLE IULIANI in Thuaneo.

EP. CXXXIII. VERSUS EUCHERIAE POËTRIAE] ita inscripsi auctoritate codicis Thuanei, cum quo contulerat Heinsius, & cujus variantes lectiones producuntur in Actis Liter. Ienens. Vol. V. pag. 10. sub titulo VERSUS EUCERIAE edidit Pithoeus Lib. IV. Epigr. vet. pag. 187. qui tamen POETRIAE addiderat in margine exempl. Paris. & ex MS. Scriverius in suo codice. Contuli aliquando cum cod. MS. Bibl. Leidens. post Isidori Etymologias. sub alio nomine hoc Eucheriae Epigramma exstare in Tom. I. Analectorum Mabillonii pag. 367. notaverat Heinsius. Est autem hoc Eucheriae carmen invectivum in servum quemdam rusticum, qui nuptias ejus ambierat.

2. *Setarum cumulis*] *secarum* vitiose in Thuaneo.

3. *gemmantia tecta Laconum*] emendandum *texta* cum Heinsio. Martialis Lib. VIII. Ep. 28.

Non ego praetulerim Babylonos picta superbae
Texta, Semiramia quae variantur acu.

sic recte ex cod. Puteaneo Heinsius ad Claudian. IV. Conf. Honor. 652. non *Babylonica picta superbe. texta* autem *serica* hic opponuntur *pellibus hircinis*, seu plebejo tegmini, ut apud Lucretium Lib. II. v. 36.

Textilibus si in picturis, ostroque rubenti,
Jactaris, quam si plebeja in veste cubandum est.

tecta & *texta* etiam aliis in locis confundi patet ex notis ad Ovid. V. Met. 447. & XIV. 530. vers. seq. *aequiperanda* in cod. Leidens.

5. *Nobilis horribili jungatur purpura burrae*] *byrrho* correxerat Heinsius, quod est vestis genus idem ac lacerna, sive paenula byrri seu russei coloris. emendandus corruptus Scholiastae Juvenalis locus ad Sat. III. 233. *quod Graeci coccum, Latini*

Sit captiva fui nunc margarita nitoris,
Et clausa obscuro fulgeat in chalibe.
Leuconico pariter claudatur in aere zmaragdus;
Compar silicibus nunc hiacinthus erat.
Rupibus atque molis similis dicatur ïaspis,
Eligat infernum jam modo luna chaos.
Nunc etiam urticis mandemus lilia jungi,
Perspicuamque rosam dira cicuta premat..

15. Nunc

Latini teres byrrum vocarunt. sic vulgo circumferuntur haec verba. *Latini posteriores* legebat If. Vossius in libri sui margine. at melius *Latini veteres* corrigit Meursius in Critico Arnob. Lib. I. cap. 18. pag. 39. vel *Graeci coccineum*, *Latini veteres birrum vocarunt.* ut legit Muncker. ad Hygin. fab. LXIX. Sed totus ille locus sic constituendus est; *coccina laena. Purpurea* (male *Purpura* editur) *qua divites olim utebantur. Virgil.* varioque (leg. *Tyriaque* ex IV. Aen. 262.) ardebat murice laena. *at antiqui* (vulgo *aut*) *amphiballum laenam appellabant. & quod Graeci coccinum*, *Latini veteres* burrum *vocarunt*. male enim editur *amphimallum*. quid sit *amphiballum*, exposuit Meursius in Glossario pag. 25. in Ἀμφίβαλλον. Isidorus in Glossis: *Anfibalum*, *birrum villosum*. pro quo male in ed. Vulcanii pag. 667. *Amfibulum birrum*, *villosum*. in Glossario inedito Vossiano, *Amfibalus*, *birrus*, *villosus*. Glossae MSS. Leidenses, Festo adnexae: *Amphibalus*, *villosa birrus*. Glossarium ejusdem Bibliothecae in SS. Biblia: *Amphibalus*, *capa villosa*. vide B. Vulcanii Castig. ad Isidori Glossas pag. 92. ubi *Amphiballum* emendandum esse in Isidoro monuit, & plura de hac voce notavit. de *burro* multa dabunt Nic. Loënsis Lib. VI. Misc. Epiphyll. cap. 5. & Rosweydus in Onomastico ad vitis Patrum pag. 1017. & seq. hoc tamen loco *burra* non videtur mutanda, nam sic dicitur vestis villosa & hispida, unde *horribilis burra* hic vocatur, & inde *reburrus* compositum, pro hospido. vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 514 & 515. & operose ad Tertull. de Pall. pag. 82. & seqq. Pithoeum Lib. I. Advers. Subseciv. cap. 16. Voss. in Etymolog. pag. 82. Meurs. in Glossar. & Lindenbr. ad Paul. Warnefrid. pag. 355. hinc *burras* cum quisquiliis ineptiisque jungit Ausonius Praef. ad Latin. Pacat. Drepan.

At nos illepidum, rudem libellum,
Burras, quisquilias, ineptiasque,
Credentus gremio cui fovendum.

ubi *Gerras* conjecerat Heinsius, sed postea induxerat vocem enim Aquitanicam esse notat Scaliger, & Meursius in Auctar. Philolog. cap. 32.

7. *margarita*] *margareta* Thuan.

9. *Leuconico pariter*] *Lenconico* cod. Thuan. & Leidens.

10. *Compar silicibus nunc iacinthus erat*] in cod. Leidensi lacuna *nunc iacinthus*. . . in signum vitiatae lectionis *erat*. optime N. Heinsius emendabat,

Compar & silici nunc hiacinthus eat.

opponit silici hyacinthum gemmam, de cujus colore & praestantia legi meretur Marinus Becichemus in Quaestion. Epistol. cap. 79. *eat* pro *erat* corrigendum etiam monuit Pithoeus in notia, & codici suo adscripserat Scriverius. quae locutio poëtis praesertim familiaris est, sed a librariis saepe corrupta. sic apud auctorem Eleg. in Obit. Maec. 106. *Vicimus. Augusto judice dignus eat.* ut legit Heinf. ad Ovid. II. Amor. 12. 2. In vulgatis *erat*, ut hoc in loco. in Virgilii Dedicatione Aeneidos Tom. I. hujus Operis pag. 35.

Jam tandem ut tecum carmine vectus eat.

& in alio Epigrammate, ibidem edito pag. 249.

Ter denis sic victus eo domitusque diebus.

ut legendum conjeci pro *ego*. Tibullus Panegyrico Messalae Lib. IV. Carm. I. 118. *Nec tamen bis contentus eat.* sic enim Heinsius Lib. I. Advers. cap. 2. pag. 10. pro *erit*. Josephus Iscanus Lib. III. v. 39. & 195. *Hesione contentus eat.* eadem varietas apud Rutilium Lib. I. 136. *Annus praeterea jam tibi nonus eat.* ubi male *erat* alii ediderunt. vide & Heinf. ad Claudian. Bel. Gild. 93. & Epith. Palladii v. 137. pro *filicibus* male Juretum *sideribus* hic legisse notaverat Pithoeus in exempl. Biblioth. Paris. & merito, nam *silicibus* hic opponitur *hiacinthus*, ut mox rupibus & molis iaspis.

11. *Rupibus atque molis*] *Rupique* Thuan. *molis* videtur dixisse pro lapidibus & saxis asperis, ex genio aevi posterioris, quomodo etiam Graeci ista aetate μώλοι & μῶλοι vocarunt portuum crepidines, quarum objectu vis undarum maria frangebatur. vide Cangii notas ad Annae Comnenae Alexiad. Tom. XI. Script. Byzant. pag. 59.

14. *Perspicuamque rosam*] *Praespicuamque* codex Leidens. tam hoc loco quam infra v. 20. *Praespicuam lincem*, & v. 29. *praespicua cum perdice*. sed melius in cod. Thuaneo *Purpureamque rosam*. licet *perspicuam* pro pulchra exponat Salmas. ad Solin. Tom. I. pag. 772. ed. Paris. vide infra ad v. 29.

16. *Dili-*

Nunc simul optemus dispectis piscibus ergo
Delicias magni nullificare freti.
Auratam crassantus amet saxatilis anguem,
Limacem pariter nunc sibi tructa petat.
Altaque jungatur vili cum vulpe leaena,
Perspicuam lincem simius accipiat.
Jungatur nunc cerva asino, nunc tigris onagro,
Jungatur fesso concita dama bovi.
Nectareum vitiet nunc lausera tetra rosatum,
Mellaque cum fellis sint modo mixta malis.

25. Gem-

16. *Delicias magni nullificare freti*] de verbo hoc aevi sequioris *nullificare* vide Barthii notas ad Gallum Confessor. Serm. I. pag. 51. contra *magnificare* pro magni facere, veteribus usitatum. de quo vide Graev. ad Auct. Rhetor. ad Herenn. Lib. IV. cap. 21. & quae notavi ad Tom. I. pag. 571.

17. *Auratam crassantus amet saxatilis anguem*] Haec inquinata videntur. Quid si legamus & distinguamus,

Auratam cercyros amet, saxatilis anguem.

aurata est, quae *Chrysophrus* Plinio, & Ovidio in Halieut. v. 111. dicitur. in Dosithei Glossis MSS. χρυσόφος, *Aurata*, scribe χρυσόφρυς. Papias in Vocabulario: *Auratae genus piscium dictae, quod in capite auri colorem habeant.* hunc timidissimum piscem, in marinis stagnis degentem, *cercyron* vero saevum, & in scopulis viventem, describunt veteres, unde *ferox Cercyros* Ovidio Hal. 102. diversae igitur naturae pisces sic recte inter se opponentur. *saxatilis* vero *teragrus* est. ita certe legit Gesnerus apud Ovid. Halieut. 109.

Tum viridis Teragrus parvo Saxatilis ore.

pro *viridis squamus*. In Glossis Dosithei MSS. *Saxatiles* exponuntur φυκίδες.

18. *nunc sibi tructa petat*] *trucca* cod. Thuan. & ex v. c. Pithoeus in exempl. Paris. scribendum *trutta*. Ita enim dicitur piscis, qui *tructa* Ambrosio, τρώκτης in veteri Glossario: ut docuit Scaliger Lib. I. Auson. Lect. cap. 3. Papias in Vocabulario: *Tructa piscis est varius, qui alvo generat & aquis committit fovendo.* vide Sirmond. ad Sidon. Apoll. pag. 28. & Freherum ad Ausonii Mosell. v. 97. ex quibus patebit *tructam* etiam vocari farionem, & salarem salmonatam.

21. *Jungatur nunc cerva asino, nunc tigris onagro*] bene *junguntur* in cod. Thuan. in animo hic habebat Eucheria illud Virgilii VIII. Ecl. 27.

Mopso Nisa datur. quid non speremus amantes?
Jungentur jam gryphes equis, aevoque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damae.

22. *Jungatur fesso concita dama bovi*] pro *bovi* in Thuaneo *navi*. quod forte indicium praebet in illa scriptura aliam latere lectionem. certe melior oppositio esset, si *cani* legeretur; ut huic a venatione *fesso* damam, stimulis concubitus concitam, jungendam dicat; quae ceteroquin canibus venatu capi solet, adeoque infesta animalia sunt. *dami* enim & *damae* timidae metuunt feroces & rabidos *canes*. hinc apud Virg. Ecl. VIII. 28.

Cum canibus timidi venient ad pocula damae.

III. Georg. 410.

Saepe etiam cursu timidos agitabis onagros,
Et canibus leporem, canibus venabere damas.

& v. 539.

——— *timidi damae cervique fugaces*
Nunc interque canes & circum tecta vagantur.

ubi Servius: *dicendo damas & cervos errare cum canibus; duo ostendit, & hos timoris, & illos ferocitatis esse oblitos.* Martialis Lib. IV. Ep. 74.

Adspicis, imbelles tentent quam fortia damae
Praelia? tam timidis quanta sit ira feris.
In mortem parvis concurrere frontibus audent.
Vis, Caesar, damis parcere? mitte canes.

concita dama similiter in Epigr. quod edidi Tom. I. pag. 471.

Concita veloces fugeret cum dama Molossos,
Et varia lentas necteret arte moras.

scribendum vero esse *damma*, quia venit a Sicula voce Κάμμα, contendit Salmas. ad Solin. Tom. I. pag. 106.

23. *Nectareum vitiet nunc lausera tetra rosatum*] *Nectareum bovitiet nunc laus erat & rato fatum* corrupte in cod. Thuan. *vitient nunc lasera* optime corrigit Cangius in Glossar. med. Latin. Tom. IV. pag. 88. id est rosatum, seu vinum ex rosis conditum, amara corrumpant lasera. *Laser* enim succus plantae ingratus. unde *laserpitium*. Isidorus Lib. XVII. Orig. cap. 9. *Laser herba nascitur in monte Oscobagi.* (*Oscobagrus* cod. Groning.) *ubi & Ganges fluvius oritur: cujus succus dictus primum lacsir,* (sic idem codex, non *Lasir*) *quoniam manat in modum lactis: deinde usu derivan-*

 te

Gemmantem fociemus aquam luteumque barathrum,
Stercoribus miſtis fons eat inriguus.
Praepes funereo cum vulture ludat hirundo,
Cum bubone gravi nunc philomela fonet.
Triſtis perſpicua ſit cum perdice tavanus,
Junctaque cum corvo pulchra columba cubet.
Haec monſtra inceſtis mutet ſibi tempora fatis,
Ruſticus & ſervus ſic petat Eucheriam.

EP. CXXXIV.

Caeſaris ad valvas ſedeo, ſto, nocte dieque,
Nec datur ingreſſus, quo mea fata loquar.

15. Nunc

te laſer nominatus eſt. Hoc & a quibuſdam opium Cyrenaicum appellatum, quoniam & apud Cyrenas naſcitur. quae totidem fere verbis pro more deſcripſit Papias in Vocabulario, voce *Laſer*. additque *Laſer generis neutri, legumen eſt.* In codice Iſidori Groningano *opium Cyrenicum appellatur.* an forte emendandum *ſilpium* vel *ſilphium Cyrenaicum.* hinc *Laſerpiciferae Cyrenae* Catullo Carm. VII. *Laſer* enim *ſilphium* eſt, cujus caules in Batti Cyrenarum Regis argenteis aereiſque numiſmatibus conſpiciuntur. quae optime illuſtrantur ex fragmento Lexicorum Graecorum, edito a Montfauconio Biblioth. Coiſlin. pag. 607. ex quo patebit Jovis Ammonis cornutum caput in illis conſpici, & ab altera parte ſilphium magnum. vid. Ivonis Villiomari, ſeu Scaligeri, Animadv. ad Loc. Controv. Tkii: pag. 155. & 156. Inde Βάττα σιλφίον. de quo vid. Hemſterh. ad Ariſtophanis Plutum v. 926. pag. 319. ſed de his numis plura addere hujus loci non eſt. de *laſere*, quod aſam foetidam nonnulli exiſtimarunt, & ſilphio, operoſe egit Salmaſ. Exerc. ad Solin. cap. XXVII. pag. 249-256. & Bodaeus a Stapel ad Theophraſti Hiſt. Plant. Lib. VI. pag. 591. & ſeqq.

25. *luteumque barathrum*] *luteumque bratum ſtere. mixtis* in cod. Leidenſ. *barathrum luteum* vocat altam & profundam luti congeriem, quam *gemmanti*, ſeu vitreae, aquae opponit. ut *candens barathrum* de profunda nivis ſtrue dixit Claudian. Bel. Getic. 345. ita *barathrum* de quacumque profunditate. vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. II. 86. ubi *barathrum* & *chaos* de inferno conjungi notat, & vulgatum N. T. interpretem vindicat, qui χάσμα verterit *chaos*. ſic & Eucheria ſupra v. 12. *Eligat infernum jam modo luna chaos.* neque ſua forſan deſtituitur elegantia, quod *luteum barathrum* hic dixerit, in majorem ſervi illius ruſtici deſpectum. *barathrum* enim & *lutum* dicebant homines viliſſimos, & nullius frugis. quod pulchre illuſtravit Celeb. Valckenarius Animadv. ad Ammon. Lib. I. cap. 10. & *barathrones*, barathro dignos, quos averſabantur. vide quae notavi ad Tom. I. pag. 511.

28. *Cum bubone gravi nunc philomela fonet*] *gravi* deeſt in Thuan. *nunc filomella fonat* Leid.

29. *Triſtis perſpicua ſit cum perdice tavanus*] legendum *cavannus.* ut in codice Thuanco Heinſius, & ego in MS. Leidenſi inveni. idque ex alio v. c. in margine ſuae editionis notaverat Pithoeus in exemplari Biblioth. Pariſ. & ſic editur apud Mabillonium. *cavannus* eſt noctua, ſtrix, a Graeco κικκαβὴ. vide du Cangii Gloſſar. Med. Latin. in voce *Cavanna* Tom. II. pag. 442. Menag. in Diction. Etymolog. in *chahuan* pag. 173. & in Orig. Ling. Ital. in *civetta* pag. 174. *perſpicua* autem *perdix* hoc in verſu, & ſupra v. 14. *perſpicua roſa*, eſt pulchra, clara, conſpicua, ut exponit Salmaſius ad Solinum. ſic forte *perſpicua mors* pro glorioſa & clara, apud Cic. pro domo cap. XXIV. *Audieram & legeram clariſſimos noſtrae civitatis viros ſe in medios hoſtes ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitus injeciſſe.* quamquam & illic pro certa & indubitata morte etiam poſſit intelligi.

31. *mutet ſibi tempora fatis*] *mutent* cod. Leidenſ. an forte *mutent ſic tempora*, vel *inceſtis jungant ſic corpora fatis?* cum his & praecedentibus conferendus Horatii locus Epod. XVI. 32.

Novaque monſtra junxerit libidine
Mirus amor; juvet ut tigres ſubſidere cervis,
Adulteretur & columba miluo;
Credula nec ravos timeant armenta leones,
Ametque ſalſa levis hircus aequora.

EP. CXXXIV. *Caeſaris ad valvas &c.*] Dicitur exſtare in vetuſto marmore. Non credo. SCRIVER. Legitur bis apud Pithoeum Lib. IV. pag. 155. & in Praetermiſſis pag. 614 & 615. ed. Genev. habetque G. Fabricius in Monum. Antiq. pag. 163. &

Ite deae faciles, & noſtro nomine ſaltem
  Dicite divini Caeſaris ante pedes:
Si nequeo placidas affari Caeſaris aures,
  Saltem aliquis veniat, qui mihi dicat, Abi.

EP. CXXXV. ITEM.

Spemque metumque inter, rebus male natus agendis,
  Sic totos multo perdo labore dies.
Mane ſalutator, cum Sol ſe condit in undas,
  Nocturnus ſubeo regia tecta cliens.
Incipio effari, mediaque in voce reſiſto,
  Et premit ingenuus verba parata pudor.
Jam ſatis eſt, finem, o Caeſar, pro munere poſco,
  Remque meam, ſeu das, perfice, ſive negas.

EP. CXXXVI. INCERTI. *Invitatio ad Convivium.*

Dulcis amice bibas gratanter munera Bacchi:
  Sic vivas, totum dulcis amice bibas.

Fer-

163. & Smetius Fol. CLI. b. in fin. qui cenſet numquam in marmore exſtitiſſe. Mazochius etiam pag. CLXXX. adſcripſit ignorari, ubi exſtet: quae cauſſa eſt, cur inter Spuria retulerit Gruterus pag. XVII. 2. qui putat, nullo umquam in marmore comparuiſſe. hinc inter ſuppoſititia exhibet Ferret. in Muſis Lapid. Lib. V. pag. 323. praefigitque innominatae ſtatuae titulum eſſe, Romae ad valvas alicujus templi poſitae. ex cod. MS. ut vetuſtiſſimum Epigramma adfert Barthius Lib. LII. Adverſ. 1. pag. 2427. ubi nonnihil a Pithoeo differt. Habetur & in codice Bucheliano, & Meermanniano, in cujus margine notatur ignorari ubi exſtet. Sed majori lectionis varietate protulit Balzacius Diſſert. XXVII. ad Saraſinum pag. 276. qui putat contineri his querelas poëtae miſeri, limen aulae diu fruſtra obſidentis. ex eo etiam habet Colomeſius in Κειμηλ. Liter. cap. XXII. qui recte judicat, Pithoeanum illuſtriores antiquitatis characteres prae ſe ferre, quam Balzacianum. ſed miror Colomeſio praeteritum alterum illud, quod Balzacius ex eodem cod. MS. depromtum addidit, quod ideo hic minime negligendum exiſtimavi, licet illud priori recentius videatur.

1. *Caeſaris ad valvas ſedeo, ſto*, &c.] *vigilans ſto* apud Balzacium.

2. *quo mea fata loquar*] *facta* Fabric. & Barth. male.

3. *Ite Deae faciles & noſtro nomine ſaltem Dicite divini Caeſaris ante pedes*] *veſtro numine* apud Barthium. pro *Caeſaris* apud Fabricium, Mazochium, Gruterum, Ferretium, & in codice Bucheliano legitur *praeſidis*. Sed longe aliter hoc diſtichon profert Balzacius;

Ite bonae Charites, & veſtro numine tectae
Ferte haec verba pii Principis ante pedes.

quae interpolata ſunt, quia hoc in verſu & paullo poſt intempeſtive recurrit *Saltem*, quod tam parvo intervallo repetitum, poëtam non valde bonum arguit. idque jure etiam offendit Chevraeum in Chevraeanis Tom. I. pag. 264. qui in alterutro loco vellet *Tandem*, quod ultimo praeferrem verſu: vel ſi audaciori conjecturae indulgere liceat, tertio verſu ſcribi poſſet *& noſtra voce ſalutem*] *Dicite*. id eſt *noſtro nomine*, quod forſan ex Gloſſa irrepſerit. Sed praefero, ut in fine *Tandem* ſubſtituatur.

Saltem aliquis veniat] *venat* vitio abſurdo apud Pithoeum in Praetermiſſis. & negligenter etiam *me dicat* apud Ferretium. totum hunc verſum ſibi vindicaſſe Menagium Eleg. IX. pag. 60. ejuſque inventionem huic Epigrammati debere, me monuit Cl. Schraderus.

EP. CXXXVI. INCERTI. *Invitatio ad Convivium*] ſic edidit Epigramma hoc Pithoeus in Praetermiſſis pag. 484. ed. Pariſ. qui id derivatum eſſe

ex

Fercula sume bibens allata ex viscere cervi:
Sin, Actaeonis mors sit acerba tibi.
Dente timendus aper tibi ponitur, accipe laetus:
Si non, te findat dente timendus aper.
Sic tibi non oculos nox atra pro grue claudat;
Fercula sume libens, dulcis amice, gruis.
Unda marina tibi quod misit, sume libenter:
Si non, vitam adimat unda marina tibi.
Unguibus accipitris captam, rogo, percipe praedam:
Si non, scindaris unguibus accipitris.
Clara coloris aqua tribuit quos, tu cape pisces:
Si non, te perimat clara coloris aqua.
Quod meus hortus habet, gratanti suscipe mente:
Sic * fruaris laetus, quod tuus hortus habet.
Si tua perpetuus non claudat lumina somnus,
Non dedigneris dicere, misce puer.

EP. CXXXVII. DE EBRIOSO.

Phoebus me in somnis vetuit potare Lyaeum,
Pareo praeceptis; tunc bibo cum vigilo.

ex v. c. Petri Danielis notaverat in exemplari, quod est in Biblioth. Paris. versu secundo recte *Sic vivas.* male *Si vivas* alii. Est enim imitatio ex antiquorum adclamatione in convivio, *πίε καὶ ζῆθι.* vide Buonarotam in Observ. ad Fragm. Vasor. Antiq. Tab. XXVIII. Fig. 3. pag. 206. tertio versu corrigendum *Fercula sume libens.* ut v. 8. & 9. quarto notandum sequioris aevi vitium in metri leges *Actaeonis*, tertia producta, & in fine *misce*, ultima correpta. nono versu vel pisces marinos in genere, vel forte ostrea intelligit. Ausonius Epist. IX. pag. 600. ed. Toll.

Ostrea nobilium coenis, sumptuque nepotum
Cognita, diversoque maris defensa profunda,
Aut refugis nudata vadis, aut scrupea subter
Antra, & muriceis scopulorum mersa lacunis.

ubi pro *defensa profunda* Heinsius conjecit *depensa.* & *diversa* a divertendo dictum adscripserat. sed quia in vetustissimo codice Vossiano *defensa* legitur, nihil mutari praestiterit. nam sic apud ipsum Ausonium in Mosella v. 139 de Siluro,

——— *longi vix corporis agmina solvis,*
Aut brevibus defensa vadis, aut fluminis ulvis.

& apud Virg. III. Georg. 544.

Interit & curvis frustra defensa latebris
Vipera, & attoniti squamis astantibus hydri.

v. 13. *Clara coloris aqua* Scaliger in exempl. Vindobonensi. perperam. sexto decimo versu *Si fruar is* correxerat Scriverius. Heinsius *Si fruar o laetus*, vel *hoc laetus, quod tuus hortus habet.* Sed, ut editae lectionis vestigiis proprius insistatur, praeferrem *Si fruar id laetus.* posteriori enim aetate *frui* cum casu quarto, non rarum est. vide ad Lib. IV. Ep. XXI. pag. 20. & ad Tom. I. pag. 137. sic in Inscriptione apud Murator. Tom. II. pag. MCL. 5.

QVEM NON LIQVT
NOS FRVNISCI.

pro QVO NON LICVIT NOBIS FRVI. quin & *ingenium frui* apud Terent. Heaut. II. 4. 21. Est autem fere totum hoc distichon ex Priapejis Ep. IV.

Quod meus hortus habet, sumas impune licebit,
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

EP. CXXXVII. DE EBRIOSO] Exstat apud Pithoeum Lib. IV. Epigr. vet pag. 191.

4. *Dente timendus aper*] ex Ovidio Epist. IV. 104.

——— *nec obliquo dente timendus aper.*

& Martiali Lib. XIII. 94.

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum:
Imbelles damae quid, nisi praeda, sumus.

quem locum adfert Isidorus Lib. XII. cap. 1.

EP. CXXXVIII.

DE QVODAM MILITE, QVI PERDITVM EQVVM INGENIO REPERIT.

Saepe dat ingenium, quod vis conferre negabat,
  Compos & arte est qui viribus impos erat.
Ereptum furto castrensi in turbine quidam
  Accipe qua miles arte recepit equum:
Orbus equo fit praeco, cietque ad compita voce;
  Quisquis habet nostrum, reddere certet, equum.
Sin alias tanta faciam ratione coactus,
  Quod noster Roma fecit in urbe parens.
Res movet haec omnes, & equum fur sivit abire,
  Dum sua vel populi damna pavenda timet.
Hunc herus ut reperit, gaudet, potiturque reperto,
  Gratanturque illi, queis metus ante fuit.
Inde rogant, quid equo fuerat facturus ademto,
  Vel quid in urbe suus egerit ante pater.
Sellae, ait, adjunctis collo revehendo lupatis,
  Sarcinulisque aliis, ibat onustus inops.
Nil quod pungat habens, calcaria calce reportans,
  Olim eques, inde redit ad sua tecta pedes.
Hunc imitatus ego fecissem talia tristis,
  Ni foret iste mihi, crede, repertus equus.

EP. CXXXIX. DE EST ET NON.

EST & NON, cuncti monosyllaba nota frequentant,
His demtis nihil est, hominum quo sermo volutet:

Omnia

EP. CXXXVIII. *Saepe dat ingenium* &c.] Habet Pithoeus in Praetermissis pag. 486. ed. Par. & inter Theodulfi Carmina edidit Sirmondus, Lib. III. carm. 9. sed quatuor versibus ex cod. MS. auctius, unde supplevi. nam decimus & undecimus versus, & ultimum distichon apud Pithoeum desiderantur, & v. 15. *Sellam, ait, adnexam* edidit. lege, *Sellam, ait, adjunctis collo revehendo lupatis* &c. Si Theodulfum auctorem habeat, potuisset hic a me, fateor, omitti: Sed addidi tamen, quia illud inter vetera Epigrammata retulit Pithoeus, licet in exemplari suo, quod Parisiis in Bibliotheca Regia adservatur, deleverit cum ceteris, quae praecedenti pagina illic ediderat. Est certe genii non optimi carmen, neque abhorret ab aetate & stylo Aviani, Fabularum metricarum scriptoris, praemisso promythio, quamquam illa, quae Aviano adjecta sunt epimythia ac promythia, esse adulterina censeant viri eruditi. Sed de auctore nihil definite fatius est, vel Theodulfo relinquere, quia inter ejus carmina id exhibuit Sirmondus.

EP. CXXXIX.] Est huic Idyllio titulus EST ET NON inter Virgiliana Carmina: sed in antiquo libro Lugdunensium & Mariangeli, *Ναὶ καὶ οὐ Πυθαγορικόν*. in quo *ναὶ* & *οὐ* adverbia sunt, hoc negan-

Omnia in his, & ab his funt omnia, five negotî
Sive otî quicquam eft, feu turbae, five quietis.
Alterutro pariter nonnumquam, faepe feorfis
Obfiftunt ftudiis, ftudio res ingeniumque,

Et

negantis, illud ajentis, affirmantifque in Platonis aliorumque Graecorum dialogis. quae Latina *etiam* & *non* valent. Cicero in Lucullo: *Sequens probabilitatem, ubicumque haec aut occurrat, aut deficiat, aut Etiam, aut Non, refpondere posfit.* Ceterum illud Ναὶ καὶ οὔ Pythagoricae fectae potius, quam Academicae vel aliarum? nifi forte id fit, quod folum eloqui fas erat Pythagorae difcipulis, toto filentii quinquennis tempore. cujus ἐχεμυθίας meminit Plutarchus de Curiofitate, & Gellius libro primo. VINETVS. Carmen hoc vetus liber, fecundae notae membranaceus, Prifciano adfignabat, hoe titulo VERSVS PRISCIANI ELOQVENTISSIMI DE EST ET NON. TOLLIVS. Hic quoque titulus praefigitur in duobus Bibl. Leidenfis codicibus, eum quibus verfus hos juvenis comparavi. quorum unus forte idem quem Tollius memorat. Legitur inter Aufonii Idyllia Ep. XVI. pag. 531. ed. Toll & in Catalectorum Virgilianorum editionibus vetuftis. ex binis ejufdem Leidenfis Bibliothecae codicibus Voffianis produxit Cel. Bondamius Lib. II. Variar. Lect. cap. 7. pag. 197. & feq. in quibus Prifciano etiam hoc carmen adjudicabatur. eum Petaviano, Voffiano, S. Germani, & Chriftinae Reginae codice contulerat N. Heinfius ad editionem Aufonii Tornsefianam, in qua legitur pag. 96 & 97. quorum codicum variantes lectiones fubjiciemus. in Petaviano infcribebatur VIRGILII MARONIS VERSVS DE EST ET NON INCIPIT. in Reginae codice VERSVS PRISCIANI ELOQVENTISSIMI DE EST ET NON. ut in Leidenfi & Tolliano. in fua Aufonii editione non dedit Aldus, fed in utraque Catalectorum an. 1517. & 1534. in quibus occurrit pag. 66. hoe titulo EST ET NON, INCERTI AVTHORIS. in Vincentina, Brixienfi, & duabus Venetis P. V. MARONIS EST ET NON. & in aliis Catalectorum Virgilianorum editionibus. Ceterum ad hoc carmen refpicit Theodulfus in Paraenefi v. 705. pag. 39. ed. Elmenh.

Res ftat in ambiguo, praeftat hic, denegat ille,
EST *&* NON *reboant, quae duo plura movent.*
Semine de quorum humanas agitantia curas
Germina cauffarum ceu feges ampla fubit.

& pag. 43.

Cum capit auditor durus tua verba, vel anceps,
EST EST *&* NON NON *haec ea cuncta ligent.*

Aufonius Epift. XXV. ad Paulinum v. 38. pag. 694. ed. Toll.

——— *fic fama renatum*
Pythagoram docuiffe refert, quam multa loquaces
Ambiguis fererent verbis, contra omnia folum
EST, *refpondebat, vel* NON. *O certa loquendi*
Regula! nam brevius nihil eft, nec plenius iftis,
Quae firmata probant, aut infirmata refellunt.

v. 2. *hominum que ferma volutet*] fic cod. S. Germani, Reginae, unus Leidenfis & Voffiani. quod praefert Cl. Bondamius. in altero Leidenfi, *hominum quod.* in Ausunianis & vetuftis Catalector. editionibus *hominum quod.* in Petaviano *quod* defiderabatur.

3. *Omnia in his & ab his*] *in his, ab his* cod. Reg. & unus Leidenf. in altero *vel ab his.* in Petaviano *& ab his funt, five negoti.* dein male in Aldina *Sive otii quicquam, feu turbae.* recte *oci quicquam eft* in Leidenfi, & antiqq. Catalect. edd.

4. *feu turbae, five quietis*] fic editur in Aufonio, & in utraque Aldina Catalect. editione. *five turbida* unus Leid. *feu turbida* Petav. Reginae, S. German. Voffiani, & in ed. Vincent. Brix. & Venetis.

5. *Saepe feorfis Obfiftunt ftudiis*] *ftudiis* hic malim legere quam *dubiis.* *feorfis* autem nomen eft adjectivum, ab adverbio *feorfus* five *feorfum*, pro; feparatis, diverfis, diffidentibus, quo nomine non habeo antiquiorem Terentiano, qui fit ufus,

Elementa rudes quae pueros docent magiftri
Vocalia quaedam memorant, confona quaedam.
Haec reddere vocem quoniam valent feorfa,
Nullumque fine illis potis eft coire verbum.

idem Terentianus,

Sed duae fient feorfae fyllabae, per fe breves.

& idem rurfus,

Nec dabit per fe, feorfam ac refiduam nominis
Atque diphthongo exactam promet. VINETVS.

feorfis etiam eft in Petav. & S. Germ. codice, *non unquam* in Petav. *faepe feorfis Obfiftunt dubiis* in antiqq. Aufonii & Catalect. edd. in Aldina, *faepe feorfis. Obfiftunt ftudiis.* in duobus Voffianis legi monet Cl. Bondamius,

Alterutro pariter nonnunquam, faepe feorfum
Obfiftunt ftudiis. ftudio res, ingeniumque,
Et facilis vel difficilis contentio nata eft.

nifi

Et facilis vel difficilis contentio nata est.
Si consentitur, mora nulla intervenit, Est, Est.
Sin controversum, dissensio subjiciet, Non.
Hinc fora dissultant clamoribus; hinc furiosi
Jurgia sunt Circi, cuneati hinc laeta theatri
Seditio; & tales agitat quoque Curia lites.
Conjugia, & nati cum patribus, ista quietis
Verba ferunt studiis, salva pietate loquentes.
Hinc etiam placitis schola consona disciplinis
Dogmaticas agitat placido certamine lites.

Hinc

nisi quod in altero *It facilis.* *seorsum* Reginae codex. *studiis* in eodem Petaviano, & S. Galli codice. sed in uno Leidensi inseritur hic versus,

—— —— saepe seorsum
Alter in alterius de certa voce notandus
Absistant studiis, & mores ingeniumque,
Vel facilis vel difficilis contentia nacta est.

in altero itidem Leidensi,

—— —— saepe seorsum
Obsistunt studiis. studio res ingeniumque,
Et facilis vel difficilis contentio nata est.

studio res ingeniumque etiam in cod. Reginae. *Et facilis vel difficilis*, in Petav. S. Galli, Reginae, & Vossiano, ab Heinsio collato. in Aldina Catalect. editione,

Obsistunt studiis, ut mores ingeniumque,
Et faciles vel difficiles, contentio nata est.

& sic in Vincent. Brixiensi, & Venetis, nisi quod in illis, *contentio nacta est.* in Ausonii ed. Tornaes. aliisque, *Vel faciles vel difficiles contentio nacta est,* sed *nata est* in S. Germani & Reginae codice. hac scripturae differentia inter se collata, adsentior Cl. Bondamio, locum hunc in Variis suis Lectionibus sic constituenti,

—— saepe seorsum
Obsistunt studiis, studio res, ingeniumque,
Ut facilis vel difficilis contentio nata est.

7. *Vel faciles*] *facilis* & *difficilis* vetus liber. VINET.

8. *Si consentitur, mora nulla intervenit, Est, Est.*] Hoc praetuli ex antiquis Ausonii, & Catalectorum edd. & Aldina. *nulla mora intervenit, est, est* unus Leidensis. in altero *mora nulla interveniens est.* quod & in cod. Reginae. *constitur* corrupte Petav. altero versu *Sin controversum* edidi ex Aldo, & Ausonii edd. cui lectioni favent S. Germani, Reginae, Vossianus, & secundus Leidensis, in quibus *Incontroversum.* in primo Leidensi *Si controversum.* pro *dissensio* in Vossiano *dissessio.* in cod. S. Galli *desensa.* in Leidensi *discussio.* In Vincent. Brix. & Venetis edd. *Si controversum dissensia subjiciet non.* in cod. Petav. *contraversum.*

11. *theatri*] *theatro* cod. Reginae.

13. *Conjugia, & nati cum patribus, ista quietis*] deest hic versus in altero cod. Leidens.

14. *Verba ferunt studiis, salva pietate loquentes*] sic veteres Ausonii & Catalectorum editiones. *studia* in Leid. *loquentis* cod. Reginae, & primus Leidens. *Verba ferunt studiis* hic dicitur, ut apud Ausonium Epist. xxv. 40. hac eadem de re:

——— quum multa loquaces
Ambiguis fererent studiis.

& hanc locutionem pluribus illustrarunt Pricaeus ad Apulej. Lib. 1. Met. init. Zinzerling. Promulf. Crit. cap. xx. Heins. ad Virg. VI. Aen. 160. & ad Sillum Ital. VIII. 266. ubi plura Drakenborchius. apud Statium VI. Th. 939. *Multa duces errore ferunt.* ut recte Barthius & Heinsius, & editio Gronovii. id est differunt, disputant. male *ferunt* in ed. Lindenbr. & cod. Taurinensi.

15. *Placitis schola consona disciplinis Dogmaticas agitat* &c.] Graecorum Philosophorum δόγματα, Cicero *decreta* interpretatur in Academicis, eademque Latinis *placita* etiam dici probat Budaeus in Annotationibus. unde *placitas disciplinas* hic dixit Ausonius, seu quisquis sit hujus carminis auctor. *placitis* namque perquam recte habuit Mariangeli codex pro *placidis*, quod in aliis legeramus exemplaribus. VINETVS. recte. & firmatur a cod. S. Germani, Petaviano, Reginae, Vossiano, & Ausonii ed. Tornaes. aliisque. *placidis* male in binis Leidensibus, & vetustis Catalect. editionibus Vinc. Brix. Venetis, & Aldinis. sequitur enim mox *placido certamine*, ubi *placito* in Petav.

Hinc omnis certat dialectica turba sophorum,
Estne dies, est ergo dies? non convenit istuc,
Nam facibus multis, aus fulguribus quoties lux
Est nocturna homini, non est lux illa diei.
EST & NON igitur, quoties lucem esse fatendum est,
Sed non esse diem; mille hinc certamina surgunt,
Hinc pauci, multi quoque talia commeditantes,
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qualis vita hominum, duo quam monosyllaba versant!

EP. CXL. DE LITERA Y.

Litera Pythagorae, discrimine secta bicorni,
Humanae vitae speciem praeferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditum primum spectantibus offert,
Sed requiem praebet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata, sed ultima meta

Prae-

18. *Estne dies est ergo dies*] sic legitur in S. Germ. Petav. Reginae, Vossiano, & duobus Leidensibus. *Est lux estne dies ergo* in vetustis Catalectorum & Ausonii editionibus. *non convenis istud* in uno Leidensi. *non conveniet sed* in Voss.

19. *aut fulgoribus*] sic Petav. S. Gall. Reginae, & Leidensis unus. *fulgeribus* Voss. *fulguribus* edd. vett. Catalect. & Auson. *at fulguribus* alter Leid.

20. *Est nocturna homini*] *nocturna* in altero Leidensi.

21. *Est & non igitur quoties lucem esse fatendum est*] *Est & ergo lucem quoties* male in eodem Leid. *fatendum* Petav. omisso *est*.

23. — *talia commeditantes Murmure concluso rabiosa silentia rodunt*] Persius habet in Satyra III. (v. 81.)

Murmura cum secum & rabiosa silentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Aegroti veteris meditantes somnia. VINET.

Hic pauci Vossian. *commemorantur* codex Reginae, & Leidensis. sed *commeditantes* a ceteris firmatur, & ab edd. Catalector. antiquis, Aldinis, & loco Persii, adposite hic a Vineto producto. *conclusae* in cod. S. Germ.

duo quam monosyllaba versant] *cum monosyllaba servant* male in Leidensi.

EP. CXL. *Litera Pythagorae* &c.] editur vulgo in antiquis Catalectorum Virgilianorum editionibus, & utraque Aldina pag. 67. descripsi id etiam ex codice MS. Huydecoperiano, in quo v. 9. *pararis*, & ult. *transfugis*, sed recte *parabis* & *transfiges* Aldus. & sic in Vincent. Brix. & Venetis edd. in quibus praefigitur P. V. MARONIS DE LITTERA Y. huc refer locum Martiani Capellae Lib. II. pag 25. ed. Grot. *Literam quoque, quam vim mortalitatis asserere prudens Samius aestimavit, in locum proximum sumit.* ubi pro *vim mortalitatis* recte Grotius ex eod. MS. in quo *vitium*, corrigit *bivium*. quod illic a secundo & quinto Bibliothecae Leidanae codice firmatur, & in quarto pro glossa erat adscriptum. & sic Heinsius ad Ovid. Epist. XVII. 178. Ausonius in Professoribus Ep. XI. pag. 171. ed. Toll.

Lubricae nisi te juventae praecipitem flexus daret,
Pythagorei non tenentem tramitis rectam viam.

ubi huc respicere Ausonium animadvertit Vinetus, qui plura de hoc symbolo literae Pythagoricae notavit ad ejusdem Technopaegn. Epigr. de Literis monosyllabis pag. 492.

Pythagorae bivium ramis pateo ambiguis Y.

quo loco vera lectio in Martiano Capella non parum adstruitur. quam firmat etiam Lactantius Lib. VI. Instit. cap. 3. *Omnis igitur haec de duabus viis disputatio ad frugalitatem & luxuriam spectat. Dicunt enim humanae vitae cursum Y literae similem, quod unusquisque hominum, cum primae adolescentiae limen attigerit, & in eum locum venerit, partes ubi se via findit in ambas, haereat nutabundus ac nesciat, in quam se partem potius inclinet.* adde Ang. Decembrium Lib. VII. de Polit. Liter. pag. 631.

EP.

Praecipitat captos, volvitque per aspera saxa:
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desidiam, luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque simul miserabile transiget aevum.

EP. CXLI. DE VIRO BONO.

Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit unum
Millibus e multis hominum consultus Apollo,
Judex ipse sui, totum se explorat ad unguem.
Quid Proceres, vanique ferat quid opinio vulgi,

5. Secu-

EP. CXLI. DE VIRO BONO] Huic carmini titulus erat in vetusto Lugdunensi codice, DE VIRO BONO ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΗ ΑΚΡΟΑΣΙΣ. Est autem ἀκρόασις auscultatio, disciplina, doctrina, id quod a viva magistri voce accipitur. VINETUS. In veteri libro DE VIRO BONO. Πυθαγορικὴ ἀκρόασις. ut illud ναὶ κὴ οὐ. Pythagoricum est. item in Ecloga (Ausonii) de vita humana titulus habet, EX GRAECO PYTHAGORICUM DE AMBIGUITATE ELIGENDAE VITAE. SCALIGER. Quamvis inter Ausoniana Idyllia hoc carmen locum habeat N. XVI. pag. 529. ed. Toll. praecedentibus tamen adjungendum censui, quia in antiquis Catalector. Virgilianorum editionibus legitur, & Aldus quoque inter ea retulerit pag. 66. b. in cujus editione Ausoniana non comparet. Norunt enim viri docti, quam multa hodie inter Ausonii carmina sint edita, nullo jure ipsi adtributa. quae derivata esse opinamur ex vetustissimo illo Ausonii codice Lugdunensi, quem Vinetus adhibuit, variis epigrammatibus in principio & fine refertum, quae deinceps inter ejus carmina relata sunt. idem est ac Vossianus, & in Leidensi Bibliotheca hodie adservatur. in illo enim idem est titulus, quem ex Lugdunensi adfert Vinetus, DE VIRO BONO Πυθαγορικὴ ἀκρόασις. in Petaviano, ab Heinsio collato, P. VIRGILII MARONIS DE INSTITUTIONE VIRI BONI VERSUS INCIPIUNT. in cod. Leidensi, quem excussi, OPUS INCLITISSIMI MARONIS DE VIRO SAPIENTI. Aldus simpliciter inscripsit VIR BONUS. in Vincent. Brix. & Venetis Catalect. Virg. editionibus P. VIRG. MARONIS VIR BONUS. Quicumque carminis auctor sit, ex Horatio & Pythagoreis Carminibus, aureis vulgo dictis, pleraque vel imitatus vel interpretatus est. unde hoc & praecedens Epigramma in fine editionis suae Pythagoreorum Carminum etiam exhibuit Joach. Zehnerus, hoc sub Ausonii, illud sub incerti auctoris nomine: vulgarem enim errorem in Scholiis suis ad Aurea ista Carmina pag. 26. erravit Vitus Amerbachius, qui hos versus Virgilio adscribit.

Vir bonus] Horatius Lib. I. Epist. XVI.

—— *vir bonus est quis?*
Qui consulta Patrum, qui leges, juraque servat,
Quo multae, magnaeque secantur judice lites. VINET.

1. *Vir bonus & sapiens*] sic cod. Leid. & veteres Catalect. & Ausonii editiones. solus Aldus edidit, *Vir bonus & prudens.*

qualem vix repperit unum] *ullum* pro *unum* quidam libri. VINET.

Millibus e multis] *cunctis* Petav. Vossian. & Leid. edd. Vinc. Brix. & Venetae. *e multis* utraque Aldina.

Judex ipse sui, totum se explorat ad unguem] gnomen hanc, apud veteres frequentem, erudite illustravit Casaub. ad Pers. Sat. I. v. 7. pag. 46.

Quid Proceres, vanique ferat quid opinio vulgi] Nescio quod sibi vult, quod in vetere libro erat *lues* pro *ferat.* fortasse *levis* fuit. VINET. valde hic variant libri. Codex optimus habet, *vanique lues.* Aldina editio, *quid leno procax.* Veneta *levisque ferat. lues, leno, levis,* ex eadem prodeunt officina, & hic latet mendum. *procax* enim & *vanus* glossemata videntur. TOLLIUS. quod ex veteri illo libro Lugdunensi adfert Vinetus, ex Vossiano etiam adnotavit Heinsius, in quo *lues.* in Petaviano *levis.* in Leidensi *ianique levis,* id est *vanique.* & sic veteres illae Catalectorum editiones, quam Venetam editionem innuat Tollius, in qua *levisque ferat* legi testatur, nescio. in duabus apud me Venetis an. 1480. & 1487. inveni,

—— *vanique levis quid opinio vulgi.*

an

Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus:
Externae ne quid labis per levia sidat.
Ille, dies quam longus erit sub sidere Cancri,
Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno,
Cogitat, & justo trutinae se examine pendit,
Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus aequis

Par-

an forte pro *vani* legendum *varii*? id est semper mutabilis, inconstantis.[1] sive ut Tacitus vocat Lib. I. Hist. 69. *vulgus subitis mutabile, & tam pronum in misericordiam, quam immodicum saevitia.* notum illud Virgilii *varium & mutabile semper Femina.* hinc apud Statium IV. Achill. 173.

Heu simplex, nimiumque rudis, qui callida dona
Grajorumque dolos, variumque ignorat Ulyxem.

ubi *vafrum Ulyxem* legit Heins. ad Ovid. Epist. XVI. 314. idque eleganter sane propter *callida dona* & *dolos.* sed *varius Ulyxes* etiam dici potest, qui se Protei seu Vertumni instar in omnes formas callide convertere noverat. passim autem voces has *vanus* & *varius* inter se confundi, videbis ex notis Drakenb. ad Sillum Lib. X. 290. Sed longe aliam lectionem hic solus dedit Aldus, in cujus utraque editione, *Quid Proceres, quid leno procax, quid opinio vulgi.* non dissimile illud in epitaphio Terentii, quod edidi Tom. I. pag. 410.

Quid meretrix quid leno doli, quid fingat avarus,
Haec quicunque leget, sic, puto, cautus erit.

sed optimorum codicum consensum secutus sum.

5. *teres atque rotundus, Externae ne quid labis per levia sidat*] Imitatus hic Ausonius Horatium, qui Serm. VII. Lib. II. v. 83. sic scripserat:

Quisnam igitur liber? Sapiens, sibi qui imperiosus,
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in se ipso totus, teres atque rotundus,
Externi ne quid valeat per leve morari:
In quem manca ruit semper fortuna. VINET.

cum quo loco Horatiano hunc etiam comparavit Bentlejus, & illud *mundi instar habens* optime illustravit. *rotundis*, & *fidat* pro *sidat*, male in Petaviano.

7. *Ille dies quam longus erit*] *diem* Petav. Vossian. & edd. Vinc. Brix. & Venetae. rectius forsitan, ut referatur ad *Cogitat.* pro *tropico* male in Leidensi codice *Quanta nox longo se porrigit.* nam praec. vers. *longus* praecessit. *Capricornu* in Petav.

9. *& justo trutinae se examine pendit*] sic edidi, secutus codices Petavianum, Vossianum, & Leidensem, *pensat* in antiquis Catalector. & Ausonii editionibus, etiam Aldinis. quod defendi posset ex Horatio Lib. II. Epist. I. 29.

——— *Romani pensantur eadem*
Scriptores trutina.

Tollius edidit *pendit.* in cujus editione inseritur nota Heinsii, nescio unde desumta, *Scribe pendit, uti in veterrimo Codice.* indicat, quod *suo se modulo metiri* dicunt. idque passim inculcant veterum praecepta. vide Tollii notam ad illud Ausonii in Sapientibus pag. 279.

Labor molestus iste, fructi est optimi,
Quid ferre possis, quidve non, dignoscere.

pendere autem pro pensare, ponderare. ut apud Lucan. VIII. 276.

——— *vos pendite regna*
Viribus atque fide. &c.
Ast ego curatum vobis arcana mearum
Expromam, mentisque meae quo pondera vergant.

10. *ne quid protuberet*] *proturbet*, & *angulus* codex Leidens. in antiquis Catalect. Virg. edd. *Ne quid hiet, ne quis proturbet angulus, aequis Partibus ut coëat.* sed *protuberet* bene dictum, pro nimium turgeat ac luxuriet. sic apud Gellium Lib. VII. cap. ult. legendum conjiciebat J. Fr. Gronovius: *Cujus corpus in tam immodicum modum luxuriasset extuberassetque.* pro *exuberasset.* vide plura de hoc verbo in ejus Notis. vulgatam tamen illic lectionem Virgiliano versu ex Lib. I. G. 191. *luxuria foliorum exuberat umbra* defendi posse recte subjungit: cui adde ex Lib. II. 516. — *aut pomis exuberet annus Aut foetu pecorum.* & VII. Aen. 465. *atque alte spumis exuberet amnis.* sic apud Tertullian. de Pallio cap. 2. *& Scythae exuberant in Persas.* ut corrigit Turnebus Lib. VII. Advers. cap. 20. licet *exuberant Persas*, pro uberiores reddunt, praeferat Salmasius pag. 169. Glossarium Vossianum ineditum: *Exuberant, profluunt aut abundant.* Apulejus Apolog. I. pag. 319. *Omnibus ad vitae munia utendis quidquid aptam moderationem supergreditur, oneri potius quam usui exuberat.* ubi eumdem Gellii locum adferens Colvius editam scripturam etiam in eo probasse videtur.

11. ne

Partibus ut coëat, nil ut deliret amussis.
Sit solidum quodcumque subest, nec inania subter
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quam longi reputaverit acta diei.
Quae praetergressus? quid gestum in tempore? quid non?

Cur

11. *ne quid deliret amussis*] *amusis* in Leid. propria notione hic utitur verbo *delirare*, deducto a lira rustica, quae fossa recta est ad tuendos agros. unde *delirare* est a recto decedere. vide Nonium Marc. pag. 17 & 18. idque *amussi* convenit, quae regula est, ad quam aliquid exaequatur. vim verbi *delirare* optime exposuit Vossius Etymolog. & Pincierus in Parergis Lib. I. cap. 26: quae *amussis* hic est, *norma*, vel *perpendiculum* dicitur. vid. Casaub. ad Pers. Sat. IV. v. 11. p. 326.

12. *Sit solidum quodcumque subest*] cum simili Platonis dicto confert H. Stephanus Lib. III. Schediasm. cap. 23. & hoc loco Casaubonus illustrat illud Persii Sat. V. 24.

——— *dignoscere cautus*,
Quid solidum crepet, & pictae tectoria linguae.

ubi *fictae* legebat Graevius. pro *tectoria* vero in cod. Biblioth. Leidensis habetur *plectoria*, quod Casaubonus etiam testatur se in tribus MSS. repperisse, & latere mendum suspicatur. an forte *tinctoria*? quomodo dicuntur tela & arma, laetifera, veneno & sanguine tincta. quibus subdolae linguae virulentiam compareт. de qua voce vide quae notavi ad Tom. I. pag. 534.

12. *nec inania subtus*] *subtus* & *subter* hoc differre quidam dixerunt, quod *subter* praepositio & adverbium inveniatur, *subtus* adverbium duntaxat. Vidi alios, qui putarent *subtus* esse prorsus barbarum, & id a vetustis librariis corruptum ex *subter*. Certe vetus liber hoc loco *subter* habet. VINET. *subter* in Vossiano & Leidensi, in quo etiam *quodcumque subes*. an pro *subis*? sequens versus *Indicet admotus* &c. desideratur in Petaviano & Leidensi. *subtus* in vetustis Catalect. edd. & *Judicet* pro *Indicet*.

14. *Non prius in dulcem declinat lumina somnum* &c.] Expressa haec ex Pythagoreorum versibus aureis: (v. 40.)

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν;
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι. καὶ μετέπειτα
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσεο. χρηστὰ δὲ, τέρπου.

pro *Declinat* autem *declinans* in antiquo libro. VINET. Cicero in Catone cap. 11. *Pythagoreorum more, exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi.* Meminit & Plutarchus in initio ferme περὶ πολυπραγμοσύνης. Horatius Lib. I. Sat. 4. 133.

——— *neque enim, cum lectulus aut me*
Porticus excepit, desum mihi: Rectius hoc est:
Hoc faciens vivam melius: sic dulcis amicis
Occurram: hoc quidam non belle: numquid ego illi
Inprudens olim faciam simile? Haec ego mecum
Compressis agito labris. TOLLIUS.

bene cum istis Pythagoreorum Carminum versibus contulit Vinetus, quorum paraphrasin fere ad verbum hic auctor expressit. illum vero locum tribus versibus auctiorem ex codice Augustano adfert D. Hoeschelius in Epist. ad Kirchman. inter Gudianas Epist. cur. pag. 183. sed quos genuinos esse, dubitari possit. certe ultimus post versum Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας &c. quem producit, Ταῖς αὐταῖς ὁσίαις ποιεῖν φίλον, ὅν κ' ἐθέλησθα, inconcinnus hoc loco videtur, & adumbratus ex quinto illorum Aureorum Carminum versu,

Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον, ὅστις ἄριστος.

declinans in Vossiano. *decis ē: numina* corrupte in Leidensi. *declinat lumina solum* in Vincent. ed. 1479. Catulli versum esse adscripserat Heinsius. puto eum cogitasse locum ex Epithalam. Pelei & Thetid. v. 91.

Non prius ex illo flagrantia declinavit
Lumina, quam cuncto concepit pectore flammam.

sed videtur imitatio esse Virgilii IV. Aen. 184.

——— *nec dulci declinat lumina somno.*

quod ex Catullo expressum esse a Virgilio Plerius aliique censent. Propertius Lib. II. El. I. 11.

Sed quum, poscentes somnum, declinat ocellos,
Invenio caussas mille poëta novas.

sic bene edidit Broukhusius, pro *somnus declinat*; ut in aliis, quod & in secundo Leidensi ac Dorvilliano codice legitur. sed alterum etiam praetulit Heinsius ad Ovid. VII. Met. 155. & ad Valer. Fl. VIII 66. sequente versu pro *acta diei* in Petaviano *apta*.

16. *Quae praetergressus*] *Qua*, *que*, & *quae* hic habent nostra exemplaria, pro Graeco Πῆ. Est

Cur isti facto decus absuit, aut ratio illi?
Quid mihi praeteritum? cur haec sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonum foret? utile honesto
Cur malus antetuli? num dicto, aut denique vultu
Perstrictus quisquam? cur me natura magis, quam
Disciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortoque a vespere cuncta revolvens,
Offensus pravis, dat palmam & praemia rectis.

DE ANIMALIBUS.

Ep. CXLII.

INCERTI. *De Aetatibus Animalium. ex* HESIODO.

Ter binos deciesque novem super exit in annos
Justa senescentum quos inplet vita virorum.

Hos

autem hoc apud se sub noctem reputantis, quid toto die gesserit. Seneca Lib. III. de Ira (cap. 36.) *Faciebat hoc Sextius, ut, consummato die, quum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum, Quod hodie malum tuum sanasti? Cui vitio obstitisti? Qua parte melior es?* VINETVS. *Quo* Petavianus, & Vossian. ed. Vinc. Brix. & Venetae. *Quae* utraque Aldina. *Quid* cod. Leid. *Qua praetergressus* praefert Schierius ad Pythag. Carm. Aur. v. 41. pag. 59. ut respondeat proverbio Pythagorico. Πῦ παρέβην. quod bene illustrat.

17. *Cur isti facto decus absuit*] *affuit* edd. vetustae. *adfuit* cod. Leid. *deus absuit* conjecerat Heinf. non male. id est cur huic vel illi facto Deus vel Ratio normam non dedit? nam divinitati saepe adjungitur *Ratio*. vide ad Tom. I. Ep. CXVIII. pag. 575. proximo versu *sedit* desideratur in cod. Leid.

19. *miseratus egentem*] *egenum*, & *facta mente* cod. Leid. & vers. seq. *Quid volui, quod velle bonum & foret-utile, honesto Cur magis antetuli?* In Petaviano *quod nolle bonum fuit.* pro *foret*. & mox *vultu Perstrictis quisquam.* vitiose in Leidensi *non dato aut denique vultu. non dicto* in sola Vincentina. male autem *quidquam* in Ausonii ed. Tornaes. *Perstrictus quisquam* vera lectio. deinde *sic dicta per omnia facta Ingrediens ortumque ad vespere* codex Leid. sed ceteri codd. nec antiquae edd. aliquid variant. ultimo versu *Offensis pravis* cod. Petav. *parvis* vitiose in vett. Catalect. edd. *det palmam* praeferrem ex Vossiano & Petaviano. pro *rectis* in cod. Leid. *justis*. quae glossa est; nam *rectis* melius opponitur *pravis*.

Ep. CXLII. INCERTI. *De Aetatibus Animalium*] DE AETATIBVS, HESIODION. Hic fuit titulus in membranaceo codice. *Hesiodion* autem Ἡσιόδειον, hoc est *Hesiodeum* sive *Hesiodium*, ab Hesiodo poëta clarissimo, qui de animantium aetatibus haec luserat aliquo suo in carmine, quod intercidit. Ex eo quinque tantum hos versus hexametros legere memini in Plutarchi libro de Oraculorum defectu:

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα Κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων. Ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος.
Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ Κόραξ γηράσκεται. αὐτὰρ ὁ Φοῖνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας. δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς Φοίνικας
Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

VINETVS. Titulus Carminis *de aetatibus animalium* est in veteri libro *de Aetatibus Hesiodion*. Notissimi enim versus Hesiodi ex Plutarcho,

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα Κορώνη. &c.

SCALIGER.

INCERTI. *De Aetatibus Animalium. ex* HESIODO inscripsi ex Catalect. editione Aldina 1534. pag. 67. Pithoeus edidit in Praetermissis pag. 487. sub titulo INCERTI DE AETATIBVS, HESIODION. Leguntur etiam hi versus apud Bedam de Computi Ratione sub titulo DE AETATIBVS Tom. I. Oper. pag. 434. ed. Colon & editi sunt in Ausonio pag. 533. ed. Tollii. vide

illic

Hos novies ſuperat vivendo garrula cornix:
At quater egreditur cornicis ſecula cervus.
Alipedem cervum ter vincit corvus, & illum
Multiplicat novies Phoenix, reparabilis ales:

Quam

illic notas Mariangeli Accurſii ex ejus Diatribis deſumtas, ubi carmen hos adſerit Auſonio, ab aliis male Virgilio tributum, & ſeptem ultimos verſus, qui in antiquis deſiderabantur editionibus, reſtituit. Ex Appendice Virgiliana producit, & cum Heſiodi verſibus, unde deſumtum eſt, confert Eraſmus in Adagiis in *Longaevitas* pag. 455. Habetur quippe in vetuſtis Catalectorum Virgilianorum editionibus, Vincent. Brix. Venetis, aliiſque. Iſtos Heſiodi verſus inter fragmenta ejus relatos adfert Plutarchus de Oracul. Defect. pag. 415. T. II. Oper. ed. Francof. eoſdemque innuit Plinius Lib. VII. cap. 48. loco notabili: *De ſpatio atque longinquitate vitae hominum non locorum modo ſitus, verum exempla, ac ſua cuique ſors naſcendi incertum fecere. Heſiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabuloſe, ut reor, multa de hominum aevo referens, cornici novem noſtras adtribuit aetates, quadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis. Et reliqua fabuloſius in Phoenice ac Nymphis.* quae cum his conparanda ſunt: ut & illud Auſonii in Gripho Ternario v. 14. & ſeqq.

Et toties trino cornix vivacior aevo
Quam novies terni glomerantes ſecula tractus
Vincunt aeripedes ter terno Neſtore cervi,
Tris quorum aetates ſuperat Phoebeius oſcen,
Quem novies ſenior Gangeticus anteit ales,
Ales Cinnameo radiantus tempora nido.

cervorum & *cornicum* longaevitatem prae anguſtis vitae humanae ſpatiis paſſim veteres efferunt poëtae. vide Ariſtoph. in Avib. v. 610. Albinovanum, vel quicumque auctor eſt, Elegiae in Obit. Maecen. v. 115. & ſeqq. & Ovid. II. Am. 6. 27. & ſeqq. hinc in Aenigmatibus, Symposii nomen venditantibus, Ep. XXVII. de ſe cornix ipſa jactat,

Vivo novem vitas, ſi me non Graecia fallit.

id pulchre veterum veſtigiis inſiſtens Flaminius ad immaturum puellae obitum tranſtulit Lib. I. Carminum:

Crudelis, inplacabilis,
Iniqua mors, cornicibus
Tam longa parcis ſecula;
Et huic puellae tam cita
Manus rapaces injicis.

& eleganter Joſephus Averanius, inedito in mortem Antonii Rillii Epicedio, a Celeb. Gorio cum aliis ejuſdem carminibus olim ad me tranſmiſſo,

Scilicet extenta cornix ut viveret aevo,
Cervus & aetatem vix ferat ipſe ſuam.
Tam brevis eſt homini miſerae data portio vitae,
Vix geniti in moeſtos proripimurque rogos.

plura de vivacitate cervorum & cornicum cum brevitate vitae humanae conparata vide apud Rittershuſ. ad Oppian. Lib. II. Cyneg. pag. 291. & ſeq. Davis. ad Cic. I. Tuſcul. cap. 31. pag. 77. & ad Lib. III. cap. 28. pag. 247. notas ad Ovid. III. Met. 194. & quae dedi ad Lotich. IV. El. 8. v. 108.

1. *Ter binos deciesque novem* &c.] *Per binos* ed. Vinc. Brix. & Venetae. *Bis quinos* Aldina an. 1534. ſed *Ter binos* in ed. an. 1517. & *ſuperexit* pro *ſuper exit*.

2. *Juſta ſeneſcentum*] Hic interpres in Heſiodo legerat Ἀνδρῶν γηράντων, id eſt *virorum ſeneſcentium*, non Ἀνδρῶν ἡβώντων, hoc eſt *virorum adoleſcentium*, ſeu *pubeſcentium*. Utroque enim modo hic legi, Demetrius apud Plutarchum meminit. VINET.

4. *At quater egreditur*] *Et quater* edd. vett. Catalect. cum Aldinis, & Accurſ. v. 5. *at illum* Ald. quod praefero.

5. *Alipedem cervum*] *Alipedem cervum* hic dicit, quem *aeripedem* pro *aëripede* in carmine de laboribus Herculis, & in Gripho, quaſi *alatis* & *aëriis pedibus*, propter velocitatem. VINET. optime apud Bedam *Aeripidem cervum*. id eſt χαλκόποδα. non autem *aëripedem*, ſive *aëriis pedibus*, ut Vinetus exponit. vide quae notavi ad Tom. I. hujus Antholog. pag. 24. & 165.

5. *& illum*] pro *&*, *at* habent quaedam exemplaria. VINET.

6. *Phoenix reparabilis ales*] ſic auctor Phoenicis v. 61.

Ut reparet laſſum ſpatiis urgentibus aevum,
Adſueti nemoris dulce cubile fugit.
Cumque renaſcendi ſtudio loca ſancta reliquit,
Tunc petit hunc orbem, mors ubi regna tenet.

ubi melius in codice Voſſiano, *Ut reparet lapſum fatis vergentibus aevum*. Auctor carminis in Laudem Solis ſupra Ep. I. hujus Libri, v. 29. ex emendatione Heinſii,

Idque docet Phoenix, buſti reparata favillis,
Omnia Phoebeo viveſcere corpora tactu.

ubi vide notas.

7. Quam

Quam vos perpetuo decies praevertitis aevo
Nymphae Hamadryades, quarum longissima vita est.
Hi cohibent fines vivacia fata animantum:
Cetera secreti novit Deus arbiter aevi
Tempora, quae Stilpon volvat, quae secula Phaenon,
Quos Pyrois habeat, quos Jupiter igne benigno
Circuitus: quali properet Venus alma recursu,
Qui Phoebi, quanti maneant Titana labores:
Donec consumto, magnus qui dicitur, anno,
Rursus in antiquum veniant vaga sidera cursum,
Qualia dispositi steterant ab origine mundi.

DE

7. *Quam vos perpetuo decies praevertitis aevo*] sic editio Pithoei. sed in utraque Aldina,

Quem nos perpetuo decies praevertimus aevo.

& ita in codice Vossiano, quem ipse contuli. & apud Bedam, & Mariang. Accursium. in ed. Vinc. Brix. & Veneta 1487.

Quam nos perpetuo decies pervertimus aevo.

& sic Veneta 1480, nisi quod in illa *pervertsmur*. *perpetuo* hic inproprie dictum de longaevitate observat Grotius ad Martian. Capell. pag. 41. b.

8. *Nymphae Hamadryades*] erit *Nymphae Ha*, dactylus, correpta diphthongo ante vocalem, & nulla synaloepha. VINET.

9. *Haec cohibent fines*] Legitur & *Hi cohibent fines*. VINET. *Haec cohibet fines* Mariang. Accurs. cod. Voss. Beda, & editio Tornaesiana Ausonii. *Hae cohibent fines* Aldus.

10. *Cetera secreti*] vitiose *secreta* in ed. Vinc. Brix. & Venetis.

11. *Tempora quae Stilpon volvat, quae secula Phaenon*] *Stilo involvat* Voss. cod. & *Phaeton*. Mariangelus Accursius edidit,

Tempora quae Stilbon volvat, quae saecula Phaeton.

Reliqua ab hoc versu usque ad finem carminis non habent Beda & Aldus. neque vetustae Catalect. Virg. editiones; sed absolvunt Epigramma illo versu *Cetera secreti* &c. quod & firmare videntur verba Plinii. ubi post vivacia ex Hesiodo animalia memorata etiam desinit in *Phoenice* & *Nymphis*. in quibus etiam finitur Hesiodi fragmentum. In veteri tamen codice Ausonii Lugdunensi ceteris adjungi notavit Pithoeus in exemplari editionis suae, quod in Regia Bibliotheca Parisiis servatur.

11. *quae secula Phaeton*] τρισύλλαβον quidem *Phaëthon* in δισύλλαβον *Phaethon*, per συνεκφώνησιν, συναίρεσιν, συναλοιφὴν cogi posse scio, sic ut fecit Varro Publius apud Quinctilianum Lib. I. & Victorinum:

Quum te flagranti dejectum fulmine Phaethon.

sed φαέθων apud Aristotelem de Mundo, & Ciceronem secundo de Natura Deorum, & Plutarchum secundo de Placitis Philosophorum *stella Jovis* est, quam cur hoc loco bis nominaret Ausonius? *Phaenon* itaque pro *Phaeton* omnium veterum novorumque codicum legi debet tum hic, tum in epistola septima Ausonii, qui φαίνων (est & hoc participium a φαίνω, *luceo*, & *splendeo*) *Saturni stella* est apud eosdem Aristotelem, Ciceronem, Plutarchum, Cleomedem, cursum suum triginta fere annis conficiens. VINET.

12. *Quos Pyrois habet, quos Jupiter igne benigno Circuitus*] *quod* cod. Voss. leg. *quot*.

17. *Qualia dispositi*] sic correxi. male *Quali* in utraque Pithoei editione. *dispositum mundum* forte dixit ex imitatione Ovidii Lib. I. Met. 32.

Sic ubi dispositam, quisquis fuit ille Deorum,
Congeriem secuit.

ubi *compositam* ex uno codice Regio producit Patruus, & ad certum ordinem atque ornatum mundi refert. sed alterum vindicat etiam Claudian. I. in Rufin. 4.

Nam cum dispositi quaesissem foedera mundi.

CXLII.

CXLIII.

DE VOCIBVS AVIVM ET QVADRVPEDVM.

Scribere me voces avium Philomela coëgit,
Quae cantu cunctas exsuperat volucres.

Nam

CXLIII. DE VOCIBVS ANIMALIVM] Ex membranis antiquis produxit hoc carmen Andr. Schottus Lib. II. Observ. cap. 52. pag. 101. diversum multis in locis, ac olim editum fuerat. initio enim variato reliqua sunt ex Elegia, de Philomela vulgo inscripta, & Ovidio perperam adtributa in utraque ejus editione Aldina an. 1502 & 1515. quas secutae sunt Parisina Colinaei, Gryphiana Lugdunensis, Bersmanni Lipsiensis, aliaeque, quae pseudepigrapha Ovidii continent. Sed in iis longe aliud initium est, quam habetur apud Schottum, octo his versibus constans:

Dulcis Amica veni, noctis solatia praestans,
Inter aves etenim nulla tibi similis.
Tu, Philomela, potes vocum discrimina mille,
Mille potes variis ipsa referre modos.
Nam quamvis aliae volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis aequiparare tuis.
Insuper est avium spaciis garrire diurnis,
Tu cantare simul nocte dieque potes.
Parrus enim quamvis & seqq.

& sic incipit haec Elegia in cod. Leidensi, in quo v. 4. *Mille vales varios tuta referre modos.* & v. 6. *Nulla potest modulos aequiparare tuos.* hinc in iisdem editionibus praefigitur titulus DE PHILOMELA ELEGIA, quem mutavi, & DE VOCIBVS AVIVM ET QVADRVPEDVM inscripsi, quia ex Schotto exhibui. sic enim ipse Auctor hujus carminis jubebat. in initio quippe dicit,

Scribere me voces avium Philomela coëgit.

& post avium voces enumeratas alteram partem inchoat v. 41.

Quadrupedum quoque nunc audi discrimina mille. &c.

auctorem vero Christianum esse ex fine colligit Schottus. & sic in Thesauro L. L. Fabriano in voce *clangere* de hac Elegia notatur: *Vetus i'ëta Carmine de Philomela, quod male Ovidio tribuitur, quippe cujus Auctorem ex fine Poëmatis Christianum fuisse constat.* sed quod tamen incertum esse patebit ex notis ad v. 63. Operae pretium existimavi Elegiam hanc hoc loco producere, quia argumentum illud de *Animalium vocibus* plurimi viri docti certatim scriptis suis illustrarunt, vel de eo Dissertationes promiserunt, quas desideramus. id agitasse Erythraeum, patet ex ejus Indice Virgiliano in *vocisque resultat imago.* sed praesertim If. Casaubonum, qui se Diatriben de vocibus Animalium scripsisse testatur ad Hist. Aug. pag. 136. cujus jacturam nonnihil compensare possunt, quae ex Viri summi Adversariis produxit Cel. Jo. Christoph. Wolfius in Casaubonianis pag. 56—63. quibus adjungi possunt quae in medium alii protulerunt. ut Bonciarius in Epistolis suis pag. 72. & seqq. Jo. Mar. Matius Adnotation. cap. 47. qui in alphabeti ordinem singulas voces, ex sono formatas, sed non raro vitiose exhibitas, redegit. Savaro ad Sidon. Apoll. Lib. II. Epist. 2. pag. 119. & 120. quem Sidonii Apollinaris olim a se editi locum ad incudem revocans J. Bapt. Pius in Adnotat. Poster. cap. xx. Tom. I. Facis Criticae Gruteri multa ex Graecis de Animalium vocibus verba collegit; sed plura ex Graecis & Latinis, quibus nonnulla ex codd. MSS. inseruit, Jul. Caes. Bulengerus in libro de Venatione Circi cap. xx. quibus addi merentur, quae dedit Politus ad Eustath. Il. B. pag. 437. & seq. & inter nostrates duo Viri Celeberrimi, quorum primus Valckenarius, ut opes Graeciae in hujus generis vocibus cum paupertate sermonis Latini compararet, quod praesertim in sua Diatribe se fecisse profitetur Casaubonus, ex codice Biblioth. Leidensis membranaceo Zenodoti & alterius Graeci Grammatici Glossarium περὶ φωνῶν ζώων, conferendum cum iis, quae habet Pollux Lib. V. Onomast. c. 13. produxit in Animadv. ad Ammon. Lib. II. cap. 13. quem Zenodotum forte eumdem esse conjici posset, quem memorat Eustathius ad Homeri Il. B. pag. 437. ed. Florent. Politi, ubi de Animalium vocibus eum scripsisse innuit, & Zenodoto Aelium Dionysium adjungit, qui de eodem argumento scripserit. Alter Petrus Bondamius Latini Glossarii de Sonis Animalium inediti loca nonnulla simul cum Epigrammate, mox huic addendo, ex codice Vossiano dedit in Variis suis Lectionibus Lib. II. cap. x. illud vero Glossarium cum aliquando ex eodem Leidensis Bibliothecae codice, in quo Festo adnectebatur, & aliud ei simile ex Adversariis MSS. If. Vossii, mihi descripserim, prius illud Leidense integrum adferre, ab hoc loco alienum non erit, alterum vero ad sequens Epigramma producam, praesertim quia illis adhibitis nonnulla in duobus his Epigrammatibus emendari, vel ex iisdem hae Glossae mutuam opem accipere possunt: Sic igitur Glossarium illud Leidense: AVGVRIA MVLTARVM VOCVM. *Apes ambizant vel bombizant.*

Aqui-

Nam Philomela canit vocum discrimina mille,
Et cantare simul nocte dieque potest.
Parrus enim quamvis per noctem tinnipet omnem,
Vox ejus nulli jure placere potest.

Dulce

Aquilae clangunt. Anseres crincitant vel trinniunt. Aves minuriunt, vel vernicant vel vernant. Accipitres pipant vel pipiunt. Anates teretrissant. Arietes crisitant, vel blatterant. Apri frendunt. Asinae concant vel rugiunt. Arma crepant. Aes tinnit. Ansera profusa bilibit. Boves mugiunt vel reboant. Cornices butant. Cigni desitant. Cicadae fritinniunt. Ciconiae gratulant, vel grotolant, vel critalant. Corvi crocciunt, vel crorrant. Capri miceiunt. Canes baubantur, vel latrant, vel gannitunt. Catuli gratulant. Cervi rugiunt. Citharae sonant. Canis venatica nictit. Elephanti barriunt, vel stridunt. Equi hinniunt, vel gurgulant. Gallinae cacinnant. Galli cantant, vel cucurriunt. Gaitae fringilliunt. Graculi grintiunt. Hirundines trissitant vel trissant. Hienae birritunt. Hedi balant vel bebant. Jupiter tonat, ut falulae fingunt. Infantes vagiunt. Leones fremunt. Linces hircant. Lepores vagitant. Lupi ululant. Littora murmurant. Milvi jugiunt. Meruli zinzilant. Mustelae drindrant. Mures mintriunt vel mintiunt. Noctuae curubiunt. Olores drensitant. Oves balant. Onagri vagillant. Palumbes runtitant. Passeres titiant. Parri tinnipant. Pavi paululant. Perdices cacabant. Pulli perputant. Panthe rae cbaurriunt. Pardi pelitunt. Porcelli grunniunt. Ranae coaxant. Sturni passitant. Sorices dentitant. Serpentes sibilant. Silvae strepunt. Turdi fatitant vel facillant. Tigrides rbaccant. Tubae clangunt. Tauri mugiunt. Vultures pimpant. Venti flant, vel tremunt, vel sibilant. Ursi urgant vel saeviunt. Verres quiritant. Vulpes ejulant. item homines loquuntur, rustici jubilant, & cetera similia. Alia vero ejusmodi Glossaria de Animalium vocibus etiam in Bibliothecis inedita adhuc latent. ut P Lambecius In Lib. II. Comment. de Biblioth. Caes. pag. 951. recenset codicem MS. ex arce Ambrasiana in Biblioth. Caesaream translatum, in quo habetur Glossarium Latinum, cujus titulus est, VOCES VARIAE ANIMANTIVM. illius vero initium quoniam adfert ab his vocibus *Ovis balat, Canis latrat, Lupus ululat, Sus grunnit. Bos mugit. Equus hinnit, Asinus rudit*; non dubito idem esse quod sub eodem titulo in alio Biblioth. Leidensis codice Inveni. adeoque id adjungere non pigebit: VOCES VARIAE ANIMANTIVM. *Ovis bobat.* (forte *balat*) *Canis latrat. Lupus ululat. Sus grunnit Bos mugit. Equus hinnit. Asinus rudit. Ursus saevit. Leo fremit. Elefans barrit. Corvus crocit. Merulus sclingit. Turcus* (lege *Turdus*) *truculat. Anser sclingit*, (forte *gingrit*) *Grus gruit. Milvus lingit.* (f. *lipit.*) *Apis bobit. Turtur gemit. Rana coaxat. Hirundo minurrit. Ignis crepitat. Ferrum stridet. Aes tinnit. Populus strepit. Cursus aquarum murmurat.* & forte conjicere, sed non adfirmare, licet, his glossis simile esse fragmentum ineditum Vocabularii de diversorum Animalium vocibus, quod memorat Salmasius ad Spartiani Getam cap. 5. Boxhornium quoque in notis ad Plauti Menaechm. IV. 2. 90. locum adferre ex fragmento veteris Grammatici Sidonii de vocibus Animalium, monuit Cl. Bondamius in Var. Lect. pag. 241. Forte eadem fuerint ac illa, quae ex *Sindonio* (corrige *Sidonio*) de vocibus Animalium habentur in Ugutionis Vocabulario MS. edita a Cangio in Glossar. med. Lat. I. in *Baulare* Tom. I. pag. 1078. & seq. Conferenda cum his quae leguntur in Papiae Vocabulario, & Salemonis Episcopi Constantiensis Glossario antiquissimo, ante Papiam scripto, in *Vox.* apud quos plurima tamen verba corrupte excusa, ut suis locis notabimus; idque eo magis, quia horum librorum exemplaria rarius obvia non in omnium manibus sunt: & praesertim illud Salemonis, quo nemo fere usus est praeter Goldastum, qui saepe id ad partes vocat in notis ad Dositheum, Isidorum Hispalensem, Valerianum Cimelensem, & Paraeneticos veteres; & quidem eo majore cum adfectu, quia patriae ac gentis consortem habuit hunc Salemonem, ut testatur ad Columbanum pag. 82. meretur etiam de eo legi du Cange in Praefat. Glossar. med. Lat. §. XLII. pag. 41. ejusdemque Salemonis Carmina nonnulla edita sunt a Canisio in Lectionibus Antiqq. Tom. II. P. 3. pag. 239. & seqq. ed. Basnag.

5\. *Parrus enim quamvis per noctem tinnipet omnem*] *quamquam per noctem timpanet* cod. Leid. *tinniret* editio Aldina, ejusque sequaces. *tinniet* profert Gesnerus Tom. II. Hist. Anim. pag. 577. sed *tinnipet* rescripsi. male Schottus edidit *tinnites.* quod mox de merulo sequitur v. 9. *Et merulus modulans sat pulcris tinnitat odis.* ubi *tam pulchris concinit* in ed. Ald. quem sequitur Gesnerus ibid. pag. 543. *conciuat* cod. Leid. sed *tinnipet* firmat Glossarium, in quo *Parri tinnipant.* quam particulam, deleto *vel*, separavi a praecedenti *Passeres titiant*, cum qua male conjungebatur in cod. MS. hoc modo,

Dulce pelora fonat, quam dicunt nomine drofcam,
Sed fugiente die nempe quieta filet.
Et merulus modulans fat pulcris tinnitat odis,
Nocte ruente tamen cantica nulla canit.
Vere calente novos conponit acredula cantus,
Matutinali tempore rurilulans.
Et turdus truculat: fturnus tum pufitat ore:
Sed quod mane canunt, vefpere non recolunt.
Cacabat hinc perdix, hinc graccitat inprobus anfer;
Et caftus turtur, atque columba gemunt.

Plau-

modo, *Pafferes titiant vel parri tinnipant.* apud Marium Matium *Tinnare*, *Pari avis.* rectius fcripfiffet *Tinnipare*, *parri avis.* hinc in Epigr. feq. legendum *Zinzilat*, *& laetis parrus nunc tinnipat arvis.* ubi male in cod. Voff. *parvis* pro *parrus.* ut monuit etiam Cl. Bondamius pag. 246. fed & *latis arvis* pro *laetis* ibidem corrigendum. Quod autem *zinzilare* illic etiam de parro, de merulis eft in Gloffario, *Meruli zinzilant.* corrupte apud Papiam in Vocabulario *Merulas frindire vel zinciare.* & in Salemonis Gloffario *Meeulas firindire vel finziare.* feq. verfu pro *Vox ejus nulli*, in cod. Leid. *Sed fua vox nulli.* in ed. Ald. aliifque *At fua vox.*

7. *Dulce pelora fonat, quam dicunt nomine drofcam*] Legendum *parala* & *droftam.* fi recte apud Matium *Parala*, *Droftae avis.* *palara* ed. Ald. & *droftam.* In cod. Leid. *dicunt quam nomine clofam.* adfert hunc verfum ex Auctore Philomelae Martinius in Lexico fuo in *turdus* pag. 783. & Carpentier in Gloffar. Nov. ad Script. Med. aevi Tom. II. pag. 156. apud quem, nefcio ex qua editione, *quam dicunt nomine dorofcam.* & conjicit *drofcam* fcribendum, ut metrum poftulat. verf. feq. *illa quieta* in cod. Leid.

10. *cantica nulla canit*] *carmina* ed. Ald.

11. *Vere calente novos componit acredula cantus, Matutinali tempore ruriculans*] *Vere calente* praetuli ex ed. Aldina, aliifque; pro *Voce calente*, ut edidit Schottus, quam lectionem cum tamen reperit in membranis antiquiffimis, ex quibus edidit, poffet forte inde formari *Voce inftante*, & in minore verfu *rure ululans?* nam acredula *trifte canit*, feu ululat. *tunc mitilans* in ed. Ald. *tunc rutilans* in cod. Leid. Utraque conjectura nititur illis verfibus apud Cic. Lib. I. de Div. cap. 8.

Saepe etiam pertrifte canit de pectore carmen,
Et matutinis acredula vocibus inftat.
Vocibus inftat, & affiduas jacit ore querelas,
Cum primum gelidos rores aurora remittit.

vide Voffium in Etymolog. in *acredula.* apud Matium *Mutilare*, *acredularum.* quod autem *matutinali tempore* cantare dicitur *acredula*, pro quo male *Autumnali* in cod. Leidenfi, eo refer verfum ex Ciceronis Prognofticis, quem adfert Ifidorus Lib. XII. Orig. 7.

Et matutinos exercet acredula cantus.

ubi eamdem lufciniae facit Ifidorus, fed Grotius ad Arati Diofem. pag. 20. & ad Cicer. Fragm. pag. 82. putat acredulam non lufciniam, fed ululam effe. fed vide Gefner. Tom. II. Hift. Anim. pag. 67.

13. *Et turdus truculat*] fic in Gloffis Voffianis, *Turdus truculat.* non *turculat*, ut hoc loco legitur in cod. Leid. vel *trutilat*, ut in ed. Ald. & apud Marium Matium *Trutilare*, *turdorum.* fed in Gloffario Leidenfi *Turdi facitant vel facillant.* ubi leg. *faccilant.* ut in Epigr. feq. *Faccilat hic volitans turdus.* Papias in Vocabulario: *Turdas cucillare vel facilare vel foccitare.* in Salemonis Gloffario: *Turdos trucilare vel fociare.* pro quo in Excerptis ex Ugutionis Vocabulario *Trucilare vel foccitare turdorum.* vid. Cangium T. VI. pag. 1319. dein hoc in verfu emenda, *fturnus tum parfitat ore.* ita enim in Gloffis, *Sturni perfitant.* vel *Pifitat.* ut in ed. Ald. & apud Benciarium. quam lectionem fequitur etiam Gefnerus pag. 677. *pulfitat* in cod. Leid. in Salemonis & Papiae Vocabulariis *Sturnos pffitare.* & in Excerptis ex Ugutione *Paffitare fturnorum.*

14. *Sed quod mane canunt, vefpere non recolunt*] vitiofe in cod. Leid.

Sed quod mane cantat vefpere non retulit.

15. *Cacabat hinc perdix, hinc graccitat introbus anfer*] corrupte in cod. Leid. *Racitat hinc perdix, cigracitat improbus anfer.* fed cum Schotto faciunt Aldina & ceterae editiones. Poffet etiam legi *Hinc cacabat perdix.* prima correpta. ut in Epigr.

feq.

Plausitat arborea resonans de fronde palumbes;
In fluviisque natans ore tritinnit anas.
Martia grus gruit, ast cycni prope flumina drensant;
Accipiter pipat, milvus hiansque lipit.
Cucurrire solet gallus, gallina cacillat;
Pululat at pavo, trissat hirundo vaga.

Clan-

seq. *Interea perdix cacabat, nidumque revisit.* in Glossario Leidensi, *Perdices cacabant.* & sic apud Papiam & Matium *Cacabare, perdicum. calcabare* vitiose in Salemonis Glossario. vel scribendum *Caccabat hinc perdix,* quia κακκαβάζειν vel κακκαβίζειν Graecis. vid. Jungerm. & alios ad Polluc. V. 13. §. 48. & Valkenarium ad Ammon. pag. 229. & sic Politus ad Eustath. qui & alia de hac voce animadvertit. sed plura Gesnerus in Hist. Anim. Tom. II. pag. 607 & 608.

hinc graccitat inprobus anser] *gratitat* ed. Ald. & ita in aliis legi patet ex notis Gonsalli ad Petron. cap. 136. fin. ubi observat Auctori Philomelae stridorem anserum exprimi verbo *gratitare*, quod *gingrire* Festo dicitur, unde in Glossario pro *Anseres crinciunt* corrigendum *gingriunt.* & hinc *Anserum gingritus* ex Arnobio notat Casaubonus pag. 56. vitiose apud Papiam *Anseres griare vel sclingere.* nec melius apud Salemonem *Anseres glicire vel sclingere.* quod ultimum etiam legitur in Ugutionis Excerptis. *trinnire* de ansere in seq. Epigr. *trinnit tunc inprobus anser.* nisi forte illic *gingrit* legendum. Sed *graccitat* hic non mutandum. vide Cl. Bondamium Lib. II. Var. Lect. cap. 13. pag. 306. ubi γεγκάζειν in Polluce de hac avi corrigendum notat pro πιππάζειν. male igitur apud Matium *glacitare, anserum.* & paullo post *Gratitare & grinnire anserum*, pro *graccitare* & *gingrire*. *gratitare* apud Bonciarium. *clangere* etiam & *strepere* de anseribus dici notat Savaro ad Sidon. pag. 119.

17. *Plausitat arborea resonans de fronde palumbes*] In Leidensi Glossario *Palumbes runtitrant.* In Vossianis Glossis, *Palumbes runcitrant.* Spartiano *Palumbes minurriunt.* apud Matium tamen *plausitare, palumbium.* corrige Papiae Vocabularium & Salemonem, apud quos male *Palumbes paucitare* pro *plausitare.* in ed. Ald. *Plausitat arborea clamans de fronde palumbes.*

19. *tritinnit anas*] lege *tetrinit.* ut in ed. Ald. unde apud Matium *Tetrinire, Anatum.* Papias: *Anates tetrilitare.* an forte pro *tetrinitare?* apud Salemonem, *Anates terissitare.* apud Ugutionem *tetrissare, anatum.* In Glossario Leidensi *Anates teretrissint.* In Vossiano *teretrissitant.* Quod addat auctor *In fluviisque natans*, forte respicit ad etymologiam vocis, quam habet Isidorus Lib. XII. Orig. cap. 7: *Anas ab assiduitate natandi aptum nomen accepit.*

19. *Martia grus gruit*] Aldus edidit *Grus gruit, inque glomis Cycni prope flumina drensant.* huc refer illud Isidori Lib. XII. Orig. 7. *Grues de propria voce nomen sumpserunt. tali enim sono susurrant.* Festus: *Gruere dicuntur grues, ut sues grunire, unde tractum est congruere, hoc est convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est.*

Cycni prope flumina drensant] apud Matium & Bonciarium in Epist. pag. 72. *Drensare, cycnorum.* Glossarium Leid. *olores drensitant.* unde in eodem Glossario ad lit. C. ubi legitur *Cigni desitant*, corrigendum est *drensant*, vel *drensitant.* apud Ugutionem *drensare, olorum.* Papias: *olores drensare, grues gruere* dicuntur. aliter etiam *clangere* de cycnis. vide Savaron. ad Sidon. pag. 119.

20. *Accipiter pipat, milvus hiansque lipit*] sic Aldus & Schottus. utrumque verbum de accipitri & milvo etiam agnoscit Bonciarius in Epist. pag. 72. & Matius, apud quos *Pipare, accipitrum, Lipire milvorum.* in Ugutionis Excerptis etiam *Pipitare, accipitrum.* Sed scribendum forte *Accipiter piplat.* sic enim in Glossar. *Accipitres pipant* vel *pipiunt.* Epigr. seq. *Accipitres pipiunt.* apud Papiam *Accipitres pipiare.* in Salemonis Glossario corrupte *plipiare.* deinde pro *lipit* emendandum *jugit.* nam in Glossis supra editis, *Milvi jugiunt.* & sic Bondamius pag. 247. sed in Glossis MSS. Vossianis: *Milvi lugiunt*, vel *jugilant* (scrib. *jugiunt*) *vel ruriunt.* apud Papiam in Vocabulario: *Milvos lupire vel iniere.* ubi emendandum *lipire vel jugire.* & in Salemonis Glossario, ubi male *Milvos lupire vel vigere.*

21. *Cucurrire solet Gallus, gallina cacillat*] In Glossis *Galli cantant vel cucurriunt.* & sic apud Papiam & Salemonem. apud Matium *Cucurrire, Gallorum.* Gallinae autem hic dicuntur *cacillare*, ut Epigr. seq. *Fraccilat hic volitans turdus, gallina cacillat.* Aldus edidit *gracillat.* unde apud Matium *Gracillare, gallinarum, cum cantant.* in Glossis Vossianis *Gallinae cracinnunt.* ubi *gracillant* forte corrigendum. corrupte apud Ugutionem *crispire Gallinae.* Festo *Glocire*, vel *glustire*, & *glocitare, gallinarum proprium est, cum ovis incubiturae sunt.* quod autem Latinis *cucurrire* de Gallia

Clangunt porro aquilae; vultur pulpare probatur,
Et crocitat corvus, fringulit & graculus.

25. Glocto-

lis dicitur, id Graecis κοκκύζειν est. vid. Casauboniana pag. 60. & Valcken. ad Ammon. pag. 230.

22. *Pululat at pavo*] *pupillat pavo* ed. Ald. Scribe *Paululat at pavo*. ut in Glossis Leidensibus & Vossianis, *Pavi paululant*. vitiose apud Papiam, Ugutionem, & Salemonem *paupulare*. prave etiam Matius, corruptam Aldi lectionem secutus, *Pupillare*, *pavonum*, pro *Paululare*, quod melius sonum vocis pavonum exprimit, & convenit Isidoro Lib. XII. Orig. cap. 7. *Pavo nomen de sono vocis habet*. ex quo Papias in Vocabulario: *Pavo*, *onis*, *avis oculatus*. *nomen de sono vocis habet*: *cujus caro tam dura est*: *ut putredinem vix sentiat*. quae eadem etiam leguntur in Salemonis Glossario.

trissat hirundo vaga] sic & in Epigr: seq. *tignis mihi trissat hirundo*. vide Bondamium pag. 247. sed alii scribunt *trinsat*. ut hic edidit Aldus. unde in Glossario emendandum esset, *Hirundines trinsitant vel trinsant*. non *trissitant*. *vel trissant*. sic apud Papiam *hirundines minurrire vel tritissare*. forte pro *trissitare*. vide Bosium ad Cic. IX. ad Att. 18. pag. 105. & Casauboniana pag. 60. τετριγίζειν vel ψιθυρίζειν Graecis. de quo Seber. ad Pollic. V. 13. §. 47. Scalig. ad Varron. p. 156. Gesner. Tom. II. p. 493. & Valcken. ad Ammon. p. 231. male apud Matium *Trisare*, *hirundinum*. vitio typorum procul dubio. nam ipse scripsit *Trissare*. quia *trinsat* in ed. Aldina, quam passim sequitur. Posset etiam scribi, *Trusare*. ut χελιδὼν τρύζει ex Arriano enotavit Casaub. & ἐπιτρύζει ex Epigr. Graeco Valckenarius. etiam *fritinnire* de hirundinibus dicitur. de quo verbo vide quae notavi ad Tom. I. pag. 604. & *minurrire* de hirundinibus occurrere ostendit Sirmond. ad Sidon. Apoll. pag. 29. & Savaro pag. 120. quod firmant Glossae Vossianae, in quibus *Hirundo minurrit*. & Salemonis Glossarium, in quo *Hirundines minurrire*. sed Joh. Bapt. Piua in Adnot. Poster. c. xx. pag. 416. in illo Sidonii Apollinaris loco non *prognen minurientem*, sive hirundinem, sed *palumbem* potius legendum censet, cui hoc verbum magis proprium. quamquam & aliis minoribus avibus commune sit. hinc in Excerptis ex Ugutionis Vocabulario apud Cangium Tom. I. pag. 1079. *Hirundinum fritinire*, (leg. *fritinnire*) *vel minurrire*: *dicunt tamen quod minurrire est omnium minutissimarum aviculorum*.

23. *Clangunt porro aquilae*] *Dum clangunt aquilae* Aldus. sic in Glossis *Aquilae clangunt*. & apud Papiam & Salemonem. κλάζειν de iisdem apud Polluc. Lib. V. 13. Segm. 89. & κλαγγάζειν. vid. Valcken. ad Ammon. pag. 228. sed & *clangere* de anseribus & cycnis dici notat Savaro ad Sidon. pag. 119.

vultur pulpare probatur] sic Aldus. unde recte apud Matium *Pulpare*, *vulturum*. emenda Glossarium, in quo *Vultures pionpant*. & Papiam, cui vultures *pulpulare* dicuntur. in Salemonis Glossario & apud Ugutionem bene etiam *Vultures pulpare*.

24. *Et crocitat corvus*] in Glossario utroque *Corvi crocciunt*, *vel croccant*: lege *crocitant*. apud Papiam *corvos cruxare* (scribend. *croccare*) *vel crocitare*. in Salemonis Glossario: *Corvos craxare vel crocitare*. quod ultimum etiam in Ugutionis Excerptis apud Cangium. Plautus Aulul. 4. 3. 2. *Non temere est*, *quod corvus cantat mihi nunc ab laeva manu*, *Simul radebat pedibus terram*, *& voce crocibat sua*. ut adfert Nonius Marcellus, pag. 45. ed. Merc. ubi *groccibat* in cod. Voss. & sic apud Plautum exhibent duo codices Bibliothecae Leidensis, quorum alter Vossianus olim Petavii fuit. idem Nonius pag. 455. *Quum sit* grocire *corvorum*, *Plautus in Aulularia* cantare *eos dixit*; *Non temere est quod corvus cantat nunc mihi ab laeva manu*. ubi omittitur sequens Plauti versus, in quo *crocire* de corvo. recte igitur *crocare*, *crocire*, & *crocitare* corvorum esse notavit Marius Matius. Isidorus Lib. XII. Orig. cap. 7. *Corvus sive corax nomen a sono gutturis habet*, *quod voce corncinet*. ubi forte emendandum *crocitet*. hinc *crocatio* de corvorum voce. Festus: *crocatio corvorum vocis appellatio*. Excerpta Pithoeana: *Crocat*, *crocerat*. forte emendandum, *Crocat*, *crocitat*. adde Gesnerum Tom. II. Hist. Anim. pag. 296. sed de corvis *crepitare* dixit Avienus in Arateis Prognost. v. 1742.

—— tum proprium modulatur Noctua carmen,
Tum vespertinum cornix longaeva resultat,
Tum corvi crepitant, & ovantes gutture rauco
Agmina crebra vocant.

an forte & illic *crocitant* substituendum? *ovantes* autem, non *ovantia*, melius legi in MS. notat Grotius. quod firmatur ab editione Victoris Pisani Veneta an. 1488. Graecis λαρυγγίζειν corvos dici, & κλαγγὴν de iis proprium esse, notat Casaubonos pag. 58.

24. *fringulit & graculus*] sic & Papias in Vocabulario *graculos fringulire vel grincire*, pro quo corrupte in Salemonis Glossario *Graculos firingulire*. in Glossario Leidensi *Graculi grintiunt*. in Glossis Vossianis *Gaivae fringilliunt*. *Graculi grintiunt*. ubi *Gaivae* corruptum pro *Graculae*. forte tamen

Gloſtorat inmenso de turre ciconia rostro,
Pessimus at passer solstitia recolit.
Psittacus humanas depromit voce loquelas,
Atque suo domino χαῖρε sonat, vel ave.

Pica

tamen hic legendum *fringutit.* quod a fringilla avi. vide Varronem Lib. VI. pag. 82. & Festum. ubi *friguttire* de fringilla. lege de hoc verbo Hier. Columnam ad Ennium pag. 288. ed. Hess. qui *fringutit* de anu subtiliter adgarriente recte legit apud Fulgent. in Exp. Serm. Ant. pag. 563 ed. Merc. & locum Ennii ex *Alcestide* (non *Celestide*, ut male editur) bene constituit; non *frigutit.* ut est in loco Plauti apud Nonium pag. 7. & 308. Aldus vero hic edidit *graculus at frigulat.* quod prave secutus est Matius, apud quem *Frigulare*, *graculorum.*

25. *Glottorat inmenso de turre ciconia rostro*] *Glotorat* Aldus. unde apud Matium, qui ejus editionem sequitur, *Glotorare*, *Ciconiarum.* sed *Glottorat* etiam in Epigr. seq. *longoque Ciconia collo Glottorat.* In Glossis Leidensibus supra editis *Ciconiae gratulant vel grotolant vel critalant.* in Glossis Vossianis: *Ciconiae gratulantur vel cocclant vel critolant.* Papiae Ciconiae *crotolare*, Salemoni *glottorare* dicuntur. aliis *glotorare.* vide Gesner. Tom. II. Hist. Anim. pag. 231. & Cangii Glossar. Tom. III. pag. 913. vitiose in Excerptis Ugutionis *glottolare Ciconiarum.* hinc Isidorus Lib. XII. c. 7. *Ciconiae vocatae a sono, quo crepitant, quasi cicaniae, quem sonum oris potius esse constat quam vocis, quia eum quatiente rostro faciunt.* ubi *crepitare* dicitur de ciconiis, ut Ovidio VI. Met. 97.

Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro,

26. *Pessimus at passer solstitia recolit*] sic edidit Schottus. Sed quo sensu passer *solstitia recolere* dicatur, non capio. in Aldina, Colinaei, aliisque, *Pessimus at passer tristia flendo pipit.* ut adfert etiam Gesnerus Tom. II. pag. 582. ex vestigiis autem lectionis illius, quam in vetustis membranis reperit Schottus, *sols titia re colit*, castigandum opinor,

Pessimus ut passer, sic titiare solet.

ut ex hac scriptura eliciamus verbum *titiare* passeribus proprium. Glossarium Leidense. *Passeres titiant.* male apud Papiam *Passeres triciare.* & vitiosius in Ugutionis Excerptis, *Cinciare passerum.* recte apud Salemonem *Passerés titiare.* & in Glossis Vossianis, *Passeres titiant vel tinnipant.* vide ad Epigr. seq. v. 4.

27. *Psittacus humanas depromit voce loquelas,*

Atque suo domino χαῖρε sonat, vel ave] in ed. Aldini *Atque suo domino χαῖρε valeque sonat.* sed Schottum secutus sum. Respicit ad notissimam Psittaci salutationem Caesari Augusto praetereunti χαῖρε & *ave Caesar* dicentis. qua de re corruptum est Isidori Glossarium pag. 684. ed. Vulc. ubi legitur: *Kaere Caesar, amicos.* Is. Vossius corrigebat, χαῖρε, *Caesar ad Amicos.* sed emendandum χαῖρε, *Caesar, ave Caesar.* quae scriptura inhaeret corruptae voci *amicos.* nam *ave* est in *ami* & *Caes* obliteratum est in *cos.* Martialis Lib. XIV. Ep. 71.

Psittacus a vobis aliorum nomina discam;
Hic per me didici dicere, Caesar ave.

hinc Statio Lib. II. Sylv. 4. 29. psittacus dicitur,

Ille salutator Regum, nomenque locutus
Caesareum.

notum illud Persii in Prologo:

Quis expedivit psittaco suum χαῖρε,
Picasque docuit verba nostra conari?

ubi vid. Casaub. pag. 22. ad illum Martialis locum P. Scriverius in notis MSS. quae praeter editas habentur in Biblioth. Leidensi, eodem modo Glossarii locum emendabat *chaire* (χαῖρε) *Caesar, ave Caesar.* notabatque Goldastum ex mendosa voce *amicos* legere χαῖρε *Caesar, a psittaco*, sed quod nimium recedit a vulgata scriptura. vide notas ad Petron. cap. 28. in fine: & quae habet Andr. Querneus rarissimo Egregiorum libello cap. VI. pag. 35. Lucilius apud Cicer. Lib. I. de Finib. cap. 3.

χαῖρε, *inquam, Tite, lictores turma omnis cohorsque*
χαῖρε, *Tite* ubi vide Davisium.

corruptissimus est Josephi Iscani locus Lib. VI. de Bel. Troj. 385.

——— *cavat Ardea rostro*
Marmoreum fossore solum, luscinia planat,
Psittacus inscribit apices, *Philomela precatur,*
Plangit Olor, Turtur tinnit.

quid absurdius lectione illa de psittaco *inscribit apices*? in qua nec sensus nec metrum constat. Emendandum suspicor,

Psittacus inquit ave; sic & *Philomela precatur.*

In voce *apices* latere *ave sic &* facile videbunt illi, qui menda vitiatae scripturae ex literarum apicibus rimari norunt. possis etiam *infit.* pro *inquit.* certe *inscribit apices* inquinatissimum est. Isidorus Lib. XII. Orig. cap. 7. de Psittaco: *articulata verba exprimit, ita ut si eam non videris, hominem loqui putes. Ex natura autem salutat, dicens ave, vel* χαῖρε. adfertque in loco Martialis *Hoc didici per me dicere, Caesar ave.* quod alteri lectioni praeferendum videtur, & a codice Isidori Groningano illic firmatur.

29. Pica

Pica loquax varias concinnat gutture voces,
Scurrili ſtrepitu quidquid & audit, ait.
Et cuculi cuculant, & rauca cicada fritinnit,
Bombilat ore legens munera mellis apis.
Bubilat horrendum ferali murmure bubo,
Humano generi triſtia fata ferens.
Strix nocturna ſonans & veſpertilio ſtridunt;
Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Aſt

29 *Pica loquax varias concinnat gutture voces*] *modulatur* in ed. Aldina. ſed recte *concinnat voces varias*, id eſt articulatim certa quadam elegantia & multa arte conponit & effert. unde apud Martial. in Apophor. Ep. 74.

Pica loquax certa dominum te voce ſaluto.

de hoc verbo *concinnare* vide Patrui mei Comment. ad Phaedrum Lib. II. fab. 4. 25. ſequente verſu *Scurriliter ſtrepitu* male edidit Aldus.

31. *Et cuculi cuculant, & rauca cicada fritinnit*] *fritinit rauca cicada* Aldus. illud *cuculare* de cuculo, ut *ululare* de ulula, *gruere*, de grue, & ſim. referenda ſunt inter verba ὀνοματοποιητα ἐγόμενα, ut pleraque. de quibus Varro Lib. IV. de L. L. pag. 21. *De his pleraque a ſuis vocibus, ut haec, Upupa, Cuculus, Corvi, Hirundo, Ulula, Bubo, item haec, Pavo, Anſer, Gallina, Columba.* & Iſidorus Lib. XII. Orig. cap. 7. *Avium nomina multa a ſono vocis conſtat eſſe compoſita; ut grus & corvus, cygnus, pavo, miluus, ulula, cuculus, graculus, & cetera. Varietas enim vocis eorum docuit homines, quid nominarentur.* ubi pro *pavo* in cod. Groning. ſubſtituitur *bubo*. & *garrulus graculus*. forte illic utrumque *bubo*, *pavo*, ſcripſerit auctor. nam *bubulare* bubonum, *paululare*, pavonum eſt. ut ſupra notatum ad v. 22. & 33. plura de his vide in Caſaubonianis pag. 63. *fritinnire* de cicadis eſt etiam in Gloſſario Salemonis, & apud Papiam, ubi *fritunire* editur. *fritinnire* de iiſdem in Excerptis ex Ugutione apud Cangium. quod aliter etiam hirundinibus datur. Gr. τερετίζειν & τιττίζειν. vide Matium. & hinc τέττιξ cicada. ſic τέττιγας τερετίζειν dicit Pollux Lib. V. 13. §. 89. apud quem praecedit etiam κοκκύζειν, ſeu *cuculare*, de cuculis. etiam *concrepare* de cicadis dici, videbis apud Savaron. ad Sidon. pag. 119.

32. *Bombilat ore legens munera mellis apis*] Corrigendum itaque in Gloſſis *Apes bombizant vel bombilant*. non *ambizant vel bombizant*. nam *bombilare* vel *bombinare* de apibus proprium verbum eſt. vide Grotii notas ad Martian. Capell. in fine. apud Matium *Bombilare*, *apum*. In Papiae Vocabulario: *Apes bombillare vel bovire.* corrige *vel bombire*. corruptius in Salemonis Gloſſario, *Apes bobire vel bonlbiliare*. pro *bombire vel bombilare*. vid. Cangii Gloſſar. Tom. I. pag. 1079. hinc βομβεῖν, βομβεύειν, & βομβίζειν, Graecis. Pollux Lib. I. cap. ult. ubi de apibus: ὁ δὲ ἦχος, βόμβος. καὶ βομβεῖν, τὸ ἠχεῖν. poſſet etiam ſcribi *Bombitat* unde *Bombitatio eſt ſonus apum*, teſte Feſto, *ab ipſo ſonitu dictus. ſicut mugitus boum, hinnitus equorum.* & ſic hoc in verſu corrigendum cenſet Giſanius ad Lucret. pag. 392. *ſtridorem* vocat Virg. VII. Aen. 65.

Hujus apes ſummum denſae (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans aethera vectae,
Obſedere apicem.

hinc *bombum* de apibus dicit Varro Lib. III. de R. R. cap. 16. *Eximendorum favorum ſignum ſumunt ex ipſis, cum plenas alvos habent, & cum illos geminaverint, ex apibus conjecturam capiunt. ſi intus faciunt bombum.* vide Cl. Goenſium ad Porphyr. pag. 108.

33. *Bubilat horrendum ferali murmure bubo*] ſcribe *Bubulat*. ſic enim recte in ed. Ald. & apud Matium *Bubulare*, *bubonum*. hoc eſt quod Graeci βύζειν dicunt, vel βύζειν. unde βύας, bubo. vide Politum ad Euſtath. pag. 438. b. hinc Iſidorus Lib. XII. cap. 7. *Bubo a ſono vocis compoſitum nomen habet, avis feralis.* reſpicit autem hic auctor ad illud Virgilii IV. Aen. 462.

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Saepe queri, & longas in fletum ducere voces.

ubi forſan noſtrum in ſuis codicibus reperiſſe *ferali murmure* ex imitatione conjicere liceret. *carmine* hoc in loco edidit Aldus. vide & Geſner. Tom. II. Hiſt. Anim. pag. 211.

35. *Strix nocturna ſonans & veſpertilio ſtridunt*] notum illud Ovidii Lib. VI. Faſt. 140.

Eſt illis ſtrigibus nomen: ſed nominis hujus
Cauſſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.

ubi Heinſius *horrenda voce*. ſed vulgatum hic locus vindicat. quomodo etiam *ſtrix nocturna* apud Horat. Epod. V. 20. & in loco Lucani, quem

adfert

Ast ululant ululae, lugubri voce canentes,
Inque paludiferis butio buttit aquis.
Regulus atque merops, & rubro pectore Progne,
Consimili modulo tintinulare sciunt.

Qua-

adfert Isidorus Lib. XII. c. 7. *Strix nocturna avis habens nomen de sono vocis. Quando enim clamat, stridet. de qua Lucanus* (Lib. VI. 689.)

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur,
Quod strident ululantque ferae.

Statius Lib. I. Theb. 599. de strige:

——— *aeternum stridens a vertice surgit.*

de vespertilione etiam *stridere* eodem capite Isidorus; *Vespertilio pro tempore nomen accepit, eo quod lucem fugiens crepusculo vespertino circumvolat, non tam voce resonans quam stridore.* aliter de sono vespertilionum *Trire* & Graecis τρίζειν dici, videbis apud Bondamium pag. 242.

36. *Noctua lucifuga cucubat in tenebris*] sic Aldus & Schottus. *tutubat* Boxhornius ad Plauti Menaechm. IV. 2. 90. adfertque ex inedito illo veteris Grammatici Sidonii fragmento de vocibus animantium, *Noctua tutubat.* ut corrigit pro *cucubat. tutubare* vero de noctua proprie dici, colligit ex illo Plauti loco, ubi *Tu tu istic, inquam; vin' afferri noctuam, Quae tu tu usque dicat tibi.* & hinc τυτώ, ἡ γλαὺξ apud Hesychium. Pollux Lib. V. cap. 13. §. 60. γλαῦκας τύζειν dicit. ubi rectius alii videntur praeferre κικκαβάζειν. Sed Alex. Politus operosa digressione de proprio noctuae vocabulo praefert hoc in versu *cucubat* vel *ciccubat*, quia κικκαβάζειν apud Graecos de noctua, quae & ipsa κικκαβὰ, & hinc κικκαβαῦ, apud Aristophanem in Avibus, esse imitationem vocis noctuarum. recte igitur κικκαβάζειν de noctuis, pro κακκαβάζειν, in Zenodoti Glossario praetulit Cel. Valkenarius ad Ammon. pag. 229. Concedit tamen Politus, plura verba, ut & in aliis obtinet avibus, noctuae data esse pro diversitate soni, ut *tutubare, cucubare, cocobare, cicumare,* & sim. proprium tamen verbum, quod eam ab aliis avibus distinguat, esse *cicubare* vel *ciccabare,* quia κικκαβὰ Graecis dicitur. Eum vide. Castigandum igitur in Glossario ad initium hujus Carminis edito, *Noctuae cucubant.* pro *cucubiunt,* licet apud Papiam quoque *noctuas cucubire* legatur, & vitiose apud Salemonem *Noctuas caccabare,* nec melius in Excerptis ex Ugutione apud Cangium. *caccubire, noctuarum. lucifuga* autem *noctua* hic dicitur, ut apud Serv. ad Virg. I. G. 403. *Noctua est avis lucifuga, quae significat pluviam, si cecinerit post Solis occasum.* Isidorus Lib. XII. Orig. cap. 7. *Nycticorax* (in cod. Groning. *Nocticorax*) *ipsa est noctua, quia noctem amat. Est enim avis lucifuga, & solem videre non patitur.* Glossarium MS. Biblioth. Leidensis: *Noctua dicitur eo quod nocte circumvolitet, eadem & Nocticorax avis lucifuga.* ex quo loco emendandum aliud Glossarium ineditum in SS. Biblia, ejusdem Bibliothecae: *Nicticorax, noctua. multi bubonem esse affirmant. alii autem nocturnum corvum. Nucti enim Graece nox. & corax corvus dicitur.* ex ipso enim hoc glossemate patet scribendum *Nucticorax,* vel *Nocticorax.* Glossae MSS. Isaci Vossii *Alucus, bubo,* νυκτικόραξ. quae firmant Vossii ipsius emendationem, qua in notis ad Catull. pag. 90. ex Philoxeni Glossis, in quibus Νυκτικόραξ, *alucus, bubo,* apud Servium ad Virgil. Ecl. VIII. legendum censet; *Ululae aves, quas vulgo alucos vocant.* non *ulucos,* ut editur in vulgatis. Isidorus in Glossis *Cecua & cecuma noctua.* quasi *caeca.* ubi G. J. Vossium *cicca'a* vel *ciccula* corrigentem refutat Politus ad Eustath. pag. 438. *cerua* in aliis edd. unde Meursius in notis MSS. ad Isidor. *corvus, noctua,* legendum adscripserat, ut intelligat νυκτικόρακα. sed perperam. *Cicuma,* a κικυμὶς, vel *Caecula,* a κικκαβὴ, legit Graevius in notis pag. 15. plura apud Gesner. Tom. II. Hist. Anim. pag. 561 & 566.

37. *Ast ululant ululae*] Isidorus Lib. XII. cap. 7. *Ulula avis ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, id est a planctu & luctu nominata. Cum enim clamat, aut fletum imitatur aut gemitum.* in quibus verbis Isidorum male ὀλολυγόνας Arato dictas accepisse pro ululis notat Grotius ad Aratea pag. 20. & ad Cic. Fragm. pag. 82. quas ranarum species esse monet ex alio ipsius Isidori loco, qui est in praeced. cap. 6. ejusdem libri, ubi *Agredulas ranae parvas in sicco vel agris commorantes, unde & nuncupatas. Ululas* tamen ab ὀλολύζειν etiam deducit Servius ad Virg. Ecl. VIII. 55. *Ululae aves ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, id est a fletu nominatae, quas vulgus alucos vocant.* ut legere Is. Vossium, non *ulucos,* supra notavi. sed & luporum ac canum est *ululare.* vid. H. Columnam ad Ennium pag. 94. ed Hessel. & Nic. Loënsem Lib. III. Miscell. Epiphyl. cap. 26.

38. *Inque paludiferis butio buttit aquis*] *butit* scribendum videbis apud Bondamium pag. 243. vitiose igitur apud Matium *Bubire, butionum.* quia hic in ed. Aldina, *bubit.* forte etiam *buteo* praestiterit pro *butio.* sic enim Festus: *Buteo genus avis, quae ex eo se alit quod accipitri eripuerit, vastitatisque est caussa his locis, quae intraverit, ut bubo, a quo etiam appellatur buteo.* Papias & Salemo in Vocabulariis *Buteo genus avis est.* & inter augurales aves recensetur *buteo* a Servio ad Virgil. I. Aen. 394.

40. *Consimili modulo tintinulare sciunt*] in ed. Aldina *zinzitulare.* sed corrigendum *zinzinulare.* sic

enim

Quadrupedum quoque nunc audi discrimina vocum,
Quae retinent voces sunt ut eis species.
Tigrides indomitae raccant, rugiuntque leones;
Panther caurit amans; pardus hiando felit.
Lynces candofremunt; ursus nec non ferus uncat;
Porro lupus ululat, frendet agrestis aper.
Et barrus barrit: cervi clocitant; equus hinnit,
Ast taurus mugit; & mugilant onagri.

Qui-

enim apud Mar. Matium: *zinzinulare*, *Regulorum*, *Meropum*, *Prognes*. *zinzitulare* habet Bonciarius in Epist. pag. 72. sic *zinzulare* merulae vocem edere. de quo vide Cangii Glossar. Tom. VI. pag. 1806. ubi etiam *zinzinare*, ut pardorum proprium, recenset.

41. *Quadrupedum quoque nunc audi discrimina vocum*] in editione Aldina, ceterisque eam secutis, hic inseruntur duo illi versus, qui apud Schottum totam Elegiam inchoant, & hoc distichon longe absurdius illic exhibetur hoc modo;

Scribere me voces avium Philomela coëgit,
Quae cantu cunctas exuperat volucres.
Sed jam quadrupedum fari discrimina vocum
Nemine cogente nunc ego sponte sequar.
Tigrides &c.

43. *Tigrides indomitae raccant, rugiuntque leones*] *rancant* ed. Ald. & aliae. ut in Glossis Vossianis & apud Mar. Matium *Rancare*, *tigrium*. & sic profert Gesner. Vol. I. Hist. Anim. pag. 937. sed *rhaccant* in Glossario Leidensi. apud Papiam & Salemonem *tigrides rachare* editur. in Ugutionis Excerptis *Rechanare*, *tigridum*. nam aliis vel *raccare*, vel *rancare*, vel *rechanare* dicuntur tigrides. vide Cangii Glossar. Tom. V. pag. 1087. & 1103.

44. *Panther caurit amans, pardus hiando felit*] utrumque etiam apud Papiam: *pardos felire*, *pantheras caurire*. mendose in Salemonis Glossario *Pardos fielire*, *pantheras caurire*. in Glossario Leidensi: *Pantherae chauriunt*. *Pardi peliunt*. in Vossianis Glossis, *Pantherae chaufriunt*. *Pardi peliunt*. ubi corrigendum *feliunt*. sic apud Ugutionem *Felire pardorum*. *Caurire*, *pantherarum*.

45. *Lynces candofremunt*] monstrum vocis. Suspicor scripsisse auctorem, *Lynx hircando fremit*. nam *hircare* lyncum est. ut in Glossis Leidens. & Vossianis, *Linces hircant*. infra seq. Epigr. *Sic ululare lupos certum est*, *hircareque linces*. vitiose apud Salemonem, Papiam, & Ugutionem, *Lynces ureare*. pro *hircare*. itaque corrigendum apud Matium, *hircare*, *Lyncum est*, non *orcare*. nam ille secutus est Aldinam hujus Elegiae editionem, in qua *Dum Lynces orcando fremunt*, *ursus ferus uncat*, ut legitur etiam in ed. Colinaei, aliisque. unde sic adfert Gesner. Tom. I. Hist. Anim. pag. 679. & Buleng. de Venat. Circi cap. 20. sed qui Ovidio male hanc Elegiam adscribit.

45. *Ursus nec non ferus uncat*] ita legendum, quod firmat fragmentum ineditum Vocabularii de diversorum animalium vocibus, Salmasio memoratum ad Spartianum in Getae vita cap. 5. in quo legebatur *Ursi uncare vel saevire*. ut recte corrigit pro *fervire*. firmatque ex Virg. VII. Aen. 18.

——— *praesepibus ursi*
Saevire, & formae magnorum ululare luporum.

Locus autem ille Spartiani memorabilis est, & hic notari meretur, nam refert illic Getae *familiare fuisse has quaestiones Grammaticis proponere, ut dicerent, singula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriunt, ursi saeviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranae coaxant, equi hinniunt, asini rudiunt, tauri mugiunt.* de ursis etiam *gemere* dixerunt, ut patet ex Horatio Epod. XVI. 51.

Nec vespertinus circumgemit ursus ovile.

Corrige igitur in Glossario, quod supra produxi, *Ursi uncant vel saeviunt*. pro *urgant*. sic enim apud Papiam & Ugutionem, *ursos uncare*, *vel saevire*. in Glossario Salemonis, duabus glossis confusis & vitiatis, legitur, *Verres uncare vel severe*. & paulio post additur, *Verres quirvitare*. priori enim loco emendandum *Ursos uncare vel saevire*. in altero *Verres quiritare*.

46. *Porro lupus ululat*] *Ast Lupus ipse ululat* edidit Aldus. *ululare* de lupis etiam est apud Papiam & Salemonem, in utroque Glossario, & in fragmento apud Lambecium. ὠρύεσθαι Polluci Lib. V. c. 13. Λυκῶν δὲ φωνὴ ὠρυγμὸς, ὠρύεσθαι, ὠρυόμενος. Virgilius Lib. I. Georg. 486.

Per noctem resonare lupis ululantibus urbem.

vide Vulpii notas ad Tibull. Lib. I. El. 6. 19. *gemitus* de lupis apud Lucanum VI. 688. *Latratus habet illa canum, gemitusque luporum*. ubi *fremitus* malebat Patruus meus.

47. *Et barrus barrit, cervi clocitant, equus hinnit, Ast taurus mugit, & mugilant onagri.*] paullo aliter in ed. Aldina, Colinaei, aliisque hi versus leguntur,

Et Barrus barrit, Cervi glocitant & Onagri.
Ast Taurus mugit, & celer hinnit Equus.

Quiritat verres setosus; & oncat asellus;
Blaterat ast aries; & pia balat ovis.
Sordida sus subigens ruris per gramina grunnit;
At micere capris hirce petulce soles.
Porro canis latrat; fallax vulpecula gannit;
Glutinat & catulus; at lepores vagiunt.

55. Mus

& hinc apud Matium, *Glocitare*, *cervorum*, *onagrorum*. unde patet eum hic legisse *cervi glocitant*, *& onagri*. sed *corvi* hic locum habere nequeunt, quia hic enumerantur voces quadrupedum, non avium, quas supra jam recensuerat. de corvis vero *crocitare* dici indicat v. 24. de onagris in Glossario Leidensi & Vossiano *Onagri vugillant*. unde corrige Papiam & Salemonem, apud quos male legitur *onagros magillare*, pro *mugilare*, vel *vugillare*. recte igitur in Excerptis Ugutionis *Onagrorum mugilare*, *Verris quiritare*. de onagris lege Gesner. Tom. I. Hist. Anim. pag. 21. & Cuper. Exerc. II. de Eleph. cap. 7. in fine. de verbo *barrire* elephantibus proprio vide infra ad Epigr. CXLV. de Elephante. de cervis vero *rugere* est in Salemonis Glossario, leg. *rugire*. pro quo *surgire* male apud Papiam.

49. *Quiritat verres setosus*, *& oncat asellus*] Ex hoc loco corrigendum in Glossis Vossianis *verres quiritant* pro *quitant*. Papias *verres quiritare*. vid. Cangii Glossar. Tom. V. pag. 1079. aliter hunc versum dederunt, Aldus, Colinaeus, aliique,

Quirritat verres, tardus rudit oncat asellus.

ut utrumque verbum asinis proprium jungatur. & sic ex Philomela, quod *poëma obscuri auctoris* vocat, etiam adfert Gesner. Tom. I. Hist. Anim. pag. 14. qui egregie Graecorum *ὀγκᾶσθαι*, & *ὀγκηθμὸν*, *βρωμᾶσθαι*. & *βρέμειν*, de asinis, illustrat, sed *oncare* apud nullum Latinorum se legisse addit. in Glossario tamen Leidensi, ut ibi emendandum est, *Asini oncant vel rudiunt*. male enim in MSS. *vocant*. & sic *oncare* de asinis ex Apulejo etiam notatur in Casaubonianis. hinc *oncantes* asinos *ὀγκητὰς* Graecis, poëtis praesertim, dici notat Pollux Lib. V. cap. 13. Segm. 88.

50. *Blaterat ast aries*] *Blasterat* ed. Ald. unde apud Matium, *Blasterare*, *arietis*. lege *Blaterat*. ita enim in Glossario Leidensi *Arietes crissitant vel blaterant*. ex quo corrigendum in Glossis Vossianis *Arietes crissitant*, *vel blaterant*. aut *blatterant*, non *craterant*. etiam de camelis dici patet ex Festo, in *blaterare: sed & camelos*, *cum voces edunt*, *blaterare dicimus*. & de ranis. de quo Savaro ad Sidon. Apollin. pag. 119. *Blaterat* igitur correxi, quod adfert etiam Gesner. Vol. I. Hist. Anim. pag. 805. pro *Braterat*, ut edidit Schottus. alterum de arietibus verbum *crissitare* est etiam apud Papiam. pro quo monstrose in Salemonis Glossario, *Arietes jorretare*. & in Ugutionis Excerptis *Arietum lorettare*.

& pia balat ovis] male igitur in fragmento Glossarii Lambeciani *Ovis bebat* pro *balat*. nisi illius auctor forte voluerit *Ovis bebet*. vel *bebat*. ut magis sonum ovis referat, formatum ex *βῆ βῆ* de ove, quod ex versu Cratini apud Eustath. notatur in Casaubonianis pag. 61. cujus locum adfert Jungermannus ad Pollux. Lib. V. cap. 13. ubi de verbo *βληχᾶσθαι*, ovium sonitum exprimente. hinc & de hoedis in Papiae & Salemonis Glossariis, & in Excerptis Ugutionis, ubi legitur, *Hoedi vebare*, forte corrigendum *bebare*. quod firmant Glossae Vossianae, *Hoedi balant*, *vel bebant*. *balare* de ovibus vulgatum est. hinc de agnis supra h. l. Ep. XIV. ut legendum conjeci,

Alludunt teneri tremulis balatibus agni.

ubi vide.

51. *Sordida sus subigens ruris per gramina grunnit*] Aldus edidit *Sordida sus pascens ruris per gramina grunnit*. an forte legendum *Sordida sus*, *subigens terram*, id est rostro eruens. de verbo *grunnire*, suibus vel porcis proprio, vide Nonium pag. 114. ed. Merc. ubi in loco Varronis *grundit* est in cod. Voss. pro *grunnit*. quemadmodum *grunditus* & *grundiens scrofa*, in Ciceronis & Laberii locis additis. & *grundire* de suibus firmat locis Laberii & Claudii Lib. XVI. *Annali*. (sic recte Mercer. pro vitiosa voce *Agni*) *grundibant grunniter* (ita cod. Voss. non *grumiter*) *pecus suillum*. apud Papiam *porcos grunire* vel *grunnire*, ut apud Salemonem. *γρυλλίζειν* & *ὕζειν* Graecis. Pollux Lib. V. cap. 13. *Συῶν δὲ*, *γρύλλισμος*, *γρυλλίζειν*, *καὶ γρύζειν*. *τοῖς δὲ καὶ ὑισμὸν εἴποις*, *καὶ ὕζειν*, *ὕζοντες*. ubi *γρυλίζειν* cum simplici λ praeferunt viri docti. vid. Gesner. Vol. I. Hist. Anim. pag. 909 & 910. de porcellis *grundire* est in Glossario Leidensi. in Glossis Vossianis, *Porcelli grunniunt*, *Porci grundiunt*. *grunnire* tamen de suibus apud Festum in *gruere*. & *degrunnire* Phaedro Lib. V. fab. 5. 27.

52. *At micere capris*, *hirce petulce*, *soles*] *mutire* in ed. Ald. forte *micire*. quod de hircis etiam est apud Papiam. *mircire* in Salemonis Glossario. *miccire* in Excerptis Ugutionis.

53. *Porro canis latrat*] *Rite canis latrat* edidit Al-

55. Mus avidus mintrit; velox muſtecula drindit;
Et grillus grillat; deſticat inde ſorex.
Nempe venenoſus ſerpendo ſibilat anguis,
Garrula limoſis rana coaxat aquis.

Has

Aldus. praeter commune hoc verbum Gloſſae Leidenſes & Voſſianae amplius, *Canes baubantur (vel baubant) vel latrant, vel granniunt.* ubi illud *baubantur*, optime formatum de canum ejulatu verbum, Lucretio debetur Lib. V. 1069. *Aut quum deſerti baubantur in aedibus.* Gloſſar. Lat. Gr. pag. 28. ed. Vulcan. *Baubantur*, Ὑλακτοῦσι. *Baubans, latrans*, Ὑλακτῶν. vide Nunium Marcel. pag. 60. & Merceri notas pag. 114. qui caſtigat Nonium *baubare* pro *latrare* exponentem, cum notet *ululare.* in Excerptis ex Ugutione apud Cangium *Baulare vel latrare, canum.* ubi corrige *Baubare.* eadem fere ratione Graeci dicunt βαΰζειν. quod poëtis uſitatum dicit Pollux. Lib. V. cap. 13. ubi vide Seber. & Jungerm. & Valckenar. ad Ammon. pag. 231. de hoc autem verbo agens M. Ant. Bonciarius, dignus eloquentiſſimo Mureto diſcipulus, in Epiſtola XLIII. & XLIV. interrogatus ab Alex. Bontemplo, quomodo antiqui ſonum illum adulationis & ejulatus, quem feles edunt, dixerint; ſed quum exemplo deſtitueretur, eadem ratione, qua Latini veteres *baubare* per ὀνοματοποιΐαν dixerunt de canibus, & Lucilius *bau bau* de ſonitu illo adhibuerit, ad illud exemplum etiam *mau, mau*, & hinc *maumatum*, vel *maulare*, & *maulatum* nobis formare licere contendit. illud certe Gallis eſt *miauler.* quod Menagius in Lexic. Etymolog. Gall. pag. 502. exponit *le cri, que font les chats. C'eſt une onomatopée. Les Italiens diſent demeſme miagolare.* alterum verbum *gannire* etiam de adblandientibus canibus proprium patet vel ex ſolo Lucretii loco Lib. V. 966.

——— *gannitu vocis adulant.*

vide Nonium Marcellum pag. 450. Scalig. ad Varron. pag. 155. & J. Douzae Explan. Plaut. Lib. I. cap. 3. denique praeter haec verba etiam *ringere* & *birrire* dicuntur canes irritati. Feſtus, *Hirrire, garrire*, (in aliis *Hirrire, ringere*) *quod genus vocis eſt canis rabioſae.* vide Bulenger. de Venat. Circi cap. 20. Savaron. ad Sidon. Apoll. Lib. VII. Epiſt. 3. pag. 423. & Cel. Valcken. ad Ammon. pag. 232. & *nictere* eſt canum venaticorum odorandis veſtigiis leviter gannientium, ut exponit Mar. Matius. in Gloſſario Leidenſi & Voſſiano, *Canis venatica nictit.* in alio Gloſſario inedito poſt Iſidori Etymologias: *Nictit canis, cum acute gannit.* Feſtus in *Nictare. Nictit canis in odorandis ferarum veſtigiis leviter gannient. ut Ennius in Libro X.*

——— *animus cum pectore latrat,*
Veluti ſi quando vincleis venatica velox
Apta ſilet canis; forte feram ſi nare ſagaci
Senſit, voce ſua nictit, ululatque ibei acute.

ſic enim ex Varrone Lib. VI. de L. L. pag. 81. locum Ennii videbis conſtitutum, in Feſto depravatum, inter ejus Fragmenta ab H. Columna collecta pag. 93. ed. Heſſel. ſed quem majore cum cura emaculat Vlitius ad Gratii Cyneg. v. 231.

53. *fallax vulpecula gannit*] ſic in Salemonis Gloſſario, & apud Ugutionem, *Vulpes gannire.* corrige Papiae Vocabularium, ubi *vulpes gennire* dicuntur, pro *gannire. ejulare* tamen de vulpibus in Gloſſis Leidenſibus & Voſſianis.

54. *Glutinat & catulus*] forte corrigendum *gratulat.* nam ſic in Gloſſario Voſſiano, *Catuli gratulant.* in Papiae Gloſſario *catulos clatire.* apud Salemonem & Ugutionem *catulos glattire.* dein lepores *vagire* etiam apud Papiam. *lepos vagire* corrupte editur apud Salemonem. in Gloſſis Voſſianis *Lepores vagitant.*

55. *Mus avidus mintrit, velox muſtecula drindit*] *Mus avidus mintrat, velox muſtellaque dintrit* edidit Aldus. *murrit*, & *drindit*, vel *drindat*, legendum recte notat Cl. Bondamius in Variis Lect. pag. 241. ſic enim in Gloſſis Voſſianis: *Muſtelae drindant. trit* de muribus in loco Soſipatri Chariſii in Caſaubonianis pag. 61. nempe ex ejus Lib II. pag. 213. ed. Putſch. cujus verba valde depravata excutit ibidem Bondamius. quid ſi *trit* truncata vox ſit ex *mintrit?* quod mutium eſſe hic auctor, & Gloſſaria agnoſcunt. vel *trire* dictum, quia τρίζειν Graecis de muribus. de quo vid. Geſner. Tom. I. Hiſt. Anim. pag. 727. qui hoc in verſu etiam adfert *Mus avidus mintrat.* & hinc *mintrare* de muribus male apud Matium, qui *dintrire* de muſtelis habet. corrupte in Papiae Vocabulario: *muſtellas drinorare, mures murire.* corrige *drindrare.* Sed mendoſius in Salemonis Gloſſario: *Muſculas drinorare. Muſas mintare.* pro *Mures mintrire.* omnium vitiuſiſſime apud Ugutionem *drivorare, muſtellarum, pipitare murium.*

56. *deſticat inde ſorex*] in Gloſſario Leidenſi *dentitant ſorices.* in altero Voſſiano *ſorices denticant.* vitioſe apud Papiam *ſorices deſtalare.* melius in Salemonis Gloſſario, *Surices*, id eſt *Sorices, deſticare.* ut recte apud Ugutionem.

57. *Nempe venenoſus ſerpendo ſibilat anguis*] *Ecce veneno ſus* in ed. Ald. apud Papiam *Serpentes ſibilare*

Iii 2 lare

Has volucrum voces deſcripſi, quadrupedumque,
Quas natura illis grata parens tribuit.
Sed cunctas ſpecies animantum nemo notavit,
Atque ſonos ideo dicere quis poterit?
Cuncta tamen Domino depromunt munera laudum,
Seu ſemper ſileant nocte dieve canant.

EP. CXLIII. DE VOCIBVS ANIMALIVM.

Quis volucrum ſpecies numeret, quis nomina diſcat?
Mille avium cantus, vocum diſcrimina mille,

Nec

lare pro *ſibilare*, quod paſſim de iis occurrit. & συρίττειν Graecis eſt. In Gloſſario utroque *Serpentes ſibilant.* & ſaepe apud poëtas. Lucanus Lib. VI. 690.

Quod ſtridunt ululantque ferae, quod ſibilat anguis.

Epigramma vetus apud Pithoeum Lib. IV. pag. 157. fin.

Anguis, aper, juvenis pereunt vi, vulnere, merſu,
Hic fremit, ille gemit, ſibilat hic moriens.

Petronius cap. 89. In Trojae haloſi;

——— *angues orbibus geminis ferunt*
Ad ſaxa fluctus: tumida quorum pectora,
Rates ut altae, lateribus ſpumas agunt:
Dat cauda ſonitum: &c. *fulmineum jubar*
Incendit aequor, ſibilisque undae tremunt.

ubi *fulmineum jubar* etiam in cod. Scaligeri, ſed ipſe in margine *igneum.* Propertius Lib. IV. El. 8. 8. de ſerpente Lanuvino,

Jejuni ſerpentis honos, quum pabula poſcit
Annua, & ex ima ſibila torquet humo.

vid. & Savaron. ad Sidon. pag. 120.

63. *Cuncta tamen Domino depromunt munera laudum* &c.] Haec ita leguntur in ed. Aldina, Colinaei, aliiſque,

Cuncta ſuo domino depromunt munera laudum,
Seu ſemper ſileant, ſive ſonare queant.

in qua lectione *ſuo domino* referri poſſet ad dominum ſeu poſſeſſorem animantium. ut ſupra v. 28. de pſittaco:

Atque ſuo domino χαῖρε *ſonat vel ave.*

ſic de paſſere Lesbiae Catullus Epigr. 3.

Sed circumſiliens modo huc modo illuc
Ad ſolam dominam uſque pipiabat.

Ovid. I. Am. 9. 24.

Et dominum capti deſeruiſtis equi.

& Lib. II. El. 9. 29.

Ut rapit in praeceps dominum, ſpumantia fruſtra
Frena retentantem, durior oris equus.

Seneca Thyeſt. 503. de cane:

——— *gemitu vocat*
Dominum morantem.

Martialis in Apophor. Ep. 74.

Pica loquax varia dominum te voce ſaluto.

infra Ep. CLXIII. de formica:

Hanc juſte famulam nigri jam dixeris Orci,
Quam color & factum compoſuit a domino.

& paſſim alibi. Nihil itaque certi ex hoc loco diſcernere licet de auctore carminis Chriſtiano, quod Schotto aliiſque ſtatuendum videbatur, ut ad initium hujus Elegiae notavi. ſic in epitaphio veteri, ſupra edito Lib. IV. Ep. CCXVII.

Quod fueris cultor domini verique, & amator,

non de deo accipiendum, ſed de patrono Suetrii Hermetis, cui poſitum eſt id epigramma.

EP. CXLIII *Quis volucrum ſpecies numeret, quis nomina diſcat*] Deſcripſi ex libro MS. Adverſariorum Iſaaci Voſſii in Biblioth. Leidenſi, ex quo etiam protulit Cl. Bondamius in Variis Lectionibus pag. 244. & in his verſibus nonnulla correxit. Subjiciebantur autem huic Epigrammati in eodem libro Voſſiano Gloſſae de vocibus Animalium, quas hoc etiam loco negligere nolui, ut conferantur cum Gloſſario Leidenſi, ad praecedentem Elegiam producto, & ad emendanda utriuſque carminis, aliorumque Auctorum loca, in quibus animalium voces occurrunt, utiliter adhibeantur, vel ex iiſdem emaculentur; *Apes ambizant vel bambizant. Aquilae clangunt. Anſeres crinciunt vel trimiunt. Accipitres piplant vel piplunt. Aves minurriunt vel vermicant vel vernant. Apri frendunt. Anates teretriſſitant. Arietes criſſitant vel craterant. Aſini nocant vel rudiunt. Arma crepant. Aes tinnit. Cornices butant. Cicadae fritinniunt. Ciconiae gratulantur, vel cocclant vel critalant. Corvi crocciunt, vel croccant. Capri miccinnt. Canes baubant, vel latrant, vel ganniunt. Catuli glattillant. Cervi rugiunt. Citharae ſonant. Canis venatica nictit. Elephanti barriunt. Equi hinniunt vel* gu-

Nec noſtrum fateor tantas diſcernere voces.
Hinc titiare cupit diverſa per avia paſſer;
Garrula verſifico tignis mihi triſſat hirundo;
Accipitres piplunt, longoque ciconia collo

Glocto-

gurgulant. Gallinae cracinnunt. Galli cantant vel cucurriunt. Galvae fringilliunt. Graculi gritiunt. Hirundines triſſitant vel triſſant. Hyaenae birriunt. Haedi balant vel bebant. Infantes vagiunt. Leone fremunt. Lynces bireant. Lupi ululant. Lepores vagitant. Littora murmurant. Milvi iugiunt, vel iugilant, vel ruriunt. Meruli zinzilant. Muſtelae drindrant. Mures mintriunt vel mumiunt. Noctuae cucubiunt. Olores drenſitant. Oves balant. Onagri vagiliant. Palumbes runcitrant. Paſſeres titiant vel tinnipant. Pavi paululant. Perdices cacabant. Pulli perpipant. Pantherae ebauſriunt. Pardi petiunt. Porcelli grunniunt. Porci grundiunt. Ranae coaxant. Sturni paſſitant. Sorices dentieant. Serpentes ſibilant. Sylvae ſtrepunt. Turdi ſoctitant vel faccilant. Tigrides rhancant. Tubae clangunt. Vultures pipant. Venti flant, tremunt, vel ſibilant. Urſi urgant vel ſaeviunt. Verres quitant. Vulpes bejulant.

v. 8. *quis nomina diſcat*] corrigendum opinor *quis nomina dicat?* ſic enim in praecedente Elegia, v. 62.

Sed cunctas species animantum nemo notavit,
Atque ſonos ideo dicere quis poterit?

dicere pro recenſere, enumerare. Ovid. I. Faſt. 295.

Quid vetat & ſtellas, ut quaeque oriturque caditque,
Dicere?

ubi *diſcere* in cod. Reg. poſſes etiam *quis nomina noſcat.* Iſidorus Lib. XII. Orig. cap. 7. *Sunt & aliae ſicut genere ita & moribus innumerabiles. Nam volucrum quot genera ſint inveniſſe quiſquam non poteſt. Neque enim omnes Indiae & Aethiopiae aut Siciliae deſerta quis penetrare potuit, qui earum genus vel differentias noſſet.* ſic caſtigandum ex codice Groningano, non, ut male in vulgatis, *genus vel doctrinas noſſet.*

4. *Hinc titiare cupit diverſa per avia paſſer*] miror ſ. Voſſium in notis ad Catullum pag. 9. hoc ipſo in verſu, quem adfert ex anonymi carmine de vocibus avium, producere, *Hinc pipiare cupit.* prima brevi: quum in loco Catulli Carm. 3. de paſſere, ubi legit *Ad ſolam dominam uſque pipiabat*, producatur. Muretus illic *pippiabat. pipilabat* Bonciarius in Epiſtolis pag. 75. ſed Giſanius ad Lucret. pag. 392. *pipitabat.* quod probaſſe videtur Caſaubonus: nam in Caſaubonianis pag. 63. inter Collectanea de vocibus Avium, *Paſſeres pipitant Catullo pag.* 2. Excerpta Pithoeana pag. 73. *Pipilare, reſonare.* forte *Pipitare.* praeterea *pipiare* vel *piplire* de accipitribus mox v. 6. nam variis avibus commune fuit. ut Gr. *πιπίζειν.* vide Valcken. ad Ammon. pag. 231. ſic *pipilare*, vel *pipillare*, de luſciniis in Inſcriptione, quam ſupra dedi in fine Lib. IV. pag. 294. ad epitaphium Luſciniae,

OMNIB. GRATIIS AD DIGITVM PIPILLANTI.

titiare igitur hic recte de paſſeribus, praeſertim cum in Gloſſis Leidenſibus ad ſuperius Epigr. productis: *Paſſerae titiant.* in Gloſſis Voſſianis *Paſſeres titiant, vel tinnipant.* ubi forte corrigendum *vel pipitant.* bene igitur in Salemonis Gloſſario *Paſſerae titiare.* mendoſe enim apud Papiam, *triciare.*, & in Ugutionis Excerptis *cinciare.* pro quo *titiare* apud utrumque reſcribendum. vide ad Eleg. praeced. v. 26.

5. *Garrula verſifico tignis mihi triſſat hirundo*] illud *verſifico* mendoſum procul dubio. Emendandum opinor,

Garrula nidificans tignis mihi triſſat hirundo.

ſic & Henr. Bebelius in Triumpho Veneris Lib. I. v. 15.

——— *tectis vocalis hirundo*
Nidificat, nec non dulcis Philomela ſub alta
Ilice, jamque ſuis attemperat organa cannis,
Et Venerem repetunt armenta, & pabula luſtrant.

hoc enim optime exprimit illud Virgilii, quod adfert Cl. Bondamius, ſed vitiatam hujus loci ſcripturam *verſifico* intactam relinquens, ex Lib. IV. G. 307.

Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo.

Feſtus: *Hirundo avis verna & domeſtica nidum aſſeribus ſuſpendere ſolet.* hinc in Epigrammate Pentadii de Adventu Veris, quod ſupra edidi Ep. LXIX. pag. 354. egregiam codicis Salmaſiani & Voſſiani lectionem illo eodem Virgilii aliiſque poëtarum veterum locis adſerui:

Nota tigilla linit jam garrula luce chelidon,
Dum recolit nidos, nota tigilla linit.

pro eo quod ediderat Pithoeus *Jam motacilla canit, jam garrula luce chelidon.* &c. id quoque tam illo, quam hoc loco *nidificans tignis*, confirmari poteſt ex Epigrammate Antipatri Sidonii Lib. I. Anthol. Gr. Tit. 56. Ep. 5.

Ἤδη δὲ πλάσσει μὲν ὑπώροφα γυρὰ χελιδὼν
Οἰκία, λειμώνων δ' ἁβρὰ γελᾷ πέταλα.

Glottorat, & ranas grandi rapit inproba rostro.
Zinzilat & laetis parvis nunc tinnipat arvis;
Haec inter merulae dulci modulamine cantus,
Faccilat hic volitans turdus, gallina cacillat;
Dum milvus jugulat, trinnit tunc inprobus anser;
Interea perdix cacabat, nidumque revisit;
* Nauculus cantans scottos iter ire perurget.
Nec minus interea pecudum genus omne ferarum
Mussitat, & proprias norunt animalia voces;
Sic ululare lupos certum est, hircareque linces.

Ep.

quod sic vertit Grotius:

Pendula sub tecto tectum sibi fingit hirundo,
Et viridans tenera fronde renidet ager.

& Satyri Thyilli Epigr. 7.

Ἤδη πηλοδομεῦντι χελιδόνες, ἤδη δὲ οἴδμα
Κολπῶσαι μαλακοῖς εἰς ὀθόνας ζέφυρος.

quod reddidit imitatione Virgiliana:

Jam sibi de coeno nidum suspendit hirundo,
Lenibus & zephyris lintea nota tremunt.

& Theaeteti Ep. XII.

Καὶ φιλόπαις ὑπὸ γεῖσα δόμους τεύξασα χελιδὼν
Ἔκγονα πηλοχύτοις ξεινοδοκεῖ θαλάμοις.

id est, eodem interprete,

Et mater jam fida larem trabe fingit hirundo,
Educet ut luteo pignora cara domo.

graphice hoc describit Plinius Lib. X. cap. 33. *Hirundines nidos luto construunt, stramento roborant. Si quando inopia est luti madefactae multa aqua pennis pulverem spargunt: ipsum vero nidum mollibus plumis floccisque consternunt tepefaciendis ovis, simul ne durus sit infantibus pullis.* dein pro *trissat hirundo*, alii scribunt *trinsat*. de quo vide ad Eleg. praeced. v. 22.

6. *Accipitres piplunt*] non temere hoc mutandum in *pipant* censet Cl. Bondamius pag. 247. quia in Glossis *Accipitres pipant* vel *piplunt*. ubi forte *pipiunt* scriptum fuerit. Is. Vossius tamen ad Catull. pag. 9. scribit, *Nec tamen soli passeres, sed & accipitres pipiant, unde pipiunculi in vetustis passim vocantur Glossariis.*] ita in vetusto Bibliothecae Leidensis Glossario post Isidori Etymologias: *Pipiunculus, accipiter, acceptor.* Joh. de Janua in Catholico: *Pipio, as, resonare, clamare; accipitrum est, vel pullorum, columbarum, unde hic pipio, pipionis, pullus columbarum, & pipiunculus, li, & hinc pipiuncula, lae, idest accipiter.* in Glossis Vossianis *Pulli perpipant.* forte pro *pipitant.* vel *pipiant.* apud Marium Mutium quoque *Pipare, accipitrum, pullorum, passerum.* idque probat Boncialrius in Epistolis pag. 72. qui *pipare accipitrum, pipire passerum* esse notat. etiam in Casaubonianis pag. 56. *Accipitres pipant.* sic in Elegia praeced. v. 20. *Accipiter pipat.* ubi vide. sed de gallinis etiam *pipare* dici patet ex loco Varronis apud Nonium Marc. pag. 156. *Pipare proprie gallinae dicuntur. Varro Aboriginibus περὶ ἀνθρώπων φύσεως: Mugit bovis, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat.* & de pullis pag. 450. in *gannire. Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit.*

longoque ciconia collo] ita correxi, ut exigit metrum. nam male in cod. MS. *longo ciconia.* prima in *ciconia* male producta.

7. *& ranas grandi rapit inproba rostro*] hinc Virg. II. G. 320.

——— *quum vere rubenti*
Candida venit avis, longis invisa colubris.

8. *laetis parrus nunc tinnipat arvis*] in MS. Vossiano male *parvis.* sed legendum esse *latis parrus nunc tinnipat arvis*, notavi ad Eleg. praeced. v. 5. ubi vide.

9. *merulae dulci modulamine cantus*] corrige *cantant.*

10. *Faccilat hic volitans turdus*] ex hoc versu in Glossario Leidensi ad Eleg. praeced. edito corrigendum: *Turdi socitant vel faccilant.* pro *facillant.* vide Cl. Bondamium pag. 247. *truculare* tamen in Elegia praeced. v. 13. *Et turdus truculat.* ubi vide. seq. versu scribendum *Dum milvus jugilat*, ut in Glossis Vossianis, *Milvi lugiunt* (leg. *jugiunt*) *vel jugilant.*

v. 13. * *Nauculus cantans scottos iter ire perurget*] depravatam hanc libri Vossiani scripturam suae sorti relictam destituit Cl. Bondamius. Difficilis certe sine melioris codicis ope ejus sanatio est. Quid si *Nam cuculus cantans socios iter ire perurget?* id est, cuculus, dum cantat, reliquos alites socios retrocedere cogit. nisi pro *iter ire* malis *iterare*, suos cantus videlicet. de cuculi laudibus carmen supra editum Ep. LXX. Alcuini versus in obitum cuculi sunt in Mabillonii Analectis pag. 409.

In.

EP. CXLIV. DE ELEPHANTE.

Monſtrorum princeps Elephas promuſcidis armis
Horret mole nigra, dente micat niveo.
Sed vario fugienda malo cum belua gliſcat,
Eſt tamen ex certis mors pretioſa ferae.

Nam

EP. CXLIV. *Monſtrorum princeps Elephas*] Legitur apud Binetum pag. 13 & 14. & Pith. Lib. IV. pag. 154. niſi quod illic non occurrat penultimum diſtichon, quod tamen in notis ſuis Pithoeus ex veteri codice inſerendum monuit, habeturque in ſchedis Salmaſianis, quae inſcribunt *de Elefanto.* & exemplari ſuo adſcripſerant Scriverius, & Heinſius ex Petronio Lotichii pag. 81. producit etiam Cuperus in Differt. de Elephant. Ex. II. cap. II. pag. 233. *Monſtrorum princeps* dicitur elephas. de quo vide Cl. Cannegiet. in Diſſ. ad Avian. cap. XXII. circa fin. *monſtra* enim paſſim Elephanti. & hinc *monſtra eburnea* dicuntur Dracontio in Hexaëmero v. 190. *India cum gemmis & eburnea monſtra minatur.* & Theodulpho in Paraeneſi pag. 97. ed. Elmenh.

Tura Sabaeus ager, Gangetis eburnea monſtra,
Tigres Hyrcanus, balſama Syrus habet.

ſic enim recte legebat Patruus meus. male editur in verſ. ſecundo *Grippes & Hyrcanus.* & haec emendatio probatur ex eodem Dracontio v. 194. ubi poſt elephantorum mentionem addit,

Incertuſque color tigris per mille colores
Montibus Hyrcanis errat.

promuſcidis armis] Scribe ex v. c. *proboſcidis*, & poſt ſextum verſum interjice ex eodem codice hos duos,

Conſulibus ſceptrum &c. PITHOEVS.

promucides in codice Voſſii invenit Heinſius, in quo *armis* deſiderabatur. Ego in libro Iſ. Voſſii, qui varia continebat Epigrammata antiqua, & in Leidenſi Bibliotheca adſervatur, vitioſam hanc offendi ſcripturam,

Monſtrum principis elefans pboſcide ſaevum
Horret nigra mile.

in codicis Salmaſiani ſchedis legebatur:

——— *elephans provoſcide ſaebus*
Orret nigram modo lente micat niveneo.

unde forte legendum *proboſcide ſaevus.* Certe *armis* MSS. non agnoſcunt. an vero *promuſcidis*, ut edidit Binetus & Pithoeus, vel *proboſcidis* ſcribatur, perinde eſt. Graecis eſt προβόσκις, & Aeolica dialecto προμόσκις, unde Latini mutantes βῆτα in μῦ dicunt *promuſcis.* vid. Salmaſ. ad Florum Lib. I. 18. 9. & quae habet illic Vinetus, cujus verba in Indicem relata ſunt. In Solino quoque cap. XXV. codices MSS. habere *premuſcide* pro *proboſcide* teſtatur idem Salmaſ. in Exerc. Plin. pag. 308. qui ſic etiam in textu Solini exhibuit, quamquam in ſuis editionibus *proboſcide* dederint Graſſerus & Delrio. plura vide apud Voſſ. in Etymolog. pag. 411. Stewech. ad Vegetium pag. 377. & Daviſ. ad Hirtium de Bel. Afric. cap. 84. ſic de elephanto Caſſiodorus Lib. X. Var. 30. *in vicem manus promuſcidem tendit.* ubi paulio poſt non ineleganter elephantorum *promuſcidem* vocat *manum naſutam.* προνομαίαν dicunt Graeci. vid. Vulcanii notas ad Agathiam pag. 82. *manus* etiam ſaepe Latinis vocatur haec proboſcis. vid. Drakenb. ad Silium Lib. IX. 628. & Daviſ. ad Cic. II. de N. D. cap. 47. pag. 219.

Horret mole nigra] ſic recte Pithoeus. *nigra mole* cod. Voſſ. ab Heinſio collatus. *Orret nigram modo lente micat niveneo* vitioſe in cod. Salmaſ. opponitur hoc in verſu *albedo dentium* & *nigredo corporis* elephanti. cui *moles* ob magnitudinem monſtroſam paſſim tribuitur. *turritae moles* Silio Italico Lib. IX. 239.

Turritae moles, ac propugnacula dorſo
Belua nigranti geſtans, ceu mobilis agger
Nutat, & erectos attollit ad aethera muros.

ubi vide notas. *atram molem* ibidem habes v. 570. ——— *appellitur atra Mole fera.* apud eumdem Lib. III. 463.

At gregis illapſu fremebundo territus atras
Expavit moles Rhodanus.

ſic caſtigabat enim Heinſius, quod prolixius adſtruxit Lib. II. Adverſ. cap. 19. pag. 371. plura Graevius in notis ad Florum Lib. II. cap. 6. §. 49.

3. *Sed vario fugienda malo cum belua gliſcat*] in cod. MS. ab Iſ. Voſſio collato a manu prima ſcriptum fuerat *modo*, ſed *malo* correctum. *fugiendo* profert Salmaſ. ad Capitolin. Gordian. cap. 33. ejus vero ſchedae *fugienda malo cum velua gliſcat.* ut *velua* pro *belua* paſſim in MSS. *belluam* pro elephanto ſaepe poni, notum eſt. eamque vocem reſtituendam opinor Dracontio in Hexaem. v. 169. pag. 29. ed. Sirm. *Inſtar montis habens incedens bellua mole.* ubi *beſtia* editur. vid. Lindenbr. ad Ammian. Marc. Lib. XXV. cap. 6. & Graev. ad Flor. Lib. II. c. VI. §. 49. Scripturam autem illam codd. MSS. *velua* pro *belua* non raro mendis anſam dediſſe, patebit ex vexato in Digeſtis loco l. 135. ff. de Verb. Sign. *Quaeret aliquis, ſi portentoſum vel monſtroſum vel debilem mulier ederit, ediderit,*

Nam quae conspicimus montani roboris ossa,
Humanis veniunt usibus apta satis.

Con-

derit, vel *qualem visu*, vel *vagitu novum*, *non humanae figurae*, *sed alterius magis animalis*, *quam hominis partum*. ubi Alciatus reponebat *vel inaequalem visu*, *vel vagitu novum*. Stewechius ad Veget. Lib. II. cap. 4. vel *qualem visu*. infeliciter profecto. Ego opinor scriptum fuisse primo *vel ualem*, cui perperam q litera deinde praeposita fuerit, sed corrigi debere *vel velualem*, hoc est *vel belualem*. nisi malis, *beluae aequalem visu*. sic *beluata tapetia*, in quibus beluae expressae, apud Plautum Pseud. I. 2. 14. vide Rubenium in Var. Lect. ad Claudian. I. in Eutrop. 356. hinc Festus, *Beluatus*, *bestiae similis*. ut scribendum, non *Belluatus*. non dissimili modo corruperunt librarii locum Avieni in Ora Marit. 410.

Vis vel ferarum pelagus omne internatat.

ubi *Vis beluarum* seu *Belluarum* recte Barthius, & Heinsius in notis ineditis ad Catonis Diras v. 55. nam ita apud eumdem Avien. v. 102.

Et beluosi gurgitem Oceani secant.

gliscat autem hic est, cum ira tumeat, & ita quasi ejus moles & proboscis crescat, & terribilior adpareat. Virg. XII. Aen. 9.

Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

ubi vide Servium & Cerdam. Valer. Fl. Lib. III. 632.

——— *tumo gliscant praecordia lingua.*

Statius Lib. VIII. Theb. 755.

Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis
Lumina torva videns.

ubi recte Lutatius exponit, *irascendo in majus accenditur*. Lib. XII. 639.

Hos ubi velle acies & dulci gliscere ferro
Dux videt.

ubi idem Scholiastes explicat *cum furore cupere*. vide Barthium utrobique, & Lambin. ad Lucret. pag. 75. & 694. eadem ratio vocis *crescere*. Livius Lib. II. cap. 27. *saevire inde utique consulum alter Patresque*, *sed plebi creverant animi*. vide Heins. ad Ovid. Epist. xv. 117. & quae de hoc verbo *gliscere* notavi ad Lib. III. Ep. 265.

Est tamen ex certis mors pretiosa ferae] sic Binetus & Pithoeus. *mons pretiosa feri* in schedis cod. Salmas. *feri* etiam in Vossiano codice. & sic scribi jubet Salmas. ad Capitolin. Gordian. cap. xxxiii. pag. 133. ita in Epigrammate mox producendo, *Quoque velis domitor*, *cogitur ire ferus*. sic *ferus* de equo Trojano. vide Canter. Lib. III. Novar. Lect. 14. Erhardum ad Petron. cap. 89. & notas doctorum ad Phaedrum Lib. I. fab. 12. *ferus* tamen & *fera* promiscue de Elephanto. ut apud Silium loco supra producto, *appellitur atra mole fera*. Sed totum hunc versum optime Patruus meus in notis ad Petron. cap. 119. ubi habetur, *ne desit bellua dente Ad mortes pretiosa*, emendavit ac constituit hunc in modum:

Est tamen expertis mors pretiosa ferae.

primum recte pro vitiosa lectione *ex certis* corrigit *expertis*. ita enim apud Cic. V. ad Fam. Ep. 12. *fortunae vicissitudines*, *quae etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt*, *in legendo tamen erunt jucundae*. Justinus Lib. IV. cap. 1. *nec solum citato impetu*, *verum etiam saevo*, *neque experientibus modo terribile*, *verum etiam procul videntibus*. Virg. I. Aen. 201. *Vos & Cyclopeia saxa Experti*. Horat. Lib. I. Epist. 18. 86.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici.

dein *mortem pretiosam* exponit, quae magno emitur & multo labore ac sumtibus in venationem non sine periculo inpensis infertur, sed postea ex ebore dentium vendito lucrum dat. sic apud Ovid. Ep. VII. 47.

Exerces pretiosa odia & constantia magno.

& apud Martial. Lib. V. Ep. 71. de Cicerone, *pretiosa silentia linguae*. adde Gronov. Observ. in Script. Eccles. pag. 26. mortem sane elephanti *expertis pretiosam* esse, id est, quae hosti ejus magno constet, & saepe cum vitae dispendio huic belluae infertur, variis exemplis testantur historiarum monumenta. confirmantque ea quae narrant Appianus Alexandrin. Tom. I. pag. 473. ed. Toll. & Agathias Lib. III. Hist. Justinian. pag. 99. ed. Vulc.

Nam quae conspicimus montani roboris ossa] *montanum robur* quid hic significet, non facile aliquis dixerit. In codicibus tamen nulla varietas se offert. corruptum locum esse vidit Heinsius, qui tentabat *nunc tanti roboris ossa*. propius forte vulgatae inhaerebit, si scribamus *modo tanti roboris ossa*. nisi quis *montanum robur* propter magnitudinem elephanti recte dici contendat. ut sit imitatio Virgilii Lib. II. Aen. *Instar montis equum* &c. ubi vide la Cerdam. sic Lib. IX. 674.

Quos Jovis eduxit luco silvestris Hiera,
Abietibus juvenes patriis & montibus aequos.

ubi Servius exponit *Idae vel ejus arboribus exaequandos*.

Humanis veniunt usibus apta satis] *lusibus* margo Bineti & Pithoei, quod probat Patruus meus

Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis,
Discolor & tabulae calculus inde datur.
Haec est humanae semper mutatio sortis,
Fit moriens ludus, qui fuit ante pavor.

EP. CXLV. DE EODEM.

Horrida cornuto procedit belua rostro,
Quam dives nostris India misit oris.

Sed

meus ad Petronium, & agi putat de talis vel tesseris eburneis, quibus ludebant. Sed praeterquam quod ultimo versu denuo occurrat *Fit moriens ludus*, praeferrem hoc in loco *usibus*, quia proximo disticho, quod ex codd. MSS. huc revocavi, enumerantur illa, quae ex ebore dentis elephantini in usus humanos cedunt. sic apud Dracontium in Hexaëmero v 461.

Quod generant terrae, quod flumina, pontus & aër,
Usibus humanis data sunt haec cuncta venire.

versu penultimo *mutatio mortis* edidit Pithoeus, sed recte *humanae sortis* castigandum censebat Patruus, ut libro suo etiam Heinsius adscripsit, monuitque in notis ad Silium Lib. XIV. 610. ideo que sic edidi, quia confirmatur a codice Salmasiano. sic in Epigrammate de Achille, quod edidi Tom. I. pag 78. *Sed quia fas nulli est humanam vincere sortem.* & ita in MS. Gallaei legi testatur Cuperus. ex quo easdem etiam lectionum varietates, quas hic dedi, profert. *ante* vers. ult. recte habetur in cod. Salmas. quomodo etiam corrigebat Douza Lib. III. Praecid. ad Petron. cap. 6. in fine. pro quo *arte* male apud Pithoeum.

EP. CXLV.] Integrum hoc Epigramma ineditum, nam apud Pithoeum non exstat, produxi ex codice Salmasiano & Divionensibus schedis; cujus tres tantum versus ex eodem libro dedit Salmasius ad Capitolin. Gordian. cap. 33. Codicis hujus lectiones in plerisque conveniunt cum MS. Gallaei, ex quo edidit Cuperus in Diss. de Elephantis pag. 235. primus versus in Schedis Salmasii legitur hoc modo;

Orrida cornudo procedit velua rostro.

versu secundo agnoscendum est vitium in legem metricam *oris*. pro quo in MS. Salm. & Gallaei *horis*. unde forte rescribendum *heris* pro dominis vel regibus, qui elephantis in bello utuntur. nisi scripserit auctor *agris*, & *oris* sit a glossatoris manu. *misit*, est generavit produxit. ut apud Grat. Cyn. 260. *sonipes, Maurusia tellus Quem mittit.* Ennodius Epigr. 133. *Frangunt Marmaricis elephas quod misit ab arvis.* Auctor Elegiae in Obit. Maecen. v. 134. *Hic e palmiferis balsama missa jugis.* vide notas Patrui ad Ovid. II. Met. 366. qui etiam apud Claud. I. de Laud Stilic. 261. in Vicentino libro legi testatur,

——— *ignotarumque ferarum*
Exuviae, vastis Meroë quas mittit arenis.

ubi nunc *nutrit* in vulgatis circumfertur. Tertium versum ita exhibent codicis Salmasiani schedae:

Sed licet in manibus pugnes provoscide varris.

unde ita formavi, ut hic edidi. quod confirmatum inveni a schedis Divionensibus. *barrus* pro elephanto Glossae Lat. Gr. *Barrus*, ἐλέφας. sic in illo Horatii Epod XXII. *nigris dignissima barris.* ubi vide Scholiastas veteres, & Torrentii notas. Serv. ad Virg I. Aen. 596. Voss. in Etymolog pag. 65. & Savaron. ad Sidon. Apoll. Lib. III Epist. 13. pag. 219. hinc *barrire* & *barritus* elephantorum. Vegetius Lib. III. de Re Milit. cap. 24. *Elephanti in praeliis magnitudine corporis, barritus horrore, formae ipsius novitate homines equosque conturbant.* supra in Elegia de vocibus Animalium v 47.

Et barrus barrit, cervi clocitant, equus hinnit.

Glossarium MS. Vossianum: *Boves lungas, elephantes, quorum stridor barritus dicitur* ubi forte legendum, *Boves Lucas, elephantos.* idem Glossarium alio loco, *Barrit elephans, cum vocem emittit. Barritus, vox biluae.* scribe *vox beluae.* sic corrupte in Gloss. Gr. Lat. pag. 452. ed. Bon. Vulcanii, Ἐλέφας, *Elefantus, Vocluca, Barrus*, ubi G. Vossius in margine libri sui, qui est in Bibl. Leid. recte emendat, *Elefantus, Bos Luca.* adde Festum in *barrire*. & Rittershus. ad Oppian. pag. 77. apud Plinium Lib. VIII. cap. 7. ubi de Elephantibus a Pompejo in Circum emissis agit, legendum ex conjectura Patrui mei: *Sed Pompejani amissa fugae spe misericordiam vulgi inenarrabili barritu quaerentes, supplicavere, quadam sese lamentatione complorantes: tanto populi dolore, ut oblitus Imperatoris, ac munificentiae honori suo exhibitae flens universus consurgeret, dirasque Pompejo, quas ille mox luit, imprecaretur.* male enim in vulgatis *inenarrabili habitu.* & *munificentiae honori*

Sed licet inmani pugnet proboſcide barrus,
Spondeat & ſaevis dentibus interitum;
Fert tamen edomitus reſidentis juſſa magiſtri,
Quoque velit monitor, cogitur ire ferus.
Vis humana poteſt rabiem mutare ferinam,
Ecce hominem parvum bellua magna timet.

EP. CXLVI. DE HIPPOPOTAMO ET CROCODILO.

Utraque fecundo nutritur bellua Nilo,
Quaeque vorat morſu, quaeque ſub ore fremit.

EP. CXLVII. DE AQVILA.

Menſa coloratis Aquilae ſinuatur in alis,

Quam

nori ſuo exquiſitae. hinc & *barritum* dicebant *clamorem illum militum Romanorum ardentiſſimum quem in congreſſibus praeliorum fieri ſolitum, ſcriptores Annalium memoraverunt*, ut dicit Gellius Lib. I. cap. XI. ſic enim eum vocant Ammianus Marc. Lib. XVI. cap. 12. & Lib. XXXI. cap. 7. & Vegetius III. de R. M. 18. ubi vide Stewechii notas, quibus firmatur vera lectio apud Tacitum de Mor. Germ. cap. 3. *Sunt illis carmina quoque, quorum relatu, quem* barritum *vocant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam ipſo cantu augurantur.* ubi in cod. Arundelliano vitioſe *Blandicum.* & fruſtra alii *barditum* vel *blarritum* legunt. nec melius *Barilum* Camerarius in Problematib. pag. 121. forte & illic pro *relatu* corrigendum *boatu.* hunc vero *barritum* ab incondito illo elephantum clamore dixerunt Romani, licet proprium Germanorum verbum, & ex eorum lingua derivandum eſſe cenſeat Lipſius Lib. IV. de Mil. Rom. pag. 204.

Fert tamen edomitus reſidentis juſſa magiſtri] hoc verſu lectionem apud Ovidium adſtruere etiam potuiſſet Heinſius, Lib. IV. Triſt. 6. 7.

Quaeque ſui juſſis obtemperat Inda magiſtri
Bellua, ſervitium tempore victa ſubit.

ubi in aliis *monitis.* Salmaſius ad Capitolin. d. l. producit,

Fert tamen & domitus reſidentis juſſa magiſtri,
Quoque velit domitor, cogitur ire ferus.

Ego tamen praefero *monitor.* ut in ejus ſchedis habetur, & in cod. Divionenſi. *domitus* enim proxime praeceſſerat. ubi & *domitus* idem Divionenſis. perperam etiam *reſidenti* in iiſdem Schedis, & *ravie* in penult. pro *rabiem.* ut & in MS. Gallaei, & cod. Divionenſ. appoſite Juſtinus Lib. XV. cap. 4. *elephantus ferus infinitae magnitudinis ultro ſe obtulit, & veluti domita manſuetudine eum tergo excepit.* ubi recte Rupertus in Epiſt. ad Reineſ. pag. 324. inepte jungi cenſet *domita manſuetudine*, pro domita feritate. locus certe corruptus eſt. Cuperus Diſſ. I. de Eleph. 7. pag. 64. legit *domitum manſuete*, vel *domitum ad manſuetudinem.* Schefferus *domitus a manſuetudine eum tergo excepit.* ut hoc verſu, *Fert tamen edomitus reſidentis juſſa magiſtri.* ſed praeſtaret, ni fallor, *veluti domi nata manſuetudine.* id eſt naturali, propria, ingenita. Forte haec locutio etiam reſtituenda Servio ad Virg. Ecl. I. 70. *mea regna, ubi dominatus ſum.* in quam interpretationem ut trivialem & abſurdam invehitur Erythraeus. ſed legendum puto *domi natus ſum.* ut agros proprios & quidem patrios & avitos innuat. ut autem *Inda bellua* pro elephanto, ita & *Indus* pro magiſtro ac rectore elephanti, locutione non vulgari; ut notat Freinshem. ad Curt. Lib. V. cap. I. §. 22.

EP. CXLVI. DE HIPPOPOTAMO ET CROCODILO]. Ex Claudiani codice Ambroſiano excerpſit N. Heinſius, & ex eo edidit Almelovenius in Epigr. & Poëm. vet. pag. 9. inveni etiam in ſchedis Divionenſibus, in quibus verſu primo *Ut quae foecundo.* & altero *Quaeque necat morſu.*

DE HIPPOPOTAMO] De hoc animali lectu digna ſunt, quae notarunt Proſp. Alpinus in Hiſtoria Naturali Aegypti Lib. IV. cap. 12. & Job. Ludolfus in Comment. ad Hiſtor. Aethiop. Lib. I. cap. II. pag. 155. ſeq. Bochartus credidit Behemoth, Hiobo memoratum, hunc ipſum eſſe Hippopotamum. Sed vide Sam. Weſley in Lib. Jobi Diſſ. 38. pag. 287. ſeq. MEERMAN.

EP. CXLVII. DE AQVILA] ex eodem Claudiani codice Ambroſiano deſcripſit Heinſius, & profert

Cla-

Quam floris distinguit honos; similisque figura
Texitur: inplumem mentitur gemma volatum.

EP. CXLVIII. DE PSITTACO.

Indica purpureo genuit me litore tellus,
Candidus accenso qua redit orbe dies.

Hic

Claverius ex antiquo libro MS. ante Claudianum a se editum, post Indicem Carminum. sed apud quem male *juratur* primo versu. *florum & similique figura* in secundo. ex Heinsii notis ad Claudian. etiam dedit Almeloveníus ibid. adscripto hoc titulo, QVAE IN MENSA OB SARDONYCHE LAPIDS.

EP. CXLVII. DE PSITTACO] Quamvis huic Epigrammati elegantissimo nullus apud Pithoeum Lib. IV. pag. 153 praefigatur titulus, ut nec apud Binetum, qui PETRONII auctoris nomen tantum ei adposuit pag. 1. non dubitavi tamen inscribere DE PSITTACO, quae avis veteribus quoque valde in deliciis habita. hanc enim indicari satis patet ex primo versu, quia *Indica tellus* eam *genuisse* dicitur. sic Statius Lib. II. Sylv. 4.

Occidit aëriae celeberrima gloria gentis
Psittacus, ille plagae viridis regnator Eoae.

Claudian. II. in Eutrop. 331.

——— *& si qua loquendi*
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis.

Apulejus Lib. II. Floridor. *Psittacus Indiae avis est; instar illi minimo minus quam columbarum, sed nec color ei columbarum.* ut legit & interpungit Casaub. ad Apulej. Apolog. pag. 146. apud Priscianum Perieg. v. 1034. postquam Indiam descripsisset:

Psittacus hic viridis decoratus torque (*corde* in cod. Lovaniensi) *rubenti*
Nascitur, humanae simulat qui verbera linguae.

ubi dubito an non praestet *humanae simulat qui verba loquelae.* ut in Carmine de Vocibus Animalium, supra edito, *Psittacus humanas depromit voce loquelas.* ut autem hic *Indica tellure genitus* dicitur psittacus, ita Ovidio Lib. II. Amor. 6. vocatur *Eois ales missus ab Indis.* ad quem locum initio hujus Epigrammatis pro *purpureo litore* Patruus meus in notis corrigit *purpurea limine*, & exponit *limen purpureum*, unde Sol oriens tamquam ex domo sua egreditur, ut sequenti versu indicatur. ita *limina Solis* Virgilio, Claudiano, Statio, aliisque restituit Heinsius in notis ad Virg. VI. Aen. 255. apud Catullum Carm. LX. pag. 185. ed. Voss. *Aurora exoriente vagi sub limina Solis.* sic codex meus MS. & Budiejanus. firmatque liber Commelinianus, & Palatinus papyraceus, in quo *sublimia*, vulgo *sub lumina.* sic *limine coeli*, *lumine*, ac *limite* commutari patebit ex notis Heinsii ad Claudian. II. Conf. Stilich. 287. & Var. Lect. ad IV. Conf. Hon. 126. similiter *purpureas fores* & *atria* dixit Ovidius Lib. II. Met. 112.

——— *ecce vigil rutilo patefecit ab ortu*
Purpureas Aurora fores & plena rosarum Atria.

Avienus Descript. Orbis pag. 250.

——— *aurea Phoebi*
Qua rota purpurea repetis convexa sub ortu.

sic *limen vitae*, *limen anni*, *limen Solis*, & sim. pro initio, ortu. vide quae supra notavi ad Lib. IV. Ep. CCCXXIV. pag. 238. adpositus est Varronis de Psittaco locus apud Nonium in *limen* pag. 336. & in *viliis*. pag. 529. ed. Merc. sed qui corruptissimus circumfertur, quem ita constituit Marcilius ad Persii prooem. v. 8. *Psittacus cum volucris venit apud illos, usque a limine Indico, viiis.* licet aliter haec emendet Heinsius ad priorem Ovidii locum. sed de eo nunc non agimus. Vulgata tamen lectio hic loci defendi posset ex Valerio Flacco Lib. V. v. 246 *Eoo surgentes litore currus.* & Silio Italico Lib. VII. 477.

——— *dum Sol Indo se litore tollit.*

ubi tamen *Indo limine* pariter volebat Patruus meus. idem Silius Lib. XVI. 230.

——— *pariebat limina prima*
Effugiens Aurora diem.

sic ex MS. Modius, cui frustra obloquitur Dansquejus. vide Heins. Lib. I. Advers. 4. pag. 43. ad Claudian. III. de Laud. Stilic. 287. & quae notavi ad Elegiam Auctoris Incerti de Phoenice v. 43. Ceterum PETRONII esse hoc carmen, libro suo adscripserat Scriverius; & inter Epigrammata Petroniana etiam relatum est sub titulo PETRONII INDICI *ad Apollinem Delphicum.* *Petronium* illum *Indicum* nemo mortalium: ut puto, mecum novit. Sed lemmatis hujus artifex credidit, loqui in hoc Epigrammate hominem Indum vel Indicum, tamquam esset *Indici Epigramma*, auctore nimirum Petronio, quod ex initio Carminis elicuit, & reliqua *ad Apollinem Delphicum* ex ultimo disticho deprompta sunt. Ridendum igitur se praebuit Hadrianides, qui initio notarum ad Fragmenta Petronii, ubi recensum agit Epigrammatum veterum Petronio perperam tributorum, observat plures ab Arbitro Petronio diversos fuisse, eosque inter memorat Petronium Rhetorem, Grammaticum, Petronium Afranium, & Petronium Indicum.

Hic ego divinos inter generatus honores
Mutavi Latio barbara verba sono.
Jam dimitte tuos, Paean o Delphice, cycnos,
Dignior haec vox est quae tua templa colat.

EP. CXLIX. DE PHILOMELA.

Sum noctis socia, & sum cantus dulcis amica,
Nomen ab ambiguo sic Philomela gero:

Tra-

v. 2. *Candidus accense qua redit orbe dies*] forte *rubet* pro *redit* legendum. Claudian. Idyll. I. de Phoenice v. 5.

Oceani summo circumfluus aequore lucus
Trans Indos Eurumque viret &c.
Unde rubet ventura dies.

Auctor Elegiae de Phoenice v. 128.

Cum pandit vestem Flora rubente polo.

ubi vide quae notavi. & supra ad h. l. Epigr. 2. ex codd. MSS. legendum firmavi,

Et clarum emicuit Sole rubente jubar.

divinos inter generatus honores] *odores* margo Bineti pro varia lectione, & sic Scriverius. quod firmari posset ex Dracontii Hexaëmero v. 191. de elephanto:

Bellua divinos inter generatur odores,
Ambrosiasque sapit male frangens bestia messes.

parum refert, si per *honores* intelligamus odores turis & sacrificiorum. similis varietas apud Ovidium VIII. Met. 739.

——— *pater hujus erat, qui numina Divum*
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.

ubi alii codices *odores*. vid. Erhard. ad Petron. cap. 133. de confusione harum vocum, quarum utraque de sacrificiis dicitur, plura notavi ad Epigramma Virgilii, quo Aeneidem Veneri dedicat, editum Tom. I. pag. 37. *Victima sacrates tanget honore focos.* ubi alii etiam *odore*. posset tamen Psittacus dici *generatus inter odores* ideo, quia aromatum, cinnami, myrrhae, costi, & similium feracissima est India. unde *odoratos Indos* vocat Silius Ital. Lib. XVII. 648. sic Auctor Carminis de Phoenice, ubi de Oriente agitur, odores & aromata, e quibus nidum sibi construit Phoenix, enumerat v. 79. & seqq.

Colligit hinc succos & odores, divite silva
Quos legit Assyrius, quos opulentus Arabs.
Quos aut Panchaeae gentes (sic leg. cum Heinsio), *aut India carpit,*
Aut molli generat terra Sabaea sinu.
Cinnama dehinc, auramque procul spirantis amomi
Congerit, & misto balsama cum folio.
Non casiae mitis, nec olentis vimen acanthi,
Nec turis lacrimae, guttaque pinguis abest.
His addit teneras nardi pubentis aristas,
Et sociat myrrhae vim, panacea, tuam.

& seqq.

Tunc inter varios animam commendat odores,
Depositi tanti nec timet illa fidem.

eo sensu apud poëtas saepe *Indi*, *Panchaei*, *Assyrii odores*, & sim. pro aromatis. de quibus vid. Rittersh. ad Phaedr. Lib. IV. fab. 17. & ad Gunther. pag. 107. & Broukhus. ad Tibull. Lib. I. El. 3. 7. Lotichius Lib. IV. Eleg. 5. v. 105.

Unicus Assyriis qui vivit odoribus ales,
Exuviis iterum nascitur usque suis.

Dignior haec vox est] sic Pith. & margo Bineti, pro vitiosa lectione MS. *Dignior haec vos est.*

EP. CXLIX. DE PHILOMELA. *Sum noctis socia* &c.] edidit Pithoeus in Praetermissis pag. 485. ed. Parif. Contuli cum cod. Biblioth. Leid. in quo titulus, INCIPIT VERSUS DE FILOMELLA. Epigramma hoc multis in locis imitatur Alvarus Cordubensis, monachus seculi noni, in duobus de Philomela Carminibus, sed mutilatis, quae exstant inter Ejus Opera in Tom. XI. Hispaniae Sacrae Henrici Florezii pag. 275 & 276. cujus nonnulla addam specimina:

Vox, Philomela, tua metrorum carmina vincit,
Et superat miris flumina magna modis.
Vox, Philomela, tua dulcis super organa pergit, (f. *surgit*)
Cantica nam suave fulgide magna ca...(nis)
Vox, Philomela, tua superas sic gutture Musas,
Ut citharas vincat sibila ter. . . .
Sicque lyras dulces chordarum pollice ductus
Excellis mulcens corda fovens hominum.
Cedat omni. . (f. *omnigena*) *tibi vox quoque garrula cedat,*
Judice me carmen fulgeat omne tuum.
Nulla certe tibi aequetur (sic legend.) *nunc cantibus ales*
. . . . . hominum voce feras. . . . .
Dic. . . . . blande. . . , ...
Et. . . funde solite (f. *tum*) *gutture saepe meles.*
Porri. . . dulces sonum. . . . .
Et dulce. . . . . clange sonans.

quod ultimum distichon sic forte supplendum,

Porrige dulcisonum gaudenti pectore plectrum,
Et dulci liquidum gutture plange sonans.

En

Traducit Philomela insomnem carmine noctem,
Nos dormire facit, se vigilare docet.
Dic, Philomela, velis cur noctem vincere cantu?
Ovis ne noceat vis inimica meis.
Dic age, num cantu poteris depellere pestem?
Ut possim, aut nequeam, me vigilare juvat.
Vox, Philomela, tuos cantus ediscere cogit,
Inde tui laudem rustica lingua canit.
Vox, Philomela, tua & citharas in carmine vincit,
Et superat miris musica flabra modis.
Vox, Philomela, tua & curarum semina pellit,
Et recreat blandis anxia corda sonis.
Florea rura colis, herboso cespite gaudes,
Frondibus arboreis pignora multa foves.
Cantibus ecce tuis recrepant arbusta canoris,
Consonat ipsa suis frondea silva comis.
Judice me cygnus, & garrula cedat hirundo.
Cedat & illustri psittacus ore tibi.

Nulla

Ex altero carmine haec sufficiant:

Cantibus ecce tuis responsa poëtica currunt,
Et certant vario se superare pede.
Excute pennigera exalta sic carmina voce,
Nolo timere velis, nolo tacere velis.
Cedat omnigena, cedat vox garrula, cedat,
Judice me cedant omnia flabra tibi.
Perstrepe plumigera vincens sic facta priorum,
Ut nostra pariter usque nova superes.

v. 1. *Sum noctis socia, & sum cantus* &c.] copulam *&* omittit codex Leidensis, ut passim in sequentibus. v. 9. *Vox, Philomela, tua cantus.* v. 11. *Vox Philomela tua citharas in carmine vincis.* & v. 13. *Vox, Philomela, tua curarum semina pellis.* idque pro licentia istius aevi. nam sic scripsisse auctorem, patet ex imitatione Alvari Cordubensis.

3. *Traducit Philomela insomnem carmine noctem*] vitiose in cod. Leid. *Insomnem Filomela transducit carmina noctem.*

6. *Ovis ne noceat*] *Ne noceat ovis* cod. Leid. *tuis* forte legend. pro *meis.*

7. *Dic age num cantu*] *cantus* cod. Leid. & vers. seq. *Aut possim aut nequeam.*

9. *Vox, Philomela, tuos cantus ediscere cogit*] *Vox Filomela tua cantus se duce recogit* cod. Leid. & v. 11. *Vox Filomela tua citharas in carmine vincit.* lege *citharas & carmina vincit.* hoc quoque versu praestat, *Vox, Philomela, tua & cantus ediscere cogit,* ut v. 11. & 13. vel sine copula *&* ut in cod. Leidensi vid. supra ad v. 1.

11. *Et superat miris musica flabra notis*] *labra* conjecerat Heinsius. sed postea delevit. sic enim in carmine Astronomico Sisebuti supra edito v. 2.

Argutosque inter latices & musica flabra
Pierio liquidam perfundis nectare mentem.

13. *tua & curarum semina pellis*] *&* deest cod. Leid. *curarum semina*, ut apud Propertium Lib. III. El. 5. 4.

Semina curarum de capite orta tuo.

seq. vers. *Recreat & blandis* cod. Leid.

16. *frondibus arboreis pignora multa foves*] *pignora tuta* Heinsius.

17. *Cantibus ecce tuis recrepant arbusta*] *Cantibus & coetus recrepant* male in cod. Leid. pro *recrepant* malim *resonant.* ut sit imitatio Virgilii Ecl. II. 13.

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

19. — *& garrula cedat hirundo*] *garrula* quidem *hirundo* passim poëtis dicitur. vid. ad Pentadii Epigr. de adventu Veris, supra Ep. LXIX.

Nota tigilla linis jam garrula luce chelidon.

hoc tamen loco Heinsius reponebat *aëdon*, quod probo. ut aptius cum psittaco conjungatur. vide quae notavi ad Tom. I. hujus Operis pag. 114. & supra ad Lib. IV. Ep. CLV.

23. *lin-*

Nulla tuos umquam cantus imitabitur ales.
Murmure namque tuo dulcia mella fluunt.
Dic ergo tremulos lingua vibrante susurros,
Et suavi liquidum gutture pande melos.
Porrige dulcisonas adtentis auribus odas,
Nolo tacere velis, volo tacere cupis.

EP. CL. DE GALLO GALLINACEO.

Candida Phoebaeo praefulgent ora rubore,
Crista riget radiis, ignea barba micat.
Alae, colla, comae, pectus, femur, ungula, cauda,
Paestanis lucent floridiora rosis.

Flam-

23. *lingua vibrante susurros*] *susurras* cod. Leid.

24. *Et suavi liquidum gutture pande melos*] *suave & pangere* cod. Leid. unde *pange melos* posset legi. ut in Sisebuti Carmine Astrologico, in initio:

Tu forte in luco lentus vaga carmina pangis.

ut legebat Heinsius, pro *gignis*.

25. *Porrige dulcisonas adtentis auribus odas*] *adtentis viribus escas* cod. Leid. quae esurientis librarii scriptura est. alterum sic expressit Alvarus Cordubensis, ut ex hoc loco supplendum est,

Porrige dulcisonum gaudenti pectore plectrum.

odas vero ista aetate dixerunt pro quocumque cantu suavi. sic in Elegia de Vocibus Animal. supra edita,

Et merulus modulans tam pulcris concinit odis.

& in Aenigmatico Epigr. cxx.

Horum quippe duo dulci modulaminis oda
Vivenai modulo quoniam senos superarunt.

vid. Barth ad Stat. Lib. V. Sylv. 3. 94.

v. 26. *Nolo tacere velis, volo tacere cupis*] ineptus & vitiosus versus, prima in *volo* perperam producta. bis repetit codex Leidensis *Nolo tacere velis, nolo tacere velis.* mendose certe hic legi *Volo tacere cupis* notat Rivinus ad Pervig. Ven. pag. 135. qui adfert *Nolo tacere velis, malo tacere ebelyn.* an ex Alvaro Cordubensi emendandum?

Nolo timere velis, nolo tacere velis.

in fine addit codex Leid.

Cutta (f. *Cuncta*) *tibi summa laus & benedictio...*
(f. *detur*)
Qui praestas famulis haec bona grata tuis.

EP. CL. DE GALLO GALLINACEO.] Extat in Pithoeanis Lib. IV. pag. 153. & ex cod. Cujacii edidit Binetus pag. 11. sub nomine Alcimi adfertur in notis Varior. ad Ovid. I. Fast. 455. ed. Cnipping. In schedis Salmas. erat inscriptio DE CAPONE FASSANATIO. In Vossii codice DE CAPONE FASSANARIO. legendum forte PHASIANO. huic enim optime convenit hoc Epigramma. de hac ave Martialis Lib. XIII. Ep. 69. quod inscribitur PHASIANUS, & ab Isidoro sine auctoris nomine adfertur Lib. XII. Orig. cap. 7.

Argoa (*Argiva* apud Isidor.) *primum sum transportata carina,*
Ante mihi notum nil, nisi Phasis, erat.

ut legit Gronov. Lib. II. Observ. cap. 10. ubi ex MS. Leidensi & Pircheimeri codice ineditum Martialis Epigramma, praecedenti subjungendum, primus eruit, cujus titulus est PHASIANI OVO:

Quas Argoa prius transvexit Phase carina,
Oris aves fopili femina virque sumus.

vide Salmasii Epist. pag. 95 & 149. & plura de Phasiano in notis doctorum ad illud Petronii cap. 93.

Ales Phasiacis petita Colchis,
Atque Afrae volucres placent palato.

Seneca Cons. ad Helv. cap. 9. *Ultra Phasin capi volunt, quod ambitiosam popinam instruat; nec piget a Parthis, a quibus nondum poenas repetiimus, aves petere.* *pictam Phasidis avem* vocat Auctor Phoenicis v. 144.

Effigies inter pavonis mixta figuram
Cernitur, & pictam Phasidis inter avem.

qui locus tamen patrocinium non praebet J. Martianaeo, apud Hieronymum *Phasidis aves* praeferenti pro *Phasides*. vid. Clerici Biblioth. Select. Tom. XVII. pag. 114. & 115.

Phoebaeo praefulgent ora rubore] *Phoeniceo* emendaverat Heinsius. sed postea delevit. *praefulgunt* Voss. codex.

Crista rubet] *Crusta* in cod. Voss.

femur, ungula, cauda,] in Vossiano codice *ungua*. Schedae Salmasianae, *incunia*. unde Heinsius conjiciebat *inguina*.

Paestanis] *Paestaniis* in Schedis Salmas.

fic

Flammea ſic rutilum diſtinguit pinna colorem,
  Ut vibrare putes ignea membra faces.

EP. CLI. DE PICA DIALOGISMVS.

Albedo, *Nigredo*, *Pica*, *Natura.*

A. Sis mea candida ſis *Nig.* non, ſed mea nigra voceris.
  Nat. Candida nec dici, nigra nec eſſe poteſt.
A. Es mea. *P.* Non. *Nig.* mea. *P.* non. naturam conſulo. *Nat.* libram
  Dirigo: reſpondet pondere libra pari.
Nec tua, nec tua ſit: dubius color errat in illa,
  Qui diviſorem neſcit habere ſuum.

EP. CLII. DE ANSERE.

Aedibus in noſtris volitans argenteus anſer
  Dulciſono ſtrepitu colla canore levat.
Ales grata bono duplici, nam fercula menſae
  Conplet, & adſervat nocte ſilente domum.
Solus Tarpeja canibus in rupe quietis
  Eripuit Gallis Romula tecta vigil.

EP. CLIII.

DE ANSERE, QVI INTRA SE CAPIT
* CVPIA PRANDII.

Eminet inpletus pullorum carnibus anſer,
  Et varias menſae torridus ambit opes.

Ingui-

ſic rutilum diſtinguit pinna colorem] eleganter. vide ad Eleg. de Phoenic. v. 141.

ignea membra] Salmaſii Schedae, & Voſſii codex *plumea.* & ſic in ſuo MS. legi notavit Scaliger in exemplari editionis Pithoeanae Viennenſi, & in v. c. tribus diſtichis amplius eſſe. *plumea* praeferendum, nam *ignea barba* praeceſſit. & elegantior oppoſitio eſt, ut dicantur *plumea membra vibrare faces* propter rutilum colorem, quam *ignea*, quod librario debetur ad *faces* referenti.

EP. CLI. DE PICA DIALOGISMVS] edidit Pithoeus Lib. IV. Epigr. vet. pag. 153. firmare poteſt hoc Epigramma ſententiam illorum, qui *variam picam* verſicolorem exponunt apud Petron. cap. 28. in fine. ſive ut vocat Propertius Lib. III. El. XI. 32.

Et variam plumae verſicoloris avem.

quod de pica, vel perdice poteſt intelligi, aut de columba, ut cenſet Patruus meus ad Ovid. II. A. A. 269. ſic tigris *beſtia variis diſtincta maculis* dicitur Iſidoro Lib. XII. Orig. cap. 2. ultimo verſu memoratur *diviſor*, qui nempe in coena dividebat dapes. tales aliter *diribitores* dicuntur. de quibus vide Patrui notas ad Petron. cap. 33.

EP. CLII. DE ANSERE] Debetur ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus, ex quibus edidi, emendata codicis ſcriptura hic illic vitioſa: ultimum diſtichon in codice Salmaſiano male etiam adnectitur alii Epigrammati *de Chimera* mox edendo Ep. CLXV. cum vitioſa ſcriptura, *Solus Tarpeja canibus in rupiſſe quietis.* pro *in rupe.* ut in verſibus apud Sueton. Domit. cap. ult. *Nuper Tarpejo ſedit quae culmine cornix.* reſpicitur ad Gallos Capitolium obſidentes, anſerum ſtrepitu proditos, ut notum. Ovid. I. Faſt. 453.

Nec defenſa juvant Capitolia, quo minus anſer
  Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.

Propertius Lib. III. El. 2. 12.

Hannibalemque lares Romana ſede fugantes,
  Anſeris & tutum voce fuiſſe Jovem.

Plinius Lib X. cap. 22. *Eſt & anſeri vigil cura, Capitolio teſtata defenſo, per id tempus canum ſilentio proditis rebus.* Iſidorus Lib. XII. Orig. cap. 7. *Nullum animal ita odorem hominis ſentit, ut anſer, unde & clangore ejus Gallorum aſcenſus in Capitolium deprehenſus eſt.*

EP.

Inguinibus nam portat olus, ventrisque soluti
  Truditur e medio eficiata nitens.
Fulcit utrumque latus turdus cum turture pinguis,
  Multaque penniferum corpore pandit opus.
Quis non credat equum Grajam celasse phalangem?
  Si parvus tantas anser habet latebras.
Plura saginato conclusit fercula capso
  Aucupia, & pulpas ducere docta manus.
Intus inest quodcumque placet, crescitque voluptas,
  Cum scisso multas pectore prodit opes.
Cedat Cecropii lascivans bucula fabri,
  Qua consuerat amor claudere Pasiphaën.
Cedat & ille dolus, sollers quem struxit Epeüs,
  Qui gravidus bellis Pergama solvit equus.
Majora in parva haec monstrat fabrica techna,
  Una capit totas anseris arca dapes.

EP.

EP. CLIII. DE ANSERE QVI INTRA SE CAPIT * CVPIA PRANDII] Sic inscribitur optimum hoc Epigramma in Schedis codicis Salmasiani, manu Heinsii descriptis. pro CVPIA conjeceram CVPEDIA scribendum, cum postea vidi idem in mentem venisse Reinesio ad Petron loco mox indicando. duo priora tantum disticha ipse edidit Salmas. ad Lampridii Elagab. cap. XIX. & ex eo Almeiovenius in Epigr. & Poëm. vet. pag. 17. & haec quoque tantum habentur in schedis Divionensibus sub titulo DE ANSERE FARTO. sed integrum produxit Patruus meus ad Petron. cap. 49. pag. 247. ubi de *avibus fartis*, qua de re vide eumdem ad cap. 69. pag. 343. & ad Claudian. II. in Eutrop. 449. & huc refer quae de *avium fartore Caesaris* notavit Reinesius ad Inscript. Antiq. pag. 554. Totum etiam hoc Epigramma exhibet Tollius ad Palaephat. pag. 194. cujus notam hic praetereundam non duxi.

DE ANSERE, QVI INTRA SE CAPIT AVCVPIA PRANDII] Hoc modo emendavimus Epigramma a librario pessime descriptum. In Inscriptione erat DE ANSERE QVI INTRA SE CAPIT CVPIA PRANDII. Repofuimus AVCVPIA. nam ut *venationem* sic *aucupia* dixerunt veteres non modo pro labore venandi & aucupandi, sed pro captis feris & avibus. atque hinc disticho quinto pro *Ho cupiat pulpas* etiam legendum puto *Aucupia & pulpas*. Nam sic cohaerebit: manus, puta coqui, docta ducere aucupia & pulpas, conclusit plura fercula saginato capso. Disticho secundo legebatur,

Funditur e medio eficiata nitens.

corrigit Gronovius,

Funditur e mediis Isiciata nitens.

verissime. *Insicia* enim & *Isicia* dicebantur pro genere cibi e sectis particulis carnium, quasi minutal. ut *proficies* & *proficia* in sacris. de isiciata vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 185. hoc Epigramma est in Corpore inedito V. C. Coronati:

Mortua fit praeda pullorum turgida membris,
Ex aliis crescit, nec sese repperit in se.

atque ut *Isiciatam*, sic *ovatam* dixisse liquet ex Donati Carmine nondum, quod sciam, in lucem emisso:

Ovorum copiosa phalanx in ventre tumentis
Conditur, & membris crescit gallina repletis.
Mortua concepit quantum nec viva creavit.

in tertio erat *fulget* pro *fulcit*. *pignus* pro *pingui* vel *pinguis*. in sexto *apes* pro *opes*. In octavo ut pro &. *Efeos* pro *Epeus*. Ultimum prorsus turbatum *Majora in parvum haec monstra fabrica tegnam*. Nos alio modo, &, ut arbitror, recte sic composuimus;

Majorem parva haec demonstrat fabrica technam.

TOLLIVS. „ Auferes farti jam olim apud Grae„ cos noti fuere, ibique *Darei* audiebant. qua „ de re pluribus idem Nonnius Lib. II. cap. 34. „ Hujus vero cibi haud meminit Apicius. MEERMAN. " de *Isiciis*, & *efiiciariis*, vel *isiciariis* fartoribus, qui carnem minutatim incisam in avium ventriculum inserebant vide eruditos Interpretes ad Petron. cap. 35. pag. 147. Vavassorem de Ludicra Dict. pag. 41. Lambecium in Biblioth.

Cae.

EP. CLIV. DE ESICIATA.

Amisit proprias vacuato corpore carnes,
Accepitque novas, dedit ac tulit, & grave lucrum
Perdendo adquirit, damno bene crevit in illo.

EP.

Caesar. Lib. III. pag. 357. Voss. de vitiis Serm. Lib. I. cap. 7. in fine. & uberius in Etymolog. pag. 270. ex quo patet *isicium* ab *insecando* dictum, ut *salsicium*, & sim. pro quo *esicium* & *esiciata* aevo posteriori. sic porcellus, coqui arte partim assus & elixus, partim fartura oppletus, deipnosophistarum mensae illatus apud Athenaeum Lib. IX. cap. 5. ad quem locum de *isiciis* vide Casaub. Animadv. pag. 651. apud Apulejum Lib. VI. Metam. sub finem, *insicium*, vel *isiaticum*, *fartilem asinum* reposuit Heins. ad Ovid. II. Fast. 578. de ansere, ut hoc loco, Plinius Lib. X. cap. 22. *Fartilibus jecur in magnam amplitudinem crescit, exemptum quoque lacte mulso augetur: nec sine caussa in quaestione est, quis primus tantum bonum invenit.* sic *pavus Isicio conclusus* apud Avitum Viennens. Epist. LXXVII. & plura de Isiciis Apicius Lib. II. de Arte Coquin. cap. 1. & 2. Quarto versu in schedis Salmasianis & codice Leidensi legebatur *Truditur e midis esitiata nitens.* Tollianae & Gronovianae lectioni longe praefero conjecturam N. Heinsii *Truditur e nido esitiata nitens*, cum hiatu, in medio versu, non infrequenti. Id est inplumis avis e nido ad farturam extrahitur. praeter vitiosas codicis Salmasiani scripturas, a Tollio notatas, quinto versu cum eo paria facit codex Leidensis, Salmasiani apographus. versu decimo *Hacupias pulpas* iidem codices. & in titulo, QVI INTRA SE CAPIT CVPIA PRANOII. unde Tollius *Aucupia* illic, & hoc versu *Aucupia & pulpas.* sed praefero, quod supra notavi, CVPEDIA. duodecimo *apes* in iisdem pro *opes*, ut emendat Tollius, & Heinsius. possis etiam *aves.* v. 13. *lascibans* in schedis MSS. respicitur hic ad buculam Myronis, tot Epigrammatibus in Anthologia Graeca & ab Ausonio decantatam. *bucula* autem pro *vaccula.* ut in Carmine Severi de mortibus boum apud Pith. pag 450. *Errat succiduo bucula poplite.* Glossae MSS. Bonav. Vulcanii, *Bucula*, *vaccula*, *diminutive.* & in Priapejis Ep. LXXXVI. *Teneraque matre mugiente bucula.* ut legit Heinsius notis ineditis ad Valerii Catonis Diras v. 131. ubi pariter praeferebat, *Felix taure pater magni gregis, & decus, a te Bucula non umquam secreta cubilia captans* &c. v. 15. *Cedat & ille dolos* cod. Salm. & Leidens. & a manu secunda *dolus.* sed nihil mutandum, nisi *dolo solers* legas, adscripserat Heinsius. Cogitabat auctor illud Virgilii, *doli fabricator Epeus.* sequenti *Pergama solvit equus* cod. Salm. *ecus* Leidens. & *equus* in marg. denique v. 17. *Majora in parva haec monstrat fabrica tegnā* in cod. Salm. *in parvū* (*parva* manu sec.) *haec monstra* Leid. forte *haec demonstrat.* excussit etiam diversas has cod. Salmasiani lectiones Patruus meus ad Petron. d. l. pag. 248.

EP. CLIV. DE ESICIATA] „ *Esicia* seu *insicia* pro„prie appellabantur farcimina, quae impletis car„ne concisa intestinis fiunt, erantque varii apud „antiquos generis. vid. Apicius Coelius Lib. II. „*de art. coquin.* cap. 1. qui auctor editori ejus „Mart. Listrio visus est Afer, ut certe de poë„ta nostro certissimum est. add. Lud. Nonnius „*de re cibaria veterum* Lib. II. cap. 14 Hic ve„ro quum de *gallina esiciata* sermo sit, intelli„genda illa est, quae evacuato prius corpore „varii deinde generis farcimine replebatur, uti „caprum pullumque farsilem describit Apicius „Lib. VI. cap. 9 MEERMAN." propter argumenti similitudinem hoc cum aliquot sequentibus addidi ex schedis Salmasianis & Divionensibus. primum produxit Salmasius ad Lampridii Elagab. cap. 19. & ex illo Almelovenius pag. 17. sed in ejus schedis vitiata scriptura erat versu primo, *Amisit probria sua cuato* &c. v. 2. *Accipitque novas dedis, ac tollet, & grave lucre.* v. 3. *damne bene crevit in illa.* sed *damnum bene crevit in illa* adfert ad Hist. Aug. d. l. & sic in Schedis Divionens. Cl. Cannegieterus ad Avieni Fab V. pag. 42. emendat, *Perdendo adquisit, damno bene crevit in illo.* ut *adquisit* dicatur pro *adquisivit.* quod tamen necessarium non videtur. quia variatio illa temporum non infrequens. Certe primo versu etiam *Amittit* adfert Heinsius ad Ovid. II. Fast. 578. ubi, de *isiciis* agens, initium hujus epigrammatis, ex antiquissimo codice a se descripti, exhibet. ad reliqua hujus generis Epigrammata optimas notas suas mecum benigne communicavit, & his inseri permisit Nobiliss. G. Meermannus.

EP. CLV. ALITER, VNDE SVPRA. V. C. CORONATI.

Mortua fit praedo pullorum turgida membris,
Ex aliis crefcit, nec fefe repperit in fe.

EP. CLVI. DE OVATA. DONATI.

Ovorum copiofa phalanx in ventre tumentis
Conditur, & membris crefcit gallina repletis:
Mortua concepit, quantum nec viva creavit.

EP. CLVII. VNDE SVPRA V. C. CORONATI.

Medeam fertur natos Prognemque necaffe.
En natis atavifque fimul, vel caede fuorum
Crefcit plus moriens, fumpfit de caede tumorem.

EP. CLVIII. DE PRESSA.

Turgida fum moriens folertifque arte refixa,
Crefcens decrefco, nomine Preffa vocor.

EP.

EP. CLV. CORONATI. *Mortua fit praedo pullorum turgida membris*] fic codex Salmaf. *turdorum* in fchedis Divionenfibus. CORONATVS V. C. hic idem, cujus aliud carmen fub titulo Thematis Virgiliani, quod incipit *Afpera diverfo laxatur vita dolore*. ex fchedis codicis Salmafiani aliifque produxi Tom. I. pag. 147. ubi de eo vide.

Mortua fit praedo turdorum] Notus eft turdus,
,, tum avis, tum pifcis. Utrumque veteribus in
,, deliciis fuiffe multis oftendit Nonnius Lib. II.
,, cap. 30. & Lib. III. cap. 23. Quanquam vero
,, ificia etiam ex pifcibus fierent, ut ex Apicio
,, & aliunde conftat, attamen ad turdos volu-
,, cres refpexiffe Coronatum, quorum carne re-
,, pieta fuerit gallina, ex praecedenti carmine
,, colligere licet. MEERMAN.

EP. CLVI. DE OVATA. DONATI. *Ovorum copio-*
,, *fa phalanx in ventre tumentis Conditur*] Recipienda
,, videtur lectio Schedarum Divionenfium *inventa*
,, *trementis Conditur*. Quale hoc fuerit condimenti
,, genus, non adeo perfpicuum, quum *trementae*
,, vox nullibi, quod fciam, occurrat. Sed quia
,, probabile, ea aromatis quoddam genus defig-
,, nari, fufpicor, Donatum hac voce intellexiffe
,, *mentham*, cujus frequens ufus erat in condi-
,, mentis, tefte Plinio Lib. XIX. cap. 8. add.
,, Apicius I. 29. & IV. I. Nonnius I. 20. Ce-
,, terum vel abfque hoc farcimine magni apud
,, gulofos homines aeftimabantur gallinae Afri-
,, canae, tum Numidicae, tum Maleagricae, ut
,, pluribus docet Nonnius II. 26. MEERMAN.
,, OBATA fchedae Salmaf. ex quibus etiam hoc edidit Patruus meus ad Petron. cap. 49. pag. 248. *inventa trementis*, quod habetur in fchedis Divionenf. praeferebat Nob. Meermannus lectioni fchedarum Salmaf. in quibus legitur *in ventre tumentis*. quod admittendum cenfebam, vel *tumenti*, quia de *trementae* aromate nihil conftabat, neque *inventa* fenfum idoneum facere videbatur. fecundo verfu gallina ovis farta membris fingulis repletis plus crefcere dicitur ex tot ovis in ventre conditis. *tumere* in his proprium. ut in praeced. Epigr. *pullorum turgida membris*. & in fequenti,

Crefcit plus moriens, fumfit de caede tumorem.

& mox de Preffa,

Turgida fum moriens, folertifque arte refixa.

EP. CLVII. *Medeam fertur* &c.] Ex Salmafianis & Divionenfibus fchedis aptiore loco hic reponendum exiftimavi, licet jam edidiffem Tom I. pag. 149. ubi deleatur per me licet. primo verfu forte Coronatus refpicit ad illud Juvenalis Sat. VI. 643.

Credamus tragicis, quidquid de Colchide faeva
Dicitur & Progne.

uterque enim prolem interfecit. ubi pro *Colchide faeva* in MSS. *torva*. in aliis *terra*. quod forte pro *tetra* fcriptum fuerit.

EP. CLVIII *Turgida fum* &c.] ex iifdem Schedis MSS. primo verfu corrigendum arbitror *folertique arte refixa*. ut Epigr. feq. *Blandum mellis opus folerti fingitur arte*. male enim *defixa* in codd. MSS. Salm. & Divion.

,, *Turgida* &c.] Videtur loqui de gallina fagi-
,, nata (imo forte de caftrata, vulgo *poularde*,
,, utpote pinguedine ceteras vincente) quae per
,, coquum fingulari modo depreffa menfae im-
,, ponebatur. Atque huc refero locum Plinii
,, Lib. X. cap. 50 *Foeminae* (gallinae) *quidem ad*
,, *faginam non omnes eliguntur, nec nifi in cervice*
,, *pingui cute. Poftea culinarum artes, ut clunes*
,, *fpectentur, ut dividantur in tergora, ut a pede*
,, *uno dilatatae repofitoria occupent.* MEERMAN.

EP.

EP. CLIX. DE MISOVOSTV.

Perna, lepus, turtur, perdix, Junonius ales,
Agnus, porcellus, junguntur, candidus anser.
Aethera quod, pontusque, altrix quod terra creavit,
Cernimus esciferum paulatim sumere ventrem.

EP. CLX. DE PASTILLV COCTEN.

Blandum mellis opus solerti fingitur arte,
  Faucibus hoc dulce est, dentibus interitus.

EP. CLXI. DE CONVIVIIS BARBARIS.

Inter citz Gothicum scapia matzia iadrincam
Non audet quisquam dignos educere versus.

Cal-

EP. CLIX. DE MISOVOSTV. *Perna, lepus,* &c.] „ ita inscribitur in Divionensibus schedis. in Salmas. codice legitur *de missu assu*, quod aeque obscurum. Pretiosa, quae hic describitur, daps ex octo animalium carnibus composita, Apicioque ignota, a lurcone quodam sine dubio apud Vandalos inventa est, quos vergente horum imperio gulae maxime inserviisse & haec epigrammata testantur, & Procopius narrat Lib. II. *de bell. Vandal.* cap. 6. Haud absimiles cibi, sed adjuncta brassica, raphanis, aliisque herbis nostra etiam aetate invaluere, a coquis *olipodrigo* seu contracte *olio* dicti, meminique interfuisse me prandio, ubi compositus ejusmodi cibus aderat, quinquaginta florenorum pretio aestimatus. Scilicet eo jam Batavi pervenimus, ut spretis, per quas Resp. crevit, artibus scientiisque omnia ad fastum luxumque (proh dedecus!) unice comparata sint. Sed e diverticulo in viam. Apicius varia quum adferat condimenta ab inventore denominata, suspicio mihi oborta, in barbara voce MISOVOSTV nomen quoddam proprium Gothicum seu Vandalicum latere posse; nec vane, si quid video. Helmoldus sane scriptor seculi XII. in *Chronica Sclavorum* Lib. I. cap. 16. memorat *Mistivoium* Principem Winulorum initio sec. XI Winulos autem eosdem esse, qui antea Wandali audiebant, ipse nos docet Lib. I. cap. 2. Imo jam antea Obtriti seu Mecklenburgenses, quos ex Wandalis descendisse notissimum est, a. 964. seqq. ducem habuerant *Mistivoium* seu *Mistuem*, ut ex scriptoribus antiquis nos docet Henr. Bangertus in Not. ad Lib. I. Helmoldi cap. 12. pag. 39. unde infero, *Mistevojum* nomen antiquum esse Vandalicum, quod ut varie scribi atque immutari potuit, ita forsan poëtae nostri aevo sive sec. VI. ineunte scriptum *Misevostus*; nisi tamen in inscriptione vitium latere malis, & levi literarum transpositione legendum *De Mistovoiu*. Utrum vero eligas, fateor, me hujus nominis significationem frustra quaesivisse. MEERMAN.

„ EP. CLX.] Indicare poëta videtur quandam bellarii speciem, seu dulce domesticum ex melle, forte illi haud absimile, quod Apicius Lib. VII. cap. 11. describit his verbis: *Accipies similam, coques in aqua calida, ita ut durissimam pultem facias, deinde in patellam expandis, cum refrixerit, concidis quasi dulcia, & frigis in oleo optimo, levas, perfundis mel, piper aspergis, & inferes. Melius feceris, si lac pro aqua miseris.* Ipsum vero panificium seu pultem vocat poëta *pastillum*, ut Galli *pasté*, translata significatione; nam pastillum sensu proprio constat emplastri speciem esse ex aridis medicamentis juncto humore aliquo confectam. vid. Cels. *Lib. V. de re medica cap.* 17. Unde patet, hanc vocem in culinis sec. VI. ineunte jam receptam, eoque sensu multo antiquiorem esse, quam Cangius in Glossar. hac v. credidit. Ceterum depravatam nonnihil inscriptionem hoc pacto corrige: *De pastilli-coctu* vel *De pastilli-coctura.* MEERMAN.

„ EP. CLXI. DE CONVIVIIS BARBARIS] ita in schedis Divion. CONVIVIS in Salmasianis, quae primo versu exhibent *Intereils Goticum.* & secundo *Non audit quisquam dignos edicere versos.*

Inter citz Gothicum &c.] Triplex olim apud „ Afros lingua usitata fuit. Earum prima Phoenicia, de cujus origine atque indole mul-

Calliope madido trepidat ſe jungere Baccho,

Ne

„ tum diſputatum a viris doctis, maxime Reineſio, Bocharto, & Rhenferdo. Iis noviſſime acceſſit Ludov. Joſ. Velazquez en *Enſayo ſobre los Alphabetos de las letras deſconocidas, que ſe encuentran en las mas antiguas medallas y monumentos de España*, Madr. 1752. Romani autem poſt ſubactam Africam, Latinae quoque linguae uſum illuc introduxere, quae a Grammaticis ibi docebatur, ſenſim vero ita praevalere coepit, ut D. Auguſtini aetate plerique linguae Romanorum, Punicae pauci gnari eſſent. vid. ejus *Confeſſiones* Lib. I. cap. 13. junct. *Serm.* 167. Ubi vero, paucis poſt ejuſdem Hipponenſis Epiſcopi obitum annis, Vandali Romanis in imperio Africae ſucceſſere, hi Gothicum illuc invexere ſermonem, utpote qui cum Gothis iis communis erat, teſte Procopio Lib. I. *de bello Vandal.* cap. 2. At vel ſic Latini uſum minime ſuſtulerunt, ut & collectio, quae hic editur, Poëtarum Vandalorum, & complurium Epiſcoporum Afrorum ſcripta ſec. v. & vi. teſtantur; ſola vero, ut arbitror, Phoenicia paulatim in deſuetudinem abeunte. Minus ergo Gothicae linguae ſtudioſus erat Genſericus, primus in Africa Vandalorum Rex, quam Attila Rex Hunnorum, de quo adſcribam verba Petr. Alcyonii (250. abhinc annis clari) Lib. II. de Exilio: *In Bibliotheca noſtra aſſervatur liber incerti auctoris, Graece ſcriptus, de rebus a Gothis in Italia geſtis. In eo memini me legere, Attilam Regem poſt partam victoriam tam ſtudioſum fuiſſe Gothicae linguae propagandae, ut edicto ſanxerit, ne quis lingua Latina loqueretur, magiſtroſque inſuper e ſua provincia accivisse, qui Italos Gothicam linguam edocerent*; quanquam ſub Gothorum poſthac in Italia Regibus Latina lingua receptior eſſet, ut inferre licet ex literis quampluribus, quas ſuis *Variarum* Libris Caſſiodorus inſeruit.

„ Hiſce praemiſſis, exploremus, quid obſcuro hoc epigrammate mente agitaverit Poëta noſter Vandalus, quem, ut ceteros in codice Divionenſi, ſub Rege Thraſamundo vel Hilderico ſec. vi. initio floruiſſe probabile eſt? De Gothicis ergo vocabulis explicandis quum quaeſtio ſit, optime peti interpretatio poteſt e fragmentis verſionis Ulphilae, Epiſcopi Gothorum, cum Evangeliorum tum Epiſtolae Pauli ad Romanos, quae ſeculum quartum vetuſtate aequant. Prima vero difficultas in voce *citz* pro qua alter codex ſiſtit *eils*. Et quidem τὸ *eils* repudiandum arbitror; quanquam enim pro *ſalve* vel ſalutatione accipi illud poſſet, uti *hails* mutata nonnihil dialecto occurrit apud Ulphilam Marc. XV. vers. 18. ad convivia tamen ſalutationem aegre applicaveris, niſi forte de more in ſanitatem bibendi agatur; ſed hanc poëtae mentem haud fuiſſe, inde colligo, quod poſtea demum de poculo ſermo ſit. Si ergo praeferenda altera lectio *citz*, quid ea deſignabitur? Fuit, quum crederem, indigitari potum quemdam e frugibus confectum, cujus ſub nomine *zythi* multi veterum meminerunt: loca petere eſt ex Nonnio Lib. IV. *de re cibar.* cap. 16. Sed quominus in hac conjectura ſubſiſtam, facit partim laudata jam ratio, quod de potu in ſequentibus demum ſermo ſit, partim quod Aegyptiis paſſim adſcribi zythum videam, nuſpiam Gothis Vandaliſve. Itaque *citz* interpretari malo *ciſſ* ſeu *cuſſ*, id eſt oſculum, quia hilarioribus, de queis hic ſermo, Vandalorum cum amabili ſexu conviviis apprime hoc convenit. Vox quidem ea non ſupereſt in reſiduis Ulphilae fragmentis, at invenimus tamen illic verbum *Kukjan* oſculari, Marc. XIV. vers. 44. &c. Quoniam vero *k* & *s* ſaepe permutantur, non improbabilis videri poſſet Wachteri opinio in *Gloſſar. Germ.* v. *Kuſſ*, Gothos modo *Kuks*, modo *Kuſſ*, ſive *cuſſ*, pro oſculo dixiſſe, ut Anglo-Saxones *cyſſ*. Attamen, quia pronunciatio Gothorum ab eorum orthographia nonnihil differebat, crederem malo, eos *kukjan* & *kuks* ſcripſiſſe, aſt ſermone expreſſiſſe *kusjan* ac *kuſſ*. Quidquid eſt, τὸ *cuſſ*, ex Graeco κύσαι deſcendens, novem decemve abhinc ſeculis uſitatum fuit Teutonibus, ſiquidem jam occurrit in verſione perantiqua Theotiſca *Harmoniae Evangeliorum* Tatiani cap. 183. add. Fr. Junius in *Etymolog. Anglic.* v. *ciſſ*. Dani etiam ſec. ix. medio eam vocem uſurpabant; ſiquidem *kuſſa* pro *obſculari*, legimus in carmine Regneri Lodbrogi, Regis Danorum, §. 14. apud Ol. Wormium in *Literatura Runica* pag. 194. edit. 1651. & Lamb. ten Kate *Aenleiding tot de Nederduitſche Sprake* Tom. I. pag. 93. Quia vero Poëta poſt nomen *ciſſ* addidit *Gothicum*, dubium, an deſignare modo voluerit, vocem hanc eſſe Gothicam, an vero, quodque magis placet, ſingulare aliquod genus oſculi huic nationi uſitati; uti oſculum Florentinum, de quo Lil. Greg. Gyraldus *Dial.* IX.

„ Accedimus ad vocem *ſcapia-matzia*, (corrupte in alio Cod. *madria*, quod ſenſu caret) ex duabus, ut patet, compoſitam. *Mat* pro cibo invenire eſt apud Ulphilam Johan. VI. vers. 55.

„ &c.

Ne pedibus non ſtet ebria Muſa ſuis.

Ep.

„ &c. unde *matjan* comedere, Marc. III. vers. 20. Teutones, quorum lingua aut ex Gothica deſcendit, aut certe ejuſdem cum illa originis eſt, mutata nonnihil dialecto cibum dixere *muas*. Eo vocabulo jam uſus Kero Abbas S. Galli in Helvetia, qui circa a. 720. floruit, in *verſione Theotiſca Regulae S. Benedicti* cap. 24. &c. Tom. I. *Theſ. Antiq. Teut.* Schilteri. add. ej. Schilteri *Gloſſar.* hac voce, & Wachter. v. *mas*. Suſpicor autem, Gothos Vandaloſque, aeque ac Saxones, τῷ *mats* ſingularem poſtea ſignificationem dediſſe pro carne animalium; nam apud Anglos, quorum lingua e Saxonica deſcendit, conſtat, *meat* in genere cibum qualemcumque, in ſpecie vero carnis exprimere. Tempore quidem Ulphilae caro noſtra ſeu corpus humanum in genere deſignabatur per *leik*. vid. Joh. VI. vers. 51. ſeq. &c. (unde Anglo-Saxonicum *licham*. quod etiam apud Keronem in Prologo dict. lib. occurrit) ſed ea appellatio poſtmodum ad corpus mortuum ſeu cadaver reſtringi coepit, vivo autem applicari *leib* ſive *leif*, carni denique humanae in ſpecie una praepoſita literula *fleisk*, uti Angli τὸ *flesh* hac ſola ſignificatione adhibent. Obſervo tamen, Teutones & hodie & jam olim *fleisk* dixiſſe pro carne non humana modo, ſed & animalium, ut videre eſt apud Keronem cap. 1. 4. 36. 39. quanquam priore modo ſenſu occurrat in *Gloſſario Theotiſco* ſec. XII. quod *Itineribus* ſuis doctiſſimis ſubjecit Princeps illuſtriſſimus Gerbertus Abbas S. Blaſii in Sylva nigra edit. 1765. pag. 19. Ita vero cognita voce *mats* pro cibo, in ſpecie pro carne animalium, non dubito, quin per *ſcapia-matziam* intelligenda ſit *ovilla caro*. Fateor, τὸ *ſcaep* ignotum fuiſſe Ulphilae, qui *ovem* ubique reddidit *lamb*. vid. Joh. X. vers. 27. &c. Sed & in ſe ſimul infero Gothici ſermonis, aetate illius Epiſcopi, penuriam, quando *ovem* & *agnum* non diſtinguebant: hallucinatus enim hac in parte, ut ſaepe alibi, Junius eſt, dum in *Gloſſario Gothico* Ulphilae ſubjecto pag. 292. credidit, *ovem* Gothis dictam fuiſſe *ſana*, a *ſanaim* ſeu ſacrificatione, quia nullum animal frequentius ſacrificabant: certe *ſana* pro *hoſtia* occurrit apud Ulphilam Rom. XII. vers. 1. idem vero nomen inſerviiſſe *ovi* deſignandae nec liquet nec veroſimile eſt. Vocabulum ergo *ſcap* a Gothis non diu poſt Ulphilae tempora introductum ex hoc carmine inferre licet, uti etiam Teutonice antiquiſſimum eſt. Apud Keronem cap. 7. pag. 28. occurrit *ſcaf dera ſlahta*, quod Belgae redderemus *ſchaep ter ſlachtinge*. In lege Salica Tit. IV. § 3. pag. 21. edit. Eccardi inter gloſſas ſeu voces Malbergicas occurrunt *feti-ſhefo*, id eſt *fette ſchafe*, pingues oves. In verſione etiam Evangeliorum antiquiſſima Anglo-Saxonica (ſec. IX. vel X.) occurrit *ſceap* pro ove Joh. II. vers. 1, 2. De hujus vocis origine multa doctiſſimus Ten Kate Tom. II. pag. 346.

„ Ultimo loco vox *ia-drinka* nobis explicanda reſtat. *Drinkan* ſignificare potum, quum de convivio hic ſermo ſit, nullus Germanorum Belgarumve dubitabit. Ulphilas *driggkan* pro *bibere* uſus eſt Matth. XXVII. vers. 48. & Marc. X. 38. Idem vero opportune *mad* (cibum) & *dragk* (potum), plane ut Poëta noſter, conjunxit Rom. XII. vers. 20 *Jabai gredo fyand theina, mad gif imma. Ith jabai thaurſtai, dragkei ina.* Germanice verti poſſet: *Wenn hungert dein feind, gib ihm ſpeiſe. Doch wenn er durſtet, ſo thränke ihn.* Ita & Kero cap. 49. *Muaſa thranb furiprut*, i. e. cibi potuſque abſtinentia. e cujus loci uti & hujus verſiculi collatione patet Gothos quidem Ulphilaeo charactere *driggkan* & *dragk* ſcripſiſſe, aſt Graecorum more pronunciaſſe *drinkan* & *drank*, qua in parte dubius nonnihil haeſerat Katenius Tom. II. pag. 168. ſeq. poëta enim noſter Latinis literis Gothicas voces ſcribens bene ſe facturum credidit, ſi eas exhiberet, uti enunciabantur. Qualis vero potus *ia-drinka*? Fruſtra illum in monumentis veterum aut Gloſſariis recentiorum quaeſiveris. Imo *matzia*, *iadrinkan*, ne quidem cum metri legibus conciliari poteſt. Itaque librarium vocem, quam non intelligebat, corrupiſſe puto. An dicemus, legendum *camu-drinkam*, vel *celi drinkam*, vel leviori emendatione *bira-drinkam*? Certe ex Priſco Rhetore in *Excerpt. Hiſtor. Gothorum* pag. 55. edit. Phil. Labbe, conſtat, Gothos potu ex hordeo uſos, quem *camum* vocabant. Eadem voce uſus eſt Ulpianus l. 9. D. *de tritic. vin. vel oleo leg.* imo ſummus Cujacius Lib. XI. *Obſerv.* cap. 30. eam reperiſſe ſibi viſus eſt apud Apicium Lib. 2. cap. 2. (ubi tamen in nullo codice MS. quod ſciam, legitur) & ex vitioſa quam adfert lectione intulit, *camum* Barbaris idem fuiſſe, quod Romanis *lora*. Verum quid *camum* eſſet, non magis intellexit Cujacius, quam reliqui omnes Juris Interpretes, ipſo ingenue id agnoſcente cultiſſimo Heineccio in *addit.* ad Briſſonii *Lexicon Juris* v. *Camum*. ſicuti etiam anceps haeſit diligentiſſimus Nonnius Lib. IV. cap. 16. Ra-

Ep. CLXII. DE CATO.

Mordaces morsu solitus consumere mures,
Invisum & domibus perdere dente genus,
Catus in obscuro cepit pro sorice picam.
Multiloquumque vorax sorbuit ore caput.
Poena tamen praesens praedonem plectit edacem,
Nam claudunt rabidam cornea labra gulam.

Fau-

„ tio est, quod laudatus Prisci locus eos latuerit. Diversa autem a camo erat *celia*, potio ex frumento, cujus primus meminit Florus Lib. II. cap. 18. post hunc Orosius, Isidorus, alii. Utramque Germanis in usu fuisse, colligo ex Tacito *de mor. Germ.* cap. 23. *Celia* igitur, ut & aliis viris doctis visum, eadem quae cerevisia, nobis *bier*. Sed & ipsa vox *bier*, de cujus etymo nonnulla Katenius Tom. II. p. 586. originis antiquissimae est, quippe *bior* jam occurrit in laudato Lodbrogi Regis carminis §. 25. eamque Wormius pag. 147. reddidit *cerevisiam*; unde jam olim interpres Anglo-Saxo Luc. I. vers 15. σίκερα vertit per *beor*, quia cerevisia potus factitius & inebrians est; nec enim Junio in *Etymol. Anglic.* v. *beer* accedo, qui de hydromeli id vocabulum accepit. At quorsum me vehit majorum nostrorum potus, (de quo porro consuli potest idem Nonnius Lib. IV. cap. 18.) dum nobiliorem ante oculos habuisse poëtam colligere est ex vers. 3 ubi ait: *Calliope madido trepidat se jungere Baccho.* Quid ergo vinum Gothice? Praesto nobis Ulphilas, qui id *vein* reddit Luc. I. vers. 15. Quare certo certius arbitror, pro *ia-drinkam* substituendum *wina-drinkam*, id est vini potum, quemadmodum laudatus Gothorum Episcopus Luc. VII. vers. 34. vini potatorem seu vinolentum vocavit *vein-drugkja*, & Kero cap. 4. pag. 23. *win-trunchal.* Ut autem versus hic cum metri legibus concilietur, vocem praecedentem *scapia matzia* levissime emendo *scapiasmatziam*; atque ita lego: *Inter eils Gothicum, scăpiă: mă:ziăm, wina-drinkăm.* Admissa igitur explicatione nostra Venerem, Cererem, Bacchumque junxit poëta, significavitque, in conviviis barbarorum cum suavibus mulierculis inter osculum Gothicum liberius, carnis ovillae dapem, repetitumque vini haustum exigi vix posse, ut dignos quis ac metro alligatos versus proferat. MEERMAN.

Ep. CLXII. DE CATO &c.] Ex codice Cujaciano edidit Binetus pag. 11. & invenitur apud Pithoeum Lib. IV. pag. 154. & in schedis Salmasianis. in quibus titulus erat, DE CATTO QVI COMEDENS PICAM MORTVVS EST. e Graeco versum esse adscripserat Douza. Posterioris aevi hoc Epigramma censendum putabat Heinsius, vel ex iis locutionibus, *caput sorbere*, *cornea labra* pro rostro, & *escale vulnus*, quae dicta insolenter.

Invisum & domibus &c.] sic mustela apud Phaedrum Lib. I. fab. 2.

Quae tibi molestis muribus purgo domum.

male post *Invisum* distinctionem posuit Binetus.

Catus in obscuro] in Salmasii Schedis scribitur *Cattus*, ut & in titulo DE CATTO. de qua voce vide Menag. in Etymolog. Ling. Franc. ubi a Graeco κατὶς derivat, quae *Viverram* (male in Thesauro Fabri aliisque Lexicis *Viverea*) sive felem rusticam notat, de qua vide Victor. Lib. XXXI. Var. Lect. cap. 20. & Beroaldum in Tom. I. Fac. Critic. pag. 232. Veteres autem dixisse utroque genere hunc & hanc *cattum*, docet Servius ad Virg. V. Aen. 610. *notandum etiam de Iride, arcu, genere masculino dicere Virgilium; Catullus, & alii, genere feminino ponunt, referentes ad originem, sicut haec Cattus, & haec Gallus legimus, imitatione Graecorum, qui ὁ καὶ ἡ κύων, ὁ καὶ ἡ ἀλεκτρυὼν, dicunt.* vel *cattum* & *cattam.* Martialis Lib. XIII. Ep. 66. sub titulo *Cattae.*

Pannonicas nobis numquam dedit Umbria cattas.

Glossarium vetus pag. 369. ed. Vulcan. αἴλουρος, *felax*, *haec catta.* forte *felis.* Glossae Philoxeni & S. Germani pag. 27. ed. Labb. *Catta*, κάττα, ἰλιουρος (leg. αἴλουρος, ut in sequenti Glossa, *Haec Catta*, αἴλουρος,) *Cattus*, αἴλουρος. *Cattae* vox etiam occurrit in notis Tyronis pag. 176. ed. pr. Gruter. Scholiastes Callimachi Hymno in Cer. v. 111. τὸν αἴλουρον, τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κάττον. plura vide apud Vossium de vitiis Serm. Lib II. c. 4. pag. 190. Ouzel. ad Minuc. Felic. pag. 264. & Muncker. ad Antonin. c. XXVIII. p. 228.

3. *pro sorice*] *surice* sched. Salm. & *pigam* pro *picam.* mox eaedem *multiloctumque.*

6. *rabidam gulam*] *ravidam* eaedem schedae. unde Heinsius *avidam* emendabat. ut apud Phaedr. Lib. I. fab. 13. *avidis rapuit dentibus:*

7. Fau-

Faucibus obsessis vitalis semita cessit,
Et satur escali vulnere captor obit.
Non habet exemplum volucris vindicta perenne,
Hostem pica suum mortua discruciat.

EP. CLXIII. DE CATO,

Qui, cum soricem majorem vorasset, apoplexen passus occubuit.

Immensi soricis catus dum membra vorasset,
Deliciis periit crudior ille suis.
Pertulit adsuetae damnum per viscera praedae,
Per vitam moriens concipit ore necem.

EP. CLXIV. DE AMBIGENIS.

Hae sunt ambigenae, quae nuptu dispare constant.
Burdonem sonipes generat commixtus asellae.
Mulus ab Arcadicis & equina matre creatus.

Tity-

7. *Faucibus obsessis*] conjecerat Heinsius *obseptis*. Fauces enim, cum exterius strangulantur laqueis aut alio quoquo modo, *obsideri* dicuntur, interius autem obstructae non item. Sed auctor hujus Epigrammatis pro cetera latinitate posset videri parum anxie haec talia curasse. ita Heinsius. Sed Virgilium imitatus videtur, Lib. III. Georg. 507.

——— *it naribus ater*
Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.

ubi Servius, id est *clausas*. non dissimile illud Phaedri Lib. I. fab. 8. *Os devoratum fauce cum haereret lupi.* sic *obsessum glaciali frigore pectus* apud Ovid. IX. Met. 581. eadem varietas apud Lucan. Lib. IV. 94. *vulloque obsessus ab hoste Miles eget.* ubi in aliis MSS. *obseptus*. & Lib. VI. 292. *Effuditque acies obseptum Magnus in hostem*. ubi Grotius notavit alios codices *obsessum* habere, ut & Heinsius in plurimis invenit. vide illic Patrui mei notas.

8. *Et satur escali vulnere captor obit*] *raptor* in schedis Salmasianis, ut conjecerat Heinsius. melius sane. ita *Milvius raptor* Phraedro Lib. I. fab. 31. *Aquila raptor* Valerio Flacco Lib. I. v. 160. & *lupus raptor* Avieno Fab. I. & 41. Dubito enim valde an *captor* Latio veteri fuerit vox cognita; licet Vossianus codex hoc loco agnoscat. & forte etiam pro *escali vulnere* legendum *ex tali vulnere*.

9. *Volucris vindicta perenne*] *peremtae* Vossii codex, & sic Scaliger in exemplari Viennensi edit. Pithoei. Schedae Salmasii *peremti. prabente* ex Cujaciano codice edidit Binetus, sed *perenne* in marg. Heinsius malebat *peremti* vel *peremtae*. *parente* in alio v. c. mox vitiose eaedem schedae, *mortuum discruciat*.

EP. CLXIII.] Ineditum debetur schedis Divionensibus.

EP. CLXIV. DE AMBIGENIS] edidit Binetus in Collect. Epigr. vet. pag. 16. & Pithoeus Lib. IV. pag. 154. In Catalectis Petronianis inscribitur DOMINI EVANTII V. C. DE AMBIGENIS ANIMANTIBUS. quod ex v. c. etiam adnotaverat Scriverius, & in aliis EUGENII esse. Certe legitur hoc carmen cum titulo DE ANIMANTIBUS AMBIGENIS, & versu primo *Haec sunt ambigena*, inter Eugenii Junioris, Toletani Episcopi, Opera a Sirmondo edita carm. XXII. pag 17. & in ejusdem editione ab Andr. Rivino curata, cujus notas vide. De Ambigenis ad hoc carmen faciunt, quae habet Isidorus Lib. XII. cap. 1. in fine: *In Animantibus bigenera dicuntur, quae ex diversis nascuntur, ut mulus ex equa & asino, burdo ex equo & asina: hibridae ex apris & porcis: titirus ex ove & hirco: musimo ex capra & ariete. Est autem dux gregis.* Festus, *Bigenera dicuntur animalia ex diverso genere nata: ut leopardus ex leone & panthera, cicur sus ex apro & scropha domestica, mulus ex equa & asino*: ubi pro *Bigenera* in MS. *Bigena* esse testatur Barth. XXXVI. Adv. cap. 21. & pro *cicur sus* in MSS. & edd. vetustis *sus* desideratur, sed pro utraque voce in ed Rom. 1477. & in margine Venetae 1560. diserte legitur *Ibris*, quod & Festo restituit Vlitius ad Gratii Cyneg. v. 253. &

sexto

Tityrus ex ovibus oritur hircoque parente.
Musimonem capra ex vervegno femine gignit.
Apris atque sue fetosus nascitur Ibris.
At lupus & catula formant coëundo lycifcam.

EP. CLXV. CHIMERA.

Ore leo, tergoque caper, postremaque serpens,
Belua tergemino mittit ab ore faces.

EP. CLXVI. DE SPHINGE.

Ales, virgo, leo crevit de sanguine Laji,
Thebano nascens & peritura malo.
Haec fecit thalamo Oedipum concedere matris,
Ut prolem incestam mutua dextra necet.

sexto hujus Epigrammatis versu confirmatur. Glossarium MS. ineditum Bibliothecae Leidensis, in SS. Biblia. *Burdo ex equa & asina. Tumdae* (l. *Tumidae*) *ex carpis & porcis. Tityrus ex ove & hirco, musfae* (scribe *musimo*) *ex capra & ariete, qui est dux gregis*, & in eodem Glossario: *Bigenera animantia, quae ex diversis generibus animantium nascuntur, ut mulus ex equa & asino.* vide Bochartum Lib. I. Hieroz. cap. 9. pag. 56. & de *burdone* hinno, seu mulo, Lib. II. cap. 20. pag. 234. & Vlitium ad Gratii d. l. ubi de Lycisca agit, & inter alia ex cod. MS. adfert ineditum medii aevi carmen Bucolicum, in Gallia factum, de Lycisca.

Mulus ab Arcadicis & eq. matre creatus] *Mulus at Arcad. & eq. m creatur* in ed Sirm. sed alterum exstat apud Scholiastem ineditum Juvenalis Vossianum ad Sat. VII. 160. ubi ex hoc Epigrammate de Ambigenis hunc versum profert ad verba illa, *Nil salit Arcadico juveni*, & sequentia notat: *Arcadici vocantur magni Asini, quales sunt in Arcadia. Unde in Ambigenis legimus: Mulus ab Arcadicis & equina matre creatus.*

Musinonem capra ex vervegno femine gignit] *Musmonem capra verveno femine gignit* ed. Sirmondi. Scribe *Musimonem & capra ex vervegno fem. gign.* de Musimone vide Nonium Marc. pag. 137. ed. Merc. & plura apud Bochart. Lib. II. Hieroz. cap. 54. pag. 655. & Rivini notas ad Eugen. carm. XXII.

*Apris atque sue * setosus nascitur Ibris*] sic edidit Pithoeus & Sirmondus. Emenda cum Scriverio,

Ex apro atque sue setosus &c.

vel cum Heinsio, *Apris atque sui &c.* ultimo versu scribe *catulos* pro *catula.*

EP. CLXV. CHIMERA. *Ore leo, tergoque caper &c.*] apud Pithoeum, pag. 155. In Salmasii schedis legitur hoc modo:

Ore leo, tergoque caper, postremaque serpens,
Complet & adservat nocte silente domum.
Solus Tarpeja canibus in rupisse quietis
Eripuit Gallis Romula tecta vigil.

ubi corrige *in rupe.* illa autem huic Epigrammati perperam adhaeserunt ex alio de Ansere, paulo ante edito Ep. CLII.

EP. CLXVI. DE SPHINGE. *Ales, virgo &c.*] apud Pithoeum ibidem, & in schedis Salmasii.

virgo, leo] *lea* in schedis Salmas.

Haec fecit thalamo Oedipum concedere matris] *thalamus fidippum* cod. Voss. *thalamos Idippum* schedae Salmas. Scriverius notaverat poëtam scripsisse *thalamos Idipum*, & secutum fuisse seculi sui pronuntiationem. *conscendere* in Salmas. schedis; unde Heinsius legebat, *thalamo Oedipodem.* Salmasius ad Spartian. Hadr. cap. 26. ex optimo & vetustissimo, ut ait, codice, ex quo schedae ejus descriptae sunt, hic emendabat:

Haec fecit thalamos Idipum (pro *Oedipum*) *conscendere matris.*

similis scripturae variatio in carmine, quod inscribitur Judicium Coci & Pistoris, in Catalect. Pith. pag. 455 ed. Paris.

Unguellam Hydippi, fuctum pono Promethei.

ubi *Oedipodae* corrigebat Heinsius. licet illic *Idipi* pro *Oedipi* ibidem Salmasius praeferat. possis & *Oedipodis*. sic enim dici jubet Probus in Catholicis. & Donat. ad Terent. Andr. I. 2. 23. vide Voss. II. de Analog. cap. 20. pag. 773. & Miscell. Observ. Vol. I. pag. 214. recte etiam *thalamos conscendere* Salmasius. ut & ipse conjeceram. contra *descendere lecto* pro *surgere*, quod pro *decedere* Tibullo optime vindicavit Broukhusius Lib. I. El. 2. 91.

EP. CLXVII. DE VIPERA.

Accenſa in Venerem ſerpens genitalibus auris,
  Sic coit ut perimat, ſic parit ut pereat.
Hi ſunt affectus, haec oſcula digna venenis,
  Conjugioque Venus, ſemper amore nocens.

EP. CLXVIII. DE FORMICA.

Verrit tetra boum gratos formica labores,
  Et caveis fruges turba nigella locat.
Quae licet exiguo videatur corpore ſollers,
  Quod legat hibernae commoda grana fami;

Hanc

„ EP. CLXVII. DE VIPERA.] Idem de viperis Arabiae jam olim ſcripſit Herodotus Lib. III. cap. 109. quod poſtea imprudenter de hoc animali in genere Plinius Lib. X. ſegm. 82. pluresque hunc ſecuti tradidere; imo alii veterum, ut ſit plerumque, exornarunt circumſtantia ſat abſurda, viperam marem coeuntem lingua ſemen genitale in os ſemellae injicere, quod illa inglutiat, ſtatimque morſu caput mari auferat. Totam vero hiſtoriam experientiae adverſari nonnulli ſcripſere, ut inter veteres Philoſtratus de vita Apollonii Tyanei, Lib. II. cap. 14. inter recentiores Ul. Aldrovandus. add. obſervationes Marc. Aur. Severini & Jo. Veſlingii, in illius *Vipera Pythia*, Part. I. cap. 10. §. 4. 5. & cap. 12. Ego uti obſervationibus virorum in hiſtoria naturali exercitatorum in Europa inſtitutis omnem fidem tribuo, ita credere nequeo, tradita hac in parte a veteribus omni ex parte fabuloſa eſſe; unde ſuſpicor, totam hanc controverſiam tolli poſſe adhibita diſtinctione inter diverſum viperae genus. Certe in ſolis regionibus Americanis Carolinae, Floridae, & Bahamae quintuplex genus viperarum natura admodum inter ſe diverſum obſervavit Marc. Catesby. vid. ejus Hiſtor. Natural. Anglice editam Vol. II. fol. 41. ſeq. Quidni ergo in Arabia, aliiſque Africae partibus, de quibus & Herodotus & poëta noſter Afer loquuntur, ubi calidum ſiccumque coelum eſſe quivis novit, exſtare poteſt viperae ſpecies aliqua, reliquis calidior, & de ea verum eſſe, quod dum animal hoc junctis genitalibus more ceterorum animantium coit, ſemella marem in capite vel collo mordeat ex laſcivia, qui vero morſus huic ex poſt facto lethalis eſt; num vero altera circumſtantia, ſcil. ſemellam poſt plures catulos, uno partu, ſed diei ſemper inter unumquemque lapſu procreatos, tandem a reliquis morae impatientibus latere morderi atque ita interire, caſu nonnumquam fortuito. an vero ſemper in illa viperae ſpecie locum habeat, non definio. MEERMAN. apud alios editum non exſtat. in Salm. & Divion. occurrit, & in eod. Leid. ubi verſ. tertio *His ſunt affectus* a m. pr.

EP. CLXVIII. DE FORMICA] ineditum profero ex Salmaſianis & Divionenſibus ſchedis, aliaque ſequentia.

EP. CLXVIII. *Quae licet exiguo videatur corpore ſollers*] diſtinguendum videtur,

Quae licet exiguo videatur corpore, ſollers,

pectore ſolers in ſchedis Salmaſianis. *corpore ſolus* vitioſe in Divionenſibus. forte reſpicit illud Ovidii VII. Met. 625.

Hic nos frugilegas adſpeximus ordine longo
Grande onus exiguo formicas ore legentes.

ubi *frugiferas* male codices MSS. nam ſic hoc loco, *Quod legat hibernae commoda grana fami.* ut recte Divion. perperam enim *grata* in Salmaſ. idem Ovid. Lib. I. A. A. 93.

Ut redit itque frequens longum formica per agmen,
Granifero ſolitum cum vehit ore cibum.

elegantiſſime Virgilius IV. Aen. 402.

Ac veluti ingentem formicae farris acervum
Quum populant, hiemis memores, tectoque reponunt:
It nigrum campis agmen, praedamque per herbas
Convectant calle anguſto: pars grandia trudunt
Obnixae frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Caſtigantque moras: opere omnis ſemita fervet.

Sympoſius in Aenigm. Ep. XXII. de Formica:

Provida ſum vitae, duro non pigra labori,
Ipſa ferens humeris ſecurae praemia brumae,
Nec gero magna ſimul, ſed congero multa viciſſim.

ubi *ſecurae praemia brumae* conjeceram, quod con-

Mmm   ſir-

Hanc juste famulam nigri jam dixeris Orci,
Quam color & factum composuit domino.
Namque ut Plutonis rapta est Proserpina curru,
Sic formicarum vertitur ore Ceres.

EP. CLXIX. DE CAPRIS.

Lenaeos latices hircorum tergora gestant,
Fitque caper Bromio, fuerat quae victima, carcer.

EP. CLXX. ALITER.

Barbati pecoris vulgus per rura vagatur,
Pampineum gaudens laedere dente nemus.
Omnibus hinc aris Baccho caper hostia fertur,
Puniturque sacro munere culpa gregis.

EP. CLXXI. ALITER.

Sanguine Cinyphio placantur templa Lyaei,
Caprigenum cui sit victima justa pecus.
Sed licet ulcisci nequeant animalia divos,
Nec possint reddi talia numinibus;
Ut vindicta capris, cassatur nomine Liber,
Cum hircino adversus clauditur utre deus.

EP.

firmatum inveni a Leidensi, & antiquissimo Salmasiano codice, ab Heinsio collatis. ultimo hujus Epigrammatis versu pro *vertitur*, quod est in Salm. & Divion. rectius forsan *verritur* legatur. ut in initio, *Verrit tetra boum gratos formica labores.* passim enim hae voces confunduntur. vid. Heins. & Drakenb. ad Silium Ital. XIV. 264. & quae notavi ad Tom. I. p. 563.

EP. CLXIX. *hircorum tergora gestant*] sic correxi ex Divion. *gestans* male in Salm & Leid. cod. sed in margine *gestant*. iisdem codicibus debetur sequens Epigramma: cujus versus tertius desumtus est e Virgilio II. G. 380.

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Caeditur.

EP. CLXXI. *Nec possint reddi talia numinibus*] Haec est scriptura schedarum Divionensium. Sed in cod Salmasiano,

Nec possint reddi talio numinibus.

verissime, si *possit* emendetur. & adstipulatur codex Leidens. in quo vitiose *Nec possint reddi is alio*. hoc est quod Tibullus dicit Lib. I. El. 7. 30. *contra quis ferat arma Deos?* Justinus Lib. II. cap. 12. *Ut intelligerent quam nullae essent adversus Deos vires.* Claudianus Lib. I. in Ruf. 86.

Signa quidem, o socius, Divos attollere contra
Nec fas est, nec posse reor.

talio pro pari vindicta, unde *lex talionis* jam in ipsis XII Tabulis. de qua Gellius Lib. XX. cap. 1. Raderus ad Martial. XII. Ep. 52. pag. 825. & Cangius in Glossar. Tom. VI. pag. 972. Glossarium Leidense vetustissimum MS. post Isidori Etymologias: *Talio, ejusdem rei repensatio, sibi simile. Talionem, ejusdem rei repensationem vel vicissitudinem, retributionem.* in aliis ejusdem Bibliothecae Glossis, *Tallo, similis retributio.* hinc *retaliare* pro talionem reddere, aevo non optimo.

ibid. *cassatur nomine Liber*] sic MSS. ludit in voce *Liberi*, dicitque Bacchum libertate privari, quum vinum hircino tergore clauditur. unde supra Ep. CLXIX.

Fitque caper Bromio, fuerat quae victima, carcer.

cassari cadentis latinitatis verbum de quo Colvius ad Sidon. Apoll. Lib. I. Epist. ult. Vossius Lib. IV. de Vitiis Serm. cap. 3. pag. 663. & Cangius in Glossar. Tom. II. pag. 385.

EP.

EP. CLXXII. DE ALCYONIBVS.

Stat domus exerrans constructa * limphis & ultra,
Fervet amor limphis, * liquescunt ova tepore.
Exposito partu natus non cernitur ullus.
Albus in * albo manens, rursus succendor ab albo;
Miraturque novos foetus consurgere ab undis,
Alcyon * cui totus pelagus sunt * parvoli nidus.

EP. CLXXIII. DE SEPIA.

Femineo geminum designat nomine sexum,
Et candens piceum sepia claudit onus.
Utilior nullus piscis per caerula oberrat,
Cui pretium capto debuit esse duplum.
Praestat carne cibos, apicum dat felle figuras;
Et * brevi specie usum ad utrumque facit.
Hanc potius doctos adsumere convenit escam,
Quae sapit in morsu, & probat articulos.

EP. CLXXII. DE ALCYONIBVS] portentose corruptum est hoc Epigramma, quod ita exhibui, ut illud in schedis Divionensibus exstat; nam in Salmasianis non reperi. primo versu castigari posset, *Stat domus exerrans constructa algentibus undis.* ut *domus exerrans* capiatur pro nido Halcyonum in undis marinis natante, seu fluctivaga, & *algentibus undis* opponatur id quod sequitur *Fervet amor limphis.* Statius Lib. IX. Theb. 360.

Fluctivagam sic saepe domum, madidosque penates
Halcyone deserta gemit, cum pignora saevus
Auster, & algentes rapuit Thetis invida nidos.

quem locum Patruus meus contulit cum illo Valerii Flacci Lib. IV. 44. & seqq. cujus versus hoc Epigrammate longe elegantiores merentur adponi:

Fluctus ab undisoni ceu forte crepidine saxi
Cum rapit Halcyones miserae foetumque laremque;
It super aegra parens: queriturque tumentibus undis,
Certa sequi quocumque ferant; audetque, pavetque;
Illa fatiscit aquis donec domus, haustaque fluctu est:
Illa dolens vocem dedit, & se sustulit alis.

quibus versibus recte Cel. Dorvillius in Miscell. Observ. Tom. I. pag. 75. vindicavit locum Senecae in Agam. v. 685. ubi de Halcyonibus;

——— *cum tranquillo*
Male confisae credunt (*se addit v. c. Heins.*) *iterum*
Pelago audaces, foetusque suos
Nido pavidas titubante fovent.

non *inpavidae*, ut legebat Anglus. Confer quae de nido Halcyonum habet Aelianus Lib. IX. Hist. Anim. cap. 17. sed cujus formam a veterum descriptione diversam, a Doliaeo in mari prope Kirchemum in Comitatu Nassavico inventam, exhibet Tenzelius in Colloq. Menstruis, varia eruditione refertis, Maj. 1691. pag. 374. Secundo versu *liquescunt* metro vim infert. si *livescunt* dederit auctor, ad colorem, quem tepore contrahunt ova, referri potest. quarto versui non aliam adhibere possum medicinam, quam ut totus in spongiam eat. ultimus pariter conclamatus est. Sensus constaret, si scripsisset auctor,

Halcyone, totus cui pendet in aequore nidus.

ut apud Ovid. XI. Met. 746.

Incubat Halcyone pendentibus aequore nidis.

nidus enim in aequore *pendens* est, quem *titubantem* Seneca, *fluctivagam domum* Statius, *exerrantem* noster epigrammatarius dixit. praecedenti versu *Miraturque novos foetus*, adumbratio est illius Virgiliani Lib. II. Georg. 82.

Miraturque novas frondes, & non sua poma.

EP. CLXXIII. DE SEPIA] de hoc pisce, qui atramenti copia abundat, post Aristotelem, Plinium, aliosque plenissime egit Gul. Rondeletius in Hist. Piscium Lib. XVII. cap. 2. MEERMAN. ex Divionensibus schedis, Salmasiano & Leidensi codice, qui in lectionibus nihil variant, nisi quod v. 5. male in Divionens. *dat pelle figuras.* pro *felle.* ut recte Salm. & Leid. sequenti versu forte corrigendum *Et brevior species.*

EP. CLXXIV. IN EQVVM MIRAE PERNICITATIS.

Te cuperet Phoebus roseis aptare quadrigis,
Sed fieret brevior, te properante, dies.

EP. CLXXV. DE AEQVIS AENEIS.

Quae manus hos animavit equos, quibus aere rigenti
Currere velle dedit, & in aethere quaerere cursus?
Spirant aërias involvere cursibus auras
Arte citi, sed mole graves properante metallo.

EP. CLXXVI.

DE VRSA AENEA, IN QVA SERPENS FVIT, VBI INSCIVS PVER MANVM MISIT.

Aere cavo falsam serpens inpleverat ursam,
Addidit & morsum, & jubet esse feram.
* * * * * * *
Inplevit serpens quod minus artis erat.

EP. CLXXIV. IN EQVVM &c.] Elegantissimum hoc & optimo aevo dignum Epigramma nescio an a quoquam sit editum. Inveni illud in codice MS. D'Orvilliano, quo continebatur Ruderici Cari Baetici Opus ineditum, luce dignum, *de veteribus Hispaniae Deorum Manibus*, in cujus fine hoc epigramma legebatur post Inscriptionem & Epigramma metricum de templo Trajano sacrato, & ponte in urbe Hispaniae Alcantara, supra Tagum, quod edidi Tom. I. pag. 237.

EP. CLXXV. DE EQVIS AENEIS. *Quae manus hos animavit equos? quibus aere rigenti Currere velle dedit?*] Sic ex schedis Divionensibus emaculavi mendosissimam Salmasiani codicis lectionem, in quo scribebatur

Quae manus hos anima vitae quos quiss aere rigenti
Currere vellit dedit.

animare elegantissimum hic verbum de statuario, qui arte sua metallis quasi animam seu vitam conciliat. ut apud Statium Lib. V. Sylv. I. init.

——— *inpressis aurumve animare figuris.*

apud Claudianum Bel. Get. 19.

——— *tabulas animasse loquaces.*

ubi male *ornasse* in cod. Voss. IV. Cons. Hon. 165. ut legebat Heinsius,

——— *picturatumque metallis*
Vivit opus, multaque animatur jaspide cultus.

pro *ornatur*, ut olim in excusis. Epith. Honor. 188.

subitis animantur frondibus hastae.

& sic ille saepius ex imitatione Statiana. vide Heins. ad III. Rapt. Pros. 386. non dissimili colore poëtico idem Claudianus VI. Cons. Hon. 570.

——— *quanam de gente, rogabat,*
Ferrati venere viri? quae terra metallo
Nascentes informat equos? num Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro, simulacraque belli
Viva dedit?

& has veterum elegantias feliciter imitatus est Ferdinandus Furstenbergius, egregiis versibus de Equis ante arcem Quirinalem Romae marmoreis, inter Ejus Poëmata pag. 193. reliqua hujus epigrammatis illustrabunt ea quae notavi ad Lib. IV, Ep. 399.

EP. CLXXVI. DE VRSA AENEA &c.] praecedenti adnectitur in schedis Divionensibus tertio versu mutilum hoc Epigramma; quod & in Codice Salmasiano, licet diverso loco, legitur. In quo nulla varietas, nisi quod melius *morsus* a manu secunda. In titulo forte corrigendum, CVI INSCIVS PVER MANVM INMISIT. & hinc colligi posset, post primum epigrammatis distichon, hunc vel similem excidisse versum,

Cumque puer dextram temere committeret ursae.

eo sensu quo apud Propertium Lib. IV. El. 8. 10. de serpente Lanuvino:

Talia demissae pallent ad sacra puellae,
Quum tenera anguino creditur ore manus.
Ille sibi admotas a virgine corripit escas,
Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.

ubi pro *tenera* in duobus Vossianis ac Leidensibus, uno Dorvilliano, meoque Codice *temere* legitur, ut adfert Scaliger ad Catalect. pag. 217. in quarto autem Vossiano, secundo Dorvilliano, & meo primo codice *tremere*. unde elici posset *trepide*. quia praecedit *pallent ad sacra puellae*. & mox sequitur, *Virginis in palmis ipsa canistra tremunt*. Quod autem supplendum divinaverim *temere committeret ursae*, forte inprobari posset propter ultimam in *temere* productam, quod ex corrupto Ovidii loco VI. Fast. 573. male secutos esse recen-

EP. CLXXVII. IN IVVENALEM VENATOREM.

Excipit ingentem Juvenalis fortior aprum,
Incumbens humero, laevo pede pronior instat,
Et spumantis adhuc morsum de vulnere fraudat.

EP. CLXXVIII. ITEM DE APRO.

Invadunt post terga suem. stat torvus in ira,
Creticus excutitur lunato dente rebellis,
Quem socius morsu auxilians defendit in hoste.

EP. CLXXIX.

VACCA DE CAVDA PER CONGELATIONEM AMISSA.

Cum superest, nihil est; nihiloque minus, quod habemus;
  Cedat, & est magnum, quod fuit ante nihil.
Nil mea cauda fuit, mihi dum conjuncta maneret;
  Maxima sed, postquam desiit esse, fuit.

EP. CLXXX.

EPITAPHIVM VACCAE, EX MVSCIS MORIENTIS, QVOD CAVDA CARVIT.

Quae dum stulta fuit, doctos docuisse probatur,
  Haec postquam sapuit, vermibus esca datur.

EP. CLXXXI. DE ANCLA.

Fundit & haurit aquas, pendentes evomit undas;
Et fluvium vomitura bibit, mirabile factum.

Por-

centiores Palcarium, Santolium, Ruaeum, Francium, & Broukhusium, contendit Sebast. Kortholt in Diss. de Latin. pura, Kiliae edita an. 1731. p. 31. & seqq. licet id in hoc poëta epigrammatario damnandum non esset, facile tamen mutari poterit hunc in modum,

Cumque puer dextram committeret inscius ursae.

quod propius inhaeret titulo Epigrammatis. CVI INSCIVS PVER MANVM INMISIT, ut legendum conjeci.

EP. CLXXVII. *Excipit ingentem*] e schedis Divionensibus cum sequenti depromtum est hoc Epigramma, vel sola imitatione Virgiliana non inelegans. *Excipere* enim hostem, proprium de inperterrito vocabulum. ut Aen. X. 387.

Dum furit, incautum crudeli morte sodalis
Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit.

& XII. 507.

Excipit in latus, &, qua fata celerrima, crudum
Transadigit costas. & crates pectoris ensem.

secundo versu *Incumbens humero* adhaeret eidem Aen. V. 325.

——— *calcemque terit jam calce Diores,*
Incumbens humeris.

& XI. 674.

——— *sequiturque incumbens eminus hasta.*

instat etiam ex more Virgiliano, X. Aen. 657.

——— *nec Turnus segnior instat.*

& v. 788. *trepidanti fervidus instat.* aliisque in locis.

EP. CLXXVIII. *defendit in hoste*] forte, *ab hoste*.

EP. CLXXXIX. VACCA &c.] Hoc & sequens ineditum reperi inter Epigrammata quaedam vetusta, ex Cod. Ger. Jo. Vossii manu N. Heinsii descripta.

EP. CLXXXI. DE ANCLA] Sic titulus est in codice Salmasii, ex quo ipse id produxit ad Hist. Aug. sive ad Vopisci Bonosum in fine, pag. 478. dicitque se aliud vetus Epigramma; ἀνέκδοτον ex eodem codice habere, cujus lemma IN ANCLAS. quo sequens Epigramma indicat. cujus sensum obscuriorem egregia sua adnotatione optime illustravit Nobiliss. Meermannus. *Anclam* vero exponit Salmasius instrumentum, quo aqua hauritur de puteis, quod *haustrum* veteres appellabant.

Portat aquas, portatur aquis, ſic unda per undas
Volvitur, & veteres haurit nova machina limphas.

EP. CLXXXII. IN ANCLAS.

Vandalarice potens, gemini diadematis heres,
Ornaſti proprium per facta ingentia nomen:
Belligeras acies domuit Theodoſius ultor,
Captivas facili reddens certamine gentes;
Adverſos placidis ſubjecit Honorius armis;
Cujus proſperitas melior fortiſſima fecit.
Ampla Valentiniani virtus cognita mundo
Hoſtibus addictis oſtenditur arce nepotis.

EP.

bant. hinc *Anclare* pro haurire. Gloſſae veteres *Anclare*, ἀντλῆσαι. *Exanclat*, ἀρύεται. Gloſſarium Lat. Gr. pag. 16. ed. Vulcan. *Anclat*, ἀρύεται. & pag. 25. *Anclator*, ὑπηρέτης. quibus locis *Anclat*, & *Anclator* legit Scalig. ad Feſtum pag. 19. hinc *Exanclare* ſcribitur apud Nonium Marc. pag. 107. & pag. 292. ubi *exhaurire* exponitur. & ſic vocem hanc ſemper eſſe ſcribendam contendit Muretus Lib. XIII. Var. Lect. cap. 17. & Giſanius in ejuſdem Mureti Epiſtolis Lib. II. Ep. 23. pag. 625. aliique. Sed merito Daviſius ad Cic. I. Tuſc. cap. 49. exploſa Mureti, ab *anculando* derivantis, etymologia ſatis abſurda, *exantlare* praefert, & ab ἀντλεῖν deducit. Feſtus pag. 13. ed Scal. *Anclare*, *haurire*, *a Graeco* ἀντλῶ *deſcendit*. *Livius: Florem anclabant Liberi ex carchefiis.* in quo verſu *anculabant* legit Scaliger. Sed quia Feſtus ab ἀντλῶ deducit, melius forte *antlabant* ſcribunt alii. ut legitur in Fragm. vet. Tragicor. pag 5. ed. Scriver. & recte praefertur a Voſſio in Etymolog. pag. 199. quem vide. Itaque praeſtat hic codicis Divionenſis ſcriptura, qui in titulo habet DE ANTLIA. quod a manu ſec. etiam in margine codicis Salm. ut intelligatur machina ad aquas hauriendas, quod ex ipſo epigrammate liquet. Martialis Lib. IX. Ep. 19. *quas det ſitientibus hortis*, *Curta laboratas antlia ducit aquas.* ut ex vett. codd. legit Heinſ. ad Ovid. II. Faſt. 645. non *Curva* & *tollis*. ut in vulgatis. *Curta* etiam adſert Pithoeus Lib. II. Adverſ. cap. 17. ubi plura de antlia.

Fundit & haurit aquas] ita edidi ex Schedis Divionenſ. *Pendet & haurit aquas* in cod. Salmaſ.

EP. CLXXXII. IN ANCLAS. *Vandalarice potens* &c.] Per Regem hunc *Vandalaricum*, quale nomen nuſpiam alibi occurrit, intelligi Hildericum, qui in Africa ab anno 523 ad 530 gubernavit, inde liquet, quod nepos dicatur Valentiniani Imp. Conſtat enim ex Hiſtoria, filiam Valentiniani III. Eudociam nuptam fuiſſe Hunerico, Vandalorum Regi, ex quo matrimonio natus Hilderix ſeu Hildericus. Quaeri autem poteſt, cur Hildericus poëtae dictus fuerit *gemini diadematis heres*, quum unicum Africae regnum poſſideret, cur etiam nova appellatione *Vandalaricus*? Ratio, ſi quid video, ſimplicisſima, quod duobus populis, a Genſerico in Africam advectis, Vandalis dico & Alanis, hereditario jure imperaret. Ne vero ſcrupulus alicui haereat, pater ejus Hilderix ſeſe ſcripſit *Vandalorum & Alanorum Regem*, in utroque Edicto apud Victorem Vitenſem Lib. II. & IV. *de Perſec. Vandal.* Id ipſum vero quum deſignare poëta vellet, tum ingenii oſtentandi tum metri cauſa finxit vocem *Vand-Ala-Ricus*, i. e. Vandalorum Alanorumque Princeps. *Reiks* enim Gothica vox, paſſim pro Principe vel Gubernatore occurrit apud Ulphilam. vid. Matth. IX. vers. 18. &c. Ceterum balneum Regis Hilderici memoratur etiam in Epigrammate Luxorii, quod editum in hac Antholog. Tom. I. Lib. III. Ep. 27. ubi in cod. Voſſiano inſcribitur LVXVRI IN ANCLAS. IN SALVTATORIVM DOMVS REGIS. & ad hoc Salmaſiani codicis Epigramma pertinere credo id, quod hic praecedit, ex ſchedis Divionenſibus editum. Hildericus ergo balneum quum in arce ſua Carthagine conſtitui juſſiſſet, addidit in cubili ſalutatorio *anclam* ſive *antliam*, cujus ope aqua ex fonte hauriretur, inque balneum transferretur. Ea autem, indicante & Luxorio & poëta noſtro, erat magnifici e marmore operis, cui credibile eſt inſculpta fuiſſe praelia abavi ejus materni Theodoſii magni, Honorii proavunculi, avique Valentiniani, additis propriis inſignibus. Atque hac explicatione adhibita ſenſus apertiſſimus eſt Epigrammatis alioquin paululum obſcuri. MEERMAN.

Captivas facili reddens certamine gentes] ſic edidi pro vitioſa cod. Salm. & Leid. lectione *Captivas facile reddens certamina gentes.* verſ. ſeq. *placitis* in iiſdem codd. & in fine *nepotes.* in Divionenſibus autem ſchedis hoc Epigramma non exſtat.

EP.

EP. CLXXXIII. DE PECTINE.

Crinibus ambrosiis Veneris decus addidit, ut se
Pulchras jactarent Pallas vel pronuba Juno.

EP. CLXXXIV. DE CITRIO.

Septa micant spinis felicis tempora mali,
  Quae tulit ut Circi aureus ora tumor.
Hippomenes tali vicit certamina malo,
  Talia poma nemus protulit Hesperidum.

EP. CLXXXV. ALITER.

Stat similis auro Citri mirabilis arbor,
  Omnibus Autumni anteferenda bonis.
Haec ornant mensas, haec praestant poma medelam,
  Cum quatit incurvos tussis anhela senes.

EP. CLXXXVI. ALITER.

Omne genus mali dignum est adsurgere citro,
  Vis cui multa subest corticis, & medii.
Unumquemque suum referunt pomuscula succum,
  Ternus ab hoc semper carpitur ore sapor.

EP. CLXXXVII. DE CICINDELO.

Igniculus tenuis pingui fulcitur olivo,
  Ut frangat tenebras luminis igne sui.

EP.

EP. CLXXXIII. DE PECTINE.] Legitur in Salmasianis & Divionensibus schedis: quarum corruptam primo versu scripturam *addidu se* correxi, ita ut edidi. possis etiam *additur, ut se.*

EP. CLXXIV. DE CITRIO] Celebris apud veteres erat arbor citri, montis Atlantici vicinaeque Mauritaniae de quo Plinius Lib. XIII. Segm. 29. ubi vide notas Harduini. Ex professo autem de citreo malo egit Jo. Bapt. Ferrarius in erudito opere, cui titulus, *Hesperides, sive de malorum aureorum cultura & usu Romae* 1646. MEERMAN. Hoc & bina sequentia suppeditarunt codex Salmasianus, Leidensis, & Divionensis. duo priora protulit Salmas. ad Solinum Tom. II. pag. 956. ed. Par. ubi multa de malis citreis. & ex illo primum adfert Emmenes. ad Virg. II. Georg. 126. sed qui v. 3. male dedit *certamine* pro *certamina*. primo versu *Septa micant* in cod. Salmas. *Lapsa* in schedis Divionens. in quibus etiam *felicis munera mali.* pro *tempora.* secundo *aureus erat tumor* vitiose scriptum in Cod. Salmas.

Hippomenes tali vicit certamina malo, Talia poma nemus protulit Hesperidum] eleganti hac comparatione saepe utuntur poëtae veteres. in Priapejis Carm. XV.

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneïda pomis,
  Qualibus Hesperidum nobilis hortus erat;
Qualia credibile est spatiantem rure paterno
  Nausicaam plena saepe tulisse sinu.

Auctor Elegiae ad Messalam v. 25.

Non illa Hesperidum ni munere capta fuisset,
  Quae volucrem cursu vicerat Hippomenem.

& eorum vestigiis insistens cultissimus P. Lotichius Secundus Lib. V. El. IX. optimo carmine *ad Mala Aurea:*

Talia Nausicaë decerpsit ab arbore poma,
  Hesperidum tales vix tulit hortus opes.
Tale fuit roseis in odorae vallibus Idae,
  Victrici tenuit quod Cytherea manu.

quae pluribus illic olim illustravi, & cum hoc ipso Epigrammate contuli.

EP. CLXXXV. *Omnibus Autumni anteferenda bonis*] *omnibus Autumni bonis* hic est deliciis & fructibus saluberrimis. ut πάντα ἀγαθὰ Graecis. vide Bergler. ad Aristoph. Acharn. v. 979. & 1025.

EP. CLXXXVII. DE CICINDELO] Ex cod. Salmas. & schedis Divionensibus, in quibus DE CINCINDELO. variis enim modis hanc vocem scribi patebit ex Cangii Glossario Tom. II. pag. 606 & 607.

in-

Ep. CLXXXVIII. DE CEREO.

Lenta paludigenam vestivit cera papyrum,
  Lumini ut accenso dent alimenta simul.

Ep CLXXXIX. ALITER.

Ut devota piis clarescant lumina templis,
  Niliacam texit cerea lamna budam.

Con-

inter Apophoreta Martialis Lib. XIV. Ep. 38.

CICINDELA.

Ancillam tibi sors dedit lucernam,
Tutas quae vigil exigit tenebras.

ita ex membranis Thuaneis restituit If. Vossius ad Catull. pag. 128. male enim epigrammatis lemma vulgo inscribitur CANOELA, & sine sensu editur, *dedit lucernae Tutas quae vigil* &c. & hic titulus praefigitur in Palat. secundo, Vossiano, aliisque codd. ut ex MS. Florentino emendandum etiam notavit Th. Bartholinus de Luce Anim. cap. XII. pag. 208. qui tamen intelligit de Cicindela, cantharide volatili, & noctiluca. sed de lucerna potius capiendum videtur. apud Isidorum Lib. XX. Orig. cap. 10. *Lucerna a licinio dicta est, unde & brevis est lu* (sic lege, non *lux*) *ut Persius: Dispositae pinguem nebulam movere lucernae. Si enim a luce diceretur, non staret versus. Licinius autem, quasi lucinius. Est enim cicindela lucernae.* Ita codex MS. Groninganus pro *candela lucernae.* & in Persii versu, qui est ex Sat. V. 181. *vomuere* editur apud Isidorum pro *movere.* in cod. Leid. *monuere.*

Ep. CLXXXVIII. DE CEREO. *Lenta paludigenam vestivit* &c.] ita in codice Salmas. & Leid. Sed in Divionens. *convestit cera papyrum.* de cereo est epigramma inter Martialis Apophoreta Lib. XIV. Ep. 40.

Hic tibi nocturnos praestabit cereus ignes,
Subducta est puero namque lucerna tuo.

qui versus sine Auctoris nomine sic adseruntur ab Isidoro Lib. XX. Orig. 10.

Hic tibi nocturnos praestabo cereus ignes,
Subducta luce altera lux tibi sum.

quod ferri etiam posse scribit Colomes. Κειμ. Liter. cap. VI. & hanc lectionem firmat Isidori codex MS. Groninganus, quae si admittatur, metrum exigit ut inseratur, *Subducta luce en altera lux tibi sum.*

Ep. CLXXXIX. *clarescant lumina templis*] sic Divion. *limina* cod. Salm. & Leid. sed in quo *lumina* a man. sec.

. *Niliacam texit cerea lamna budam*] ita edidi ex cod. Salm. & Leid. *ludam* in Divion. cum signo vitiosae lectionis. *biblon* correxerat Heinsius. quod firmari posset ex Lucano Lib. II. v. 222.
Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat.

quod recte contra Bangium de papyro Niliaca Patruus meus exposuit. Ennodius Epigr. LXVII.

Otia Niliacis non passus carmina biblis
Sulcavi, tumulo ne tenear moriens.

ubi vid. Sirmond. pag. 93. Sedulius Lib. I. v. 6.

Plurima Niliacis tradunt mendacia biblis.

ubi plura dedit Henr. Joh. Arntzenius. Sed *budam* hoc in loco agnoscunt Codices MSS. neque aliter adferunt omnes, qui Epigramma utrumque produxerunt, If. Vossius ad Pomp. Melam Lib. III. cap. 9. pag. 308. Bochartus Lib. II. Hieroz. cap. 57. pag. 706. & Gronov. Observ. ad Script. Eccles. pag. 55. *Niliacam* igitur *budam* vocat, quia Aegyptus papyri ferax. vide L. Allat. Animadv. ad Antiq. Etrusc. Fragm. pag. 118 & 119. & Muncker. ad Fulgent. Lib. I. Mythol. pag. 19. & quae de ratione chartae ex papyro apud Aegyptios conficiendae ad descriptionem Plinii Lib. XIII. cap. XI. & seqq. longa digressione disseruit Salmasius ad Hist. August. pag. 444. & seqq. & peculiari Commentario Melchior Guilandinus. *budam* autem pro papyro, stuppa, vel stramento ex papyro, dicebant illo aevo. vitiose enim in Glossario inedito Vossiano, & in Isidori Glossis legitur, *Buda, historia.* pro *storea.* ut corrigendum monuerunt Salmas. ad Solin. Tom. I. pag. 1004. ed. Par. Rosweydus in Onomast. ad Vitas Patrum pag. 1019. Vossius de Vitiis Serm. Lib. V. pag. 270. in *Buda*, & Cangius in Glossar. Tom. I. pag. 1334. Ceterum describuntur utroque hoc Epigrammate ellychnia, quae ex buda seu papyro, cera obducta, olim fiebant, quam & pro funalibus seu facibus ad lumen praebendum in lampadibus adhibebant. de quo intelligendum illud Antipatri Epigramma Lib. VI. Anthol. Graec. Tit. X. Ep. 3.

Λαμπάδα κηροχίτωνα Κρόνου τυφήρια λύχνον
Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ,
Ἀντίπατρος Πείσωνι φέρει γέρας. ἢν δέ μ' ἀνάψῃς
Εὔξεται, λάμψω φέγγος ἀκμοτέρον.

quod sic vertit Hugo Grotius:

Cereus hic vinctus junco tenuique papyro
Advenit Antipatri munere, Piso, tibi.
Saturni sunt ecce dies. me teste precari
Si libet, acceptum Dis ego lumen ero.

Sed plura hac de re Salmas. ad Solin. Tom. I. pag. 1003. & Lindenbrog. in Glossar. ad Cod.

Leg.

Congrua votiferae ſubmittit pabula flammae,
Quae caſtis apibus praebuit ante domos.

EP. CXC. DE CEREO.

Flora venit: quae Flora? Dea. an de gente Latina?
Non reor, at Chloris dicta per arva fuit.
Hujus in adventum radiant de nocte lucernae,
Nam nitet atque hilarat lumine cuncta ſuo.
Cerea materies apibus debetur amicis,
Floribus atque hortis ſit precor aequa meis.
Non ut mel rapiam, cujus non tangor amore,
Sed cera in talem fiat ut alba diem.

EP. CXCI. AD MAXIMVM.

Dulcia dona mihi tu mittis, Maxime, ſemper;
Et quidquid mittis, mella vocare decet.

EP. CXCII. DE DVLCIO.

Suave tibi nomen, ſed, ſi te talia tangunt,
Moribus atque animo poſtea dulcis eris.

EP. CXCIII. DE PERDICCA.

Eximius Perdicca fuit, qui corpore eburno
Fulgebat, roſeiſque genis, cui lumina blanda

Fun-

Leg. Antiq. in *Bombucina papyrus* pag. 1364. b. huc refer crudele illud Neronis in Chriſtianos ſupplicium, quos *taeda, papyro, & cera ſupervestiebat, & ſic ad ignem admoveri jubebat, ut melius arderent*, quod refert Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. I. v. 155.

EP. CXC. DE CEREO] Deſcribit hic poëta
„ florem Cereum, eamque, ni fallor, ſpe-
„ ciem, quam Philippus Miller in *Lexico Bo-*
„ *tanico*, v. *Cereus*, N. 11. deſcribit hoc pacto:
„ *Cereus rectus ſubquinquangularis*, itemque, *ce-*
„ *reus ſcandens minor polygonus articulatus*; ait
„ enim, eum ſemel modo florere, idque nocte,
„ per ſeptem octove horarum ſpatium; quando
„ florem maximum foliis flavis repraeſentat,
„ qui, accedente candela ſeu lumine, ſummi
„ eſt ſplendoris, utque lucida ſtella radios emit-
„ tit: nomen ergo *cerei* forſan accepit alluſione
„ ad candelam ceream, quae lumen optimum
„ emittit. Illius iconem colore naturali pictam
„ videre eſt in *Figuris Plantarum* ab eodem
„ Millero editis Lond. 1760. Num. 90. Cete-
„ rum priores duos verſus de Dea Flora ſeu
„ Chloride expreſſit fere poëta ex Ovidio Lib.
„ V. Faſt. v. 195. ſeq. ubi vide notata a viris
„ doctis. MEERMAN. Hoc quoque ineditum
„ ex ſchedis Divionenſ. deductum eſt.

EP. CXCI. AD MAXIMVM] ex iiſdem Divionenſibus ſchedis.

EP. CXCII. DE DVLCIO] Ex ſchedis Divionenſibus. ſecundo verſu ſcribendum *poſt ea*, ſeparatis vocibus, quia *poſtea* ultimam producit. ut in *praeterea*. vel *poſtmodo* dicendum, ut ſemper apud Ovid. & melioris aevi poëtas. In errorem enim vulgarem poëtae recentiores inducti ſunt ex veterum locis, in quibus *poſtea* junctim, pro *poſt ea* diviſim, excuſum fuit. vide Voſſ. Lib. II. de Art. Gram. cap. 24. pag. 265.

EP. CXCIII. DE PERDICCA] ex codice Salmaſiano, ſed cujus mendoſam ſcripturam ex ſchedis Divionenſibus emaculavi.

EP.

Fundebant flammas, crocei per colla capilli
Pendebant, variosque dabant sibi saepe colores.
Fulvus poples erat, nitidus pes, omnia habebat,
Quidquid habet juvenis, solus vincebat Adonem.

EP. CXCIV. IN PORCIVM.

Porcius octophoro fertur resupinus ad aedem
Junonis Triviae, priscaque templa Deae;
Et circum Phoebi: merito stupet inscia turba,
Atque ait, an horum victima porcus erit?

EP. CXCV. DE BVMBVLO.

Nominis & formae pariter ludibria gestans
Conventus nostros, Bumbule, parvus adis.
Sed ratio est, mixtus longis Pygmaeus in armis,
Ne te deprensum grus peregrina voret.

Nec

EP. CXCIV. *Porcius octophoro* &c.] ex cod. MS. Bourdelotii ineditum hoc Epigramma adfert Pricaeus ad Apuleji Apolog. pag. 173. ubi recte refutat illos, qui *octophorum* octo rotarum vehiculum exposuerunt. lectica enim erat, quae ab octo servis lecticariis ferebatur, & mulieribus magis quam viris usitata, qui ea non utebantur, nisi aegroti, quia tecta & clausa erat, vel delicati & pigri, pulvino innixi, quod huic Porcio convenit, *octophoro fertur resupinus.* & qualem in Verre mollitiem eleganter describit Cicero V. Verr. cap. XI. & de Caligula Suetonius cap. 43. ubi memorat saepe eum iter *adeo segniter & delicate confecisse, ut octophoro veheretur.* vide Scheffer. II. de Re Vehic. cap. 5. pag. 104 & 105. & Huetiana pag. 266.

EP. CXCV. DE BVMBVLO] Quod ad nomen *Bum-* „ *buli* adtinet, cujus etymon mihi incognitum, vi- „ detur poëta alludere ad *Bubalum*, animal quod- „ dam Africanum vituli cervive similitudinem ha- „ bens. de quo Plinius Lib. VIII. Segm. 15. ubi „ vide Harduini de Bubalo cogitata. MEERMAN. in cod. Salm. inscribitur de BVBOLO. & v. 2. *Bombule parbus adis.* in Leidensi DE BVBVLO. & v. 2. *Bumbule, parbadis.* Sed in Divionens. tam in titulo quam illo versu, DE BVMBALO, *Bumbale parvus adis.* & seq. Epigr. initio, *teneas & Bumbale sensum.* ubi tamen *censum* corrigendum, quod & Heinsius schedis Salm. adleverat, licet *sensum* etiam in Salm. & Leid. cod. in illius Epigrammatis initio *patris heres* aetatis corruptae vitium prodit. Adsentior autem Nob. Meermanno, & ante visam ejus notam ipse conjeceram, efficturn hoc nomen esse ex animali *Bubalo*, de quo etiam vide Lindenbrogii Glossarium ad Cod. Leg. Antiq. pag. 1365.

Sed ratio est longis mixtus pygmaeus in armis] „ Respicit Poëta ad decantatam historiam decer- „ tamine pygmeorum cum gruibus, de quo Ho- „ merus Lib. III. *Iliad.* vers. 4. seq. aliique scrip- „ tores veteres bene multi. Inter eos vero quum „ nonnulli rem simplicissimam multis phaleris or- „ naverint, factum, ut & olim & hodie exsti- „ terint, qui omnem illam historiam in dubium „ vocent. Albertus vero Magnus, qui sec. XIII. „ scripsit, in *Hist. Animal.* arbitratus est, „ per illos pygmeos non homines verum si- „ mias intelligendas, quam sententiam latius „ adstruere studuit Edw. Tyson in Dissertatione „ Anglica *de Pygmaeis veterum*, subjecta ejus „ *Anatomiae Pygmaei*, Lond. 1699. ubi totam „ veterum narrationem applicuit ad homines syl- „ vestres, qui vulgo *Orang - outan* vocantur, me- „ diumque genus inter hominem & animal con- „ stituunt. Verum non Homerus modo ceterique „ hunc secuti diserte eos viros seu homines pyg- „ meos vocant, sed quod majus est, Aristote- „ les in Opere *de Animalibus*, qui Lib. II. cap. „ 13. homines a simiis & quidem a memorata „ specie *Orang-outan* probe distinxit, Lib. VIII. „ cap. 12. disertis verbis scribit, ad paludes su- „ pra Aegyptum, unde Nilus profluit, sua aetate „ parvum genus hominum habitasse, eoque grues „ ex Scythia quotannis advolasse; addens, fabulis „ hoc minime accensendum. Et quidni profecto „ credamus, in interiore Africa, imo forte alibi, „ exstitisse & exstare etiamnum integram gentem „ hominum pygmeorum, qui quum forte quatuor

pedum

Nec fruſtra oſtendis proprio placuiſſe parenti,
Quod turpis nomen ſumpſeris Heniochi.
Ille habuit doctas Circi proſtare puellas,
Te duce laſcivae nocte fricantur anus.

EP. CXCVI. ALITER.

Dum ſis patris heres, teneas &, Bumbule, cenſum,
Utile nec tibi ſit, pietas ſi laeſa probetur,
Das operam proprio auctori adverſus haberi:
Diſcordat multum contra ſuſcepta voluntas,
Dilexit genitor Praeſinum, te ruſſeus intrat.

EP. CXCVII. IN CLERICVM.

Militis uxorem chlamidis mercede ſubegit
Clericus, & piperis clam tulit inde molam.
Mane redit, redditque molam praeſente marito,
Et dixit, tunicam redde, reporto molam.
Redde, maritus ait; & dixit femina, reddam,
Sed magis ad noſtram non molet ille molam.

EP. CXCVIII. DE THEO.

Inguine ſuſpenſam geſtas ſub ventre lagenam,
Quae tibi ſit turgens amphora, flante noto.

Vecti-

„ pedum fuerint, a Cteſia apud Photinm Cod. „ 72. aliiſque, quibus res exaggerare familiare „ eſt, ad duos fere cubitos vel minorem quo- „ que ſtaturam depreſſi ſunt. Cur etenim mi- „ nus exſtarent, atque ſupereſſe novimus totiens „ in dubium vocatas integras gigantum natio- „ nes, qualis ſeptem plerumque pedum longi- „ tudine biennio abhinc a navis bellicae Angli- „ canae praefectis detecta in inſula Patagonum. „ Nemo etiam neſcit, Lappones vicinoſque po- „ puloa ſeptemtrionales reſpectu ceterarum Eu- „ ropae nationum pro pygmeis habendos. Afri- „ cani igitur pygmei, quum integrae gruum gre- „ ges fruges eorum conſumerent, jaculis illas ſa- „ gittiſque deſtruxerunt, nnde natam ſabuloſam „ hiſtoriam de mutuo pygmeorum cum gruibus „ certamine bene conjecit Ant. Wilh. Zwergius „ in *Diſſ. de Pygmaeis*, Aethiopiae populis, ſub „ praeſidio Jo. Laur. Moshemii deſenſa Kilonii „ 1721. Et ita non opus erit, ut cum Jobo Lu- „ dolfo in *Comm. Hiſt. Aethiopiae* pag. 73. per „ grues intelligamus condoras, aves in interiore „ Africa maximas, cum queis certare pygmeos, „ ne pecora ſua rapiant, conjecerat literatiſſimus „ ille auctor. MEERMAN.

Ne te deprenſum grus peregrina voret] an forte imitatur illud ex Priapejis Ep. XLVI.

O non candidior puella Mauro,
Sed morboſior omnibus cinoedis,
Pygmaeo brevior gruem timenti.

hinc grus *Pygmaeo ſanguine gaudens* Ovidio VI. Faſt. 176.

EP. CXCVII.] debetur Epigrammatibus vetuſtis ex codice G. J. Voſſii a N. Heinſio deſcriptis.

Heniochi] ſic ſcribend. male in Salm. Leid. & Divion. *Eniochi*.

Ille habuit doctas Circi proſtare puellas] forte emendandum,

Ille aluit doctas Circo proſtare puellas.

EP. CXCVIII. DE THEO. *Inguine ſuſpenſam geſtas ſub ventre lagenam*] admiſi hanc Heinſii conjecturam, quam ſchedis Salmaſianis adſcripſerat. In quibus, & in cod. Leid. corrupte legebatur, *Inguine ſuſpenſam geſtas * agenam.* & favent ſchedae Divionenſes, quae cum lacuna exhibent,

Inguine ſuſpenſam geſtas..... lagenam.

Moles

Vectigal poteras figulorum reddere fisco,
Quorum tam tereti ramice vincis opus.

Ep. CXCVIII. ALITER.

Moles tanta tibi pendet sub ventre siringi,
Ut te non dubitem dicere bicipitem.
Nam te si addictum mittat sententia campo,
Vispillo ignorat quo secet ense caput.

Ep. CC. DE PERPETVO.

Parce rapax epulis vehemens, Perpetue, gluto
Mensarumque vorax, omnis cui Sicula cessit
* Stultia, qui madidas furto subducis ofellas.

Ep. CCI. DE TAVTANO.

Tautano infamem nulla quem conjuge captum
Spiritus immundus subito praecordia torsit
Vendere mancipium pulchrum commune theatro.

Ep. CCII. DE CRESCENTINO.

Crescentine ferox, ne quid tibi dorsa flagellis
Conscindat conjux, junctis tu pedibus adstas.

Ep. CCIII. DE ABCARE SERVO DOMINICO.

Regius est Abcar servus, palus, hispidus ursus,
Rana, nanus, strophilus, palmus, zeloceca, cylindrus,

Pipe-

sic Epig. sequenti,

Moles tanta tibi pendet sub ventre firingi.
ubi forsan *syringis* corrigendum, ut *moles syringis* de fistula callosa sub ventre enata dicatur. in iisdem titulus etiam mutilus erat DE..... Sed in Salmasianis DA THAO. licet initiale nominis proprii vestigium videatur. versu secundo *urgens.* in Salmas. & Leid. cod. Sed *surgens* recte idem Heinsius. quod a Divionensibus schedis firmatur. *vinces opus* etiam male in Salm. & Leid. Sed *vincis* a m. s. ut in Divion.

Ep. CXCIX. *quo secet ense caput*] sic Salm. cod. sed in marg. *quod* recte emendaverat Heinsius. idque a cod. Leid. & Divion. firmatur.

Ep. CC. DE PERPETVO] est in cod. Salm. & Divion. versu primo *perpetuo gluto* in cod. Is. Vossii & v. seq. *Omnis avicla cessit Dulcia qui emoratas furto subducis ofellas.* in Salmasiano *managas.* forte hinc exsculpi posset,

——— *omnis cui Sicula cessit*
Laetitia, & madidas &c.

cessit nempe in gulae praedam. vel si primam in *Sicula* ab illius aevi poëta produci alii non admittant, *Sicana* substitui posset. refer autem ad Siculorum luxuriem in epulis, unde *Siculae mensae* nomen habent. de quibus vide Cluverium Lib. I. Sicil. Antiq. cap. 4. pag. 64. illud *furto subducis ofellas* adhaeret Juvenali Sat. XI. 144. *exiguae furtis inbutus ofellae.*

Ep. CCI. DA TAVTANO] debetur codici Salmasiano, & schedis Divionensibus.

Ep. CCII. DA CRESCENTINO] ex codice Salmasiano.

Ep. CCIII.] Legebatur hoc Epigramma sequioris aevi, satis putidum & vitiosum, in Salmasiano, & Divionensi codice. & descripsi id aliquando ex cod. Is. Vossii in Biblioth. Leid. qualia hic plurima occurrere fateor, vix digna auribus seculi elegantioris genio adsuetis. Sed quae tamen ideo non omittenda duxi, ne quis codicum illorum Epigrammata non bona fide me exhibuisse criminetur; licet in naeniis his barbaris otium perdere non libeat. huic vero Epigrammati titulus in cod.

Piperis exigui formam vix corpore comples,
Pulicis e corio veſtit te gunna profuſa,
Ad maratros dabitur grandis formica caballus
Pulveris ut pilula brevis es, ut glomus hic erras.
Aſt ubi dormieris caveat caſtiſſima conjunx
Erres ne ſubito mixtus ſub nocte tomento,
Lendis forma tibi, ſtatu non tranſilis ova,
Aequalis piperi, par eſt tibi forma cumini
Faſciarii pondus, longi pars ſumma telonis,
Sic ſepiam pelagus criſpanti vertice geſtat,
Sic niger impellit pilulos de ſtercore zinzar,
Araneaſque leves, (digitis) pendens in ſtamine bulla.

EP. CCIV. DE SERVANDO MEDICO.

Servandum ſpurcum medicum noſtumque * medeurum
Qui ſe Tartareo miſſum de carcere finxit,
Auctoritate tumens Orci cui tempora mittit
Imperitus iners auſus terrae * repetam,
Cum ſtaret in medio, mox illi voce ſuperba
Burdonum ductor, paleas nam forte gerebat,
Servande infamis, ſervande Zabule, peſtis,
Ajebat, ſervande canis, ſervande catenis,
O ſervande meis ſemper ſervande flagellis,
Servande in parte miſera * nabractanos aeſis

* Viti-

cod. Salmaſ. erat, DE ABCARE SERVO DOMINICO. in cod. Voſſ. DE OBCARO SERVO DOMINICO. ſed primo verſu *Regius eſt Abcar ſervus.* in ſchedis vero Divionenſibus, DE ABBACE SERVO DOMINICO. & verſu primo *Regius eſt Abeax.* forte ex ſcriptura codicis Salmaſiani & Voſſiani corrigi poſſet *Regius eſt Abgar ſervus.* Nomen enim *Abgaris*, vel *Abgari*, illo aevo non infrequens. ut Abgari epitaphium ineditum, Romae erutum, profert Sirmondus ad Sidon. Apoll. pag. 30. quod etiam exſtat in Libello MS. Inſcriptionum & Epigr. vett. manu Nic. Heinſii exarato, & editum eſt a Bonada Vol. II. pag. 223. Secundo verſu *zelocela* in Divion. quarto *exmio* cod. Iſ. Voſſ. qui ſequentia corrupte ſic exhibet, *Ad maradros d. gr. formus carnealius, Volveris ut pilula brevis eſt.* nono verſu forte legendum, *ſaltu non tranſilis ova.* duo ultimi eodem modo habentur in illo Voſſii codice, quo in Salmaſiano, ſed *digitis* abeſt a Divionenſibus ſchedis.

Sic niger impellit pilulas de ſtercore zinzar] Exiſtimo ſermonem hic eſſe de Medico quodam „ Aethiope Sec. VI. ineunte, quando ſcribe„ bat hic poëta Afer, ut reliqui in Codice „ Divionenſi. Quamquam vero notitiae litera„ riae hac in parte deſiderentur, ſuſpicor illum „ eumdem eſſe, quem Joannes filius Serapio„ nis, Medicus Arabs ſeculi IX. vel X. citat ſub „ nomine *Sindaxar* in libro Simplicium cap. 84. „ & poſt hunc Raſes ejuſdem gentis Medicus „ Seculi X. vergentis ſub nomine *Sindibſar*, in „ Continente Lib. V. cap. I. fol. 107. edit. Ve„ net. 1529. MEERMAN.

EP. CCIV. DE SERVANDO MEDICO.] ex cod. Salm. & Divionenſibus ſchedis, in quibus verſu tertio *corpora* pro *tempora.* v. 10. *nabaſtra nos aeſis* cod. Salm. & ſequenti, *vitiduis tanda vitritam*, & verſ. ult. *Copia ſeis gibatas.*

* Vitivalas valmam * vitriduis fanda * vitritam
Copia fers gibatus enim tranſire volebat.

EP. CCV. DE CASTELLANO.

Caſtellane ſorex cloacae, preſſura tuorum
Horrida, caeca fames, coenum tibi bullit in ore,
Putredo & cancer trivit denteſque molaſque,
Accipe nariputens oris latrina, Philippe,
Lividus in rubro color eſt tibi, cepula vultus,
Obſcenitas frontem mortis ſulcavit aratro,
Fiſtula ſunt oculi, polypus de naribus horret,
En manes patitur putrido ſub conjuge conjux,
Ac viduam ſimul *facit fortuna ſuorum.
Qua te cumque moves, oſculum porrigis ultro,
Nam turpes foetore gravi, ſi forte loquaris;
Si taceas, binis ſeceſſum naribus efflas,
Laſanus es plenus guttur tibi grande * fuſorius eſt.

EP. CCVI. DE POTENTVM PRECIBVS.

Eſt orare ducum ſpecies violenta jubendi,
Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens.

EP. CCVII. FIDES FICTA.

Qui ſe multorum fidei committere curat,
Auguror hunc leviter poſſe carere fide.
Menſtrua quaeque fides faciem cum tempore mutat.
* * * * *

EP. CCVIII. INDIGNA PROMOTIO ASINORVM.

Regna licet teneat ſceptrumque leonis Aſellus,
Juraque det populo, ſemper aſellus erit.
Aſperior tamen eſt in ſede leonis aſellus
Si poſitus fuerit, quam fuit ipſe leo.

EP.

EP. CCV. DE CASTELLANO] ex ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus: & ex libro Iſ. Voſſii in Bibl. Leidenſi. in quibus hi verſus mendoſiſſimi legebantur. *Caſtellanus* inferiore aevo dicebatur arcis praefectus. v. Voſſ. de vitiis Serm. pag. 113. v. 4. *nariputrens* legendum. ſeq. *Luridus* in Divion. v. 7. recte *polypus* in Divion. pro corrupta codicis Salmaſ. lectione *filippus*. notum illud Horatii Epod. XII. *Polypus, an gravis hirſutis cubet hircus in alis*. v. 9. forte emendandum *Ac viduam ſimilem fecit*, vel *faciet*, *fortuna ſuorum*. ſeq. verſu male in Divion. *Qualecumque moves, oſc. porrigit ultro*. v. 12. pro *binis* in cod. Salm. *biſſis*. unde *viſis* Iſ. Voſſius in cod. Leid. perperam. v. ult. *Laſanus* & Divion.

EP. CCVI. DE POTENTVM PRECIBVS] Hoc & tria ſequentia legebantur inter Epigrammata vetuſta, ex Codice G. J. Voſſii manu N. Heinſii excerpta.

EP.

EP. CCIX. INDIGNI MORES HVIVS SECVLI.

Fit de nocte dies, tenebrae de luce ferena,
De ftulto fapiens, de fapiente nihil.
Fit Cato mentis hebes, linguam facundus Ulyffes
Perdidit, inftabiles nunc habet aura vices.

EP. CCX. DE PROMOTIS AD DIGNITATES.

Optimus effe foles, te fecit honor meliorem,
Aeftimo quod fies de meliore bonus.

EP. CCX. AD POËTAS.

Difcite pro numeris numeros fperare poëtae,
Mutare eft animus carmina, non emere.

EP. CCXII.

Quis Deus hoc medium flammavit crinibus aurum,
Juffit & in dumis fentibus effe rofam?
Afpicis ut magni coëant in foedus amantes,
Mortem fpina refert. flos Veneris pretium eft.
Quid tibi cum magnis puer eft lafcive fagittis?
Hoc melius telo pungere corda potes.
Nec flammis quaeras neque * alti pectoris ignes,
Sed tibi vernantum praebeat ifta facis.
Pallens herba viret. color eft hic femper amantum.
Tam fugitiva rofa eft, quam fugitivus amor.
Nam quod floricomis gaudet lafciva metallis,
Aurum fignificat vilius effe rofa.

EP.

EP. CCIX. *inftabiles nunc habet aura vices*] an non pro *aura* potius legendum *aula*?

EP. CCX. DE PROMOTIS AD DIGNITATES] ex eodem codice Voffiano: Secundi verfus barbariem evitare potuiffet verfificator, fi fcripfiffet, *Quid reftas? fies de meliore bonus.* alterum AD POËTAS ex illo codice etiam defcripfit Heinfius, qui illic recte emendaverat *numeros fperare*, quod exigit fenfus, pro *nummos*, ut male in v. c. legebatur.

EP. CCXII.] Excerpfi ex libro MS. Infcriptt. vett. Heinfiano, qui praefixerat, hoc epigramma ex vetufto codice defcripfiffe Ang. Politianum in fine Terentii fui, quod exemplar eft in Bibliotheca Medicea. primo verfu *flammavit vepribus* conjecerat Heinfius. & fecundo, *in duris fentibus.* fequentia idem fic conftituerat,

Nec flammis uras, neque adufti pectoris ignes
Se tibi vernantem praebeat ifta facis.

quinto difticho eft imitatio illius Ovidiani I. Artis v. 729.

Palleat omnis amans, hic eft color aptus amanti,
Hic decet: hoc vultu non valuiffe putent.

EP.

EP. CCXIII.

Dum rides, mihi basium negasti,
Dum ploras, mihi basium dedisti;
Nata est de lacrimis mihi voluptas,
De risu dolor, o miselli amantes!

EP. CCXIV.

Epigramma vetus, incerti Auctoris.

Impubes nupsi valido, nunc firmior annis
Exsucco & vetulo sum sociata viro.
Ille fatigavit teneram, hic aetate valentem
Intactam tota nocte jacere sinit.
Dum nollem, licuit: nunc, dum volo, non licet uti:
O Hymen, aut annos, aut mihi redde virum.

EP. CCXV.

Spoleti.

NYMPH. FONT. LYSIMACH. V.

Nymphae, fonticolae Nymphae, quae gurgitis hujus
Aeternum roseo tunditis ima pede:
Lysimachum servate! sub alta maxima pinu
Numinibus posuit qui simulacra tuis.

EP.

EP. CCXIII.] apud Murator. Tom. III. pag. MDCCCXIII. 1. qui in fine Epigrammatis addidit duos hos versus, sed insulsos, & metro ac sensu destitutos,

Sperate simul omnia, & timete,
Mortuus oblivisear Flaviae.

sed illos, ut a mala manu adjectos, repudiavi. totum vero Epigramma spurium, & ex Jo. Jov. Pontani Hendecasyllabis effictum opinatur Leichius in Miscell. Lips. Nov. Vol. I. pag. 4*4.

EP. CCXIV.] ex Hadriani Junii schedis Petrus Scriverius, sub nomine *Epigrammatis veteris*, adscripserat fronti Catalectorum edit. Scaligeranae, & simile apud Martialem alibi exstare notaverat, sed loco non indicato. adfertur etiam hoc Epigramma in Menagianis Tom. II. pag. 190. laudaturque ut venustum, sed cujus auctoris sit, se ignorare addit Menagius, nihil decernens, an veteris an recentis sit scriptoris: versu autem secundo illic prave & invito sensu legitur, *Exsucco & molli sum satiata viro.* quinto etiam, *Dum licuit, nolui.* Moneta vero in Appendice Tom. IV. pag. 163. & seqq. recentioris aetatis epigramma esse conjicit, factumque suspicatur in Margaretham, filiam Caroli V notham, quae primis nuptiis anno aetatis duodecimo elocata fuit Alexandro Mediceo, XXVII annorum valido marito, sed viro magis matura anno aet. XX juncta fuit Octavio Farnesio, XIII tantum annorum tunc puero, ut ait. Auctorem vero Epigrammatis facit Jacobum Bugium, Andensem, cujus elogium est apud Scaev. Sammarthanum Lib. II. Elogior. pag. 145. Sed quum haec tantum Monetae suspicio sit, ideo tamen locum Epigrammati hic negare nolui, quod pro vetusto habendum existimasse videntur Junius & Scriverius.

EP. CCXV.] apud Anglum anonymum in Delect. Inscript. Metr. N. XLI. pag. 31. qui in notis dicit ineditum hoc epigramma, in Italia tunc erutum, & ab amico eruditissimo ad se transmissum fuisse, idemque de sequenti Epigr. adfirmat. versu autem ultimo hujus Epigr. edidit *meis.* ad majorem antiquitatis gratiam et conciliandam.

EP.

EP. CCXVI.

PANI CVSTOD. . .

sub imagine Panis, rudi lapide.

VERONAE. *effossum in Calabria.*

Heic ſtans vertice montium ſupremo
Pan, glaucei nemoris nitere fructus
Cerno deſuper, uberemque ſilvam,
Quod ſi purpureae, viator, uvae
Te deſiderium capit, roganti
Non totum invideo tibi racemum.
Quin ſi fraude mala quid hinc reportes,
Hoc poenas luito caput bacillo.

EP. CCXVII.

Eſt roſa flos Veneris, cujus quo furta laterent,
  Harpocratri matris dona dicavit Amor.
Inde roſam menſis hoſpes ſuſpendit amici,
  Convivae ut ſub ea dicta tacenda ſciant.

EP. CCXVIII.

Quidnam, quid rapis, o puella furax,
Ne ramos traheres, tibi haec ferebam;

Sed

EP. CCXVI.] ex eodem N. XLIV. pag. 37. Dubito de ejus ſinceritate, licet notas vetuſtatis indiderit ſcriptura illa *Heic*, *glaucei*, ut praec. Epigr. *tueir.* quod & in alio Epigrammate ab eodem Anglo factum notavi ab Lib. IV. Ep. CCLXXX. ultima hujus Epigrammatis adumbrata ſunt ex Priapejis Carm. 67.

——— mihi tu deprenſus in horto
Fur dabis, hac poena culpa luenda tua eſt.

quibus ſimilis in iiſdem Luſibus occurrunt Ep. 23. 27. 30. 35. & alibi. ſic & primum praecedentis Epigrammatis diſtichon

Nymphae, fonticolae Nymphae, quae gurgitis hujus &c.

debetur Virgilio IV. Georg. v. 321.

Mater Cyrene, mater, quae gurgitis hujus
Ima tenes.

cujus loci me admonuit Cl. Schraderus. Hinc igitur fucus magis eluceſcit.

EP. CCXVII.] hos verſus in marmore repertos profert Cerda ad Virg. I. Aen. 734. Tom. II. p. 134.

EP. CCXVIII.] ita legitur hoc Epigramma apud Gorium in Inſcriptt. Florent. pag. 95. & inveni illud in meo Perotti codice MS. Epigramm. & Inſcript. veter. ex quo edidi v. 3. *feras quid horto*, pro *quod orto*, ut apud Gorium. ultimo verſu mallem auctor ſcripſiſſet.

Obducas licet arma, ſum Priapus.

ut evitaſſet *Obduxi licet*, pro *Obduxerim*, quia id melioris aetatis auctoribus inſolens, & quae proferuntur exempla, in quibus *licet* cum indicativo occurrit, ſequioris aevi ſunt. ut patet ex notis Munckeri ad Fulgent. Lib. I. Mythol. pag. 23. & Patrui mei ad Nemeſ. Cyneg. v. 232. nam quod in nonnullis optimorum auctorum locis hoc aliquando in MSS. reperiatur, ut apud Virg. VI. Aen. 803. in Romano codice aliiſque legi teſtatur Pierius, *Fixerat aeripedem cervam licet.* & in MS. apud Ovid. II. ex P. 10. 43. inveni *abſum licet*, id certe librariorum manu intruſum eſt. Male etiam Priapus ipſe dicitur arma ſua obduxiſſe. paſſim enim in Priapejis hic Deus Lampſacius indicat, ſe nullis veſtibus obducta ſeu tecta, ſed aperta gerere arma; praeſertim toto Epigrammate elegantiſſimo nono. Referri poteſt hoc Carmen inter Priapeja aeque ac aliud Epigramma ſimilis notae, quod ex Menagio produxi Tom. I. pag. 686. verſibus his non invenuſtis,

Hortis Heſperidum, Sabelle, cultis
Noſtrae cultior hortus eſt puellae:
Mirari, o bone, deſinas, Sabelle,
Hortorum Deus ipſe nam Priapus
Cunctis hunc ſoliis & rigat diebus.

Ooo Ep.

Sed posthac caveas, feras quid horto,
Obduxi licet arma, sum Priapus.

Ep. CCXIX.

GENIO. NVMINIS. PRIAPI.
POTENTIS. POLLENTIS. INVICTI.
IVL. AGATHEMERVS AVG. LIB. &
CVRA. AMICORVM.
SOMNO MONITVS.

Salve, sancte Pater, Priape, rerum,
Salve, da mihi floridam juventam,

Da

Ep. CCXIX. GENIO NUMINIS PRIAPI &c.] praecedentibus adjungendum centui hoc Carmen, quod insculptum legebatur statuae, seu Hermeti marmoreo, Priapi, vultu Deo Jano simili, hoc seculo an. 1758. in agro Tiburtino, eo in loco, ubi villam Maecenatis fuisse creduot, qui à Patribus S. Gregorii nunc possidetur, effosso, cuius autographum a Cl. Jano Planco ad se transmissum edidit vir eruditus in Excerptis Miscell. Ital. & Helvet. Literaturae Tom. I. P. III. pag. 236-240. ubi tamen alio ordine, e tribus monumenti lateribus descriptum, fuit editum, quam quo legebatur in schedis, quas ipse ab amico honorato, ex Italica peregrinatione reduce, mi[illegible]donatas habui. Non videtur aevi valde antiqui esse. quae literis cursivis quas vocant, expressa sunt, laesi marmoris indicia praebeot, sed in schedis meis ita, ut edidi, suppleta fuerunt. In titulo exhibent eaedem Schedae, POTEN.IS. POLLE. . . S. . . CTI. vitiose etiam AGATHAMERVS in Miscell. Ital. & Helvet. nomen *Agathemeri* in Inscriptionibus vetustis frequens, & *Agathemeridis* feminae. ut supra Lib. IV. pag. 232. 233. MARSIOIA AGATH... (leg. AGATHEMERIS) MARSIDIA STABILIS. & in ipso Epigrammate,

Quod si non cineres Agathemeris inmatura
Auxisses nostros &c.

sic CINERIBVS AGATHEMERIOI in Inscript. quam ex Vignolio profert Murator. Tom. III. Thesauri pag. MDCXXVII. 7. qui bene etiam coojecit emendandum in alia Inscriptione Tom. II. pag. MCXXVII. 6. AGATHEMERIDI LVCCEIA ·ΑELPIS. pro scriptura corrupta AGATR MATERIOI. ubi & HELPIS scribendum. versu secundo ex Schedis meis edidi,

Salve, da mihi floridam juventam.

male enim *Salvam* in Miscel. Ital. & Helvet. quarto versu praeferrem,

Fascino placeam bonus procaci.

fascino bonus, valens & vegetus. *bonis* in Miscell. Ital. meisque schedis. Sextus versus

Dissipem curas anima nocentes.

est Sapphicus, non Phaleucius, ut & versus decimus,

Fabulas manes ubi Rex coërcet.

& vigesimus tertius,

Nam malos arceus homines cruentos.

versu deinde octavo & oono in Schedis meis legebatur,

Angar haud. . . . ae pavore mortis
Quae ad domu. . trahet invida . . . ni.

quae optime sic suppleta eraot,

Angar haud miserae pavore mortis,
Quae ad domus (vel domos) trahet invidas Averni.

sed in Miscell. Ital. & Helvet. Tom. I. p. 237. editur,

Angar haud miser ac pavore mortis.

ubi vir eruditus notat copulam *ac* inepte poni, & sensum inpeditum reddere, ideoque levi, ut ait, mutatione substituit,

Nec miser crucier pavore mortis.

Sed in vitiosa ista scriptura *miser ac* vera ultro se offert lectio *miserae*. neque etiam levis mutatio est totam novam vocem *crucier* pro *angar* substituere, & verba transponere; neque *miser crucier* auribus gratum infert sonum. Sed in iisdem Miscell. Ital. & Helv. Tom. III. pag. 275. emendationis hujus auctor notat, se a Josepho Oderico,

Da mihi, ut pueris & ut puellis
Fascino placeam bonis procaci,
Lusibusque frequentibus jocisque
Dissipem curas animo nocentes,
Nec gravem timeam nimis senectam,
Angar haud miserae pavore mortis,
Quae ad domus trahet invidas Averni,
Fabulas manes ubi Rex coërcet,
Unde Fata negant redire quemquam,
Salve, sancte Pater, Priape, salve.
Convenite simul quot estis omnes,
Quae sacrum colitis nemus puellae,
Quae sacras colitis aquas puellae,
Convenite, quot estis, atque bello
Voce dicite blandula Priapo,
Salve, sancte Pater, Priape, rerum.
Inguini oscula figite, inde mille
Fascinum bene olentibus coronis
Cingite illi, iterumque dicite omnes
Salve sancte Pater, Priape, rerum.
Nam malos arcens homines cruentos,
Ire per siluas dat ille vobis,
Perque opaca silentia incruenta:
Ille fontibus arcet & scelestos,
Inprobo pede qui sacros liquores
Transeunt, faciuntque turbulentos.

Qui

co, qui marmoreum Hermetem inspexit, admonitum fuisse, in ipso lapide haberi,

Angar haud miser ac pavore mortis.

& legendum esse,

Angar haud miserae pavore mortis.

versus undecimus ex illo Catulli expressus,

Qui nunc it per iter tenebricosum
Illuc, unde negant redire quemquam.

a versu tertiodecimo *Convenite simul* &c. in Schedis meis incipiebat secunda lapidis pars lateralis, unde initium totius carminis est in Misc. Ital. & Helv.

v. 23. *Nam malos arcens* &c.] Et hic quoque versus Sapphicus est. Corrigi posset,

Namque arcens homines malos, cruentos.

aliter editum est in Miscell. Ital. & Helvet. ubi legitur,

Nam malos homines fugans cruentos.

quod interpolatum videtur.

25. *Perque opaca silentia incruenta*] versum hunc, propter duplex epitheton, minus elegantem esse, notatur in iisdem Miscell. T. I. pag. 238. sed eidem Joseph. Oderico censuram injustam videri, sensumque esse, *Facit vos ire tutas per silentia opaca, reddita per illum incruenta*, admonetur in eodem Opere Tom. III. pag. 275. quapropter sic distinguendum,

Perque opaca silentia, incruenta.

Qui lava*nt*que manus, nec ante multa
Invocant prece vos, deae pu*ellae.*
O Priape fave alme, dicite *omn*es
Salve, sancte Pater, Priape, *salve.*
O Priape potens amice, salve,
Seu cupis Genitor vocari, & auctor
Orbis, aut physis ipsa, Panque salve.
Namque concipitur tuo vigore,
Quod solum replet, aethera, atque pontum.
Ergo salve, Priape, salve sancte.
Saeva Jupiter ipse, te volente,
Ultro fulmina ponit, atque *s*edes
Lucidas cupidus suas relinquit.
Te Venus bona, fervidus Cupido,
Gratia, & geminae colunt Sorores,
Atque laetitiae dator Lyaeus.
Namque te sine nec Venus p*lacens* est,
Gratiae illepidae, Cupido, Bacchus.
O Priape potens amice, salve.
Te vocant prece virgines pudicae,
Zonulam ut solüas diu ligatam,
Teque nupta vocat, sit ut marito
Nervus saepe rigens potensque semper.
Salve, sancte Pater, Priape, *salve.*

v. 28. *Qui lavantque manus*] *lavatque* male in Miscell. Ital. & Helvet. deinde a versu 33 *O Priape potens* &c. in Schedis meis incipiebat tertia lapidis facies, itidem lateralis.

37. *Aethera, atque pontum*] sic in meis Schedis, *aethera, pontum* male in Misc. Ital. & Helvet. in quibus mox etiam vitiose legitur v. 39. *Saeva Jupiter te volente.*

45. *Namque te sine nec Venus placens est*] ita suppletum legebatur in meis Schedis cum signo lacunae, sed superstite litera initiali *p.* unde *probatur* editum fuit in Miscell. Ital. & Helvet. Cur non *placebis* suppleruntt? in sequentibus manifesta Catulli adparet imitatio ex Carm. LXII. v. 51. in Nuptias Juliae & Manlii,

Te suis tremulus parens
Invocat: tibi Virgines
Zonula soluunt sinus:
Te timens cupida novos
Captat aure maritos.

Haec autem tria Carmina Priapeja, numquam ab aliis antea prisci aevi reliquiis inserta, ultro admonent flagitantque, ut ceteris Poëtarum antiquorum in salacem hunc Hortorum Deum Lusibus, qui ab Aldo, Scaligero, aliisque, etiam suis vetusti Latii Catalectis inserti fuerunt, locum hic non denegemus.

JOSE-

ad pag. 475

ANTHOLOGIAE

VETERVM LATINORVM

EPIGRAMMATVM

ET

POËMATVM

LIBER SEXTVS

ET VLTIMVS.

JOSEPHI SCALIGERI EPISTOLA

NOTIS SVIS AD CARMINA PRIAPEIA PRAEFIXA.

JOSEPHVS SCALIGER IVL. CAES. F. SEBASTIANO SENNETONIO SVO S.

ANNVS hic est plus minus, mi Sennetoni, cum liber iste jam Typographorum manibus teritur, neque tamen caussam mutare potuit. Semper enim eadem illum, quae superioribus bellis civilibus, tempestas jactavit. Semper eandem fortunam iniquam & adversam expertus est. Nam superiorum temporum calamitati expositus fuit, quod & id commune cum hominibus habuit: postea vero & hominum & meae etiam injuriae. Parum enim abfuit, quin periculo, quod ei homines ultro creaverant, praepostero quodam judicio, prudens sciensque subscripserim: ut indicta caussa paene illum damnarem. Scis enim quae sequuntur poëmatia ejusmodi esse, ut eorum omnes fere, nisi si qui penitus pudorem amiserunt, pudeat pigeatque, flagitiosa, petulantia, obscoena. Equidem sic omnia confiteor: scelestissimi, qui haec in vulgus ediderunt. Exsecrandum porro seclum illud, in quo turpia scribere hominibus licuerit, cum & turpia facere non prohiberentur. Nam quis haec negare audeat? Cur ergo, inquies, haec vulgas? cur interpretaris? quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere? Prius dicant velim: an possum ea supprimere, quae tot jam editionibus publicata sunt? deinde quare non licebit mihi, quod omnibus licuit, etiam sanctissimis & doctissimis viris? Postremo quid in interpretatione nostra aut ita suspectum est, ut non tecte, aut ita aperte dictum est, quod non necessario dicendum fuerit? Oro te, mi Sennetoni, qui & vitam, & mores nostros penitus & in cute notos habes, ut caussam nostram defendas, non dico apud doctissimos viros: satis enim illis perspecta & mea & scriptorum meorum integritas atque innocentia: sed apud genus hoc hominum, qui neque me norunt, neque scripta mea intelligunt. Hoc pro nostro inter nos amore, ac benevolentia facies, certo scio. Cupio enim talem amicitiae nostrae cumulum accedere, ut quem tibi suavissimis moribus tuis [illegible] hic praesentem devinxisti, eum etiam sedulitate, & [illegible] tuo absentem tueare. Vale. Lugduni, XI. Kal. Septemb. 1573.

Hanc Scaligeri ad Sennetonium Epistolam vel ideo praefigendam duxi, ut aegidis velut instar mihi praeberet, quod ex tanti Viri Catalectis depromta haec veterum Poëtarum in Priapum Epigrammata huic quoque Anthologiae inseruerim, notisque ad illius exemplum illustraverim, sed Notis, quae vel ad loca corrupta ex codicibus MSS. aut editionibus vetustis emendanda, vel ad poëtices & linguae Latinae elegantias explicandas unice faciunt, non autem in ipso argumento, turpi ac foedissimo, ut Scioppius fecit, interpretando versentur: unde acerrimo Epigrammate traductus fuit a Paulo Flemingo Lib. VI. Epigramm. non procul a fine. Licet se de Priapeiorum editione defendere conatus fuerit in famoso & rarissimo Amphotidum libello p. 108. & seq. ubi Melch. Goldastum nefariis opprobriis insectans, illum notarum ad Priapeja auctorem & editorem facit: licet pag. 115. scribat, Goldastum eas ex Scioppianis in Virgilium & Priapeja adnotatis, & ex libro MS. Scioppii Miscellaneorum, excerpsisse & vulgasse. Auctor igitur illarum Scioppius negari non potest. Sed forte in Goldastum rejecit infamiam, quum ab omnibus improbari videret adnotationes, exigua doctrinae elegantioris copia, sed magna obscoenitatis spurcitie refertas. Haec caussa est, cur illius notas abjecerim, solasque tantum Scaligeranas, eruditionis nomine Viro maximo dignissimas, paucasque Lindenbrogii, addiderim. Eo enim animo si quis has optimi aevi veteris reliquias tractare adgreditur, rationem video nullam, cur morosum tetricorum hominum supercilium, aut calumniandi prurigine actorum inimicorum dentes magis extimesceret, quam si Catullum, Martialem, Petronium, Apulejum, & pluses alios in lucem edere, notisque insignire vellet; in quibus etiam lasciva, obscoena, & turpissima utramque faciunt paginam. Sed recte veterum Poëtarum lectionem mari conparabat Scaliger in Dedicatione ante Amorum Triumviros Cl. Puteano inscripta, in quibus obscoena sunt vice scopulorum, ad quos instar periti nautae cautus lector non haerebit aut offendet, sed secure praeternavigabit. neque male Casp. Barthius Lib. XXVII. Adverf. cap. 8. judicabat, *Priapo dedicata carmina pleraque*

non quid dicant, sed quomodo dicant, considerandum videri. Sunt enim merus flos Latinae elegantiae. Argumenti igitur turpitudo deterrere non debuerat Henr. Ernstium, ne Lusuum horum Ithyphallicorum emendationem ex antiquo codice susciperet, ut sibi in animo fuisse testatur ad Valerii Probi Notas pag. 149. Ad Auctores horum Epigrammatum quod adtinet, quicumque ea in salacem hunc hortorum Deum conposuerunt, in eo imitati sunt Poëtas Graecos, a quibus istius generis carmina, Πριάπεια dicta, promanarunt, quo titulo Euphronius suum similis argumenti opus inscripsit. vid. P. Victorium Lib. XXXIV. Var. Lect. cap. 19. Nec magis pudica sunt Graeca Stratonis Epigrammata, Παιδικὰ inscripta, viris doctis notissima, & hoc seculo saepe vel illustrata vel emendata, quae novam Anthologiae Graecae ἔκδοσιν edituro non facile praetermitterentur. Horum vero Latinorum Lusuum, si non omnium, maxima saltem ex parte auctorem esse Virgilium, multi sunt qui existimant. ut Carrio ad Valer. Fl. III. 709. & hunc indicari puto a Maserio ad eiusdem poëtae Lib. V. 643. ubi dicit, *opusculum hoc ab eo editum, qui si unda Parthenius est, sale tamen Gnidius.* favere quidem his possent, quae leguntur apud Servium ad init. Lib. I. Aen. ubi inter reliqua Virgilii scripta etiam enumerat Priapeja. Sed initio notarum suarum Scaliger jam admonuit frustra haec Partheniae, seu Virgilio, a viris doctis tribui, & potius Petronio nonnulla adjudicanda esse censuit. In eadem sententia etiam sunt P. Bembus Differt. de Culice Virgilii pag. 790. & Vossius de Poët. Lat. cap. 2. pag. 27. qui Virgilium horum auctorem esse negant. Quod vero in multis codicibus MSS. hic titulus passim inveniatur P. VIRGILII MARONIS PRIAPEIA, ut in codice Mediceo Antonii Panhormitae, quem secundum adpellamus, & in aliis non paucis, id plurimis etiam sive Epigrammatibus sive Poëmatiis, nihil ad Priapeja facientibus, contigit, sive quod Operum ejus codicibus vel majoribus carminibus Culici, Ciri, Moreto, & similibus subjuncta legerentur, ut in primis & antiquioribus etiam obtinet Virgilii editionibus, sive quod Poëtarum principis nomen toti farragini praeposuerunt, ut nempe eo magis se posteritati commendaret. vide Barthium ad Stat. II. Theb. 231. T. II. pag. 391. ubi nonnulla Maronis & Ovidii cum his conpacta esse censet. ut conjiciebat etiam Franc. Floridus Sabinus Lib. I. Lect. Subseciv. cap. 6. pag. 152. & seqq. Virgilius tamen magis in gravioris argumenti Poëmatibus, & quidem Epicis, quam in Elegiacis aut brevioribus Epigrammatibus excelluit. Ovidii quaedam his inesse, verosimile est. saltem ex Carm. 2. totum versum *Dum timet alterius vulnus inepta loci* sub illius nomine adfert Seneca. ut jam observavit Politianus in Miscellan. cap. 59. eumdemque auctorem habet Ep. VIII. quo omnia Deorum arma elegantissime descripsit; tum alia nonnulla, ut ex stylo conjicere, perito lectori haud difficile est. Catullo etiam quaedam adscribenda existimant viri docti, cui Muretus & Victorius adjudicarunt Ep. 84 & 85. sic enim Muretus ad Catulli Carm. IV. *Talia non multa sunt & in Priapejis, quorum vereor ne magna pars ex hoc ipso fonte fluxerit: habet enim Catullus γνήσιον quiddam, quo se etiam tacitus prodit.* Nonnulli quoque Tibullo adtribuerunt Carm. 82 & 83. sed quo jure, videbis ex notis Bronkhusii ad Tibull. Lib. IV. Carm. XV. qui ea de caussa hoc prae ceteris negat, quin Tibulli metrum semper constiterit ex Elegis, non autem Jambo puro, quale est Carm. 83. Certe omnia illa carmina numeris phaleucis, jambicis, similibusque scripta, & in hac collectione occurrentia, non facile Virgilio, Ovidio, vel Tibullo adscribenda sunt. Neque tamen Barthio adsentiendum opinor, qui Lib. XXVII. Advers. cap. 8. judicabat perpauca in his Martialis aetate antiquiora esse; quia aevo altiore non tanta cura erat numerorum praesertim Phaleuciorum. Sed unde hoc constet, non adeo conpertum. Nam quum haec scriberet, certe non cogitabat, Catullum carminum Phaleucorum perfectissimum exemplar esse; cui dubiam tamen palmam facere possunt Epigrammata hoc metri genere in his Ithyphallicis occurrentia. Sanum enim & rectum est Bartholomaei Riccii judicium Lib. I. de Imitat. pag. 34. ed. Patav. T. III. Oper. *Jam vero Catullo in eo genere Carminis, cui ex syllabarum numero Hendecasyllabi nomen est inditum, ne primas facile concedam, ii efficiunt, qui in obscoenum Deum tam lascive tamque urbane jocantur. Sed post eos, vel una etiam cum iis, primum locum per me quidem licet ut teneat. persalse enim & facete genus illud omne pertractat.* Dixerim igitur potius, Latinos hos Poëtas, quum ad imitationem Graecorum conposuerint Priapeja, ut paullo ante notavi, non materiam tantum ac stylum, sed & genus Carminum ex illis mutuatos esse, & quae metra Catullo nota & usurpata fuerunt, etiam postea aliis placuisse. Neque tamen negaverim Martialis genium passim in his spirare, & apud eumdem plurima similis monetae Epigrammata, lascivia nihil his cedentia, exstare, quorum non pauca suis locis produxi. Hinc verosimilis est Paulli Melissi conjectura Lib. III. Melicor. Od. 4. ad Jan. Gruterum, in Musis ejus Errantibus, editis post Jani Dousae Odas Britannicas & Lugdunenses, qui pro literis *V. M.* e quibus *Virgilium Maronem* alii exsculpserunt, *Valerii Martialis* substituendum putabat. & hanc Melissi sententiam probat Barthius Lib. XXVII. cap. 8. & Lib. XLIV. cap. 6. ubi decem in his Epigrammata occurrere notat, quae spiritu, genio, dictionis candore, acumine & sale, vel Martialis ipsius sunt, vel ejus imitatoris

toris adeo perfecti, ut omnibus modis cum ipso auctore suo possint contendere. Non omnia tamen ei tribuenda, sed vetustioribus adjudicanda esse existimem, praesertim Elegiaca. Quin & multa e diversis adjecta, & mala bonis inmixta, neque tamen ideo rescindenda: ut priore loco idem notat Barthius, ubi plura de horum Lusuum Auctoribus. de quibus etiam vide Beciehemum in Quaest. Epistol. cap. 88. qui pravo judicio cum aliis Virgilium horum scriptorem statuit. & de Priapejis videndus etiam Gyraldus Dialog. IV. Hist. Poët. pag. 150. Jac. Constant. Fanensis Collectan. cap. LXVIII. & Vincentius Placcius Theatr. Pseud. & Anonym. cap. X. de Script. Poët. pag. 409. Neque etiam rejicienda videtur Scioppii opinio, qui in Prolegomenis suis conjiciebat, in horto Maecenatis sacellum Priapo dedicatum fuisse, & ex illis Poëtis, qui ad Maecenatem quotidie visebant, unumquemque versiculos aliquot jocosos & lascivos in sacelli parietibus notasse. quod firmatur ex Ep. 2. 42. & 50. & hinc ad illorum imitationem posteriores, Martialem, Petronium, aliosque, multa his similia conposuisse, quae deinceps ab illo, qui Carmen ad Lectorem praefixit, in unum fascem collecta sunt. vide & Meibomium in Maecenate pag. 174. ineptissima enim & absurda opinione Franciscus Guyetus volebat omnia haec Epigrammata esse unius auctoris, & quidem Domitii Marsi. ut notavit Menagius in Anti-Bailleto Tom. I pag. 366. Sane quicumque horum Lusuum auctores fuerint, inter optimi aevi poëtas esse recensendos, commune virorum doctorum suffragium est. Sufficiat omnium instar testimonium elegantissimi inter Italos scriptoris Bartholomaei Riccii, opere egregio, sed hodie fere neglecto, de Imitatione Lib. I. pag. 37. *Equidem illos soleo, quicumque ii fuere, qui cum Virgilio in obscoenum Deum tam erudite tam eleganter lusere, ceteris ejus generis)* Epigrammatum) *scriptoribus facile anteferre. Idque jure optimo facere videor, quippe qui & inventione minime vulgari, & dictione, quae germane Latina sit, atque reliquis antecellant. Quod unus Navagerius & vidit primus, & omnium imitatus est optime.* Hanc autem veterum Epigrammatum rhapsodiam, undique vario tempore collectam, multis maculis & mendis obsitam esse, nihil mirum videri debet, quae tamen si abessent, non parum illis accederet leporis ac festivitatis. jure enim queritur Victorius Lib. XI. Var. Lect. cap. 17. *Epigrammata in salacem illum custodem hortorum, quae non sine caussa diversorum poëtarum nunc esse creduntur, delectant sane eruditos viros, & Romanae festivitatis studiosos, ac merito id quidem. Magna enim ex parte hujuscemodi sunt, ut nihil illis purius fieri elegantiusque possit. Magis tamen adhuc delectarent, si vacua a mendis integraque forent. Nonnulla enim eorum ita corrupta & inquinata sunt, ut omnis ipsorum lepos acumenque extinctum sit.* Neque id inmerito queritur vir maximus Petrus Victorius. Innumera enim in his occurrunt male sana, adfecta, corrupta, & medicam periti Critici manum desiderantia; quod in multis quum egregie praestiterit Josephus Scaliger, illius praecipue notarum rationem esse habendam existimavi, quae faciunt, ut minore desiderio adficiamur Commentarii in haec Priapeja inediti Bernardini Cyllenii, Veronensis, (ejusdem, qui initio renascentium literarum vixit,) cujus ipse meminit in Commentario ad Tibull. Lib. I. El. I. quemque possedisse Gabrielem Naudaeum scribit Labbaeus in Nova Biblioth. MSS. pag. 236. Quum vero librorum manu exaratorum numero & copia destitutus fuerit Scaliger, sed vetustas tantum nonnullas editiones adhibuerit, & ego variorum MSS. Codicum excerpta, tam ex N. Heinsii, quam Patrui mei, & propria supellectile, haberem, lectionum illarum variantium ex libris MSS. deductarum ope, & conparatis primis aliisque vetustioribus editionibus, sine cujus adparatus auxilio inanis est omnis in Auctores veteres medicina Critica, plurima loca emendare ac restituere, aliorumque virorum doctorum conjecturas vel confirmare vel rejicere adnisus sum, quod an feliciter, & ex voto, si non in omnibus, nonnumquam tamen mihi cesserit, sincero eruditorum hominum judicio relinquo, a quibus si aliquam gratiam his adnotationibus inierim, non male mihi de illis quoque veterum Poëtarum reliquiis meruisse videbor.

CAR-

CARMINA ITHYPHALLICA,

SIVE

DIVERSORVM POËTARVM VETERVM IN PRIAPVM LVSVS.

EX CATALECTIS JOS. SCALIGERI.

EP. I. AD LECTOREM.

Carminis incomti lufus lecture procaces,
  Conveniens Latio pone fupercilium.
Non foror hoc habitat Phoebi, non Vefta facello,
  Nec quae de patrio vertice nata Dea eft.

Sed

PRIAPEIA DIVERSORVM POETARVM] Scripferunt hujus argumenti poëmatia plures veterum, Catullus, Tibullus, Ovidius, Petronius Arbiter, alii. Itaque ex illorum Epigrammatis totus hic liber concinnatus eft, & conflatus ab eo, qui Epigrammata illud libro praepofuit, *Carminis incomti* &c. &, *Ludens haec ego* &c. Nam ne adfcriberent haec Partheniae noftro, poterat eos monere os hominis probum, vita pudica, integri mores. Sane Petronium hujufce argumenti & nominis quaedam lufiffe auctor Sidonius:

Et te Maffilienfium per hortos
Sacri ftipitis, Arbiter, colonum
Hellefpontiaco parem Priapo.

Quidam etiam ex Graecis libros fingulares ejufdem materiae fcripfere. Inter quos maximi nominis Euphronius poëta. Strabo, quum de urbe Orneis fcriberet, ait templum in ea fuiffe, ἀφ' ἂν inquit, καὶ ὁ τὰ Πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος ὀρνεάτην καλεῖ τὸν θεόν. SCALIGER.

DIVERSORVM POËTARVM IN PRIAPVM LVSVS] fic exhibetur titulus in editionibus vulgatis. If. Voffius in Obferv. ad Catull. pag. 344. teftatur fe in codice Mediolanenfi hanc reperiffe epigraphen, CATA DICTA VETERVM POETARVM IN PRIAPVM quod forfan non omnino rejiciendum videri poffit. Varro Lib. VI. de L. L. pag 74. *Cata dicta accipienda acuta dicta. catus* enim acutus, prudens. de qua voce vide Scip. Gentilem Lib. II. Parerg. cap. 20. Merulam ad Ennium pag. 507. & Voffii notam ad Plauti Trinum. III. 2. 51. & fic emendandum in Gloffis Ifidori, ubi habetur *Catadocta, multorum cantica.* fed ex Varrone legendum *Cata dicta* monuit Meurfius in Exerc. Critic. P. II. pag. 41. & ita Martinius, probante Graevio, & Th. Munckerus Epift. ad N. Heinf. Tom. V. Syllog pag. 367. Sed forfan illic praeftiterit, *Catalecta, multorum Cantica.* quod fuadent Excerpta Gloffarum Pithoeana, in quibus *Cata docta, multorum Cantica, Catalecta.* fic *Catalecta Maronis* apud Aufonium in Technopaegn. v. 5. *Dic quid fignificent Catalecta Maronis?*

Carminis incomti] Hinc Aufonius accepit illud prooemium:

Carminis incomti tenuem lecture libellum
Pone fupercilium. SCALIGER.

fimile huic ad Lectores prooemio eft illud Martialis ad Domitianum Lib. I. Ep. 4.

Contigeris noftros, Caefar, fi forte libellos,
  Terrarum dominum pone fupercilium.
Confuevere jocos veftri quoque ferre triumphi,
  Materiem dictis nec pudet effe Ducem.
Qua Thymelen fpectas, derif oremque Latinum,
  Illa fronte precor carmina noftra legas.
Innocuos cenfura poteft permittere lufus:
  Lafciva eft nobis pagina, vita proba eft.

quem locum ante oculos forte habuit Aufonius prooemio Biffulae ad Lectorem pag. 340. cujus initium hic adfert Scaliger,

Carminis incomti tenuem lecture libellum
  Pone fupercilium.
Seria contractis expende poëmata rugis,
  Nos Thymelen fequimur.

Idem

Sed ruber hortorum custos, membrosior aequo,
Qui tectum nullis vestibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti praetende tegendae,
Aut quibus hanc oculis adspicis, ista lege.

idem Martialis Lib. XI. Ep. 2.

Triste supercilium, durique severa Catonis,
Frons, & aratoris filia Fabricii,
Et personati fastus, & regula morum,
Quidquid & in tenebris non sumus, ite foras.
Clamant ecce mei Io Saturnalia, versus;
Et libet, & sub te praeside, Nerva, licet.
Lectores tetrici salebrosum ediscite Santram,
Nil mihi vobiscum est: iste liber meus est.

Ita enim sextus versus legendus est, non, ut in vulgatis, *Et licet, & sub te praeside, Nerva, libet.* confer etiam Epigramma elegantissimum, quo poëta optimus se excusat, quod liberiora & non severa carmina scribat, editum Tom. I. hujus Operis Lib. III. Ep. cxeii. pag. 362. seqq.

Conveniens Latiis pone supercilium] *Tatio* castigabant Holstenius & Scriverius, teste & adprobante N. Heinsio ad Ovid. I. Art. Am. 650. quod etiam defendit Gevartius Lib. II. Elector. cap 6. ut *Tatium* ponat pro duro & rigidi supercilii homine. Martialis Lib. XI. Ep. 105.

Non ego sum Curius, non Numa, non Tatius.

sic in illo Propertii Lib. II. El. 23. 103.

Qui quaerit Tatios veteres, durasque Sabinas,
Hic posuit nostra nuper in urbe pedem.

quo loco *Latias veteres* corrigendum censet Cl. Schraderus Lib. I. Observ. cap. 7. quod eadem Propertii Elegia firmatur v. 117. *Quod si tu Grajas, sive es imitata Latinas.* ubi pari confusione *Sabinas* in aliis editionibus. sed quod ex priore loco derivatum est, nam *Latinas* & *Grajas* conjungit, ut in loco Statii, quem Cl. Schraderus adfert, III. Sylv. 5. 41.

Qua veteres Latias, Grajasque Heroidas aequas.

vide & N. Heins. ad Ovid. II. Am. 4. 15. qui in priore Propertii loco *Tatios veteres, durasque Sabinas* legendum notavit. vulgatam tamen hoc in versu scripturam incorruptam & probam esse contendit Barthius ad Claudian. Bel. Get. v. 374. & *Latium* hic accipit pro gravitate ac majestate Latina, pluribusque hanc Scriverii emendationem inprobat Lib. XXI. Advers. cap. 10. & Lib. XLIV. cap. 6. eamdemque lectionem nuper etiam huic loco vindicavit Petrus Paulus Justus in Specim. Observ. Crit. cap. 19. neque ego facile eam repudiaverim. similiter *lacessere Latium*, pro virtutem Latinam irritare, dixit Ennius illo versu, quem Varroni perperam tribuit Nonius in voce *nutritur* pag. 478. ed. Merc.

Qui rem Romanam Latiumque lacessere vultis.

ut emendabat Is. Vossius in margine libri sui, qui est in Biblioth. Leidensi. vulgo *Latiumque ascifcere*, vel *adsciscere. augescere* Merula ad Ennium pag. 61. illum vero Ennii versum cogitabat Horatius in Carm. Sec. v. 66.

Si Palatinas videt aequus arces,
Remque Romanam Latiumque felix.

ut illic notavit Bentlejus.

Non soror hoc habitat] *hic* Vossianus codex. ut in ed. Vincent. 1479. & duabus Venetis anni 1480 & 1487. *hoc* utraque Aldina.

Sed ruber hortorum custos] *ruber* dicitur propter fascinum rubrum. Catullus: *Sedet revinctus cum rubenti fascino.* & alibi in Priapeis,

Rubro Priape furibus minare mutino.

Horat. Lib. I. Sat. VIII. 5.

Obscaenoque ruber porrectus ab inguine palus.

LINDENBR. Ovidianum sapit Lib. I. Fast. 415. *At ruber hortorum decus & tutela Priapus.* & Lib. VI. 333. *At ruber hortorum custos Nymphasque Deasque Captat.* vid. Heins. ad Lib. I. Fast. 400. & cum hac Lindenbrogii nota confer Lud. Vivem ad Augustin. Lib. II. de Civ. D. cap 14. pag. 190. & Gonsalium ad Petron. cap. 138. perpetuus vero in monumentis vetustis est Dei Lampsaeii titulus, ut *hortorum custos* dicatur. quo refero octo Epigrammata in Antholog. Graec. Lib. IV. Tit. xii. Ep. 89--96. in Epigrammate Furii Bibaculi in Catonem apud Sueton. de Illustr. Gramm. cap. xi.

——— *& illos*
Custodis videt hortulos Priapi.

ut recte emendatum a viris doctis, pro eo quod antea legebatur *Custodes videt hortuli Priapos.* in marmore antiquo apud Boissard. P. I. in fin. & P. IV. pag. 73. & apud Tomasin. de Donar. cap. 38. pag. 205. HORTORVM CVSTODI VIOILI. vide quae notavi ad Tom. I. pag. 420 & 715. In hortis autem statui solebat hic custos, ut adspectu suo aves furesque arceret. vide Scioppii Proleg. & Meurs. Spicil. ad Theocr. pag. 3.

Qui tectum nullis vestibus] *nullis tectum* codex Bronkhus. & Wittian. quod concinnius.

Aut quibus hanc oculis] *haec* Voss. & duo Medicei. ut in vetustioribus editionibus, Vincentina, Brixiensi. & duabus Venetis. Sed *hanc* in utraque Aldina *hoc* primus Fabricii. *hanc* vel *hoc* codex Heinsii.

Parti praetende tegendae] *pudendae* malebat Scioppius, sed caussam, cur sic emendaret, sibi excidisse addens. credo, quia proxime praecesserat, *tectum nullis vestibus inguen.* Non tamen aliquid mutandum, nam codices omnes & editiones antiquissimae alterum tuentur. Ovid. XIII. Met. 479.

Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Cum caderet, castique decus servare pudoris.

EP. II. AD PRIAPUM.

Ludens haec ego, teſte te, Priape,
Horto carmina digna, non libello,
Scripſi non nimium laborioſe.
Nec Muſas tamen, ut ſolent Poëtae,
Ad non virgineum locum vocavi.
Nam ſenſus mihi corque defuiſſet,
Caſtas Pieridum chorum ſorores
Auſo ducere mentulam ad Priapi.
Ergo, quidquid id eſt, quod otioſus
Templi parietibus tui notavi,
In partem accipias bonam rogamus.

EP. III. PRIAPUS.

Obſcure poteram tibi dicere, da mihi, quod tu
Des licet adſidue, nil tamen inde perit.

Da

ubi eadem variatione in codd. vett. *pudendas*, qui tamen non audiendi propter ultimam ſequentis verſus vocem *pudoris*. frequens id etiam in bis Carminibus. ut Ep. VIII. *Quaero tegat nullus cur ſua ſigna Deus.* & eodem Carmine, *Nec datur aequoreo fuſcina tecta Deo.* & paulio poſt, *Num tegit Alcides nodoſae robora clavae?*

Ep. II. *teſte te, Priape*] *Priapo* primus & ſecundus Fabricii codex. *te* deeſt Vaticano. ſequente verſu *libellum* pro taberna libraria recte exponit Scioppius. & Scip. Gentilis ad Apulej. Apolog. p. 50. de quo plura Scaliger ad illud Catulli Carm. 52.

Te quaeſivimus omnibus libellis.

ubi in aliis codd. & edd. *locellis*, *tabellis*, vel *tabernis*. & ſic capiendum apud Martial. Lib. V. Ep. 21.

Sed geſtatio, fabulae, libelli,
Campus, porticus, umbra, virgo, thermae,
Haec eſſent loca ſemper, hi labores.

Ad non virgineum locum vocavi] *ingenuum locum* codex Broukhuſii, notae non admodum vetuſtae, ut ipſe teſtatur ad Tibull. IV. 14 p. 407. ejus lectiones variantes mecum olim communicavit Celeb. Dukerus. & ſic quoque liber manu exaratus, quem aliquando utendum habui ab Ampliſſ. J. Wittio, in plerisque cum Broukhuſiano conſentiens. neque aliter in libro Heinſii chartaceo, & pro varia lectione in altero ejuſdem codice. Non ſpernenda videtur haec lectio. nam *locus non ingenuus* idem notat, quod Ovidio dicitur Lib. I. A. A. v. 100.

Ille locus caſti damna pudoris habet.

contra *ludus ingenuus*, qui illiberali & obſcoeno opponitur, Perſio Sat. V. 16. *ingenuum* enim omne liberale & honeſtum eſt. vide Paſſeratium ad Propert. pag. 271. illo verſu,

Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos.

in Vaticano autem codice, à Cel. Dorvillio collato, *Ad non virgineum jocum.* *eorum* in primo & ſecundo Jo. Alb. Fabricii, hoc eſt *chorum*, ut in Mediceo recentiore, Voſſiano, & Leidenſi. apud Naſonem III. A. A. 168.

Herculis ante oculos virgineumque chorum.

ſed mox ſequitur *Caſtas*, *Pieridum chorum*, *ſorores*. ubi in duobus Mediceis, *Pierium chorum*, ut in libri ſui margine conjecerat Francius.

Templi parietibus tui notavi] *tuis* vitioſe in Wittiano, & utroque Mediceo. *tui annotavi* codex Heinſii chartaceus. *notare* hic eſt inſcribere, quia in hortis Maecenatianis templum vel ſacellum erat, Priapo dicatum, cujus parietibus hi poëtae verſus jocoſos & liberos ſymboli loco inſcribebant. vid. Sciopp. Proleg. Scalig. ad Epigr. 50. & Tomaſin. de Donar. cap. VI.

Ep. III. *Obſcure poteram*] Eſt Ovidii hoc Epigramma, ut ex Seneca colligimus, qui illum verſiculum ex eo citat:

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Cujus ſenſum ita quoque expreſſit Plautus Caſina: (Act. V. Sc. 2. 41.)

Illa haud verbum facit, & ſepit veſte id, qui eſtis.
Ubi illum ſaltum video obſeptum, rogo, ut altero ſinat ire.

Latine dicere etiam Martialis *Latine loqui* vocat unamquanque rem non circuitione, ſed ſimpliciter nominare, & Romane loqui (Lib. XI. Ep. 21.)

Abſolvis lepidos nimirum, Auguſte, libellos,
Qui ſcis Romana ſimplicitate loqui. SCALIG.

Des licet aſſidue, nil tamen inde perit] non tamen

Da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim,
Cum teget obsessas invida barba genas:

Quod-

men male in cod. Broukh. & Wittiano. versus hic desumtus est ex Ovidio Lib. II. Am. El. 2. 12.

Unde nihil, quamvis non tueare, perit.

Cum teget obsessas invida barba genas] Malim, *ninguida barba.* Sic infra, (Ep. 78.)

—— *canis cum barba caput albicet capillis.*

LINDENBR. in editione Scioppii *Dum tenet obsessas invida barba genas.* quomodo in Vaticano, Vossiano, duobus Mediceis, Heinsiano, & Broukhusiano codice, Vincentina, Brixiensi, duabus Venetis editionibus, & Aldina an. 1514. *teret* Avancius & N. Heinsius. idque firmari posset ex Tibullo Lib. I. El. 9. 32. *cui levia fulgens Ora, nec amplexus aspera barba terit.* quo versu elegantissime exprimit illud Theocriti Idyl. XV. 130.

Οὐ κεντεῖ τὸ φίλαμ' ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυῤῥά.

praefero tamen *teget*, quod in Aldina an. 1534. Scaligeri & Plantini editione. Ovid. IX. Met. 398.

Paene puer, dubiaque tegens lanugine malas.

Nemesianus Ecl. II. 77.

—— *nulla tegimus lanugine malas,*
Pascimus & crinem.

quod *spargi prima lanugine malas* dixit Silius Ital. Lib. VII. 691. adposite Claudianus Cons. Olybr. 70.

Ante, genas dulces quam flos juvenilis inumbret,
Oraque ridenti lanugine vestiet aetas.

& in Epitaphio veteri apud Sirmond. ad Ennod. pag. 94.

Ora puer dubiae signans lanugine vestis.

In Elegia sub nomine Galli ab Aldo edita apud Pithoeum pag. 418.

Candida quod nulla lanugine vestiat ora.

Pacuvius apud Festum in *gena:*

Nunc primum opacat flore lanugo genas.

alia loca profert Paul. Voetius ad Callim. Hymn. in Jov. v. 56. *tenere* autem & *tegere* in MSS. confusa patet ex notis Heinsii ad Ovid. III. Fast. 219. & Patrui mei ad Lib. II. 465. deinde pro *obsessas* male Scioppius *obsertas genas.* sic enim Statius Lib. II. Sylv. 6. 44.

—— *simplexque horrore decoro*
Crinis, & obsessae nondum, primoque micantes
Flore genae.

Quod autem Lindenbrogius conjiciebat, pro *invida barba* legendum esse *ninguida*, non probo. licet Scriverius id margini ed. Scalig. etiam adscripserit & displicuit Tollio in Addend. Notar. ad Auson. pag. 774. *hispida* corrigendum opinabatur N. Heinsius ad Ovid. II. Fast. 348. sed nihil mutandum. *invida* enim *barba* est, quae voluptatis usum ob provectam & decrepitam aetatem non concedet. ut *invidam vestem*, quae crura puellae tegens, oculis conspicienda negabat, vocat Ovid. III. Am. 2. 27.

Invida vestis eras, quae tam bona crura tegebas;
Quoque magis spectes, invida vestis eras.

Lib. IX. Met. 485.

Ut meminisse juvat! quamvis brevis illa voluptas,
Noxque fuit praeceps, & coeptis invida nostris.

Dum timet alterius vulnus inepta loci] hunc versum, ut observat Scaliger, sub Ovidii nomine adfert Seneca Lib. I. Controv. 2. quod notavit etiam Politianus Miscellan. cap. 59. & Barthius ad Stat. II. Theb. 229. sed pro *alterius* in cod. Vossiano, & secundo Mediceo elegantius legitur *illius loci.* quid autem *locus ille* hoc in versu denotet, satis docuit Keuchenius ad Seren. Sam. cap. XXXVI. v. 695. & Erhardus ac Gonsalius ad Petron. cap. LXXIX. in fin. Ex hoc autem disticho mutuatum esse Martialem Lib. XI. Ep. 79.

—— *cupido dabit illa marito,*
Dum metuit teli vulnera prima novi.

monuit nuper Cl. Ruhnkenius ad Jul. Rufinian. de Schem. Lex. pag. 260. (licet id Gonsalio illic jam notatum fuerit), & hoc Martialis versu stabilivit emendationam suam in Epigrammate venustissimo de Arethusa, quod edidi Tom. I. Lib. III. pag. 692. ubi legendum jubet,

Inque modos omnes, ductus imitata tabellae,
Transeat, & telo pendeat illa meo.

pro vulgata scriptura *lecto.* idque ex interioribus artis hujus mysteriis docte exponit de venerea palaestra, quam *κελητίζειν* dicunt Graeci. quod praeter Asclepiadae Epigramma etiam illustrare potuerat versibus Machonis de Demetrio & Lamia apud Athenaeum Lib. XIII. pag. 577. & de Gnathaenide pag. 581. notum illud Ovidii III. A. A. 777.

Parva vehatur equo: quod erat longissima, nunquam
Thebais Hectoreo nupta resedit equo.

hanc igitur emendationem libenter amplector, praesertim quia *toro* mox sequitur. sic *telum* hoc sensu infra Ep. IX. *Hoc mihi si telum desit, inermis ero.* & apud Justin. XXXVIII. cap. 1. circa fin. ubi vide Bernecccer. *ductus* vero *tabellae* substituere necessarium non videtur: certe Scaliger in notis ad Epigr. seq. vulgatae *dulces imitata tabellas* acquievit. Si quid mutandum, *doctas tabellas* praeferrem, id est, quae varias formas & figuras exprimunt & docent, ut *doctae notae*, *docta cera*, & sim. de quibus, si tanti sit, videri potest Patruus meus ad Ovid. Ep. XX. 210. tertia vero in veteri illo de Arethusa Epigrammate conjectura, *Nunc mihi laudetur tumidis Arethusa papillis*, pro *capillis*, specie sua & auctori & aliis adeo blandita est, ut certissimae emendationis titulo venditata fuerit. liceat tamen nobis, quamquam in

hac

Quodque Jovi dederat, qui raptus ab alite sacra
    Miscet amatori pocula grata suo:
Quod virgo prima cupido dat nocte marito,
    Dum timet alterius vulnus inepta loci.
Simplicius multo est, da paedicare, Latine
    Dicere. Quid faciam? crassa Minerva mea est.

hac literarum parte a *Philosophica & Geometrica subtilitate* destitutis, adeoque prae fulgore perfectorum hujus temporis Criticorum caecutientibus, nonnihil de ea dubitare. Versus ipsi sic à Scaligero aliisque editi sunt:

Nunc mihi narretur tumidis Arethusa capillis,
    Nunc adstricta comas, nunc resoluta comas.

tumidi illi *capilli* Franeium offendebant, qui *tremulis* conjecerat, ipse etiam *rutilis* tentaveram. *nitidis* Cl. Schraderus. Ut *capilli* hic locum cederent *papillis*, inductus fuit Cl. Rhunckenius ex addito epitheto *tumidis*, ut *tumidae*, *stantes*, & *rigidae papillae* passim apud poëtas, & quia *capillis* poëta subjungit *comas*. Sed licet *tumidae* & *turgentes papillae* centies poëtis dicantur, & licet *capillis* addantur *comae*, ab emendandi tamen prurigine manum cohibet Ovidii locus, quem aperta imitatione expressit Epigrammatis auctor, Lib. III. A. A. 145.

Huic decet inflatos *laxe jacuisse* capillos,
    Illa sit adstrictis *impedienda* comis.

ubi forte praeferenda Moretani & aliorum codicum scriptura, *Hanc decet inflatos late jactasse capillos*. Illic vero Ovidius *capillis inflatis*, quos *tumidos* vocat epigrammatis scriptor, etiam opponit *adstrictas comas*, ut diversos capillorum positus indicet, quales describit Tertullianus, cujus locum notae virorum doctorum suppeditant. & sic Tibullus, cujus versus ad epigramma ipsum produxi, ex Lib. IV. El. 2. 10.

Seu solvit crines, fusis decet esse capillis,
    Seu compsit, comtis est veneranda comis.

ubi *capillis* etiam *comae* adduntur, ut in Elegia incerti Auctoris ad puellam nimis cultam, loco ibidem prolato,

Ne stringant rutilos tibi serica vincla capillos,
    Cum vincant rutilae serica vincla comae.

Servetur igitur vulgata, quae vocatur, lectio, posthabita certissima illa emendatione, nisi sua tantum perdite amare, alios bene de se meritos adrodere, ridiculo supercilio despicere, atque identidem lacessere, summa hodie Criticidos sit.

Quid faciam?] Τί πάθω; ἄγροικος, καὶ ἀμαθής εἰμι. Aristoph.

ἀγροικός εἰμι, τὴν σκάφην σκάφην λέγω.

unde jocus maximi Principis, Philippi Macedonis. Quum illi, qui prodiderant Olynthum Philippo, conquestum & expostulatum ad eum venissent, quod injuriose nimis vocarentur proditores ab aliis Macedonibus: οἱ Μακέδονες, inquit, ἀμαθεῖς, καὶ ἄγροικοί εἰσι, τὴν σκάφην σκάφην λέγοντες. SCALIGER.

crassa Minerva mea est] *crassa puella mea est* in altero Mediceo. perperam. Macrobius Lib. I. Saturn. cap. 24. *Sed nos, quos crassa Minerva dedecet, non patiamur abstrusa esse adyta sacri poëmatis*. Horatius Lib. II. Sat. 2. 3.

Rusticus, abnormis, sapiens, crassaque Minerva.

ad quem locum Lambinus praecedentem hujus epigrammatis versum sic interpolatum exhibet,

Simplicius multo est, da verbum turpe Latine
    Dicere.

nescio an ex ingenio, an libris antiquis. Sed, cum nihil varient nostra codd. MSS. Excerpta, glossam puto monachi, qui vocabulum illud, quod hic occurrit, notaverit esse *verbum turpe*. confer notas infra ad Ep. 39. *Simpliciter tibi me, quodcumque est, dicere oportet* & seqq. male vero Scioppius *Latino* legendum putat, & in contextu edidit, subintellecto *sermone*, quod licet in Vaticano. primo Mediceo, duobus Heinsianis, & Broukhusiano aliisque codd. legatur, & ita excusum sit in vetustissimis ante Aldum, & prima illius an. 1517. editione, tamen sine exemplo est, ut *Latino*, aeque ac *Latina*, subintell. *sermone*, aut *lingua*, dicatur. Aldi igitur secundam editionem an. 1534. Scaligeri, & aliorum, in quibus *Latine*, secutus sum. *Latine dicere* est aperte, sine circuitione, &, ut Martialis dicit, *Romana simplicitate loqui*. Cicero IV. Verr. cap. 1. *Latine me scitote non accusatorie loqui*. quae verba eo sensu primus exposuit Turnebus Lib. XXIV. Adv. cap. 5. & vide illic Hotomanni notae. idem pro Caecina cap. XXI. *Quid dicemus? armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt*. vide Passeratii notas ibid. ad cap. XX. pag. 539. & sic saepius apud Cic. numquam viro *Latino loqui*, vel *Latino dicere*. de elegantia locutionis *Quid faciam?* vel *Quid facerem?* vide ad Tom. I. pag. 261 & 564. & Heynii Observ. ad Tibull. pag. 234.

EP.

EP. IV. AD PRIAPUM.

Obſcoenas rigido Deo tabellas
Dicans ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage, rogatque tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

EP. V. DE PRIAPO.

Quam puero legem fertur dixiſſe Priapus,
Verſibus hic infra ſcripta duobus erit.
Quod meus hortus habet, ſumas inpune licebit:
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

Quod

EP. IV. AD PRIAPUM] AD LALAGEN in Vaticano, in quo primus verſus tertio poſtponitur.

Obſcoenas rigido Deo tabellas, Dicans ex Elephantidos libellis, Dat donum Lalage] ſic legendum ex codd. antiquis. *Obſcoenis* vulgo. ſed *Obſcoenas* edd. vetuſtiſſ. & Aldinae. *Dicans* eſt in omnibus libris manu exaratis, Mediceo utroque, binis Heinſianis, Vaticano, ſecundo Fabricii, Voſſiano, Broukhuſiano, & Wittiano; ut caſtigandum etiam monuit N. Heinſius ad Claudian. VI. Conſ. Hon. 372. *Dicens* in primo Fabricii. *Ducens* in edd. antiquis. Mutarunt lectionem, qui jambum in prima ſede verſus hendecaſyllabi obſtare opinabantur. quod tamen in Catullo etiam admiſit iſ. Voſſius Carm. I. *Meas eſſe aliquid putare nugas*, pro quo jam apud Plinium legebatur *Noſtras*. quod probare etiam videtur Claverius ad Perſium Sat. I. pag. 54. ſed *Meas* etiam firmetur ex Mario Victorino Lib. IV. de Orthogr. pag. 204. & ex alio Catulli loco Ep. XIX. *Meus me puer & ſitire diſcet.* ut idem Voſſius reſtituit. Hos *Elephantidis libellos*, in quibus laſcivi concubitus erant depicti, unde *tabellae* ad pruritum acuendum depictae parietibus adpendebantur, innuit etiam Martialis Lib. XII. Ep. 43.

Quales nec Didymi ſciunt tabellae,
Nec molles Elephantidos libelli.

ut recte, pro *puellae*, ſubſtituit Patruus meus ad Sueton. Tiber. cap. 43. ubi plura de his Elephantidis libellis. idem Martialis Lib. XIII. Ep. 97.

Muſaei pathiciſſimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas ſale puriente chartas
Inſtanti lege, Ruſe.

ubi forſan verſu ſecundo etiam reponendum *Sybariticis tabellis*. in nomine proprio *Muſaei* illic variant admodum codices MSS. in quibus vel *Muſſeti*, *Muſeti*, vel *Tuſſeti*. id certum, non indicari Muſaeum, ſub cujus nomine ſupereſt poëma de Herus & Leandri amoribus; ut ſuſpicabatur Meurſius Lib. II. Lect. Attic. cap. 19. Talis Philaenis illa Carm. LXIII.

Quae tot figuras, quot Philaenis enarrat,
Non invenit.

ſed plura de his notavi ad Tom. I. Lib. III. Epigr. 192. pag. 633. ubi inter alios verſus habetur diſtichon illud a Scaligero hic productum ex veteri Epigrammate,

Inque modos omnes, dulces imitata tabellas,
Tranſeat, & lecto pendeat illa meo.

Elephantidos] Quae ſcripſit ψήματα συνουσιῶν. SCALIG.

ex Elephantidos libellis] Mart. Lib. XII. Epig. XLIII.

Quales nec Didymi ſciunt puellae,
Nec molles Elephantidos libelli,
Sunt illic Veneris novem figurae.

ubi *novem figurae* illae ſunt, de quibus Philaenis librum conſcripſit. Infra:

Tot figuras, quot Philaenis enarrat.

ex Elephantidos libellis Tiberius, qui libidinoſiſſimus fuit, figuras depingi curavit, quibus cubiculum inſtruxit, ne cui in opera edenda, ut Suetonius (cap. 43. fin.) de eo loquitur, exemplar imparatae ſcenae deeſſet. LINDENBR.

Si pictas opus] In veteri Epigrammate:

Inque modos omnes, dulces imitata tabellas,
Tranſeat: & lecto pendeat illa meo. SCALIG.

EP. V. DE PRIAPO] PRIAPUS in Vaticano.

Verſibus hic infra ſcripta duobus erit] *haec infra* in ſecundo Fabriciano. *Verſibus his* alter Heinſii codex, in quo etiam *ſculpta*, ut in Broukhuſiano, ſed in cujus margine *ſcripta* pro varia lectione. ſic apud Horatium Lib. III. od. XI. fin. *noſtri memorem ſepulcro Sculpe querelam.* ut ex ſuis codicibus correxit Lambinus. cui fruſtra obloquitur Torrentius. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XV. 128. & ad Claudian. II. in Rufin. 342. ex quo patet voces has a librariis frequenter confuſas. & adde H. Cannegiet. ad Avien. Fab. XXIV. & Patrui mei notas ad Sueton. Galb. cap. 10.

Quod meus hortus habet.] Imitatum. in Epigrammate veteri:

Quod meus hortus habet, gratanti ſuſcipe mente,
Sic frueris laetus quod tuus hortus habet.

 Que-

EP. VI. PRIAPVS.

Quod fim ligneus, ut vides, Priapus,
Et falx lignea, ligneufque penis:

Pren-

Quemadmodum hic *agtus*, fic etiam apud Graecos κῆπος ufurpatur. Hefychius κῆπος, γυναικὸς αἰδοῖον. Latine ad verbum *Saltus*. Plautus Cafina:

——— *Tegis vefte id qui eftis,*
Ubi illum faltũ video obfeptum, rogo, ut altero finat ire.

LINDENBR.

Quod meus bortus babet, & feqq.] adumbratum ex Graeco Philippi Epigrammate Lib. IV. Antholog. Gr. cap. XII. Ep. 93.

Ὡραίας γ' ὁρῶ τὰς ἰσχάδας. εἶγε λαβεῖν μοι
Συγχωρεῖς ὀλίγας; οὐ γὰρ μηδεμιᾶς.
Ὀργίλος ὡς ὁ Πρίηπος ἐρεῖς, ὅτι καὶ κενὸς ἥξεις.
Ναὶ λίσσομαι δός μοι. καὶ γὰρ ἐγὼ δέομαι.
Χρήστης γὰρ (λέγε μοι) παρ' ἐμοῦ τινός; ἔστι νόμος πως,
Δός, λάβε· καὶ θεὸς ἂν ἀργυρίου σὺ γλίχῃ;
Ἄλλό τι χρῆμα φιλῶ. ποῖον τόδε; τἀμὰ κατέσθων
Σῦκα, δὸς εὐθύμως ἰσχάδα τὴν ὀπίσω.

quod fic vertit Hugo Grotius:

Maturas video ficus. an carpere paucas
Das mihi? de cunctis non datur una tibi.
Dura, Priape, nimis loqueris. fed inanis abibis?
Jam rogo te, fodes, da quid; & ipfe rogo.
Eftne in quo tibi me fis opus, jus illud ubique eft,
Da, cape. quid de me pofcis, an aera deus?
Quam peto, res alia eft. ecquae precor? accipe noftro
Ex horto: fed da, quod tuus hortus habet.

bortus vero, ut Graecis κῆπος & κῆπος, inter illa vocabula eft, quae ex agricultura ad res voluptatum relata apud veteres faepe occurrunt. ut hic Scaliger & Lindenbrog. adnotarunt. & olim Victorius Lib. XXV. Var. Lect. cap. 10. Lipfius Lib. III. Antiq. Lect. pag. 94. & Taubmannus ad Plaut. Afinar. V. 2. pag. 561. & ad Mil. Glor. II. 2. 59. & haec iifdem fere verbis imitatione fua expreffit Auctor Epigrammatis, a Lindenbrogio indicati, quod ex Pithoei Praetermiffis Catalector. pag. 484. ed. Par. fupra produxi hoc Volumine pag. 412.

Quod meus bortus babet, gratanti fufcipe mente,
Sic fruar & laetus, quod tuus bortus babet.

Ita enim legendum, vel, *ó laetus*, aut *Sic fruar hoc laetus* cum Heinfio. nam mendofe edidit Pithoeus, *Sic fruaris laetus*, pro quo *frueris* hic adfert Lindenbrogius. fic *bortus* in Epigrammate Priapejo, quod ex Menagio edidi Tom. I. pag. 686.

Hortis Hefperidum, Sabelle, cultis
Noftrae cultior bortus eft puellae &c.

fumere vero & *accipere* inter nequitiae verba locum habere, docent Wouwerii & Patrui mei notae ad Petron. cap. 100.

quod tuus bortus babet] Κῆπος pro obfcoena mulierum parte apud Diogenem. quod & annotat eruditus P. Victorius. Hic vero pro puerili. Hefychius quoque, κῆπος, τὸ ἐφήβαιον γυναικεῖον. & poteft illud proverbiale huc alludere: γλυκεῖ ὀπώρα, φύλακος ἐκλελοιπότος. Ariftophanes quoque πεδίον nomine:

——— νὴ Δί' ὦ Βοιωτία
καλόν γ' ἔχουσα τὸ πεδίον. Λα. καὶ νὴ Δία
κομψότατα τὰν βλαχῶνα παρατετιλμένα.

ubi fimul allufum ad pulegium, quo abundabant Boeotii: & ad ipfos quoque Boeotios, qui hortorum culturae valde dediti erant. Euripides quoque Cyclope λειμῶνα vocat.

ἵν' ἔξεστι τουτὸ τ' ὀρθὸν ἐξανιστάναι,
μαστοῦ τε δραγμὸς, καὶ παρεσκευασμένου
ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος. SCALIGER.

EP. VI. *Quod fim ligneus*] fic codex Vaticanus, a Dorvillio collatus, & editio Aldina an. 1517. fed in cujus ed. an. 1534. *Ut fim ligneus*. *Quod* vel *Qui* Mediceus. *Qui fum* ed. Ven. 1484. fed legendum *Quod fum* ex altero Mediceo, Holfteniano, utroque codice Heinfiano, primo Fabricii, & Wittiano. nam *quod* hic ufu eleganti ponitur pro *quamvis*, fequente indicativo. ut infra Carm. LXXVII. ex codice Wittiano:

Quod fum jam fenior, meumque canis
Cum barba caput albicat capillis.

ubi male *Quod fim*, & *albicet*, in aliis. Ovidius Lib. I. A. A. 261.

Illa quod eft virgo, quod tela Cupidinis odit.

Propertius Lib. II. El. 19. 61.

Tu quoque quod pleno faftus adfumis amore.

ubi in aliis *qui*. unde *quid pleno* Heinf. apud eumdem Lib. III. El. 1. 49.

Quod non Taenarii domus eft mibi fulta columnis.

ubi plura Broukhufius. & fic ex quatuor codicibus fcriptis hoc in loco caftigandum monuit N. Heinf. ad Ovid. Epift. XVII. 51. qui illum particulae hujus ufum variis auctorum veterum locis optime vindicavit. cui adde Muretum ad Catull. Carm. XXII. pag. 36. ed. Ald. Gronovium in Addend. ad Livii Lib. XLII. cap. 26. & Scioppium ad hunc locum.

Et falx lignea] *fax* vitiofe in ed. Scalig.

Tor-

Prendam te tamen, & tenebo prenſam.
Totamque hanc ſine fraude, quantacumque eſt,
Tormento citharaque tenſiorem,
Ad coſtam tibi ſeptimam recondam.

EP. VII. PRIAPVS.

Cum loquor, una mihi peccatur litera: nam prae,
Pae, dico ſemper, blaeſaque lingua mea eſt.

EP. VIII. PRIAPVS.

Matronae procul hinc abite caſtae:
Turpe eſt vos legere inpudica verba.

Non

Prendam te tamen & tenebo prenſam] *prebendam* & *prebenſam* in Vaticano, Wittiano, & Broukhuſiano. *Prebenſam tamen & tenebo prenſam* in Fabriciano. *tamen tenebo prebenſum* Wittian. vid. infr. ad Ep. XI. *Ne prenſere cave* &c. ſic Epigr. XXXVI. *Si prenſus fueris.* ubi *praeſens* in ed. Sciop. Martialis Lib. III. Ep. 96. *Si te prendero, Gargili, tacebis.* ubi *prebendero* etiam in tertio Voſſiano.

Tormento citharaque] *Tormentum*, eſt funis tenſus, ut in Ergatarum ſuculis, & aliis ejuſcemodi. quin ſimpliciter funis. Nam *funem torquere*, eſt χοῖνον πλέκειν. Propertius:

Dignior, obliquo funem qui torqueat Ocno.

Tormentum itaque funis. Et recte in Apulejo: *Capillus ipſe, quem iſti aperto mendacio ad lenocinium decoris promiſſum dixere, vides quam non ſit amoenus, ac delicatus, orrore impexus, atque impeditus, ſtuppeo tormento aſſimilis* &c. Neque quicquam mutandum. Sed pro eo, quod hodie legitur, *honore implexus*, lego, *horrore impexus*. & ſane verum eſt. SCALIGER. *Tomento* codex Voſſians. qua varietate etiam apud Sueton. Tiber. cap. 54. in fine. *Druſo adeo alimenta ſubducta, ut tomentum e culcita tentaverit mandere.* ubi male in vetuſtis edd. *tormentum.* ſic & in loco Apuleji ex Apolog. pag 6. ed. Pric. *Capillus horrore implexus atque inpeditus, ſtuppeo tormento adſimilis.* ut legunt Scaliger ad hunc locum, Pricaeus in notis pag. 10. & Scipio Gentilis p. 41. licet *tomento ſtuppeo* vindicet Gronovius Lib. IV. Obſerv. cap. 22. pag. 343. quod in ſua editione etiam exhibuit Elmenhorſtius: nam male *tornamento* Stewechius Quaeſt. Apulej. pag. 179. Hoc loco praeferendum videtur *tomento*: licet alterum probet Colvius ad Apulej. pag. 234. quem vide; & de *tomento* erudite differentem P. Fabrum Lib. I. Semeſtr. cap. XI. Gronov. Diatrib. Stat. pag. 90. hanc quoque vocem Horatio reſtitutam voluiſſe Virum illuſtrem, & inter Gallos hoc ſeculo eruditiſſimum, J. Buherium, memini aliquando mihi indicaſſe Cel. D'Orvillium. Locus eſt Lib. I. Epiſt. 2. 52.

Qui cupit aut metuit, juvat illum ſic domus, aut res,
Ut lippum pictae tabulae, tomenta podagrum.

ubi editur *fomenta.* Sed *fomenta* podagricis certe melius convenire videntur, quam *tomenta*, illis valde incommoda, quum vel ad tactum mollium etiam rerum perhorreſcant. ſic vellera vel cilicia *miſeris velamina nautis* Philargyrius ad Virg. III. G. 313. exponit *tomenta.* ubi *tormenta* legit Gronovius. In Horatio autem *fomenta* non ſollicitanda ſunt. nam ſic *fomenta ſummorum dolorum* dixit Cic. II. Tuſc. c. 24. Ovidius II. ex P. 3. 94.

Fomentiſque juvas vulnera noſtra tuis.

deinde *tentiorem* codex Broukhuſ. & Wittianus, & utraque ed. Ald. infr. Epigr. XXVII.

Tentaque ad exemplum ſit tibi turba Dei.

& Ep. LXX. *cithara tentior ipſe ſua.* ubi etiam *tentior* in aliis codd. & editionibus. vide Pricaeum ad Apulej. Met. pag. 629.

EP. VII. *Cum loquor, una mihi peccatur litera* &c.] putidum hoc Epigramma eſſe libro ſuo adnotaverat Francius. neque inmerito. & ſimilis monetae eſt Epigr. LXVIII. *Penelopes primam* &c. quod aeque ac hoc Epigramma ſequioris aevi, & male his inſertum eſſe exiſtimat Voſſius Etymolog. in *paedicare.* & de utroque vide Vinetum ad Auſon. Epigr. 126. & Rutgerſium Lib. III. Var. Lect. cap. 5. neque melioris notae videtur inſulſum Epig. LV. quod certe ineptiſſimum eſt. in codicibus MSS. Voſſiano, Vaticano, & Wittiano hic legitur, *nam Te pe dico ſemper.* In Aldina & Scalig. ed. *nam prae Pae dico ſemper.* quod ita exponit Scioppius, ut innuat, ſe, quum *praedicare* dicere vellet, ſemper, quaſi lingua balbutiente, *paedicare* dicere. vix tanti ut in exponendo hoc loco plura addantur. Id vero ſatis ridiculum eſt, Scapulam in ſuo Gr. Ling. Lexico vocem παιδεύω explicare praedico, ſeu laudibus cumulo. ſed vid. Menag. ad Diog. Laert. II. 127. & IV. 34. & Caſaub. ad Athenaeum XIII. 5. deinde *blaeſaque lingua mihi eſt* in utroque Mediceo, uno Heinſiano, Voſſiano, & Wittiano.

EP. VIII. PRIAPVS] AD MATRONAS in Vaticano & Wittiano.

Matronae procul hinc] deeſt hic verſus in Wittiano & Broukhuſiano codice.

Nimi-

Non assis faciunt, euntque recta.
Nimirum sapiunt, videntque magnam
Matronae quoque mentulam libenter.

EP. IX.

Cur obscoena mihi pars sit sine veste, requiris.
  Quaero, tegat nullus cur sua tela Deus?
Fulmen habet mundi dominus, tenet illud aperte:
  Nec datur aequoreo fuscina tecta Deo.
Nec Mavors illum, per quem valet, occulit ensem?
  Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phoebum portare sagittas?
  Clamne solet pharetram ferre Diana suam?

Num

Nimirum sapiunt] vide notas Patrui mei ad Ovid. Epist. IV. 96. & II. Amor. 4. 46. Cum hoc loco conferendum esse marmor insigne, in quo duae matronae Priapi simulacro adstantes conspiciuntur, apud Boissardum Tom. VI. Antiqq. pag. 73. notaverat Broukhusius.

EP. IX. *Cur obscoena mihi pars*] forte *mei pars*. ut Ep. 50. *Quod partem madidam mei videtis.* & Ep. 30. *Falce minax, & parte tui majore Priape.* Ovid. XV. Met. 875.

Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar.

& Horat. Lib. III. od. ult. v. 6.

——— *multaque pars mei Vitabit Libitinam.*

Cur obscoena] Puto esse Ovidii. SCALIGER. Ovidio etiam adscribendum censuit Scioppius, & hoc Epigramma vel ideo lectu dignissimum notat, quia uno quasi obtutu omnia fere Deorum arma in eo nobis exponuntur. ut & infra Epigr. XX. Conferri merentur duo Secundi & Philippi Epigrammata Graeca, de Cupidinum Insignibus, Lib. IV. Anthol. Gr. Tit. XII. Ep. 63. & 64. Hoc carmine describitur nudum Priapi simulacrum, quomodo plerumque fingitur, ut Epigr. 1.

Sed ruber hortorum custos, membrosior aequo,
Qui tectum nullis vestibus inguen habet.

& alibi passim, licet saepe etiam monumenta vetera vestitum exhibeant. quo facit elegans Epigramma vetus in Gorii Inscript. Florent. p. 95. quod supra exhibui pag. 471.

Quidnam, quid rapis, o puella furax,
Ne ramos traheres, tibi haec ferebam,
Sed posthac caveas feras quod horto,
Obduxi licet arma, sum Priapus.

ubi vide. *pars est sine veste* in secundo Heinsiano. *requirens Quaero* in primo Fabricii. *sua tela* in Vossiano, & secundo Fabricii. sed *gerit sua signa* in Broukhusiano, Wittiano, secundo Mediceo, Vaticano, altero Heinsiano, aliisque, ut & Aldina, ac ceteris edd. sequente versu *Fulmen habens mundi dominus tenet illud aperte* Vossian. & primus Fabricii codex.

Num pudet auratas Phoebum &c.] male *Non pudet* in Vaticano, secundo Heinsiano, Wittiano, & Broukhusii codice. *Nec pudet* in primo Fabricii. sic mox,

Num tegit Alcides nodosae robora clavae?
Sub tunica virgam num Deus ales habet?

ubi *Non tegit* & *non Deus* etiam frustra in Vaticano, Broukhusii, & Wittiano codice. *Num tenet* in primo Fabricii. sic *Num minus* & *Non minus* frequenter variata sunt. de quo vide ad Lotich, p. 390. deinde *hamatas sagittas* in altero Heinsiano, Broukhusiano, & Wittii codice; ut *hamatae* forsan sint fallaces & insidiosae, quomodo *hamatum ferrum*, *hamata tela*, & sim. de quibus vide Heins. ad Ovid. V. Met. 80. & Oudend. ad Lucan. IX. 678. sic in Epigrammate antiquo de navigatione, & vita tranquilla, quod edidi Tom. I. pag 502.

Phyllidis hamatas sollicitare manus.

ut pro vulgato *armatas* restituisse Heinsium notavi, & pluribus adstruxi. Sed hoc loco *auratas* Phoebi *sagittas* non movendas opinor. quum passim ab Homero, Callimacho, & poëtis Latinis *aureus arcus*, & *sagittae auratae*, vel *argenteae* Apollini tribuantur. pro *portare* Avancius maluerat *celare*. quia in praecedentibus *tegere*, *occulere*, & similia occurrunt. sed cui lectioni obstat *Num pudet*, pro quo *Num solet* scribere debuisset poëta, si *celare* admittendum esset. & praeterea sequitur *Quis te celata cum face vidit, Amor?* *portare* itaque *auratas* sagittas, est aperte gerere, non occultas tegere.

v. 8. *Clamve solet pharetram*] *Clamne* in primo & secundo Fabricii.

Nec

Num tegit Alcides nodosae robora clavae?
Sub tunica virgam num Deus ales habet?
Quis Bacchum gracili vestem praetendere thyrso,
Quis te celata cum face vidit Amor?
Nec mihi sit crimen, quod mentula semper aperta est.
Hoc mihi si telum desit, inermis ero.

EP. X. PRIAPVS.

Insulsissima quid puella rides?
Non me Praxiteles, Scopasve fecit:
Nec sum Phidiaca manu politus:
Sed lignum rude villicus dolavit:

Et

Nec mihi sit crimen, quod] *Hoc mihi* in Mediceo primo, & Vossiano. *Hec* secund. Fabric. pro *quod* in cod. Heinsii chartaceo *si*.

EP. X. PRIAPVS] AD PVELLAM in Vaticano.

Sed lignum rude villicus dolavit] in hanc lectionem quum conspirent omnes codices MSS. & editiones antiquae, non admittenda videtur Scioppii emendatio, qua tam in notis ad hunc locum, quam Lib. I. Verisim. cap. 7. substituere hic maluit *signum rude*; & *signum* pro statua accipit, ut apud Ovid. I. Met. 405. *rudibusque simillima signis*. frequenter quidem *signa* & *sigilla* pro statuis & imaginibus occurrunt; quod pluribus exemplis docet Bon. Vulcanius ad Aristot. de Mundo pag. 215 & 244. ubi aliquot Pandectarum locis id adstruit: & sic Bentlejus in loco Horatii Lib. II. Sat. 7. 82. corrigit, *Duceris ut membris alienis mobile signum*. pro vulgato *lignum*. dubito an vere. Hoc certe in versu vulgatam tuetur ejusdem Horatii locus Lib. I. Sat. 8. init. ubi de se ipse Priapus,

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum;
Cum faber incertus, scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse Deum.

quem locum hic auctor ante oculos habuisse videtur. & Columella Lib. X. 32.

—— sed truncum forte dolatum
Arboris antiquae numen venerare Ithyphalli.

ubi male *falce dolatum* in suo exempiari castigaverat Heinsius. nam sequitur illic *praedoni falce minetur*. & *truncus forte dolatus* est, quod apud Auctorem Culcis v. 85. *Deus non arte politus*. supra Ep. x.

Non sum Phidiaca manu politus,
Sed lignum rude villicus dolavit.

Infra Carm. LVII.

Heu heu, me miserum quod ista lignum est,
Quae me terribilem facis videri.

& praecipue Carm. LXIV.

Huc adde, quod me terribilem Deum fuste,
Manus sine arte rusticae dolaverunt,
Interque cunctos ultimum Deos numen
Cucurbitarum ligneus vocor custos.

Carm. LXXXV. ad Priapum:

Si defecerit haec, & ipse lignum es.

& Ep. seq.

—— vereor ne ligneus ignem
Hac Deus ignaris praebeat agricolis.

Martialis Lib. VI. Ep. 49. ubi Priapus ipse,

Non sum de fragili dolatus ulmo,
Nec quae stat rigida suprema vena,
De ligno mihi quolibet columna est,
Sed vivo generata de cupresso.

Prudentius Psychomach. v. 880.

In manibus dominae sceptrum, non arte politum,
Sed ligno vivum viridi est, quod stirpe recisum.

eadem lectionis diversitas est in loco Ovidii III. Amor. 7. 15.

Truncus iners jacui, species, & inutile lignum.

ubi nonnulli etiam *signum* legunt, alii *pondus*. sed vide illic Patrui mei notas; qui hoc in loco *lignum* quoque pro Scioppii *signo* praefert. & Ovidii locus firmatur ex his Lusibus Carm. LXXVI.

Quae tamen exanimis nunc est, & inutile lignum.

Ceterum quod Priapus hic salse increpet puellam, simulacrum suum & arma irridentem, non dissimilis coloris est Epigramma Graecum Antistii, quo Priapus itidem minatur poenam omnibus, etiamsi senibus, quicumque imagini suae insultent, in Lib. IV. Antholog. Graec. Tit. XII.

Ep.

Et dixit mihi, tu Priapus esto.
Spectas me tamen, & subinde rides.
Nimirum tibi salsa res videtur,
Adstans inguinibus columna nostris.

EP. XI. PRIAPVS.

Ne prensere cave: prenso nec fuste nocebo,
Saeva nec incurva vulnera falce dabo:
Trajectus conto sic extendere pedali:
Ut culum rugas non habuisse putes.

EP. XII. PRIAPVS.

Quaedam serior Hectoris parente,
Cumaeae soror, ut puto, Sibyllae,

Sed

Ep. 96. pag. 478. ed. Obsop.

Ἀγροφύλαξ ἕστηκα πολυκτεάνοιο ἐν ἀρούραις,
Φρίκωνος καλύβην καὶ φυτὰ ῥυόμενος,
Τοῦτο λέγων παρ' ἴκασιν, ἐπὴν γελάσῃς ἐσιδών με
Τοῦ σκαιὰς, χώρει τὴν κατὰ σαυτὸν ὁδόν.
Ἢν δὲ παρεκβαίνῃς ἐς ἃ μὴ θέμις, ἔστι σ' ὀΐσω
Ἡ λάχνη τρυπᾶν πάντας ἐπιστάμεθα.

quod sic interpretatus est Hugo Grotius,

Divite sum custos positus Friconis in agro,
Ut tuguri servem culmen, & ista sata.
Quisquis es, edico, mea cum bene riseris arma,
Continuo via te quo tua ducit, abi.
Sin qua non licitum est transis, nihil ista juvabit
Te tua barba: via est in via nulla mihi.

Non me Praxiteles Scopasve fecit] Columella Lib. X.

Non tibi Daedaliae quaerantur munera dextrae,
Nec Polycletea, nec Phragmonis, aut Ageladae
Arte laboretur, sed truncum forte dolatum
Arboris antiquae numen venerare Ithyphalli.

LINDENBR. *Copasve* in Vatic. utroque Fabricii, & Wittiano. ut seq. versu pro *Phidiaca* mendose in primo Fabricii *subdiata*. ibidemque, *Non sum* in Vatic. Mediceo secundo, Broukh. utroque Fabriciano, & in ed. Vincent. Brixiens. & Veneta 1487. Martialis Lib. IV. Ep. 39.

Et solus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus, Scopaeque,
Solus Phidiaci toreuma caeli,
Solus Mentoreos habes labores.

Et dixit mihi] Indicat ita impolite fabricatum fuisse, ut necessum habuerit dicere, Tu Priapus esto, alioquin in ea causa fuisse, ut ignoraretur, Priapus ne esset, an putre & inutile lignum. Sic pictores rudi adhuc saeculo, & cum nondum magna ista ars ad tantam excellentiam pervenisset, picturis subscribebant, *hic homo*, *hic asinus*. Aelianus Variarum Lib. X. cap. x. *Ὅτε ὑπήρχετο ἡ γραφικὴ τέχνη, καὶ ἦν τρόπον τινὰ ἐν γάλαξι, καὶ ἐν σπαργάνοις, οὕτω ἄρα ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ζῶα, ὥς τε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος, τοῦτο δένδρον.* LINDENB. vid. Wouwer. ad Petron. cap. 29. Broukhus. ad Propert. II. 5. 9. ejusdemque Epigramma de Alcone pag. 264. Poëmat.

Adstans inguinibus columna nostris] *puella nostris* male in Mediceo secundo. sapit illud Martialis Lib. XI. Ep. 52.

Tanta est quae Titio columna pendet,
Quantam Lampsaciae colunt puellae.

& Lib. VI. Ep. 49. loco paullo ante producto,

Non sum de fragili dolatus ulmo,
De ligno mihi quolibet columna est.

EP. XI. *Ne prensere cave &c.*] *prensare* in Vossiano. *Me prensare cave, prensus ne fuste* in primo Mediceo, & altero Heinsiano. *Me prensare* etiam in utroque Fabricii & Wittiano. *Ne prensare cave, prensus n. f. movebo* Medic. sec. *Ne prensare c. prensus n. f. docebo* in primo Heinsiano, & pro varia lect. *prensis n. f. nocebo prehenso nec fuste* sec. Fabr. *prensus* in primo Fabr. *praensus* Vatic. *prehensus* Wittian. vide supra ad Ep. 6. *Prendam te tamen, & tenebo prensam*, sequente versu *expendere* in Medic. sec. unde *expandere* conjiciebat Heinsius. deinde *rugam* in sec. Med. utroque Heinsiano, primo Fabric. & Wittian.

salsa res videtur] *falsa* Medic. pr. Vatic. vetus codex ab H. Junio collatus, uterque Fabric. & in edd. vetustioribus ante Aldum, in cujus utraque ed. *falsa*. *magna res* sec. Heins. Broukh. & Wittii codex. seq. versu *puella* pro *columna* in secundo Mediceo.

EP. XII. *Quaedam senior*] Claudicat versus. Puto ita restituendum; *Quaedam serior, ὀψιμωτέρα*. Quod sane

Aequalis tibi, quam domum revertens
Thefeus reperit in rogo jacentem,
Infirmo folet huc gradu venire:
Rugofafque manus ad aftra tollens,
Ne defit fibi, mentulam rogare.
Hefterna quoque luce, dum precatur,

Den-

fane placet. Ita enim interpolatum inveni in manufcripto quodam, quamquam malae notae libro. Et Tibullus ita loquutus eft: (I. 4. 29.)

Vidi ego jam juvenem, premeret quum ferior aetas,
Maerentem ftultos praeteriiffe dies. SCALIG.

Quaedam ferior Hectoris parente] Ita recte emendavit Scaliger, quum in textu ejus editionis legatur *fenior*, quod & in cod. Vaticano, editione Vicent. Brix. Veneta, Plantini, aliifque, & ad libri fui marginem adfcripferat H. Junius, fed contra legem metricam. fic infra Ep. 78.

Quod fim jam fenior, meumque canis
Cum barba capiti albicet capillis.

fed hoc loco *ferior* exigit carminis lex. ut correxerat etiam Scriverius. *ferior*, pro aonofior, aetate magis provecta. Ovid. I A. A. 65.

Si te forte juvat fera & fapientior aetas.

& Lib. II. 657.

Utilis, o juvenes, aut haec, aut ferior aetas.

V. Trift. 9. 7.

—— te noffet ferior aetas,
Scripta vetuftatem fi modo noftra ferent.

Maximianus Eleg. IV. in fine:

Hoc etiam meminiffe licet, quod ferior aetas
Intulit.

vide Gronov. ad Senecae Medeam v. 685. *fegnior* eft in ed. Aldina an. 1534 pro tardior. quod probabat If. Voffius, & nonnihil firmari poffet ex Virg. III. G. 95. *ubi aut morbo gravis aut jam fegnior aetas.* ut in Romano codice legi teftatur Pierius. vulgo *fegnior annis.* N. Heinfius conjecerat aliquando hic legendum effe *Quaedam annofior.* fed quum in quinque libris manu exaratis offendiffet *Quaedam junior*, fcripfiffe carminis hujus auctorem arbitrabatur,

Quaedam haud junior Hectoris parente.

eum vide in notis ad Sabini Epift. III. Oenones v. 92. in fin. ubi & hac voce ufum aliquoties effe Horatium notat. & fic hoc in loco editum inveni in Catalectis editioni Virgilianae Lugdunenfi 1560. adjectis, pag. 584. Corrigendum eft Varronis fragmentum apud Servium ad Virg. V. Aen. 409. ubi legitur: *fecundum Varronem juvenior & fenior comparativi funt per imminutionem.* fcribendum enim *junior* & *fenior.* ut recte legitur apud eumdem ad Lib. VI. Aen. 304. Ita apud Apulejum Lib. VIII. Met. pag. 137. ed. Colv. *Unus prae ceteris & animo fortior & aetate juvenior.* ubi in aliis *junior.* Certe hoc in loco *junior* exftat in utroque Mediceo, binis codicibus Heinfianis, Holfteniano, Voffiano, Wittiano, & Broukhufiano. & fic Avancium correxiffe notatum inveni. neque aliter in ed. Ald. 1517. Locum hunc imitatum effe Areoftum in Orlando Furiofo XIX. 66 adfcripferat Broukhufius.

Thefeus repperit] Eft Hecale. Petronius:

Qualis in Actea quondam fuit hofpita terra,
Digna facris Hecale: quam Mufa loquentibus annis
Battiadae veteris vivendo tradidit aevo. SCALIG.

Primus fenfum hujus loci interpretatus eft Ang. Politianus Mifcellaneor. cap. XXIV. qui docuit, intelligendum effe de Hecale, anu pauperrima, quae Thefeum juvenem olim hofpitio excepit, eique in bellum profecturo vota pro fofpite reditu nuncupaverat; fed antequam reverteretur, ipfa obiit, in cujus memoriam Thefeus feftum Hecalefium, in quo Jovi Hecalo facrificabatur, inftituit. Pluribus haec illuftrant A. Schottus Lib. II. Obferv. cap. 29. & Erhardus ac Gonfalius ad Petron. cap. 135. ad Thefei matrem male retuliffe Delrium Comm. ad Senecae Troad. v. 42. pag. 425. notaverat Broukhufius, & remittebat ad Beroaldum Tom. I. Facis Crit. pag. 235. de eadem hac Hecale Statii locum ex Lib. XII. Theb. 592. explicat Gevartius Epift. ad Grotium, inter Brantianas pag. 15 & 16. ejufque nomen Plauto in Ciftell. I. I. 50. optime reftituit J. Doufa, ubi vulgo legebatur, *numquam Hecata fies.* vide illic notas. pro *in rogo* Medic. fec. *domo.* & verf. fec. *Cumanae* in primo Heinf. pro varia lect. in quo etiam *Aequalis illi*, quod & in Vaticano, fed metro obftante.

7. *Ne defit fibi* &c.] *defim* Avancius & Heinfius. *tibi* in pr. Fabric. *Nec defit* Wittian. *fibi mentula* in eodem, Vaticano, utroque Fabric. & edd. vetuftis. In aliis *tibi.* Tollius emendabat *Ne defint fibi mentulae, rogare.* inductus illo Epigrammate, quod plane huic geminum eft, in quo Priapus de anu conqueritur, identidem peten-

Dentem de tribus exscreavit unum.
Tolle, inquam, procul, ac jube latere
Scissa sub tunica, stolaque rufa,
Ut semper solet, & timere lucem,
Qui tanto patet indecens hiatu,
Barbato macer eminente naso,
Ut credas Epicuron oscitari.

EP.

petente *Ne desit sibi, me rogat, fututor.* quod infra occurrit Carm. LVIII. *rogate* in primo Fabr. seq. versu *dum precaretur* male in Witt. *procatur* pr. Fabr. deinde *escreavit* Ald. *haec creavit* pr. Fabr. & Witt. *hic screavit* pr. Medic. *Dentem hic excreavit de tribus unum* in primo codice Heinsii, unde ipse emendabat, *Dentem hic de tribus exscreavit unum.* Plautus in suppositis post Amphitr. Act. IV. Sc. 2. v. 7. *hac regula Tuum deminuam caput ut cum dentibus linguam exscrees.* Martialis Lib. I. Ep. 20.

Si memini, fuerant tibi quatuor, Aelia, dentes,
Expulit una duos tussis, & una duos.

10. *Tolle, inquam, procul*] conjecerat Heinsius *Tolle, inquam, precor*, ut notavit ad Ovidii Ibin V. 146. sed me invito. *inquam*. & *precor* minus concinne juncta offendunt. & vulgatam satis vindicat illud Ovidii Epist. XI. 101. *Tolle procul decepte faces.* ubi *Tolle precor* etiam in priore Menteliano.

11. *Scissa sub tunica. stoloque rufa*] *Incisa sub tunica* vitiose in Wittiano. *cisa* in cod. Heinsii. *Scissam tunicam* accipe, ut apud Plinium Lib IV. Ep. 16. *quidam ornatus adolescens, scissis tunicis, ut in frequentia solet, sola velatus toga perstitit.* quae verba invertit Marklandus ad Statii Silvas, legitque, *Scissa toga, sola velatus tunica.* neque se perspicere dicit quomodo scindi potuerit tunica. sed vide ad istum Plinii locum Cortii notas. deinde pro *stola rufa* recte in Mediceo, & utroque Fabriciano *russa*, cui proxime accedit Vaticanus, in quo *ruffa*. ut in edd. vetustioribus. *rupta* conjecerat Scriverius ad marg. ed. Scalig *rasa* tentaverat Heinsius, forte quia *scissa* praecessit *tunica*. Sed *russa* vel *russea* stola est rosea, purpurea. corruptus hac in voce est Corippus Africanus Lib. I. pag. 16. ed. Demst.

Aestatis roseus rubra sic veste refulgens.

ut structuram carminis inmutavit Ruizius, quum in MS. codice contra metri legem reperisset *Roseus aestatis.* Sed recte Heinsius margini codicis sui, cujus mihi copiam aliquando fecit Cel. Duckerus, emendandum adscripserat *Russeus aestatis*, quomodo legendum etiam monuit in notis ad Virg. VII. Aen. 712. Martialis Lib. XIV. Ep. 122.

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis.

ubi *russis* in codice Vossii membranaceo. sed *russis* corrigit Salmas. ad Hist. Aug. pag. 174 & 334. ubi plura de *russis tunicis.* *russeus* autem aeque dicitur ac *russus*. vide Muncker. Epist. ad N. Heins. Tom. V. Syllog. pag. 413. & notas Interpretum ad Petron. cap. 27.

12. *Ut semper solet, & timere lucem*] sic utraque Aldina, Scaligeri, Plantini, & antiquae editiones ante Aldum, nec aliter in codice Holsteniano, & Heinsii chartaceo. Scioppius tamen ex vestigiis veteris lectionis, quae habebat *& timere locum*, legendum putat, *& locum timere.* quod Heinsio non inprobabatur. *& timere lucum* Barthio placebat Lib. XXVI. Advers. cap. 2.

13. *Barbato macer eminente naso*] legendum videtur,

Barbatus, macer, eminente naso.

sic Ep. seq. *barbatum furem* pro seniore dicit, & Ep. 76.

——— *barbatis non nisi summa patent.*

nisi malis Heinsium sequi, in notis ad Ovidii Ibin v. 146. sic emendantem,

Qui tanto patet indecens hiatu,
Larvali macie, eminente naso.

quod firmari posset ex Carm. XXXIII.

At me nocte solet venire, & adfert
Pallorem, maciemque larvialem.

Seneca Epist. XXIV. *Quis tam puer est, ut Cerberum timeat, & tenebras, & larvalem habitum nudis ossibus cohaerentem.* sic enim Lipsius ex MSS. restituit, quod & inveni in codice Biblioth. Leidensis. in editis *larvarum habitum*. vid. Casaub. ad Apul. Apolog. p. 162. 163. & Scip. Gentilem p. 304. eo sensu *artus macie adducti* Ovidio Epist. XI. v. 27. & *vultus macie tenuatus* Propertio IV. 3. 27. ultimos duos hujus Epigrammatis versus conparabat N. Heinsius cum loco Martialis, ita ut illum emendandum censebat, Lib. III. Ep. 93. *Zenonem Cynicum vincat assus cunnus.* vulgo *Senemque Cynicum.* Zenonem enim valde macilentum & colore fuscum fuisse, indicat Diogenes Laërtius in Ejus vita sub initium.

EP.

EP. XIII. PRIAPVS.

Praecidere puer, moneo: futuere puella:
Barbatum furem tertia poena manet.

EP. XIV. PRIAPVS.

Huc huc, quisquis es, in Dei salacis
Deverti grave ne puta sacellum:
Et si nocte fuit puella tecum,
Hac re quod metuas adire, non est,.

Istuc

EP. XIII. *Praecidere puer*] sic constanter omnes fere codices manu exarati, Mediceus uterque, unus Heinsii, Holstenianus, Vossianus, & duae editiones Aldinae, iisque vetustiores Vincent. Brixiens. Veneta, aliaeque. *Percidere* Salmas. *Paedicere* legit H. Ernstius ad Valerii Probi Notas pag. 149. ut edidit Scaliger. sed codicum MSS. auctoritatem praetuli. infra Ep. XV. *Praecisum sciet esse me.* ubi *Praecissum* in secundo Mediceo. & Ep. XXXVI. *Si praecisus eris, bis irrumabo.* ut legitur in primo Mediceo & Veneta ed. pro quo Scioppius edidit, *Si praesens fueris.* in aliis *Si prensus fueris.* vide ad Ep. VI. & infra Ep. XXXVI. eodem sensu *concidere* & *caedere.* ut Ep. XXVI.

Fures caedere quamlibet valentes.

de quo Casaub. ad Hist. Aug. pag. 148. & Lipsius Lib. III. Quaest. Epist. cap. 14. apud Juvenalem Sat. II. 13.

Caeduntur tumidae, medico ridente, mariscae.

quo loco pro *caeduntur* Papias in Vocabulario adfert *Scinduntur*, ejusdem monetae verbo. vide Scalig. ad Catalect. pag. 232. & Rutgers. in Venus. Lect. cap. 29. pag. 404.

Barbatum furem tertia poena manet] Scilicet oris stuprum: ita enim hoc vocat Arnobius Lib. II. *Nihil pati renuentes ad oris stuprum paratae.* Nec debet hic locus mutari, quod quidam nuper tentavit. Horatius *ore adlaborare* dixit Epod. VIII.

Minisve languet fascinum,
Quod ut superbo provoces ab inguine,
Ore adlaborandum est tibi.

Sic apud Pausaniam, ut me monuit vir doctissimus, συσταμαρεῖσθαι sumitur. τὴν Ἀβαλάντην συσταμαρισμένην, quod tamen Aristophanes simpliciter pro virum pati usurpat, ἐν Νεφέλαις,

Γυνὴ δὲ συσταμαρισμένη χαίρει LINDENB.

EP. XIV. *Huc huc, quisquis es*] Veteres concubitu abstinebant rem divinam facturi. quod Latine dicebant, *Pure habere*, ut Graece ἁγνεύειν, ἁγνῶς ἔχειν. Plautus Asinaria:

Si forte pure velle habere dixerit,
Tot reddat spurcas, quot puras habuerit.

Deus Κατωρὶς ait, ut ad suum sacellum divertant praetereuntes, non eis opus esse, puras noctes habuisse. SCALIGER.

Deverti grave ne putes] ita hic scribendum recte monuit N. Heinsius ad Ovid. II. Am. 6. 9. non *diverti*, ut in edd. Ald. Scalig. Sciop. aliisque, & cod. Broukh. ac Wittiano. & ita semper in hac vocis significatione exarandum esse notae Heinsii ac Patrui mei ad illum Nasonis locum multis docent. apud Plautum in Poenulo III. 3. 60.

Ut devortatur ad me in hospitium optimum.

ut ex MSS. & edd. vetustis restituit Taubmannus. vulgo etiam *divertatur*. Lucanus Lib. VI. 317.

Tentavere suo comites devertere Magnum
Hortatu.

ubi male etiam *divertere* in aliis. vide Oudend. *devertere* etiam recte legitur in melioribus codicibus apud Sueton. Tib. 12. *quum deverteret Rhodum.* ubi notas consule. sic *deversorium* in libris emendatioribus exarari notat Victorius ad Cic. XIV. ad Att. Ep. 6. vide Bourdelotii & Patrui mei notas ad Petron. cap. 9 in fin. & *deverticulum*. de quo Barthius ad Rutil. II. 61.

Et si nocte fuit puella tecum] eleganti locutione *esse cum puella*, pro συγγενέσθαι & συνεῖναι. hoc est μιχθῆναι. vide Muncker. ad Antonin. Liber. cap. XLI. pag. 330. Ovidius II. Am. 8. 27.

Quoque loco tecum fuerim, quotiesque, Cypassi,
Narrabo dominae, quotque quibusque modis.

& III. A. A. 664.

Haec quoque quae praebet lectum studiosa locumque,
Crede mihi, mecum non fuit illa semel.

Catullus Ep. LI.

Ut tecum loquerer, simulque ut essem.

vid. Taubman. ad Plaut. Amphitr. II. 2. 185. sensu etiam honesto, pro nuptam esse, occurrit apud Terent. Eun. III. 5. 26. *essem una quacum cupiebam, Antipho.* Plautus Amph. Prolog. v. 135. *At illa censet virum suum esse, quae cum moecho est.* vide Passerat. ad Cic. pro Quintio cap. 28. Broukhus. ad Tibull. IV. 7. 10. & Gorii Inscript. Florent. Tom. I. pag. 205. ubi in vetusto lapide N. 37. APOLLONIA QVAE FVIT CVM BISVECO &c.

Istuc coelitibus datur severis.
Nos vappae sumus, & pusilla culti
Ruris numina: nos pudore pulso
Stamus sub Jove coleis apertis.
Ergo quilibet huc licebit intret,
Nigra fornicis oblitus favilla.

Ep. XV. PRIAPVS.

Conmisso mihi non satis modestas
Quicumque adtulerit manus agello,
Is me sentiet esse non spadonem.
Hic inter frutices loco remoto

Dicat

Istuc coelitibus] ita in omnibus edd. antiqq. & Aldinis. *Istud* Medic. pr. & Holsten. *caelestibus* in Vaticano.

Nos vappae] *Vappas*, τοὺς ἀχρείους ac homines nihili vocant Latini. Catullus:

——— *satisne cum isto*
Vappa, frigora & famem tulistis?

Graeci quoque ὀξίνην ad eam rem usurpant. Nam ὄξινος vappa. Aristoph. ἱππεῦσι.

ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην, ὑπέρβολον.

ubi sane nugatur interpres. SCALIGER. *napeae* corrupte in Med ceo primo, secundo Heinsiano, & Wittiano. *napee* in altero Fabriciano. simile illud notum Horatii Lib. I. Epist. 2. 27.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

de *vappa* vide Lambin. ad Horat. I. Sat. I. 103. & Sat. II. 12. ubi *vappam* & *nebulonem* Flaccus jungit.

Ergo quilibet huc licebit intret] *cuilibet* in Vaticano, & ed. Venet. *quibus huc licebit* in Vossiano. *quo lubet* in aliis. quod forte non repudiandum. sic in Epigrammate veteri, quod ex Petronii cap. 18. produxi Tom. I. hujus Oper. pag. 583. *Hoc amo, quod possum, qua libet, ire via.* non *qualibet*, ut scribendum in notis suis Patruus meus monuit. Statius VIII. Th. 327. *Qua licet ire via.* hoc tamen loco *cui libet* separatim praefero.

Nigra fornicis oblitus favilla] Catullus quoque meretricem vocat, *oblitum lupanar*. Ita enim melius interpretabimur, quam olim fecimus. Sic C. Caesar *Bithynicus fornix*, & *stabulum Nicomedis* dictus fuit. SCALIGER. *Nigri fornicis* in Medic. pr. Holsteniano, & utroque Fabricii. quod rectum videtur, ut *fornicem* ex fumo & vapore *nigrum* vocet, seu fuliginosum ac sordidum, ut *Nigri fornicis ebrium poëtam* vocat Martialis Lib. XII. Ep. 62. apud Auctorem Copae v. 3.

Ebria fumosa saltat lasciva taberna.

nam sic pro *famosa* emendare Pricaeum, illic notavi Tom. I. pag. 709. & ita de carnario, in quo suspendebantur carnes siccandae & fumo durandae, apud Ovid. VIII. Met. 648.

Sordida terga suis, nigro pendentia tigno.

ubi vide Heins. *obsitus favilla* pro *oblitus* in cod. Vossiano. eadem varietate, qua apud Ovidium XI. Met. 367. ex duobus Ciofani codicibus praetulit Heinsius,

Obsitus & spumis & spisso sanguine rictus
Fulmineos.

quamquam alterum *Oblitus* illic vindicari possit ex Lib. IV. Met. 97.

——— *ecce recenti*
Caede leaena boum spumantes oblita rictus.

ubi male in cod. MS. *spumanti fervida rictu.* sic Epistola Canaces v. 2.

Oblitus a dominae caede libellus erit.

Tibullus Lib. II. El. 5. 85. *Oblitus & musto feries pede rusticus uvas.* ubi nihil variant codices, ut hic quoque *oblitus favilla* suum locum in ceteris MSS. & antiquis editionibus tuetur. & recte. nam *oblitus* est foedatus, maculatus. vide de hac voce N. Heinsii notas ad Prudent. Hamartig. praefat. Quod autem Scaliger in loco Catulli Carm. XL. *oblitum lupanar* hic exponat meretricem, aliter ac olim in notis ad ipsum Catullum fecerat, melius videtur Is. Vossius *oblitum lupanar*, explicare inquinatum, sordidum, ut infra *oblitum latus* Ep. LXXXIII. 18. & hanc quoque vocem Catullo Carm. XXX. ad Caesarem de Mamurra, restituendam putabat J. Dousa in Praecidan. cap. 7. pag. 42. ubi legit *urbis oblitissimae*, id est flagitiis contaminatae, pro *opulentissimae*, ut vitiose in antiquis editionibus. Sequens Epigramma in ed. Aldi utraque huic connectitur, ut & in ed. Vincentina 1479. Veneta 1487. & cod. Vaticano.

Ep.

Dicat forſitan haec ſibi ipſe, nemo
Praeciſum ſciet eſſe me. ſed errat:
Magnis teſtibus iſta res agetur.

EP. XVI. AD PRIAPVM.

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneïda pomis,
Qualibus Heſperidum nobilis hortus erat:

Qua-

EP. XV. *Praeciſum ſciet eſſe me*] vide ſupra ad Ep. XIII. praeced. verſu *Dicat forſitan hoc* legebat Eggelingius.

Magnis teſtibus] *Teſtis*, ὁ μάρτυς ex antiqua lingua Graeca θέτωρ: & μάρτυρας θέσθαι. τοὺς διδύμους vero (quos eleganter *Pares* vocat Plinius) ita nominarunt, quod & ipſi μάρτυρες τῆς ἀῤῥενότητος. Iccirco ambigue luſit Plautus Amphitruone:

AL. *Mihi quoque adſunt teſtes: qui illud, quod ego dicam, aſſentiant.*
AM. *Quid teſtes?* AL. *Teſtes.* AM. *Qui teſticulare?*

Nam, ut erat mos veterum, verbum formavit ex re, quam non intelligebat: ex teſte, *Teſticulari*. ut Ariſtophanes Θεσμοφοριαζούσαις.

— ἰχθὺς ὄψαγον κάρδαμα.
κλω. τί καρδαμίζεις; —

At dedita opera *teſticulari* dixit pro eo, quod Graeci ὀρχιπεδῶσαι. Ariſtophanes.

οὐκ ἔκυσας, οὐ προσεῖπας, οὐ προσηγάγου.
οὐκ ὠρχιπέδισας. —

ſicut & κλειτοριάζειν dicebant a pudendo muliebri. quod Laberius, ut ego puto, *puellitari* interpretatus eſt:

Quaenam vos dementia ſuppoſitores facit
Cum cano eugio puellitarier?

Nam *Eugium* (quod & Graecum ipſum quoque eſt, εὐδίαιον) eſt τὸ κλειτόριον. Unde *Colei Citernini* Ciceroni. quia videntur alludere non ad Citernum oppidum Italiae, ſed ad κλειτόριον. Nam ſicut ab oppido Lanuvio, Lanuvinorum Coleorum familia erat: at non ita a Citerno Citernini. Quia & nomen familiae Lanuvinos fuiſſe ex eo colligo, quod adverſarius Terentii Lanuvinus nominabatur. Alii apud Donatum legunt, *Lavinius*. At *Lavinium*, & *Lanuvium*, idem. SCALIGER.

EP. XVI. *Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneïda pomis*] *Qualibet* in Medic. pr. utroque Fabriciano, & Voſſiano, in quo codice ſequentem verſum ſic turbaverat librarius, *Qualibet Hippomenes nobilis ortus erat*, quod & in Vincentina, & Veneta 1487. inveni. ſed Brixienſis editio cum vulgatis facit. in Wittiano etiam codice *Hippomanis nobilis hortus*. pro *Schoeneïda* in Vaticano *coneida*. corrupte. *aeneia* in Wittiano. *cepit Schoeneïda* legebat N. Heinſius ad Ovidii Ibin v. 374. ut in Epiſtola Cydippes v. 123.

Cydippen pomum, pomum Schoeneïda cepit.
Tu nunc Hippomenes ſcilicet alter eris.

& Epiſt. XX. 69.

Heſionen Telamon, Briſeïda cepit Achilles.

& ita apud Auct. Eleg. ad Meſſalam v. 25.

Non illa Heſperidum ni munere capta fuiſſet,
Quae volucrem curſu vicerat Hippomenen.

flectere hac in re dixit Claudianus de Laud. Serenae v. 170.

Hippomenes trepidus curſu ferroque ſecutam
Aurato volucrem flexit Schoeneïda pomo.

ſed vulgatam *rapuit* ſervant omnes codices & editiones vetuſtae, eamque probavit Victorius Lib. XXXVII. Var. Lect. cap. 13. qui exponit, Invitam Schoeneïda, ſeu Atalantam, ſibi conciliavit, ac benevolam reddidit. poſſet etiam *rapuit* intelligi eo modo, quo apud Ovid. II. Am. 19. 19.

Tu quoque quae noſtros rapuiſti nuper ocellos.

quod Propertio Lib. I. El. I. init. dicitur,

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis.

idem Ovidius III. Am. 6. 28.

Cum rapuit vultus, Xanthe, Neaera tuos.

& Lib. I. A. A. 245.

Illic ſaepe animos juvenum rapuere puellae.

& ita *ſurripere*. ut in Epigr. vet. quod ex Pithoeo edidi Tom. I. pag. 687.

Me mihi ſurripuit contraria flamma ſororum.

vide Barth. ad Stat. II. Ach. 168. ad hunc locum forte reſpexit Auctor Epigrammatis de Citrio, quod ex cod. Salmaſiano ſupra produxi pag. 461.

Hippomenes vicit tali certamina malo,
Talia poma nemus protulit Heſperidum.

ſed plura de hoc loco, & comparatione a pomis Hippomenes, Acontii, & Nauſicaae, deſumta olim notavi ad Lotich. Lib. V. Eleg. 9. pag. 338. qui totum hoc Epigramma eleganter his verſibus

Qualia credibile eſt ſpatiantem rure paterno
 Nauſicaam pleno ſaepe tuliſſe ſinu:
Quale fuit malum, quod litera pinxit Acontî,
 Qua lecta, cupido pacta puella viro eſt:
Taliacumque puer dominus florentis agelli
 Inpoſuit menſae, nude Priape, tuae.

Ep.

bus imitatus eſt, optima Malorum Aureorum deſcriptione:

Talia Nauſicaë decerpſit ab arbore poma,
 Heſperidum tales vix tulit hortus opes &c.
Regis aquae pronepos malo Schoeneïda cepit,
 Quam nequiit curſus, poma tuliſtis opem.
His tibi Cydippe, (ſcit candida Delos) Aconti,
 His patruo Cereris filia juncta ſuo eſt.

Ceterum *Hippomanes* vitioſe in codice Vaticano, Aldinis, aliiſque vetuſtis edd. & Scaligerana ſcribitur, errore obvio, pro *Hippomenes.* de quo vide ad Tom. I. pag. 295. eodem modo *Nauſicam* pro *Nauſicaam* verſu quarto vitioſe exaratum eſt in Vaticano, & utroque Fabricii, ut in ed. Brix. & Veneta. ſic ſaepe etiam apud alios ſcriptores peccatum fuit. vid. Muncker. ad Hygin. fab. 125. p 189. apud Dictyn Cretenſ. Lib VI. cap. 6. male editur *Alcinoi filia Nauſica.* ſed in cod. vet. N. Heinſii recte *Nauſicaa.* ut Homero vocatur. nec aliter in numis ſcribitur, quos adferunt Sponius T. I. Itin. Gall. pag. 99. & 433. & Wheler. T. I. p. 50. de Atalanta vero Schoeneïde optime Scaliger ad Propert. pag. 192. emendavit Sidonii Apollinaris locum in Panegyrico Majoriani v. 167.

Cujus in Aetolo volitantem pulvere matrem
Horruit Hippomenes.

pro eo quod in vulgatis *Martem* ſine ſenſu: quam Scaligeri emendationem veriſſimam recte quidem ſecutus eſt Sirmondus, licet ad verum auctorem eam referre debuiſſet. naevo lectionis corruptae fœdata eſt Savaronis editio.

5. *quod litera pinxit Aconti*] *ſumſit* in Voſſiano. an forte pro *ſcripſit*? nam *ſcribere* ſaepe pro pingere. ut apud Ovid. X. Met. v. 516.

Corpora nudorum tabula ſcribuntur Amorum.

ut eſt in cod. Palatino, pro *pinguntur.* Plinius Lib. XXXV. cap. 10. *Scripſit & Apollinem & Dianam* &c. ubi in aliis *pinxit.* v. Harduinum. & Serv. ad Virg. VI. Aen. 34. Gronov. Diatr. Stat. cap. XLII. pag. 278. & plura in notis Heinſii ac Patrui mei ad Ovid. Epiſt. XIV. in fine. ipſe Acontius Epiſtola ad Cydippen v. 237.

Aurea ponetur mali felicis imago,
 Cauſſaque verſiculis ſcripta duobus erit.
Effigie pomi teſtatur Acontius hujus,
 Quae fuerint in eo ſcripta, fuiſſe rata.

pinxit tamen hoc loco in omnibus edd. vetuſtis.

6. *Qua lecta, cupido pacta puella viro eſt*] nihil fere variant codices, aut antiquiores edd. niſi quod in Mediceo primo, Vaticano, & Wittiano *Qua lecta eſt cupido pacta puella viro.* in Broukhuſiano *Qua cupido lecta eſt.* *laeta* in primo Fabric. pro *pacta* tamen hic forte ſubſtituendum *capta.* quo verbo Acontius & Cydippe apud Ovidium ſaepe utuntur. Epiſt. XX. 44.

Sit dubium poſſiſne capi; captabere certe,
 Exitus in Dis eſt; ſed capiere tamen.

& v. 66.

Denique dum captam tute cogare fateri,
 Inſidiis eſto capta puella meis.

Cydippe Epiſt. XXI. 122.

Sumque parum prudens capta puella dolis.

v. 128.

 Exoranda tibi, non capienda fui.

& v. 132.

Cogere cur potius, quam perſuadere volebas,
 Si poteram audita conditione capi.

Taliacumque puer dominus florentis agelli] *Talia quinque* in ed. Ald. 1534. ſed *Taliacumque* in ejuſdem ed. an. 1517. & in illis quae Aldum praeceſſerunt. pro *puer* in primo Fabricii cod. *pius.* ſeq. verſ. *nuda* in Vatic. a man. ſec. ad morem Priapo poma & pyra offerendi reſpicitur etiam infra Epig. XLIII.

Laetus Ariſtagoras natis bene villicus uvis
 De cera facili dat tibi poma Deus.

& Ep. LIII.

Tu quoque, dive minor, majorum exempla ſecutus,
 Quamvis pauca domus, conſule poma boni.

Horatius Epod. 2. 17.

Vel cum decorum mitibus pomis caput
 Autumnus arvis extulit:
Ut gaudet inſitiva decerpens pyra,
 Certantem & uvam purpurae,
Qua muneretur te, Priape, & te, pater
 Sylvane, tutor finium.

EP. XVII. PRIAPVS.

Quid mecum tibi, circitor moleste?
Ad me quid prohibes venire furem?
Accedat, sine, laxior redibit.

EP. XVIII. PRIAPVS.

Commoditas haec est in nostro maxima pene,
Laxa quod esse mihi femina nulla potest.

EP. XIX. AD PRIAPVM.

Hic quando Telethusa circulatrix,
Quae clunem tunica tegente nulla
Extis aptius, altiusque motat:
Crissabit tibi fluctuante lumbo?

Sic

EP. XVII. *Circitor*] Custodem, qui hortum frequenter obit, ne fures intrent, *Circitorem* vocat. Eodem modo ex vigilibus, qui Graece dicuntur περιπολούμενοι, *Circitores* ad verbum possunt dici: quos & *Fraxatores* vocatos esse alibi annotavimus. SCALIGER. *Circitorem* villae vel fundorum custodem hic vocat, quem *circuitorem* Petronius cap. 53. ubi consulendae Eruditorum notae. Glossae Labbaei, *Circumlator*, περιφοράριος. pro quo *Circitor* est apud Priscianum Lib. XIV. pag. 989. ubi de *circum* agit; *ex hoc nascitur circitor*, ὁ περιφοράριος. hinc in Glossis antiquis *Circitat*, *circat*, κυκλίνει, & *Circitores*, περίπολοι. vide Guyeti notas ad Terent. Andr. I. Sc. 2. pag. 11. *circitores* etiam in militia equestri vocabantur, qui vigilias circumibant. qualis in Epitaphio veteri supra edito pag. 251. 252. hujus Voluminis. ubi secunda producta occurrit, quia contracta vox est ex *circuitor*, contra ac hoc in versu corripitur. vide quae illic notavi.

Ad me quid prohibes] *qui* Heins. ad Petron. cap. 53.

EP. XIX. *Hic quando*] Lege: *Ecquando*. Porro, & hic, & in Martiale perperam scribitur *Thelethusa*. Aut enim θαλίθουσα, aut θελίθουσα. Videtur autem idem auctor illius carminis fuisse: (Infr. Ep. XLI.) *Nota Suburranas inter Telethusa puellas* &c. SCALIG.

Hic quando Telethusa] sic Aldus, & ante eum Vincentina, Brix. & Veneta utraque nec aliter in ed. Scalig. & MS. Witt. Heins. & Holsten. ut correxerat etiam Eggelingius. *Sic quando* Vatic. *Hic quando Elethusa* primus Heinsii codex. sed recte Scaliger *Ecquando*. Propertius Lib. II. El. 7. 39. *Ecquandone tibi liber sum visus*, ubi *Et quoniam* male in primo Vossiano. *Et quando* in binis Leidensibus, uno D'Orvilliano, meisque duobus Codicibus. sed vide illic Passeratii & Broukhusii notas. sic *Et quando* & *Ecquando* saepe variantur in codd. MSS. ut apud Cic. V. Verr. 26. *Ecquando igitur isto fructu quicquam caruit*. ubi *Et quando* in cod. Huydecoperiano. VIII. ad Fam. Ep. 15. *Ecquando tu hominem ineptiorem quam Cn. Pompejum vidisti? Ecquem Caesare nostro acriorem?* apud Valer. Fl. II. 395. *ecquando natorum tempora*. ubi praeter librum Carrionis etiam in duobus Vaticanis *& quando*. eadem variatione passim in codd. MSS. *Et quis* & *Et qua*, pro *Ecquis*, *Ecqua*, ut apud Virg. III. Aen. 341. & Livium Lib. V. cap. 36. §. 5. ubi plura diligentissimi Drakenborchii notae suppeditabunt. de *Telethusa* vide infra ad Ep. XLI.

Extis aptius altiusque motat] monstrosas hic lectiones exhibent codices MSS. In primo Mediceo & altero Heinsiano, *Extis fatius altiusque movet*. *Extu aptius altiusve movet* primus Heinf. *Extis aptius altiusque movet* cdd. vetustae. *motat* in Aldina utraque. *fatius* etiam in Witt. *faltius aptiusque movet* Vossian. *Festis Sathiris altiusque movet* in Holstenlano. *moves* in Broukh. *movis* Vatican. *altiusve movet* sec. Fabr. & Wittian. *Sibyllae folium* esse hunc versum pronuntiat Scioppius, legitque *Lectis* pro *Extis*. Heinsius conjecerat *Exsertam aptius*, videlicet *clunem*. Sed quum in cod. Voss. *Extis faltius* legatur, & familiare sit in codd. MSS. ultimam praecedentis vocis literam in proxime sequenti geminari, hinc Jac. Tollius ad Auson. pag. 564. commodissime legi posse conjicit, *Extis altius altiusque motat*, repetitione non invenusta. Sensum vero loci hujus paullo modestius explicat, quam Tanaquillus Faber in Epist. Criticis Lib. II. Ep. 53. pag. 137. 138.

Crissabit tibi fluctuante lumbo] Proprie prurire. Verbum Tarentinum, κιστᾶν, & κιστῆν. Non a κίσσα. Sed quod alii dicunt κνίζειν, ipsi κισσῆν, vel

Sic ut non modo te, Priape, posset,
Privignum quoque sed movere Phaedrae,

EP. XX. PRIAPUS.

Fulmina sub Jove sunt, Neptuni fuscina telum:
Ense potens Mars est: hasta Minerva tua est.
Sutilibus Liber committit praelia thyrsis:
Fertur Apollinea missa sagitta manu.
Herculis armata est invicti dextera clava:
At me terribilem mentula tenta facit.

vel κινοτᾶν. ut ἐπιχαριτᾶν, ἀντὶ τȣ ἐπιχαρίζεσθαι. κινοτᾶν *Crissare* υ, in r, ut μονὰ, mora. φοῖα, *Furia*. φοιᾶν, *furere*. κνέφας, *Crepus*, *crepusculum*: κνίσπος, *Crispus*, ut λίσπος. Γνῶμα, *Groma*. γνωματικὸς, *Gromaticus*. SCALIGER. vide de hoc verbo Tanaq. Fabrum ad Lucret. pag. 358. Sciopp. ad h. l. Voss. ad Catull. pag. 123. J. Dousae Praecidan. pro Catull. pag. 56. & Mercer. ad Nonium pag. 115. simile illud Arnobii Lib. VII. pag. 239. *clunibus fluctuare crissatis*. idem Lib. II. pag. 73. *Et ad ultimum clunibus & coxendicibus sublevatis lumborum crispitudine fluctuaret*. tales describit Martialis Lib. V. Ep. 79.

Nec de Gadibus inprobis puellae
Vibrabunt sine fine prurientes
Lascivos docili tremore lumbos.

contra Catullus Carm. XVI. de effoetis senibus,

Qui duros nequeunt movere lumbos.

huc referebat Heinsius illud Juvenalis Sat. VI. 322.

Ipsa Medullinae fluctum crissantis adorat.

ubi legebat *frictum crissantis adulat*. ut apud Apulejum Metam. Lib. II. pag. 25. & 26. ed. Colv. *super me sensim residens ac crebro subsiliens, lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens, pendulae Veneris fricta me satiavit*. sic enim in membranis Florentinis. non *fructu*, ut in vulgatis. licet illic *fluxu* etiam Heinsius conjecerit, vel *fluctu*, ut hoc loco *fluctuante lumbo*. Lucretius Lib. IV. 1266.

Atque exossato ciet omni pectore fluctus.

vide Herald. ad Arnob. Lib. VI. pag. 245. *frictu* tamen in loco Apuleji etiam firmari posse notaverat, quia *fricare* in obscoenis usitatum. ut in illo Martialis Lib. XI. Ep. 30. *Sic mihi Phylli frica*. & *inguine fricare* apud Petron. cap. 92. ubi vide Patrui mei notas. ultimus versus de Hippolyto sapit illud Martialis Lib. XIV. Ep. 203. de puella Gaditana:

Tam tremulum crissat, tam blandum prurit, ut ipsum
Masturbatorem fecerit Hippolytum.

EP. XX. *Fulmina sub Jove sunt*] Secundus Antholog. Lib. IV. ΕΙΣ ΘΕΩΝ ΚΑΙ ΘΕΑΙΝΩΝ ΑΓΑΛΜΑΤΑ cap. ιβ.

Τύμπανα καὶ θύρσον Βρομίῳ. ξιφὸς δὲ κεραυνόν,
Ἀστεῖ' ἰσαλέα καὶ κορυν ἥρωα,
Φοῖβῳ δ' ἔνταξον Φαρέτρην, ἀλίῳ δὲ τρίαιναν,
Καὶ αἰθοναρῶν χειρῶν ἡρακλέος ῥόπαλον.

Quia vero Hercules semper cum clava pingebatur, interdum etiam cum clava, sagittis & pelle leonina, idem Tertullianus, una voce haec omnia comprehendens *scytalosagittipelligerum* eum vocat, libro de Pallio cap. IV. *Adoratur a vobis, qui erubescendus est, Scytalosagittipelliger ille, qui totam epitheti sui fortem, cum muliebri cultu compensavit*. LINDENBR.

Sutilibus] sic recte ab Aldo, Scaligero, aliisque editum, & ab Eggelengio correctum erat in ed. Scioppii, in qua *Subtilibus* vitiato metro excusum. quod male in editionibus Aldo vetustioribus etiam legitur, & in cod. Vatic. ac secundo Fabricii. in cujus primo *Suttilibus*. sic apud Ovid. V. Fast. 335. *Tempora sutilibus cinguntur pota coronis*. ubi *tortilibus* vel *nexilibus* in aliis codd. vide illic notas. infra Ep. LI.

Totam comparilur Priape nostris
Cingemus tibi m. coronis.

ubi *similibus* in MSS. unde *sutilibus* illic quoque conjecerat Heinsius. Martial. IX. Ep. 95.

Sutilis aptetur decies rosa crinibus.

ubi *Subtilis* etiam in cod. Thuaneo. ut & in MS. Leidensi apud Auson. Cupid. Cruc. v. 91. *rorem Sutilis expressit crebro rosa verbere. contempsit* cod. Wittian. pro *committit*.

Herculis armata est invicti dextera clava] ita corrigendum censui, ex Veneta ed. & Aldina an. 1534. nam in prima ejus ed. 1517. male *invicta* ut in antiquioribus, & ed. Scalig. aliisque. *invecta* in Vossiano. sed *invicti* recte in utroque Fabricii codice, ut legebat etiam Avancius. sonum enim auribus molestum ingerunt tot voces in idem elementum desinentes, *armata est invicta dextera clava*. & centies HERCVLES INVICTVS in Inscript. aliisque monumentis vetustis occurrit. vide Broukhus. ad Propert. I. 20. 23. & quae notavi ad Tom. I. pag. 20.

EP. XXI. AD PRIAPVM.

Copia me perdit: tu ſuffragare rogatus,
  Indicio nec me prode, Priape, tuo.
Haec quaecumque tibi poſui vernacula poma,
  De Sacra nulli dixeris eſſe Via.

EP.

tenta] *tanta* ed. Sciopp. ſed *tenta* in edd. vetuſtis, & Aldinis, & in cod. Broukhuſ. Wittiano, aliiſque. vide ſupra ad Ep. VI. eadem varietas infra Ep. XXVII. *Tentaque ad exemplum ſit ſua turba. Dei.* ubi *Tanta* in edd. vetuſtis. & Ep. XXXIV. *Et quo tenta Dei vena ſubiret.* ubi in aliis *tanta.*

EP. XXI. AD PRIAPVM] PRIAPVS in Vaticano.

Copia me perdit] titulum hunc horti venalis atque adeo inſcriptionem majuſculis literis januae prefixum fuiſſe vult Iſ. Voſſius, additis in argumentum ubertatis pomis eximiis, de Sacra via emtis, tamquam in illo horto natis, ut eo facilius emtorem hortus inveniret. Supplicat igitur Priapo dominus, ne ſe prodat, neve emtori fucum indicet. JAC. TOLLIVS. Epigrammatis hujus primum diſtichon praecedenti connectit codex Wittianus, poſterius vero ſequenti carmini jungit.

tu ſuffragare rogatus] *rogatis* legebat Heinſius. *tu ſuffragare, rogantum Indicio nec me* &c diſtinguebat & corrigebat Barthius XXVII. Adverſ. cap. 8.

De Sacra nulli dixeris eſſe Via] Ovidius:

Dum bene dives ager: dum rami pondere nutant:
  Afferat in calatho ruſtica dona puer.
Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa
  Illa vel in Sacra ſint licet emta Via. SCALIG.

locus exſtat Lib. II. A. A. 266. ubi vide Patrui mei notas. Sed vel ex iſto Naſonis loco patet, hic legendum eſſe,

  De Sacra nulli dixeris emta Via.

ut ſuo editionis Scaligeranae exemplari etiam adſcripſerat Francius. Confer ejuſdem Ovidii alium locum Lib. I. Am. 8. 100.

Munera praecipue vident, quae miſerit alter:
  Si tibi nil dederit, Sacra roganda Via eſt.

illic enim fruges & poma erant venalia. vide huc facientia apud Scaligerum ad Varronem Lib. I. de R. R. cap. 2. pag. 8. *Hujuſce pomaria ſumma Sacra Via, ubi poma veneunt contra aurum.* ubi in Conjectaneis ſuis pag. 196. hunc ex Priapejis locum ita adfert, ut in pleriſque exſtat codicibus. Sed Varronis illa verba Eggelingius in notulis MSS. ad hujus Epigrammatis verſum, (quarum copiam memini aliquando mihi feciſſe Cel. D'Orvillium) ſic emendanda cenſebat, *Hujuſce pomaria ſunt in Sacra Via.* Sed hanc quidem conjecturam refutat Inſcriptio Marmoris Ancyrani apud Lipſium in Auctario Inſcript. vet. pag. 21. & Gruterum pag. CCXXXII.

IN SVMMA SACRA VIA AEDEM DEVM PENATIVM FECI.

praeterea in primo Ovidii loco *ruſtica poma* pro *dona* in cod. Juniano, aliiſque MSS. ut in hoc Epigrammate *vernacula poma.* quem verſum codex Voſſianus, primus Fabricii, primus Heinſianus, utraque ed. Aldina & Veneta an. 1480. melius certe ſic exhibent,

  Quaeque tibi poſui tamquam vernacula poma.

ut adſert etiam Victorius in Variis Lect. licet Vincentina & Brixienſis editio cum vulgatis faciant. Hinc emendandum Patruo meo videbatur,

Haec quoque, quae poſui, tamquam vernacula poma,
  De Sacra nulli dixeris emta Via.

rogat nempe, ne poma, quae *vernacula*, ideſt in ſuo praedio nata, eſſe jactabat fundi dominus, villae fertilitatem gloriatus, alicui indicaret, emta eſſe in Sacra Via; nam id verſu ſecundo innuit, *Indicio nec me prode, Priape, tuo.* quo loco *nec nos* in ſecundo Heinſiano, primo Fabricii & Wittiano. *nec non* alter Fabric. & primus Medic. in hoc autem verſu adparet imitatio Ovidii III. A. A. 658. *indicio prodor ab ipſe meo.* non diſſimile illud Martialis in Milichum, amatorem luxurioſum, centum ſertertia, tamquam ſua, jactantem, ſed ex Sacra Via redemta, Lib. II. Ep. 63.

Sola tibi fuerant ſeſtertia, Miliche, centum,
  Quae tulit e Sacra Leda redemta Via.

ubi vide Heraldum. & ita *poma cerea* e regione Suburana emta, quia ipſe ex ſuis hortis ea decerpere non poterat, amico mittit Lib. X. Ep. 94.

Non mea Maſſylus ſervat pomaria ſerpens,
  Regius Alcinoi nec mihi ſervit ager. &c.
Haec igitur, media quae ſunt modo (ſic MSS.) *nata*
    Subura,
  Mittimus Autumni cerea poma mei.

 con-

Ep. XXII. PRIAPUS.

Femina si furtum faciet mihi, virque, puerque:
   Haec cunnum, caput hic praebeat, ille nates.

Ep. XXIII. PRIAPUS.

Quicumque hic violam, rosamve carpet,
Furtivumve olus, aut inemta poma:
Defectus pueroque feminaque,
Hac tentigine, quam videtis in me,
Rumpatur precor usque, mentulaque
Nequidquam sibi pulset umbilicum.

Ep. XXIV. PRIAPUS.

Hic me custodem fecundi villicus horti
   Mandati curam jussit habere loci.
Fur habeas poenam, licet indignere, feramque
   Propter olus, dicas, hoc ego, propter olus?

Ep.

contra *inemta poma* mox Ep. XXIII. quae tamen illic alia significatione, quam *dapes inemptae* Virgilio IV. G. 17. & Horatio Epod. 2. dicuntur. Recte enim Tollius in Adnot. MSS. ad Catalecta Scaligeri *inemta poma* exponit furto ablata, ut apud Apulej. X. Met. *miles ille*, *inquit*, *qui me nullo vendente comparaverat*, *& sine pretio suum fecerat* &c. *posui* autem hic est dedicavi, sacravi. vide Scioppium. & quae notavi ad Tom. I. pag. 59. sequens Epigramma huic additur in primo Fabricii codice.

Ep. XXII. *furtum faciet*] *capiet* Wittian.

Ep. XXIII. *Quicumque h. v. rosamve carpet*] *Quaecumque* in Witt. *carpit* in eodem & Broukhusiano. *Quicumque violam* Vossian. & vers. sec. *Furtivum violus* in primo Mediceo.

Defectus pueroque feminaque] *Defaetus* Avancius. *Defictо* Wittian. *Defitti*, vel *Defecti*, *puerique feminaeque* in ed. Vincent. Brix. & Venet. *Defectusque puerque* Vatic. *A tentigine* Witt. ultimo versu male Scioppius *Nequaquam*.

Ep. XXIV. *Propter olus*] Omnino mutuatum ex Leonida:

Ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι, φῶρ, ἔμβλεπε. τοῦτο δ' ἐρωτᾷς,
   Τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα; τῶν ὀλίγων. SCALIG.

innuit Scaliger Epigramma Leonidae, licet Peritto ab aliis tribuatur, *in Priapi simulacrum*, quod exstat Lib. IV. Anthol. Gr. cap. XII. Ep. 89. pag. 477. ed. Obsop. ex quo Latinum hoc versum est, ideoque totum, addita H. Grotii interpretatione, illud hic adscribam:

Αὐτοῦ ἐφ' αἱμασιαῖσι τὸν ἀγρονομοῦντα Πρίηπον
   Ἔστησεν λαχάνων Δεινομένης φύλακα.
Ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι, φὼρ, ἔμβλεπε· τοῦτο δ' ἐρωτᾷς,
   Τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα, τῶν ὀλίγων.

Hortus hic absque ullo ne sit custode, Priapum
   Dinomenes posuit me sua septa super.
Aspice fur quanta tentigine rumpar. Et istud
   Ob tam pauca olera haec? dicis. ob haec olera.

unde etiam patet ultimo versu distinguendum,

——— *feramque*
Propter olus, dicas, hoc ego? propter olus.

ut monuit etiam Th. Munckerus ad Hygin. Fab. 274. pag. 328. *hanc ego* in ed. Vinc. Brix. & Venet. ut ad *poenam* referatur. Vide etiam hunc locum bene expositum & emendatum a P. Victorio ad Cic. VIII. ad Att. Ep. 7. pag. 774. in primo autem cod. Heinsiano,

Fur habeas penem, *licet indignere*, *feroque.*

altero versu *Propter olus dicas* in Wittiano. dein *hoc quoque propter olus* in Vossiano. Cel. Dorvillius tentaverat *Fur abeas. poenam licet indignere* &c. monuitque in Catalectis Virgilio subjunctis in ed. Antverp. apud M. Hillenium 1535. editum etiam esse *abeas*. in utraque Aldina tamen, camque praecedentibus Brix. Vincent. & Veneta, *Fur habeas poenam*. Aliter vero N. Heinsius, qui conjiciebat, *Furta luas poena*. ut infra Ep. LII. 3.

Venire in hortum plurimos mecum fures,
Cum quisquis in nos incidit, luat poenas.

Ep.

EP. XXV. PRIAPVS.

Hoc fceptrum, quod, ab arbore ut recifum eft,
Nulla jam poterit virere fronde:
Sceptrum, quod pathicae petunt puellae,
Quod quidam cupiunt tenere Reges,
Cui dant ofcula nobiles cinaedi,

Intra

Ep. LXVIII.

Quodque fit ex illis, mibi tu deprenfus in borto
Fur dabis, bac poena culpa luenda tua eft.

Poëta vetus in Tom. I. hujus Antholog. p. 316.

Fraternam res nulla poteft defendere caedem:
Mors tua fola poteft, morte luenda tua eft.

ut idem Heinfius emendabat pro *levanda*. cujus conjecturam illic pluribus confirmavi.

Ep. XXV. *Hoc fceptrum*] Feftiviffime παρῳδιάζει ex Homero:

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν.

Virgilius:

Ut fceptrum hoc (dextra fceptrum nam forte gerebat)
Numquam fronde levi fundet virgulta, neque umbram,
Quum femel in filvas imo de ftirpe recifum
Matre caret, pofuitque comas, & brachia ferro.

Sed & Val. quoque Flaccus idem imitatus eft. quod tamen, ne in hac re nimius fim, non ponam. SCALIGER.

Hoc fceptrum, quod ab arbore ut recifum eft,
Nulla jam poterit virere fronde] fic quidem vulgatae editiones. *quod in arbore eft recifum* cod. Vatican. ed. Vincent. & Venet. 1487. *quod arbore eft recifum* Wittian. & a manu fecunda Fabr. primus Mediceus, Holftenianus, & Voffian. altero verfu *poterit revirere fronde* idem Fabric. *Nulla & jam poterit revirere fronde* in Mediceo primo. *virere* in edd. antiqq. & Aldi utraque. *revirere* tamen etiam eft in Voffiano. unde ipfe If. Voffius ad marginem libri fui, qui in Leidenfi Biblioth. fervatur, adfcripferat legendum effe,

Nulla jam pote revirere fronde.

quod admittendum videtur, quia *revirere* in plerifque codicibus, exigente fenfu. *pote* antiquitus pro *poteft*. ut Carm. XXXVIII. caftigabat N. Heinfius,

Ut Phoebo pote, filioque Phoebi.

Propertius Lib. III. El. 5. 26.

Nec pote cognatos inter bumare rogos.

apud Valer. Fl. I. 13. (*Namque pote*) *& Solymo nigrantem pulvere fratrem*. ut emendat Torrent. ad Sueton. Dom. cap. 2. pro vulgato *Namque poteft, Solymo* &c. quod & Andreae Schotto Lib. II. Obferv. c. 56. in mentem venerat. Sed tamen illo in loco alii interpretes id repudiant. in Epigrammate veteri, quod ex Pithoeo edidi pag. 226. hujus Voluminis,

Nec gravius puto nec brevius fuperante parente.

pro quo apud Ferret. in Mufis Lapid. Lib. III. pag. 169. aliofque legitur, *Nec gravius pote, nec brevius*. Martialis Lib. IX. Ep. 15.

Se feciffe Chloë: quid pote fimplicius?

vide Donatum ad Terent. Adelph. II. 3. 11. Victorium Lib. XIII. Var. Lect. cap. XI. & Merulam ad Ennium p. 574. Mutarunt forte, qui metuebant primae in verbo *revirere* fyllabae; fed quae producitur non fine exemplo veterum in illis conpofitis. Ep. XII. *Thefeus reperit in rogo jacentem*. ubi vide Scioppium. idem in *recidere*, *referre*, *replere*, *reducere*, fimilibufque obtinet, etiam confonante non duplicata. ut faepe jam a Viris doctis obfervatum eft. vid. Heinf. ad Ovid. Epift. XIV. 46. Broukhuf. ad Propert. IV. 8. 44. Vinet. ad Aufon. p. 282. ed. Toll. & Marii ac Patrui mei notas ad Ovid. I. Amor. 7. 62. fic *refloreſcere*, ut hoc loco *revirere*, prima producta, apud Silium Ital. XV. 741. Ceterum Epigrammatis hujus initium eft fere parodia Virgiliana, ex fonte Homeri deducta, ut patet ex utriufque loco, in notis Scaligeri prolato, quorum primus eft ex Il. A. v. 234. alter ex Lib. XII. Aen. 206 & feqq. ubi Homeri verfus integriores adfert Servius. vide & Barth. ad Stat. VII. Theb. 552. Valerii Flacci locus, a Scaligero tantum indicatus, eft ex Lib. III. 407.

Hanc ego magnanimi fpolium Didymaonis baftam,
Quae neque jam frondes, virides neque proferet umbras,
Ut femel eft evulfa jugis, ac matre peremta,
Fida miniftерта, & duras obit borrida pugnas,
Teftor. &c.

ad quem Carrio, hos quoque verfus proferens, inde conjicit, maximam Carminum horum Ithyphallicorum partem Virgilio adfcribendam, quum in plerifque fuos verfus aut paraphrafi reddat, aut in breviora contrahat: & haec quoque caufa, cur If. Voffius exemplari fuo adnotaverit, fe ex perpetua Virgilii imitatione non ambigere, hoc Epigramma ei tribuendum effe.

5. *nobiles cynaedi*] *nubiles* emendandum cenfet N. Heinfius ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 90.

 hoc

Intra viſcera furis ibit uſque
Ad pubem, capulumque coleorum.

EP. XXVI. PRIAPVS.

Porro (nam quis erit modus) Quirites!
Aut praecidite ſeminale membrum,
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinae ſine fine prurientes,
Vernis paſſeribus ſalaciores:
Aut rumpar: nec habebitis Priapum.

Ipſi

hoe eſt pathici, molles. eo nimirum ſenſu, quo Juvenalis Sat. II. 134.

Quae cauſſa officii? quid quaeris? nubit amicus.

& v. 137.

Interea tormentum ingens nubentibus haeret,
Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos.

Suetonius in Nerone cap. 29. *cum conficeretur a Doryphore liberto, cui etiam, ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit.* vide Mercerum ad Nonium Marcel. pag. 128. hoc eſt quod de eodem Nerone dicit Oroſius Lib. VII. cap. 7. *Libidinibus tantis exagitatus eſt, ut virum in uxorem duxerit, & a Viro ut uxor acceptus ſit.* Martialis Lib. XII. Ep. 47.

Barbatus rigido nupſit Calliſtratus Afro,
Hac qua lege viro nubere virgo ſolet.

neque aliter in vexatiſſima leg. 31. Cod. ad L. Jul. de adulter. *cum vir nubit in feminam, viris projecturam, quid cupiatur.* ut verba reſtituit Themidis eruditae, dum viveret, decus, nunc deſiderium, Herm. Noordkerkius in Diſſ. de matrim. jure ſolvend. pag. 24 & 25. quam legem ſuis etiam obſervationibus illuſtrarunt Durantius Caſellius Lib. I. Var. Lect. cap. 2. Meibomius ad Jusjurand. Hippocr. cap. XVIII. pag. 185. 186. & illuſtris Joannes Buherius ad Petronii Carmen de Bello Civ. pag. 105. & ſeqq. neque tamen vulgatam lectionem facile rejiciendam opinor. *nobiles* enim *Cynaedi* ſunt famoſi, infames, noti. ut *nobilis meretrix*, *nobile ſcortum*, apud Livium, Terentium, alioſque. vide notas ad Ovid. II. Triſt. 384. Cicero pro Caelio cap. XIII. *Res eſt omnis in hac cauſſa nobis, Judices, cum Clodia, muliere non ſolum nobili, ſed etiam nota.* ubi vide Manutii & Abramii notas. & Pricaeum in Addend. ad Apulej. pag. 714. *nobiles cynaedi* conjecerat aliquando Cel. D'Orvillius, ut Ep. LXXXIV. v. 19. & in illo Ovidii II. Am. 4. 14.

Spemque dat in molli mobilis eſſe toro.

Ad pubem capulumque] Plautus Caſina:

Gladium ne haberet, metui: occoepi quaerere,
Dum gladium quaero ne habeat, arripio capulum.

Capulum pro capulum. SCALIGER. Colorem tranſtulit ex illo Virgilii, licet alia in re, Lib. II. Aen. 553.

——— *dextraque coruſcum*
Extulit, & lateri capulo tenus abdidit enſem.

EP. XXVI.] ſuperiori Epigrammati continuatur in primo codice Mediceo, Vaticano, Fabriciano, & Wittiano. nec non in ed. Vincent. & Veneta utraque. in Brixienſi & Aldinis ſeparatur.

Porro, nam quis] Exclamatio quiritantium, *Porre Quirites*, ut illud Laberii: *Porre Quirites, libertatem perdimus.* Et *Quiritare* verbum. Unde vulgo dicunt *Cridar* Italice, Hiſpanice, & Gallice. Quare quum princeps Juriſconſ. omnique humanitatis genere praeſtantiſſimus Jac. Cujacius id olim Turnebo indicaſſet ex optimo ſcriptore Tertulliano, vix tandem homini perſuaſit. At ego ſemper illud Laberii in illam partem interpretatus ſum. SCALIGER.

Porro (nam quis erit modus) Quirites!] Ita legendus & diſtiguendus eſt hic verſus. vitioſe enim in codice Mediceo & ed. Aldina an. 1534. *Ore, (nam quis erit modus Quirites?)* ſed in priore Aldina an. 1517. *Porro (nam quis erit modus, Quirites?)* quod ſecutus eſt Scaliger. *Porro* etiam eſt in Vaticano, aliiſque codd. MSS. & edd. vetuſtis. *num quis erit modus* in Wittiano. *nam quis erit meſus* in primo Fabricii. Utitur eleganti formula apud veteres obvia, *porre Quirites!* qua in rebus conclamatis opem populi inplorabant Romani, idque *quiritare* vocabant. in Gloſſis Labbaei, *Quiritans*, ἐπιβοώμενος. Gloſſarium MS. Voſſianum, *Ciritat*, *populum alloquitur*. ubi corrigendum *Quiritat*. in Auctario Gloſſarum Iſidori, *Quiritare*, *populare*. *Quiritat*, *populo alloquitur*. ubi ſcribendum *populum alloquitur*, ideſt *populum*. vid. Savaroni,

notas

Ipſi cernitis, exfututus ut ſim,
Confectuſque, macerque, palliduſque,
Qui quondam ruber & valens ſolebam
Fures caedere, quamlibet valentes.

De-

notas ad Sidon. Apoll. p. 502. Nullam vero cauſſam video, quare cum Scip. Gentili ad Apulej. Apolog. pag. 397. ſcribamus *pro pro Quirites!* nam ſic ipſe Apulejus Lib. VIII. Met. pag. 215. ed. Elmenh. *Porro Quirites proclamare geſtivi.* Legi de hac formula merentur Theod. Canterus Lib. I. Var. Lect. cap. 3. Turnebus XIII. Adverſ. c. 22. Colerus in Parergis cap. XIII. Colvius ad Apulej. pag. 110. & Scioppius ad hunc locum.

Quod totis mihi] Aut flagitioſa inequitatio mulierum, ut Mutuni Titinii apud Feſtum, & Arnobium: aut eſt id, quod alibi dicit:

Oſcula dat medio ſiqua puella mihi. SCALIGER.

Confectuſque, macerque, palliduſque] fuit quum emendandum tentarem, *Confectuſque, macerque, ſqualliduſque.* ita enim apud Plinium Lib. VII. Epiſt. 27. *ſenex macie & ſquallore confectus.* neque raro hae voces invicem commutantur. ut apud Senec. Herc. Oet. v. 1529. de Sole,

Pallidus maeſtas ſpeculare terras.

ubi *Squallidus* legit Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 10. ex Ovidio II. Met. 381.

Squallidus interea genitor Phaëthontis, & expers
Ipſe ſui decoris.

Infra Carm. 84. 16. *Jacebis inter arva ſquallidus ſitu.* pro quo *pallidus* in Voſſiano, ut ex Scheda veteri adfert Scaliger. Sed vulgatam hoc in loco vindicare poteſt oppoſitio ſequentis verſus, *Qui quondam ruber & valens ſolebam.* ubi *ruber* pallido, & *valens* confecto opponuntur. Juvenalis Sat. I. 43.

Partes quiſque ſuas ad menſuram inguinis heres
Accipiat ſane mercedem ſanguinis, & ſic
Palleat.

ubi vetus Scholiaſtes: *Palleat. nimia coitus libidine fatigatus.* infra Ep. XXXIII.

Uvis aridior puella paſſis, Buxo pallidior.

vide Elmenhorſt. ad Apulej. IX. Met. pag. 286. & Caſaub. ad Perſium Sat. III. p. 301. & hinc de ſe Ovidius Lib. I. ex P. 10. v. 27.

Parvus in exiles ſuccus mihi pervenit artus:
Membraque ſunt cera pallidiora nova &c.
Non vires adimit Veneris damnoſa voluptas,
Non ſoles in maeſtos illa venire toros.

confectus eodem hic ſenſu, quo ſupra Ep. XXII. *Defectus pueroque feminaque.* ubi *Defectus* non eſt *carens feminâ*, ut exponit Scioppius, ſed laſſus, marcidus, & languidus. Suetonius Ner. cap. 29. *cum conficeretur a Doryphoro liberto.* ubi vide Doctorum notas. *peragere* id dicitur infra Ep. XXXIV.

Quae tot nocte viros peregit una.

Ideſt confecit, exhauſit, ad languorem dedit, inepte enim idem Scioppius *peragere virum* illic explicat pro experiri. Sed vide Gonſalium ad Petron. cap. XVII. pag. 81. & Barthium ad Paulin. Petroc. Lib I. v. 212. p. 38 *gladiatores viliſſimi ſenioque confecti* Suetonio Calig. 26. & equus Circenſis emeritus *ſenio confectus* Ennio apud Cic. de Seneſt. cap. 5.

Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.

vide ipſum Sciopp. in Infam. Fam. Stradae p. 92. Avienus Fab. XXXIV. *Confectus ſenio, poſtquam gravis adfuit aetas.* ubi male *collectus* in cod. Sangermanenſi, & duobus Colbertinis, ab Heinſio collatis. ſic *morbo, curis, dolore, ſenio,* & *annis confectus.* vide ſupra ad pag. 171. hujus Voluminis, & p. 292. *Defectus annis, defectus ſenecta,* & ſim. paſſim obvia. vide Cellar. Latin. Reſtit. pag. 62. & quae notavi ad Tom. I. p. 89. eleganti etiam metaphora *confectus* hic ab arena & gladiatoribus deduci poſſet, pro enectus, proſtratus. de quo vide ad Tom. I. pag. 316 & 705.

Qui quondam ruber & valens ſolebam Fures caedere, quamlibet valentes] *quantumlibet furentes* codex Wittianus, & in margine *valentes.* an forte in voce *furentes* latet ſcriptura *ruentes?* adeoque legi poſſet, *Fures caedere, quamlibet ruentes.* certe *valens* & *valentes* hic non admodum concinne junguntur, ut *fures furentes* auribus ingratum eſſet, ſi Wittiani codicis lectio reciperetur. *ruentes* autem, qui inſtar tauri *in Venerem ruunt*, ut ait Horatius Lib. II. od. 5. Ovidius Epiſt. I. 88.

Turba ruunt in me luxurioſa proci.

& Lib. I. A. A. v. 119. de Sabinarum raptu,

Sic illae timuere viros ſine more ruentes.

Virgil. III. G. 244.

In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem.

valens certe priore verſu ab omnibus codicibus agnoſcitur, notatque viribus vegetum & in iſta palaeſtra fortem. ut Aſcyltus apud Petron. cap. VIII. *niſi valentior fuiſſem, dediſſem poenas.* infra Ep. 70.

E quibus ut ſcires quicumque valentior eſſet.

Ca-

Defecit latus, & periculosam
Cum tussi miser exspuo salivam.

Ep. XXVII. ad Priapum.

Deliciae populi magno notissima circo
Quinctia vibratas docta movere nates:
Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
Ponit, & adducta tympana pulsa manu.
Pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat,
Tentaque ad exemplum sit sua turba Dei.

Catullus Carm. xc. de Gellio:

—— *cui tam bona mater,*
Tamque valens vivat, tamque venusta soror.

ad quem locum vide Mureti notas. Propertius Lib. II. El. 18. 24.

—— *saepe est experta puella,*
Officium tota nocte valere meum.

Ovidius III. Am. 7. 65.

Quae (membra) *nunc ecce rigent intempestiva, valentque,*
Nunc opus exposcunt, militiamque suam.

supra Ep. ix.

Nec Mavors illum, per quem valet, occulit ensem.

ubi vide Sciopp.

Defecit latus] *Deficit* in primo Mediceo. *Latus deficit* in Vaticano, & ed. Brix. Vincent. & Veneta. reliqua sic constituebat Tollius,

Defecit latus, &, (periculosum!)
Cum tussi miser exspuo salivam.

tales exclamationes, parenthesi inclusas, innumeris veterum locis extruserunt librarii vel corruperunt. ut multis exemplis ipse Tollius ostendit in notis ad Auson. pag 505 & 506. & plura adduxi ad Tom. I. pag. 196. 344. & alibi. Hoc tamen in loco illam Tollii conjecturam minus opportunam arbitror. *periculosam* enim *salivam* hic capio, quae *cruenta sputa* dicuntur Propertio, eleganti lenae decrepitae & immundae descriptione, Lib. V. El. 5. v. 66.

Vidi ego rugoso tussim concrescere collo,
Sputaque per dentes ire cruenta cavos:
Atque animam in tegetes putrem exspuere paternas,
Horruit algenti tegula curta foco.

& sic anum Aeliam cum tussi dentes exspuentem describit Martialis Lib. I. Ep. 20.

Ep. xxvii. *Quinctia vibratas docta movere nates*] *libratas* Heinsius ad Ovid. Epist. III. 125. ex vetusto, ut ait, codice. has certe voces frequenter in MSS. commutatas patebit ex ejusdem notis ad Lib. II. Am. 6. 11. & Drakenb. ad Silium Ital. xiv. 165. simile illud Auctoris Copae,

Crispum sub crotalo docta movere latus.

infra Ep. 84. *verset arte mobilem natem.*

Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo Ponit, & adducta tympana pulsa manu] *obducta* in Vossiano. *abducta* in Mediceo primo, utroque Fabricii, & Wittiano. sed *adducta manu tympana* & *cymbala pulsare* recte se habet. Propertius Lib. III. El. 15. 33.

Mollia Dircaeae pulsabunt tympana Thebae,
Capripedes calamo Panes hiante canent.
Vertice turrigero juxta Dea magna Cybebe
Tundet ad Idaeos cymbala rauca choros.

ubi primo versu *pulsabunt cymbala* & ultimo *Tundet ad Idaeos tympana*, &c. forte substituendum esse, ad ipsum Propertium erit videndum. hoc autem in loco *adducta manu* egregie firmatur ex statua marmorea, quae musicum cymbala manibus adductis concutientem refert, apud Rubenium Lib. II. de Re Vest. cap. 17. ubi ad loci hujus illustrationem legi merentur, quae de cymbalis, scabillis, & crotalis observavit. tales crotalistrias saltantes exhibet Sponius in Miscell. Erud. Antiq. pag. 21. & Recherch. d'Antiq. pag. 151 & seqq. & statuas Faunorum crotala manibus quatientium Begerus in Thes. Brandenb. Vol. III. pag. 251. Adde Scaligerum ad Auctorem Copae v. 2. & quae illic notavi, Tom. I. hujus Operis pag. 708 & 709. similis crotalistria & cymbalistria Melissa apud Petron. cap. 61. ubi vid. N. Heinsium.

Pro quibus ut semper placeat spectantibus] sic in omnibus codd. & vett. edd. vitiose in Scioppiana *placeant*. cymbala nempe & tympana. sed *placeat* ad Quinctiam referendum est. *placere* hic eo sensu, quo citharoedi & histriones dicuntur populo *placuisse*. ut in inscriptione apud Gruter. pag. cccxxxi. 7. CANTAVIT, SALTAVIT, PLACVIT. quas es adfert etiam P. Victorius Lib. XXXVII. Var. Lect. cap. 8. vide ad Tom. I. pag. 624.

EP. XXVIII. PRIAPUS.

Tu, qui non bene cogitas, & aegre
Carpendo tibi temperas ab horto:
Paedicabere fascino pedali.
Quod si tam gravis & molesta poena
Non profecerit: altiora tangam.

EP. XXIX. AD PRIAPUM.

Obscoenis, peream, Priape, si non
Uti me pudet, inprobisque verbis:
Sed quum tu posito Deus pudore
Ostendas mihi coleos patentes,
Cum cunno mihi mentula est vocanda.

EP. XXX. AD PRIAPUM.

Falce minax, & parte tui majore, Priape:
Ad fontem, quaeso, dic mihi qua sit iter.

EP. XXVIII. *Tu qui non bene cogitas*] eadem significatione, qua Dido apud Ovid. Epist. VII. 29. *Nec tamen Aeneam, quamvis male cogitat, odi.* Cic. VIII. ad Fam. Ep. 12. de Appio, *occultum bellum mihi indixit; ita occultum tamen, ut multi mihi renuntiarent, & ipse facile animadverterem, male eum de me cogitare.* Seneca Epist. IX. *Qui se spectas, & propter hoc ad amicitiam venis, male cogitas.* contra *bene cogitare* apud Cic. II. Philip. cap. 14. *ego autem, quod bene cogitasti aliquando, laudo.* vide notas ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 13.

fascino pedali] *fuscina* male in ed. Vincent. Brix. & Veneta. *contum pedalem* supra vocat Carm. XI.

profecerit] *perfecerit* cod. Wittian.

EP. XXIX. *Obscoenis, peream*] *poteram* in Vaticano, ed. Brix. Vincent. aliisque.

inprobisque verbis] *improbis probisque* in primo Mediceo, secundo Heinsii, Vossiano, utroque Fabricii, & Wittiano. paullo post *Ostendis* in eodem Wittii codice, Vaticano, & edd. antiquis.

EP. XXX. *Falce minax, & parte tui majore, Priape*] explicat hoc Epigramma & cum sequenti connectit Bosius ad Cic. Epist. ad Attic. pag. 15. certe in codice Wittiano, Veneta 1480. & utraque Aldi editione haec duo Epigrammata conjunguntur; & recte, ut opinor, altero enim disticho respondet hospiti viam ad fontem roganti Priapus. vulgatis consentiunt ed. Vincent. Brix. & altera Veneta. *minans* in primo Fabriciano, ut in carmine Phocae de Vita Virgilii, quod edidi Tom. I. pag. 370. in codice Scaligeri legitur

Hic ubi languores & fata minacia sensit.

pro quo *minantia* edidit Pithoeus. Ita passim in codicibus MSS. *pugnans* pro *pugnax*, *vigilans*, pro *vigilax*, & sim. de quibus plura Heins. ad Ovid. II. Am. 6. 23. & II Met. 779. Drakenb. ad Sil. Ital. IV. 235. vide & ad Tom. I. pag. 307. *ex parte* in Mediceo primo, Vaticano, & utroque Fabricii. & in edd. antiqq. *Priapi* Wittian. *Falce minax*, ut apud Columellam Lib. X. 34. de Priapo,

Terribilis membri, medio qui semper in horto
Inguinibus puero, praedoni falce minetur.

Virgilius IV. G. 110.

Et custos furum atque avium cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi.

& in Culice v. 85.

Illi falce Deus colitur non arte politus.

Tibullus Lib. I. El. I. 22.

Terreat ut saeva falce Priapus aves.

EP. XXXI. PRIAPVS.

Vade per has vites, quarum si carpseris uvas,
Quas aliter sumas, hospes, habebis aquas.

EP.

Auctor Copae v. 23.

Est tuguri custos armatus falce saligna,
Sed non & vasto est inguine terribilis.

infra Ep. XI.

Saeva nec incurva vulnera falce dabo.

supra Ep. VI.

Quod sim ligneus, ut vides, Priapus,
Et falx lignea, ligneusque penis.

ubi *fax* vitiose in ed. Scalig.

Ad fontem] Solent advenae, qui aquaturi eunt, sciscitari obvios de fonte. Unde Cicero proverbialiter dicit, *Digitum ad fontem intendere*: pro eo, quod est, δεικνύς, &, ut Aeschylus loquitur δακτυλοδείκτως, & quasi manu ad aliquid ducere. Idcirco ita intelligendus insignis locus Juvenalis: (Sat. XIV. 104.)

Nec monstrare vias eadem nisi sacra colenti,
Quaesitum ad fontem solos deducere verpas.

id est, Moses vetuit nisi sacra eadem colentes, hoc est jus Judaicum, ad mysteria illa admitti: ut qui eam doctrinam quaerunt, excludantur, nisi eamdem legem colant. Unde apparet Grammaticos perperam ad fabulosum fontem Corn. Taciti haec retulisse: quum sit proverbium, *quaerere fontem*. Hic vero non est proverbium, sed simplex sensus. Quur autem ignotus, & ignarus viarum a custode hortorum quaerit viam ad fontem. quum ipse custos intra septa hortorum esset? Sciendum Priapos, & Hermas, vel Hermulas, & Marsyas etiam in compitis, triviis, & quadriviis poni solitos, cum virga in manu, quae monstraret iter ad fontem. Et quantum ad Deos viales, ut vocat Plautus, nihil intererat, Mercurii an Priapi essent. Quin & Mercuriis ipsis & Terminis vialibus veretra longa, & immania, ut Priapis, attribuebantur. Quod & ego Romae in aedibus Cardinalis de Caesiis vidi, & patet ex dicto Philosophi, qui in gulosum, & libidinosum adolescentem tempestive lusit, quod similis esset τοῖς Ἑρμαῖς, qui nihil nisi caput, & penem haberet. Ergo Priapi, seu Hermae Dii viales, qui & digitum intendebant ad fontem. In numismate argenteo ab una parte Mercurius petasatus, ab altera viator cum pedo, & cane insculptus est. Quare hic Priapus, quem interrogat viator, non magis est custos vitium, quam viarum. vel potius utrorumque. SCALIG.

Ad fontem, quaeso, dic mihi, qua sit iter] optime in secundo Heinsii codice, Broukhusiano, & Wittiano, *da mihi*, cujus glossam sapit vulgatum *dic mihi*. notum illud Virgilii Ecl. I. 19.

——— *iste Deus qui sit, da Tityre nobis.*

ubi vid. Serv. & ad III. Aen. 85. *Da propriam Thymbraee domum*. adde Nonium Marc. pag. 278. nec raro etiam apud alios scriptores ita variatur, vocemque hanc corruperunt librarii. Horatius Lib. II. Sat. 8. 4.

——— *da, si grave non est,*
Quae prima iratum ventrem placaverit esca.

ut in multis edd. exstat. licet *dic* ex MSS. praeferat Bentlejus. apud Senecam in Troad. 601. *Danai da credant tibi*. pro fac credant. ut emendat Heins. Lib. I. Advers. 15. vulgo, *Danaidae credent tibi*. Avienus Ora Marit. v. 32.

——— *Sallustium*
Noram id dedisse, dicta & ejus omnibus
Praejudicatae auctoritatis ducier.

Valerius Fl. V. 219.

Incipe nunc alios cantus, Dea, visaque nobis
Thessalici da bella ducis.

ubi vid. Bulaei & Patrui mei notas. & ad Lib. V. 507. & ad Ovid. VI. Fast. 434. vocis etiam hujus elegantiam illustravit Barthius ad Phoebadium pag. 78. sic *dare sententiam* pro dicere. de quo Bernartius ad Statii Lib. III. Sylv. 3. pag. 352. ed. Cruc. & Torrent. ad Suet. Claud. cap. 15. vel *da mihi* hic idem notat, quod ostende, quia viam sibi ad fontem monstrari rogat. de quo verbi usu egit Joh. Schultingius ad Senec. Controv. pag. 214. Ideo autem Priapum haec rogat viator, quia illius & Mercurii statuae ponebantur in viis publicis, ut locorum ignaris monstrarent, qua eundum foret, & utrique adtribuitur fontium indicium, vide hic Scaligerum, cujus verba, ut saepe, descripsit Scioppius. plura Meursius Spicileg. ad Theocrit. pag. 147. & Huetius in notis ad Antholog. Gr. pag. 33.

EP. XXXI. *quarum si carpseris uvas*] *unam* primus Mediceus, alter Heinsii codex, & Wittianus. *sed si quam carpseris uvam* legit Heins. ad Ovid. III. A. A. v. 95.

Quur aliter sumas] Eodem recidit & alia lectio, *Quas aliter sumas, hospes, habebis aquas*. Minatur illi τὴν τόμαρον μάλκειν Quare opus ei lotione ad os. Idcirco Martialis:

Qua tibi parte opus est, Gellia, sumis aquam.

Num & illa quoque τὸ τόμα ἐμολύνετο, ὡς ἐλαιφίνιζε. Igitur, aliter sumes aquam, quam instituc-

Quas

EP. XXXII. PRIAPVS.

Donec proterva nil mihi manu carpes,
Licebit ipſa ſis pudicior Veſta:
Sin: haec mei te ventris arma laxabunt,
Exire ut ipſa de tuo queas culo.

EP. XXXIII. PRIAPVS.

Uvis aridior puella paſſis,
Buxo pallidior, novaque cera:

Col-

TAS. Nam quae tibi ad bibendum, & ad eluendum os opus erit. Non ignoro quomodo alii interpretati ſint. Ego ſane ita ſimpliciter malo. SCALIGER.

Quas aliter ſumas, hoſpes, habebis aquas] *Cur aliter* Medic. primus, uterque Heinſii codex, Vatican. duo Fabricii & Voſſian. cum editione Aldi utraque; quod etiam adſcripſerat H. Junius & Eggelingius. *Quur* in Broukh. & Wittiano, in quo *ſumes* a manu pr. *aquam* in pr. Medic. binis Heinſianis, & utraque Ald. vulgata eſt in edd. vetuſtioribus. expoſitionem Scaligeri firmat illud Martialis Lib. III. Ep. 87. *Tecta tamen non hac, qua debes, parte lavaris.* Senſum hujus loci, & locutionem *ſumere aquam* bene etiam contra Merulam expoſuit Marius ad Ovid. III. Am. El. 7. v. ult. perperam enim Scaliger in Scaligeranis pag. 9. & ad Propert. Lib. IV. pag. 264. illum Naſonis locum *Dedecus hoc ſumta diſſimulavit aqua*, explicuerat de veſica exonerata. Melius certe G. Canterus Lib. I. Novar. Lect. 10. Hier. Mercurialis Lib. VI. Var. Lect. cap. 6. & Heinſ. ad Ovid. III. A. A. 95. haec interpretati ſunt de more, quo aqua ſe abluere & purgare ſolebant poſt Veneris uſum. alio ſenſu *ſumere aquam* ſimpliciter pro bibere, apud Tibull. II. 1. 14.

Et manibus puris ſumite fontis aquam.

& Ovid. II. Am. 19. 32.

—— *e magno flumine ſumat aquam.*

ubi Marius ex MSS. praefert *potet aquam*, ſed quod alterius gloſſema eſt. vide illic Patrui mei notas, & ad VII. Met. 450. Lipſium Lib. I. Antiq. Lect. cap. 12. & Meurſ. Lib. IV. Critic. Arnob. cap. 12.

EP. XXXII. *Donec proterva nil mihi manu carpes*] male in cod. Wittiano ſic tranſponuntur haec verba, *Donec carpes proterva nil mea manu. mea manu* etiam in primo Medic. & Voſſian. *nihil mei* Eggelingius. *nil mei* ed. Vincent. Venet. & Aldina utraque, quod probo. Ovidius Epiſt. XVII. 28. *ulterius nil habet ille mei. nil mei* hic eſt, nil eorum, quae in mea ſunt tutela. alio ſenſu *partem mei* dicit Ep. XLIX. quo ſupra etiam legendum conjeci Ep. IX. *Cur obſcoena mei pars ſit ſine veſte.* ubi vide, altero verſu *pudicitior* in Medic. pr. Wittiano, ed. Vincent. & Ven. 1487. quod ſaepe in MSS. ut in tribus codicibus Voſſianis apud Martialem Lib. II. Ep. 54. *Et qua parte velit pudicitiorem.* pro *pudiciorem.* tertio verſu *te mei* in Vaticano. deinde *laſſabunt* in Broukhuſiano. male. vulgatum *laxabunt* reliqui omnes agnoſcunt. Ep. XVI. *laxior redibis.* Ep. XVII. *Laxa quod eſſe mihi femina nulla poteſt.* Ep. XLVII. *Medis laxior, Indiciſque braccis.* ad quae loca Scioppii notae uſum vocis in his exponunt. & ſic de *Lydia laxa* Martialis Lib. XI. Ep. 22. In hujus autem verſus diſtinctione ſecutus ſum editionem Aldinam utramque, & Venetam 1480. *Sin: haec mei te ventris* &c. ex qua ſic etiam ad edit. Scaligeranae marginem correxererat Scriverius. idque bene Scioppius recepit, docuitque uſum elegantem hujus particulae ſic ſeparatim poſitae, pro *ſi minus*, *ſin autem*, ſi aliter feceris. de quo eumdem vide Scioppium Lib. III. Suſpect. Lect. cap. 7. Zinzerling. in Promulſ. Crit. cap. 7. Manut. ad Cic. IV. ad Fam. Ep. 1. & Miſcell. Obſerv. Vol. III. Tom. II. pag. 278. male in Brix. Vincent. altera Veneta, & Scalig. ed. *Sin haec mei te ventris* &c.

ſis pudicior Veſta] Pudica matrona, quae marito contenta eſt. At hic *pudica*, quae omnino virum ignorat. Plautus:

Tam a me pudica eſt, quam ſi ſoror ſiet.

& *ſignatam virginem* in eum ſenſum dixit Lucillius, illaeſam, inviolatam. Terentius dixit *integram a viro.* Cui reſpondet contrarium, *imminuta virgo.* Imminuere virginem διαπαρθενεύειν. Apulejus: *Coram virginem imminuiſſet parata conſtantia.* & Plautus: *imminuere pudorem.* utitur & Arnobius, ſcriptor eruditiſſimus, neque magiſtellorum auribus commendandus. SCALIGER.

EP. XXXIII. *Uvis aridior*] Etiam Graeci hominem exuctum ἀσταφίδα vocant. Lucillius *paſſos ſenes* dixit, Perſius *apricos.* SCALIGER.

Buxo pallidior] Etiam Graeci τοὺς ὠχροὺς πυξίνους vocant. SCALIGER.

novaque cera] Aliter Catullus, *Hoſpes inaurata pallidior ſtatua.* SCALIGER.

Sss 2 Uvis

Conferendus

— — Collatas sibi quae suisque membris
Formicas facit altiles videri:
Cujus viscera non aperta Tuscus
Per pellem poterit videre haruspex:
Quae succo caret: ut putrisque pumex,
Nemo viderit hanc ut exspuentem:

Quam

Uvis aridior puella passis] festiva puellae macilentae ac rugosae conparatio cum *uvis passis*, hoc est Sole adultis ac fere siccatis. ut apud Claudianum Lib. I. in Eutrop. 111.

Jamque aevo laxata cutis, sulcisque genarum
Corruerat passa facies rugosior uva.

ubi vide N. Heinsium quo loco pro *Corruerat* Pricaeus *Aruerat* conjecerat, ut hoc ipso versu *uvis passis aridior*. Heinsius vero *Marcuerat*. pro quo *Horruerat* Patruus meus ad Sueton. Othon. cap. 10. Sed *Corruerat* loco movendum non arbitror, aptum enim verbum est de facie collapsa & propter cutem aevo laxatam flaccida ac pendente. de hac *uvarum passarum* conparatione agit etiam Gevartius in Lect. Papin. cap. XLIV. p. 119. ubi *marcentes uvas*, & *marcida vina* optime contra Calderinum exponit, & a Theocrito cum senectute conferri *ἀσταφίδα*, sive *uvam passam*, observat. vide etiam Hadr. Junium in Adagio *Uvae passae similis*, pag. 635. ed. Basil. *arida* vero puella hic dicitur, quae *succo caret*, ut mox v. 7. & quam *succi plenae* opponit Terentius. vide Patrui mei notas ad Suet. Aug. cap. 77. fin. elegans autem translatio a frugibus ad puellas, qua cum floribus senescentibus ac flaccidis decrepitas, aut uvae inmiti atque acerbae protervas conparant. huc faciunt, quae notarunt Casaub. Lect. Theocrit. cap. XXI. & Torrent. ad Horat. Lib. II. od. 5. 10.

Buxo pallidior, novaque cera] pariter apud Ovid. IV. Met. 134. *oraque buxo Pallidiora gerens*. & I ex P. 10. 28.

Parvus in exiles succus mihi pervenit artus,
Membraque sunt cera pallidiora nova.

XI. Met. 417.

——— buxoque simillimus ora
Pallor abit.

infr. Ep. LII. *Magisque cera luteum nova primum*. vide Titii & aliorum notas ad illud Nemesiani Ecl. II. 41.

Pallidior buxo, violaeque simillimus erro.

ubi tamen ex Ovidio, sed loco non indicato, adfertur,

Pallidior buxo vultus amantis erat.

qui frustra in Nasone quaereretur. nam eum inmutavit Titius ex Epist. I. 22.

Frigidius glacie pectus amantis erat.

Apulejus Lib. VIII. Met. p. 211. *Buxanti pallore trepidus*.

Collatas sibi quae suisque membris] *Collatasque sibi* Vatican. & primus Fabricii. ed. Vincent. Brix. & Ven. *Collatasque tibi* secund. Fabric. Sed vulgata recte se habet.

Formicas facit altiles videri] illustrant haec quae habet Hadr. Junius in Adagio, *Prae formicis exiles*, p. 196. eleganter *formicas altiles* vocat pingues. Glossarium MS. Vossianum, *Altilia, studio saginata, vel volatilia. Altilis, pasta alendo.* ubi scribe, ut in aliis Glossis ineditis, *Altilis, pasta, ab alendo*. & sic Nonius Marcel. pag. 72. ed. Merc. *Altile, non solum pingue, ab alendo, verum etiam opulentum.* ut scribendum ex cod. Vossiano. male Auctor Glossarii Leidensis MS. *Altilia, saginata, de avibus tantum dicitur.* in Glossis Latino Graecis *Alatiles, σιτισταί*. ubi *Altiles* scribendum. Glossarium ineditum Isidoro subjunctum in Biblioth. Leidensi, *Altilia, studio saginata, volatilia.*

Cujus viscera] A Plauto accepit: (Aulul. III, 6. 28)

Quin exta inspicere in Sole etiam vivo licet.
Ita is pellucet, quasi laterna Poenica.

aperta viscera intelligit, quum apertus est venter. Nam alioqui rimari exta, hoc est *θυοσκοπεῖν*, vocabant *Fissiculare*, a fisso jecoris: ut a misso *Missiculare*. Apulejus de Daemonio Socratis: *vel somniis confirmandis, vel extis fissiculandis.* Martianus: *fissiculatis extorum proficiis.* Idem alibi: *Haec aruspicio exta fissiculant admonentia quaedam.* Dolendum autem in utroque scriptore falso *Physiculare* scriptum esse, tamquam *παρὰ τὴν φύσιν* esset. Porro *Fissiculare* Graeci vocarunt *καρδιουλκεῖν*: & *καρδιουλκίαν* *Fissiculationem*. Videndum tamen, an *Physiculare* sit *ἀπὸ τοῦ φυσικεύεσθαι*. Nam aruspicina rimans exta idem facit, quod ἡ ἀνατομικὴ, & medicina, quae pertinet ad *φυσικήν*. SCALIGER. vid. H. Grotii notas ad Martian. Capell. pag. 5. & Colv. ad Apulej. pag. 222.

ut putrisque pumex] *Putrem pumicem* dici recte, non ignoro. sed *τὸ que* nihil quam tibicen est ad fulturam versus. Veteres editiones, ad quas semper confugio, habent *atque putris pumex*. Lego:

Quae succo caret, atque petra pumex.

etiam ita vulgo vocamus. Quin & petras ipsas, & tophos, *pumices* vocabant, ut patet ex lectione Poëtarum, qui antra subinde describunt

vi be

Quam pro sanguine pulverem scobemque
In venis medici putant habere:
Ad me nocte solet venire, & adfert
Pallorem, maciemque larvialem

Ductor

topoo laqueata, ac pumice vivo. Ut autem dicimus eleganter, *amo te atque fratrem germanum:* sic hic,

Quae succo caret, atque petra pumex

Est autem petita ὑπερβολὴ ex eodem Plauto:

Pumex non aeque est aridus, atque hic est senex.

SCALIGER.

Quae succo caret ut putrisque pumex] Haec est lectio editionis Aldinae anni 1534. quam secutus est Scaliger. & sic legebant Avancius & Eggelingius. ut *putris lapis* Plinio Lib. X. Epist. 48. neque aliter adfert Scaliger ad Varron. p. 138. licet hic in notis suis emendet *atque petra pumex.* Aldus tamen in ed. priore an. 1517. dederat *utque putris pumex.* quomodo in ed. Vincent. Brix. & Veneta utraque. & sic producit Lindenbr. ad Terent. Eun. II. 3. p. 600. Sed copula certe abundat in utraque lectione, & metro obstat altera. *utque petra pumex* in ed. Scoppii. ut adfert etiam Salmasius ad Solin. T. I. pag. 254. & Pontanus ad Macrob. II. Sat. 7. p. 670. ut *aeque caret* subintelligatur. *usque putris pumex* in primo Mediceo. *usque putri pumex* in secundo Heinsii, Broukhusiano, & Wittiano. *usque putris* in secundo Fabricii. *utri putrix pumex* primus Heinsianus. *putrex usque* in Vaticano. *putrix* enim saepe in MSS. pro *putris.* ut *locuplex* pro *locuples.* de quo Colv. ad Apulej. pag. 17. aliter Isaacus Vossius, qui in notis ad Catull. pag. 2. legendum conjicit,

Quae succo caret, atque putra pumex.

contenditque *putris* & *putrus* veteribus eodem modo dictum, ut *hilaris* & *hilarus*, *sterilis*, *sterilus*, & sim. vid. Casaub. ad Theophrast. pag. 298. *petra pumex* probasse videtur Broukhusius; nam margini codicis sui adscripserat, *petram pumicem* dici, ut *ventus turbo* apud Plautum Curc. Act. V. Sc. 2. & Trinum. Act. IV. Sc. I. & *avis aquila* apud Luc. Septimium. ut *perusta pumex* legere Melissum, notaverat Heinsius, sed qui ipse amendabat,

Quae succo caret, ut persa pumex.

sic *lapides adesi* Horatio Lib. III. od. 29. 36. *exesi viscera montis* apud Silium Ital. Lib. V. 396. ubi vid. Drakenb. Ovidius IV. Fast. 495.

Est specus exesi structura pumicis asper.

Plinius VI. Epist. 16. *quamquam levium exesorumque pumicum casus metuebatur.* Seneca Lib. II. Nat. Quaest. 25. *rupes exesae & in levitatem pumicis versae.* emendandus est Severus in Aetna v. 420.

Quam levis excelso defecit robore pumex.

ubi vel cum Heinsio legendum *exeso.* vel cum Patruo meo *exusto.* ut v. 512.

Nam post exustae cretae quoque robora fundis.

ut correxerat Scaliger, quum legeretur antea, *Nam post exhaustam cretam. perosa pumex* recte feminino, ut apud Catull. Carm I.

Arida modo pumice expolitum.

quomodo adfert etiam Servius ad Virg. XII. Aen. 587. & probasse videtur Manut. ad Cic. III. ad Fam. Ep. 7. licet in aliis *Arido.* ut habetur apud Mar. Victorinum Lib. IV. Orthogr. pag. 104. quod defendit in notis suis Achilles Statius pag. 21. & imitatione sua firmare posset Martialis Lib. VIII. Ep. 72.

Nondum murice cultus, asperoque
Morsu pumicis aridi politus.

Idem Heinsius quoque hic tentaverat, *ut porosa pumex.* ut apud Plinium Lib. XXXVI. 6. *rursusque Thebaica arena politur* [illegible] *atque ara pumice.* similiter apud eumdem Severum v. 465. Heinsius quoque castigandum censebat,

Nam subito efferveat porosae incendia rupis.

nunc mendose editur *onerosa incendia rupis.* pro quo *operosae rupis* Vlitius ad Gratium v. 450. Sed hoc quidem in loco, priorem Heinsii conjecturam praefero.

Nemo viderit hanc ut exspuentem] *hanc nisi exspuentem* in primo & secundo Fabriciano. *exscreantem* Scaliger ad Varron. pag. 138. sed vide supra ad Ep. xxv.

Cum tussi miser exspuo salivam.

Larvalem] Lego cum doctissimo Turnebo *larvialem.* Est enim ἐπίθετον poëtica, ut apud Ennium:

Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.

Nam analogia, & usus postulat *Carthaginensis.* Quare errat Priscianus, & qui eum secuti, qui semper *Carthaginiensem* non *Carthaginensem*, ex illo Ennii versu dicendum esse colligunt. SCALIGER.

maciemque larvialem] ita edidi, ut correxerat Turnebus Lib. XIII. Advers. cap. 22. adsentiente Scaligero. *larualem* edd. vetustae. *laruālem* Aldus. & sic Taubmannum ad Plauti Menaechm. Act. V. Sc. 5. 5. legisse notaverat Broukhusius, qui remittebat ad Cylenium in Tibull. pag. 443. forte ut *siluae*, *soluit*, *suāvis*, & sim. *larvalem* in Broukhusii & Wittii codice, primoque Heinsiano. & sic Eggelingius. metro hic obstante. vi-

Ductor ferreus insularis, aeque
Laternae videor fricare cornu.

EP. XXXIV. PRIAPVS.

Naïdas antiqui, Dryadasque habuere Priapi:
Et, quo tenta Dei vena subiret, erat.

Nunc

de ad Ep. XII. 13. ubi emendabat Heinsius,

Qui tanto patet indecens hiatu
Lucali macie, eminente naso.

Ductor ferreus insularis] *Ducere ἐλαύνειν. Insularis*, quia in insulis multa metalli, ad quas deportabantur damnati adopus in metallis faciendum. Igitur tamquam χαλκουργός τις videor mihi ferrum ducere: aut tamquam laternae fricare cornu. Est autem Eclipsis in utroque versu. Nam *ductor ferreus*, intellige, videor mihi fricare ferrum, &, *Laternae videor fricare cornu*, subaudi Laternarius, aut laternae opifex, videor mihi fricare laternae cornu. SCALIGER.

Laternae videor fricare cornu] Laternae olim, ut [illegible] in Aulularia: *Quis Vulcanum in cornu conclusum gerit?* fiebant etiam ex vesicis. Martialis Apophoretis, Lemmate *Laterna ex vesica* LXII.

Cornea si non sum, numquid sum fuscior? aut me
Vesicam, contra qui venit esse putat. LINDENB.

Fricare cornu] Nam laterna ex cornu. & Plautus de cornea laterna intelligit: *Totus pellucet, quasi laterna Poenica.* SCALIGER.

Ductor ferreus insularis, aeque Laternae videor fricare cornu] male in cod. Wittiano

Ductor ferox insularis equae
Lanternae videor &c.

equae etiam in ed. Vincent. & Brix. *equeat* in Veneta secunda. *aeque* in prima. *aequae* in Vatic. *eque Laterna* legebat Barthius Lib. XXI. Adverf. 10. *atque* Scioppius in notis ad hunc locum, & Lib. III. Verisim. cap. 12. ut *atque* pro illico, statim, dicatur. de quo Graevius in notis ad Lib. IV, Rhetoric. ad Heren. 29. quo sensu & etiam aliis in usu. vid. Huetium ad Manil. Lib. V. v. 632. Sensum hujus loci sic exponit Scioppius, videor mihi ductor ferreus in subigenda hac arida puella, & fricare cornu Laternae. eodem fere modo Thom. Munckerus Epist. ad N. Heins. Tom. V. Syllog. pag. 374. & similiter apud Petronium cap. 45. tentabat *de laterna equites*, hoc est cornu sicciores, decrepitos, pro vulgato *de lucerna*. licet aliter illum locum explicent viri eruditi. innuit idem quod Maximianus Eleg. I. 85. & seqq.

Quaerebam gracilem, sed non quae macra fuisset,
Carnis ad officium carnea membra placent.
Sic quod in amplexu delectat stringere corpus,
Ne laedant pressum quaelibet ossa latus.

lucem his versibus etiam contulit Parrhasius ad Claudian. I. Rapt. Proserp. 32. pag. 27. & in Quaesitis Epistolicis pag. 222. & Sam. Tennulius in libro de Igne pag. 45. Catullus Carm. XX.

Atqui corpora sicciora cornu,
Aut si quid magis aridum est, habetis.

ubi Isaacus Vossius in Observ. pag. 58. hunc locum ita interpretatur, ut innuat Priapus, se in amplexu exsuccae hujus puellae, instar Vulcani, qui est *ductor ferreus insularis*, quia Lemnus insula eius est sedes, frustra laborare, ut ille operam perderet in subigendo cornu, quod igne molliri nequit: cui Vossianae explicationi jam praeiverat Parrhasius locis modo indicatis. eo facit Plautus in Amphitr. I. I. 185. *Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris.* Vulcanus autem hic *ductor ferreus*, id est faber, dicitur. ut *ducere operas* de lanificis. vide notas ad Sueton. Ner. cap. 39. pag. 95. Forte hic etiam emendari posset, *Ductor ferreus insularisque*. quia Neptunus insulae Lesbi custos ac praeses. unde infra Ep. 37. *Tutela Lemni* dicitur. vid. Bapt. Pium ad Plauti Mostell. I. I. 18. tales enim *insularii* dicuntur. de quibus vide Reines. ad Class. I. Inscr. vet. N. 138. & notas Patrui mei ad Petron. cap. 95. p. 456.

EP. XXXIV. *Naiadas*] *Najades* prim. Medic. Vatic. & edd. antiqq. *Naidas* male in ed. Aldina, Scalig. aliisque. *Nayades* Witt. & *Dryades*. scribe *Naïdas*. ut edidi. & vide ad Lotich. Lib. III. Eleg. 8. pag. 226. 227.

Et quo tenta Dei vena subiret] *Et quae tanta* Wittianus, Broukhusianus, & ed. Ven. *Et quae* etiam in secundo Heinsii, unde ipse legebat, *Et quas tenta D. v. subiret*, pro iniret. sic *tanta* & *tenta* variantur supra Ep. XX. ubi vide. *quod tenta* emendaverat Francius.

Vena subiret] *Vena*, ἡ ψωλή. Persius:

Quum morosa vago singultiet inguine vena.

&

Nunc adeo nihil eſt, adeo mea plena libido:
  Ut Nymphas omnes interiiſſe putem.
Turpe quidem factu: ſed, ne tentigine rumpar,
  Falce manu poſita fiet amica manus.

EP. XXXV. AD PRIAPVM.

Quum ſacrum fieret Deo ſalaci,
Conducta eſt pretio puella parvo,
Communis ſatis omnibus futura:
Quae quot nocte viros peregit una,
Tot verpas tibi dedicat ſalignas.

EP. XXXVI. PRIAPVS.

Paedicabere fur ſemel: ſed idem
Si prenſus fueris bis, irrumabo.
Quod ſi tertia furta molieris:
Ut poenam patiare & hanc, & illam,
Paedicaberis, irrumaberiſque.

EP.

& in Epigrammate:

—— ἀλλ᾽ ἀπὸ τηλῦ
Φῶς ἴθι, μὴ κλαύσῃς τὴν φλίβα δεξάμενος. SCALIG.

Nunc adeo nihil eſt] *adeo magna eſt* Avancius. deinde *adeo mihi plena* recte Vatic. ut correxerat Eggelingius. in ed. Vincent. Brix. & Veneta ſecunda, *Nunc adeo mihi eſt, adeo mihi plena libido. libido eſt* in Medic. pr. & Wittian.

Turpe quidem factu] *fatu* in primo Heinſii codice, in quo novum hoc erat Epigramma, a quatuor praecedentibus verſibus ſeparatum. *fatu* etiam legebat Avancius. & hoc probat N. Heinſius ad Ovid. XV. Met. 497. ſic *mira quidem dictu* apud Joſeph. Iſcan. Lib. I. 24. deinde *ſed ſi* pro *ſed ne* in eodem Heinſii codice. *ſine* in Witt. *tentigine rumpar* illuſtratur ex illis, quae notavit Rutgerſius in Venuſ. Lect. cap. x. pag. 288. 289. & Scioppius ad Ep. XXIII.

fiet amica manus] *amica Venus* in Wittii ac Broukhuſii codice. male. Martialis Lib. IX. Ep. 42. *Veneri fiet amica manus.* vel ſic tamen *manu* & *manus* eodem verſu cumulata offendunt. licet ita in codd. MSS. & edd. vetuſtis ac recentioribus legatur. An forte *Falce tamen poſita* &c.

EP. XXXV. AD PRIAPVM] PRIAPVS in Vatic.

Communis tamen omnibus futura] confer Domitii Marſi Epigramma de Bavio apud Philargyr. ad Virg. Ecl. III. v. 90.

Sed poſtquam alterius mulier communis utrique.
& quae ad illud notavi Tom. I. pag. 438.

Viros peregit] Martialis: *Et quae te faciet primo puella virum.* SCALIGER.

Quae quot nocte viros peregit una] male Scioppius *peragere* hic exponit *experiri.* ut videtur etiam Scaligero placuiſſe, ex loco Martialis, quem adfert. *peragere* hic eſt exhaurire, exſorbere, viribus emungere. vide Gonſal. ad Petron. cap. XVII. pag. 81. id *conficere* dicitur Suetonio in Ner. cap. 29. ubi vide eruditorum notas. & ita hunc verſum exponit Carrio ad Valer. Fl. I. 146. cui adde Barthium ad Paulin. Petroc. Lib. I. v. 212. pag. 38. eodem modo illud Tibulli Lib. I. El. x. v. 60. *plures emeruiſſe viros* explicat Broukhuſius. & cum hoc loco confert: qui codici ſuo hic adſcripſerat, Scioppium ſuam expoſitionem potuiſſe lucrifacere, & notaverat, *peregit* hic eſſe, ad languorem dedit, tractumque a foro, ubi rei *peragi* dicuntur, qui damnantur. in fine *verpos ſalignos* in ſecundo Heinſii codice. ſed vide Lipſium Lib. III. Lect. Antiq. pag. 159.

EP. XXXVI.] priori connectitur in cod. Wittiano. totum deſideratur in edd. Vincent. Brix. & ſecunda Veneta. Catulli genium ſapere videtur. confer illius Ep. XVI. ad Aurelium & Furium.

Si prenſus fueris] ita recte edidit Aldus & Scaliger. neſcio unde in ed. Scioppii, *Si praeſens fueris bis.* in primo Mediceo *Si praeciſus eris, bis* &c. in Wittiano & Broukhuſiano, *Si prehenſus eris.* vide ſupra ad Ep. VI. & IX. deinde, *poenam patiaris hanc* in Voſſiano, & Holſteniano. *patiare hanc* Wittian. *patieris* in altero Voſſiano. unde legi poſſet, *Et poenam patieris hanc & illam.*

EP.

EP. XXXVII. PRIAPVS.

Notas habemus quisque corporis formas:
Phoebus comosus, Hercules lacertosus,
Trahitque Bacchus virginis tener formam:
Minerva flavo lumine est, Venus paeto:
Frontem comatos Arcadas vides Faunos:

Ha-

EP. XXXVII. *Notas habemus quisque corporis formas*] *corporis quisque* Wittian. *corporis quisquis* in Vaticano, & ed. Vincent. ac Veneta secunda. *quisque formas* in Brix. & Veneta priore.

Trahitque Bacchus virginis tener formam] Non minus recte in Mediceo primo, Holsteniano, & utroque Heinsii codice

Trahit figuram virginis tener Bacchus.

& sic Hadrianus Junius & Eggelingius. idque vulgatae libenter praefero. *Trahit figuram virginis celer Bacchus* in primo & secundo Fabricii, Wittiano, & Broukhusiano. ut in edd. Aldi, in quibus tamen recte *tener Bacchus*. nam corrupte *taeter* in utroque codice Heinsiano. In Vaticano, & ed. Vincent. Brix. ac Veneta secunda, *Trahitque virginis tener Bacchus formam.* optime haec illustrat Broukhusius ad illud Tibul. II. El. 3. 35.

Et tu, Bacche tener, jucundae consitor uvae.

Phoebus comosus] Statius Silv. IV. Lib. III. *Intonsque ostende Patri.* Phoebo scilicet, qui pater Aesculapii. LINDENBR.

Hercules lacertosus] Philostratus Icon. II. in Antaeo, ita Herculem depictum scribit: Γέγραπται δ' ἰσχὺς, οἷος, καὶ τέχνης ἔμπλεως, δι' εὐαρμοστίαν τοῦ σώματος. εἴη δ' ἂν καὶ πελώριος, καὶ τὸ εἶδος ἐν ὑπερβολῇ ἀνθρώπου ἐστὶν αὐτῷ καὶ ἄσθμα αἵματος, καὶ αἱ φλέβες. οἱ δ' ἐν ὠδῖνι θυμοῦ τινος ὑποδεδυκότος αὐτάς ἐστί. LINDENBR.

Minerva flavo lumine est, Venus paeto] *est* desideratur in primo Mediceo, Vaticano, & Wittiano, *Venus laeto* in primo Heinsiano, *claro* Wittian. in edd. Vincent. & Veneta, *Minerva flavo: lumine: Venus peto.* *flavo flumine* vitiose in ed. Brix. *flavum lumen* hic Minervae male tribuitur, quae saepe quidem *flava* Poëtis dicitur, sed capillorum non oculorum caussa. oculi enim Palladis minime paeti aut strabi, sed caesii, qui passim apud veteres laudantur, iisque *flavi* opponuntur. Palladis autem oculi semper laudati. ut vel ex solo Propertii loco patet Lib. II. El. 1. 14.

An contenta tibi Junonis templa Pelasgae?
Palladis aut oculos ausa negare bonos?

ubi vide Passerat. pag. 362. Recte igitur Vir doctissimus Antonius de Rooy in Spicileg. Crit. pag. 133. nuper animadvertit distinguendum esse: *Minerva flava: lumine est Venus paeto.* quod probo, nisi quod voculam *at*, quae versus sequentis initio male in nonnullis editionibus praeponitur, hic metri caussa inseri mallem:

Minerva flava: at lumine est Venus paeto.

lucem his adferunt veterum loca apud Fr. Junium III. de Pict. vet. 9. pag. 219. adhaeret autem hic versus Ovidio II. A. A. 659.

Si paeta est, Veneri similis: si flava, Minervae.

licet illic Heinsius, codicum vestigia secutus, ingeniose emendaverit, & conjecturam viris summis probaverit,

Si qua straba est, Veneri similis, si rava, Minervae.

ut Venerem, quae paeto lumine erat, ab invidiosis *strabam*, Minervam autem, quae caesios habebat oculos, *ravam* dictam innuat. *strabo* autem *lumine* est, qui Graecis παραβλὼψ ὀφθαλμοῖν. ut Homero Iliad. I. 499. & ex illius imitatione in Epigrammate Automedontis de mulis, in D'Orvillii Siculis p. 271. *ravum lumen* Graecia χαροπὸν ὄμμα. ut in loco Heliodori sub finem Lib. II. (quem adfert Junius) pag. 124. ed. Bourdel. ὀφθαλμοὺς ὑπὸ μὲν χαροπὰς, χαροπώτερος δὲ μελαινόμενος. Id optime Ovidii loco convenit, sed quum in hoc Epigrammate enumerentur notae & in Diis laudatae corporis formae, legi hic forsitan posset,

Minerva glauco lumine est, Venus paeto.

ut apud Anacreontem Od. XXVIII. 1.

Ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης,
Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης.

βλέμμα nempe. hinc γλαυκῶπις Ἀθήνη passim Homero dicitur. vide Cerdam ad Virg. VIII. Aen. 435. Tom. III. pag. 220. qui ad iratam Pallada hoc refert, quia glauci aut caesii oculi iracundis proprii, quod tamen non semper obtinet. certe *glaucos* oculos *quodam splendore perfusos* exponit Servius ad Virg. III. G. 82. de Venere *paeta* vide etiam Carpenteriana pag. 26 & 27. ubi observat, inde Poetos Numis Romanorum Consularibus Veneris caput insculpsisse. quales in Familia *Aelia* & *Considia* apud Ursinum, Vaillantium, & Morellium habentur.

Frontem comatos] In veteribus editionibus: *Frontem crinitos.* Sed neque versus constat, neque Fauni criniti pingebantur: neque hic *frons* pro parte, sed pro tota facie: τὸ πρόσωπον. Lego;

Frontem cruentos Arcadas vides Faunos.

id

Habet decentes nuntius Deûm plantas:
Tutela Lemni dispares movet gressus:
Intonsa semper Aesculapio barba est:
Nemo est feroci pectorosior Marte.

Quod

id est, rubentes. ut, *mora cruenta.* Nam quod rubenti facie pingeretur Pan, aperte docet Servius. Virgilius quoque, sed βυκολικῶς, allusit:

Pan Deus Arcadiae venit, quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem.

Porro, ut dixi, Fauni, & Sileni numquam criniti pingebantur, sed Ἀναφαλαντίαι καὶ σιλπνοί. Et quum unicuique Deo suum habitum attribuat: quare non distinxisset Bacchi formam a Satyris, & Faunis, si verum erat Faunos, & Bacchum comosos esse? Sed Fauni semper calvi. Quocirca Panes, Silvani, Satyri semper pingebantur manum obtendentes fronti pro umbraculo ad arcendum calorem Solis. quod non facerent, si comati essent. Glossarius Hesychii id testatur his verbis: ὑπόσκοπον χεῖρα. Αἰγόλῳ. ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες. οὕτω κελεύει σχηματίσαι τὴν χεῖρα, ὥσπερ τοὺς Πᾶνας ποιοῦσι. σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ σκῶψ. ubi Hesychius non ἀποσκοποῦντα ἀπὸ τοῦ σκωπὸς deducit, sed innuit τὸ σχῆμα, quod vocabatur σκῶψ, fieri manibus fronti obtentis: vel, manus fronti obtendere, id dici σκῶπα. Idcirco pro σκοπὸς bene in Hesychio correximus σκῶψ. Sic alibi: σκωπευμάτων. σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπούντων. Quod & Aristoteles indicat, loquens περὶ τοῦ σκωπός. Silius Italicus de Pane: (XIII. 341.)

Obtendensque manum, Solem infervescere fronti
Arcet, & umbrato perlustrat pascua visu.

Inde lux affertur Plinio, qui ait Antiphilum pictorem celebratum nobilissimo Satyro cum pelle Pantherina, quem ἀποσκοποῦντα appellant, id est manum fronti apponentem. SCALIGER.

At fronte crinita] Eleganter haec, ut omnia, emendat J. Scaliger. Posset tamen etiam legi: *At fronte cornuta Arcad.* Cornuti enim Satyri, nihilque hominum habent nisi faciem, dicit M. Capella. Quare autem cornuti pingantur, docet Fulgent. Mythol. Lib. III. *Ideo Satyri caprinis cornibus depinguntur, quia numquam novere satiari libidine.* LINDENBR.

At fronte crinita Arcades vides Faunos] sic quidem in edit. Scaligeri. *Fronte crinitos* in primo Mediceo, utroque Heinsii, Vossiano, Vaticano, utroque Fabricii codice, & edd. Vinc. Brix. & utraque Veneti. *Fronde crinitos* in Holsteniano. unde Heinsius conjecerat, *Fronde impeditos.* forte quia pinu coronati ac praecincti inducuntur Fauni. Aldus in prima ed. an. 1517. dedit *Fronde crinitos.* sed in altera an. 1534. *Frontem comatos*, ut Avancius, Hadr. Junius, & Eggelingius etiam correxerant. Scaliger vero in notis suis, repudiata veterum editionum lectione, locum hunc ita castigandum jussit, *Frontem cruentos Arcadas vides Faunos.* & ex Virgilii loco *cruentos Faunos* exponit minio infectos & rubentes. quod probat Scioppius, & Barthius ad Claudian. p. 30. quem etiam vide ad Stat. II. Theb. 228. hanc emendationem firmare posset Silius Ital. Lib. XIII. 332. ubi Pani *rubicundam frontem* adscribit. Faunis autem *crinitam frontem* hic adimit Scaliger, quia calvi sunt, ideoque manum fronti obtendentes finguntur, ad calorem Solis arcendum: ut videri potest in gemma Gorlaeana a Drakenborcho exhibita ad Silii locum v. 341. a Scaligero hic prolatum, in qua Faunus conspicitur manum fronti obducens, solemque sub pinus umbra arcens. Sed licet in capitis area, adtritis pilis adusta, calvi quidem inducantur Fauni, in fronte tamen capillorum seriem habent, fere ut Capucini. & ita saepe de calvis. ut apud Phaedrum Lib. V. fab. 8. *calvus comosa fronte.* & talem *calvum comatum* describit Martialis Lib. X. Ep. 83. sic Jul. Caesarem a vertice revocasse capillos, ut calvam tegeret, dicit Suetonius in ejus vita cap. 45. ubi vide Interpretum notas. Lindenbrogius vero, a Scaligeri emendatione diversus, tentabat, *At fronte cornuta*, Satyri quippe & Fauni cornuti, ut notum est. Sed quia codices fere omnes *Frontem crinitos* vel *comatos* exhibent, ultimam lectionem ceteris conjecturis praeferendam arbitror, & quia *crinitos* contra jambi legem, & alterius vocis interpretatio est, ideo in contextu reposui, *Frontem comatos Arcadas vides Faunos.* Facit huc sarcophagus apud Sponium in Miscell. erud. Antiq. pag. 303. N. 17. ubi *crinitus Faunus* ignem ollae suppositum ore inflat, decumbente Sileno, ut ostendit cantharus ei adpositus, non autem Patrono, ut perperam Sponius. vide & Begerum Tom. I. Thes. Brandenb. p. 18.

Habet decentes nuntius Deûm plantas] *nuntium Deus* in primo Fabricii, corrupte, pro *nuntius Deus*, quod in cod. Broukhusiano. ut Mercurius dicatur *nuntius Deus*, quomodo *nuntius ales* idem vocatur Paridi apud Ovid. Epist. XVI. 68.

Cum mihi, pone metum, nuntius ales ait.

Nemo est feroci pectorosior Marte] *forti pectorosior* Wittian. vitiose *pectoriosior* in ed. Sciopp.

Quod

Quod si quis inter haec locus mihi restat:
Deus Priapo mentulatior non est.

EP. XXXVIII. VOTI SOLVTIO.

Cur pictum memori sit in tabella
Membrum, quaeritis, unde procreamur.
Cum penis mihi forte laesus esset,
Chirurgique manum miser timerem:
Dis me legitimis, nimisque magnis,
Ut Phoebo, puta, filioque Phoebi.
Curatum dare mentulam verebar.
Huic dixi, fer opem, Priape, parti,
Cujus tu pater ipse par videris:
Qua salva sine sectione facta,

Po-

Quod si quis inter haec locus mihi restat] lege *inter hos* ex secundo Heinsii codice. simili modo, ut post enumeratos ante se poëtas, quorum carminibus famam debent celebratae amicae, subjungit Propertius Lib. II. El. 25. v. ult.

Hos inter si me ponere Fama volet.

Et si quis locus inter haec mihi restat in Wittiano. ultimo versu *Deus Priapo nemo ment.* in codice Vossiano, omissis *non est*. huic versui Tollius adscripserat locum ex Arnobio (Lib. III. adv. Gentes pag. 105.) *Hellespontiacum Priapum inter Deas virgines atque matres circumferentem res illas praeliorum semper in expeditione paratas.* cum hoc carmine conferendum est Epigr. XL.

EP. XXXVIII. VOTI SOLVTIO] sic edd. Aldi & Scalig. PRIAPVS in Vaticano. AD SPECTATORES DE PRIAPO in edd. Vincent. Brix. & Venetis.

Cur pictum memori sit in tabella Membrum] optime Broukhusius haec exponit de more, quo solebant illi, qui ex morbo aliquo convaluerant, gratias Diis, praesertim Isidi, agere suspensis tabellis votivis, in quibus depicta erat ea corporis pars, quae fuerat adfecta, ut oculus, crus manusve, si his partibus laborassent. Eum vide in notis ad illud Tibulli Lib. I. Eleg. 3. v. 28.

Nunc Dea, nunc succurre mihi, nam posse mederi
Picta docet templis multa tabella tuis.

unde procreamur] *procreamus* in Wittiano & Broukhusiano.

Chirurgique manum miser timerem] ita edidit Aldus & Scaliger. *Chirurgicamque* prim. Med. uterque Heinsianus, Vaticanus, Wittianus, & edd. antiquae. unde *Chirurgamque* legebat Heinsius. quod firmat secundus Fabricii codex.

Diis me legitimis nimisque magnis] *Diis me medicis* in cod. Holsteniano. *Me duci medicis nimisque* in primo Mediceo, & utroque Fabriciano. deinde *Curandam* in Medic. pr. secundo Heinsiano, Holsteniano, & utroque Fabric. in quibus ultimis etiam *videbar* pro *verebar*. *Curatum* in edd. vetustis, nisi quod *Curam dare* vitiose in Vincentina.

Ut Phoebo, puta, filioque Phoebi] *Ut Phoebo pote* correxerat Heinsius. de qua voce vide supra ad Ep. XXV. Nescio an eum offenderit ultima in *puta* correpta; quod tamen antiquis frequens. ut multis exemplis ostendi in notis ad Lotich. Lib. III. Eleg. 1. p. 180. idque hoc in loco probasse videtur Scriverius ad Martial. Lib. III. Ep. 26. eleganter autem hoc verbum ironiae inservit, ut hoc loco. sic & infra Ep. XLI.

Quae, puto, de quaestu libera facta suo est.

& Ep. LXXXII.

——— *sed taceo, scis, puto, quod sequitur.*

Ovidius Epist. Paridis,

Nec, puto, collatis forma Menelaus & annis,
Judice te, nobis anteferendus erit.

Lib. III. Amor. II. 34.

Hac amor, hac odium: sed, puto, vincit amor.

Martialis Lib. V. Ep. ult.

Scis certe, puto, vestra jam venire
Saturnalia.

Suetonius Vesp. cap 23. fin. *Ut puto Deus fio.* vide Marii notas ad Ovid. III. Am. 7. 2. Leopardum Lib. III. Emend. cap. 6. & N. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 556.

Cujus tu pater ipse par] Interpungendam ita:

Cujus tu, pater, ipse par videris.

Par, συγγενής. Ennius:

Corpore Tartarino prognata palude Virago,
Quoi par imber, & ignis spiritus, & gravi terra.

Si-

Ponetur tibi picta, quam levaris,
Compar, consimilisque, concolorque.
Promisit fore, mentulamque movit
Pro nutu Deus, & rogata fecit.

EP. XXXIX. PRIAPVS.

Simpliciter tibi me, quodcumque est, dicere oportet:
Natura est quoniam semper aperta mihi.
Paedicare volo: tu vis decerpere poma.
Quod peto, si dederis: quod petis, accipies.

EP. XL. PRIAPVS.

Forma Mercurius potest placere:
Forma conspiciendus est Apollo.

Ep.

Sidonius:

Hellespontiaco parem Priapo.

Graecanicum est. Nam illi dicunt alicui rei συγγενῆ esse, cui maxime quis adhaeret. Sic in Aristophanis Equitibus, δικασταὶ συγγενεῖς τριωβόλου, quod trioboli valde studiosi essent. SCALIGER.

fer opem, Priape, parti, Cujus tu, pater, ipse par videris] ita distingui jussit Scaliger. in Aldinis,

Cujus tu pater. ipse par videris.

& sic in edd. vetustioribus. sed *par* huic loco incongruum, praesertim cum mox denuo sequatur, *Parque, consimilisque, concolorque.* optime igitur Gronovius ad Livium Lib. XLV. cap. 7. Gonsalius & Heinsius ad Petron. cap. 92. emendant,

Cujus tu, pater, ipse pars videris.

distingui tamen posset, si Aldi vestigia sequi velimus,

Cujus tu pater. ipse pars videris.

pars in his Lusibus non infrequens Priapo. sic enim Ep. XLVIII.

Quod partem madidam mei videtis,
Per quam significor Priapus esse.

supra Ep. XXIX.

Falce minax & parte tui majore, Priape.

vide Rigalt. ad Phaedr. Lib. IV. fab. 14. & Erhard. ad Petron. cap. 112.

Qua salva sine sectione facta] Plautus in Poenulo IV. 2. 41. *Refero vasa salva.* Martialis Lib. III. Ep. 85. *Cum sit salva sui mentula Deiphobi.* quae loca libro suo adscripserat Hadr. Junius. pro *sectione* vitiose in primo Mediceo *seditione.*

Parque consimilisque] Lege,

Compar, consimilisque. SCALIGER.

Parque, consimilisque, concolorque] sic edidit Aldus, & Scaliger. *Parva & consim.* Med. pr. Vossian. secundus Fabricii, & Avancius. *Parve & consimilis* primus Fabric. *parvs* in Vaticano, & edd. vetustis. *parvaque* Wittian. *Compar* in aliis. ut post Petronium editionis Gabbemae. quod in contextum admisi, quia *Parque* trochaeum facit, contra morem horum poëtarum. de quo infra ad Ep. LXXVII. ultimo versu *Pro nutu Deus* in vulgatis. *pro vultu* Wittii & Broukhusii codex. *rogata facit* Vatican. & Wittii.

EP. XXXIX. *Simpliciter tibi me* &c.] id est aperte. non tectis verbis. ideo addit, *Natura est quoniam semper aperta mihi.* Valerius Maxim. Lib. V. cap. 9. 4. *Seductam uxorem suspirans simpliciter rogavit, ne se ulterius celaret, sive illum adolescentem subjecisset, sive ex alio concepisset.* ut ex MSS. emendandum esse hunc locum notavi ad Ausonium (pag. 741.) Certe qui τὸ *simpliciter*, quod & in vett. editionibus obtinet, in *suppliciter* mutavere, mea quidem sententia vim vocabuli ignorarunt. Poterat enim per ambages hoc quaesivisse, ne uxor insimulari se violatae pudicitiae doleret & conquereretur. Phaedrus Lib. III. fab. 7. 7. *Canis simpliciter: eadem est conditio tibi.* JAC. TOLLIVS. Martialis Lib. VI. Ep. 59. *Quanto simplicius, quanto est humanius istud.* & Lib. XI. Ep. 63. *Dicam simpliciter tibi roganti.* qui locus huic adeo similis est, ut ejusdem fere Auctoris esse videatur. idem Lib. XIV. Ep. 215. *Dic mihi simpliciter, comoedis & citharoedis Fibula quid praestet?*

Natura est quoniam] Etiam Graeci φύσιν in eam partem accipiunt. Et in eo dicto Mimi ita accipiendum:

Hircus vetulus naturam capreis ligurit. SCALIG. de parte genitali etiam intelligit Barthius Lib. XXI. Advers. cap. 10. in fine.

EP. XL. *Formosissimus omnium est Cupido*] *Formosissimus est Apollo omnium* in primo Mediceo, Vossiano, & Wittiano, *omnium est Apollo* in pri-

Formosus quoque pingitur Lyaeus:
Formosissimus omnium est Cupido.
Me pulcra fateor carere forma:
Verum mentula luculenta nostra est:
Hanc mavult sibi, quam Deos priores,
Si qua est non fatui puella cunni.

EP. XLI. AD PRIAPVM.

Nota Suburanas inter Telethusa puellas,
Quae, puto, de quaestu libera facta suo est:

Cin-

mo Fabricii. *est Cupido omnium* Vaticanus. *est omnium Cupido* in Vinc. Brix. & Ven. *omnium Cupido est* edidit Aldus.

Me pulcra fateor carere forma] atqui *formosissimus* Priapus dicitur Probo ad Virg. IV. G. pag. 322. Sed quo in loco mendum surrepsisse, & emendandum esse *famosissimus*, adscripserat Broukhusius, cui lubens adsentior. passim enim duae istae voces confusae. ut multis docet N. Heinsius ad Ovid. Ep. IX. 78.

EP. XLI. AD PRIAPVM] DE THELETVSA Vatican.

Nota Suburanas inter Thelethusa puellas] *suburbanas* in Vaticano & Wittii codice. qua eadem varietate apud Martialem Lib. V. Ep. 22. *Alta Suburani vincenda est semita clivi.* ut recte Gruterus restituit, in MSS. enim codicibus *suburbani.* quod etiam in sex Vossianis reperit Patruus meus. Semper autem scribendum est *Suburanas*, si orthographiae consulatur. ut idem monuit in notis ad Quinctilian. Lib. I. cap. 7. p. 91. & ad Sueton. Caes. cap. 46. sic *Suburana tribus*, a subura. de qua Manut. ad Cic. VIII. ad Fam. Ep. 8. pag. 402. Ideo autem Telethusa inter Suburanas puellas nota, seu famosa, hic dicitur, quia Romae in regione Suburana meretricum frequentes erant cellae. *suburranas* male in ed. Ald. & Sciopp. pro *Theletusa*, ut edidit Aldus & Scaliger, & in cod. Wittii scribitur, in primo Mediceo & secundo Fabricii *Thelesina*. *Thelosina* in Holsteniano. *Telesina* primus Fabric. *Telethusa* etiam nomen Ligdi conjugis apud Ovid. IX. Met. 681. & 695. totum vero hoc Epigramma sic profert G. Fabricius in Roma sua pag. 83.

Nota Suburanas inter Theletusa puellas,
Ut puta de quaestu libera facta suo.

nescio an ex veteri libro aut editione antiqua. *puta* secunda correpta, de quo paullo ante ad Ep. 38. Sed forte pro *Theletusa*, vel *Telethusa*, ut rectius scribitur, hic substitui posset *Thallusa*, quod libertae nomen in veteribus monumentis non incognitum, a *Thallo*, nomine libertorum frequenti in Inscriptionibus antiquis. vide eruditorum notas ad Sueton. Aug. cap. LXVII. & sane meretricem libertinae conditionis hic intelligi paret ex versu secundo, *Quae puto de quaestu libera facta suo est.* sic in Epitaphio veteri, quod ex Pithoeo edidi in hoc Volumine pag. 53 & 54.

Liberta & conjux Patronis, cara patrono,
Thallusa hoc tumulo condita luce caret.

ubi multo plura de hoc nomine a me notata sunt. vel si vulgatam lectionem sequamur, scribi potest *Thaletbusa* vel *Telethusa*. vide Scaligerum supra ad Ep. XIX. ultimo hujus carminis versu *Hoc* pro *Hunc* in primo Fabricii. illud *summi numinis instar habent* adhaeret Ovidio III. Amor. XI. 47.

Perque tuam faciem, magni mihi numinis instar.

quod imitatus Martialis Lib. VII. Ep. XI.

Perque tuas aures, magni mihi numinis instar.

versu praeced. *Cingit in aurata p. t. sancta* in Wittiano. de coronatione vero illic indicata vide Lipsium Lib. III. Antiq. Lect. pag. 159. & confer infra Ep. LI. fin. sic in Epigrammate Priapejo, quod ex statua Tiburtina supra edidi pag. 473.

Inguini oscula figite, inde mille
Fascinum bene olentibus coronis
Cingite.

De quaestu libera facta suo est] Plautus,

Libera eris actutum, si crebro cades.

Nam *cadere* inter verba Romana: quod si crebriuscule facerent, summulam pecuniae corradebant, qua se in libertatem (saepe hoc apud Comicos habetur) vindicabant. Eodem modo apud quasdam gentes virgines liberae dotem sibi comparabant. Sextus Empiricus Pyrh. Hypot. Lib. III. quem vide. Plautus id Thuscis adtribuit, Cistellaria:

——— *Tusco modo*
Tute tibi indigne dotem quaeras corpore.

Augustinus de Civitate Dei Lib. IV. cap. X. etiam Phoenicibus: *Phoenices donum dabant de prostitutione filiarum, antequam jungerent eas viris.* LINDENBR.

EP.

Cingit inaurata penem tibi, ſancte, corona:
   Hunc pathicae ſummi Numinis inſtar habent.

EP. XLII. PRIAPUS.

Quiſquis venerit huc, poëta fiat,
Et verſus mihi dedicet jocoſos.
Qui non fecerit: inter eruditos
Ficoſiſſimus ambulet poëtas.

EP. XLIII. PRIAPUS.

Laetus Ariſtagoras natis bene villicus uvis
   De cera facta dat tibi poma Deus.
At tu ſacrati contentus imagine pomi
   Fac veros fructus ille, Priape, ferat.

EP. XLIV. PRIAPUS.

Nolite omnia, quae loquor, putare
Per luſum mihi, per jocumque dici.

De-

EP. XLII. *Quiſquis*] *Quiſque* vitioſe in ed. Sciopp.

inter eruditos Ficoſiſſimus &c.] *ierudiitos* Avancius. vide de hoc loco Barthium Lib. XXVII. Adverſ. cap. 8. *jocoſiſſimus* vel *fucoſiſſimus* eſt in primo Heinſiano. ſed *ficoſiſſimus* hic eſt, ut infra Ep. LI. *Ficoſiſſima me puella ludit.* ubi *fucoſiſſima* Guyetum emendaſſe notavit Tollius. & de ficoſis vide Epigramma Martialis Lib. VII. 70. *Qui non fecit* vitioſe & contra carminis legem in editione Gabbemae poſt Petronium.

EP. XLIII. *Laetus Ariſtagoras*] *Doctus* in primo Fabricii. *Ariſtogoras* in Wittiano.

De cera facta] Lego, *de cera facili.* ut Tibullus (I. i. 32.)

——— *de facili compoſuitque luto.* SCALIG. ſic clare legitur in codice Voſſiano. ut profert etiam Scioppius ad Prooem. pag. 2. quamvis *ceram factam* contra Scaligerum tuetur Keuchenius ad Seren. Sammon. cap. IV. v. 54. ubi eadem in ſcriptis varietas, quorum plurimi tamen *facili cera* tuentur. *facta* hic edidit etiam Aldus. & adſtipulari vulgatae lectioni poſſent Servii verba ad Virg. Lib. II. Aen. 116. *Sciendum in ſacris ſimulata pro veris accipi, unde, quum de animalibus, quae difficile inveniuntur, eſt ſacrificandum, de pane vel cera fiunt, & pro veris accipiuntur. poma* igitur ex cera artificioſe facta, non naturalia, innuuntur, quae ſequenti verſu vocat *ſacrati pomi imaginem.* alteram tamen lectionem non minus probo, quia in re ſimili non *poma ex cera facta* ſive fictili, ſed poma, quae ex cera fiunt vel effinguntur, potius dicuntur. ut apud Servium, *de pane vel cera fiunt.* ſic *cerea poma* Martiali Lib. X. Ep. 94. *facta* enim hic metri cauſſa cum *cera*, non vero cum *poma* conjungendum. *De cera ficta* emendaſſe Meliſſum, notaverat N. Heinſius, qui ipſe legebat, *De cera pacti dat tibi poma reus.* conjectura certe ingenioſa. *reus pacti*, ut *reus promiſſi*, *reus voti.* & ſimiliter ex Plauti Ciſtellaria *reus facti*, & ex Martiale *pugnorum reus ebriaeque noctis*, de eo, qui alterum verberavit, adſcripſerat. Scaligeri tamen emendationi acquieſcendum opinor. ut *facilis cera* apud Ovidium XV. Met. 169. *Utque novis facilis ſignatur cera figuris.* ubi in aliis *fragilis.* eodem modo ut apud Juvenal. Sat. XII. 88. *Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera.* ſed utroque loco *facili* praeferrem. Quae vero *facilis* dicitur cera, *mollem* & *cedentem* vocat Plinius in verſibus illis, qui habentur Lib. VII. Epiſt. 9. & quos ex Pithoeo edidi Tom. I. pag. 450.

Ut laus eſt cerae, mollis cedenſque ſequatur
   Si doctos digitos, juſſaque fiat opus.

ubi vide quae notavi. & adde imitationem eſſe Virgilii Lib. VI. Aen. 146. de aureo Aeneae ramo: *Carpe manu: namque ipſe volens faciliſque ſequetur.* In codice autem Wittiano huic Epigrammati connectitur Carmen mox ſequens XLV. *Velis quid hanc dicas* &c.

EP. XLIV. *Nolite omnia, quae loquor, putare*] *omnia nolite quae dico, putare* vitioſe in Wittiano. *dico* etiam in Vaticano, ed. Vinc. Brix. & Ven. metro adverſante.

Per luſum mihi per jocumque dici] illuſtrabunt

haec

Deprensos ego ter quaterque fures
Omnes, ne dubitetis, irrumabo.

EP. XLV. PRIAPVS.

Velle quid hanc dicas, quamvis sim ligneus, hastam,
Oscula dat medio si qua puella mihi.
Augure non opus est: in me, mihi credite, dixit,
Utetur veris usibus hasta rudis.

EP.

haec notata J. Fr. Gronovio Lib. IV. Observ. pag. 159 & 160. sic *ludum jocumque* rebus seriis opponit Cic. I. de Offic. cap. 29. *Neque enim ita generati sumus a natura, ut ad ludum & jocum facti esse videamur, sed ad severitatem potius, & ad quaedam studia graviora atque majora.* locutionem vero ex Graeco fonte deductam esse notat P. Victorius Lib. VI. Var. Lect. cap. 13.

Deprensos ego ter quaterque fures] *Deprehensos* Broukhusii codex. In Wittiano. *Deprehensos ter quater quaterque fures.* in Vatic. *Deprensos quoque terque.* vide supra ad Ep. VI & XI. ultimo versu *non dubitetis* in primo Mediceo, & Vossiano ut in ed. Vinc. Brix. & Ven. *ne dubites quis* legit Barthius Lib. XXIV. Advers. cap. 7.

EP. XLV. *Velle quid hanc dicas, quamvis sim ligneus,*] *dicam* in Broukhusiano & Wittiano, in quo etiam *quamquam*, & vers. seq. *Obvia* pro *oscula*. *hanc dicas* Scioppius corrigit, puella nempe. Non video caussam, quare cum Barthio Lib. XXIV. Advers. cap. 7. hujus Epigrammatis versus transponamus, ita ut ultimus in secundum migret, & ille ejus locum occupet: neque id requirere sensus videtur, quem rei adcommodatum dedit Scioppius. primo versu legi debere existimabat Heinsius, *Velle quid hac dicas, quamvis sim ligneus, hasta.* vel, *hanc dicas, quamvis sim ligneus, hastae.* Cel. D'Orvillius conjecerat, *Velle quid hanc dicas, quamvis sic ligneus adsto*, vel *adstem* non enim hasta tantum, sed toto trunco ligneus Priapus. *hasta* in ed. Antwerp. an. 1535. quamvis acumen Epigrammatis non valde ipsi placuerit. illud *adstem* nonnihil firmari posset ex Ep. LXIII. *Autumnis sterilis duobus adstem.*

Oscula dat medio si qua puella mihi] *sicca puella* conjecerat Scriverius ad marg. ed. Scalig. ad sensum versus duo Martialis loca adscripserat Hadr. Junius. primum ex Lib. XI. Ep. 62. de Mancio:

Mediumque vult basiare, quam summum,
Modo qui per omnes viscerum tubos ibat.

alterum ex Lib. II. Ep. 61.

Cum tibi vernarent dubia lanugine malae,
Lambebat medios improba lingua viros.

Augure non opus est: in me, mihi credite, dixit, Utetur veris usibus hasta rudis] nihil hic licet ab editis different codices manuscripti, videtur tamen viros doctos non inmerito offendisse *Utetur usibus.* itaque *ictibus* conjecerat Broukhusius, sed postea id rejiciens. Hadr. Junius codicis sui margini adnotaverat ——— *mihi credite, dixi, Utetur veris lusibus.* Heinsius quoque *lusibus* emendaverat; cujus totam notam, quam ad finem Tomi II autographorum Adversariorum cum aliis in haec Carmina conjecturis adscripserat, hic lectori adponam. „ pro *Usibus* lege *Lusibus.* rudi enim hasta & rudi ense se excercebant tyrones. quod „ *ludere* proprie. Horatius in Arte Poëtica,

„ *Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.*
„ *arma campestria*, quibus in campo Martio se „ excercebant. hinc *ludus gladiatorius.* sic *exercitationem* & *ludum campestrem* Cicero conjunxit „ pro Caello. sic & *ludere* in re Veneris, Nasoni,

„ *Ludunt formosae, casta est, quam nemo rogavit.*
„ *Amisit lusus deliciasque suas*, de puella, amores suos, puerum, lugente, Martialis. *anni lusibus apti* Nasoni. *levibus nunc luditur armis* eidem Ovidio. Refer & ad Silium (Lib. II. 94.) „ *levioribus armis.* Forte etiam legendum,

——— „ *in se, mihi credite, dixit,*
„ *Ut detur Veneris lusibus hasta rudis.*

„ *primos dare lusibus annos* Ovidio. N. HEINS. *Lusibus* omnino videtur τῷ *Usibus* praeferendum. quae voces non raro variantur. ut in Epigrammate veteri de elephanto, supra hoc ipso Volumine pag. 438 & 439. ubi vide. conferri cum hoc loco possunt, quae de Quartilla & Gitone habentur apud Petron. cap. XXIV. in fine. *Pertractato vasculo tam rudi, hoc, inquit, belle cras in promulside libidinis nostrae militabit.* *usibus* est in vetustis edd. quae sic distinguunt.

Augure non opus est in me: mihi credite &c.

EP.

Ep. XLVI. PRIAPUS.

Cum quemdam rigidus Deus videret
Ferventi caput uſtulare ferro,
Ut Maurae ſimilis foret puellae:
Heus, inquit, tibi dicimus, cinaede,
Uras te licet uſque, torqueaſque:
Num tandem prior eſt puella, quaeſo,
Quam ſunt, mentula quos habet, capilli?

Ep. XLVII. PRIAPUS.

O non candidior puella Mauro,
O ſed mollior omnibus cinaedis,

Pyg-

Ep. XLVI. *Ferventi caput*] *Fervens ferrum*, Calamiſtrum, quod, ut inquit Varro, calfaciebatur in cinere, qui torqueretur capillus. Quare apud Arnobium, optimum & erudítiſſimum ſcriptorem, mendum eſt libro ſecundo, his verbis: *Nec in formas erubeſcerent maſculorum calamiſtris vibrare caeſariem.* Legendum enim: *Nec ii formis erubeſcerent calamiſtris maſculorum vibrare caeſariem. formis calamiſtris*, ut hic, *Ferventi ferro.* Nam veteribus *formus*, calidus: & *formucapes*, quae poſtea *Forcipes*: quod forma, id eſt calida caperent: ὡς πυράγρας. Qui in cinere calfaciebant calamiſtra, *Ciniſtones*, & *Cinerarii* dicti. SCALIGER.

Heus, inquit, tibi dicimus, cinaede] formula haud ſcio an cuiquam obſervata, qua cum indignatione non adtendentes jubemus aures & animum advertere. Phaedrus Lib. IV. fab. 19. 3. *Tibi dico, avare, gaudium heredis tui.* Fallitur in ea explicanda Schefferus, dum ex illo Terentii: in Adelph. I. 2. expreſſam putat, *Haec cum illi dico, Micio, tibi dico.* ſic Arnobius Lib. II. adv. Gent. *Vos vos appello, qui Mercurium, qui Platonem Pythagoramque ſectamini.* JAC. TOLLIUS. vide ad illum Phaedri locum Patrui mei notas, & ad Ovid. Epiſt. xx. v. 153. *tibi dicimus cinaede* primus Mediceus & Heinſianus, Voſſii codex, & Wittian. *Heus tibi inquit dicimus cinaede* in edd. antiquis.

Uras te licet uſque, torqueaſque] ſic Aldi, Scalig. & Scioppii editiones. *Uras te licet: uſque torquearis* ed. Vinc. Brix. & Ven. *uſque quo torqueaſque* cod. Voſſian. *torquearis* in pr. Medic. utroque Heinſiano, & Wittian. unde Heinſius conjecerat, *Urare & licet uſque torqueare.* Ovidius II. A. A. 304. *Torſerit igne comam, torte capille place.* contra Martialis Lib. IV. Ep. 42. — *molleſque flagellent Colla comae, tortas non amo, Flacce, comas.* & Lib. XIV. Ep. 24. *Figat acu tortas ſuſtineatque comas.* cum tertio hujus Epigrammatis verſu confer illud Martialis Lib. VI. Ep. 39. *Hic qui retorto crine Maurus incedit.* huic carmini ſequens connectitur in primo Fabricii codice.

Num tandem prior eſt, puella, quaeſo, Quam ſunt &c.] ſic in edd. vetuſtis. *Num tamen prior* codex Heinſii. *prior es* in ed. prima Aldi, Scioppii, & Vaticano ac Broukh. codice. *prior eſt* Avancius, & Aldus in ed. ſec. ut in Plantin. & Scalig. ed. ultimo verſu *Quam ſunt* cod. Witt. Avanc. ed. Aldi utraque, & Scal. *Quam ſint* primus Fabric. codex. Cl. Henr. Cannegieterus ad Avieni Fab. IV. emendabat,

Num tandem prior eſt puella, quaeſo,
Quae ſit, m. quos habet, capillis.

Tanaq. Faber in Epiſt. Criticis Lib. II. Ep. 53. pag. 141.

Num tandem prior eſt puella, quaeſo,
Quoi (Cui) ſunt, m. q. h. capilli.

prior autem *puella* hic eſt pulchrior, venuſtior. ut docent eruditorum notae ad Phaedr. Lib. I. fab. 13. 8.

Quam ſunt, m. quos habet] In manuſcripto infimae notae libro legebatur, *Qua ſunt*, non *Quam ſunt.* An prior, inquit, es puella, id eſt melior, ea parte, qua pili ſunt? Stultus, qui ex illius partis depilatione videri velit puella. *prior*, melior. Horatius:

Et, niſi coena prior, potiorque puella Sabinum
Detinet, aſſumam. —

Perſius etiam pro aliis pilis *Capillos* uſurpat.

— *& poſitis bicolor membrana capillis.* SCALIG.

Ep. XLVII. *O ſed mollior omnibus cinaedis*] ita edidit Scaliger, & ſecutus eſt Gabbema poſt Petron. ſavetque codex Vaticanus, in quo, *Sed mollior omnibus*

Pygmaeo brevior gruem timenti,
Uriis asperior, pilosiorque,
Medis laxior, Indicisque braccis,
Manes hic licet, ut libenter ires.

Nam

bus cinaedis, ut in ed. Vinc. Brix. & secunda Veneta. *O & mollior* conjecerat Francius. Infra Ep. LXV. *Quidam mollior anseris medulla*. Martialis Lib. V. Ep. 42.

Spadone cum sis eviratior fluxo,
Et concubino mollior Celenaeo.

in aliis tamen codicibus & edd. vetustis, *Sed morbosior*, ut in Medic. pr. Vossiano, Veneta priore, utraque Aldina, Scioppii, aliisque. quod se tueri potest illo Catulli de Mamurra & Caesare Ep. LVIII. *Morbosi pariter, gemelli utrique.*

Pygmaeo brevior gruem timenti] vitiose *gravem brevior* in Wittiano. *Ursoque asperior* in Voss. respicit ad notissimam de gruibus & pygmaeis fabulam, origine sua deductam a Gerana, Pygmaeorum Regina, quae a Junone propter spretae formae injuriam in gruem versa, aeternum dein cum sua ipsius gente bellum gessit. quam tangit Ovidius VI. Met. 90.

Altera Pygmaeae fatum miserabile matris
Pars habet; hanc Juno victam certamine jussit
Esse gruem, populisque suis indicere bellum.

ubi vide notas. & Barthium ad illud Statii I. Sylv. 6. 63.

Casuraeque vagis grues rapinis,
Mirantur pumilos ferociores.

ubi testatur, se in juventute hanc fabulam poëmate in tres libros digesto descripsisse.

Medis laxior Indicisque braccis] ita restituerunt viri docti ex corruptissima codicum veterum scriptura. *Indicis* enim *libratis* in plerisque legebatur, ut in Vaticano, primo Mediceo, secundo Heinsii & Wittiano. *Indici libratis* in Vossiano. *libratis* etiam in uno Fabricii, ed. Vinc. Brix. & Veneta. *Medicis libratis* in primo Heinsiano. *liberalis* in aliis. Sed recte in Aldinae utraque, Scaligeri, & Scioppii editione *Indicisque braccis* quod merito probat Vossius Lib. II. de Art. Gram. cap. 38. p. 320. Notum enim est, braccas, laxi vestimenti genus, inferiora corporis tegens, Medis & Indis maxime usitatas fuisse, quae *Sarabara* vocabantur. vid. Joan. Isac. Pontanum in Glossar. prisco Gall. in *braca* p. 207. insignis est Tertulliani locus de Pallio cap. IV. de Alexandro Magno: *Vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste, triumphalem cataphractam amolitus in captiva Sarabara decessit.* ubi dupliciter erravit Theod. Marcilius, qui in notis pag. 87. *captivam Sarabaram* exponit, & in ea Alexandrum decessisse, sive obiisse Medorum braccis indutum existimat. quod certe perquam lepidum est. τὰ Σαράβαρα Graecis dicuntur, & indicat Tertullianus, Alexandrum ex fastigio triumphalis cataphractae, postea emollitum descendisse in laxum & fluentem Medorum habitum, de quibus triumphaverat. vide Salmas. pag. 321. hinc apud Propertium Lib. III. El. 3. 17. *Tela fugacis equi, & braccati militis arcus*, per *braccatum militem* recte Medi militis arcus intelligunt. vide illic Beroaldum & Passeratium. Persius Sat. III. v. 53. *Quaeque docet sapiens braccatis illita Medis.* ubi vid. Marcilium. *braccarum* vero usum ignoraverunt Graeci & Romani. Legi merentur, quae de illis erudite disseruit Casaub. ad Sueton. Aug. cap. 82. & Salmas. ad Hist. Aug. pag. 222.

Manes hic licet] Lege:

Mandes his licet, ut lubenter ires.

hoc sensu: Si istis Statoribus, & Circitoribus, qui latus meum tuentur, ut fures arceant, mandare vis te lubenter ituram, si illis constituere, & condicere vis, per me quidem eis clunem submittas licet. Nam mihi quidem non satis virium suppetit ad explendam libidinem tuam. *Mantes*, quod hic comminiscitur Alciatus, nequaquam mihi placet: neque illa expositio, *ut lubenter ires*, pro, me lubente ires. Non enim ita Latine loqui consuevimus. Et sane infeliciter fere omnia emendare conatus est Alciatus. SCALIG. Aldus edidit *Manes hic licet, ut libenter ires.* ut in edd. eum antecedentibus. sed in secunda editione anni 1534. versui huic adposuit asteriscum, vitiosae lectionis indicium. Ita tamen legitur etiam in primo Mediceo, Holsteniano, altero Heinsii, Vossiano, Broukhusii & Wittii codice. & sic Eggelingius. *Mandes his*, in aliis. *Maneas* in primo Heinsiano. illud *Mantes hic*, quod in textu ed. Scalig. vel, *Mantes his*, ut in ed. Sciopp. ab Alciato profluxisse, in notis suis indicavit & rejecit Scaliger. Ita nempe emendandum scripsit Alciatus Lib. VII. Parerg. cap. 15. quem ex parte sequitur etiam Scioppius Lib. III. Verisim. cap. 2. & *ut libenter ires* pro *utinam* exponit. Barthius vero Lib. XXIV. Adverf. cap. 8. legebat,

Mandes his licet, ut liberet, ires.

Gabbema in Lusibus his post Petronium excusis edidit pag. 36.

Mandes hic licet, ut lubenter ires,

alio modo Isaacus Vossius, qui in exemplaris sui

mar-

Nam quamvis videar ſatis paratus,
Erucarum opus eſt decem maniplis,
Foſſas inguinis ut teram, dolemque
Cunni vermiculos ſcaturientes.

EP. XLVIII. PRIAPUS.

Quicumque veſtrum, qui venitis ad coenam,
Libare nullos ſuſtinet mihi verſus:
Illius uxor, aut amica, rivalem
Laſciviendo languidum, precor, reddat,

Et

margine conjiciebat,

Mallem ſcilicet ut libenter ires.

idem tamen in Obſerv. ad Catull. pag. 263. ita hunc verſum conſtituit,

Manes hinc licet ut libenter ires.

eo ſenſu, utinam hinc libens & volens ires ad Manes. aliter etiam locum hunc vexatum explicuit & emendavit J. Fr. Gronovius ad Liv. Lib. XXXIV. cap. 32. qui legit *Maneſis licet*, ut in *caveſis*, *apageſis*, & ſim. Sed haec quidem Gronovii conjectura in ultima ejus editione non exſtat. Cel. D'Orvillius tentaverat,

Manes, hac licet, ut libebit, ire. vel *ires.*

Ex his omnibus conjecturis mihi praeferenda videtur prima If. Voſſii, *Mallem ſcilicet, ut libenter ires.*

Nam quamvis videar ſatis paratus] bene Scaligero ad hunc locum *paratus* hic exponitur, ut in illo Propertii Lib. I. El. 9. 25.

Nec te decipiat, quod ſit ſatis illa parata.

ubi & Paſſeratium vide. de Priapo ipſo Ovid. I. Faſt. 485.

At Deus obſcoena nimium quoque parte paratus.

Tibullus Lib. II. El. 4. 1.

Hic mihi ſervitium video dominamque paratam.

Martialis Lib. XI. Ep. 24.

Nubere Sila mihi nulla non lege parata eſt.

& Ep. 79.

Flammea texantur ſponſae, jam virgo parata eſt.

Apulejus Lib. II. Met. pag. 21. ed. Colv. *Quid iſtic, mea feſtivitas, cum ſim paratus vel uno ſuaviolo interim recreatus.* Arnobius Lib. III. p. 105. *Priapum circumferentem res illas praeliorum, ſemper in expeditione paratas.* & Lib. V. pag. 162. *O habitus foedus Jovis, ad obſcoeni certaminis expeditionem parati.* Petronius cap. 130. *Paratus miles arma non habui.* Ovidius Lib. V. Met. 603. *Et quia nuda fui, ſum viſa paratior illi.* ubi vide Patrui mei notas.

Erucarum] Non fruſtra accipiendum de erucis, non ſolum propter vim herbae, quod notiſſimum eſt: ſed quia ipſa herba ei Deo dicata erat, & propter eum ſerebatur. Columella:

Et quae frugifero ſeritur vicina Priapo,
Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

Illud vero, *ſatis paratus*, ita accipiendum, ut in Propertio:

Nec te decipiat, quod ſit ſatis illa parata. SCALIG.

Erucarum opus eſt decem maniplis] *Caricarum* in primo Heinſiano: ut intelligantur ficus aridae & dulces, ἰσχάδες Graecis dictae, ut in Gloſſis exponuntur. de quibus vide Micyllii notas ad Ovid. VIII. Met. 674. Neapolis & Heinſii ad Lib. I. Faſt. 185. & Gronov. Diatr. Stat. cap. XIV. pag. 76. Sed an *caricarum* ea virtus ſit, quae hic innuitur, & *erucis* paſſim adſcribitur, alii viderint; niſi *caricas* capiamus pro delicatis eduliis, quae ex variis intritis mixtiſque condimentis adparabantur, adeoque vires reficiebant, ut *caricas* apud Petron. cap. XLIV. exponit Reineſius. Vulgatam tamen unius codicis auctoritate non mutandam exiſtimo. Ep. ſeq. *Libidinoſis incitatus erucis.* ſed plura de *erucarum* vi ad languidos in Venerem excitandos vide infra ad Ep. 76.

vermiculos ſcaturientes] *vermiculo* in Voſſiano. & edd. vetuſtis. *ſcaturientis* in Broukhuſiano, & utroque Fabricii & ſic in primo Mediceo invenit Heinſius, qui inde legebat, *vermiculis ſcaturientis.* aliter Menagius, qui eruditiſſimo Lexico Gallico Etymolog. in voce *demanger*. p. 246. teſtatur Guyetum hoc in verſu emendaſſe, *vermiculoſa prurientis.* idque in contextum eſſe reponendum cenſet.

EP. XLVIII. *Quicumque veſtrum, qui venitis ad coenam &c.*] *Quicumque veſtrum hic venitis ad coenam* in Voſſiano, Vaticano, & duobus Fabricii. *ſi venitis ad coenam* legebat Heinſius. dein *libare* in Wittiano. *nullus* in primo Mediceo. *mihi ſuſtinet* Vaticanus. *ut amica* primus Fabric. *rivales* Voſſian.

Et ipſe longa nocte dormiat ſolus] *Ut ipſe* in prim. Fabr. lege cum Broukhuſio, *At ipſe longa nocte*

Vvv der-

Et ipse longa nocte dormiat solus,
Libidinosis incitatus erucis.

Ep. XLIX. PRIAPUS.

Quod partem madidam mei videtis,
Per quam significor Priapus esse:
Non ros est, mihi crede, nec pruina:
Sed quod sponte sua solet remitti,
Cum mens est pathicae memor puellae.

Ep. L. PRIAPUS.

Tu quicumque vides circa tectoria nostra
Non nimium casti carmina plena joci;

Ver-

dormiat solus. nocte longa Vatican. & Wittian. *longa nocte*, ut apud Ovid. Epist. XVI. 315.

Sola jaces viduo tam longa nocte cubili.

& Lib. I. Amor. El. 2. 3.

Et vacuus somno noctem, quam longa, peregi.

plura Bentlejus ad illud Horatii I. od. 25. 7.

Me tuo longas pereunte noctes Lydia dormis.

eleganter Catullus Ep. 51.

Nec somnus tegeret quiete ocellos,
Sed toto indomitus furore lecto
Versarer, cupiens videre lucem.

Libidinosus male in ed. Scioppii. *erucae libidinosae*, quae ad libidinem incitant. ut *salaces erucae* Ovidio Rem. Am. 799. & mox Ep. 52.

Nec ut salaces nocte tollat erucas.

sequens Epigramma huic adjungitur in cod. Wittiano.

Ep. XLIX. *Per quam significor*] Et Varro ita loquitur:

Per id, quo discernitur, homo mas, an foemina sit.

Ita Plautus Casina:

Illa haud verbum facit, & sepit veste id, qui estis.

Loquitur enim mulieri servus, & de muliere. SCALIGER.

Sed quod sponte] *Sponte sua*: Hesychius, αὐτομάτητα, σπέρμα ἀνδρός. Arnobius Lib. VI. *Tunc sancta, & serventia Numina vim vomuisse Lucilii.* ubi *vim* αὐτομάτητα illam intelligit: quum voluit exprimere ad verbum Graecorum θόρον. Nam etiam θόρος est vis, & inde θυρὸς violentus. Et Nonnus Dionysiacis ita αὐτομάτητα illam disertim describit:

ὁ τόσον ἱμείρων ἐπεμήνατο κυπρογενείῃ,
καὶ ποθέων ἀπέχητα γονῆς ἔσπειρεν ἀρούρῃ,
θερμὸν ἀκοντίζων αὐτόσσυτον ἀφρὸν ἐρώτων,

Lingua Africana, semen humanum in terram profusum, cujusmodi fuit Volcani ἀκρασία, dum colluctatur cum Minerva renitente, *Biblis*, aut *Bilbil* vocabatur, ut scribit Sex. Pompejus. Quod sane, qui sciunt Syriace, intelligunt *Bilbul* esse: hoc est, foeditatem, & confusionem. SCALIG.

Cum mens est pathicae memor puellae] conferendum esse Horatii locum Lib. I. Sat. 5. 82. & seqq. notaverat Tollius.

Ep. L. *Circa tentoria*] Scribo *tectoria*: *Tectorium* κονίαμα. Nam parietibus templorum Priapi, quicumque intrabant, pro symbola quisque carbone Epigramma exarabat. ut etiam denotatur illis:

Ergo, quicquid id est, quod otiosus
Templi parietibus tui notavi.

Tectorium ergo hic τοῖχος κεκονιαμένος. SCALIGER. hanc Scaligeri emendationem admittendam existimo. *tectorium* dicebatur crusta parieti inducta, cui inscribebant versus vel nomina. Hinc eleganter Juvenalis Sat. VI. 466. *tectoria* vocat crustas ex pane madido faciei inpositas, ut cutem laevigarent feminae, quas dein lacte asinino abstergebant. & Persius Sat. V. 25. *pictae tectoria linguae* sermonem simulatum appellat. JAC. TOLLIUS. *tectoria* etiam in contextum recepit Scioppius. *circum tentoria* in Wittiano. de *tectoriis* vide Wouwerium ad Petron. cap. 23. in fin. talis operis artifex *tector*, & *tector albarius*, vocabatur. ut docet Cujacius Lib. X. Observ. cap. 9. & erant *tectores* in legionibus & cohortibus. ut *tector praetorianorum* in lapide apud Gudium p. CXLIX. 7. ubi vide Indicem. & hi cum fabris conjunguntur in Inscriptionibus, quas adfert Graevius ad Cic. Orat. Tom. II. P. 2. p. 600.

sub-

Verſibus obſcoenis offendi deſine: non eſt
Mentula ſubducti noſtra ſupercilii.

EP. LI. AD PRIAPVM.

Quaedam, ſi placet hoc tibi, Priape,
Ficoſiſſima me puella ludit,
Et non dat mihi, nec negat daturam,
Cauſſaſque invenit uſque differendi.
Quae ſi contigerit fruenda nobis:
Totam comparibus, Priape, noſtris
Cingemus tibi mentulam coronis.

EP. LII. PRIAPVS.

Quid hoc negotii eſt, quave ſuſpicer cauſſa,
Venire in hortum plurimos meum fures?
Cum quiſquis in nos incidit, luat poenas,
Et uſque curvos excavetur ad lumbos?
Non ficus hic eſt praeferenda vicinae,
Uvaequae, quales flava legit Arete:

Non

ſubducti ſupercilii] confer Turpilii fragmentum apud Nonium Marc. in *ſubducere* pag. 399. *Quum antehac videbam ſtare triſtis, turbido vultu, ſubductis cum ſuperciliis ſenes.* & Varronis ibidem: *Ego unus ſcilicet antiquorum hominum ſubductis ſuperciliis. ſubducto vultu* ſimiliter apud Propert. Lib. II. El. 8. 13.

Nunc volo ſubducto gravior procedere vultu.

ſic Naevius apud Gellium Lib. XIX. cap. 7. vituperatores ſuos vocat *ſubducti ſupercilii carptores. contrahere frontem* Plinio Lib. III. Epiſt. 6. in fin. Ovidius II. Am. 2. 33.

Cum bene vir rugas traxit, vultumque coëgit.

ut legitur in codice Douſae. in vulgatis *traxit vultum, rugaſque coëgit.* vide & Gonſalium ad Petron. pag. 400.

EP. LI. *Ficoſiſſima me puella ludit*] *Fucoſiſſima* Guyetus. quod etiam legitur in primo Fabriciano. ſed vide ſupra ad Ep. XLII. ſeq. verſu *Et nec dat mihi* in Medic. prim. utroque Heinſii, Holſteniano, binis Fabricii, Broukhuſiano & Wittiano, & utraque Aldi editione. deinde *Cauſſas invenit* in utroque Fabric. Witt. & Broukh. ut in primo Mediceo, uno Heinſii, & Voſſiano.

Totam comparibus] Lege, *cum paribus*, σὺν ἡλικιώταις. SCALIGER. *cum paribus* in primo Heinſil. *ſimilibus* in ſecundo ejuſdem codice, Voſſiano, & Wittiano. unde ipſe Heinſius conjiciebat *ſutilibus.* ut *ſutiles coronas* dicat, quomodo ſupra Ep. XX.

Sutilibus Liber committit praelia thyrſis.

ut legendum illic notavi, pro vitioſa ſcriptura *ſubtilibus*, quae erat in ed. Scioppii. Scaligeri vero emendationem *cum paribus* hic legentis Scioppio male adſcripſit Erhardus ad Petron. cap. 25. ubi *cum paribus inquinata ſum.* idem Heinſius legebat hoc in verſu *Priape noſter*, vel potius *noſtrae.* ut conjungantur *comparibus* vel *cum paribus noſtrae*, puellae nempe.

EP. LII. *quave ſuſpicer cauſſa*] *ſuſpicor* in prim. Medic. Heinſiano, & utroque Fabricii. *negoti eſt* ſcribendum, ut recte in Vaticano.

plurimos meum fures] *mecum* male in Voſſiano.

Cum quiſquis in nos incidit] *incidat* Vatic. prim. Heinſ. & ed. Ven. *incidit in nos* Voſſ. lege cum Heinſio,

Cum quiſque, ut in nos incidit, luat poenas.

4. *excavetur*] *excaveris* Vatic.

5. *Non ficus hic eſt*] *haec* in Broukhuſ. & Wittiano. *Non ficus eſt* prim. Medic.

Flava non legit Crete] Lege ex veteribus excuſis *flava legit Arete.* SCALIG. veriſſima eſt haec emen-

Amygdalumve flore purpureo fulgens.
Non brassicae fero gulosior caules,
Betasve, quantas hortus educat nullus,
Crescensve semper in suum caput porrum.

Nec

lectionibus conjecerat Scaliger *quae vocatur & calva*. quod probatum videtur Patruo meo ad Petron. cap. LXVI. ubi de calvis nucibus egregie agit Heinsius. sed ex vestigiis MSS. in quibus *alva*, *alna*, vel *alana* scribitur, praeferenda videtur altera Scaligeri emendatio, *quae vocatur Albana*. quomodo hic legendum etiam adscripserat N. Heinsius. & hoc sequitur Sentflebius in Nucib. Saturnal. cap. IV. pag. 30 & 31. ubi de hoc loco agit. *Albanae nuces*, quae & *Praenestinae* dicuntur. de quibus Macrobius Lib. II. Saturn. cap. 14. *Nux haec Avellana seu Praenestina, quae est eadem, ex arbore est, quae dicitur corylos. Est autem natio hominum juxta agrum Praenestinum, qui Carsitani vocantur. Inde Praenestinae nuces. Hanc autem nucem Graeci Ponticam vocant.* In Glossis Isidori vulgo corrupte editur, *Albanae*, *plurali numero*, *nuces pristinae.* ubi *nuces Praenestinae* emendandum, nemo non videt. & vidit Gebhardus, qui legebat, *Avellanae nuces Praenestinae.* sed *Albanae*, ut Scaliger, praetulit la Cerda in notis ad Isidori Glossarium, pag. 330. quae leguntur in Ejus Adversariis Sacris cap. 141. confirmantque Excerpta Glossarum Pithoeana. de *Albanis* & *Avellanis* plura Salmas. ad Solinum T. I. pag. 602. & seqq. & Hofmannus in Variis Lection. Lib. III. cap. 15 & 16.

Amygdalumve flore purpureo fulgens] haec constans lectio codicum & editionum veterum; quae tamen vitiosa est, nam ut hic cum Scaligero agnoscatur synizesis in *purpureo*, durissimum est. requiritur jambus in quarta sede. Lege itaque, *flore purpurae fulgens*. aut *effulgens*. ut *purpure* fuerit scriptum pro *purpurae*, unde natum *flore purpureo*. vel cum N. Heinsio *flore punico fulgens*. ut *purpureo* sit glossa τȣ̃ *punico*. Id quod Cel. D'Orvillio etiam in mentem venerat.

Flore purpureo] Hic sit ξυνίζησις. ut

——— *villo spectabilis aureo.*

Amygdalum flore purpureo. ἀμύγδαλον πορφυρανθές. SCALIGER.

Non brassicae fero] Vetus editio:

Non brassicarum fero gulosior caules.

Ego meliorem in praesentia comminisci non possum. SCALIGER.

Non brassicae fero gulosior caules] sic in utraque Aldina, Scaligerana, Scioppii, aliisque. in Vinc. Brix. & Ven. *Non brassicarum fero gulosior caules.* locus omnium corruptissimus, adeo ut fateatur Scaliger, se medicinam ei adferre, aut meliorem, quam editione expressit, lectionem comminisci non potuisse. Videamus veterum codicum scripturam. *Non brassicarum fero gloriosior caules* in Mediceo pr. duobus Heinsii, & Vossiano. *Non brassicarum gloriosior* in primo Fabric. *Non brassicarum fero gloriosior caulae* Wittianus. In aliis *Non brassicarum ferculum prius caulis.* quod interpolatum videtur. Heinsius aliquando divinaverat,

Non brassicae serotinos fero caules.

ut *caules serotinos* dicat pro tarde maturescentes. sed quam vocem horum Carminum aetati convenire vix puto, ut de penultimae syllabae quantitate nihil dicam. Idem ex veterum codicum vestigiis tentabat, *Non brassicarum caule glorior fero.* & sic fere Isaacus Vossius, qui suo exemplari adscripserat, *Non brassicarum fero glorior caule.* & adnotaverat, *ferum caulem* brassicae vocari cyma brassicae, quia peracta hieme aut saltem circa finem ejus proveniat; quod satis blandiri possit: quem enim hic *ferum caulem* poëta vocat, *hibernum brassicae caulem* dicit Columella Lib. XI. cap. 3. & elegantissimo, sed valde adhuc corrupto, carmine de Cultu Hortorum, Lib. X. v. 129. de brassica,

Frigoribus caules, & veri cymata mittit.

& sic *fera pira* apud Macrob. II. Saturn. cap. 15. Id saltem praeferendum alteri Is. Vossii conjecturae, qua melius cum sequentibus cohaesurum notaverat, si legeretur, *Nec brassicarum glorior fero caules.* nam *glorius* aeque ac *inglorius* dici posse, ut *honorus* & *inhonorus*, probari nequit. Mihi vero, conjecturis his singulis nec spretis nec admissis, facillima videtur emendatio, si legamus,

Non brassicarum ferre glorior caules.

verbum enim *ferre* propter sensum abesse nequit, eaque sede illud reponi, jubet lex metri: & *glorior* insistit omnibus fere vetustis codicibus MSS. in quibus *gloriosior*, unde enata est absurda lectio *gulosior*. de brassicarum caule betisque Columellae locum ex Lib. X. v. 325. sic emendabat N. Heinsius,

Sed cum jam valido pinguescit lurida caule
Brassica, cumque tument pallentia tubera betae.

aut *pallentia corpora*, vel *pallentes ubere betae.* quod ultimum praefero. *pinguescit* est ex vetustiss. S. Germani codice. In vulgatis, *turgescit*, & seq. versu *pallentia robora betae.*

Betasve, quantas hortus educat nullus] *Betaeve* prim.

Nec feminoſas ad cucurbitas quemquam,
Ad ocymumve, cucumereſve humi fuſos
Venire credo, ſeſſileſve lactucas:
Nec ut ſalaces nocte tollat erucas,
Menthamque olentem, cum ſalubribus rutis,
Acreſque caepas, alliumque fibratum.
Quae cuncta quamvis noſtro habemus in ſepto,
Non pauciora proximi ferunt horti,
Quibus relictis, in mihi laboratum
Locum venitis inprobiſſimi fures,

Ni-

prim Medic. prim. Heinſ. Vatic. uterque Fabric. Broukh. & Witt. ut connectantur *braſſicae caules Betaeve*. reliqua ſic exhibet codex Voſſianus *quantos educat malus ager*.

Ad ocymumve cucumereſque] *Ad azimumve cucumereſque humi fuſos* pr. Med. & uterque Heinſii. *ad azimumve cucumeſve* Voſſian. *Ad acumumque cucumereſque humi faſſos* Wittian.

Venire credo, ſellileſve lactucas] *credas* Voſſ. ſed *crede* in Vatic. aliiſque. *credo* ex v. c. notaverat Hadr. Junius. *ſellileſque lactucas* uterque Heinſii, & Holſtenian. *ſciſſileſque* in Wittiano. *fiſſileſque* in ed. Ven. ſed perperam. nam ſic *ſeſſiles lactucas* etiam Martiali Lib. III. Ep. 47.

Illic videres frutice nobili caules,
Et utrumque porrum, ſeſſileſque lactucas,
Pigroque ventri non inutiles betas.

& conferendus cum his alter Martialis locus Lib. X. Ep. 48.

Exoneraturas ventrem mihi villica malvas
Attulit, & varias, quas habet hortus, opes.
In quibus eſt lactuca ſedens, & ſectile porrum,
Nec deeſt ructatrix mentha, nec herba ſalax.

ubi *lactuca ſedens*, quae hic *ſeſſilis*. dein *ſectile porrum* diverſum ab illo, quod hic v. 16. *in caput ſuum ſemper creſcens* dicitur, & hinc porrum *capitatum* vocatur. unde *utrumque porrum* primo loco Martiali. Columella Lib. X. 168.

Nunc apio viridi criſpetur florida tellus,
Nunc capitis & porri longo reſoluta capillo
Laetetur.

ut emendat Heinſius, vel *Nunc caepa & porri*. in vulgatis, *Nunc capitis porri*. dein *mentha ructatrix* Martiali, quam *olentem* hic poëta vocat, & *herba ſalax*, eſt eruca. ut verſu ſeq. *ſalaces tollat erucas*. ſic & Columella Lib. X. v. 373. *Jamque eruca ſalax fecundo provenit horto*. vide ſupra ad Ep. XLVIII. & infra ad Ep. 76. *Mentemque olentem* vitioſe in ed. Vinc. & Brix.

Alliumque furatum] Quin & hic quoque locus corruptus ſit, puto ſatis perſuaſum habere, qui elegantioris ingenii ſunt. Sed minima labes hic omnem auctoris ſenſum obſcurabat. *Furatum* pro *fivratum*. hoc eſt, *fibratum*. Veteres editiones huic ſuſpicioni ſuffragantur. habent enim:

——— *Alliumque phullatum.*

quod ſcilicet ſcriptum fuiſſet *phibratum*. *allium fibratum* eleganter dici ſatisdabo ex loco Moreti,

——— *cum ſpiſſis allia fibris*
Quatuor educit. SCALIG. *fibratum* edidi ex veriſſima Scaligeri emendatione, quam recte in contextum quoque recepit Scioppius. *furatum* in MSS. & edd. vetuſtis, ut in ſecundo Heinſiano, Wittiano, Vincent. Brix. Ven. & utraque Aldi editione, aliiſque. Columella Lib. X. 112.

——— *jam teneris ſpondens lactucula fibris,*
Alliaque infractis ſpicis.

apud eumdem v. 187. de lactuca,

Candida fibrato diſcrimine, candida thyrſo eſt.

ut legit Heinſius pro *vibrato*.

Quae cuncta quamvis] Corruptum hunc locum eſſe ſatis convicerit vetus lectio, aliter in excuſis concepta:

Quae cuncta noſtro ut habeamus in ſepto.

minima licentia legerim:

Quae cuncta noſtro ut ambiamus in ſepto.

quae quamquam ambiantur in noſtro ſepto, incluſa ſint in noſtro ſepto. SCALIGER. *Cunctaque quamvis* in Wittiano. *habeamus* in primo Medic. Voſſian. Witt. & vetuſtis edd. *habeantur* in Vatic. *ut ambiamus* in aliis. verſu ſeq. *proximi fuerunt horti* vitioſe in Wittiano.

in mihi laboratum Locum venitis] *inelaboratum* Wittian. *Hortum* pro *Locum* in Holſteniano.

convolatis ad poenam] *praedam* in cod. Vaticano, & Holſteniano. quod nec Heinſio diſplicebat. & firmatur ab ed. Vinc. Brix. & Ven. ſed *poenam*, ut in utraque Aldina, hic vocat eo ſenſu, quo Ep. XXIV. *Fur habeas poenam, licet indignere*. ubi vide. & apud Petron. cap. 8. *niſi valentior fuiſſem, poenas dediſſem*. Ep. XXXVI. *Ut poenam patiare & hanc & illam.*

Nimirum apertam convolatis ad poenam,
Et vos hoc ipſum, quod minamur, invitat.

EP. LIII. PRIAPVS.

Heus tu, non bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horto:
Jam primum ſtator hic libidinoſus
Alternis ineundo, & exeundo,
Porta te faciet patentiorem.
Accedent duo, qui latus tuentur,

Pul-

illam. Ep. LXV. *Furatum venit huc amore poenas.* Ep. LXVIII. *hac poena culpa luenda tua eſt.*

Et vos hoc ipſum, quod minamur, invitat] *Et nos* Voſſian. & Witt. *Cum vos* in primo Fabric. *Et nos id ipſum* Avancius. *minuamur* in utroque Fabric. *hoc ipſum*, ſyllaba in *hoc* correpta, notavit Faernus ad Terent. pag. 7. qui Virgilio vel Ovidio hoc Epigramma male adſcribit.

EP. LIII. *Heus tu* &c.] ſuperiori connectitur in codice Wittiano.

Stator] Quem ſupra *Circitorem* vocavit. *Statores* proprie ſunt carcerum, aut aedium cuſtodes. Nam *Stare* eſt verbum ejus rei. Manilius Lib. V.

——— *immitis venae, poenaeque miniſter,*
Carceris & duri cuſtos, quo ſtante ſuperbae
Proſtratae jaceant miſerorum in limine matres.

Ergo optiones, & mancipes carceris deſignat, qui & ultimis temporibus *Commentarienſes* dicebantur. Hic vero tantum ſunt cuſtodes, quos, ut & admonui, ſupra *Circitores* vocaverat. Quod ſequitur: *Accedent duo, qui latus tuentur.* nihil aliud quam *Latrones* eo deſignantur: qui prius *Laterones*, quod latus tegerent. Hi & *Statores* quoque ipſi ſunt. Petronius: *Quaedam enim foeminae ſordibus calent: nec libidinem concitant, niſi aut ſervos viderint, aut Statores altius cinctos.* Ita enim habet manu ſcriptus codex: non, ut ille, quem citat Turnebus, *altius cinctos.* Qui tamen codex, quo uſus eſt Turnebus, ex eo ipſo exemplari veteri, quod hodie eſt in manibus Clariſs. Juriſconſulti Jac. Cujacii, deſcriptus fuerit. SCALIG. Longe alio ſenſu *ſtator libidinoſus* hic dicitur. cui indicando facient, quae notavit Gonſalius ad Petron. cap. 126. pag. 213. *ſtatus* in Voſſ. *ſtatis* prim. Heinſ.

Alternis ineundo & exeundo] *ſed eundo* Vatic. *Alterni ſed eundo & redeundo* pr. Medic. Heinſ. Voſſ. *Alterni ſedendo* Wittian. *Alterius ſed eundo & redeunde* ed. Vinc. Brix. & Ven. *Alternis & eundo & exeundo*, Aldus & Avancius. de locutionibus obſcoenis, ab *eundo* deductis, vide Paſſerat. ad Propert. Lib. I. pag. 389.

Porta te faciet patentiorem] etiam *portam* inter obſcoena vocabula fuiſſe conſtat. Catullus:

——— *patente porta*
Percurrent raphanique mugileſque.

quo pertinet & illud:

Portam ingredi nefas qua exieris.

Sic etiam apud Graecos θύρα uſurpatur, unde Bacchus Διθύραμβος vocatus, παρὰ τὸ δὶς θύραζε βαίνειν: ita enim malo interpretari, quam ab antro διθύρῳ, in quo eum enutritum fabulantur, cujus etiam opinionis Scholiaſtes Apollonii eſt Lib. IV. διὰ τοῦτο διθύραμβος ὁ διόνυσος ἐκλήθη, διὰ τὸ δύο θύρας ἔχειν τὸ ἄντρον. LINDENBR.

Porta te faciet patentiorem] *potentiorem* primus Heinſii & Wittianus. male. alterum vindicat illud Catulli Carm. XV.

Quem adtractis pedibus, patente porta,
Percurrent raphanique mugileſque.

ubi vide Muretum. ſupra Ep. XII. *Qui tanto patet indecens hiatu.* cui ſimillimum illud Martialis Lib. III. Ep. 72.

Aut infinito lacerum patet inguen hiatu.

Epigr. 29. *Oſtendes mihi coleos patentes.* alia ſignificatione *patere* dicitur, quae ſui praebet copiam. Martialis Lib. II. Ep. 105.

At mihi nulla ſatis nuda puella patet.

ut illic legendum, non *jacet*. infra Carm. 84.

——— *nec tibi tener puer*
Patebit ullus.

vide ad Tom. I. pag. 350. de voce *porta* ſenſu obſcoeno agit Weitz. ad Terent. Eun. III. 5.

Qui latus tuentur] Inde etiam *Latrones* antiquitus dicti σωματοφύλακες. Varro de Lingua Lat. Lib. VI. *Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos poſtea a ſtipatione ſtipatores appellabant.* Gloſſarium *Stipator*, σωματοφύλαξ. Apulejus de Mundo: *Ante fores viri fortes, ſtipatoreſque regalium laterum.* Recte vero Varro dicit Latrones inde dici, quod ad latera habebant ferrum: ea namque de cauſa δορυφόροι Graecis vocantur. Heſych. δορυφόρος, ὁπλοφόρος ὑπασπιστὴς, ἢ φύλαξ τῶν τυράννων πρὸ προόντων. Gloſſarium δορυφόρος ſtipator, ſatelles.

Ulti-

Pulcre pensilibus peculiati.
Qui cum te male foderint jacentem:
Ad partem veniet salax asellus,
Nihil deterius mutoniatus.
Quare, qui sapiet, malum cavebit,
Cum tantum hic sciet esse mentularum.

Ultimis autem temporibus dicti *Scribones*. Agathias Lib. III. (p. 85.) εἷς δέ γε ἦν οὗτος τῶν ἀμφὶ τὰ βασίλεια δορυφόρων, οὓς δὴ σκρίβωνας ὀνομάζουσι. Suidas tamen non ipsos satellites Scribones vocatos scribit, sed τῶν σωματοφυλάκων ὑπερφερομένους. *Scribones* etiam vocatos, qui antea *Deputati*, refert Leo Imperator in Excerptis, quae accepta debemus V. C. Bon. Vulcanio: Δεπυτάτοι δὲ προσηγορεύοντο τὸ παλαιὸν, οἱ νῦν λεγόμενοι σκρίβωνες, οἱ τοῖς παρακολουθοῦντες τῇ παρατάξει, τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τραυματιζομένους ἀναλαμβάνονται ὡς ἰατροὶ, καὶ περιποιοῦντες. Adeo ut non unum eorum officium fuerit. LINDENBR.

Pensilibus peculiati] *Peculium* etiam ad eam rem usurpatur a Plauto in Pseudolo:

Quid domino? quid somniatis? mea quidem hercle habeo omnia.
Meo peculio emta. BA. *Nempe quod femina summa sustinent.*

Petronius Arbiter: *protinusque peculio stuprum rogare coepit.* In vita Heliogabali: *Homines bene vasatos & majoris peculii.* Vasa quoque in eam partem dicebant. unde *vasati* Lampridio, qui hic *bene peculiati.* Plautus allusit in Poenolo:

Facio, quod manifesto haud moechi solent.
MI. *Quid est?* SY. *Refero vasa salva.*

Graecorum imitatio. Nam apud Medicos ea pars τὸ σκεῦος vocatur. Dicebant & *Res.* Arnobius Lib. V. *Artificii curas tum rebus adhibuisse pertituris:* id est genitalibus. In eodem: *Ocriculam imperavisse captivae, ut intelligeret, & cognosceret, quid sibi res vellent.* Loquitur de illis veretris, quae in foco a Tanaquile, aut Tanaquilis ancilla inventa fuerant. Idem in versione Orphei carminum:

Objecitque oculis formatas inguinibus res.

Etiam in Gallia vulgo ita loquimur. honeste rem foedam circumloquentes. SCALIGER.

Qui cum te male foderint jacentem] *Quique te male foderis* in Vaticano. *Et qui te male* Avancius.

Ad partem veniet salax asellus] *portam* prim. Med. alter Heins. Vatican. & Witt. cum ed. Vinc. Brix. & Ven. *partum* in primo Heinsiano. forte pro *pastum.* *Ad partes veniet* Salmasius. sed quo sensu *pars* in his Lusibus dicatur. docebunt Interpretes ad Petron. cap. 112. *asellus* vero ea hic notione, qua apud eumdem Petron. cap. 25. in fin. *post asellum diaria non sumo.* ubi vide notas. hinc & Priapo propria victima erat asellus. Ovid. I. Fast. v. 391. *Caeditur & rigido Custodi ruris asellus, Caussa pudenda quidem est, huic tamen apta Deo.* vide Gonsalium ad Petron. cap. CXXXIII. pag. 234. b.

Nihil deterius] Scribe, *Nihilo deterius:* ut Horatius: *Nihilo deterius dominae jus esse.* Postremus versus παρῳδιάζεται ex Catullo:

Quum tantum sciet esse basiorum. SCALIGER.

Nihil deterius mutoniatus] *Et nil deterius minustatus* in pr. Medic. & Voss. *Nihil deterius minutatus* prim. Heins. *municiatus* sec. Heins. & Witt. *mutoniatis* Vatic. *Nihilo deterius mutoniatus* ed. Sciopp. ut ex vestigiis MSS. legendum esse etiam notaverat Heinsius. Sed *Nihil* in Witt. Broukh. & ed. Ald. *Nil est deterius mutoniatis*, in Ven. Brix. Vincentina, aliisque edd. antiquis. *mutoniatus* hic est, qui aliis *vasatus*, & paullo ante *peculiatus*, ut *peculium* eodem sensu Petronio cap. 8. ubi plura in notis. de prima in *mutoniatus* hic correpta, quae Horatio in *mutonis* voce producatur, quod notet Scioppius, non tamen sine exemplo est. nam & ita in eadem carminis phaleucii sede, qua hoc loco, etiam corripitur apud Martialem Lib. III. Ep. 73. & XI. 64.

Quare, qui sapiet, malum cavebit] Errat si quis emendandum putet: *Qui sapiet, malo cavebit.* Qua enim de caussa *malum cavere* perperam dicatur, non video. LINDENBR. *si sapiet* prim. Medic. uterque Heinsii, Holstenianus, Voss. & Wittian. *si sapis, malo cavebis* in Vatic. *qui sapit, & malum cavebit* Avancius. *Quare, si sapis, hoc malum cavebis* in ed. Vinc. Brix. & Ven. *si sapiet, malum cavebit* Aldus in ed. prima, sed in secunda *sapit, hoc malum cav.* & sic Eggelingius. sed recte Pithoeus in notis ad Petron. cap. 82. legit, *qui sapiet, malo cavebit.* inprobante licet Lindenbrogio in notis ad hunc locum. est enim quasi adagiale dictum, *si sapis, malo cavebis.* Plautus in Menaechm. I. 2. 13. *Malo cavebis, si sapis.* & Bacchid. I. 2. 39. *Omitte Lyde, ac cave malo.* vide Parei Lexic. Plaut. pag. 68. simile illud Horatii Lib. I. Sat. 9. 34.

—— *loquaces,*
Si sapiat, vitet, simulatque adoleverit aetas.

EP. LIV. AD PRIAPVM.

Contentus modico Bacchus ſolet eſſe racemo:
Cum capiant alti vix ſua muſta lacus.
Magnaque fecundis cum meſſibus area deſit,
In Cereris crines una corona datur.
Tu quoque Dive minor majorum exempla ſecutus,
Quamvis pauca damus, conſule poma boni.

EP. LV. PRIAPVS.

E, D, ſi ſcribas, temonemque inſuper addas,
Qui medium vult D ſcindere, pictus erit.

EP. LVI. PRIAPVS.

Credere quis poſſet, falcem quoque, turpe fateri,
De digitis fures ſubripuiſſe meis?

Nec

Ovidius I. Am. 4. 29.

Quod tibi miſcuerit, ſapias, bibat ipſe jubeto.

hoc eſt, *ſi ſapias.* ut recte viri docti notant. nam male Pontanus ad Macrob. VII. cap. 12. *ſapias* pro *guſtes* exponit. Sentius Augurinus in Epigrammate, quod edidi Tom. I. pag. 443.

I nunc, qui ſapias, amare noli.

& Caeſar Auguſtus de Antonio & Manio, ibidem pag. 675.

—— *faciam? non puto, ſi ſapiam.*

Cum tantum hic ſciet eſſe] recte in utroque Heinſii, Holſteniano, Voſſiano, Broukhuſ. & Wittiano codice, *Cum tantum ſciet eſſe*, omiſſo *hic*, ut Aldus & Avancius. nam ita apud Catullum Carm. 5. ad Lesbiam, cujus totus fere hic verſus eſt,

Cum tantum ſciet eſſe baſiorum.

ſciat Avancius. ut apud Catullum etiam editur. *Cum tantum ſcias eſſe* vitioſe in Vincent. Brix. & Venet.

EP. LIV. AD PRIAPVM] PRIAPVS in Vaticano.

Cum capiant alti vix ſua muſta lacus] Tollio videbatur minime contemnenda eſſe lectio, quam in uno codice Voſſiano reperit, *vix cita muſta*, id eſt cito & inexſpectato lacus complentia, vel complere quaſi feſtinantia. certe id confirmatur etiam ab aliis codicibus manu exaratis. nam *cita muſta* etiam in Holſteniano. *altos vix cita muſta lacus* in primo Mediceo, altero Voſſiano, & ſecundo Heinſiano, utroque Fabricii, Wittiano, ac Broukhuſiano. *altos vix ſua muſta* in primo Heinſiano, Vaticano, & in ed. Vincent. Brix. & Ven. Hanc igitur lectionem, tot codicum auctoritate ſubnixam, praeferendam opinor.

Magnaque fecundis quum meſſibus area deſit] *deſit* conjecerat Broukhuſius. quod a cod. Vaticano firmatur. *horrea deſint* legebat Heinſius in Adverſariis ad Tibullum, Broukhuſianae editioni ſubjunctis, cap. II. pag. 464. ſeu Lib. IV. Adverſar. cap. 2. ubi hanc vocem aliis etiam ſcriptorum veterum locis reſtituit. Claudianus II. de Laud. Stilic. 396.

—— *meſſeſque vehant nunc humidus Auſter,*
Nunc Aquilo, cunctis diteſcant horrea ventis.

plura notavi ad Tom. I. pag. 513. lectionem tamen alteram firmare poſſet Ovidii locus, ex quo hic fere expreſſus videtur, Lib. III. Faſt. 557.

Tertia nudandas acceperat area meſſes,
Inque cavos ierant tertia muſta lacus.

In Cereris crines una corona datur] vide Titii notas ad Calpurn. Ecl. IV. 122.

majorum exempla ſecutus] *majora* in Vaticano. ſed Diis majoribus Priapus, minor quippe Deus, hic opponitur.

conſule poma boni] *conſule pauca boni* recte conjecit Francius.

EP. LV. PRIAPVS] AD PRIAPVM Vatican.

E D *ſi ſcribas*] E N I *ſi ſcribas* primus Fabricii. *jungas* Avancius, pro *ſcribas*. ſequente verſu, *qui medium* T in primo Mediceo, & utroque Fabricii. cum vulgato facit Vaticanus. *te vult ſcindere* Avancius, ut in primo Mediceo, Voſſiano, Broukhuſii, & Wittii codice. & ſic Iſ. Voſſius ad Catull. pag. 334. *vult te* in primo Heinſiano. D *vult* in ed. Vinc. Brix. & Ven. *vult* T in Aldinis. ſed vix curam ullam meretur Epigramma putidum & inſulſum, & quod binis ſimilis monetae Epigrammatibus, quae ſpuriis adſcribi merentur, addendum notavi ſupra ad Ep. VII.

EP. LVI. *Credere quis poſſet*] praecedenti Epigrammati adhaeret in primo Fabriciano & Wittiano.

Nec movet amiſſi tam me jactura, pudorque,
Quam praebent juſtos altera tela metus.
Quae ſi perdidero, patria multabor, & olim,
Ille tuus civis, Lampſace, Gallus ero.

EP. LVII. PRIAPUS.

Derides quoque fur, & inpudicum
Oſtendis digitum mihi minanti,
Heu heu me miſerum! quod iſta lignum eſt,
Quae me terribilem facit videri?
Mandabo domino tamen ſalaci,
Ut pro me velit irrumare fures.

EP.

tisno. *poſſit* in eodem Fabric. ut & correxerat Broukhuſius.

ſurripuiſſe meis] *ſurripuere* primus Heinſii & Fabricii.

Nec movet amiſſi tam me jactura] *me tam* cod. Broukh. & Wittii. ſimile illud Petronii cap. 30. *Superbus ille ſuſtulit vultum. Non tam jactura me movet, inquit, quam negligentia nequiſſimi ſervi.* & cap. 117. *Acceſſiſſe huic triſtitiae proximum naufragium, nec illum jactura moveri, ſed deſtitutum miniſterio non agnoſcere dignitatem ſuam.*

Quam praebent juſtos altera tela metus] *veros altera turba metus* in primo Heinſiano. quod deſumtum videtur ex Ovidio Lib. I. A. A. 754.

Praebebit veros haec tibi turba metus.

unde quis a Naſonis manu profluxiſſe hoc Epigramma hariolari poſſet. *veros metus* autem hic praefero, cujus gloſſema illud alterum *juſtos* ſuppoſuit librarius. ut aliis etiam veterum Auctorum locis accidit Virg. XII. Aen. 694. *me verius unum Pro vobis foedus luere.* ubi *juſtius* ex gloſſa in cod. Sprotiano, & in MS. Montalbanio adnotatum, *ideſt*, *convenientius.* Plinius Lib. VIII. Epiſt. 2. *nequaquam verum arbitrabar, quos non aequaſſet fide ſolutionis, hos benignitate remiſſionis aequari.* ubi Catanaeus *juſtum.* ſed gloſſema id eſſe recte cenſet Gruterus. & *verum* vindicarunt Buchnerus ac Cortius. ſic accipe in vexatiſſimo Taciti loco Lib. XIV. Ann. cap. 1. *fecunditatem & verum animum*, pro adfectu & amore ſincero. quod fruſtra ſollicitant viri eruditi. ſed *verum animum* copioſe in notis ſuis ineditis adſtruxit N. Heinſius. alia dabunt J. Fr. Gronovius Diatr. Stat. pag. 191. Pricaeus ad Apulej. Apolog. pag. 183. Bochius ad Hymnos Davidicos pag. 259. & Broukhuſ. ad Propert. III. 13. 11.

Quae ſi perdidero, patria multabor] *perdiderim* primus Heinſianus. *patriam* in Voſſiano. *mulctabor* in Vatic. & Witt. *patriam mulctabor* in ed. Venet. 1487. *patria mulctabor* in Brixienſi. *patria multabor* in utraque Aldina, & Veneta 1480. *patria mutabor* hic tamen legendum eſſe notaverat Heinſius, quod & monuit ad Ovid. IV. ex P. 14. 7. *mutare patriam*, & *patria mutari*, ſaepe pro loco moveri, vel patria ejici. Lucanus Lib. VI. 271.

Mutandaeque juvat permiſſa licentia terrae.

Lib. VII. 466.

Nec libuit mutare locum.

Lib. VIII. 147.

——— *cunctos mutare putares*
Tellurem, patriaeque ſolum.

Horatius Lib. II. od. 16. 19.

——— *quid terras alio calentes*
Sole mutamus? patriae quis exſul Se quoque fugit?

ut diſtinguendum & legendum recte monuit Bentlejus. & ſic variantur hae voces apud Propert. Lib. IV. El. 8. v. 28.

Mutato volui caſtra movere toro.

ut ex codice Groningano reſtituit Broukhuſius, cum antea legeretur *Mulctato.* de vera verbi *mutare* conſtructione, & variato ejus uſu, copioſe agit Raderus ad Curtium pag. 62 & 63.

Gallus ero] *eris* in ſola Gabbemae editione poſt Petronium.

EP. LVII. *Heu heu me miſerum! quod iſta lignum eſt*] ſic primus Mediceus & Voſſianus. *Heu me miſerum* Wittian. Vatican. & Veneta ed. 1487. Brixienſis, & Vicentina. In Aldinis *Hebeu me miſerum. Eheu me* ed. Scalig. & Plantini. ſed recte in Scioppiana, *Heu heu me miſerum.* ut ſemper ſcribendum Viri docti dudum monuerunt. vide Cortium ad illud Salluſtii in Jug. cap. XIV. §. 9. *Heu heu me miſerum! huccine, Micipſa pater, beneficia tua evaſere.* & quae notavi ad Tom. I. pag. 579. ubi in Epigrammate Petronii,

Heu heu nos miſeros! quam totus homuncio nil eſt.

ſed *iſta* quo referatur hoc in verſu, nemo facile

EP. LVIII. PRIAPUS.

Cornix, & caries, vetuſque buſtum,
Turba & putrida facta ſeculorum,
Quae forſan potuiſſet eſſe nutrix
Tithoni, Priamique, Neſtoriſque,
Illis ni pueris anus fuiſſet;
Ne deſit ſibi, me rogat, fututor.
Quid ſi nunc roget, ut puella fiat?
Si nummos tamen haec habet, puella eſt.

EP.

le dixerit. Scribendum itaque videtur,

Heu heu me miſerum! quod haſta lignum eſt,
Quae me terribilem facit videri.

ita conjeceram, quum poſtea vidi Salmaſium pro *iſta* etiam conjeciſſe, ſcriptum fuiſſe *aſta*, id eſt *haſta*. ſupra Ep. XLV. *Velis quid hanc dicas, quamvis ſim ligneus, haſtam? haſtam* vero hac in re vocem nequitiae eſſe docet Menagius ad Diog. Laërt. Lib. VI. c. 53. & Rutgerſius Lib. II. Var. Lect. cap. 2.

EP. LVIII. *Vetuſque buſtum*] Ita etiam Graeci τυμβογέροντας. SCALIG.

Cornix & caries, vetuſque buſtum] ita in omnibus ſcriptis editiſque. Heinſius tamen conjecerat *Cornuque & caries*. ut ſupra Ep. 33.

Laternae videor fricare cornu.

ubi vide. Catullus Carm. XXXIII.

Atqui corpora ſicciora cornu,
Aut ſi quid magis aridum eſt, habetis.

ſed vulgatam non ſollicitandam exiſtimo. paſſim enim apud poëtas anus decrepitae comparantur cornicibus longaevis. ut de vetula Martialis, Epitaphio anus libidinoſae, quod cum hoc Epigrammate conferri meretur, Lib. X. Ep. 67.

Pyrrhae filia, Neſtoris noverca,
Quam vidit Niobe puella canam,
Laërtes aviam ſenex vocavit,
Nutricem Priamus, ſocrum Thyeſtes,
Jam cornicibus omnibus ſuperſtes,
Hoc tandem ſita prurit in ſepulcro.

ubi forte legendum *putret in ſepulcro*. ut hoc loco *Turba putrida facta ſeculorum*. vide & Pacuvii & Accii loca apud Nonium in *putret* pag. 159. frequens hoc in vetulas cornicibus aequaevas convicium eſt. vide Broukhuſ. ad Tibull. Lib. II. El. 2. 21. p. 234. de cornicum longaevitate vide quae notavi ad Tom. I. pag. 277. deinde *vetus buſtum* eſt graviſſimae contumeliae dictum in anum hanc libidinoſam. Apulejus Lib. IV. Met. pag. 55. ed. Colv. *Etiamne tu buſti cadaver extremum, & vitae dedecus primum, & Orci faſtidium ſolum, ſic nobis otioſa domi reſidens luſitabis.* ſic L. Piſonem *buſtum Reipublicae* vocat Cicero cap. 4. *ab eodem homine* (P. Clodio) *in ſtupris inauditis nefariiſque verſato, vetus illa magiſtra pudoris & modeſtiae, ſeveritas cenſoria ſublata eſt, cum tu interim, buſtum Reipublicae, verbo nunquam ſignificaris ſententiam tuam tantis in naufragiis civitatis.* & cap. 5. *arx civium perditorum, caſtellum forenſis latrocinii, buſtum legum omnium & religionum.*

Turba & putrida facta ſeculorum] *Turba putrida facta ſaeculorum* in primo Mediceo, utroque Heinſii, Voſſiano, & Wittiano. *ſaeculorum* etiam in utroque Fabricii, & aliis codd. atque edd. vetuſtis. *putica* in primo Fabric. *putida* in alio Voſſiano. quod etiam Heinſius adſcripſerat. ſed *putrida* a ceteris omnibus agnoſcitur. *putrida facta*, ut in Epigrammate de Vino & Laetitia T. I. pag. 539. *niſi a multo marcida facta mero.* id frequens Ovidio, ut multis exemplis probat Heinſius ad Epiſt. XX. 82. ultimum hujus carminis verſum vitioſum exhibet Vaticanus, in quo, *Si minimos tamen habet.* quod & in Vincentina, Brixienſi, & Veneta an. 1487. inveni. in Wittiano, *Si nummos haec habet.* totum vero a mala manu adjectum adeoque delendum exiſtimabat Barthius Lib. XXI. Adverſ. cap. 10. ubi ſenſum Epigrammatis illuſtrat & exponit. in nullis tamen codicibus aut editionibus vetuſtis verſus hic deſideratur. & forte reſpexit Auctor ad illud Horatii Lib. I. Epiſt. 6. 36.

Scilicet uxorem cum dote, fidemque & amicos
Et genus & formam Regina Pecunia donat,
Et bene nummatum decorat Suadela Venuſque.

Tithoni, Priamique, Neſtoriſque] infra Ep. 78.

Deprenſos ego perforare poſſim
Tithonum, Priamumque, Neſtoremque.

unde hos & illos phalaecos ejuſdem auctoris eſſe ſuſpicari licet.

Ne deſit ſibi] *deſim* prim. Medic. uterque Heinſii, Voſſ. Vatic. uterque Fabric. Broukh. & Wittianus. quod & in ed. Vinc. & Venet. ſed *deſit* in Iliis.

Ep. LIX. PRIAPVS.

Quicumque fur feſellerit fidem noſtram,
Effeminato marceat procul culo.
Quaeque haec proterva carpſerit manu poma
Puella, nullum inveniat fututorem.

Ep. LX. PRIAPVS.

Praedictum tibi, ne negare poſſis,
Si fur veneris, inpudicus ibis.

Ep. LXI. AD PRIAPVM.

Si quot habes verſus, tot haberes poma, Priape:
Eſſes antiquo ditior Alcinoo.

Ep. LXII. MALVS.

Quid fruſtra quereris, colone, mecum,
Quod quondam bene fructuoſa malus

Au-

Ep. LIX *Quicumque fur feſellerit fidem noſtram*] alio verborum ordine in primo Mediceo, Vaticano, Wittiano, & ed. Vinc. Brix. ac Ven. legitur, *Quicumque noſtram fur feſellerit fidem.* & ſic in cod. Voſſiano, niſi quod *curam* pro *fidem* habent.

Effeminato] *Effoeminatos* vocabant, quos Salluſtius *muliebria patientes.* Deinde lego ultimum verſiculum: *Puella nulli vaeneat fututori.* Ne quaeſtum faciat apud ullum. Ne ſtupro lucrum mereat. Ovidius:

Stat meretrix certo cuivis mercabilis aere.

Potes & legere:

Puella nullum invenerit &c.

Sed prior lectio magis arridet. SCALIGER.

Effeminato marceat procul culo] pro *marceat* in ſecundo Heinſiano & Wittiano, *eminet procul dubio.* in pr. Medic. Voſſiano, aliiſque, vel *imminet.* *culo eminet procul* in cod. Vatic. ed. Ven. 1487. Brixienſi, & Vincentina. In prima Aldina *Effoeminato emineat procul culo,* in altera *marceat.* ex vitioſa autem codicum ſcriptura *eminet* Iſ. Voſſius legendum conjecerat *verminet.* id eſt vermibus infeſtetur. Martialis Lib. XIV. Ep. 23.

Si tibi moroſa prurigine verminat auris.

ſic legitur in vulgatis. *porrigine* in nonnullis codd. MSS. *muroſa* in Palat. pr. forte pro *mucoſa.* niſi ex edita lectione *moroſa* potius *morboſa* ſit ſcribendum. *verminare* etiam pro tormina pati. vide Scalig. ad Feſtum pag. 213. ſic *oſtrea verminulata*, a vermibus quaſi exeſa & perforata, exponit Pricaeus ad Apulej. Apol. pag. 96.

Puella nullum inveniat fututorem] *repperiat* vel *reperiat* in pr. Medic. ſecundo Heinſii, Holſteniano, Voſſ. Broukh. & Witt. *inveniat jam fututorem* Vatican. cum vulgatis faciunt vetuſtiores editiones, & Aldus. *invenerit* legebat Heinſius, notaveratque, male Meliſſum emendaſſe, *nulli veniat fututorum,* cui tamen unus favet codex Voſſianus. in quo *nulli veneat fututori.* quod priorem Scaligeri conjecturam firmat. mihi cum Heinſio *invenerit* neceſſario legendum videtur, ut Salmaſius etiam emendandum adſcripſerat, idque D'Orvillio in mentem venerat: ſi enim ultimam in *nullum* non elidas, quarta ſede peccabitur. vel ex codicum MSS. veſtigiis praeſtiterit, *Puella nullum reperiat fututorem.* quod forte mutatum fuit ab illis, qui primam in *reperire* ſemper correptam exiſtimabant.

Ep. LX. *Praedictum tibi ne negare poſſis*] priori additur in Vaticano & Wittiano. *praedicta* pr. Medic. Voſſ. & Witt. *rogare poſſis* Vatican. altero verſu *inpudicus eris* in pr. Med. utroque Heinſii, Voſſ. Vat. Witt. aliiſque. unde *exis* conjecerant Iſ. Voſſius & N. Heinſius. de voce *impudicus* vide Muretum ad Catull. Carm. XX. pag. 33.

Impudicus ibis] *Impudicum* vocat, quem paulo antea *effoeminatum.* Feſtus: *Impudicatus, ſtupratus, impudicus factus.* Alio nomine dicebatur *flagitatus.* Apulejus: *nudatum, ſupinatumque in ventrem execrandis uredinibus flagitabant.* Cato, *intercutibus ſtupris flagitati.* Dicebantur & *Intercutiti:* Item *internuculi.* Omne enim medium, *nucleum* vocabant veteres: ut apud Vitruvium. Caetera dicere vetat pudor. SCALIGER.

Ep. LXII. MALVS] PRIAPVS in Vaticano.

Au-

Autumnis sterilis duobus adstem?
Non me praegravat, ut putas, senectus,
Nec sum grandine verberata dura,
Nec gemmas modo germine exeuntes
Seri frigoris ustulavit aura,
Nec venti, pluviaeve, siccitasve,
Quod de se quererer, malum dederunt:
Non sturnus mihi graculusve raptor,
Aut cornix anus, aut aquosus anser,
Aut corvus nocuit siticulosus.
Sed quod carmina pessimi poëtae
Ramis sustineo laboriosis.

EP. LXIII. PRIAPUS.

Securi dormite canes, custodiet hortum
Cum sibi dilecta Sirius Erigone.

EP. LXIV. PRIAPUS.

Parum est, miser quod hic fixi sedem,
Agente terra per Caniculam rimas,

Siti-

Autumnis] sic veteres codices & edd. in aliis *Autumnus*.

Nec sum grandine verberata dura] imitatio Horatii videtur Lib. III. od. I. 29.

Nec saevus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Haedi,
Nec verberatae grandine vineae.

& sic de imbre vel vento vehementiore. vide notas Broukhusii ad illud Tibulli Lib. I. El. 2. 7. *Janua difficilis dominae, te verberet imber.* quod pulchre illustrat. & sic *flagellare*, de quo vide Barth. ad Stat. V. Theb. 373. & Tennul. ad Frontin. II. 1. 15.

Nec gemmas modo germine exeuntes] *germen exeuntes* in primo Heinsiano, pro quo *germen exeuntes* recte in altero ejus codice. vitiose *Nec geminas* in utroque Fabricii & Wittiano. *Nec gemmas meo germine* Medic. pr. *exeuntis* Vatic. adpositum Arnobii locum ex Lib. III. pag. 113. 114. adscripserat Tollius: *Flora illa genitrix, & sancta obscoenitate ludorum, bene curat, ut arva florescant, & cur quotidie gemmulas & pubescentes herbas adurit atque interficit nocentissimum frigus? gemmas*, ut *herbae gemmantes, gemmantia prata*, & sim. illustrabunt, quae notavi hoc Volumine pag. 343. 344. sequente versu *Saevi frigoris* in Vaticano & Voss. *Scaevi* in primo Heinsii. Exprimit illud Virgilii I. Georg. 93. *aut Boreae penetrabile frigus adurat.* nam *urere*, vel *ustulare*, quod verbum Catulli est, de frigore, ut καίειν Graecis, passim dici, abunde a viris doctis notatum est. vide Meursii notas ad Hesych. Illustr. p. 202. Mollium ad Longi Pastor. pag. 75. & Drakenb. ad Silium Ital. Lib. IV. 68.

Quod de se quereret] *querere* in Wittiano. *quereris* in Vatic. ut Avancius. Lege cum Heinsio; *Quo de se quererer.*

Aquosus anser] *Aquosus*, φίλυδρος. ut *mulierosus* φιλογύναιος, γυναιμανής. *vinosus*, οἰνόφλυξ. Ovidius de Thetide:

——— *per numina matris aquosae.*

Alioqui *aquosus*, est ὑδατώδης. Mirum autem, hoc Epigramma, quod Priapejum non est, huc alieno loco immissum esse: ut & illud:

Securi dormite canes. Custodiat hortum &c.

Nam tametsi est κατάρατον, tamen non κατάρατῳ θεῷ, hoc est Πριάπῳ. SCALIGER.

EP. LXIV. *Parum est*] Puto legendum:

Parum est, amici, fixerim quod hic sedem. SCALIG.

Parum est, miser quod hic fixi sedem] ita edidit Aldus, & Scaliger: quod secuta est Lugdunensis 1560. & Plantini editio. idque a codice Broukhusiano firmatur. Eggelingius correxerat *Parum est mihi miser quod hic fixi sedem.* melius edidit Scioppius, *Parum est mihi, fixi quod hic miser sedem.* quod in Vossiano codice exstat. in vetustioribus editioni-

bus

Siticulosam sustinens diu aestatem.
Parum, quod imi perfluunt sinus imbres,
Et in capillos grandines cadunt nostros,
Rigetque dura barba vincta crystallo:

Parum,

bus Brixiensi, Vincentina, Veneta 1487. aliisque, *Parum est mibi quod bic fixi sedem.* & sic in Vaticano & Wittiano codice. in primo Mediceo, & Vossiano, *Parum est mibi, pedem quod bic miser fixi.* N. Heinsius conjecerat, *Parum est mibi, quod bicce fixerim sedem.* vel potius, *Parum est, miselli fiximus quod bic sedem.* a quo non multum abit conjectura J. Dousae Patris in Praecid. pro Tibullo cap. XIV. pag. 84.

Parum est, misellus fixerim quod bic sedem.

Scaligeri vero conjecturam in contextum admisit Gabbema post Petronium, ubi legitur,

Parum est, amici, fixerim quod bic sedem.

quod lubens amplecterer, si ab ullo codice confirmatum invenissem. Scriverius ad marginem ed. Scalig. conjecerat,

Parum est, parum est, miser quod bic fixi sedem.

repetitione non invenusta formulae *parum est*, quae eleganter inservit querelae & lamentationi. Deianira apud Ovid. Epist. IX. 47. *Haec mibi ferre parum est: peregrinos addis amores.* Lucanus Lib. IV. 501. *Namque suis pro te gladiis incumbere, Caesar, Esse parum scimus.* vide Patrui mei notas ad Ovid. Epist. III. 25. *Non repetisse parum est; pugnas ne reddar, Achille.* ubi & alia exempla adtulit. quibus adde ex Lib. VI. Met. 3. *Tum secum: laudare parum est, laudemur & ipsae.* Livius Lib. XXXVIII. 54. *Parum enim fuisse, non laudari pro rostris P. Africanum post mortem, nisi etiam accusaretur.* eodem modo *parum babere* eidem Livio Lib. XLII. c. 3. *Templum augustissimum, quod non Pyrrbus, non Hannibal violassent, violare parum babuisse, nisi prope diruisset.* plura Cortius ad Sallust. Jug. cap. 31. §. 9. Secundo versu vitiose in Vatican. *Agente terram per canicula rimas.* quod etiam in ed. Vincentina, Brixiensi, & Veneta an. 1487. inveni. *terrae* Avancius. perperam. Ovid. II. Met. 211.

Corripitur flammis, ut quaeque altissima tellus,
Fissaque agit rimas, & succis aret ademtis.

deinde, *Siticulosam sustinemus aestatem* in primo Mediceo, Heinsiano secundo, Holsteniano, Vossian. Broukhus. Wittian. & in prima Aldi editione. sed in altera, *Siticulosam sustinens diu aestatem.* quod in Scaligeranam & Scioppianam derivatum est. in vetustioribus editionibus, *Siticulosam sustinens aestatem.* Janus Dousa in Praecidan. ad Tibull. *Siticulosam sustinens die aestatem.* Sed forte emendandum,

Siticulosae sustinens diem aestatis.

Sequente versu Scaliger Aldinam, ut passim, secutus est editionem. *Parumque sinus superfluunt lymbres* in Vaticano: ut in vetustis editionibus Vincent. Brix. & Veneta etiam excusum est. *Parumve imi superfluunt sinus imbres* in Wittiano. Legendum forte ex codicis Fabriciani vestigiis,

Parum, quod imos perpluunt sinus imbres.

certe *perpluunt* etiam conjecit Salmasius. vel cum J. Dousa in Praecidaneis Tibullianis, *Parum, quod imos perluunt sinus imbres.* nam *perluere* est penitus madefacere. Petronius in Carm. de Bel. Civ. cap. 120. Satyr.

Nec mea Tisiphone sitientes perluit artus.

ubi vide Patrui mei notas. Tibullus Lib. II. El. 5. 70. *sicco perlueritque sinu.* ubi male *pertulerit* in aliis. *udi perpluunt sinus imbre* conjecerat N. Heinsius. totum vero hoc Carmen, ita ut illud suae integritati restituendum censebat, exhibuit Graevius in Lect. Hesiod. cap. XIV. & in Epist. ad N. Heins. Tom. IV. Syllog. pag. 2. ubi praecedentes versus hunc in modum emendat:

Parum est, misellus fixerim quod bic sedem,

vel,

Parum est, miser quod bic fixi sedem,
Agente terra per Caniculam rimas,
Siticulosam sustinens die aestatem.
Parum, quod imos perpluunt sinus imbres.

Parum quod imi] Repono ex antiquitus excusis: *Parumne, quod superfluunt sinus imbres.* SCALIG.

Rigetque dura barba juncta crystallo] ita in plurimis MSS. & antiquis editionibus, quas Scaliger & Scioppius secuti sunt. *barba* tamen *juncta crystallo*, pro glacie hiberna concreta & rigida, absurde dicitur. verissime N. Heinsius ad Claudian. Ep. VII. corrigebat,

Rigetque duro barba vincta crystallo.

& sic Graevius. *vincta* etiam Janus Dousa, Salmasius, & Tollius emendaverant, quod a primo codice Heinsiano & Fabriciano firmatur. Idem Heinsius ad Ovid. III. Trist. El. 10. 25. legebat,

Rigetque cruda barba vincta crystallo.

parum refert. sed *dura* in MSS. & edd. omnibus. recte igitur *barba vincta crystallo* me edidisse opinor. passim enim & ubique apud poëtas aquae gelu *vinctae* occurrunt, licet depravata saepe per librarios lectione, & supposita voce *juncta.* ut multis exemplis probavi ad Epigrammata de Amne glacie concreto, hoc Volumine pag. 377. aliis etiam

Parum, quod acta ſub laboribus luce,
Parem diebus pervigil traho noctem.
Huc adde, quod me terribilem Deum fuſte
Manus ſine arte ruſticae dolaverunt,
Interque cunctos vilius Deos numen,
Cucurbitarum ligneus vocor cuſtos.
Accedit iſtis inpudentiae ſignum,
Libidinoſo tenta pyramis nervo:

Ad

etiam in locutionibus duae hae voces *juncta* & *vincta* apud ſcriptores veteres conſuſae & variatae ſunt. Ovid. VI. Met. 55. *Tela jugo vincta eſt.* ubi Seneca Epiſt. xc. verſum illum adferens habet *juncta eſt.* Propertius Lib. III. 4. 30.

Cinctaque funeſta lanea vitta toro.

ubi *Junctaque* in ſuo codice legi teſtatur Heinſius in Epiſt. ad Graev. Tom. IV. Syllog. p. 299. & ipſe *Vinctaque* corrigit. Statius Lib. II. Sylv. 7. 21. *Et vinctae pede vocis & ſolutae.* ut reſtituit Gevartius. male vulgo *junctae.* Sidonius Apollinaris Carm. II. 78. — *ita vinxerat omnes Legati genius.* ſic enim corrigit Barthius ad Claudian. p. 194. vulgo *junxerat.* Maximianus Eleg. I. 32.

Alterno potius vincta dolore placent.

ubi melius in cod. Voſſiano *juncta.* Sed exemplorum modus eſto. alia vide apud Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 224. in notis Patrui mei ad Ejuſd. Ibin v. 235. & Drakenborchii ad Silium Ital. VIII. 487. ſequente verſu *Parumque acta ſub laboribus lucem* Vatican. & *praevigil* pro *pervigil* in eodem.

quod me terribilem] Puto prius fuiſſe, *fuſte terribilem.* Corrigo igitur, — *fuſte de rudi vilem.* hoc eſt αὐτόξυλον τέχνημα φαυλούργου χερὸς, jambico ſenario. SCALIG.

Huc adde, quod me terribilem Deum fuſte Manus ſine arte ruſticae dolaverunt] Et hic locus emendatione eget. nam in quarta primi verſus ſede vitium eſt. *Addeque quod me terribiles fuſte* in Vaticano, & vetuſtioribus editionibus. ut *terribiles manus* jungantur. ſed male. ſupra Ep. 57.

Quae me terribilem facit videri.

Ep. xx.

At me terribilem m. tenta facit.

neque vocem *Deum* agnoſcunt primus Mediceus & Heinſianus, nec Voſſii codex & uterque Fabricii. neque editiones Aldinae, in quibus legitur, *Huc adde, quod me terribilem fuſte.* & certe videtur a mala manu haec vox adjecta fuiſſe, nam mox *Deos* ſequitur. Iſaacus autem Voſſius conjecerat,

Huc adde quod me cerrino vilem fuſte.

quia ſcilicet cerrinum lignum viliſſimum, quodque in ſola longitudine robur habeat, & fuſtibus axibuſque tantum ſit aptum. Sed ut praeteream hoc nimis longe quaeſitum, *vilem fuſte* in fine verſus adverſatur metro. Cel. D'Orvillius putabat legi poſſe,

Huc adde quod me terribile Deum fuſte.

terribile pro *terribili.* de quo genere abunde Voſſius Lib. IV. de Art. Gram. cap. XI. & ſic *Deus fuſte terribilis* dicatur, ut *fuſcis Aegyptus alumnis* Propertio II. 24. 15. Scriverius vero editioni Scaligeranae adſcripſerat, Paulum Meliſſum legiſſe, *Huc adde, quod me territabilem fuſte.* Sed adſentior Scaligero & Graevio locum hunc ſic reſurgentibus,

Huc adde, quod me fuſte de rudi vilem
Manus ſine arte ruſticae dolaverunt.

ſic enim ſupra Ep. x. Priapus ipſe,

Non ſum Phidiaca manu politus,
Sed lignum rude villicus dolavit.

ubi notas vide.

Interque cunctos vilius Deos numen] ſic editio Scaligeri. ſed in antiquioribus, *Interque cunctos vultus Deos numen.* ut in Vincentina, Brixienſi, & Veneta. unde *vilius* formatum fuit. *ultimos Deos* in cod. Vatic. ſed reſtituendum ex Mediceo, Voſſiano, & Aldina utraque, quas hic ſecutus eſt Scioppius,

Interque cunctos ultimum Deos numen.

& ita Graevius in Heſiodeis. hoc eſt quod ſupra dixit Ep. XIV.

Nos vappae ſumus, & puſilla culti
Ruris numina: nos pudore pulſo
Stamus ſub Jove coleis apertis.

& Ep. LIV. ad Priapum,

Tu quoque, Dive minor, majorum exempla ſecutus. N. Heinſius conjecerat,

Interque cunctos vile ceu Deos numen.

vel, *villicum Deos numen.* ſatis ingenioſe.

Accedit iſtis] *Accedat* Wittian.

Libidinoſo tenta pyramis nervo] *Libidinoſa tenta pyrrhamis* in Vaticano. *priamis* Voſſian. & ed. Venet. 1487. *tecta* Avancius. ſequente verſu *Ad hoc puella* in Holſteniano.

Quot

Ad hanc puella, paene nomen adieci,
Solet venire cum suo fututore.
Quae tot figuris, quot Philaenis enarrat,
Non inventis, pruriginosa discedit.

EP. LXV. PRIAPVS.

Quidam mollior anseris medulla,
Furatum venit huc amore poenae.
Furetur licet usque, non videbo.

EP. LXVI. AD PRIAPVM.

Hic tibi, qui rostro crescentia lilia mersit,
Caeditur e tepida victima porcus hara.

Ne

Quot Philaenis] Scripsit haec libros περὶ ποικίλων σχημάτων ἀφροδισίων, sicut & Elephantis, & Cyrene, quae δωδεκαμήχανος dicta fuit. item Astyanassa quaedam, ut ait Hesychius. De Philaenidis libris Athenaeus Lib. VIII. SCALIGER.

Quae tot figuris, quot Philaenis enarrat, Non inventis, pruriginosa discedit] haec in MSS. & editis codicibus vetustis non parum variantur. *Quae tot figuris* in utroque Heinsiano, & Vaticano. *quot Pilaeeis* in primo Fabricii. *quot Silenis* prim. Medic. & Voss. *Quo tot figuras* in Hollsteniano. deinde, *Non inventis pruriosa discedit* in primo Medic. utroque Heins. & Voss. *ad inventis pruriosa* Vatic. *Non admonetis pruriosa discedit* Holstenian. In editionibus vetustioribus excusum fuit,

Quae tot figuris, quot Pailenis enarrat,
Non inventis, pruuinosa descedit.

Aldus in prima editione,

Quae tot figuris, quot Philenis enarrat,
Non inventis, pruriosa discedit.

sed in secunda dedit,

Quae ut tot figuras, quot Philenis enarrat,
Non invenit, pruriginosa discedit.

quod secutus fuit Scioppius. Scriverius autem in margine ed. Scalig. conjecerat,

Quae tot figuras, quot Philenis enarrat,
Non intuens.

ultimum versum sic constituendum opinabatur Cel. D'Orvillius,

Non editis, pruriginosa discedit.

ut Epigr. 5.

Si pictas opus edat ad figuras.

Heinsius vero ad Ovid. Rem. 407. ex vestigiis libri vetusti (per quem innuit codicem Holstenianum) qui habebat *admonetis*, hos versus sic emaculabat,

Quo tot figuras, quot Philaenis enarrat,
Non admovente, pruriosa discedit,

& sic corrigendum monet etiam ad Lib. II. Trist. 418. nisi quod memoriae vitio *quot Philaenis invenit* adserat, pro *enarrat.* ibidemque testatur in codice vetusto Frederici Ubaldini hic legi *Quo tot figuras* &c. *non admovetis.* & sic fere Isaacus Vossius, qui adscripserat, *Non admovente pruriosa.* certe *Quo tot* firmatur etiam a codice Vossiano. & *pruriosa* in utroque Fabricii. *pruriose* in Broukhusiano. denique Wittianus codex,

Quae tot figuris, quot Philaenis enarrat,
Non inventis, pruriose discedit.

ex tot vero codicum scriptura patet, *pruriosa* emendandum esse, hoc est pruriens in Venerem; nam *pruriginosa* carminis legi obstat, licet haec vox magis obvia sit. de Philaenide vide supra ad Ep. IV.

EP. LXV. *Quaedum molitor*] Ex Catullo: (Carm. XXV.)

Cinaede Thalle, mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medullula, vel imula oricilla. SCALIG.

venit huc amore poenae] *hunc* in primo Fabriciano. *paene* Vatic. *pene* Witt. sed vide supra ad Ep. LII. v. 27. & Scalig. ad Ep LXVIII. ultimo versu forte legendum, *Furetur licet usque, haud invidebo.*

EP. LXVI. *qui rostro crescentia lilia mersit*] nugatur Scioppius, qui *rostro mergere* explicat devorare. cujus locutionis exemplum adferre debuisset, & probare, *rostro mergere* aeque recte dici, ac *mergere alvo*, vel *demergere in alvum*, de voracibus hominibus. de quo vide Patrui mei notas ad Phaedr. Lib. IV. Fab. 5. v. 10. *Capacis alvo mersit tartareo specu.* Huic loco aptior est Nic. Heinsii conjectura, legentis, *rostro crescentia lilia carpsit.* vel *rasit*, aut *rosit.* ut de capro Ovid. I. Fast. 357. *Rode caper vitem.* Avienus Descript. Orb. 1143.

——— *non illis pabula in usum*
Terra parit, glebas arrodunt more ferarum
Jejunas herbas, nec amicas frugibus ullis.

ut

Ne tamen exanimum facias pecus omne, Priape:
Horti ſit facias janua clauſa tui.

EP. LXVII. PRIAPUS.

Tu quae, ne videas notam virilem,
Hinc averteris, ut decet pudicam:
Nimirum, niſi, quod times videre,
Intra viſcera habere concupiſcis.

EP. LXVIII. PRIAPUS.

Penelopes primam, Didonis prima ſequatur,
Et primam Cani, ſyllaba prima Remi,
Quodque fit ex illis, mihi tu deprenſus in horto
Fur dabis: hac poena culpa luenda tua eſt.

EP.

ut corrigit idem Heinſius ad Ovid. XIII. Met. 691. quem vide. & ad Lib. XV. 114. ubi emendat,

Vite caper roſa Bacchi mactandus ad aras
Ducitur ultoris.

in vulgatis etiam *merſa* illic legebatur.

Conditur e tepida] *Caedetur tepida* in Vaticano, & Voſſiano, non male. *Caeditur in tepida* Wittian in quo verſ. primo *Nec ubi. porcus ara* in Vatic. eraſa litera *b.* & ſic Witt. Ovid. Epiſt. I. 101. *immundae cura fidelis harae.* de porco Priapi victima vide Gonſal. ad Petron. cap. 133. pag. 234. b. ſequente verſu *Ne tamen extinctam* in utraque Aldi editione. & ſic Eggelingius. *extraneum* in primo Medic. utroque Heinſii, Voſſiano, Vaticano, utroque Fabricii, & Wittiano, quod & in Vincentina, Brixienſi, & Veneta ed. habetur. quae lectiones manum interpolatricem ſapiunt, vel aliquid a vulgata diverſum latere indicant. *Sit facias horti* in fine Epigrammatis tranſponebat Francius.

EP. LXVII. *Hinc averteris, ut decet pudicam*] *&* *decet* Wittian. *averteris* hic paſſive pro vultum reflectis, & prae pudore vertis. ut apud Ovid. Epiſt. IX. 123. *Non finis averti.* & Lib. V. Met. 214.

—— ſibi proxima tangit
Corpora: marmor erant: avertitur.

ſeq. verſu *Nil mirum* in aliis. *Ni mirum* Witt. Heinſius legebat *Nimirum tibi, quod* &c. *times videri* in utroque Fabricii, & primo Heinſiano. *ſacra viſcera* prim. Fabric.

EP. LXVIII. *Penelopes primam Didonis prima ſequatur*] ita vetuſtae & recentiores editiones. *Dido fac prima* in utroque Heinſiano, Wittii, & Broukhuſii codice. *Didus fac prima* reponebat N. Heinſius ad Ovid. I. A. A. 25. ubi quaedam exempla profert ejuſmodi nominum propriorum, quorum ſecundus caſus in *us* effertur. de quibus vide Chariſium pag. 102. inter Grammat. vet. Putſchil. idque probat Th. Munckerus ad Hygin. Fab. 2. vide quae notavi ad Tom. I. pag. 678. ſequente verſu *Et primam Cadmi* pro *Cani* conjecerat Scriverius; quod ab uno codice Voſſiano firmatur.

Quodque fit ex illis, mihi tu deprenſus in horto] *Quodcumque ex illis fit, tu deprenſus* in primo Mediceo, utroque Heinſii, Voſſiano, & ſecundo Fabricii. *Quicumque ex illis fit tu deprehenſus* in Wittiano. *depraenſus* Vatic. Legendum itaque,

Quodcumque ex illis fit, tu deprenſus in horto.

ad illuſtrandum carminis hujus acumen faciunt quae animadvertit Vinetus ad Auſon. Epig. 126. ſed jure ſuo inter ſpuria horum Luſuum quoque referri notavi ſupra ad Ep. VII. & vide de hoc Epigrammate Rutgerſium Lib. III. Var. Lect. cap. 5.

haec poena] Poena hic ἀντὶ λύτρων. ποινή. unde ἄποινα. ſic in Ciri: *Et dictam Veneri veterum avertere poenam.* Λύτρα veteres Latini vocabant *luſtra.* Nam Tragoediam Ἕκτορος λύτρα quum verteret Ennius, inſcripſit, *Hectoris luſtra.* ita enim habent omnes Nonii Marcelli tam ſcripti, quam antiquitus excuſi codices. Ergo λύτρα, *luſtra.* & ſane ratio eſt apud Varronem, qui ait *luſtrum* dictum a luendo: & proprie *luſtrum*, quod pendebatur quinto quoque anno. *luſtrum* a luendo: ut a fluendo *fluſtrum.* ὁ θαλάσσης μαλακία. & *fruſtrum* a frio. & *tranſtrum* a tranſeo. *monſtrum* a moneo. *roſtrum* a rodo. *ploſtrum* a plodenda terra, &c. SCALIGER.

EP. LXIX. PRIAPVS.

Rusticus indocte si quid dixisse videbor,
Da veniam: libros non lego, poma lego.
Sed rudis hic dominum toties audire legentem
Constiti, Homeriacas edidicique notas.

Pso-

EP. LXIX. *Rusticus*] *Rusticum* vocant Veteres τὸ ἀσοῦ. Martialis: — *si vis, Rustice, red. de priam.* & Graeci: ἄγροικός εἰμι, τὴν σκάφην, σκάφην λέγω. Suspicor Ovidii esse hoc Epigramma. SCALIGER.

Rusticus indocte si quid dixisse videbor] praecedenti conjungitur in primo Fabricii & Wittiano. Ovidii esse hoc Epigramma suspicabatur Scaliger. sed confidentius adfirmat Scioppius, *esse hoc carmen Ovidii* neque ab hac opinione alienus erat Francius, cui ab illius genio ac stylo non abhorrere videbatur. Ego vero amplius deliberandum censeo, quia Ovidiano genio neque stylo conveniunt acumina illa ex Graecis vocibus petita, *Psoleon ille vocat, eoleon ille vocat. Smeraleas certe*, & sim. quae obscoenitatis summam in hoc Epigrammate constituunt. primo versu *Rustice inculte* pro *indocte* adfert Lipsius Lib. III. Antiq. Lect. pag. 162. qui rem turpiorem indicari locutione *poma lego* existimabat, inprobante Scioppio. sic idem Lipsius, & cum eo Salmasius, aliique, sensum etiam nequiorem adfingunt versui Propertiano Lib. I. El. III. 24.

Nunc furtiva cavis poma dabam manibus.

vide infra ad Ep. LXXV.

Constitui meracas] Lego. *Institi, Homeriacas edidicique notas* *Institi*, Catullus:

Et qui principio sub terra frangere venas
Institit, & ferri frangere duritiem.

Afranius:

Iccirco haec agere tecum secreto institi.

Graecum est. Aristophanes, ὅπως τὸ πρᾶγμα τοῦτ' ἐνεχείρησε. Dicitur & in alium sensum, ut *instare merces*. Nonius Atellana:

Instat mercaturam, credo rem faciat, frugi est homo.

Inde *Institores*. Nec longe ab hac mente Virgilius:

Parte alia Marti currumque, rotasque volantes
Instabant. ——— SCALIGER.

Constiti, Homeriacas edidicique notas] & hic versus & reliqui hujus Epigrammatis in codicibus & editionibus vetustis tam mendosi olim circumferebantur, ut vix medicina illis speranda esset. Ex depravata scriptura *constitui meracas*, quae in primis ante se editionibus Vincentina, Brixiensi, ac Veneta obtinebat, Aldus in priore editione dedit *Constituique meras*. in secunda vero propius inde elicuit *Constiti, Homeraeas*. hinc Scaliger *Constiti, Homeriacas* edidit, sed in notis corrigit *Institi, Homeriacas*, ut *institi* pro *conatus sum* dicatur, adscriptis Catulli & Afranii locis, quae omnia, ut saepe, adoptavit Scioppius, & secuta est Plantini editio & Gabbemae post Petronium. neque taedebit variantes codicum MSS. lectiones, etiamsi valde depravatas, recensere. *Choris meracbas* in prim. Medic. & Vossiano. *Chors. meracas* primus Fabricii. *Chorus meracas* in uno Heinsii, Broukh. & Wittii. *Carpsi meracas* in altero Heinsii codice. *Coris meracas* in Holsteniano. *Constitui aeratas* Vaticanus. Ex his codicum vestigiis optime Heinsius castigavit — *audire legentem Cogor, Homeracas*, vel *Homeriacas, edidicique notas*, probante Bentlejo ad Horat. Art. Poët. v. 120. ubi *Homereum Achillem* Flacco vindicat. Sequente versu *quod nos psoloenta ceraunon* Criticos ante centum suae aetatis annos legisse, adnotaverat Scriverius. ita certe correxerat Avancius. absurda enim repetitio est *Psoleon ille vocat, quod nos Psoloenta vocamus*. quae valde corrupta habentur in codd. MSS. *polenta earanus* in primo Fabricii. *psolenta* Vatican. *psolenta cheraunon* in Wittii & Broukhusii codice. *psoloenta ceraunon* prim. Medic. & Vossian. *ceranon* in Holsteniano. optime vero Gronovius in Epist. ad N. Heins. Tom. III. Sylloges pag. 421. restituebat,

Ille vocat, quod nos psolon, psoloenta ceraunon.

quod codicum istorum scripturis, licet mendosis, firmatur. Sed ne singulas MSS. varietates enumerem, aut in castigando hoc Epigrammate operosior sim, adscribere hic praestiterit, quae ad illud emendandum adnotavit Nicolaus Heinsius ad Sabini Epist. Oenones v. 91. in fine. „ In
„ Priapejis, inquit, Epigr. LXVIII. locus est de-
„ positus ac conclamatus, quem non infeliciter,
„ ut puto, restituimus.

Sed rudis hic dominum toties audire legentem
Constituique meras edidicique notas.

„ Ita editi. unus ex scriptis duobus, qui penes
„ me exstant, secundo versu *Chorus meracas*. al-
„ ter *Carpsi meracas*. unus Mediceus *Choris mera-*
„ *cas*. Romanus ceteris vetustior *Coris meracas*.
„ Repone meo periculo,

Sed rudis hic dominum toties audire legentem
Cogor, Homeriacas edidicique notas.

„ pro

Psoleon ille vocat, quod nos Psoloenta vocamus:
Id quod nos culum, coleon ille vocat.
Smerdaleos certe nisi res non munda vocatur,
Et paediconum mentula smerdalea est.

Ep. LXX. PRIAPVS.

Quid nisi Taenario placuisset Troica cunno
Mentula, quod caneret, non habuisset opus.

Men-

,, pro eo quod sequitur,
Psoleon ille vocat, quod nos psoloënta vocamus,
Id quod nos culum, culeon ille vocat.
,, Alter meus pro vulgata lectione stat, alter
,, praestantioris notae, *quod psoloënta cheraunon.*
,, Mediceus *psoloënta cerannon.* Romanus *ceranon.*
,, nimirum a poëtae manu erat ψολόεντα κεραυνόν.
,, qui Homeri illa Odyss. Ω. v. 538. respexit:
,, Καὶ τότε δὴ Κρονίδης ἀφίει ψολόεντα κεραυνόν. Sed
,, nondum integer est versus. Quid enim sibi vo-
,, lunt illa, ψωλέον *ille vocat.* Nam τὸ ψωλέον in
,, Homero nusquam occurrit. Cum aestuarem, o-
,, portune me admonuit felicissimus horum studio-
,, rum Gronovius, corrigendum sibi videri: *Ille vo-*
,, *cat, quod nos psolon,* ψολόεντα κεραυνόν. ψωλὸς
,, enim *verpus.* cui coniecturae accedo. posset &
,, *psolen* legi. Ceterum allusio vocum *culi* & κολεοῦ
,, (nam κολεὸν scribendum, uti & Scaligero jam
,, monitum est) respicit illa Iliados A. (220) Ἂψ
,, δ' ἐς κουλεὸν ὦσε μέγα ξίφος. de Achille Aga-
,, memnoni manus intentante; aut etiam illa de
,, Menelao & Paride dimicaturis Iliados Γ. (271.)
Ἀτρείδης δ' ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
Ἥ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο.
,, qui versus libro Γ (253.) denuo occurrunt.
,, Quod vero subjungit, ita scribendum,
Σμερδαλέον *certe nisi res non munda vocatur.*
,, Nam libri scripti *Merdaleon.* ea vox Homero
,, est familiaris. illud tamen *res non munda* vix sa-
,, tis explicat Priapi mentem. quare minimum
,, abest, quin opiner debere reponi,
Σμερδαλέον *certe merda huic immunda vocatur.*
,, ut & hoc loco ex elisione concurrentium vo-
,, calium sit peccatum, dum *res non munda* substi-
,, tuitur pro *merda immunda.* sic Priapus apud Ho-
,, ratium in Satyris, *merdis caput inquiner albis.*
,, haec N. HEINSIVS. sic & emendandum scri-
bit Heinsius in Epist. ad Gronov. Tom. III. Sylloc. pag. 422. & vide Gruter. Lib. II. Suspicion. cap. 4. adstipulantur veteres codices, in quibus initio distichi *merdaleos*, ut in Vossiano. *merdaleon* Vatic. Broukh. Wittian. & secund. Fabric. *certe res huic non munda* conjecerat Francius. *mentalion* in prim. Fabr. & in fine *merdalia* in pr. Medic. Broukh. Witt. *mentalia* in Voss. *mendales est* in prim. Heins. Sed pergendum ad sequens Epigramma, pari modo corruptum, neque uno in loco adfectum.

Psoleon] Nam ψωλός, & ψωλὴς verpus. & ψωλὴ verpa. παρὰ τὸ ψῶν. Cui αἰδοῖον ἀποψωλημένον, καὶ ἐσκολυμμένον. Invenio & ὄρθωνα vocari. SCALIGER.

Culeon] κολεὸς vagina. Et sane pars illa in nobis, quae honeste nominari non potest, & quae hic intelligitur, inde dicta est. Et videtur Plautus alludere in Pseudolo,
Conveniebatne in vaginam tuam machaera militis.
SCALIGER.

Smerdaleos] σμερδαλέος dictum censeo παρὰ τὸ σμέρδειν. Quod idem est cum ἀμέρδειν, & μέρδειν. Itaque plus erit σμερδαλέος, quam φοβερὸς, quum tamen cathedrae Grammaticorum fere omnes φοβερὸν tantum interpretentur. Non obscurum, quid ipse velit. Ut autem suis. bovis, muris stercus *sucerda*, *bucerda*, *mucerda*, sic hominis prius *Homerda* dicta fuit. Porro rotundiora stercora vulgo *struntos* vocamus: Idque in peroptimo Glossario inveni Latine dictum, *Struntus*, σπύραθος. quod verbum in idiotismo Gallico & Teutonico remansit. SCALIG. vide Menag. Lexic. Etymolog. Gall. in *merde* pag. 496.

Mentula smerdalea est] sic in Epigrammate veteri: (Tom. I. hujus Operis pag. 607.)
Non mihi laudantur manus, hae namque rapaces:
Et non laudatur mentula, merdacea est. LINDENBR.

Ep. LXX. *Quid nisi Taenario* &c.] priori continuatur in codice Wittiano, & secunda Aldi editione, nam in prima separatur, ut etiam in Vincent. Brixiensi, & Veneta. sed cum superiori cohaerere, adeoque ei connectendum esse etiam judicabat Scriverius. & H. Grotius Epist. ad D. Heins. Tom. II. Sylloc. Epist. pag. 385. ita & Francio videbatur, & N. Heinsio, qui in notis ad Sabin. d. l. alterum ab altero male divulsum censet. initio *Quid nisi* in primo Fabriciano. *Quod nisi taenareo* Aldus. *Quid nisi* in aliis, vetustioribus. *Quid? nisi* ed. Sciopp. sed recte N.

Hein-

Mentula Tantalidae bene ſi non nota fuiſſet,
  Nil, ſenior Chryſes quod quereretur, erat.
Haec eadem ſocium tenera ſpoliavit amica,
  Quaeque erat Aeacidae, maluit eſſe ſuam.
Ille Pelethroniam cecinit miſerabile carmen
  Ad citharam: cithara tenſior ipſe ſua.
Nobilis hinc nota nempe incipit Ilias ira:
  Principium ſacri carminis illa fuit.

Alte-

Heinſius *Qui, niſi Taenario* &c. Homerus nempe. Iliadis enim argumentum eſt bellum Trojanum, cujus origo Helenae raptus *teterrima belli cauſſa*, ut Horatio dicitur. dein *Troïa* rectius ſcribi quam *Troica*, patebit ex notis N. Heinſii ad Ovid. Epiſt. I. 28. altero verſu *non habuiſſet epos* legendum opinabar, quia haec vox grandiori heroico carmini, epico nempe propria idque placuiſſe Baudio, conjici poſſet, qui locum huoc elegantibus Jambis imitatus eſt pag. 158. Poëm. Lib. III. Jamborum:

Si non Lacenae raptor acceptus foret,
Non eſſet ingens illud in terris epos,
Humana quo mens edidit majus nihil.

ſimiliter apud Ovid. Rem. Am. 396. Muretus, teſte Ciofano, praeferebat,

Tantum ſe nobis Elegi debere fatentur,
  Quantum Virgilio nobile debet epos.

cui lectioni corroborandae licet Heinſius Statii locum a ſe emendatum, alterumque Martialis adferat, vulgatam tamen *opus* non ſollicitandam addit, eique adſtipulatur Patruus meus. certe *opus* ſaepiſſime occurrit, ubi Homeri vel Virgilii mentio. Ovidius Epicedio Tibulli III. Am. El. 9. 29. *Durat opus vatis, Trojani fama laboris.* III. Δ. A. 414.

——— *quis noſſet Homerum,*
Ilias aeternum ſi latuiſſet opus.

ubi in cod. MS. Huydecoperiano *Ilias eternum*: & ſuprafcr. *pro aeterne.* in aliis codd. *Ilius aeternum perlatuiſſet.* ſed forſitan illic ſcripſerit Ovidius *Iliados terra*, vel *terris, ſi latuiſſet opus.* & quia illic Scipionis, Heroum ac ducum mentio praeceſſit, forte etiam praeſtiterit, *quis noſſet Achillem.* ut Homeri nomen illic ſubrepſerit e gloſſatore, qui Achillem Homero cantatum notaverat. quod egregie firmari poſſet ex Cic. pro Archia cap. 10. *niſi Ilias illa exſtitiſſet; idem tumulus qui corpus Achillis contexerat, nomen etiam obruiſſet.* ſic *opus* de Iliade apud Plinium Lib. XXX. cap. 1. *Maxime tamen mirum eſt. in bello Trojano tantum de arte ea ſilentium fuiſſe Homero, tantumque operis ex eadem in Ulixis erroribus, adeo ut totum opus non aliunde conſtet.* Velleſus Paterc. Lib. II. cap 5. *Homeri dein illuxit ingenium, qui magnitudine operis & fulgore carminum ſolus appellari Poëta meruit.* ubi vide G. Voſſium. Propertius Lib. III. El. I. 34.

Nec non ille tui caſus memorator Homerus
  Poſteritate ſuum creſcere ſentit opus.

de Virgilio Martialis Lib. V. Ep. 5.

Grande coturnati pone Maronis opus:

& de utroque Venantius Honorius Lib. VI. carm. 3. 6.

Si nunc Virgilius, ſi forſitan eſſet Homerus,
  Nomine de veſtro jam legeretur opus.

vide & Markland. ad Stat. Lib. IV. Sylv. 7. 3.

Ille Pelethroniam cecinit miſerabile carmen Ad citharam] reſpicit illud Homeri Iliad. I. 186.

Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ,
Καλῇ, δαιδαλέῃ &c.

miſerabile carmen. flebile, ut Horatio Lib. I. od. 33. *neu miſerabiles Decantes elegos.*

Cithara tenſior ipſe ſua] Sic ſupra: (Ep. 4.) *Tormento citharaque tenſiorem.* LINDENBR.

Incipit Ilias ira] Notus verſus Homeri: Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. Atque haec erat prima fabula, quam in ſcholis antiquitus diſcebant: Theodoretus ſermone de Fide: τούτων δέ γε οἱ πλεῖστοι μὲν, οὐδὲ τὴν μῆνιν ἴσασι τὴν Ἀχιλλέως, ἐξ ἧς ἄρχεσθαι τῶν ἐλλογίμων μαθημάτων εἰώθει τὰ μειράκια. Ideo etiam lepide in Epigrammate veteri, Anthołog. Lib. I. cap. XVII.

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ:

Ἀρχὴ γραμματικῆς, πεντάστιχός ἐστι κατάρα;
  Πρῶτος, μῆνιν ἔχει· δεύτερος, οὐλομένην. LINDENB.

Eſt hoc initium Epigrammatis Palladae, quod ſic vertit H. Grotius:

Diras quinque tenent primordia Grammaticorum,
  Ira etenim prima eſt: altera perniciès &c.

cui ſimile praecedit ejuſdem Palladae in uxorem ſuam Andromachen:

Μῆνιν τ' οὐλομένην γαμετὴν ὁ τάλας γεγάμηκα,
  Καὶ παρὰ τῆς τέχνης μήνιδος ἀρξάμενος.
Ὦ μοι ἐγὼ πολύμηνις, ἔχων διχόλωτον ἀνάγκην,
  Τέχνης γραμματικῆς καὶ γαμετῆς μαχίμης.

id

Altera materia est error fallentis Ulixei,
  Si verum quaeras, hunc quoque movit amor.
Hinc legitut radix, de qua flos aureus exit:
  Quem cum moly vocat, mentula moly fuit.

15. Hinc

id est, eodem Grotio interprete,

Iram pestiferam miser heu pro conjuge duxi,
  Artis principium nec minus ira mihi est.
Sic gemino gravis ira tenes me compede vinctum,
  Artis Grammaticae, conjugis indomitae.

huc refer illud Horatii Lib. II. Ep. 2. 42.

Romae nutriri mihi contigit, atque doceri,
Iratus Grajis quantum nocuisset Achilles.

ubi vetus Commentator: *Horatius, Venusinus aut Apulus, puer Romae eruditus & doctus est Iliada Homeri.*

Altera materia est error fallentis] *Fallentis*, δολομήτιω. Nisi mavis *palantis*. πλαζομένου, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη. SCALIGER. forte legendum *Altera materies error* &c. eadem mutatione, qua saepe in veterum locis tales voces in *es* desinentes confusae fuerunt, supposito *est*. ut apud Lucanum Lib. VIII. 76. *Unica materies conjux miser*; ut Patruus meus praefert pro vulgato *materia est*. quia *est* in MSS. desideratur. sic apud Ovidium Lib. i. Amor. El. I. 19. correxerunt viri docti, *Nec mihi materies numeris levioribus apta*. pro vulgato *materia est*. & Lib. III. El. 8. 4. *At nunc barbaries grandis, habere nihil*. pro *barbaria est*. Epist. XVII. 29. *Quae tua nequities*, pro *nequitia est*. & Epist. IX. 19. *Quid nisi notities misero quaesita pudori*. pro *notitia est*.

De qua flos aureus] Poterat dixisse *lacteus* cum Homero:

ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος,
μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. —

Sed *aureum* dixit *florem*, quomodo χρυσῆ ἀφροδίτη dicitur. & non aliter *purpureum*, & *aureum* Poëtae usurpant pro pulchro: ut *nix purpurea* Albinovano, & *Cycni purpurei* Horatio: ut alibi me annotare memini. SCALIG. Miror Scaligerum ex illo eodem Homeri, quem adfert, loco, qui est Odyss. Lib. X. v. 304. γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος, in contextu non edidisse *de qua flos lacteus exit*. vel forte substituendum est, quod horum Lusuum nequitiae propius conveniret, *de qua ros lacteus exit*. quod explicare nil opus est. adeo ut haec quoque herba non tantum flore lacteo, sed etiam ex radice, ut plurimae aliae, lactiflua fuerit. sic supra Ep. 94.

Quod partem madidam mei videtis,
Non ros est, mihi crede, nec pruina,
Sed quod sponte sua solet remitti,
Cum mens est pathicae memor puellae.

Homericam vero floris hujus descriptionem ad verbum expressit Ovid. XIV. Met. 392.

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant Superi, nigra radice tenetur.

quorum loca etiam inter se contulit Meursius ad Lycophr. v. 670. Daniel Heinsius, gravi & erudito poëmate de Contemtu Mortis Lib. III. v. 169. & seqq.

——— *& quam, si credere dignum,*
Primus Atlantiades Circeo in litore visam
Effodit, primusque agili monstravit Ulyssi.
Radix nigra quidem, nives sed proxima lacti.
Flos albet, flavetque aliquo subpallidus auro &c.

sequenti versui adscripserat Broukhusius videndum esse Cyllenium ad Tibulli Lib. IV. 1. p 542. a. D. praeterea *Hic legitur radix*, & seq. versu, *Hic legimus Circen*, in hoc nimirum Homeri opere, correxit Heinsius. Sed totum hoc quoque Epigramma, variis in locis mendosum & depravatum, ex scriptis codicibus integritati suae eodem loco, (in notis videlicet ad Sabini Epistolam Oenones) idem restituit N. Heinsius, cujus ipsa verba, cum bona lectoris gratia, hic etiam inseremus. „ Sequens Epigramma, cujus initium *Quid* „ *nisi Taenaris*, huic ipsi, in quo castigando su„ davimus, est annectendum, ut unum ex duo„ bus fiat, scribendumque, *Qui, nisi Taenario*; „ *Qui*, Homerum subintellige, de quo prae„ cedentes versus egerunt. mox pro *Tantali*„ *dae bene si non nota fuisset*, reponendum *be*„ *ne si non tenta fuisset*. τὸ *tenta* in simili signi„ ficatione passim apud auctorem Priapejorum „ occurrit. Vulgatum a Priapi mente & sim„ plicitate prorsus alienum est. paullo post pro „ *fallentis Ulyssei* malo *fallacis Ulyssi*. & pro „ *Hinc legitur* & *Hinc legimus*, utroque loco „ *Hic*, in Odyssea videlicet. atque ita praestan„ tiores scripti. pro *Grandia Dulichii jussa tulisse* „ *viri*, duo ex emendatioribus codicibus *vasa* „ *pe isse*. quod magis arridet, quam *vasa tulisse*, „ quod in aliis nonnullis inveni, quodque Lip„ sio Scioppioque probabatur. per *vasa* quid in„ telligat, non est ut moneam. pro *convivia vi*„ *sas* codex Romanus veterrimus Vincentii U„ baldini *convivia quaeras*, aliquanto rectius, vel „ *cures* pro *seu fuit artis opus* idem cum Medi„ ceo satis probae notae, *sive erat artis opus*. Puto, „ *Sive illud laterum, sive erat artis opus*. pro *mo*„ *do vos intendite* Ubaldinianus *vos nunc attendite*, „ tres alii *vos nunc intendite*. bene. *attendere ar*-

15. Hinc legimus Circen, Atlantiadenque Calypso
Grandia Dulichii jussa tulisse viri.

Hujus

„ *cum* etiam dixit Apulejus II. Metam. *arcum* „ *motum en ipse vigor attendit. intendite* tamen nec „ male se habet. ita HEINSIVS, cujus emendationes confirmantur a codicum praestantissimis. *nota* tamen v. 3. non videtur mutandum in *tenta*, quia sequitur mox *cithara tentior ipse sua*, ut edidit Aldus, & in Broukhusiano & Wittiano cod. legitur. sic iidem scribunt Ep. v. *tormento citharaque tentiorem.* pro *tensiorem.* ubi vide Scioppium. Carm. XXXIII. *Et quo tenta Dei vena subiret.* ubi perperam in scriptis est *tanta.* ut Carm. XIX. ex MSS. *At me terribilem m. tenta facit.* ubi vulgo *tanta. nervum tendere* habes paullo inferius hoc ipso Epigr.

Nemo meo melius nervum tendebat Ulyxe.

& Ep. LXXXI. *nervis tente Priape fave.* sic apud Catullum Carm. XXVI. legebat Isacus Vossius, *Tata ista trabe tentus irrumasti.* pro *lentus.* quod in vulgatis. vide & Gonsalium ad Petron. cap. 129. neque cum Broukhusio hic *nata* corrigendum videtur. quod firmabat ex Suet. Vesp. 23. *inprobiusque nato.* sed ubi alii melius *vasato.* Rectius etiam v. 9. hujus Epigrammatis in Vaticano, binis Heinsianis, Wittiano, Broukhusii, & utroque Fabricii codice, *Nobilis hinc nata nempe incipit Ilias ira.* & sic conjecerat Eggelingius, pro *nata*, ut vulgo legitur. *Nobis* pro *Nobilis* etiam in Vaticano. Sed forte, quia modo *nata fuisset* praecedit, praestiterit, ut legamus,

Nobilis hinc mota *nempe incipit Ilias ira.*

ob Briseidem scilicet, ab Agamemnone Achilli ereptam, de qua praecedentia egerant. ipsa Briseis apud Ovid. Epist. III. 89.

Propter me mota *est, propter me desinat ira.*

& sic eleganti repetitione cohaerebunt sequentia, *hunc quoque movit amor.* altero versu *Principiumque sacri* in primo Fabriciano. *Principium sancti* in secundo Heins. Witt. & Broukh. Respicit notum Iliados initium, Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. deinde *fallacis Ulyssi* quod emendet Heinsius, miror eum hic quoque non conjecisse *pellacis Ulixi*, ut non uni veterum poëtarum loco eam vocem restituit in notis ad Virg. IV. Georg. 443. & Lib. II. Aen. v. 90. *invidia postquam pellacis Ulixei* &c. ubi etiam *fallacis* in aliis scriptis. in pentametro legendum ex Vaticano, primo Mediceo, Holsteniano, Vossiano. & utroque Fabricii, *hunc quoque movit amor.* materiam nempe Odysseae. & sic correxerat Eggelingius. *movit* est scribendi caussam dedit. *novit* male in Wittiano. Ovidius Epist. VII. 4. *adverso movimus ista Deo.* & Epist. XV. 4. *Hoc breve nescires unde moveret opus.* ut legunt nonnulli. *movetur* illic edidit Fulv. Uisinus post Sapphus carmina. Lib. I. A. A. 29. *Usus opus movet hoc.* ubi male alii *monet.* sic *movere carmina.* Valer. Fl. V. 100.

Carmina quin etiam vijos placantia manes
Odrysius dum rite movet.

ubi pari modo alii perperam *monet.* vide istic Patrui mei notas. & sic frequenter alibi peccatum fuit. vid. Drakenb. ad Silium Lib. II. 273. & Oudend. ad Lucan. I. 631. decimo sexto versu etiam *vasa tulisse* in Wittiano & Broukhusii codice, ut in utroque Heinsiano. & ita corrigendum monuit Lipsius Lib. I. Antiq. Lect. cap. 8. *vasa petisse* in Vossiano, & binis Fabricianis. quod recte praetulit Heinsius, qui etiam conjecerat *vasa subisse. jussa tulisse* in antiqq. edd. & Aldinis. *vasa tulisse* Tollio placebat. Refer huc Suetonii locum in Vespas. cap. 23. *de quodam procerae staturae, inprobiusque vasato*, ut recte nonnulli legunt, pro *inprobius nato*, vel *mutoniato.* vide supra ad Ep. LIII. notas ad Petron. cap. 24. & Huetium ad Anthol. Gr. pag. 33. locus vero Lampridii, qui Scioppio non succurrebat. sed cujus indicium Lipsio debet, est ex vita Elagab. cap. 8 & 9. *conquiri sibi jussit bene vasates, & majoris peculii.* ut ibidem emendat Lipsius, pro *nasutos.* Quamvis autem hoc in loco *jussa tulisse* referri posset ad jussa minacia Ulixis, quibus socios suos a Circe in porcos mutatos stricto gladio jussit formae humanae restitui, ut est in Iliad. K. 321--395. mihi tamen huic Epigrammati convenientius, & ad Priapi mentem aptius videtur, ut codicum MSS. auctoritate praeferatur, *Grandia Dulichii vasa petisse viri.* utraque enim & Circe & Calypso Ulixis amplexus frustra petierunt. ut ex Homero notum. & hanc lectionem sequens versus confirmare videtur. hinc Ovidius II. Am. 17. 15.

Creditur & Nymphe, mortalis amore, Calypso,
Capta, reluctantem detinuisse virum.

Propertius Lib. II. 17. 13.

Sic a Dulichio juvene est elusa Calypso.
Vidit amatorem pandere vela suum.

& Lib. III. 10. 31. de Ulixe:

Et thalamum Aeaeae flentis fugisse puellae,
Totque hiemis noctes, totque natasse dies.

ubi Passeratius conjecerat *Et thalamos Atlanteae fugisse puellae.* ut Calypso intelligatur, non Circe. *Atlantidos arva Calypsus* Tibullo IV. 1. 77. *Atlantidemque Calipson* in Vaticano. *Atlantidamque* secund. Fabric. *Calipson* etiam in Broukh. & Witt. Quae porro de Nausicaa Alcinoi filia addit, adumbravit auctor ex Odyss. Z. 129. ubi de Ulyxe nudo, & ramo arboris foliisque αἰδοῖα tegente, & sic ad Nausicaam accedente;

Ἐκ πυκινῆς δ' ὕλης πτόρθον κλάσε χειρὶ παχείῃ
Φύλλων, ὡς ῥύσαιτο περὶ χροῒ μήδεα φωτός.

quo

Hujus & Alcinoi mirata eſt filia membrum
Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.
Ad vetulam tamen ille ſuam properabat, & omnis
Mens erat in cunno, Penelopea, tuo.
Quae ſic caſta manes, ut jam convivia viſas,
Atque fututorum ſit tua plena domus.
E quibus ut ſcires quicumque valentior eſſet,
Haec es ad arrectos verba locuta procos:
Nemo meo melius nervum tendebat Ulixe,
Sive illi laterum, ſeu fuit artis opus.
Qui quoniam periit, modo vos intendite: qualem
Eſſe virum ſciero, vir ſit ut ille meus.
Hac ego, Penelope, potui tibi lege placere:
Illo ſed nondum tempore factus eram.

quo reſpiciunt iſta, ·
—— *Alcinoi mirata eſt filia membrum*
Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.
& eleganti loco Homeri veſtigia ſecutus eſt Claudianus de Laud. Serenae v. 143.
Non talem Triviae confert laudator Homerus
Alcinoo genitam, quae dum per litora veſtes
Explicat, & famulas exercet laeta choreas,
Auratam jaculata pilam, poſt naufraga ſomni
Otia progreſſum foliis expavit Ulixem.
Hyginus fab 125. de Ulixe; *Inde in inſulam Phaeacum venit, nudusque ex arborum foliis ſe obruit, qua Nauſicaa, Alcinoi regis filia, veſtem ad flumen lavandam tulit. Ille erepſit e foliis, & ab ea petit, ut ſibi opem ferret. Illa miſericordia mota, pallio eum operuit.* ubi vid. Muncker. deinde *& omnis Spes erat* in Vaticano & utroque Heinſiano. ſed *Mens erat* bene ſe habet, ut ſupra Ep. 49. *Cum mens eſt pathicae minor puellae. Penelopea* pro Penelope, ut *Perſephonea, Calliopea, Arachnea, Caſſiopea,* & ſim. de quibus vide Huetium ad Manil. IV. 134. deinde *convivia quaeras* etiam in Holſteniano, quod & in codice Romano Ubaldini invenit Heinſius. forte adhaeret Ovidio Lib. III. Am. 4. 47.
Quo tibi formoſam, ſi non niſi caſta placebat?
Non poſſunt ullis iſta coire modis. &c.
Sic poteris juvenum convivia ſemper adire,
Et, quae non dederis, multa videre domi.
Reſpicit autem convivia procorum Penelopes quae ab Homero deſcribuntur Odyſſ. P. v. 178. & ſeqq. de his procis, & conviviis, abſente Ulyxe in ejus domo agitatis, Ovidius Epiſt. I. v. 87. & ſeqq.
Dulichii, Samiique, & quos tulit alta Zacynthos,
Turba ruunt in me luxurioſa proci;
Inque tua regnant, nullis prohibentibus, aula,
Viſcera noſtra, tuae dilacerantur opes.
quae deſumta ex querela Telemachi apud Homer. Od. Π. 123. & ſeqq. Sic & ſequentia, uſque ad ultimum Epigrammatis diſtichon, petita ſunt ex Odyſſ. T. v. 576. & ſeqq.
Νῦν δὲ μνηστήρεσσιν ἄεθλον τοῦτον ἐφήσω.
Ὃς δέ κε ῥηΐτατ' ἐντανύσῃ βιὸν ἐν παλάμῃσι
Καὶ διοϊστεύσῃ πελέκεων δυοκαίδεκα πάντων,
Τῷ κεν ἅμ' ἑσποίμην, νοσφισσαμένη τόδε δῶμα.
& ad haec reſpicit Ovidius Lib. I. Amor. Eleg. 8. 47.
Penelope juvenum vires tentabat in arcu,
Qui latus argueret, corneus arcus erat.
ubi *tendebat in arcu* in cod. Moretano. pro *arrectos procos* Vaticanus *erectos.* in Wittiano *arreptos.* ſed vulgatum *arrectos* reliqui confirmant. ſic Ep. 84. in fine,
Et inquietus inguina arrigat tumor.
ubi male in Voſſiano *erigat.* apud Sueton. Aug. 69: *anne refert, ubi & in quam arrigas.* Martialis Lib. X. Ep. 55.
Arrectum quoties Marulla penem
Penſavit digitis.
& ſic *arrigere* ſaepius apud eumdem. *Sive illi laterum, ſive erat artis opus* in utroque Fabricii, primo Mediceo, & Holſteniano. *Sive fuit laterum* in Vaticano. ſic apud Ovidium d. l. *Qui latus argueret, corneus arcus erat.* denique *vos nunc intendite* etiam in Wittiano & Broukhuſii codice, primo Mediceo, & Fabricii utroque. Hyginus fab. 126. non procul a fine: *Ulyſſes Penelopen praemonuit, ut arcum & ſagittam ejus daret procis, ut qui ex iis eum intendiſſet, eam uxorem duceret. Cum inter ſe certarent, & nemo poſt intenderet* &c. *omnes procos confixit, & domum ſuam cum conjuge potitus eſt.* quo refer illud Propertii Lib. III. 10. 35. de Ulixe:
Et veteres arcus leto renovaſſe procorum,
Errorisque ſui ſic ſtatuiſſe modum.

EP. LXXI. PRIAPVS.

Cum fici tibi ſuavitas ſubibit,
Et jam porrigere huc manum libebit:
Ad me reſpice fur, & aeſtimato,
Quot pondo tibi mentula eſt cacanda.

EP. LXXII. PRIAPVS.

Illuſit mihi pauper inquilinus,
Qui libum dederat, molamque fuſam,
Quare partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc ſubinde venit,
Nidorem, puto, proſecuta fumi:

Quae

Sed in cod. Holſteniano *vos nunc attendite.* forte *vos nunc contendite* legendum. nam inter procos ea de re certamen inſtituit Penelope apud Homerum d. l. Quomodo autem Ulyxis ſollertiam in nervo arcus tendendo, ab Homero celebratam, poëta hic ad nervum genitalem retulerit hoc carmine, illuſtrat Gonſalius ad Petron. cap. 130. p. 224. 225. *eſſe virum jenſero* vitioſe apud Scoppam in Collectaneis cap. 32. pag. 39. *vir fuit ille meus* in duobus Heinſianis, & Wittiano. ultimo Epigrammatis verſu codex Holſtenianus habet *Illo ſed nondum tempore natus eram.* pro *factus.* quod probo. ut apud Phaedrum Lib. I. fab. I. 11. *equidem natus non eram.* Ovidius Epiſt. VI. 108.

Quid puer admiſit, tam paucis editus horis,
Quo laeſit facto, vix bene natus, avum?

EP. LXXI. *porrigere huc manum libebit*] *licebit* Vatic. Voſſ. & Wittian. ultimo verſui Iſ. Voſſius adſcripſerat, videndum eſſe Novii ex Bucculo fragmentum apud Nonium Marcell. in *Edim.* p. 507. quod ſic conſtituit

——— *quod edis tibi*
Nihil eſt, ſi vultis quod cacetis, copia eſt.

Ad me reſpice fur] Sic & Graecanicus Priapus in Epigrammate:

Ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι φὼρ ἔμβλεπε. — SCALIG. eſt hic verſus ex Epigrammate Leonidae in ſtatuam Priapi Lib. IV. Anth. Gr. cap. XII. Ep. 89. quod totum ſupra produxi ad Ep. XXIV.

EP. LXXII. *Illuſit mihi pauper inquilinus*] ſuperiori adnectitur in primo Mediceo. corruptiſſime haec in MSS. nonnullis, & edd. vetuſtis circumferuntur. *Illuſiit pauper* in Vaticano. *Hyla fuit mihi pauper inquilinus* Wittianus. *Illa fit mihi pauper inquilinus.* in primo Mediceo, ſecundo Heinſiano, & prima ed. Aldina. *Si pauper mihi ſit, & inquilinus* in ed. Vincentina, Brixienſi, & Veneta. Sed *Illuſit mihi.* in ſecunda Aldi, & ſequentibus edd. altero verſu *Qui libum dederat, molaque fuſa* in utraque Aldina, & prioribus edd. *Cum verbum dederit, m. q. f.* in primo Mediceo. *cui libido dederat* primus Heinſii & Wittianus. *molamque fuſam* in aliis. ut adfert etiam Titius ad Calpurn. Ecl. V. 27. unde N. Heinſius Lib. III. Adverſ. cap. 15. pag. 525. emendabat, *Qui libum dederat molamque freſam.* quem etiam vide ad Ovid. Medic. Fac. v. 70. intelligi οὐλοχύτας, ut vocat Homerus Il. A. 449. monuit Scaliger. hoc eſt, *molam ſalſam*, vel *ſalſas fruges*, ut Virgilio Ecl. VIII. 82. & II. Aen. 133. hinc *fruges* ſimpliciter pro mola ſalſa Ovidio Epiſt. XI. v. 67. ubi vid. N. Heinſ. tertio verſu *Quarum partibus* in Holſteniano. *Quarum partibus additis in inguem* in Mediceo. *unguem* in duobus Heinſii & Wittiano. deinde *abiit* in Broukhuſ. *hic abiit* in Witt. & *hunc ſubinde* in Vaticano. verſu nono *Aut vos* Witt.

Qui libum dederat] Calpurnius Ecloga II.
—— *fundere liba Priapo.* LINDENB.

molaque fuſa] Scribe, *molamque fuſam.* expreſſit οὐλοχύτας. quae ſunt ordea toſta. Quod autem *mola* ordeum ſignificet, docet & Varro: *Grunnit lepido lacte ſatur, mola mactatus porcus. Mola mactatus*, eſt auctus ordeo. hoc eſt κριθιῶν. SCALIG.

Quare partibus] *Partes* vocat in libo, quae proprie in victima *proſecta*, & *proſiciae* dicerentur. SCALIGER.

Nidorem p. proſecuta fumi] *Nidor* κνίσσα. Homerus & alii. Sic ſemper Theodoretus adverſus Graecos, ut Lib. VII. σφόδρα γὰρ αὐτοὺς χαίρειν οἱ ποιηταὶ φασὶ τῇ λοιβῇ καὶ τῇ κνίσῃ. Retinuit vocem Graecam Arnobius Lib. VII. (pag. 212.) *Paſciturque de cniſſis, quas evomunt ardentia exta.* Nec de veritate ejus lectionis dubitandum eſt. LINDENB.

EP.

Quae libamine mentulae comeso,
Tota nocte mihi litat rigendo.
At vos amplius hoc loco cavete
Quidquam ponere, ne famelicorum
Ad me turba velit canum venire:
Ne, dum me colitis, meumque numen,
Custodes habeatis irrumatos.

EP. LXXIII. PRIAPVS.

Si conmissa meae carpes pomaria curae:
Dulcia quid doleam perdere, doctus eris.

EP. LXXIV. AD PRIAPVM.

Cura Priape diligens pomarium:
Furi rubricato minare mutino.

EP.

EP. LXXIII. *meae carpes pomaria curae*] forte *pomaria* hic ponit pro pomis ipsis. ut Ovid. Epist. IV. 29. *Est aliquid plenis pomaria carpere ramis.* id que exemplo non ita obvio. altero versu *qui doleam* malebat D'Orvillius, ut *d* ex sequentis vocis initio adhaeserit; quomodo etiam conjecerant P. Scriverius, & Is. Vossius. etiam *Dulcia* suspicionem mendi praebebant D'Orvillio, sive ad *pomaria* referas, sive nude dictum velis. nihil tamen hic suppeditant codices aut editiones veteres, unde aliam vocem exsculpere liceat. sed forte *dulcia* hic capi possunt eo sensu, quo *dulce* & *dulcia* in rebus amoris dicuntur. vide Patrui mei notas ad illud Virgilii Lib. IV. Aen. 318.

——— *fuit aut tibi quidquam*
Dulce meum.

Tutelam pomarii] Haec verba nihili esse, neque ullum in eis versuum ordinem apparere, etiam mediocriter docto patet. Quare ita digerantur:

Pomarii tutela diligens, rubro
Priape furibus minare mutino.

Mutinum enim secundam producere, contra quam hujus aetatis literatores putarunt, probatur ex his Lucilii versibus:

Nam quid moetino, subjectoque huic opu' signo,
Ut lurcaretur lardum, & carnaria fartim
Patrum conficeret? ——

Mutinum enim in Lucillio, seu *Moetinum*, est φραγὶς vel φυλακτήριον. Nam pudenda pro amuletis suspendi e collo pueris, auctor Varro. Ex Lucillio vero cognoscimus etiam signis notum veretri apponi, velut προβασκάνιον quoddam. In veteri Glossario legitur *Mutonium*, προβασκάνιον, ὡς Λυκίλλιος. ut manifeste appareat eum in animo hunc locum Lucillii habuisse. In Lucillio tamen non est *Mutonium*, sed *Mutinum*. SCALIG. In hujus editione legitur ita ut in contextu hic dedi. neque aliter in Plantiniana. In Scioppiana mutilus tantum primus exhibetur versus. Sed in vetustissimis codicibus, Mediceo primo, duobus Heinsii, Holsteniano, secundo Fabriciano, Wittiano, & utraque ed. Aldina,

Tutelam pomarii diligens Priape facito,
Rubricato furibus minare mutino.

& sic in primo Fabricii, nisi quod altero versu,

Rubricato furibus tumere mutinio.

in codice Vaticano,

Curam pomari diligens Priape facito,
Rubricato furibus minare mutino.

quod firmant editiones Aldinis vetustiores. Ex his librorum scriptorum lectionem, vel Scaligeri emendationem sequi lectoris arbitrium sit, vel Petri Scriverii, qui editionis Scaligeranae margini adscripserat, se corruptum hoc Epigramma, post alios, sic emendandum censere,

Sit diligens, Priape, cura pomari,
Furi rubricato &c.

sed quod ad Scaligeri emendationem spectat, lectori non invidebo, quae de illa mecum aliquando communicavit Cel. D Orvillius: „ Quomodo hoc carmen legendum sit, nescio. Sed Scaligeri emendationem quatuor, licet forte leviora videantur, vitiis laborare reor. quod *pomarii* in genitivo pro *pomari*. quod in scazonte duorum versuum ponat vocem *rubro*, ancipitem per se. quod post tertium pedem vox finiatur, nec ille in caesuram cadat, quod apud Latinos vitiosum. quod denique valde anceps sit quantitas antepenultimae in *mutino*. Levia, dico, haec sunt, & si ita scripta inveniremus, adquiescendum. Sed si talia a viris doctis nata, merito abjicienda." De *mutino* pro *fascino*, unde *mutoniatus* pro vasato, ejusque prima

EP. LXXV. PRIAPUS.

Quod movear non est: quia, si furaberis ipse
Grandia mala, tibi μακρὰ βραχεῖα dabo.

EP.

correpta vel producta, vide supra ad Ep. 53. Verissime Scaliger in Glossario veteri emendavit *Mutonium*, περιβαινόμενον, ὡς Λουκίλιος. pro vitiosa lectione Λούκιος. ut in suo exemplari etiam correxerat G. Vossius. & sic legendum monuit Schurzfleisch. in Actis Literar. pag. 159. ubi *Lucilii* nomen pro *Lucio* Auctori de Claris Orator. cap. 23. adserit. in fragmento autem Lucilii, quod inter ejus Reliquias ex libro IV. Satyr. legitur pag. 32. ed. Fr. Dousae, *Mutinum* minus recte silentii Deum intellexisse Turnebum Lib. XVII. Adverf. cap. 23. notaverat Broukhusius, sed melius Lipsium Lib. II. Elect. cap. 19. exposuisse de fascino virili, & pro *subjectaque* legisse *subrectaque*. *Mutinus* vero idem qui Priapus, &c, ut tradit Festus, *Mutini Titini sacellum fuit Romae, cui mulieres velatae solebant sacrificare*. de quo vide Jan. Gulielmium Lib. I. Verisim. cap. 23. & notas doctorum ad Lactant. Lib. I. cap. 20. hinc in loco Glossographi paullo ante producto G. Vossius emendaverat *Mutinum* pro *Mutonium*. Glossarium MS. Leidense, *Muto*, *Priapus*. ubi forte corrigendum *Mutonus* vel *Mutunus*. ut apud Papiam in Vocabulario: *Mutunus vel Tutunus a Graecis Priapus dicitur*. & hoc nomen Arnobio optime restituit Th. Canterus, Lib. IV. p. 133. *quia non supplices Mutuno procumbimus atque Tutuno*, ex corrupta & absurda primae editionis Romanae lectione, *supplices hoc est humi procumbimus*. quam Canteri emendationem ceteri recte receperunt.

EP. LXXV. *Quod movear non est*] Hoc Epigramma ego sane non intelligo. Nam quod nonnulli legendum censent, μακρὰ βραχεῖα dabo: quis mediocriter Graece doctus βραχεῖα pro βραχία probet? itaque potius legendum erat μακρὰ dabo βραχία. verum esto: at quomodo *grandis* opponitur τῷ βραχίῳ? Nam sane *grande* hic constituit argutiam Epigrammatis, quaecumque illa est. Quare non solet Deus salax interminari furibus hoc modo: quos potius libidine aliqua, quam malo cruciatu accipere solet. Itaque aliud nescio quid hic potius innuitur. Sane *grandia* poma Rustici vocabant τὰ ἐυαυξῆ, ut Virgilius *grandes fruges*, hoc est ἐυαλδεῖς Aeschylo. & ἁδρὸν σῖτον. contra *vegrandes messes*: quae, ut inquit Ovidius, male creverunt. Rusticus apud Plautum Casina manifesto docet, quid sit *grande*.

——— *profecto hercle non fuit*
Quicquam olerum: nisi quicquid erat, calamitas
Profecto attigerat numquam: ita, quicquid erat, grande erat.

Ergo *grandia mala*, τὰ ἐυαυξῆ. ut contra *macra* γλισχρά. Inde ergo captanda fuit argutia. Sed quid dicam, nescio. Nam quid oppones *grandi*, nisi *vegrande*, & *macrum*? In multis veteribus editionibus disertim excusum est, *braccica macra*. An ita genus agrestium malorum ridicule vocatum est *braccicum*, a braccis Gallorum: sub quibus nescio quid αἰσχρὸν subintelligatur? An legendum *Bacchica macra dabo*? Nam *mala Bacchi*, vel μῆλα Διονύσου videntur esse genus minutorum malorum: fortassis quas nos vulgo in Aquitania *Avercas* dicimus. Ea in amoribus tantum valere putabant, ut iis ad concubitum pellicere posse sperarent. & coronae ex illis statuae Bacchi imponebantur. Philetas:

Μῆλα φέρων κόλποισι, τά οἱ ποτε Κύπρις ἔδωκε
Δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

& Theocritus: μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων. Et quum scribat Arnobius Nanam Nympham mala tenentem in manibus concepisse, videntur fuisse Bacchi mala haec. De qua re puto accipiendum illum versiculum ex Annalibus Attii poëae:

Mala manu retinens gravido concepit in alvo.

Citant Nonius, & Priscianus. Quin etiam malorum nomine aliquid αἰσχρὸν subintelligi apud veteres solitum, auctor Servius in illud,

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

Hic igitur stuprum interminatur cinaedo Deus hortorum. quia sub illorum malorum nomine, ut dixi, tale quid intelligeretur. Multa dixi, nihil tamen dixi. Quare verbum non amplius addam. SCALIGER.

Quod movear non est, & seqq.] perobscurum hoc Epigramma non immerito Sphyngis aenigma visum fuit Viris eruditis, qui in eo vel explicando vel emendando se haud parum exercuerunt. Videamus librorum veterum scripturam. primo versu *Quod moneam non est* in Mediceo primo, Holsteniano, & altero Fabricii. *moneat* primus Fabric. *moneas* Avancius. *Quod verear non est* in Broukhusiano. *Quid movear* secundus Heinsii. in Wittiano, *Quo verear non est, quo si furaberis ipse*. Forte legendum,

Quod verear non est, nisi si furaberis ipse.

elegantissimum harum particularum *nisi si* conjunctarum usum multis exemplis illustravit N. Heinsius ad Ovid. Epist. IV. 111. Sed ad alterum versum haerent viri docti. *tibi brachia macra dabo* in pr. Medic. Holsten. utroque Heinsii, Vaticano, bi-

nis

EP. LXXVI. PRIAPVS.

Obliquis pathicae quid me ſpectatis ocellis?
Non ſtat in inguinibus mentula tenta meis.

Quae

nis Fabricii, Witt. & Broukhuſ. quomodo etiam in vetuſtioribus editionibus, Vincentina, Brixienſi, & Veneta reperi. *bracchica* ex v. c. notaverat Hadr. Junius. in prima Aldi,

Grandia mala: tibi brachica mala dabo.

in altera, *tibi braccica mala dabo.* unde *baccica mala* conjecerat Tollius, id eſt inſtar baccarum parva & rotunda, ficto ad obſcoenam ſignificationem vocabulo. In Scaligeri, Plantini, aliorumque editionibus, *tibi μακρὰ βραχεῖα dabo.* quod ex cod. MS. etiam probat P. Victorius Lib. XI. Var. Lect. cap. 17. exiſtimatque, poëtam jocari in quantitate vocis *mala*, quae priore producta *poma* notat, correpta vero *damna*, adeoque Priapus diceret, ea quae longa ſunt, reddam brevia, hoc eſt pro pomis, poenam tibi inferam. quod pace viri tanti a poëtae mente valde alienum videtur; & viſum fuit Scaligero, quem initio notae tacito nomine Victorium tangere non dubito. Lipſius vero Lib. III. Antiq. Lect. cap. 1. p. 161. jactans ſe Oedipum huic Epigrammati accedere, emendat *Grandia mala, tibi mala dabo βραχέα*, & ſic Scriverius adſcripſerat editioni Scaligeranae, hoc eſt, pro grandibus & hortenſibus pomis minuta tibi poma dabo, & mala βραχέα exponit eo ſenſu, quo *mala* & *poma* ſaepe inter verba laſciviora occurrunt, & quo illa Propertii, ut ſupra notavi ad Ep. LXIX. explicabat Lib. I. El. 3. 24.

Et modo gaudebam lapſos formare capillos,
Nunc furtiva cavis poma dabam manibus.

Sed quum per ſe Luſus hi Ithyphallici ſatis ſint liberi & ſalaces, nulla certe neceſſitas eſt, ut in obſcoeniore ſenſu obtrudendo nimium ingenioſi ſimus; ut taceam βραχέα metro obſtare, licet ſic etiam conjecerit Iſ. Voſſius. neque verecundius rem agit Scioppius, qui *braccica mala* in veteribus libris eſſe notat, eaque exponit minuta mala, ut ſenſus ſit, ſi tu mala Dionyſiaca auferre voles, ego tibi non parva (qualia ſunt Dionyſiaca) ſed vero grandia mala, id eſt teſticulos, dabo: ad quae notavit Eggelingius: *Miror Scioppium ſe hic ita torquere, immo ſenſum plane invertere, quum tamen ſupra ad Ep.* XLVI. *dixerit* braccam, *ſeu* bracham *eſſe veſtimenti laxi genus, pudenda maxime tegens. ſapienti ſat. vid. Joh. Iſac. Pontan. in Gloſſar. priſco Gallico in voce Braca pag.* 207. *Saxonice* Brouch, appel. *ubi nota amphibolium vocis* Brouch. *Haec enim arbuſtum aeque denotat ac braccam Saxonibus noſtris.* Mirum etiam in modum aeſtuavit Scaliger in enodandis his verſibus, & corrigendum conjecit *Bacchica macra dabo*, eo nimirum ſenſu, mala Bacchi, quae genus ſunt minutorum pomorum, tibi dabo; quae emendatio ad codicum antiquorum ſcripturam proxime accedit. poſſes etiam *Bacchica mala* pro *macra* legere, quia Bacchi mala (Graecis Διονύσια μῆλα) minuta, ut dixi, poma ſunt. His vero tantam ineſſe vim putabant, ut concubitum iis pellicere, puellaſque ad amorem adtrahere poſſe ſperarent. vide hic Scaligerum. neque aliter Propertii locum explicandum opinor. Certe in genere *mala* & *poma* in amorum rebus ſaepe poëtis memorantur, eaque ad gaudia Veneris concilianda plurimum valere credebant. ſic Carm. XVI.

Quale fuit malum, quod litera pinxit Acontî,
Qua lecta cupido pacta puella viro eſt.

Ep. XXI.

Haec quaecumque tibi poſui vernacula poma.

Ep. LIV.

Quamvis pauca damus, conſule poma boni.

& Ep. LXI.

Si quot habes verſus, tot haberes poma, Priape,
Eſſes antiquo ditior Alcinoo.

vide Servium ad illa Virgilii Ecl. III. 64.

Malo me Galatea petit laſciva puella.

hinc apud Graecos μήλῳ βάλλειν, & μηλοβάλλεσθαι apud Ariſtophanem, de illis, qui aliquem ad amores adliciunt. vid. Apoſtolium Cent. XII. Prov. 91. & Andr. Schotti Notas ad Proverbia Graeca ex Suida Cent. X. 5. p. 484. qua de re plura ſuppeditabunt Tollius in Compar. Theocr. & Virg. p. 383. 384. Conſtant. Landus in Explic. Tumuli M. Caſſii apud Gaudentium in Miſcell. Ital. Erud Tom. I. pag. 518. & ſeq. quibus adde P. Nannium Lib. VI. Miſcell. cap. 5. Meurſium Spicileg. ad Theocrit. pag. 31. & P. Mollium ad Longi Paſtor. pag. 20 & 21.

EP. LXXVI. *Obliquis pathicae quid me &c.*] praecedenti continuatur in cod. Wittiano, in quo legitur *Obliquis quid me pathicae*, ut & in Broukhuſiano & ſecundo Heinſiano. *Obliquis ad me pathicae* in primo Mediceo. *Non ſtat inguinibus* Vatic. Sed quarto verſu vellem codices ſuccurrerent in vera lectione reſtituenda. nam *arvam ſi dederitis* corruptum non dubito, *arvam* legitur in Vaticano. Iſaacus Voſſius adſcripſerat, per *arvam* intelligendam eſſe obſcoenam partem, ut ἐσχάραν Graecis. quod forte non omnino rejiciendum eſſet

Quae tamen exanimis nunc est, & inutile lignum:
Utilis haec, aram si dederitis, erit.
Per medios ibit pueros, mediasque puellas
Mentula: barbatis non nisi summa petet.

Ep.

set, si ex poëtis Latinis unus produci posset locus, ubi *ara* hoc sensu occurrat, ut Graecorum ἐσχάρα. sic enim Hesychius ἐσχάρας interpretatur τῶν γυναικῶν φύσεις. & Suidas ἐσχάρας τὰ χείλη τοῦ γυναικείου αἰδοίου. vide Scholiast. Aristoph. Equit. 1283. & Muncker. ad Hygin. Fab. LXVI. certe ἐσχάραν γυναικῶν *Landicam* vocant Latini, ut interpretantur Glossae veteres. vide Valesiana pag. 93. & praesertim Menagium in Lexico Gallico Etymolog. in voce *Landie* pag. 433. Nugatur vero Scioppius, qui legit *arae si dederitis*, & exponit, *utilis erit, si eam in aram ustulandam dabitis.* quo nihil absurdius fingi potuit. Eggelingius non infeliciter, ut videtur, excogitarat legi posse, *arvum si dederitis.* quid per *arvum* intelligatur, adparet ex Apuleji 'Ανεχομένου v. 16. *Inseratque sulcos molles arvo Venerio.* ubi vide Scioppium. hoc igitur modo interpretabatur, *pars illa mei, quae nunc exanimis est & inutile lignum, mox inquieto arrecta tumore, hinnitare incipiet*, ut infra Ep. 84. circa finem. vide Cuperum ad Petron. cap. 112. Cel. D'Orvillius duplici conjectura hunc versum vitiosum corrigere sic olim tentaverat,

Utilis haec, coram si dederitis, erit.

id est, si coram, vel in conspectu meo, copiam corporis vestri aliis faciatis. quo sensu *dare* Ep. 3.

——— *da mibi, quod tu*
Des licet adsidue, nil tamen inde perit.
Da mibi quod cupies frustra dare forsitan olim.

Ep. 5.

Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

Ep. 51.

Et non dat mibi, nec negat daturam.

sic & apud Martialem Lib. XIII. Ep. 98.

Hi dant, quod non vis uxor dare; do tamen, inquis.

Vel hoc modo,

Utilis haec, sertum si dederitis, erit.

ut Ep. 41.

Cinget inaurata p. tibi, sancte, corona.

& Ep. 50.

Totam cum paribus, Priape, nostris
Cingemus tibi m. coronis.

vide supra ad Ep. XLI. p. 514. Sed alia forsan medicina adfectus hic locus sanari poterit, si emendetur,

Quae tamen exanimis nunc est, & inutile lignum,
Utilis, erucam *si dederitis, erit.*

ut librarius *herucam* scripserit, & inde literis non-nihil transpositis *haec aram* enatum fuerit. Innuit igitur, partem illam, quam sibi nunc *exanimem*, & *inutile lignum* esse queritur Priapus, ut de se Ovidius Lib. III. Am. 7. 15.

Truncus iners jacui, species, & inutile lignum.

ope *erucarum* reviviscere posse, & valentem utilemque futuram. poëtis decantata est *erucarum* virtus ad revocandum & irritandum Veneris opus, earumque frequens in his Lusibus mentio, ut Ep. XLVIII.

Libidinosis incitatus erucis.

sic ipse Priapus Epigr. XLVII.

Nam quamvis videar satis paratus,
Erucarum opus est decem maniplis.

ubi vide Scioppium. Ep. LII.

Nec ut salaces nocte tollat erucas.

ex quibus locis patet *erucam* ad Priapum facere. *salaces* illic vocat *erucas*, ut Ovidius Remed. Amor. 799.

Nec minus erucas aptum est vitare salaces,
Et quidquid Veneri corpora nostra parat.

& Lib. II. A. A. 422.

Candidus, Alcathoi qui mittitur urbe Pelasga,
Bulbus, &, ex horto quae venit, herba salax.

ubi *bulbis* conjungitur, ut apud Martialem Lib. XIII. Ep. 75.

Sed nihil erucae faciunt, bulbique salaces,
Inproba nec prosunt jam satureia tibi.

notus Columellae locus Lib. X. 108.

Et quae frugifero seritur vicina Priapo,
Excites ut Veneri tardos eruca maritos.

ubi *falcifero* vel *furifugo Priapo* conjecerat Heinsius.

Per medios ibit] Hoc distichon est Epigramma singulare. itaque a superioribus est distinguendum. SCALIG. in nullis tamen codicibus scriptis, aut editionibus vetustis, distichon illud ab hoc Epigrammate separatur. solus Gabbema, Scaligero obsecutus, in editione horum Lusuum, post Petronium, a praecedentibus ut singulare epigramma distinxit. *Per medios ibit fures* pro varia lectione in secundo Heinsiano. in fine *petit* pro *petet* in pr. Medic.

Ep.

EP. LXXVII. PRIAPUS.

Dodona eſt tibi, Jupiter, ſacrata,
Junoni Samos & Mycena Diti:

Un-

EP. LXXVII. *Dodona eſt tibi, Jupiter*] Sidonius Apollinaris docto Panegyrico ad Priſcum Valerianum:

Non divos ſpecialibus faventes
Agris, urbibus, inſuliſque cantes
Saturnum Latio, Jovemque Cretae,
Junonemque Samo, Rhodoque Solem.
Aennae Perſephonem, Minervam Hymetto,
Vulcanum Lyparae, Paphο Dionem,
Argis Perſea, Lampſaco Priapum,
Thebis Eubion, Ilioque Veſtam,
Thymbrae Delion, Arcadem Licaeo,
Martem Thracibus, & Scythis Dianam,
Quos fecere Deos dicata templa.
Thus, ſal, far, mola, vel ſuperſtuarum
Conſecratio caerimoniarum. LINDENBR.

Dodona eſt tibi, Jupiter, ſacrata] Carmen hoc, elegans & eruditum, ſine indicio auctoris aut libri, in quo legatur, totum producit Ciofanus ad Ovid. III. Faſt. 81. titulum ei praeſcribit codex Vaticanus, *Quae quorum locorum ſint numina.* ut & in editionibus vetuſtis Vincent. Brixienſi, & Veneta. vitioſiſſime autem, & ex turbido quodam rivo, non ipſo fonte, adduxit Everh. Otto in libro de Tutela Viar. p. 304. AD PRIAPVM inſcribitur in edd. Aldinis, Scalig. aliiſque. ſed rectius in ed. Scioppii PRIAPVS. ut ipſe loquens inducatur, adeoque verſu ultimo recte Francius legebat, *Mortales mihi Lampſacum dicarunt,* non *tibi.* quia totum Epigramma ex perſona Priapi eſt. Conferendus cum hoc carmine locus Sidonii Apollinaris Carm. IX. v. 165. & ſeqq. à Lindenbrogio hic prolatus, quos verſus ſine auctoris nomine inter alia Epigrammata edidit Laurentius Abſtemius Fani 1515. poſt Pindarum Thebanum, prope finem: primo hujus Epigrammatis verſu *Dodona tibi, Jupiter, ſacrata eſt* in primo Mediceo & Heinſiano. *Dodone tibi, Jupiter, ſacrata eſt* in Vaticano, Holſteniano, Heinſii ſecundo, Broukhuſiano, & Wittiano, ut & ſcribendum notaverat Heinſius, non *Dodona.* quod amplector.

Junoni Samos, & Mycena Diti:] Lego, *Junoni Samos & Mycena: Diti Undae Taenaros, aequoriſque Regi.* Statius Thebaid. Lib. I. (v. 261.)

Et Samon & veteres armis exſcinde Mycenas.

ubi Commentator: *Samos & Mycena atque Sparta Graeciae civitates Junoni ſacratae ſunt.* Taenarum vero Plutoni dicatum, quis neſcit? Apul. Mileſ. VI. *Quare Taenarum inibi ſpiraculum Ditis.* LINDENBR. *Mycenae dites* in Vaticano, Voſſiano, prima Aldi, eaque antiquioribus. *& Micene dites* primus Mediceus, & uterque Fabricii. *dices* in ſecundo Heinſ. *Micenae dices* Wittian. *Mycena dives* Aldus in ſecunda editione, ut correxerit etiam Eggelingius. corrupte & prave hos verſus adfert Gerbelius Libro VI Graeciae p. 248. hunc in modum,

Junoni ſacra Mycena, dives Dodona Jovi,
Athenae Minervae &c.

per *Mycenam* hic intelligi Cumas Campaniae, Mycenas olim etiam dictas, libro ſuo adſcripſerat Iſaacus Voſſius, & ex ejuſdem literis ad ſe exaratis haec adnotaverat Jacobus Tollius, *fruſtra hanc lectionem,* Mycena Diti, *ſollicitari monuit Iſaacus Voſſius, & Mycenam hanc accipiendam eſſe non de Mycenis Argivorum, ſed de Cumis, Campaniae oppido, quod aliquando Mycenam dictum fuiſſe patet ex Euſebio ad an.* DCCCCLXVI. Mycena in Italia condita, quae nunc Cuma. *quem locum perperam mutavit Scaliger, invitis libris omnibus, ut ipſe fatetur. Fauces vero Orci ſeu ſpiraculum Ditis ad Cumas collocari nemo ignorat. Haec in ſuis ad me literis ὁ πάνυ.* Idem tamen Voſſius in Obſerv. ad Catullum pag. 248. de aliis accipit Mycenis, quas Pluto divitiarum Deo ſacras fuiſſe notat ex Graecis his verſibus:

Ἀλκὴν μὲν γὰρ ἔδωκεν Ὀλύμπιος Αἰακίδῃς
Νοῦν δ' Ἀμυθαονίδαις, πλοῦτον δ' ἔπορ' Ἀτρείδῃσιν.

Non addit autem, cujus auctoris ſint hi verſus. Profert eos ſub Heſiodi nomine Suidas in Ἀλκὴ, & inter illius fragmenta etiam relata ſunt vide Kuſteri notas ad Suidam, qui eos adducit ex Nicolao Damaſceno apud Conſtantin. Porphyr. in Excerptis Valeſii Peireſcianis pag. 445. Sed operam perdidit Iſ. Voſſius. Propius ad verum loci hujus ſenſum & lectionem, licet ſcopum non omnem feriat, nos ducit Lindenbrogii diſtinctio,

Junoni Samos & Mycena, Diti
Undae Taenaros, aequoriſque Regi.

ut Junoni Samon & Mycenam, Plutoni, & Regi undae aequoriſque, hoc eſt Neptuno, Taenarum ſacram eſſe dicat. quae diſtinctio ſenſum quidem reddit aptiorem, ſed verborum ſtructuram efficit implicitam: deſideratur enim copula, quae Plutonem & Neptunum conjungat, ſi legatur, *Taenaros* (ſacra) *Diti, Regi undae & aequoris,* pro *Diti, & Regi undae aequoriſque.* neque valde mihi arridet, ut Neptunus dicatur *Rex undae* pro *undarum,* ut amant poëtae. *Undarum Neptune potens,* & ſim: paſſim obvia. nam alia res eſt

Undae Taenaros aequorisque Regi:
Pallas Cecropias tuetur arces:
Delphos Pythius orbis umbilicum:
Creten Delia, Cynthiosque colleis:

Fau-

in versu poëtae antiqui apud Marium Victorinum in Arte Grammatica, Lib. I. p. 2504. ed. Putsch.

Caerulae Neptune rector undae, litorum potens.

illic enim epitheton *caerulae undae* additur, id est, aequoris seu maris. hic vero *undae & aequoris Rex* inconcinna sunt, nam si quis *undae & aequoris* pro *undae aequoreae* per ἓν διὰ δυοῖν dici contendere velit. ad vulgatam pertinaciter defendendam, is suo fruatur judicio per me licet. *Junoni Samos est, Mycena Diti* conjecerat Heinsius. *sacrata* nempe. In primo Mediceo, utroque Heinsiano, Vaticano, Vossiano, secundo Fabricil, & Wittiano. *Unde Tenedos.* ut in Veneta 1487. in Vincentina & Brixiensi, *Undae Tenedos.* hanc vetustarum editionum lectionem depravatam, metro adversantem, & Neptuno Tenedon male tribuentem, quae Apollini sacra est, primus correxit Jac. Constant. Fanensis Collectaneor. cap. 68. emendavitque *Undae Taenaros aequorisque Regi.* ut in utraque Aldi editione. *Tenetos* in primo Fabric. in quo *aequorumque Regi.* in secundo *aequoreoque.* quod & in pr. Med. & utroque Heinsii. in Wittiano *aequoreosque.* Sed posthabitis codicum illorum scripturis, aliam & veriorem circumspiciamus lectionem. Cel. D'Orvillius conjecerat,

Junoni Samos & Mycena, Diti
Uda Taenaros, aequorisque Regi.

& inde in Homeri Hymno in Apollin. 409. Taenarum vocari ἁλιστέφανον notaverat, vocesque *unda* & *uda* centies mutari. Sed obstat trochaeus pro spondaeo in prima sede, quod quidem non insolens, Catullo praesertim, sed his poëtis inusitatum videtur, qui in omnibus phaleucis, in hac Collectione occurrentibus, ab eo abstinuerunt. male enim Scioppius Ep. XXXIX. v. 12. edidit *Parque consimilisque, concolorque.* Ep. XLII. *Quisque veneris huc, poëta fiat.* & mox Ep. LXXVIII. *In sentemque abeo.* Recte igitur in hendecasyllabis spondaeum prima sede praefert Barthius optima animadversione ad Stat. Lib. I. Sylv. 6. init. & vide Claverium ad Pers. Sat. V. pag. 54. ubi damnat in Catullo a nonnullis praeferri, *Meas esse aliquid putare nugas.* pro *Nostras*, de quo supra ad Ep. IV. Sic itaque hos versus constituendos opinabar,

Junoni Samos, & Mycena; Diti
Unda est Taenaris, aequorisque Regi.

sacrata nempe, quod praecessit. *unda Taenaris*, ut *Taenaris ora* Ovidio Epist. XVII. 6.

Excepit portu Taenaris ora suo.

Mycenae vero Junonem, non Plutonem, praefuisse patet ex Senecae Agam. 341.

Regia Juno, tua te colimus
Turba Mycenae.

ubi vide Delrii Comment. pag. 489. qui vitiose hoc in versu exhibet *& Mycenae Diti.* nam singulari numero extulit hic poëta, ad exemplum Virgilii Lib. V. Aen. 52.

Argolicove mari deprensus, & urbe Mycenae.

ubi vide Servium, & Pierium, qui hic legisse videtur & *Mycena ditis*, primo casu pro *dives.* nam sic *dites Mycenas* vocat Horatius Lib. I. od. 7.

—— plurimus in Junonis honorem
Aptum dicet equis Argos, ditesque Mycenas.

Taenarum autem, Laconiae promontorium, Plutoni dedicatum fuisse notum est, & ex Apulejo probavit Lindenbrogius. Seneca Herc. Fur. 663.

Densis ubi aequor Taenarus silvis premit,
Hic ora solvit Ditis invicti domus.

vide Delrium ad ejusdem Hippolyt. 1196. p. 213. Sed & aequoris Regi, seu Neptuno, sacrum fuisse indicat Statius II. Theb. 45.

Taenarus expositos non audens scandere fluctus;
Illic Aeges Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos.

quin & Neptuni hic templum erat, teste Nepote in Pausan. cap. 4. *Fanum Neptuni est Taenari, quod violari nefas putant Graeci.* ubi vide Bosii notas.

Delphos Pythius orbis umbilicum] Livius Lib. XXXVIII. cap. 48. *etiam Delphos, quondam communis humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliaverunt.* vid. Scholiast. Pindari IV. Pyth. 6. & quae notarunt Sam. Tennulius ad Agathemeri Geograph. Lib. I. cap. 1. pag. 174. ed. Gronov. & Vertranius Maurus ad Varron. Lib. VI. de L. L. pag. 292. 293. ubi habetur, *O sancte Apollo, qui umbiculum certum terrarum obtines.* hinc Ovidius X. Met. 168. — *& orbe In media positi caruerunt praeside Delphi.* ubi vide Ciofan. sic & Hennam *Siciliae umbilicum* vocari a Cicerone IV. in Verrem cap. 48. notaverat Broukhusius.

Creten Delia, Cynthiosque colles] sic vulgo editur, neque huic lectioni controversiam moverem, ut Dianam indicet poëta & Cretam & montem Cynthum in Delo insula, ubi nata est, tueri; cum tamen in Vaticano codice legatur *Cynthiusque colles*, nata mihi fuit conjectura, quam Cel.

D'Or-

Faunus Maenalon, Arcadumque silvas.
Est tutela Rhodos beata Solis:
Gades Herculis, humidumque Tibur.
Cyllene celeri Deo nivosa;

Tar-

D'Orvillio valde placuisse memini, an forte hinc emendari posset,

Creten Delia, Cynthiusque Cillan.

vel *Cillen.* *tuetur* neupe. Possis etiam *Sminthiusque Cillan.* ut Delphis Pythium, Cillae Smynthium Apollinem praefuisse lunuat. Apollini enim Sminthio vel Smintheo sacram esse Cilian, vel ex Homero notum Iliad. A. 38.

Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,
Σμινθεῦ.

Hesychius: Κίλλα, πόλις, ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Achilles apud Ovidium XIII. Met. 174.

Me Tenedon, Chrysenque, & Cillan, Apollinis urbes,
Et Syron cepisse.

& sic idem Achilles inter urbes a se expugnatas memorat apud Libanium in Declam. III. p. 232. Κύμην, τὴν Χρύσαν, τὴν Κίλλαν, τὴν Τένεδον. Seneca in Troadib. 228.

Et caussa litis Regibus Chryse jacet,
Et nota fama Tenedos, & quae pascua
Fecunda pingui Thracios mittit greges,
Et sacra Phoebo Cilla.

ubi cum P. Scriverio in notis ineditis legendum *Trachinos greges.* invito tamen alicui hanc conjecturam, ut emendationem certam, obtrudere nolim.

Faunus Maenalon] *Maenalos* in cod. Mediceo, Wittiano, & utroque Fabricii. *Arcadumque silvae* Vatic. & Witt.

Est tutela Rhodos beata Solis] *Tutela Rhodos est beata Solis* in primo Mediceo, Vossiano, & Wittiano, Aldina utraque, & antiquioribus editionibus. Qui verba sic transposuerunt, *tutela* sexto casu acceperunt. Sed vulgatam nihilominus praeferendam arbitror. *Rhodon beatam* vocat, quia Jupiter nascente Minerva aureo imbre Rhodon perfudisse narratur, quae fabula ex Homero, Pindaro, aliisque nota est. unde Claudianus III. de Laud. Stil. 226. *Auratos Rhodiis imbres, nascente Minerva, Indulsisse Jovem perhibent.* eleganter autem Rhodos dicitur *tutela Solis*, quae sub ejus tutela ac patrocinio est: contra Vulcanus *tutela Lemni* dicitur supra Ep. xxxvii. quod, veluti rarum, observatione dignum notavit Scioppius. Sed frequens id optimis poëtis. ut patet ex notis Rittershusii ad Guntheri Ligurin. Lib. III. pag. 70. & ita *cura* de eo, qui alteri curae est, vel qui alicujus curam gerit. Ovid. VI. Fast. 377.

Publica, respondit, cura est pro moenibus istis
Jupiter.

vide notas ad ejusdem Epist. I. 104. Rhodon vero esse in Solis tutela, notum est. hinc Manilio Lib. IV. 762.

Et Rhodos, hospitium recturi principis orbem,
Tuque domus vere Solis, cui tota sacrata es.

Lucanus Lib. VIII. 248.

—— *Gnidon inde fugit, claramque relinquit*
Sole Rhodon.

Idque ostendunt veteres Rhodiorum Numi. in quibus plerumque Solis radiatum caput conspicitur. vide ad Numism. Sicula pag. 341.

Gades Herculis, humidumque Tibur] *Tybrim* male in Wittiano. bene Francius *uvidumque Tibur.* Horatius IV. od. 2. 30.

—— *circa nemus, uvidique*
Tiburis ripas, operosa parvus
Carmina fingo.

hinc *udum Tibur* eidem Lib. III. od. 29. 6.

Ne semper udum Tibur & Aesulae
Declive contempleris arvum.

& Ovidio IV. Fast. 71.

Et jam Telegoni, jam moenia Tiburis udi Stabant.

passim autem *humidum* & *uvidum* a librariis confundi, docent plurima veterum poëtarum loca vel prolata vel emendata a N. Heinsio ad Ovid. III. Amor. 5. 6. Herculi sacrum Tibur fuisse patet praeter alios ex Suet. Calig. 8. *ut ad laudes juvenis gloriosique principis aliquid etiam ex urbe Herculi sacra sumeret, quod ante annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat.* & hinc *Herculeum Tibur* Propertio Lib. II. El. 23. 43. *Cur tua in Herculeum te portant essedа Tibur.* ut recte corrigebat Heinsius.

Cyllene celeri Deo nivosa] *Cylene* male in Wittiano. hanc *celeri Deo*, seu Mercurio, sacram, innuit, ut alios mittam, Statius IV. Theb. 287.

Non Tegea, non ipsa Deo *vacat* alite *felix*
Cyllene.

ubi *alitem Deum* vocat. qui hic *celer Deus* dicitur, ut supra Ep. 9. *Sub tunica virgam tum Deus ales habet.* hinc & *Cyllenius* ipse Mercurius dictus. de quo Is. Vossius in Observ ad Pomp. Melam Lib. II. 3. pag. 148. & N. Heins. ad Ovid. II. Fast.

Tardo gratior aestuosa Lemnos.
Hennaeae Cererem nurus frequentant:
Raptam Cyzicos ostreosa Divam:
Formosam Venerem Cnidos, Paphosque.

Mor-

Fast. 276. ubi montis hujus nomen optime restituit pro *Troezene*, illo versu,

Altaque Cyllene, Parrhasiaeque nives.

quo loco Parrhasiae, sive Arcadiae, nives addit *Cyllenae*, quae hic *nivosa* dicitur. unde & *gelidum verticem* ei tribuit Virg. VIII. Aen. 139. forte propter maris vicinitatem, unde aurae & spiritus frigidiores. *Cyllenen* enim non longe a mari absuisse patet ex Sophocl. Ajac. v. 709. 710. ubi & nivibus conspersus ejus vertex dicitur. & hanc caussam existimo, cur *frigida Cyzicos* vocetur Propertio Lib III. El. 21. init. in quo explicando nonnihil aberravit Broukhusius.

Tardo gratior aestuosa Lemnos] *exstuosa* vitiose in pr. Medic. Vulcano sacram esse Lemnon, etiam indicat supra Ep. 37. *Tutela Lemni dispares movet gressus.* hinc tam in Numis Lemniorum quam Liparaeorum exhibetur Vulcanus galeatus & pileatus. ut notavi in Comment. ad Numism. Sicula pag. 445. & seqq. Baccho tamen Lemnos etiam sacra erat. de quo vide Barth. ad Statium Lib. V. Th. 271.

Hennaeae Cererem nurus frequentant] ita in contextu scribendum curavi, licet in variis codicibus MSS. & editionibus *Aetneae* legatur. *Ethnaeae* in primo Mediceo. *Ethneae* Wittian. *Enee* primus Fabricii. *Atheneae* in priore Heinsiano, pro varia lectione. *Ennaeae* in Holsteniano, ut edidit Scaliger, & scribendum hoc in loco monuit Ciofanus ad Ovid. II. ex P. Ep. 10. 25. *Aetneae* vel *Aetnaeae* in utraque Aldi, Vincentina, Brixiensi, Veneta, aliisque, & Scioppiana. ut passim *Hennaea* Ceres, & *Henna*, a librariis in *Aetnaea* vel *Etna* fuit mutata. quod praeter alios monuit P. Scriverius in notis ad Pervigil. Ven. v. 19. pag. 450. sic apud Columellam Lib. X. v. 275. ex antiquissimo S. Germani codice scribendum,

Cum Cereris proles vestris intenta choreis
Aequoris Hennaei vernantia lilia carpsit.

ubi in H. Stephani, Gryphiana Lugdunensi, aliisque edd. male *Aequoris Aetnaei.* de Cerere *Hennaea*, & antiquo in urbe ista Deae hujus simulacro, copiose Cicero IV. Verr. cap. 49. ubi saepius pro *Enna* etiam in MSS. & in Codice Huydecoperiano, *Aetna* scribitur. & apud Ovidium IV. Fast. v. 422. ubi de Sicilia,

Grata domus Cereri. multas ibi possidet urbes,
In quibus est culto fertilis Henna solo.

rectius vero *Hennaeam Cererem*, & *Hennam*, quam *Ennaeam*, aut *Ennam*, scribi, dudum monuerunt viri docti, quomodo *Hennensis* passim exaratur in eodem Ciceronis Verrinarum MS. codice Huydecoperiano. sed hac de re plura notavi ad Numism. Sicul. pag. 368. *frequentant* vero hic est celebrant. de quo verbi usu adi notas Doctorum ad Sulpiciae Satyram initio.

Ennaeae Cererem] Stephanus de Urbibus, Ἔννα, πόλις Σικελίας, κτίσμα Συρακουσίων, μετὰ τὸ ἔτη Συρακουσῶν. ὁ πολίτης Ἐνναῖος, καὶ Ἐνναία. Semper apud Jul. Firmicum *Henna* legitur, non *Enna*: & male apud Sidonium *Aenna*, per *Ae*. LINDENBR.

Raptam Cyzicos ostreosa Divam] *Cocitos hostreola* in primo Medic. secundo Heinsii, utroque Fabricii, & Wittiano. *Cocytos* etiam in Vaticano & Vossiano: & sic codicibus inemendatis usus ex Virgilii Priapejis etiam adfert Nestor in suo Vocabulario antiquissimo in voce *Cocytus* pag. 35. & sub ejusdem auctoris nomine Junianus Majus de Priscor. Verb. Signific. in eadem voce. idque primas fere editiones, Vincentinam, Brixiensem, Venetam, alias occupavit. *Raptum divum* hic legendum censebat Jac. Constantius Fanensis Conjectan. cap. LXIX. ut Ganymedes intelligatur, Strabonis loco permotus. sed deinde alteri lectioni adquievit, & de Proserpina capiendum monuit. Et jam Aldus in utraque editione dedit, *Raptam Cizicos ostreosa divam.* per *divam raptam* Scioppius aliique hic etiam intelligunt Proserpinam a Plutone raptam, & hinc in ejus tutela fuisse Cyzicum statuunt. quo & Passeratius refert illud Propertii Lib. III. El. 21. initio:

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Propontiaca qua fluit Isthmos aqua,
Dindymus, & sacrae fabricata juvenca Cybebae,
Raptorisque tulit qua via Ditis equos.

Sed Lylius Gyraldus, cui veram hujus versus emendationem debemus, Dial. XIX. in Tom. II. Facis Critic. Gruteri pag. 431. ubi *Cyzicos* huic loco pro *Cocytos* recte restituit, non Proserpinam a Plutone, sed Nemesin a Jove raptam, seu vitiatam, intelligit. Verum si Nemesis, ut nonnulli e veteribus tradunt, eadem quae Diana, nihil controversiae superesse notaverat Jac. Tollius, quoniam Diana, Luna, Proserpina, una eademque Dea diversis nominibus. Proserpinam itaque hic poëta matri Cereri adjungit. cur autem

Mortales tibi Lampſacum dicarunt.

EP. LXXVIII. PRIAPVS.

Quod ſim jam ſenior, meumque canis
Cum barba caput albicet capillis:

De-

tem *Cyzicos oſtreoſa* dicatur, illuſtrabunt notae Vineti ad Auſon. Epiſt. IX. 29. & H. Columnae ad Ennium pag. 156. ed. Heſſel. In fragmento Carminis Priapeji in fine horum Luſuum:

Qua domus tua Lampſaci eſt, quaque ſilva, Priape.
Nam te praecipue in ſuis urbibus colit ora
Helleſpontia, ceteris oſtreoſior oris.

Mortales tibi Lampſacum dicarunt] hunc verſum in prima Catalectorum editione an. 1517. omiſit Aldus, reique cauſſam addidit in notula ad finem libri conjecta, in qua teſtatur, illum in nullo exemplari vetuſto reperiri; & in omnibus hoc Epigramma, ut multis in locis corruptum, ita & inperfectum legi, ſed verſiculum hunc additum fuiſſe a quodam audaciore, qui illum deſiderari putabat. Se vero maluiſſe & hoc Epigramma, aliaque multis in locis corrupta potius, ut in antiquis libris inveniuntur, & inperfecta multa relinquere, quam ut a quibuſdam ſuppleta ſunt, ſubſtituere. Haec Aldus. Certe deſideratur etiam hic verſus in cod. Mediceo, Broukhuſii, & Wittiano: in ceteris exhibetur, ut & in editionibus primam Aldinam praecedentibus, Vincentina nempe, Brixienſi, & Veneta. Quin & in ſecunda Aldi editione an. 1534. adjectus fuit. Neque ego verſum hunc ut additicium temere damnare velim. Requiri enim neceſſario videtur, modo legamus cum Francio, *Mortales mibi Lampſacum dicarunt.* quia totum Epigramma ex perſona Priapi loquentis eſt. ut ad initium hujus Carminis notavi. Poſt tot igitur loca variis Diis ſacra Lampſacum ſuae tutelae urbem recte addit Deus Helleſpontiacus. & ſic Sidonius Apollinaris in Carm. IX. ubi ſingula loca Diis dedicata, forte ex hujus Epigrammatis imitatione, enumerat, etiam ſubjungit,

Argis Perſea, Lampſace Priapum.

ad quem vide Sirmondi notas pag. 138. ubi inter alia hoc quoque carmen profert. adde Scholiaſtem Theocriti ad Idyll. I. 21. Τὸν Πρίηπον νύμφης Ναΐδος, ἢ Χιόνης καὶ Διονύσου φασὶν υἱὸν, ὃν καὶ κλῆναι περὶ Λάμψακον ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν φασίν. ubi Priapum Bacchi & nymphae Naidis vel Chiones filium dictum tradit. vide Heſych. in Πριηπίδος, ubi Διονύσου καὶ Περκώτης filius dicitur. ut recte illic a viris doctis emendatum, pro περικόπτης. ſic apud Tibullum Lib. I. El. 4. 7.

——— *tum Bacchi reſpondet ruſtica proles,*
Armatus curva ſic mihi falce Deus.

ubi Broukhuſius ex Macrobio Lib. VI. Saturn. cap. 5. hoc Afranii fragmentum adfert,

——— *nam quod vulgo praedicant*
Aurito me parente natum, haud ita eſt.

quae verba ſunt ipſius Priapi. ſed abſurde Macrobius *auritum* illic *parentem* interpretatur leporem, licet id Pontanus in notis tueri adnitatur. Ger. Voſſius margini exemplaris ſui, quod eſt in Biblioth. Leidenſi, adſcripſerat ſe dubitare, an non aſinum intellexerit Afranius propter pudendi magnitudinem; quo facere poſſent illa, quae ſupra notavi ad Ep. LIII.

Ad partem veniet ſalax Aſellus,
Nihilo deterius mutoniatus.

Ita enim illic legendum, & pronuntiandum eſſe *Nilo deterius*, docet Bentlejus ad Horatium Lib. I. Sat. 5. 67. ubi etiam edidit, *Nihilo deterius dominae jus eſſe.* pro *Deterius nihilo.* Sed hoc in tranſcurſu, quia id notare illic neglexi. In iſto autem Afranii loco quod ſe *aurito parente* natum neget Priapus, de Pane aut Sileno intelligendum eſt, ut recte notat Broukhuſius, quod & N. Heinſio adnotatum reperi, adeo ut in ſequentibus, qui deſiderantur, Afranii verſibus, poſt ſubjunxerit Priapus, ſe potius Bacchi filium habendum, quod & alii auctores adfirmant. Liberi, ſeu Bacchi, & Veneris filium facit Philargyrius ad Virg. IV. Georg. III. Sed alii aliter. de quo Muretus ad Tibullum pag. 152. Brodaeus ad Antholog. Gr. Lib. I. Tit. 56. pag. 110. ed. Obſop. & Gonſalius ad Petron. cap. 133. ubi in Carmine ad Priapum,

Nympharum Bacchique comes, quem pulchra Dione
Divitibus ſilvis numen dedit, inclyta paret
Cui Lesbos, viridiſque Thaſos &c.

EP. LXXVIII. *Quod ſim jam ſenior, meumque canis Cum barba caput albicet capillis*] ita Aldus & Scaliger. male in Scioppii editione *Quod ſim* & *albicat.* in Wittiano *ſum*, & verſ. ſeq. *Jam barba caput albicet.* in pr. Mediceo *albitet.* in Holſteniano & primo Heinſii codice *albicet.* Sed ſcribendum *Quod ſum*, & *albicat.* nam *Quod* pro quamvis, indicativum requirit. de quo ſupra ad Ep. 6.

Quod ſum ligneus, ut vides, Priapus.

ubi plura exempla produxi. ſic Carm. 57.

Heu heu me miſerum! quod iſta lignum eſt.

ubi vide Sciopp. Ceterum haec bene cum iſtis Ti-

Deprensos ego perforare possum
Tithonum, Priamumque, Nestoremque.
Inmanem stomachum mihi videtis,
Qui densam facitis subinde sepem,
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc est laedere, dum juvatis: hoc est
Non admittere ad aucupem volucres.
Obstructa est via: nec licet jacenti
Jactura natis expiare culpam.
Ergo qui prius usque, & usque, & usque
Furum scindere podices solebam,
Per noctes aliquot diesque cesso:
Poenas do quoque, quod satis, superque est,
In semenque abeo, salaxque quondam
Non vitam perago. quis hoc putaret,
Ut lusu citharoedus abstineret?

At

bulli ad Priapum Lib. I. Eleg. 4. 4. confert Broukhusius,

Quae tua formosos cepit sollertia? certe
Non tibi barba nitet, non tibi culta coma est.

Perforare possum] Τὸ περαίνειν. Nam flagitiosum verbum fuisse docemur ex Plauto: *Me quidem hercle non inforabis.* Tarentini, & Syracusani, ut alibi annotavimus, hoc μυλλᾶν vocabant. hoc est *suere.* unde *Mullare*, τὸ καττύειν. & *Mullei*, calcei. SCALIGER. vide P. Scriverium in Anecd. Philolog. pag. 78.

Inmanem stomachum mihi videtis] male & contra metrum in Vaticano, *Inmanem mihi stomachum videtis.* forte *stomachum mihi cietis*, vel *movetis.* Cicero pro Murena cap. 13. *Itaque si mihi homini vehementer occupato stomachum moveritis, triduo me jurisconsultum esse profitebor.* VI. ad Att. Ep. 3. de Gavio, homine importuno, *in quo tamen ille mihi risum magis quam stomachum movere solet.* vide Camerar. ad Orat. pro Murena cap. 9. pag. 29. ed. Graev. Ceterum dubitabat Cel. D'Orvillius, an forte quatuor primi versiculi separatum constituant Epigramma; cui conjecturae adstipulantur primus Mediceus, Holstenianus, & Wittianus codex, in quibus novum ab hoc versu incipit Carmen. primos autem quatuor versus superiori Epigrammati adnectit idem Mediceus, quos tamen ei non conjungendos opinor.

Qui densam facitis subinde sepem] *Quid densa* primus Heinsii & Holstenianus. *Quid* etiam in Broukhus. & Witt. *septem* in prim. Medic.

Hoc est laedere, dum juvatis] Ovidius Tristium Lib. I.

Tantum me noceas, dum vis prodesse, memento. LIND. male in codice Holsteniano, *laedere, quod vetatis.*

Poenas do quoque, quod satis superque est] *quot satis* in Broukhus. lege cum Heinsio, *Poenas do quoque quod satis superque est.*

In semenque abeo] vitiose in ed. Scioppiana *In senemque.* alterum agnoscitur ab omnibus scriptis editisque vetustis. sensum indicabit Epigr. 49. *habeo* corrupte in cod. Witt. sequentia sic emendat Cl. Cannegieterus ad Avieni Fab. XIV.

——— *salaxque quondam ut*
Non venam perago, quis hoc putaret &c.

putarit in cod. Voss. unde *putavit* Tollio placebat.

salaxque quondam] Graecismus est. hoc est: non perago esse salax. Aristophanes Σφῆξιν, οὐκ ἐκτραχήλιον Φερόι ἐπιτηδείως. hoc est, Φέρειν ὁ τελέως ἐπαρθῆναι. Ergo salax quondam non vitam perago, est, πάλαι διὰ παντὸς λαγνευόμενος ὁ νῦν διὰ τελῶ ὁ πάλαι πάνυ συνουσιαστικὸς, ὁ διὰ παντὸς τοῦτο ποιῶν τελευτῶ. & ita Persius:

Varro regustatum digito terebrare salillum
Contentus perages. SCALIGER.

Ut lusu citharoedus abstineret] Videtur proverbium fuisse. *abstinerem* autem melius, etiam *abstineret.* Elegantius enim, si in se transferat proverbium. SCALIGER. *Ut elusus citharoedus* in primo Mediceo. *lusus* Vatic. Broukh. & Witt. *Ut lusus citharoedus abstineret* in primis editionibus Vincent. Brix. & Veneta. *abstinuerit* etiam in

At vos, ne peream ſitu ſenili,
Quaeſo definite eſſe diligentes,
Neve inponite fibulam Priapo.

EP. LXXIX. PRIAPVS.

At Dî, Deaeque dentibus tuis eſcas
Negent amicas, cunnilinge vicine:
Per quem puella fortis ante, nec mendax,
Et quae ſolebat inpigro celer paſſu

Ad

in Vaticano. ſed recte *abſtinerem* praefert Scaliger, quod ab Holſteniano, Mediceo primo, & utraque ed. Aldina confirmatur. proverbii ſpeciem referre notavit Scaliger. idque forte etiam dicendum de eo quod praeceſſit v. 10.

Non admittere ad aucupem volucres.

Neve inponite fibulam Priapo] *fabulam* corrupte in pr. Medic. Voſſ. & Wittiano. Hoc quoque proverbii ſpecies eſt de ſexagenariis & effoetis. ut patet ex verbis Senecae adpoſitis apud Lactantium Lib. I. cap. 16. quem locum adfert Scioppius: *Quid ergo eſt, quare apud Poëtas ſalaciſſimus Jupiter deſierit liberos tollere? Utrum ſexagenarius factus eſt, & illi lex Papia fibulam inpoſuit?* & quia *citharoedi* mentio praeceſſit, optime Pignorius in libro de Servis p. 82. huc refert morem, quo citharoedis, Comicis, & Tragicis fibula inpoſita conſtringebantur virilia, ne inter loquendum aut canendum arrigerentur, adeoque vox obfuſcaretur vel corrumperetur. quo reſpicit Martialis Epigramma de Caelia Lib. XI. Ep. 76.

Theca tectus ahenea lavatur
Tecum, Caelia, ſervus, ut quid, oro,
Non ſit cum citharoedus aut choraules.

& ſeqq. Idem Lib. XIV. Ep. 215.

Dic mihi ſimpliciter, comoedis & citharoedis
Fibula quid praeſtat? carius ut futuant.

ea de re plura vide apud Hier. Mercurialem Lib. I. Var. Lect. cap. 19. Marcil. Cagnatum Lib. II. Obſerv. cap. 8. & Hadr. Junium Cent. III. Adag. 34. pag. 270.

EP. LXXIX. — *dentibus tuis eſcas Negent amicas, c. vicine*] ſic Aldus in prima editione, Scaliger, Scioppius, aliique ediderunt, in primo Mediceo, Voſſiano, & Wittiano, *Negent amictus ligni curvi vicine. cunnilingi* in Vaticano. in quo *eſcam*, ut in pr. Medic. & Voſſ. *baſiam* Wittian. *Negent amice* Avancius. ſed in ſecunda editione Aldi *Negent amicae c. vicinae.* quod in contextu ipſo reponendum judicabat Tollius. in vetuſtis ante Aldum editionibus — *eſcas Negent: amicus cunnilingi vicinae.* Eggelingius conjecerat, *Negent amicae c. vicinae.*

Per quem puella, fortis ante] *foris ante* prim. Medic. Voſſ. & Vatic. *forix* Witt. ſeq. verſu *ſolent* Voſſ. *celerique paſſu* in eodem, & pr. Medic. ac Wittiano.

miſella Laudace] Lego, *Labdace*. λαβδάκη. De induſtria finxit nomen de ea, quae λεσβιάζει, hoc eſt, μολύνει τὸ στόμα. dictum a Labda litera, quae prima eſt in λείχειν, vel λεσβιάζειν. Quia Lesbii ea infamia flagrarunt. Auſonius quoque alluſit:

Cui ipſe linguam quum dedit ſuam, Labda eſt.

Hujuſcemodi quoque deteſtandae libidinis homines *Labdas* vocat Varro Margopoli περὶ ἀρχῆς:

Deſiſtis, dicite Labdae?
Victos contemnite vivi: anticipate, atque addite calcar.
Stultos contemnite docti.

Ut Lesbii, ita Campani quoque male de hac re audiebant. Auſonius:

Et quam Nolanis capitalis luxus inuſſit.

Idcirco ita locus Horatii exponendus: (Lib. I. Sat. 5. 65)

Campanum in morbum, in faciem permulta locutus.

Id veteres Latini vocabant, *offendere buccam.* Varro Marcipore: *Deinde mittit virile veretrum in frumen; offendit buccam Volumnio.* hoc eſt, μολύνει τὸ στόμα. *Illudere ori* dixit Suetonius. SCALIGER.

nunc miſella Laudace Vix poſſe jurat ambulare prae foſſis] ſic Aldinae, Scaligeri, Scioppii, aliaeque editiones, & antiquitus excuſae. in codicibus MSS. haec vox varie & corrupte ſcribitur. *Laudices* in pr. Medic. *Ludices* in primo Heinſii. *Laudices* Voſſian *Landantes* ſecundus Heinſii, Broukhuſianus & Wittian. *Lautice* voluiſſe Salmaſium, adſcripſerat Heinſius. Sed praetuli *Labdace*, ut emendaſſe Iſ. Voſſium, notavit Tollius, ficto ſcilicet ex re ipſa nomine, quia claudicabat, ſive, ut hic additur, *ambulare vix poterat.* Quum enim Graecis λάμβδα olim hoc modo Λ vel V pingi ſolebat, altero ductu breviore, (de quo vide Nobiliſſ. Lancillottum Caſtellum in Prolegom. eruditis ante Syllogen Inſcr. vet. Sicil. pag. XLII.) claudicantes illis λαβδακίζειν dicebantur. *Labdace* igitur vel *Lambdace* vocetur

haec

Ad nos venire: nunc misella Labdace
Vix posse jurat ambulare prae fossis.

EP. LXXX AD PRIAPVM.

Priape, quod sis fascino gravis tento,
Quod exprobravit hic tibi suo versu

Poëta

haec puella, quia claudicabat, vel ambulare prae ficis non poterat. similiter Cypseli Corinthiorum Tyranni mater *Labda* vel *Lambda* dicta fuit, quia claudicabat. teste Herodoto Lib. V. cap. 92. de qua vide Meursii notas ad Helladii Chrestomath. pag. 51. Idem Vossius vocem deducebat a λάπτειν, *lambere*, idemque id notare quod λείχειν *fellare*, ut v. 2. innuitur. Scaliger etiam, ut ex ejus nota patet, *Labdace* emendabat, sed intelligens de ea, quae λεσβιάζει. ut *Labdae* vocabantur, qui Lesbium aut Campanum in modum turpiter libidinabantur. quod firmatur loco Aristophanis in Ecclez. 915. Δοκεῖς δέ μοι κᾀν λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους. ubi vid. Bergler. & sic λεσβιάζειν etiam exponit Erasmus in Opere Adagiorum. pag. m. 409. vide Scholiastem & Bergleri notas ad Aristoph. in Ranis v. 1343. & Merulam ad Ennium pag. 484. Posset forte etiam accipi de puella, quae vel literam caninam pronuntiare non poterat, vel potius, quae in eloquendo literam L nimis operose sonabat. unde *Labdacismus*. vide Erasmum de Pronunt. L. L. pag. 58. 59. sed praefero Vossii sententiam de *Labdace* difficulter ambulante vel claudicante. aliter Th. Munckerus in notis supra aetatem Viri eruditis ad Hygin. fab. LXVI. qui corrigit,

——— *nunc misella Laudicae*
Vix posse jurat ambulare prae ficis.

& explicat, puellam non posse ambulare prae ficis *Laudicae*, id est ulceribus τῆ ἰσχιάδι, ut interpretatur ex Stephani Glossario, & ex Hesychio illustrat ἰσχάδας sic dictas φύσεις γυναικῶν. de quo supra ad Ep. 76. dein *prae ficis* emendat Munckerus pro vulgata *prae fossis*. in qua lectione vindicanda laborat Scaliger, quem nimis hic argutari notat Scioppius. nec melius, ut puto, Is. Vossius, sensu obscoenissimo, intelligebat illum, cuius mentio fit versu secundo, non solam tantum linguam, sed totum caput inmersisse. ut infra Ep. 84. in Priapejo Tibulli,

——— *ut tuum ter & quater*
Voret profunda fossa lubricum caput.

sed vulgatam illam suspectam reddunt codicum scripturae. *prae ossis* in secundo Heinsii. *foxcis* vel *fociis* in ejusdem primo. *pro siccis* in Vaticano. *prae fixis* in Holsteniano. unde Holstenium ipsum legisse *prae ficis*, ut Munckerum conjecisse modo notavi, adscripserat Heinsius, cui & ipsi haec emendatio in mentem venerat. idque verissimum arbitror. supra Ep. XLII.

Qui non fecerit, inter eruditos
Ficosissimus ambulet poëtas.

ex Ep. LI.

Ficosissima me puella ludit.

id est, ulceribus laborans. Martialis Lib. VI. Ep. 49.

Nascetur, licet hoc velis negare,
Inserta tibi ficus in cupresso.

ubi ludit in ambigua vocis significatione, ut Lib. I. Ep. 66.

Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos, Caeciliane, tuos.

sic in totam familiam ficosam ejusdem Epigramma legitur Lib. VII. Ep. 70.

Ficosa est uxor, ficosus & ipse maritus,
Filia ficosa est, & gener atque socer.
Nec dispensator, nec villicus ulcere turpi,
Nec rigidus fossor, sed nec arator eget.
Cum sint ficosi pariter juvenesque senesque,
Res mira est, ficos non habet unus ager.

vide copiosam Christophori Scobari hac de re Epistolam inter Philologicas Goldasti N. XXVI. & Zarottum de medica Martialis tractat. p. 378 & 379.

Ambulare prae fossis] Ut supra,

Fossas inguinis ut teram.

& in Jambo:

Voret profunda fossa lubricum caput.

laxam significat. & Juvenalis:

Inter Socraticos notissima fossa cinaedos.

τὸ λακκόπρωκτον expressit. Nam λάκκος fossa. Pluraliter dixit *fossas*: quod, ut loquitur Ausonius, per utramque cavernam moleretur. Lysias Orator: Ἀντιόπη πόρνη ἡ ἀμφοῖν ταῖς ὀπαῖς τῇ μίξει χρωμένη. Sed quod Ausonius addidit, non contentam duabus illis fossis, etiam ore abusam, hoc mordaciter ἐν τῷ κατὰ Ναΐδος objicitur: ἀπὸ τριῶν ὀπῶν ἐργάζεσθαι τὴν ἐργασίαν. At de viro, qui, ut de Heliogabalo dixit Lampridius, libidinem per omnia cava corporis exceptaret, dictum apud Ciceronem: *Si tu & adversus, & aversus impudicus es.* Quod de Agathocle Siculo jactatum fuit: hoc enim voluit, quisquis in eum dixit: πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν γενόμενος. SCALIG.

EP. LXXX. *quod sis fascino gravis tento*] *fascino gravis tenero* in Wittiano. *fascino tenero* vitiose etiam in Vaticano, & duobus Fabricii. versu secun-

Poëta noster, erubescere hoc noli.
Non est poëta fascinosior nostro.

EP. LXXXI.

At non longa satis, non stat bene mentula crassa,
Et quam si tractes, crescere posse putes.

Me

cundo *exprobravit hanc tibi* primus Medic. Vossianus, alter Heinsii, & uterque Fabricii. quarto versu omnino legendum, *Non es poëta fascinosior nostro.* licet *est farcinosior* in nonnullis MSS. & edit. ut in Mediceo primo, Wittiano. Aldina utraque, eisque antecedentibus. Sed alteram lectionem *Non es* Scriverius, N. Heinsius, Broukhusius, & Tollius praeferebant. *fascinosior* etiam in sua editione exhibuit Scaliger, quod initium Epigrammatis desiderat. *farcinosior* in Scioppiana. *fascinosus* est a *fascino*, quod his in Lusibus quid denotet, explicare non opus est. vide Erhardum ad Petron cap. 92.

Non est poëta farcinosior] Scribo: *Non es poëta fascinosior nostro.* Quam conjecturem meam veteres editiones confirmant. SCALIG.

EP. LXXXI. *At non longa*] Antiquae editiones melius: *Ut non longa satis bene, non stat m. c.* Cui persimile Erycii poëtae in Epigrammate ad Priapum: ὡς βαρὺ τοῦτο, Πρίηπε, καὶ αὖ τετυλωμένον ὅπλον &c. SCALIG.

At non longa satis, non stat &c.] audacter muto, legoque,

At nunc longa satis, nunc stat &c.

animo enim haec indignabundo pronunciantur. Jacuerat hic pigro crimen onusque toro, neque potuerat cupiens, pariter cupiente puella, inguinis effoeti parte juvante frui, ut Ovidius ait, ex cujus Elegia septima Lib. III. Amor. hoc Carmen adumbratum est. Conqueritur igitur cum suo membro intempestive forti, haud aliter atque Ovidius:

Quae nunc ecce vigent intempestiva valentque,
Nunc opus exposcunt militiamque suam.

qui & similem inertiae caussam adfert:

Huc pudor accessit: facti pudor ipse nocebat.
Ille fuit vitii caussa secunda mei.

Neque ullus dubito, quin hac Elegia perlecta & emendationem hanc sinceram, & sibi, cum Scioppio, Oedipo conjectore ad hoc Carmen intelligendum non esse opus, benevolus lector sit perspecturus. JAC. TOLLIVS. Miror Scaligerum editionum veterum lectionem praetulisse, *Ut non longa satis bene, non stat.* licet vitiose in Vaticano, *Ut non longa bene, bene non stat.* in Wittiano, *At non longa bene, bene non stat.* & sic Vossianus, primus Mediceus, & uterque Fabricii, ultima in *bene* perperam producta. in vetustis editionibus Vincentina, Brixiensi, & Veneta quidem reperi, *Ut non longa satis bene, non stat.* sed recte Aldus in utraque editione dedit, *At non longa satis, non stat bene.* male Barthius Lib. XXVII. Advers. cap. 8. hic legit *Ah non longa satis.* ut ex persona puellae querentis dicatur. eleganter enim, initio praesertim orationis, haec particula *At* inservit indignationi, licet in multis poëtarum veterum locis plerumque corrupta fuerit. sic initio Elegiae Ovidianae, ex qua hoc Carmen adumbratum esse recte notavit Tollius,

At non formosa est, at non bene culta puella,
At, puto, non votis saepe petita meis.

paullo ante initio Epigrammatis LXXIX.

At Di Deaeque dentibus tuis escas
Negent amicas.

& Epigr. LXXII.

At vos amplius hoc loco cavete
Quidquam ponere.

Ep. LXXVIII.

At vos, ne peream situ senili,
Quaeso desinite esse diligentes.

Catullus Ep. 2.

At vobis male sit malae tenebrae.

Ovidius Epist. II. 45.

At laceras etiam puppes furiosa refeci.

sic Naugerius ex vetusto exemplari. in aliis *Ah.* Epist. XVIII. 37.

At tu de rapidis immansuetissime ventis.

in Ibin v. 20. *At tibi, calcasti qui me, violente, jacentem.* Tibullus Lib. I. El. 5. 45. *At tu, qui laetus rides mala nostra, caveto Mox tibi.* & El. 6. 33. *At tu, qui potior nunc es, mea furta cavete.* Horatius Epod. XV. 17. *At tu quicumque es felicior.* ubi male in aliis codicibus *Et tu.* vide illic Bentlejum. & sic legendum puto apud Propertium Lib. II. 13. 35. *At pudeat certe, pudeat.* ut in septem codicum MSS. apud me excerptis legitur, & in suis libris esse testatur Broukhusius, qui tamen *Ah* praefert. ut Lib. III. El. 1. *Ah valeat, Phoebum quicumque moratur in armis.* sed illic querentis potius est, quam indignantis, pro *heu.* apud eumdem Lib. II. El. 4. 7. *Nec mihi tam duris insultet moribus, at te Vellicet, heu fero flebis amata diu.* ut forte scribendum. *&* *te* edidit Broukhusius. Virgilius Lib. II. Aen. 535. *At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis* &c. sic in Valerii Catonis Diris v. 125. *At male tabescant mo-*

Me miserum! cupidas fallit mensura puellas,
Non habet haec aliud mentula majus eo.
Utilior Tydeus, qui, si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.
Sed potuit damno nobis novitasque pudorque
Esse: repellendus saepius iste mihi.
Dum vivis, sperare decet: tu rustice custos
Huc ades, & nervis tente Priape fave.

EP.

elentia membra dolere. Ita codex Thuaneus, *At mihi* Aldus. vulgo *At mihi tabescunt.* in aliis *Heu mais tabescunt.* Josephus Iscan. Lib. I. 444. *At pereat, dura si quis de stirpe creatus.* Sed modus sit exemplorum. & plura dabunt N. Heinsius ad Ovid. Epist. XII. initio, & ad Lib. III. Amor. 7. 1. Muretus ad Catull. Carm. 3. & Barthius Lib. XXXIV. Advers. 22. Integrum illud Erycii Epigramma in Priapum, ex quo versum adfert Scaliger, exstat Lib. IV. Anthol. Graec. Tit. XII. Ep. 95. p. 478. ed. Obsop. cujus interpretationem metricam Grotianam, (Graecum enim in exemplaribus editis legi potest) hic quoque adponam, ut egregii Operis inediti, quod publicae luci non invidebo, gustu ac promulside lectores, poëticarum deliciarum amantes, saepius exhilarem;

Quam grave, quam rigidum defundis ab inguine telum
Pars ad opus certe est ista parata suum.
Feminei sexus satis est tibi magna, Priape:
Atque aliquod quaerit turgida vena cavum.
Quin potius nimium crescens hoc contrahe monstrum,
Et rosea tectum vestis latere sine.
Non vasti te montis habent juga, sed sacra sedes
Lampsacos est, Helles adsita litoribus.

Et quam si tractes, crescere posse putes] *Sed quam* Avancius. *tractare* eo sensu, quo apud Martialem Lib. XI. Ep. 30.

Languida quum vetula tractare virilia dextra
Coepisti, jugulor pollice, Phylli, tuo.

Petronius cap. 86. *si bene tractavere inproba manu, & ille non senserit.* ubi vide notas. Infra in Carmine Priapejo, quod Tibullo adscripserunt, Ep. 84. *Puella nec jocosa te levi manu Fovebit, adprimetve lucidum femur.* ubi vide. *crescere* hic dicit, quod *surgere* simili in re vocat Ovidius III. Am. 7. 75.

Hanc etiam non est mea dedignata puella
Molliter admota sollicitare manu.
Sed postquam nullas consurgere posse per artes &c.

quod imitatus est Maximianus, vel Pseudo-Gallus, Eleg. V. 57.

Contractans manu coepit frigentia membra,
Meque etiam digitis sollicitare suis.
Nil mihi torpenti vel tactus profuit ullus,
Perstitit in medio frigus, ut ante, toro.

sic legendum ex MSS. male vulgo editur, *Restitit in medio frigus, ut ante, fere.* & in altero versu, *nil tactus profuit illis.*

Non habet haec aliud m. majus eo] varie versum hunc corruptum emendare conatus est Barthius Lib. XXIV. Advers. cap. 7. *majus ea*, nempe mensura. vel, *m. jus? habes.* vel *m. majus? ego. male sua* ex MSS. adnotaverat Is. Vossius.

nobis novitasque pudorque] *gravitasque* in cod. Holsteniano & Vossiano. *repellendum est saepius ista mihi* in primo Fabricii.

Utilior Tydeus, qui, si quid credis Homero, Ingenio pugnax, corpore parvus erat] respicit locum Homeri Iliad. E. 801. ubi de Tydeo sic Minerva,

Τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.
Καί ῥ' ὅτε πέρ μιν ἐγὼ πολεμίζειν οὐκ εἴασκον
Οὐδ' ἐκπαιφάσσειν.

& talis quoque Ajax Oileus describitur Il. B. 538. vide Barth. ad Stat. I. Theb. 415. & Hadr. Junium Cent. V. in Adagio *Tydeus corpore, animus Hercules.*

Dum vivis] Hoc distichon est singulare Epigramma, & seorsim separandum est. Neque dubito, quin ex Satyrico Menippeo Petronii acceptum fuerit. Nam alia ad hujus intelligentiam opus sunt, quae, ut verisimile est, in prosa sua tractabat Petronius. SCALIG.

Dum vivis, sperare decet] Leguntur hi duo versus apud Petron. cap. 131. ubi *sperare licet.* separatum Epigramma est in ed. Sciopp. cum titulo AD PRIAPUM. & sic in editionibus primis Vincentina, Brixiensi, Venetaque. sed in utraque Aldina praecedenti adnectitur, & Scaligerana, Plantini, aliisque, ut & in cod. A edic. Holsteniano, & Wittiano. *spectare decet* in utroque Fabricii. *spectare licet* in primo Mediceo, & Holsteniano, in quo *tu respices custos.* in hoc autem Epigrammate desinunt plerique codices MSS. & Broukhusianus, ac Wittianus, in quo subscribitur, MARONIS VIRGILII PRIAPEA EXPLICIT. & sic in primo codice Mediceo, P. MARONIS VIRGILII PRIAPEIA EXPLICIT FELICITER. P. VIRGILII PRIAPEIA MINOR INCIPIT.

EP.

EP. LXXXII. AD PRIAPVM.

Aerarî quondam cuſtos, nunc cultor agelli,
Haec tibi Perſpectus templa, Priape, dico.

Pro

EP. LXXXII. *Villicus aerari*] Quidam nomine *Perſpectus*, qui aerarii dominici primum cuſtos, hoc eſt diſpenſator, poſtea ruſticationi operam dabat, hoc Epigramma fecit Priapo. Quod nomine Tibulli in antiquis Tibulli codicibus inveniri, & alii in editionibus ſuis admonuerunt, & nos inter opera Tibulliana in optima ſcheda reperimus. Dicunt tamen nonnulli repertum in agro Patavino, literis vetuſtate paene contumptis. Quod tamen non impedit, quin Tibulli eſſe poſſit. Primus verſus diverſe concipitur in editionibus. nam aliae,

Aerari quondam cuſtos, nunc cultor agelli. aliae,

Ruſticus aerari quondam, nunc ruſticus horti. aliae,

Villicus aerari quondam, nunc cultor agelli.

& haec ultima vera lectio. *villicus* enim eſt cuſtos: Juvenalis:

Pegaſus attonitae poſitus modo villicus urbi. SCALIGER.

Aerari quondam cuſtos, nunc cultor agelli] Hoc & ſequens carmen Tibullo adtribuerunt. Sed adi ad illum notas Broukhuſii Lib. IV. El. 14. pag. 406. ubi late de hoc Epigrammate agit, & addit alias editiones verſum primum ſic exhibere,

Ruſticus aerari quondam, nunc ruſticus horti.

& ita edidiſſe Bernardinum Scardeonium Lib. I. Antiq. Patav. Cl. 4. pag. 62. ubi inter veteres agri Patavini inſcriptiones retulit; cui lapidem ipſum, ex quo editum prodiit, viſum fuiſſe putat Broukhuſius: & ſic & in Scioppii editione legitur. poſt Scardeonium etiam edidit Jac. Salomonius in Inſcript. agri Patav. p. 407. & inveni hos verſus in Codice meo MS. Inſcriptionum veterum Cyriaci Anconitani, ubi adſcribitur, *Paduae legi extra moenia.* Exſtat quoque apud Gruterum p. xcv. Inſ. 3. & Ferretium in Muſis Lapid. Lib. I. pag. 30. qui praefigit, olim fuiſſe in pago agri Patavini Roncone, praedio Jac. Phil. Tomaſini; ſed quod in Notis addat, Urſatum teſtari, in marmore perantiquo extitiſſe, fallit lectorem, nam in Sertorii Urſati Monumentis Patavinis, quae poſt Scardeonium in lucem prodierunt, nuſquam occurrit. in Mediceo, Holſteniano, Heinſianis, Wittiano, aliiſque codicibus deſideratur hoc Epigramma, neque id in ſuo libro MS. reperit Broukhuſius, ut in notis ad Tibullum teſtatur. in utraque Aldi editione praefigitur hic titulus, REPERTVM IN AGRO PATAVINO, MARMORI INSCVLPTVM, EXTREMIS QVIBVSDAM PRIORVM QVATVOR CARMINVM SYLLABIS VETVSTATE CORROSIS. AD PRIAPVM. primum autem verſum ſic edidit,

Villicus aerari quondam, nunc cultor agelli.

& ita in cod. MS. Cyriaci Anconitani. nec aliter adfert Neapolis ad Ovid. Lib. I. Faſt. 391. Sed in Scaligerana ac Plantini editione,

Aerari quondam cuſtos, nunc cultor agelli.

quomodo legitur apud P. Bembum de Culice Virgilii pag. m. 791. ſed *cuſtos ruris* mox ſequitur. in vetuſtioribus editionibus Vincentina, Brixienſi, & Veneta,

Ruſticus aerari quondam nunc villicus horti.

ut in codice Vaticano & Voſſiano. N. Heinſius conjecerat,

Villice Caeſarei quondam nunc pauperis horti.

& notaverat *villicum urbis* pro praefecto per contemtum dici a Juvenale Sat. IV. 77. de quo loco legi merentur Clariſſimi amiciſſimique Herm. Cannegieteri Obſerv. Juris Rom. Lib. III. cap. 7. pag. 261. & ſeqq. ubi de *villicis* erudite agit, & in hujus Epigrammatis Tibullo adſcripti verſu *villicum aerarii* exponit cuſtodem & diſpenſatorem rei dominicae, confertque cum loco Columellae in Praef. reprehendentis eos, qui diſpenſatores veteres faciebant villicos. Heinſii autem emendatio *nunc pauperis horti* firmari quidem poſſet ex Ep. 85. in Catulli Priapejo,

Herique villulam, hortulumque pauperis
Tuor.

ſed a vulgata nimium recedere videtur. Si quid mutandum, praeferrem,

Villicus aerari quondam, nunc villicus horti.

ut in v. c. legi adſcripſerat Petrus Scriverius. ſic Ep. xxiv.

Hic me cuſtodem fecundi villicus horti
Mandati curam juſſit habere loci.

certe *Villicus aerari* ex ipſo lapide Patavino etiam produxit Scardeonius, eumque ſecutus Salomonius. nec aliter Menagius in Amoen. Juris cap. 17. p. 93. ubi dubitare videtur, an Tibullo adſcribendum ſit hoc Epigramma. de voce *villicus* vide Salmaſ. ad Lamprid. Alex. Sever. cap. 15. & Patrui mei notas ad Sueton. Claud. cap. 38. altero verſu legendum *Reſpectus* docet Reineſius ad Claſ. IX. Inſcr. vet. 68. pag. 577. ubi adfert inſcriptionem ex viae Appiae lapide, in quo RESPECTVS PRAEPOSITVS. damnatque Viri ſummi, id eſt Scaligeri, emendationem *Perſpectus* in hoc Epigrammate legentis. deinde *Pro quibus officiis* ex ipſo lapide profert Bembus, ut & in codice Cyriaci Anconitani ſcribitur. lepidus vero Scioppius eſt, qui *officium* hic dici de templo alicui Deo ſacrato vel honoribus divinis, notat. addere poterat, *officii* nomine, ſed poſteriori ſeculo, etiam miſſae ritum fuiſſe dictum in Eccleſia Romana. de quo vide Patrui

mei

Pro quibus officiis, si fas est, sancte, pacifcor,
Adsiduus custos ruris ut esse velis:
Inprobus ut si quis nostrum violarit agellum:
Hunc tu, sed taceo, scis puto, quod sequitur.

EP. LXXXIII.

ALB. TIBVLLI AD PRIAPVM DE INERTIA INGVINIS.

Quid hoc novi est? quid ira nuntiat Deum?
Silente nocte candidus mihi puer

Te-

mei notas ad Servium in Virg. IV. Aen. 201. N. 11. Sed obvia poëtis locutio est. neque certe de rebus sacris dicitur apud Ovidium II. Amor. El. 8. 21.

Pro quibus officiis pretium mihi dulce repende
Concubitus hodie, fusca Cypassi, tuos.

supra Ep. 27.

Pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat.

eleganter hoc Epigramma imitatus est Jacobus Wallius, poëta optimus, Lib. I. El. 6. p. 189.

Ut tegerentur humo (tua nam custodia tanti est)
Haec tibi perspectus templa dicavit Amor.
Pro quibus officiis, si non ingrata, pacifcor,
Conjugis ut custos sic meus esse velis.

deinde *violabit agellum* in Vaticano, ut adferunt etiam Scardeonius, Salomonius, & Neapolis, pro *violarit.* & ita in MS. Cyriaci.

Hunc tu, sed tento] Veteres excusi, item & optima scheda Tibulli, habent, *Hunc tu, sed taceo.* & melius sane. SCALIG. Ad ultimum hunc versum haerent Viri docti. *Hunc tu, sed tento*, apud Bembum, Scardeonium, & Neapolim. ut in utraque editione Aldus. quam lectionem probasse videtur Salmasius in notis ad Florum Lib. II. cap. 12. §. 11. & *tento* pro fascinotentigine distento exponit Ferretius. vitiose in codice MS. Cyriaci Anconit. *Hunc, sed tento: fis, puto* &c. *Hunc tu, sed teto*, mendo typi, apud Salomonium. *sex tento* Barthius Lib. XXIV. Adverf. cap. 7. Sed in codice Vaticano *Hunc tu, sed taceo.* quod inveni etiam in primis editionibus, Vincentina, & Brixiens. in Veneta an. 1487. *Huc tu, sed taceo.* & hanc lectionem *sed taceo* etiam ex veteri Tibulli scheda protulit & probavit Scaliger. eleganter haec formula adhibetur, quando orationem abrumpere, variam ob caussam, vel mutare volunt. quod huic loco optime convenit. Infra Carm. LXXXVII. *Sanguine hanc etiam mihi, sed tacebitis, aram* &c. ut Fulvio Ursino aliisque emendatum, pro veterum editionum lectione *facebitis.* Ovidius Epist. XX. 51.

Nos quoque: sed taceo. mors hujus poena rapinae &c.

Statius Lib. I. Achill. 158.

Sed taceo. fugit gelidus Nereïda pallor.

Josephus Iscan. Lib. II. de Bel. Troj. 409.

Sed taceo, promsi, (fateor doleoque) superba,
Vera tamen.

& v. 511.

At virgo est; negat Aglaurus, negat anguis opertus:
At taceo.

apud Macrobium Lib. II. Saturn. cap. 4. *Pollio, cum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait. At ego taceo. non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.* Suetonius Domit. cap. 10. *post abductam uxorem laudanti vocem suam, Heu taceo, dixerat.* quem tamen locum alio sensu corrigunt viri docti. ibidem cap. 13. *nullo responso dignatus, tacere tantummodo jussit voce praeconis.* hac autem formula *sed taceo* hic indicatur aliquid majoris nequitiae, quam non exprimit. ut Ovidio, *Cetera quis nescit.* hinc additur *Scis, puto, quod sequitur.* illud enim *puto* ἰρωνικῶς eleganter à poëtis adhiberi, aliquot exemplis docet Paulus Leopardus Lib. III. Emend. cap. 6.

EP. LXXXIII. *Quid hoc novi est?*] In veteribus excusis Tibulli nomine editur hoc politissimum poëmatium: itemque in veteri membrana Tibulliana, quae est penes te, Jacobe Cujaci, vir eruditissime. Totumque ex puris Jambis constat. & sane multum spirat illam venustatem, quae hodie percipitur in Elegiis illius suavissimi Poëtae. Quod ne cui mirum videatur, Tibullum Priapeja conscripsisse, jam puto satis confirmari superiore Epigrammate. Sed & clarius Martialis (Lib. IV. Ep. 6.)

Quam qui compositos metro Tibulli
In Stellae recitat domo libellos. SCALIG.

unde autem scimus hoc Epigramma esse Tibulli? nam inventum est in agro Patavino a Bernardo Bembo, in antiquo marmore incisum, absque nomine. vid. P. Bembi Opusc. pag. 83. 84. eodem jure ad Tibullum auctorem referri poterat epigramma non inconcinnius apud Boissardum

Tom.

Tepente cum jaceret abditus ſinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners ſenile penis extulit caput.
Placet, Priape, qui ſub arboris coma
Soles

Tom. VI. Antiq. pag. 73. quod & Gruterus habet pag. xcv. 4.

Dum tua pomiferum cuſtodia proteget hortum,
Terror & infeſtis furibus inguen erit,
Lampſacios melior non imbuet hoſtia cultros,
Quam veniet noſtra victima caeſa manu.

Scaliger dicit reperiri in antiquis Tibulli codicibus, & ſe inter Opera Tibulliana in optima ſcheda inveniſſe: quod ſane argumentum eſt valde infirmum: nam Epiſtola Sapphus Ovidiana fere nuſquam reperitur niſi in antiquis Tibulli codicibus. Eſtne ergo auctoris Tibulli? ego certe hoc Epigramma in nullo Tibulli libro MS. inveni. Muretus tamen inveniſſe videtur Lib. I. Epiſt. 13. ſic enim illic ſcribit: *In carminibus, quibus celebratur hortorum Deus, jambica quaedam ſunt, quae ab omnibus tribuuntur Tibullo. Unum etiam ejuſdem argumenti epigramma reperio in antiquis Tibulli libris.* BROVKHVSIVS. Merito Broukhuſius tam in Obſervationibus ad Tibullum, quam in hac nota inedita, quam ſuis ad Tibulli editionem Scaligeranam, in qua hic jambus legitur pag. 142 adnotatis MSS. inſeruerat, a Scaligero, jambos hos Tibullo adjudicante, diſcedit, quia nuſquam aliquis e veteribus Tibullum laudans cum a jambis, ſemper vero a carmine Elegiaco commendet, neque ex loco Martialis adfirmari poſſit, Tibullum Priapeja ſcripſiſſe. Catullo potius quam Tibullo id tribuendum ſuſpicabatur J. Douſa Pater in Praecidaneis pro Tibullo cap. XIV. ubi aliquot loca in hoc Carmine emendat. In editione Aldi utraque praefiguntur iſta; IN ANTIQVIS LIBRIS SEPARATIM AB ALIIS IN PRIAPVM LVSVS SVB VIRGILII NOMINE LEGITVR. unde non magis effici poſſit, Virgilio adſcribendum, quia in libris antiquis, ut & primis ejus editionibus, Maroni tribuitur, quam quod in nonnullis Tibulli codicibus poſt alia ejus Carmina repertum fuerit. In Vaticano codice, qui in hoc Epigrammate deſinit, ſine ullo auctoris nomine inſcribitur QVERELA PRIAPI. qui titulus etiam praefigitur in editionibus vetuſtis, Vincentina, Brixienſi, & Veneta.

Quid hoc novi eſt? quid ira nunciat Deûm?] *Quid h. novi eſt? quidnam novi nunciatur* in cod. Mediceo. *eſt* delendum cenſebat Francius. *quid ira nunciet Deum* alios male legere notat Acidalius ad Curtium pag. 129. b. Petronius Sat. cap. 60. *exſpectantes quid novi de coelo nuntiaretur. nuntiare* & *denuntiare* hoc ſenſu pro minari, portendere. Tibullus Lib. III. El. 5. 5. *At mihi Perſephone nigram denuntiat horam,* ubi vide Broukhuſii notas.

3. *Tepente cum jaceret abditus ſinu*] *repente cum jaceret abditus mihi ſinu* Vatican. *tepente cum jam nocte abditus ſinu* in Mediceo.

4. *Venus fuit quieta*] *erat quieta* in Voſſ. & Vatic. *Erat Venus quieta* Avancius. Sed vulgatum illud *quieta* nimis languidum videtur, quam ut querelae Priapi, vel potius poëtae ad Priapum, ut cenſebat Douſa, de inguinis inertia conveniat. neque ſatisfacit Scioppius Lib. III. Veriſim. cap. ult. ubi *Venerem quietam* explicat, ut in illo Propertii Lib. III. El. 4. 34.

Noctibus illorum dormiet ipſa Venus.

nam illic de vacuo & deſerto lecto agitur. hoc autem loco eadem queritur, quae Ovidius lecto ab amica receptus Lib. III. Amor. El. 7. 65.

Noſtra tamen jacuere, velut praemortua, membra
Turpiter, heſterna languidiora roſa.

pro ſolo accubitu cepiſſe Barthium ad Stat. V. Theb. 110 ſed inſcitiſſime, & ſequentibus palam reclamantibus, notaverat Broukhuſius. Neſcio etiam, ex quo codice ſcripto vel edito Barthius ibidem proferat,

——— *candida mihi puella*
Tepente cum jaceret abdita in ſinu.

Amplector igitur conjecturam Nic. Heinſii Lib. III. Adverſ. cap. 8. pag. 456 458. qui demta priore litera emendat, *Venus fuit vieta*, pro languida, inerti, & invalida, eleganti voce, quam illic plurimis Auctorum veterum locis, in quibus vel corrupta, vel cum *quieta* confuſa erat, optime reſtituit. & hanc viri praeclari emendationem pluribus confirmavi in notis ad Auctorem Elegiae de Phoenice, poſt Claudianum, v. 90. p. 1054. ubi ſimiliter reſtituit, *Vitalique toro membra vieta locat.* pro *quieta*, ut in vulgatis.

5. *extulit caput*] *caput extulit* in Mediceo.

6. *Placet, Priape?*] Itane Priape? Elegans loquendi modus: ut in illa expoſtulatione, *Placet hoc ergo? & leges diligentiſſimae pudoris cuſtodes decumas uxoribus dari, quantas meretricibus, jubent?* Graecis eſt, ἄληθες; Ariſtophanes, ἄληθες ὦ 'πίτριπτε; Martialis:

Hoc Labulle verum eſt? SCALIGER.

Martialis Lib. XI. Ep. 34.

Pierios vatis Theodori flamma penates
Abſtulit. hoc Muſis, hoc tibi, Phoebe placet?

ſic ſaepe apud Terentium & Ciceronem. ut in

Soles facrum revinctus pampino caput
Ruber federe cum rubente fafcino?
At, o Priape, faepe floribus novis
Tuas fine arte deligavimus comas,

Abe-

Eunuch. V. 2. 12. *Satin' id tibi placet?* Adelph. IV. 7. 19. *Ceterum placet tibi factum, Micio. Non, fi queam mutare.* Cic. pro Caecina cap. 23. *quid eft, Pifo? placet tibi pugnare verbis? placet caussam juris & aequitatis conftituere in verbis?* pro Rofcio Amerino cap. 45. *Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia praeteriri? non placet res? placet ita geri magiftratus, ut geruntur? Placet focios fic tractari?* VI. ad Attic. Ep. 6. *Sed heus tu, πορὲς εἰς δῆμον Athenis? placet hoc tibi?* ubi vide Mureti notam, quae defumta eft ex ejufdem Lib. xv. Var. Lect. cap. 8. ita *fi placet*, acerbe increpantis formula. fupra Ep. 51.

Quaedam, fi placet hoc tibi, Priape,
Firofiffima me puella ludit.

Propertius III. 4. 24.

Si placet, infultes, Lygdame, morte mea.

ubi vide Broukhufium.

7. *Soles facrum revinctus pampino caput*] Claudicat verfus. Legendum vocandi cafu:

——— *revincte pampino caput.*

& ita non raro veteres loquuntur. Tibullus ad Bacchum:

Huc venias hodierne, tibi dum turis honores,
Libaque Mopfopio dulcia melle feram.

hodiernus enim dicendum erat. Albinuvanus in Epicedio Maecenatis:

Impiger Alcide, multo defuncte labore
Te memorant curas fic pofuiffe tuas.

Nam dicendum erat *defunctum.* Plautus Curculione:

Haud male meditate male locutus es. —

Theocritus: ὄλβιε κῶρε γένοιο — debuit enim ὄλβιος. Perfius:

Stemmate quod Tufce ramum millefime ducis,
Cenforemque tuum vel quod trabeate falutas.

Aufonius:

Diftinctas interne vias mirere domorum.

hoc eft, *internus.* Propertius: *Sic mihi te referas levis.* nam *levem* dicere debuit. SCALIGER. puto τὸ *foles* effe trajectum, legendumque,

Sacrum revincte pampino caput foles.

aut certe *Soles caput.* id quod paullo mollius procedit. Dacerius in Horat. I. Sat. 8. pag. 525. hunc verfum laudans ita protulit,

Placet, Priape, qui fub arboribus coma
Soles revinctus facrum pampino caput.

non cogitavit effe jambos puros. fed & fic τῷ *coma* non eft locus. BROVKHVS.

— *qui fub arboris coma Soles facrum revinctus pampino caput* &c.] fic codex Holftenianus. male *Doles* in Mediceo. *revincte* etiam correxit Janus Doufa in Praecidan. pro Tibullo, vel *revinctu'*, more antiquo. *fub arboris comis* Vaticanus. facit huc locus Tibulli Lib. I. El. 4. initio:

Sic umbrofa tibi contingant tecta, Priape,
Ne capiti foles, ne noceantve nives.

quod hoc ipfo loco illic illuftrat Broukhufius. fed D'Orvillio apud Tibullum videbatur reponendum,

Sic nemorofa tibi contingant tefqua.

ut apud Lucanum VI. 41. *faltus, nemorofaque tefqua.* fed quia Priapus in hortis poni folebat, poftea inprobaverat. Priapus tamen nemorum etiam cuftos. ut Ep. 85. ed. Scioppii:

Non horti, neque palmitis beati &c.
Sed rari nemoris, Priape, cuftos.

& in fragmento Catulli Ep. 89.

Hunc lucum tibi dedica confecroque, Priape,
Qua domus tua Lampfaci eft, quaque filva, Priape.

hinc apud Petron. cap. 133. in Carmine ad Priapum:

Nympharum Bacchique comes, quem pulchra Dione
Divitibus filvis numen dedit.

9 *At o Priape*] in illa optima fcheda liquido exaratum erat: *At o Tripalle.* hoc eft, Τρίφαλλε — Nam Τρίφαλλος, & Ἰθύφαλλος, cognomina Priapi. Quin & *Triphallus* περὶ ἀῤῥενότητος infcripta fuit Menippea Varronis. de generatione fcilicet. licet aliter vir doctiffimus interpretatus fit. Ergo *At o Triphalle* reponendum eft. In veteri Gloffario: *Trepallos*, Πρίαπος. SCALIGER.

At, o Priape, faepe floribus novis Tuas fine arte deligavimus comas] in cod. Voff. *Tripalle.* ut in veteri fcheda Cujaciana etiam legi teftatur Scaliger, & ex MS. ejus editioni adnotaverat Scriverius. optime. *Triphallus* cognomen eft Priapi, cujus altera vox tantum interpretatio eft. idque eo magis hoc in verfu reftituendum, quia modo praeceffit *Placet, Priape.* & mox iterum fequitur *Vale, Priape. Triphallus* autem a Φαλλός, id eft Priapus ipfe, unde & Φαλλώνια, & φαλλαγώγια ejus facra. quae & Πριάπεια dicta, & myftica erant. vide Meurf. Graec. Feriat. Lib. V. p. 232. & hinc Φαλλοφόροι & Ἰθύφαλλοι, mufici dicebantur, quos in his facris adhibitos fuiffe verofimile eft. de illis fragmentum ex Semi Grammatici Opere περὶ Παιάνων adfert Suidas in Σημός. fic Naevii & Varronis olim

Abegimusque voce saepe, cum tibi
Senexve corvus, inpigerve graculus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale, nefande destitutor inguinum,
Vale, Priape: debeo tibi nihil.

Jace-

lim Satyrae exstiterunt *Triphallus* inscriptae, id-est, Priapus. ut apud Gellium Lib. II. cap 19. proferuntur versus ex Naevii *Triphallo*, sive, ut Fruterius Lib. II. Verisim. cap. 19. scribendum existimabat *Ithyphallo*. quod placuit etiam Baptistae Pio in Adnot. Poster. cap. xI. hinc *Ithyphallica carmina*, de quibus vide Brissaeum in Comment. ad Terentian. Maurum pag. 83. b. & *ludi Ithyphallici* apud Venantium Honor. Lib. III. Epist. 4. loco vexato, ut ex notis Brouwerii pag. 55. patet, ubi in codice optimae notae, olim Gudiano, cujus apud me excerpta sunt, legitur, *attamen nuper illum ideft vos confiteor ludos Trifalicos Ambione ab arbito rebonasse*. Sed in Gellii tamen loco optime Jo. Fred. Gronovius *Triphallo* vindicavit, & hujus Epigrammatis versu firmavit. Nonius Marcellus in voce *Languris* p. 131. *Varro Tripallo περὶ ἀῤῥενότητος. Ego nihil Varro, ideo hoc curat, qui ante me est, nescio quis Longurio*. quae verba corruptissima sic restituit Lambecius in notis ad Gellii d. l. ex Lib. II. cap. 19. emendans: *Varro Ithyphallo, ἢ περὶ ἀῤῥενότητος. Ego vero nihil video, ita hic obscurat, qui ante me est nescio quis Longurio*. sic optime quidem emaculavit ipsa Varronis verba, sed quod ad Satyrae titulum adtinet, non opus est *Ithyphallo* reponi, praesertim quum in cod. MS. Bibliothecae Mazarineae, ut ipse testatur, *Tripallo* legatur, & recte Gronovius vindicavit, *Triphallo, ἢ περὶ ἀῤῥενότητος*, duplici titulo, ut multae Varronis Satyrae sic fuerunt inscriptae. vide & de hoc loco H Stephan. in Fragment. vet. Poët. p. 356. Nescio an & hujus vocis vestigium exstet in ejusdem Varronis verbis apud Nonium in voce *pali* pag. 219. *Quid tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici*. ubi in MS. quem contulit Is. Vossius. legitur *tripalles*, ac Priapum (de quo tamen valde addubito) intelligendum esse, libro suo adscripserat, addens sic quoque haberi in MSS. apud Tibullum & Columellam. quibus verbis innuit hunc ipsum locum Epigrammatis Tibullo adscripti, respexitque alterum ex Columellae Lib. X. 32.

——— *sed truncum falce dolatum*
Arboris antiquae numen venerare Ithyphalli.

ubi *Priapi* ex Glossa in cod. S. Germani. vide Fruterii Verisim. Lib. II. cap. 19. Sequenti versu in quibusdam MSS. est *deligamus* pro *deligavimus*, ut adfert etiam Biaserius ad Valer. Fl. II. 627. fol. 34. ed. Ascens. qui de capitis serto instar velaminis exponit.

11. *Abegimusque*] ille Horatianus Priapus, si sciens fallit, imprecatur sibi haec

— *merdisque coinquiner albis Corvorum*

Idcirco μηνίσκοι imponebantur statuis, ne ab avibus conspurcarentur. Aristophanes Avibus: (v. 1114.)

εἰ δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν
ὥσπερ ἀνδριάντες. ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μῆνιν ἔχῃ,
ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκήν, τότε μάλισθ' οὕτω δίκην
δώσεθ' ἡμῖν πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι.

Hi μηνίσκοι adhuc hodieque in templis Christianorum imponuntur capitibus statuarum. Cujus tamen rei caussam ignorantes Pictores, dum putant honoris caussa imponi debere, non solum non omnibus statuis imponunt: sed & imaginibus quoque pictis adhibuerunt: quae tamen illis opus non habent, ut statuae. SCALIGER. de his μηνίσκοις vide Suidam in h. v. qui μηνίσκους exponit ἃ ἐπετίθεσαν τοῖς ἀγάλμασι, διὰ τὸ μὴ ἐφεζόμενα τὰ ὄρνεα ἀποπατεῖν. ubi Kusterus eumdem Aristophanis locum adfert & corrigit, & ad ipsum Aristophanem plura eo loco notavit. de his ita Hesychius in μηνίσκοι: τὰ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς τῶν ἀνδριάντων τιθέμενα, ἵνα μὴ τὰ ὄρνεα ἐπικαθίζοντα.. &c. quae ad verbum pro more descripsit Phavorinus in hac voce. Statuarum vero capitibus non tantum inponebantur μηνίσκοι, quos *nimbos radiatos* vocant Latini, ne ab avibus desuper foedarentur, sed etiam ad divinitatis indicium. vide Cerdam ad Virg. IX. Aen. 111. Cuper. II. Observ. 16. & quos laudavi in notis ad Auctorem Phoenicis v. 139. pag. 1066.

12. *cum tibi*] *ne tibi* codex Holstenianus.

14. *Vale, Priape, debeo tibi nihil*] adscripserat Broukhusius hunc Virgilii locum Lib. XI. Aen. 51.

——— *& nil jam coelestibus ullis*
Debentem.

16. *Jacebis inter arva*] In Graecia projectis simulacris ita insultabant, ut ea scillis herbis impeterent. Theocritus Thalysiis: (Idyl. VII. 106.)

κἢν μὲν ταῦθ' ἔρδοις, ὦ Πὰν φίλε, μή τί τυ παῖδες
Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς τε, καὶ ὤμως
τανίκα μαστίσδοιεν, ὅτε κρέα τυτθὰ παρείη.

Ita enim solebant exigere καθάρματα, καὶ φαρμακούς. Hipponax,

Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες
Κράδῃσι, καὶ σκίλλῃσιν, ὡς φαρμακόν. SCALIG. ibid.

Jacebis inter arva squalidus situ:
Canis aut tibi saevus usque bene.
Lutosa sus fricabit oblitum latus.
Scelesste penis, o cui meum malum
Gravi piaque lege noxiam lues,

Licet

ibid. *squallidus situ*] In membrana — *pallidus situ.* Nam etiam *pallor* pro squallore, vel carie. Lucilius: —— *pallor, tineae omnis caedunt.* SCALIG. *pallidus* etiam ex cod. MS. legebat Passeratius ad Propert. pag. 623. & in exemplaris sui margine Broukhusius. ut alibi saepe hae voces fuerunt confusae. vid. supra ad Ep. xxv.

17. *Canis aut tibi*] In quibusdam schedis mediae vetustatis. quas nobis amicus noster P. Pithoeus commodavit, quaeque habebant hoc solum Epigramma exaratum, ita legebatur ille, & alter versiculus:

Canisve saevus usque imminget, aut tibi
Fricabit oblitum latus aper lutosus.

ex quibus depravatis hanc lectionem eruimus:

Canisve saevus usque minget, aut tibi
Aper fricabit oblitum latus luto.

Sed in alia longe melioris notae scheda aliter concepta erat lectio:

Canisque saevas usque lignes tibi
Lutosus affricabit oblitum latus.

Non magni negotii erit illa corrigere:

Canisque saeva, susque lignes tibi &c.

Horatianus ille Priapus sibi imprecatur:

—— *In me veniat mictum atque cacatum,*
Quicquid corvorum est. —

& apud Aristophanem de statua Lyci Herois, judiciorum praesidis, loquitur φιλόδικος quidam. κ' ἢ μήποτε σοῦ παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω, μηδ' ἀποπαρδῶ. In contemptum enim immingebant in statuas vel Deorum, vel Magnatum. Juvenalis:

Effigiemque Deae longis siphonibus implent. Item:
Cujus ad effigiem tantum non mejere fas est.

ubi *tantum non* est μονονουχί. SCALIGER.

Canis aut tibi saevus usque bene Lutosa sus fricabit oblitum latus] sic edidit Scaliger, Aldum secutus, sed in notis longe diversam schedarum MSS. lectionem protulit. Certe ab hac lectione etiam multum abeunt codices manu exarati & editiones Aldinis vetustiores. In Mediceo,

Canis ille saevus usque bene aut tibi
Fricabit obloquium latus aper lutosus.

In Holsteniano,

Canis servuus usque bene vel tibi
Fricabit oblitum latus lutosus aper.

vitiosissime in Vaticano,

Canisve ille saevus usque bene
Fricabit obloquium latus litosus.

ut excusum etiam inveni in Vincentina, Brixiensi, & Veneta, in quibus versu primo *Carnifice.* Scriverius margini ed. Scalig. adscripserat legendum sibi videri,

Canisve saevus usque minget, & tibi
Lutosa sus fricabit oblitum latus.

Dousa vero in Praecidaneis suis castigabat,

Canisque scaeva, susque ligneo tibi
Luto sus adfricabit oblitum latus.

Scioppius edidit,

Canisve foedus usque imminget, aut tibi
Lutosa sus fricabit oblitum latus.

in editione Gabbemae post Petronium,

Canisve saevus usque minget, aut tibi
Aper fricabit oblitum latus luto.

ubi in margine Broukhusius adscripserat legendum sibi videri,

Canisve scaevus usque mejet.

& ex vetustis edd. adnotaverat hanc lectionis diversitatem,

Canisque scaeva susque ligneo tibi
Lutosus affricabit oblitum latus.

vellem editiones illas veteres nomine suo indicasset. illarum tamen vestigiis inhaesisse videtur Isaacus Vossius ad Catull. pag. 100. qui hos versus sic constituendos monet,

Canisque foeda, susque lignea tibi
Lutosa subfricabit oblitum latus.

mejet vero correxit ideo Broukhusius, ni fallor, quia nonnulli *mingere*, ut veteribus scriptoribus inusitatum, damnant. de quo vide quae notavi ad hujus Voluminis pag. 145.

19. *O cui meum malum*] in scheda Pithoei nostri:

—— *o meum malum grave*
Licet querare ——

Theocritus:

ἔξω ἀπάγχεο θᾶσσον ἐμὸν κακὸν, ὥ τυ ἀλιτρέ.

Sed in illa altera optima scheda interjiciebatur versiculus, qui & in quibusdam excusis reperitur:

Gravi piaque lege noxiam lues.

Noxiam & *noxam* idem esse vult Servius in Virgilium. Et annotandum, quod hodie in Gallia jurgium vocatur *noise*, id a *noxia* detortum esse: quod aliquando notat jurgium, ac dissidium. Petronius: *in mediam noxam perfertur.* Ausonius:

Saepe in conjugiis fit noxia, si nimia est dos. SCAL.

ibid. *Scelesste penis, o cui meum malum Gravi piaque*

lege

Licet querare: nec tibi tener puer
Patebit ullus: inminente qui toro
Juvante verſet arte mobilem natem.
Puella nec jocoſa te levi manu
Fovebit, adprimetve lucidum femur.
Bidens amica Romuli ſenis memor

Pa-

lege noxiam lues] in Mediceo & Vaticano, *O ſceleſte penis, o meum malum.* & ſic in primis ante Aldum editionibus. *O ſarte penis* Avancius. alter verſus in Scaligerana editione omiſſus eſt, quia in Aldinis & vetuſtioribus deſideratur. ſed adſcripſerat eum Scriverius, & ex aliis editionibus addiderunt Scioppius, & Gabbema, licet male in ed. Scioppii legatur,

Sceleſte penis, o meum malum grave
Gravi piaque lege &c.

odioſa vocis *gravis* repetitione. quae de voce *noxia* & *nova* hic notavit Scaliger, eadem habet in notis ad Manil. Lib. II. 480. & vide Menagium in Lex. Etymol. Gall. in *noiſe* pag. 530. ſed merito ea caſtigavit, & meliora adtulit Jo. Fred. Gronovius ad Senec. Troad. 403. ſequente verſu in eod. Mediceo *licet quietare*, forte pro *quiritere*.

22. *Patebit ullus, inminente qui toro Juvante verſet arte* &c.] ſic legendum ex Mediceo, Vaticano, primis & Aldinis editionibus. *Parebit* vitioſe in Scaligerana. male in cod. Holſteniano. *Parabit. ullus eminente qui toro.* Scioppius edidit *ingemente qui toro*, & ex eo Gabbema. idque alteri lectioni videtur praeferendum. & ita in Tibulli editionis Scaligeranae margine conjecerat ex ingenio Broukhuſius, adſcripto hoc Ovidii loco Lib. III. Amor. 14. 26.

Spondaque laſciva mobilitate tremat.

& Juvenalis Sat. IX. 78. *teſtis mihi lectulus, & tu, Ad quem pervenit lecti ſonus.* hoc eſt quod *premere torum*, & torum *frequenti tractatione vexare* dicitur Petronio cap. 18. & 139. ubi vide interpretum notas. deinde *juvante verſet ante* perperam in Mediceo. *arte juvante*, ut contra apud Ovid. II. A. A. 480. *Arte Venus nulla dulce peregit opus.* ſupra Epig. 70. *Sive illi laterum ſeu fuit artis opus.* poſſis etiam *Juvante verſet parte*, ut apud Naſonem Lib. III. Amor. 7. 6.

Nec potui cupiens, pariter cupiente puella,
Inguinis effoeti parte juvante frui.

pars eo ſenſu, quo paſſim in his Luſibus. ut in praef. & Ep. 8. 29. & 48. vid. Comment. ad Petron. cap. 112. p. 519. 521. Forte etiam, ſi liberiori conjecturae indulgere licet, legi hic poſſet,

——— *ingemente qui toro*
Subante verſet parte &c.

id eſt, parte pruriente, tento faſcino, ut Ep. 80. dixit. idque adhaerebit Horatio Epod. XII. *jamque ſubando Tenta, cubilia tectaque rumpit.* de voce *ſubare* vide quae notavi ad Tom. I. pag. 629. *nobilem* in Vaticano & primis edd. pro *mobilem*, eadem variatione, qua *nobiles* & *mobiles cinaedi* ſupra Ep. XXV. ubi vide.

24. *Puella nec jocoſa te levi manu Fovebit, apprimetve lucidum femur*] *nec jocoſa nec levi manu* in Voſſiano, Vaticano, & vetuſtis ante Aldum editionibus. male. *te* abeſſe nequit. *te levi manu fovebis* idem eſt, ac illud Ovidii Lib. III. Amor. El. 7. 73.

Hanc etiam non eſt mea dedignata puella
Molliter admota ſollicitare manu.

ubi *ſollicitare*, ut apud Martialem Lib. XI. Ep. 47.

Nec levet extinctum ſollicitata caput.

& ſimile eſt ejuſdem Lib. XII. Ep. 99. de languente faſcino,

Sed nec vocibus excitata blandis
Molli pollice nec rogata ſurgit.

manu tractare dixit Petronius cap. 86. *ſi hunc tractavero inproba manu.* ſupra Ep. 81.

Et quam ſi tractes, creſcere poſſe putas.

ubi vide notas.

25. *Lucidum femur*] In iiſdem ſchedis P. Pithoei:

—— *lubricum femur.*

hoc eſt λεῖον. Martialis:

Dum puer es, redeas: dum vultus lubricus.

Horatius:

Et vultus nimium lubricus aſpici. SCALIG.

apprimetve lucidum ad femur legebat Heinſius. *lubricum* ex MS. adnotaverat Scriverius, ut ex Pithoei ſchedis adfert & probat Scaliger; quomodo illum ſecutus edidit Gabbema. *laſcivum femur* dixit Ovidius III. Am. 7. 8. *Laſcivum femori ſuppoſuitque femur.* *lucidum* tamen in omnibus editionibus vetuſtis, neque *lubricum* eſt in noſtris Codd. MSS. excerptis. & mox ſequitur *lubricum caput.*

 Pr-

Paratur: inter atra cujus inguina
Vacuaque pelle tectus inguinum gelu
Araneosus obsidet fores situs.
Tibi haec paratur, ut tuum ter aut quater
Voret profunda fossa lubricum caput.
Licebit aeger, aut languentior cubes,

Tere-

28. *Vacuaque pelle*] Lego, *vagaque pelle*. Persius,
Quum moroja vagaque singultiet &c.
Error inde natus, quod illi imperiti librarii scripserunt, *vaguaque pelle*. In altera peroptima membrana praecedebat hunc versiculus iste,
—— *inter atra cujus inguina*,
Latet jacente pancie abditus specu &c.
Ego nullo labore lego,
Latet jacente pantice abditus specu.
de panticibus vide quid in Catalectis annotavimus. A pantice, vulgo ventrem vocamus *panciam*. Nisi sit a pane, quasi *paniciam*: quod facile credo. SCALIGER.

Tectus inguinum] In optima membrana
—— *tectus annuo gelu*.
Persistit in metaphora ut de locis Septentrionalibus, aut montibus editissimis dicimus eos annua nive damnatos esse. Ut sane horum versuum lepor, & elegantia, satis commendari a me non possit. SCALIGER.

Paratur. inter atra cujus inguina Vacuaque pelle tectus inguinum gelu Araneosus obsidet fores situs] Sic edidit Aldus & Scaliger, nisi quod in hujus editione, typi vitio, *Palitur*. in codice Vaticano, & Aldum praecedentibus editionibus, *Paratur inter arva, cujus inguina Vacuaque pelle tectus inguinum gelu*. Sed in codice Vossiano,
Vagaque pelle tectus annuo gelu.
in Holsteniano, *Variaque pelle tectus ingermi gelu*. forte pro *inerti gelu*. in Mediceo. *tectus inguina gelu*. *Vagaque pelle* legebat Scaliger, unde sic edidit Gabbema. In ed. Seloppii *Vacuaque pelle tectus annuo gelu*. certe *inguina* primo versu, & altero *inguinum gelu* incommode recurrunt, & *annuo gelu* recte exposuit Scaliger, quem sequi praestiterit, adeoque sanatus erit versus, si legatur,
Vagaque pelle tectus annuo gelu.
ut in cod. Vossiano haberi modo notavi. *Vaga pellis* est laxa, carnis macilentia fluens & flaccida, ut de calceo nimis laxo Ovidius I. A. A. 516.
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
vide Tornorunaei notas ad Persium pag. 87. qui recte Scaligeri emendationem *vagaque pelle* etiam probat. Dousa vero in Praecidaneis conjiciebat, *Cavaque pelle tecto*; vel, *Cavumque pelle tectum*, & *annuo gelu*. altera Scaligeri conjectura, qua versum ex membrana veteri hunc praecedentem adfert legitque, *Latet jacente pantice abditus specu*, ab hoc loco alienior videtur. licet eum sequatur Menagius in Lex. Etymol. Gall. in *Pance* pag. 549. de *pantice* egit in notis ad Catalecta pag. 230. relatis in Tom. I. hujus Operis pag. 435. sed praeferri posset Scriverii emendatio, *Latet jacente penis abditus specu*. reliqua Catullo adhaerent Ep. XXV. ad Thallum,
Vel pene languido senis, situque araneoso.
eleganter autem res inanes ac vacuae, vel loca diu deserta, aut vetustate & squallore collapsa & inutilia facta, dicuntur *araneis obducta*. quod etiam ad alia Poëtae traduxerunt. venuste Catullus Carm. XIII.
—— *nam tui Catulli*
Plenus sacculus est aranearum.
quod desumtum ex versu Afranii apud Festum in *Tamne*, pro eousque. *Tamne arcula tua plena est aranearum*. etiam ad amores, & desertum ac vacuum cubile retulerunt. quod bene illustravit Broukhusius ad illud Propertii Lib. III. 4. 33. *Putris & in vacuo texetur aranea lecto*. idque ex Homeri fonte deductum, de Telemacho Ulyxis tam diu absentis cubile araneis obsitum querente, notavit; qui locus occurrit Odyss. XVI. 35.
—— Ὀδυσσῆος δέ πυ εὐνὴ,
Χήτει ἐνευναίων κακ' ἀράχνια κεῖται ἔχουσα.
ubi similibus poëtarum locis id illustravit Clarkius.

30. *Tibi haec paratur*] *parantur* recte in Mediceo & Vossiano, quod & in primis ante Aldum editionibus. *Tibi haec novantur, ut tuus* &c. in Vaticano. paullo enim ante *paratur* praecessit. *Vel e profunda* in cod. Holsteniano. de *fossa* vide Meurs. Exerc. Crit. P. II. pag. 160. & Scalig. supra ad Ep. 79. in fine.

32. *aut languentior*] Legeram olim jam dudum, *angue lentior*. quam conjecturam meam gaudeo confirmari manu scripta lectione, quae extat in scheda illa optima. *Lentus* flexibilis, ut *lentum vimen* & *lentare remum* Virgilio, κάμπτειν. & *lenta membra*, γναπτοῖς μελέεσσι. & pulchre *angue lentiorem*. Talis enim anguis gradiens. & prius Aristophanes accepit ἔρυ pro pudendo remisso in Concio-

na-

Tereris usque, donec, ah miser, miser,
Triplexque quadruplexque conpleas specum.
Superbia ista proderit nihil, simul
Vagum sonante merseris caput luto.
Quid est iners? pigetne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel:
Sed ille cum redibit aureus puer,
Simul sonante senseris iter pede:
Repente nervos excitet libidine,

Et

natricibus: (v. 901.)

ἐκπίεσαι σὺ τὸ τρῆμα,
Τό τ' ἐπίκλοπον ἀποβάλοις,
βυλομένη προσειπεῖν.
κἀπὶ τῆς κλίνης ὅπῃ εὕροις.

Nam nisi *ἀλληγορικῶς* accipias, refrixerit omnis lepos hujus sententiae. SCALIGER.

Licebit aeger aut languentior cubes] *Licebit hebes* in Voss. Vatic. & edd. vetustis. pro *languentior* in Holsteniano *loquentior cubes*. & ineptius in aliis, *aut dolentior*. Ingeniosa videtur Scaligeri conjectura *angue lentior*. quod ex cod. MS. etiam adnotaverat Scriverius. & Is. Vossio ac D'Orvillio probabatur. vulgata tamen defendi potest ex Tibullo Lib. I. El. 10. 56.

Et quum furtivo juvenem lassaverit usu,
Tecum interposita languida veste cubet.

Ovidius III. Am. 7. 3.

Hanc tamen in nullos tenui male languidus usus,
Et jacui pigro crimen onusque toro.

v. 27.

Num mea Thessalico languent devota veneno Corpora?

& v. 66.

Nostra tamen jacuere, velut praemortua membra,
Turpiter, hesterna languidiora rosa.

Propertius Lib. II. 18. 27. de Jove post coitum cum Alcmena:

Nec tamen idcirco languens ad sidera venit,
Nullus amor vires eripit ipse suas.

& Lib. I. El. 3. 38.

Namque ubi longa meae consumsti tempora noctis,
Languidus exactis hei mihi sideribus.

& sic apud poëtas hac in re passim. Sequente versu *Haeres & usque ab miser miser* in Vaticano, Vossiano, plerisque editionibus. *Caeteris usque* in cod. Mediceo. mox *Triplexque quadruplexque complens specum* in iisdem codd. Voss. & Vaticano, ut & vetustissimis editionibus, nisi quod in his, *Triplexque quadruplexque*. Aldus edidit, *Triplexque quadruplexque compleas specum.*

36. *Vagum sonante merseris caput luto*] *Sonante inmersere* in Mediceo.

37. *Quid est iners? pigetne lentitudinis*] *Quid iners* in Vatic. Voss. & editionibus vetustis. *lenitudinis* in Mediceo. qua varietate locum Ciceronis IV. Verr. cap. 61. etiam corruperunt, ut notat Graevius, qui de hac voce, licet de alia re illic agatur, consulendus. seq. versu *multus* vitiose in Vaticano, pro *inultus*, & in edd. antiqq.

39. *Sed ille cum redibit*] *Sed & ille* in Mediceo. deinde *simul sonante* in Holsteniano. *senseris ire pede* Medic.

41. *Nervos excitet*] *Nervos ἀρχαϊκῶς*, pro *nervus* recto casu. *Excitet* vero *παθητικῶς*. *neque mutare possit*, ut Varro, *mutat mare*. & Catullus, (Carm. XXII. 11.)

——— tantum abhorret, ac mutat,

non *meat*, ut in vulgatis. Item Gellius Lib. II. cap. 23. *quantum stupere, ac frigere, quantumque mutare a Menandro Caecilius visus est.* At editiones hodiernae perperam habent *mutare*. Hic vero *nervus excitet*, est *φύσει*. At membrana illa fidelissima habebat, *Rigente nervus excubet libidine.* quae vera est lectio. in excubiis sit. Sic vulgo Galli, *soit aux aguets*. Non potuit elegantius dici. SCALIGER.

Repente nervos excitet libidine] *incitet* Vossian. forte scriptum fuerit *nervus excitet libidinem*. quod & Dousae in Praecidaneis placuisse video. licet parum feliciter ita conjecisse Dousam notaverit Broukhusius, remittens ad Salmas. in Solin. pag. 455. a. qui adfert, *Rigente nervus excitet libidine*. sed elegantior lectio est, quam ex membrana veteri adfert Scaliger, *Rigente nervus excubet libidine*. quam etiam Scriverius ex MS. margini ejus editionis adleverat. *nervos* hac in re illustrat Gonsalius ad Petron. cap. 129. pag. 224. sic apud Martialem Lib. XI. Ep. 47. ut in codd. MSS. legitur,

Jam, nisi per somnum, non arrigis, & tibi nervus
Incipit in medios mejere verpa pedes.

vide supra ad Ep. 70.

Nemo meo melius nervum tendebat Ulyxe.

42. In-

Et inquietus inguina arrigat tumor:
Neque mutare possit, usque dum mihi
Venus jocosa molle ruperit latus.

EP.

42. *inguina arrigat tumor*] *erigat* Voss. *dirigat tumor* Mediceus. *arriget* in Vaticano, & primis editionibus. *irriget* Is. Vossius. sed *arrigat* vera lectio. supra Ep. 70.

Haec es ad arrectos verba locuta procos.

ubi vide notas.

43. *Neque mutare*] Non constat versus. Vetus illa bona membrana, & nonnullae editiones habent, *Neque incitare cesset*. Quod & nos secuti sumus in nostris Jambis Graecis. Totidem enim jambis puris hoc elegantissimum poëmatium reddidimus, quod & ipsum apponemus, si modo tanti est, ut hic locum habere possit:

PRIAPEIUM ALBII TIBULLI EQUITIS ROMANI,

totidem Jambis puris redditum.

Ἴα τί χρῆμα; τί χρίος θεόστυγον,
ἐμοὶ μὲν ἄρτι πρῶτα παιδικῶν κόρος
ἀωεὶ νωτὸς ἀγκὰς ἀμφιβάλλετο.
φαλητὸς εὖ μὲν ἔργον ἐδίο. οὐδ' ἅμα
ἄκνις ἀντάειρε σύντονον κάρα.
ἄληθες ὦ Πρίηπ' ὃς ἐν δρυὸς σκιᾷ
ἐρυθρὸς ἐξέσυθρον εὐτρεπὴς πίος
κάθῃ, πυκασθεὶς ἀμπελοστεφὴς κάρα;
τρίφαλλε, σοὶ δὲ τῇ μὲν ἀνθίμῳ φόβῃ
ὕδυσα δυστκτίνιστα βοστρύχων πλέκη
τῇδ' αὖ σοβῶν ἔκυρσο, εἴτε σοι πάλαι
τρόχις κολοιὸς, εἴτε πέμπελος κόραξ
κάρα κόλαπτε χεῖλεσ' ἀγκυλοστόμοις.
ἄπερρε κὰρ γὰρ οὐδὲν σὺ πεπόνθαμεν.
ἄπειρ', ἄπερρε μοι τὰ τῦ πέος προδούς.
χαμαιρρέφης δὲ, δυστινὴς τε κεῖται.
αὖον δ' ὀπισθίμος. ἦδὲ βορβόρῳ
ὄθας καθυβρισεῖ σε σῦς ὄρει νόμος.
ἄπισ' ἄπιστε φάλλ' ὁμὸς μέγας φθόρος,
κακῷ, νώθ' ἴωθι, τίσεαι νόμῳ δίκην.
κλάοις ἄν. οὐ δέ σοι φίλη κόρη ποτὲ
χάρις γένοιτ' ἄν, ὃς λυγισμὸν οὐ μάλα
στροφοῖτο λυτίπυγον ἐμμελέστατα.
σὺ δ' οὔτε χοιτὶν ὦ φιλοσόβος κόρη
τιθάλψετ' οὐ δὲ χρῶτα συμπλακήσεται.
χαμαιτύπη δὲ οὐδὲς ὁ παλαιγενὴς
παρίσ', ἐφ' ἧς γε δυσθερῆς δια-φαγὸς
παλιστρέφοις ἑλικτὰ ῥυτίδων σχιδαῖς
ἀραχνίων πέφλιδε τριπλοχῶν ῥάκη.
ἰδὼ παρεὶς ἵν' ὥς σε τετράκις μάλα
ἄβυσσον αὖ βέρεθρον ἐγκάπτη κάρα.
παρηβάσεις γίνοι' ἄν, ἔκτονος τ' ὄφις.
ἀτὰρ πάλιν τριβὴς γε φιῦ τάλαν σάλαν
ἐπιστρέφεις τέσσαρα πληθυνεῖς κύος.
ὑπέρφορος δ' ἂν οὐκ ὄσσιο λήματος
τότ' ὢν, ἐς ἶλιν, ἡ ἀχανὴς βυθὸς τεσῶν.
τί δ'; ὦ φθίνας σ' ἔφθινε δ' ἀθυμίας;
τοσοῦτ' ἀλωσέ μοι κατάπροιξο.
ὅταν δὲ κεῖνος ὧτι παῖς ἀφίξεται,
ψόφος δέ σ' αὐτ' ἀπαρτίαν ποδὸς βαλεῖ,
τύοιτ' ἂν ὀρθόστρεμος ὄσχιον τόνος.
τά τ' ἄρθρα τυμπανιστρίας ἱμαντὲς στόρν
λάβοι ἂν ἀσφάλεστος. ὥστε μὴ καμεῖν,
τρεῖς σε τύμα λυσθίῳ δάμῃ κόπῳ.

Haec Graeca expressa sunt ex priore editione, quae correcta est ex scheda Pithoei nostri. Quod quam difficile, & arduum sit, neminem puto scire, nisi eum, qui scit primum. quid sit jambis puris scribere, deinde, qui Graece Latina reddere. dico Latina. Nam non omnium est Latine loqui. SCALIGER.

Neque mutare possit, usque dum mihi] sic Aldus, & vetustae ante eum editiones, quod & in ed Scalig. *Neque in itare potius quae* in Vossiano. *possis* in Medic. *Nec incitare* in Holsteniano; *Neque incitare cesset* ex membrana veteri adfert Scaliger. in editione Scioppii *Neque hinnitare cesset*. forte quia *excitat* vel *inciet* paullo ante, & *incitare* hic invenustius recurrant. Sed in toto hoc Carmine saepius eaedem voces sine necessitate aut ulla elegantia iterantur. ut in seq. versu *Venus jocosa*, & v 24. *Puella nec jocosa*. sic *Vagum sonante* v. 36. & *Simul sonante* v. 40. *inguina* & *inguinum* v. 27 & 28. *destituitur inguinum* v. 14. & *inguina arrigat tumor* v. 42. sic *Places Priape*, *At ô Priape*, & *Vale Priape* v. 6. 9. & 15. *extulit caput* v. 5. *revinctus pampino caput* v. 7. *feriret ore corneo caput* v. 13. *fossa lubricum caput* v. 31. & *merseris caput luto* v. 36. quae certe nimium concinnitatis neglectum prodentia eo magis mihi persuadent, hoc carmen nequaquam Tibullo esse adscribendum. Ceterum in editione Scioppii hic sequebatur Epigramma Martialis in Priapum.

Non horti, neque palmitis beati,
Sed rari nemoris Priape custos,
Ex quo natus es, & potes renasci. & seqq.

Sed quia illud totum legitur apud Martialem Lib. VIII. Ep. 40. & Aldus, Scaliger, aliique id omiserint, similisque argumenti plura ad Priapum spectantia apud eumdem poëtam legantur, inutile prorsus censui hic quoque ei locum dare.

EP.

EP. LXXXIV. PRIAPVS.

Vere rosa, autumno pomis, aestate frequentor
Spicis: una mihi est horrida pestis hiems.
Nam frigus metuo, & vereor, ne ligneus ignem
Hac Deus ignaris praebeat agricolis.

EP. LXXXV.

C. VALERII CATVLLI

PRIAPVS.

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
Ego arida, o viator, ecce populus

Agel-

EP. LXXXIV. PRIAPVS] ita in utraque editione Aldina, praefixis his verbis P. V. MARONIS CATALECTA. in cod. Voss. CATHELEPTON. vitiosa scriptura pro CATALECTON. secundo disticho *ne ligneus igne* Scaliger emendabat, id est *igni*. ut apud Propert. IV. El. 8. 10.

Quum tenera anguino creditur ore manus,

pro *ori*. & Lib. III. El. 9. 40.

Una Philippeo sanguine inusta nota.

pro *sanguini*. alia vide in P. Scriverii Anecd. Philolog. cap. IV. pag. 4. & in notis doctorum ad Sueton. Calig. 27. pag. 660. ultimo versu *Hic Deus* correxerat Broukhusius. quod firmant codd. MSS. ex quibus etiam *praebear* legendum. *Hic Deus ignavis* nuper emendavit vir doctissimus Ant. de Rooy in Spicileg. Critic. pag. 133. sed *ignari agricolae* dici possunt, qui ligneum Priapi truncum, inscii Deum esse, in ignem conjicerent.

Vere rosa] Non hinc incipiunt Catalecta Virgilii, sed hoc cum duobus sequentibus Epigrammatis inter Priapeja ponendum. SCALIGER.

Aestate frequentor] Priapo quoque, ut Cereri, corona e spicia imponebatur. Quare & Columella *frugiferum* nominat,

Et quae frugifero seritur vicina Priapo. SCALIG.

Ne ligneus ignem] Lego *igne*, pro *igni*. Sic Ovidius,

Nocte Deae Noctis cristatus caeditur ales.

Propertius,

Dum temere anguineo creditur ore manus,

Lucillius,

Esuriente Leone ex ore exculpere praedam.

Quod autem veretur Priapus, idem ei minatur & Martialis,

Et silvam domini focis reserves.

Si defecerit haec, & ipse lignum es. SCALIG.

molle ruperit latus] Martialis Lib. XII. Ep. 99.

Rumpis, Basse, latus, sed in comatis.

EP. LXXXV. C. VALERII CATVLLI] ita censet Victorius Lib. XXV. Var. Lect. cap. 12. & Muretus. Virgilio dedit Lud. Carrio Castig. in Valer. Fl. pag. 42. (ad Lib. III. v. 709.) Sane purissimum est carmen, & castigatissimum. Tamen ego, si quid in his rebus sapio, nec Catullo dederim, nec Maroni. BROVKHVSIVS. In multis Catulli editionibus, etiam in utraque Vulpiana, hoc & duo sequentia Epigrammata leguntur post carmen ad Coloniam, Ep. XVIII. ubi notat Muretus: *Hoc ipsum Epigramma Catulli esse, eruditis hominibus judicantibus assentimur.* Explosa tamen Victorii, Mureti, Scaligeri, & Is. Vossii sententia, & posthabita Terentiani Mauri auctoritate, nullum ex tribus his Ithyphallicia Catullo tribuendum, sed Virgilio adscribenda esse, per ipsius Catulli manes obtestatur ultimus ejus hoc seculo editor Jo. Fr. Corradinus de Allio, inprecans sibi, *ut*, *si in eo mentiatur*, *in se veniat corvorum omne mictum atque cacatum.* certe ad hoc malum avertendum capiti ejus nullos μηνίσκους inponam. Sed de hujus hominis jactantia, mala fide, & ineptiis quid censendum sit, ostendit nuper Cl. J. Schraderus Lib. II. Observ. cap. 1.

Ego haec] Catulli esse hoc, itemque sequens poëmatium, & doctissimi jam viri admonuerunt, & mihi non invito persuadent. Cujus eo elegantia major est, quo difficilius fuit eam in jambis puris consequi posse, totidem jambis puris. Et nos quoque eodem modo olim conati sumus totidem jambis puris Graece reddere. Quod apponemus, non satie ostentationis gratia, sed ut eruditiorum ad similia laborem & industriam exemplo nostro provocemus.

Agellulum hunc, finiſtra tute quem vides,
Herique villulam, hortulumque pauperis
Tuor, malaſque furis arceo manus.
Mihi corolla picta vere ponitur,
Mihi rubens arista ſole fervido,
Mihi virente dulcis uva pampino,
Mihique glauca duro oliva frigore,
Meis capella delicata paſcuis
In urbem adulta lacte portat ubera,
Meiſque pinguis agnus ex ovilibus

Gra-

C A T V L L I

P R I A P E I V M,

totidem Jambis puris Graece redditum.

ἐγὼ τέχνημα φαυλοτέκτονος χερὸς,
ἐγὼ ὅδε φιτρὸς ἀζαλὴς, ὁδοιπόρε,
ἐῶ τὸ γύδιον τόδ' ἐξ ἀριστερᾶς,
ἔπαυλιν ἀνδρὸς, ὄρχατόν τ' ἐπισκοπῶ
πένητος, ἐκ δὲ φωρὸς ἁρπαγὰς τρέπω.
ἐμοὶ μὲν ἦρ ἄσπερ ἀνθεμὸς πλόκος,
ἐμοὶ δὲ πυρσόφλοιος ἄσταχυς θέρει,
ὀπωρινῷ τε λαρὸς ἀμπέλου βότρυς,
κακῷ τε χείματ' ὤσιν ὄμφακος σίφος.
χίμαιρ' ἐμαῖσιν ἔξολος νομίσμασι
πόλιν δ' ἀμολγοὺς ὖθατ' ἐγγαλακτῆ φέρει.
ἐμῶν ἀπ' ἀμνὰς εὐβαλὴς ἐπαύλεων
δόμον δὲ βριθυνέσματον χίο' εἰσάγει.
τέρενα πόρτις αἰνομήτορος βοὸς
χέει πρόναος αἱματοσφαγὴς λίβας
θεοῖσι. Τόνδε τὸν θεὸν σέβου, ξένε,
χέρας δὲ χωρὶς ἴσχε. σοὶ τόδ' ἀσφαλές.
ἕτοιμος ἀντίπαρος αἰκία πέος.
λέγοις, θέλοιμ' ἄν. ἀλλ' ἰδὼ προσέρχεται
ἀγρῶκος αὐτός. ἄγ' ἀποσπαδὶς τόδε
πέος τυλωτὸν ὅπλον ἐμπρίσει χερί. SCALIG.

3. *finiſtra tute quem vides*] *ſtantem quem vides* in cod. Voſſ. *finiſtra*, e regione agelli ad finiſtram ſita, exponit Muretus. Scaliger in notis poſterioribus ad Catulli Attin v. 5. pag. 66. hic legendum monuit *finiſtera ante*. ut metro conſulatur, quia aliter ultima in *finiſtra* longa eſt, putatque a librariis ſcriptum fuiſſe *finiſtrante*.

4. *hortulumque pauperis*] hoc loco ſupra in Epig. LXXXII. firmavi emendationem N. Heinſii illic legentis, *cuſtos nunc pauperis horti*. cui addatur illud Virgilii Ecl. VII. 31.

Sinum lactis, & haec te liba, Priape, quotannis
Exſpectare ſat eſt, cuſtos es pauperis horti.

5. *Tuor*] *Tueor* Aldus & Victorius.

malaſque furis arceo manus] *maloque furibus* cod. Voſſ.

9. *Mihique glauca duro oliva frigore*] in aliis *Mihi glauca dura cocta oliva frigore*. in Aldinis *Mihi glauca duro cocta oliva frigore*. in quibuſdam veteribus, *Mihi glauca duro oliva frigore*. unde apparet vocem *cocta* additam ab aliquo, qui verſum mutilum perficere vellet, ſed cum e meris jambis carmen hoc ſit, praeſtare opinor, ut legamus *Mihique glauca*, & illud *cocta* repudiemus. MVRETVS. e libris repoſuimus *Mihi glauca duro oliva cocta frigore*. Notum vero eſt, olivas frigore coqui, cum hieme matureſcant. Nec offendere quemquam debet primus pes, cum is & tribrachyn & anapaeſtum admittat, ſic que ſoleat etiam puros jambos interpolare Catullus. IS. VOSSIVS. praeferrem *Mihique glauca duro oliva frigore*. ut in Scaligeri editione excuſum eſt. quem bene ſecutus eſt Gabbema. male in Aldina utraque, & Scioppiana,

Mihi glauca duro oliva cocta frigore.

ut in notis ad Catullum reponendum jubet Voſſius. ſed *cocta* videtur gloſſa τοῦ *glauca*. & recte *cocta* apud Catullum in editione Mureti omittitur. neque enim leges metri ita violavit Catullus, ut vult If. Voſſius, cui non ſemel vitioſae hac parte exciderunt correctiones. ut quum in Epigrammate ex Catalectis Virgilii, quod edidi Tom. I. pag. 430.

Superbe Noctuine, putidum caput.

emendat *recutitum caput* in Obſerv. ad Catull. pag. 73. adeoque in voce *recutitum* ſecundam producit, quae corripitur.

10. *delicata paſcuis*] *deſiccata* cod. Voſſ.

11. *In urbem adulta lacte portat ubera, Meiſque pinguis agnus ex ovilibus Gravem domum remittit aere*

dex-

Gravem domum remittit aere dexteram,
Tenerque, matre mugiente, vaccula
Deûm profundit ante templa ſanguinem.
Proin', viator, hunc Deum vereberis,
Manumque ſorſum habebis: hoc tibi expedit.
Parata namque crux, ſine arte mentula.

Ve-

dexteram] aperta eſt imitatio Virgilii Ecl. I. 36.

Quamvis multa meis exiret victima ſeptis,
Pinguis & ingratae premeretur caſeus urbi,
Non unquam gravis aere domum mihi dextra redibat.

quae & alii in ſuos derivarunt rivos. Columella Lib. X. 311.

Et titubante gradu, multo madefactus Jaccho,
Aere ſinus gerulus plenos gravis urbe reportet.

Auctor Moreti v. 81.

Inde domum cervice levis, gravis aere redibat.

Quinctilianus Decl. 345. *accepiſſe ſe pecuniam, & paullo ante gravem argento manum fuiſſe.* Seneca Lib. III. Controv. 22. *ne quis ex buſtium caſtris gravis aere revertatur.*

14. *Tenerque, matre mugiente, vaccula Deûm profundit* &c.] Ita legendum, non, ut in aliis, *Teneraque.* Carmen enim eſt ex ſolis jambis. Neque eſt, quod cuiquam perturbata generibus videri debeat oratio, qui meminerit, *unum ovem*, non *unam ovem*, veteres protuliſſe. Praeterea nomina, quae *er* ſyllaba finiuntur, veteribus maximam partem communia fuerunt, non ea tantum, quae generibus variari non poſſunt, *uber*, *celer*, & ſimilia, ſed alia quoque. *Pauperem feminam* dicimus, cum tamen *pauperam* dicere liceat. Terentius, (Andr. IV. 5. 2.)

Quae ſeſe inhoneſte optavit parere hic divitias
Potius, quam in patria honeſte paupera vivere.

ita enim locus ille legendus eſt ex veteribus libris, & ex Priſciano. Cato II Originum: *Itaque res uber fuit, antequam vaſtaſſent regiones.* Naevius de Bello Punico, *Fames acer augeſcit hoſtibus.* Ennius,

Aeſtatem autumnus, ſequitur poſt acer hiems hunc.

at utrobique *acris* dici poterat. *Pueram* nonnumquam dicebant. Livius Odyſſea,

Mea puera, quid verbi ex tuo ore profluit?

quo verſu interpretatus eſt illum Homericum,

Τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

At *puerum* tamen utroque genere efferebant. Naevius ſecundo belli Punici, *Prima incedit Cereris Proſerpina puer.* MVRETVS. *Tenerque* in cod. Voſſ. & aliis, ut apud Victorium; quam ſcripturam multis propugnat Muretus, cujus totam fere notam ſuis inſeruit Scioppius, eamdemque etiam fere omnem transſcripſit Livinejus. *Teneraque, matre mugiente, bucula* legit N. Heinſius notis ineditis ad Valerii Catonis Diras v. 131. *Tenella, matre* &c. conjecerat D'Orvillius.

16. *Proin, viator*] *Prohinc* in Voſſiano. & in altero *protunc.* ſequente verſu in eodem *Manumque surſum*, ut in edd. Aldi, & Sciopp. *ſeorſum* ed. Muret. & Victor. *ſorſum* ed. Scalig.

17. *Manum ſeorſum habebis*] continebis, ne quid praeripias. In *ſeorſum* autem eſt ſynaereſis, qualis in illo Virgilii,

Una eademque via ſanguiſque animuſque ſequuntur.

& in illo Propertii,

Eoſdem habuit ſecum, quibus eſt elata, capillos.

MVRETVS. *ſorſum* hic pro *ſeorſum* accipiunt Petrus Victorius Variar. Lect. Lib. XXV. cap. 12. Joſ. Scaliger in verſione Graeca, aliique. tamen neſcio quomodo magis arridet Patris conjectura, qui legit *ſurſum.* fures enim in ſinu demiſſas habent manus, ſeu potius furtificam laevam. Euphron Comicus:

Τὸ γὰρ ἦτορ αὐτῶν πολλάκις κοπτόμενον
Καθεὶς κάτω τὴν χεῖρα τὴν μίαν λαθών,
Ἔρριψας εἰς τὸν λάκκον ἰταμῶς τὸν σιφόν.

Itaque *manum ſurſum habebis* eſſet Graece *ἄνω δὲ χεῖρας ἔχε.* etiam illum loquendi modum a Graecis arceſſivit Catullus. J. DOVSA FIL.

Hoc tibi expedit] Attici dicunt: *σοὶ γὰρ ἄξιον.* unde Euripides Telepho, — *ἄξιον γὰρ ἐλθεῖν.* Quod in legationibus ſemper apponi, & concludi ſolebat. Salluſtius in Jugurthino: *cenſere eos ab armis diſcedere. ita ſeque illiſque dignum eſſe.* ut in principiis edictorum dicebant, *Bonum factu' eſt.* SCALIGER.

18. *Parata namque crux ſine arte m.*] in veteribus, *Parata namque crux * arte m.* itaque alii fecerunt, *Parata namque crux, & arte m.* in quo illud *&* redundare nemo non videt. alii, *Parata namque crux eſt arte m.* ſed hos ipſa verſus ratio coarguit. nos, quod repoſuimus, verum eſſe arbitramur. MVRETVS. Secuti ſumus lectionem Mureti noſtri, *crux ſine arte.* Proinde Graece eſt redditum *ἀσκέπαρνον.* Ita enim vocant Graeci non quidem quod omnino ſine arte factum eſt, ſed rude, & impolitum. Columella in eandem ſententiam:

——— *ſed truncum forte dolatum*
Arboris antiquae numen venerare Ithyphalli.

truncum forte dolatum, *αὐτουργόν*, *αὐτοσχεδιαστόν.* SCALIGER. Legendum *trux ſine arte m.* quem-

Cccc 2

ad-

Velim pol, inquis. at pol ecce, villicus
Venit: valente cui revulsa brachio
Fit ista mentula, apta clava dexterae.

Ep. LXXXVI.

EJUSDEM PRIAPUS.

Hunc ego, juvenes, locum, villulamque paluſtrem
Tectam vimine junceo, cariciſque maniplis,
Quercus arida, ruſtica conformata ſecuri,
Nutrivi: magis, & magis ut beata quotannis.
Hujus nam domini colunt me, Deumque ſalutant,
Pauperis tugurii pater, filiuſque coloni.

Al-

admodum & in veteribus invenimus libris. IS. VOSSIUS.

Parata namque crux ſine arte] ita recte Muretus & Scaliger. Iſ. Voſſii emendationem *trux* merito inprobavit Vulpius. *Parata neque* in cod. Voſſian. *namque crux eſt arte* Victor. ed. Ald. & Sciopp. *crux ſine arte* ed. Muret. & Scalig. *crux aeſtate m.* in Voſſiano. in quo circa finem Epigrammatis *cum revulſa brachio Fuit illa*. ad quem locum adnotaverat Broukhuſius, inde patere, faſcinum Priapi exemtile fuiſſe, idque notandum, & hinc Prudentium *adfixum ramum* vocare Lib. I. contra Symmach. 115.

19. *at pol ecce*] repetitio ejuſdem verbi valde irriſioni conveniens. Eſt autem locus elegans ſed obſcoenus, cum enim diceret viator, ſe nihil metuere, aut appetere etiam uſitatum illud ſupplicium; illudens deus longe alio eum, quam putabat, modo acceptum iri reſpondet. MURETUS.

Ep. LXXXVI. *Hunc ego* &c.] Putabatur hic Deus, quibus in agris ſtatueretur, colereturque, ei fecunditatem afferre. Hoc igitur ſe facere praedicat, additque cauſſam, nempe quod ab agelli dominis diligenter ac religioſe colatur. Ad poſtremum admonet pueros, ne quid ex eo agro furentur, cui ſit & dominus pauper, & ipſe diligens additus cuſtos, indicatque eis agrum vicinum, unde commodius cripere aliquid poſſint; quod & dominum divitem habeat & negligentem Priapum. MURETUS. Hoc quoque Ithyphallicum Catulli eſſe, placet doctis hominibus, tum propter ſtili affinitatem, tum quod eum tali carmine luſiſſe in Priapum auctor eſt Maurus Terentianus. Ithyphallicum quoque metrum a magiſtris Priapejum vocari, idem politiſſimus, & eruditiſſimus Grammaticus docet nos, quemadmodum & φαλλικὰ ᾄσματα (nam differunt ab Ithyphallicis) Priapo quoque canebantur. Scholiaſtes Ariſtophanis: ᾄσματα λέγεται φαλλικὰ τὰ ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδόμενα μέλη· ἔστι δὲ εἰς Διόνυσον, ἢ εἰς ἄλλο καρπόν. Lege, ἢ ἄλλοτε εἰς Πρίαπον. SCALIGER. Catullo etiam hoc carmen, ab aliis Virgilio adſcriptum, primus vindicavit Victorius Lib. XII. Variar. Lect. cap. 3.

Hunc ego juvenes] *ego* deeſt in cod. Voſſ.

2. *Tectam vimine junceo cariciſque*] *munimine junco catiſque* cod. Voſſ.

3. *Quercus arida ruſtica conformata ſecuri*] ſic vulgo legebatur, unde vir magnus faciebat *confomata*. Fomites proprie dicuntur τὰ ἀποπελεκίσματα, minuta nempe ligni ramenta, igni accendendo idonea. Hinc *defomare* ἀποπελεκίζειν, ſive fomites facere. Huic contrarium, dummodo Latinum ſit, *confomare*, pro fomites conferre, quod huic minime aptum eſt loco, cum in omnibus antiquis, quos vidi, libris ſcriptum invenerimus *formidata*, non dubitavimus reponere *fomitata*. Feſtus: *Defomitatum, a fomitibus ſucciſum, quibus confoveri erat ſolitum.* Mollior quoque hac ratione fit verſus, qui non libenter in illa ſede ſpondaeum pro trochaeo admittit. IS. VOSSIUS. Vir ille magnus, qui *confomata* hic legebat, eſt Salmaſius in Plinianis ad Solinum pag. 181. tam honorifico titulo non ſemper ab Iſ. Voſſio mactatus.

Nutrivi magis] Haec non ſunt nauci. Lego, *Nunc tuor magis.* Deinde ſequentem verſu puto ita explendum,

Pauperis tuguri pater, filiuſque coloni. SCALIG.

4. *magis ut beata*] *nunc beata* cod. Voſſ.

6. *Pauperis tuguri pater, filiuſque**] hoc modo in

ple-

Alter adfidua colens diligentia, ut herba
Dumofa, afperaque a meo fit remota facello:
Alter parva ferens manu femper munera larga,
Florido mihi ponitur picta vere corolla
Primitu, & tenera virens fpica mollis arifta:
Luteae violae mihi, luteumque papaver,
Pallentefque cucurbitae, & fuave olentia mala,
Uva pampinea rubens educata fub umbra.
Sanguine hanc etiam mihi, fed tacebitis, aram
Barbatus linit hirculus, cornipefque capella,

Pro

plerifque editionibus, deficiente ultima voce, hic verfus exhibetur. Gerardo Falkenburgio in marginalibus MSS. ad Catullum Mureti, edit. Aldinae, qui liber eft in Biblioth. Leidenfi, fupplendum videbatur *filiufque plufculum*. Victorius lacunam intactam reliquit. *filiufque tenellus* poft Catullum edidit If. Voffius. Scaligeri vero fupplementum *filiufque coloni* fecutus eft Gabbema poft Petronium. idque etiam admifi.

8. *Dumofa afperaque*] *afpera dumofaque* cod. Voff.

9. *Alter parva ferens manu femper munera larga*] Cel. D'Orvillius ita haec tranfponebat & emendabat,

Alter parva manu ferens ufque munera larga.

fed praefero Schraderi noftri correctionem, quam adpofitis exemplis firmavit Lib. II. Obferv. cap. 1. pag. 12.

Alter parva ferens manu faepe munera larga.

10. *Florido mihi ponitur picta vere corolla*] Idem de Apolline Callimachus (in Ejus Hymno v. 80.)

— οὖο δὲ βωμοὶ
Ἄνθεα μὲν φορέουσιν ἐν εἴαρι, τόσσα περ ὧραι,
Ποικίλ' ἀγινεῦσι ζεφύρου πνείοντος ἐέρσην.

Eadem autem omnia verba funt in Carmine praecedenti,

Mihi corolla picta vere ponitur.

Et fane videtur alterutrum ex altero effictum, quod fatis teftantur priores verfus hujus Ithyphallici Carminis:

Hunc ego juvenes locum villulamque paluftrem
Tectam vimine junceo caricifque maniplis
Quercus arida, ruftica conformata fecuri
Nunc tuor.

Ita enim cum Scaligero legendum puto, & lectioni huic ex ipfo auctore auctoritatem addo. nempe ex hoc principio Jambici Carminis:

Ego haec, ego arte fabricata ruftica,
Ego arida, o viator, ecce populus,
Agellulum hunc finiftra, tute quem vides,
Herique villulam hortulumque pauperis
Tuor.

quae plane gemina funt. J. DOUSA FIL. *Ponit pictas vere corollas* in cod. Voffiano. fed male. Ita in praeced. Ep. v. 6. *Mihi corolla picta vere ponitur.* de corollis, quibus cingebatur Priapus, vide fupra ad Ep. XLI. pag. 514. & Ep. LXXVI. pag. 546.

11. *Primitu*] antiquum adverbium, quale apud Plautum *fimitu*. Qui autem vocem hanc, ut infolentem, afpernati, ejus loco fubftituerunt *Primitiae*, depravarunt verfum. MURETUS. *Primitiaa* apud Victorium & Aldum. fed *primitus* pro primo. vid. Nonium Marcel. pag. 154.

12. *luteumque papaver*] *lacteumque* apud Victorium & Aldum.

13. *Pallentefque cucurbitae*] *Palantefque* N. Heinfius.

15. *Sanguine hanc etiam mihi, fed tacebitis, aram*] in aliis *Sanguinea arma* contra metri legem. Hunc autem locum ex ingenio emendavimus: neque fane dubitavimus, quin omnes intelligentes homines nobis fint affenfuri. fic & Graeci αἱμάσσειν βωμοὺς dicunt ἀντὶ τοῦ ἱεροποιεῖν. MURET. fic vulgo, fed nos librorum veterum, (in quibus *haec arma* pro *hanc aram*) fcripturam reduximus. Non enim ara, fed palus, qui ab inguine propendebat, fanguine linebatur. Quaenam fint arma Priapi, opus minime fuerit explicare. fic quoque Propertius; *Ofculaque admota fumere & arma manu.* Non recte & haec quoque follicitant viri docti. IS. VOSSIUS. vulgatam lectionem *aram* minime follicitandam exiftimo. neque Lipfius Lib. II. Antiq. Lect. cap. 18. recte hunc locum expofuit, quod villicus fieri juberet, hircum capellamve ad Priapi aram a fe mactari, tamquam honore extraordinario, & majoribus Diis invidiofo, quum huic minori Deo lacte vel libo fieret, vel thure & fertis. quod notat etiam Livinejus. frequenter enim Priapo facrificatum fuiffe fanguine, patet ex eleganti Epigrammate lapidis Romani in hortis viae Flaminiae, quod ex Boif-

Pro queis omnia honoribus haec necesse Priapo
Praestare, & domini hortulum, vineamque tueri.
Quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas.
Vicinus prope dives est, negligensque Priapus.
Inde sumite. semita haec deinde vos feret ipsa.

Ep. LXXXVII.

EJVSDEM AD PRIAPVM.

Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
Qua domus tua Lampsaci est, quaque silva, Priape.

Nam

fordo Tom. VI. Antiq. pag. 73. & Grutero pag. xcv. 4. hic adscripserat Broukhusius,

HORTORVM CVSTODI VIGILI
CONSERVATORI PROPAGINIS
VILLICORVM.

Dum tua pomiferum cultolis proteget hortum,
Terror & infestis furibus inguen erit,
Lampsacios melius non imbuet hostia cultros,
Quam veniet nostra victima caesa manu.

Ovidius VI. Fast. 345.

Lampsacos hoc animal solita est mactare Priapo,
Apta asini flammis indicis exta damus.

supra Ep. LXVI. ad Priapum,

Hic tibi, qui rostro crescentia lilia mersit,
Caeditur e tepida victima porcus hara.

locum etiam ex Theocriti Epigr. 1. lectioni huic confirmandae adnotaverat Falckenburgius,

Βωμὸν δ' αἱμάξει κεραὸς τράγος οὗτος ὁ μαλός.

apud Petronium cap. 133. in Carmine ad Priapum,

Non sine honore tuum patiar decus: ibit ad aras,
Sancte, tuas hircus, pecoris pater ibit ad aras
Corniger, & querulae foetus suis, hostia lactens.

ubi vide Gonsalium. Non opus itaque est cum If. Vossio *arma* substituere, licet primus hujus lectionis auctor non sit; nam apud Victorium & Aldum jam legitur, *Sanguinea etiam mihi*, *f. t.* arma. qui recte etiam ediderunt *sed tacebitis*, ut & Muretus, quam lectionem bene firmavit Vulpius. male enim in aliis *jacebitis*, & in ed. Sciopp. vide supra ad Ep. 83. Sequente versu recte *Barbatus bimulus* iidem ediderunt. (male *Barbarus* in aliis edd.) quod probat N. Heinsius in notis ad Catullum, quas post Ejus Adversaria edidi, pag. 633. firmatque loco Phaedri Lib. IV. fab. 8. 10. de hirco a vulpe decepto, *Immisit se barbatus.* & notat sic etiam legisse Fulv. Ursinum ad Virgil. (Ecl. I. 7.) & Vossium Lib. II. de Art Gram. cap. 12.

16. *cornipesque capella*] *cornipedes capellae* cod. Voss.

haec necesse Priapo Praestare] In aliis, *hoc necesse*: contra grammatices regulas. MVRETVS. *hoc* apud Victorium. *Pro quibus* cod. Voss.

19. *malas abstinete rapinas*] *manus abstinete rapinis* correxerat Eggelingius.

20. *Vicinus prope dives est negligensque Priapus*] *Priapi* N. Heinsius, & eruditus Anglus in Miscell. Observ. T. II. pag. 339. 340. licet illic vulgatam in nota subjecta Patruus meus praeferat. *Vicinus prope est negligensque Priapus* in cod. Voss. *Vicinus prope dives est, negligens Priapus* in Aldina utraque. *Vicinus pro dives est* edidit If. Vossius. ultimo versu *ferat* Falckenburgius.

Ep. LXXXVII. *Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape*] Est hoc genus quoddam hexametri ex heroico effictum, sed molle enervatumque, describendisque rebus tantum ludicris, non etiam seriis & gravibus aptum. Priapejum Censorinus vocat, ponitque hoc exemplum,

Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape.

& addit, tertium pedem pro dactylo creticum esse debere, alioqui enim hexametrum heroicum fore. Quod tamen non perpetuo verum est. Diomedes vocat Angelicum, a Terpsichoro repertum, additque exemplum,

Incidi patulum in specum, procumbente Priapo.

Terentianus autem Maurus, qui asperitatem grammaticarum praeceptionum inusitata quadam numerorum suavitate condivit, ita de hoc genere versus disputat,

Hexametrum pedibus cernes constare receptis,
Qui tamen heroum factis indignus habetur.
Namque tome media est, versu non apta severo:
Fitque soluta magis, quoties spondaeus inest pes
*Tertius & quartus, non hunc * incolumem ergo*
Sed de commatibus tradunt constare duobus:
Ipse etenim sonus indicat esse hoc lusibus aptum,
Et ferme modus hic datur a plerisque Priapo:
Inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus:
Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
** Qua domus tua Lampsaci est * quaque Priape,*
Nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia, ceteris ostreosior oris.
Et similes plures sic conscripsisse Catullum
Scimus.

Haec

Nam te praecipue in ſuis urbibus colit ora
Helleſpontia, ceteris oſtreoſior oris.

Haec verba optimi ac feſtiviſſimi Grammatici appoſuimus, ut ex eis intelligeretur, quanta eſſet hujus verſus cum heroico affinitas, tanta ea quidem, ut Virgilius quoque in hoc genus interdum inciderit, non in Bucolicis modo,

Quod numquam veriti ſumus, ut poſſeſſor agelli.

aut Georgicis,

Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos.

ſed in ea etiam, quae una Graeciae faſtum retundit, Aeneïde,

Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli.

Ut tamen verſus hic inſigni aliqua nota ab heroico diſtingueretur, receptum eſt, ut primo quartoque loco pro ſpondaeo choreus jambusve, tertio creticus pro dactylo poneretur. Quoniam autem Terentianus admonet, hortorum Deo cecinisse Catullum hujus generis verſus, exſtantque inter Virgilianos luſus nonnulli, quos eruditi homines Catullo tribuunt, & nos quoque numquam aliter credidimus, adſcripſimus eos, tum ut quaſi poſtliminio ad auctorem redeant ſuum, tum ut curſim a nobis nonnulla in eis, quae ceteros fugere, adnotarentur. MVRETVS. Eodem genere verſuum, (quo Catulli Epigramma ad Coloniam) poëma illud Catulli in Priapum fuit, e quo verſus tantum quatuor Priapeji Carminis exempli cauſſa Terentianus poſuit:

Hunc lucum tibi dedico conſecroque, Priape,
Qua domus tua Lampſaci eſt, quaque Priape:
Nam te praecipue in ſuis urbibus colit ora
Helleſpontia, ceteris oſtreoſior oris.

Sed in ſecundo verſu pes unus deſideratur. Secundus autem pes dactylus. Finalem enim vocalem prioris verbi excipiunt duae principes conſonantes literae ſequentis, quod more ſuo atque aliorum fecit Catullus. ACH. STATIVS. hoc quoque Epigramma, vel potius carminis fragmentum, auctoritate Terentiani Mauri Catullo ibidem vindicavit Victorius. hos enim verſus aperte ſub Catulli nomine adfert vetus ille & doctus Grammaticus in Libro de Metris, cujus locum protulit Muretus paullo aliter quam in ed. Bruſſaci pag. 109. legitur; verſum enim quartum adfert mutilum, adpoſito aſteriſco, quem ſic integrum edidit Briſſacus,

Tertius & quartus: nolunt hunc incolumem ergo.

aliter & vitioſius adduxit A. Schottus Lib. I. Obſerv. cap. 6.

Namque unus modus eſt verſu non apta ſevero,
*Tertius & quartus non hunc * imus ergo.*

ſed lacunam non male ſupplevit hunc in modum,

——— non hunc monocommaton ergo
Sed de commatibus tradunt conſtare duobus.

deinde apud Terentianum ſecundus verſus Catulli ſic legitur,

Qua domus tuo Lampſaci ſita eſt, quaque Priape.

& v. 3. in *ſuis urbibus haec colit ora.* primum etiam verſum, ſed ſine poëtae indicio, profert Auctor Fragmenti, Cenſorino adjuncti, cap. 14. in fine, pag. 26. & ſub Catulli nomine Atilius Fortunatianus in Arte pag. 2675. ubi legitur, *Hunc lucum tibi conſecro dedicoque Priape.* ſed ſequenti pagina ita adfert, ut in vulgatis editur. Fulvius autem Urſinus hoc fragmentum producens ad Virg. I. Georg. 207. male v. 2. exhibet *quaque Priape*, & ult. *Helleſpontiaca.* plura de his verſibus vide apud If. Voſſium ſub finem Obſervationum ad Catullum p. 344. qui recte notat, Muretum perperam exiſtimaſſe, Virgilium quoque in hoc carminis genus aliquando incidiſſe, quum plerique, quos ex eo adfert, verſus puri ſint heroici, in quibus creticus ubique abeſt, qui fere ſolus hujus carminis formam conſtituit, ac proinde melius anaſpaſticis metris accenſeri ab Hephaeſtione, prolatis ejuſmodi Sapphonis verſibus, de quibus vid. Fulv. Urſin. ad Fragmenta Sapphus p. 285. *oſtreoſior* hoc loco, ut *Cyzicos oſtreoſa* Ep. LXXVII. ubi vide.

Haec typis jam deſcripta erant, quum recordor in ſcriniis meis haberi apographum ineditarum Celeb. & eruditiſſimi Viri Caroli Andreae Dukeri ad Catullum notarum, quas ante aliquot annos inſigni humanitate mecum communicaverat Clariſſimus amiciſſimusque Gulielmus Roëllius. In illis quum has Dukeri, praeceptoris quondam mei in Academia Ultrajectina optime de me meriti, obſervationes ad tria praecedentia Ithyphallica Carmina invenerim, hac occaſione eas in lucem proferre, ceteriſque notis ſubjungere, e re literaria fore exiſtimavi.

CAROLI

CAROLI ANDREAE DVKERI

NOTAE INEDITAE

AD TRIA PRAECEDENTIA

C A R M I N A.

Ep. LXXXV. *Ego haec* &c] Catullo adſcribunt Muretus, Scaliger, Voſſius, aliique, quo argumento non ſcio. Victorius quoque Var. Lect. XXV. 12. compiures ad hoc probandum conjecturas adferens. Si Catulli eſt, & ipſe ſe imitatus eſt, (nam in ſequenti pleraque eadem ſententia & verbo ſequuntur) & Virgilius illum, quando illa *gravem domum remittis aere dexteram*, in primam Eclogam tranſtulit. Muretus ſcribit ex puris jambis eſſe. intercedit Voſſius.

Agellulum hunc, ſiniſtra, tute quem vides] certum eſt *ſiniſtra* non poſſe eſſe ſextum caſum e lege notiſſima hujus metri: Muretus, & cujus verba ſua faciens etiam ſententiam probat, Scioppius, referunt ad *populus*. Hoc valde durum eſt, praeſertim cum huic ſit adpoſitum aliud epitheton, *arida*. Livinejus ait eſſe accuſativ. pluralem pro adverbio, ut in illo Tibul. El. IV. 1. 95. *Parma ſeu quos dextra velit, ſeu laeva tueri.* Secutus eſt lectionem vitioſam. Nam Scaliger l. d. v. 95. edidit, *Quos parma ſeu dextra velit ſeu laeva tueri.* Broukhuſius, auctoritate N. Heinſii, *Quid p. ſ. d. velit ſ. l. tueri*, ubi perſpicue *tueri dextra & laeva* dicitur, pro *dextram & laevam partem*, ita ut ſupplendum ſit *latera*. hoc autem plane diſſimile eſt huic loco. Quis enim dixit *agellulum, quem tute vides ſiniſtra latera?* dum nihil habeo melius, Muretum interim ſequor.

Mihique glauca duro oliva frigore] Varias lectiones recenſet Muretus, qui, quia putat hoc carmen eſſe Jambicum purum, ſimul quia *coſta* a quibuſdam veterib. editionibus aberat, ita conſtituit verſum, ut hic legitur. qui ſeptem pedum eſt. Voſſius e libris, ut ait, *Mihique glauca dura oliva coſta frigore.* Nam etiam jambos puros a Catullo anapaeſto & tribrachy interpolari cenſet. Hoc autem verſu Salmaſ. de Uſur. pag. 558. utitur ad exagitandum Heinſium, qui in paraphraſi Andronici vertit, Thaletem praevidiſſe proxima aeſtate uberem olivarum proventum fore: perinde ac ſi oleae aeſtate proveniant.

Tenerque, matre mugiente, vaccula] Ita Muretus, cum in aliis eſſet *tenera*, ob eandem, quam dixi, cauſſam. Sed Voſſius retinuit *tenerque*. Nec valde placet *tener vaccula*. Nam alia omnia, quae huc adfert Muretus, foeminina terminatione carent. de *pauper* autem quod addit, non multum eum juvat, ob variam ſcripturam loci illius Terentiani. Notant in Theſauro Fabri *pauper*, Franc. Fabricium in ſcriptis Terentii inveniſſe *paupera*, eamque lectionem auctoritate Plauti, quem in fragmento Vidulariae dixiſſe *paupera* ſcribunt Grammatici, confirmari. Muretus h. l. tradit *paupera* legendum e ſcriptis, & ita quoque referri h. l. a Priſciano. de Priſciano quod ait, falli eum ſuſpicor. Nam & Priſcian. Lib. V. p. 647. & Probus pag. 1457. hoc loco *pauper* legunt. ſed forte uſus fuit Muretus exemplari Juntino Priſciani, in quo Angelicum corrupiſſe *paupera* pro *pauper* notat Georg. Fabric. ad Terent. Andr. 4. 5. 1. Porro nemo interpretum aliorum, quod quidem ſciam, notavit hic in MSS. eſſe *paupera*. in hoc Carmine Victorius tamen l. d. etiam edidit *tenerque*.

Mentumque ſorſum habebis] Ita Victorius fecit pro *ſurſum*, quod antea legebatur. Itaque haec non eſt conjectura Douſae P. ut ſcribit ejus Filius, ſed vetus editorum ſcriptura: quae mihi deterior videtur Victoriana, a Mureto quoque, Scaligero, & Voſſio probata. Qui Petronium cum notis variorum Amſtel. 1669 edidit, turpiſſime mutilavit hanc notam Douſae, & Scaligero adſcribit, quae ab eo non probantur.

Parata namque crux, ſine arte m.] magis adridet Voſſii *trux*.

Ep. LXXXVI. *conformata ſecuri*] Vir magnus, quem notat Voſſius, qui *confomata* legit, eſt Salmaſ. ad Solin. p. 127. vide quae de hac voce not. ad Th. Fabr. verum eſt Salmaſii *confomata*, ſi Latina ea vox ſit, huic loco non convenire, ut quod ſit, ut ait Voſſius, fomitea conferre. ſed non magis apparet, quae ſit ſignificatio vocis *fomitata*, quam reponit Voſſius. Nam ſi *defomitare* eſt fomites ſuccidere, quid erit *fomitare?* Niſi velimus hoc idem eſſe, quod *defomitare*. Nam cum quercus ſecuri dedolabatur, defomitabatur ſuccifis aſſulis, ideſt, fomitibus. forte *conformata* non eſt movendum. in Carm. praecedenti, cujus multa loquendi genera ex hoc ſumta ſunt, ut hoc ex illo eſt, *arte fabricata ruſtica*.

Nutrivi: magis &c.] Scalig. ad Catalect. corrigit, *nunc tuor*, non *tuos*, ut in nota Graevii vitioſe expreſſerunt typi, quod non probat. Non inepte tamen Douſa F. eam tuetur e Carm. praec. quod ex hoc expreſſum eſſe monet: niſi quod nunc non ſatis commodam ſententiam habet.

filiuſque coloni] ita ſupplevit Scalig. ad Catal. cum antea poſtrema vox abeſſet ab editionibus Priapejorum, quae Scaligeranam praeceſſerunt.

Pauperis tugurii] hinc videtur ſumpſiſſe Virgilius in Eclog. I.

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

San-

Sanguine hanc etiam mihi, (sed jacebitis) aram] placet Vossii lectio e scriptura veteri, *haec arma.* nec tamen vulgata absurda est. cur *tacere* jubeat, exponit Muretus, quem transcripsit Sciopp. paulo aliter Lips. II. Ant. Lect. 18. ait enim veteri religione Rom. minoribus his & semipaganis Diis, non victimis aut vino, sed lacte duntaxat, & frugibus in patella positis fieri consuevisse. Firmat e Virgilio Ecl. VII. 33. *Sinum lactis, & haec te liba, Priape, quotannis, Exspectare sat est, custos es pauperis horti.* Tamen Priapum non omnino expertem fuisse honoris victimarum constat e Priap. Carm. 65. ubi porcus victima illius memoratur, item e Carmine Petronii in Priapum cap. 133. *ibit ad aras, Sancte, tuas, hircus, pecoris pater ibit ad aras Corniger, & querulae foetus suis, hostia lactens, Spumabit pateris hornus liquor.* postremus versus etiam vino placatum indicat. Non satis plane mihi liquet, cur dicat, *sed tacebitis:* nisi si quis putet haec omnia de clandestino aliquo cultu accipienda; iisque, qui publice ita coluissent Priapum, poenam fuisse impositam: de quo nihil scio.

Pro queis omnia honoribus haec necesse Priapo praestare, & domini hortulum vineamque tueri] Haec spectant ea, quae supra dixerat *villulam nutrire, ut quotannis magis magisque beata fit.* sed forte posuit & pro *id est*, alioqui non improbem, *Praestare est.*

vicinus prope dives] Erhard. ad Petron. pag. 538. per hyphen dictum accipit *prope vicinus.* quod non placet.

EP. LXXXVII. *Hunc lucum tibi dedico*] hoc inter Priapeja legitur in Catal. vet. Poët. Scalig. pag. 85. & in Priap. Sciop. Carm. 89. Catulli esse ostendit Terentianus Maur. inter Gramm. vet. pag. 2444. *Inter quos cecinit carmen quoque tale Catullus: Hunc lucum tibi dedico* &c. & sic Marius Victorinus in Arte Gramm. pag. 2598. 2599. & Atilius Fortunatianus in Arte p. 2676. praecedentis etiam auctorem ipsum Catullum esse putant Victorius Var. Lect. XII. 3. Muretus ad h. l. & Scalig. ad Catal. p. 217. nullo quidem omnino certo argumento, sed quod Catullum plures hujusmodi versus scripsisse testatur Terentianus, & Nonius e Catulli Priapejo locum laudat, in quo hoc genus metri animadvertitur, & quod carmen ipsum ob suavitatem & Latinae orationis elegantiam Catullo non indignum est. His accedit etiam Vossius, qui haec ad finem Catulliani operis rejecit. Diomedes Lib. III. pag. 512. etiam Virgilium in prolusionibus hoc genere carminis usum tradit, profertque ex iis hunc versum: *Incidi patulum specum procumbente Priapo.* Hinc Scaliger ad Catulli Carm. 17. vult conficere, ejusdem generis metrum, quod inter Catalecta Virgiliana in Priapum scriptum est, Virgilio attribuendum esse, quamquam a doctis Catullo adscriptum: non enim aliud hujus generis est in Catalectis, quod docti Catullo adscribant. Non dubito quin intelligat Carmen praecedens, *Hunc ego juvenes locum* &c. Sed non hoc esse argumentum satis validum ipse postea agnovit, cum in notis ad Catalecta l. d. sententia mutata accedat ad eos, qui hoc Catulli esse volebant, iisdem, quibus illos dixi, rationibus motus. Est enim in Servii Centimetr. p. 1825. hujus generis versus unus, sed sine nomine auctoris prolatus, *Hellespontiacos tuum numen protegit hortos.* Apud Nonium autem in *ligurrire*, e Catulli Priapejis hoc adfertur, *de meo ligurrire libido est*, quae pars est versus integri duobus prioribus ablatis pedibus, ut Victorius observavit l. d. Haec forte omnia sunt, quae hoc metro scripta ab antiquis ad nos pervenerunt. & simile est apud Martialem Lib. III. Ep. 29.

Has cum compede gemina dedicat catenas,
Saturne, tibi, Zoilus, annulos priores.

de pedibus, quibus hic versus constat, mox dicam.

Qua domus tua Lampsaci est, quaque silva Priape] ita editur in Catalectis veter. Poëtar. pag. 85. & in Priap. Carm. ult. apud Terentianum Maurum olim una voce mutilus versus legebatur, *Qua domus tua Lampsaci est, quaque Priape.* ut e Mureti & Ach. Statii adnotat. ad Catullum intelligi potest. Putschius in Terentiano ita expressit, *Qua domus tua Lampsaci sita est, quaque Priape.* Ea lectio si recta est, etiam quarta sede jambus locum habere potest. Atque ita sane existimavit Terentianus scribens, — *Usque adeo hoc genus lex brevi ca pellit, Ut fit utraque portio* (id est τομὴ, duae sunt ejus τομαὶ sectiones, quarum prior absolvitur fine tertii pedis) *saepe coepta trochaeis. Nam discrimine nullo ponit hunc vel jambum.* Quapropter hunc quoque in suo exemplari legisse arbitror *sita est.* sed hoc vitiosum fuisse existimo. Primum enim si ita legas, *Qua domus tua Lampsaci sita est, quaque Priape.* duo postrema nec sensum ullum, nec quo referantur, habent. deinde nullo loco in his, quae nobis ex hoc genere supersunt, primo quartove loco jambum, sed semper trochaeum vel spondeum positum animadverti. Postremo Grammatici veteres, Servius, Marius Victorinus, & Atilius Fortunatianus hoc Carmen e glyconio & pherecratio constare docent l. d. at nec glyconium neque pherecratium primo pede jambum recipit. Marius quidem Victorinus describens, ut apparet, Terentianum, addit, utramque partem commatis spondeis, trochaeis, jambis, & anapaestis inchoare, sed nullum horum exemplum ponit. Atilius autem, cum jambum & trochaeum locis illis permutari docuisset, de jambis hoc exemplum subjicit, *libens hoc tibi dedico libens sancte Priape.* Verum cum nullum hic auctorem laudet, valide dubitari potest, an hoc de suo posuerit, ut multa alia exempli gratia ab il-

lo aliisque Grammaticis facta sint. Scioppius ad Priap. Carm. 86. tertia sede etiam dactylum agnoscit, in quo abit a praeceptis omnium Grammaticorum, qui ibi creticum poni debere tradunt. videtur autem Scioppius in eam opinionem adductus, quod interdum tertius pes clauditur syllaba ancipiti, ut apud Catull. Carm. XVII. *insulsissimus est homo.* & h. l. *hunc lucum tibi dedico.* sed inde non efficitur, pedem esse dactylum. Nam ultima illa syllaba cum anceps sit, longa hic est. quod adeo in hoc versu necessarium, ut, etiamsi natura brevis sit, tamen pro longa sit habenda, ut tertius pes creticus sit, quemadmodum docet Marius Victorinus pag. 2599. addens exempli caussa hoc a se confictum: *Nereus ut caveret Sera grato Pyrrha sub antro.* Eadem Mureto errandi caussa fuit, ad Carmen superius scribenti, etiam Virgilium saepe in hoc genus incidisse, quem recte refellit Vossius. Nec tamen Muretus primus hujus commenti auctor fuit, sed praeeuntem sibi habuit Atilium Fortunatianum, qui pag. 2676. idem de Homero & Virgilio scribit, & e Virgilio eumdem, quem Muretus, versum adfert: *Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos.*

Qua domus tua Lampsaci est] *domum* posuit vel pro templo, ut Virgil. x. Aen. 51. *Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, Idaliaeque domus.* ubi Cerda tam Latinos quam Graecos *domum* dixisse pro templo ostendit: vel saltem pro loco, ubi Priapus colitur.

ostreosior oris] ex hoc loco apparet omnem oram Hellesponti abundasse ostreis. sed praecipue tamen laudantur a veteribus ostrea Abydena. Virgilius I. G. 207. *Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.* Ausonius Epigr. IX. v. 29. *Hellespontiaci quos protegit aequor Abydi.* de ostreis loquens, adde quae ibi notantur ex Ennio, Apulejo, & Clem. Alexandr. *Cyzicena ostrea* quoque inter laudatiora habebantur. vid. Vinet. ad Auson. pag. 603. ed. Toll.

LVXO-

L V X O R I I,

VIRI CL. ET SPECTABILIS,

LIBER EPIGRAMMATVM

NVMQVAM ANTEA EDITVS,

INCIPIT LIBER EPIGRAMMATON

L V X O R I I,

VIRI CLARISSIMI ET SPECTABILIS.

De titulo Luxorii cum versibus.

PRiscos, Luxori, certum est te vincere vates,
Carmen namque tuum duplex Victoria gestat.

Epitaphium.

Nil mihi mors faciet, pro me monumenta relinquo,
Tu modo vive liber, nil mihi mors faciet.

Praefatio.

Parvula quod lusit, sensit quod junior aetas,
Quod sale Pierio garrula lingua sonat;
Hoc opus inclusit, tu lector conde perite,
Omnia perpendens, delige quod placeat.

Ep.

Luxorii] de Luxorio hoc; qui circa finem seculi quinti in Africa floruit sub Thrasamundo, Vandalorum Rege, & de Salmasiano ac Divionensi codice, e quibus inedita haec ejus Epigrammata, licet seculi non optimi, nunc in lucem profero, vide quae scripsi in Epistola Dedicatoria Tomo I. hujus Operis praefixa, pag. XLVI - LI. Vixisse Luxorium sub Hilderico Vandalorum Rege, colligere licet ex inscriptione Cod. Voss. quae Luxurio, vel Luxorio, tribuit Epigramma de *Balneo Regis Hildrici*, quod edidi Tom. I. p. 476. Hildericus autem regnavit in Africa ab A. C. 523 ad an. 531. Aetatem suam sapiunt haec Epigrammata, a prisci aevi deliciis longe remota, & similis fere genii, qualia multa Epigrammata inter Ennodii Carmina leguntur: vel sic tamen ea non rejicienda, aut ad tenebras damnanda censui, licet vix tanta cura illustrari mereantur, quantam vetustis melioris aevi monumentis adhiberi par est.

Priscos, Luxori, certum est te vincere vates] Ex hoc Epigrammate patet, Luxorium in titulo Codicis sui Poëmatum per scribam vel pictorem imaginem Victoriae ab utroque marginis parte repraesentari jussisse, quae utrimque manibus libellum extollebat. Et hoc certe magis irridere quam probare videtur Anonymus hic versificator, cujus Epigramma sibi laudi esse insulse Luxorius credidit. MEERMAN. Tria haec Epigrammata debentur Codicis Divionensis Excerptis.

Tu lector conde perite,] forte legendum,
—— *tu, lector, corde perito*
Omnia perpendens, delige, quod placeat.

Ep.

Ep. I. *Metro Falecio* AD FAVSTVM.

Aufus poft veteres tuis, amice,
Etfi jam temere eft, placere juffis,
Noftro, Faufte, animo probate conpar,
Tantus Grammaticae magifter artis,
Quos olim puer in foro paravi,
Verfus ex variis locis deductos,
Illos fcilicet, unde me poëtam,
Infulfum, puto, quam magis legendum,
Noftri temporis ut amavit aetas,
In parvum tibi conditos libellum,
Tranfmifi, memori tuo probandos,
Primum pectore, deinde, fi libebit,
Difcretos titulis, quibus tenentur,
Per noftri fimiles dato fodales.
Nam fi doctiloquis nimifque magnis
Haec tu credideris viris legenda,
Culpae nos focios notabit index,
Tantae talia qui bonis recenfes,
Quam me, qui tua duriora juffa
Feci nefcius, inmemor futuri.
Nec me poeniteat jocos fecurum
Quod verbis Epigrammaton facetis
Diverfo & facili pudore lufit
Frigens ingenium, laboris expers,
Caufam carminis, unde fit voluptas,
Egit ridiculum fequens poëma.

Ep.

Ep. 1. 2. *Etfi jam temere eft*] fic Divion. cod. *Et fi tam* Salm. forte, *Etfi fat temere eft*.

5. *In foro paravi*] fic Heinf. *pari* Div. *pari* Salm. & Leid. feq. verfu pro *deductus*, lege *reductos*, ut conftet metri ratio.

8. *Quam magis legendum*] fic Salm. Cod. *magis quam* Divion. metro invito.

9. *Ut amavit aetas*] emendandum forte, *Noftri temporis aeftimavit aetas*.

11. *Memori tuo probandos*] fic in fchedis Salm. fed correxi *memori*. quod cum *pectore* jungendum, *memori tuo probandos Primum pectore*, &c.

Deinde] *debitae* Divion. cod. male.

16. *Haec tu credideris*] fic Heinf. vel *tradideris*. in Salm. *credideris*.

17. *Notabit index*] ita correxerat Heinfius in fchedis Cod. Salmaf. in quo male *notavit*. quod firmat codex Divion.

18. *Tantae*] ita cod. Salm. & Div. recte, in quo etiam *recenfes*. in Salmafiano *recenfis*.

21. *Jocos fecurum*] fic Heinf *cons* in Salm. & Div. forte etiam *fecutum* corrigendum.

Epigrammaton] in cod. Salmaf. *Epigrammathon*, fed in titulo *Epigrammaton*. ut *Bucolicon*, *Georgicon*, *Satyricon*, & fim. de quibus vid. N. Heinf. ad init. Eclog. Virgilii. *Epigrammatum* Divion. pro *facetis* in Salm. & Div. *faciete*, cum figno vitiatae fcripturae.

Laboris expers] et *laboris* Div.

Sit voluptas] *fit* Divion.

Ep.

EP. II. *Jambici, ad lectorem operis sui.*

Priſcos cum haberes quos probares indices,
Lector, placere qui bonis poſſent modis,
Noſtri libelli cur retexis paginam,
Nugis refertam, tribuliſque ſenſibus,
Et quam tenello tyro luſi viſcere,
Et forte doctis ſi illa cara eſt verſibus,
* Sona puſilli quae laboris comutae
Nullo decoris ambitus ſententia
Hanc jure quaeris, & libentur inchoas,
Velut jocoſa ſi theatra pernotes.

EP. III *Aſclepiadei, ad Librum ſuum.*

Parvus nobilium cum liber ad domos,
Pompoſique fori ſcrinia publici,
Cinctus multifido veneris agmine,
Noſtri diffugiens pauperiem laris,
Quo dudum modico ſordidus angulo
Latebas, tineis jam prope deditus;
Si te deſpiciet turba legentium
Inter Romulidas & Tyrias manus,
Iſto pro exſequiis claudere diſticho;
Contentos propriis eſſe decet locis,
Quos laudis facile eſt invidiam pati.

EP.

EP. II. *Quos probares*] ſic recte Div. *probare* Salm. *cur retexis paginam*] ita Salm. *curret ex his pagina Nugis referta* in Divion.

Tyro luſi viſcere] in Salm. *luſibis cerae.* in Leidenſi *Tyrolus ibiſcere.* in Divion. *tiro ſudi viſcere.*

Sona puſilli quae &c.] ſic corruptiſſimus hic verſus legitur in Salm. cod. *Sona puſillique laboris comute* in Divion.

Hanc jure] ſic correxi, ut & Heinſius conjecerat, vel *iute. lure* in Salm. *luce* in Div.

EP. III. *veneris agmine*] ita recte in Divionenſ. *hac Minervae* in Salm. *ac minerue* Leid. *hacmine* ſcriptum fuit pro *agmine*, ut ex Divionenſ. edidi.

Quo dudum modico ſordidus angulo Latebas] ſic emaculandam cenſui vitioſam Salmaſ. codicis ſcripturam,

Quo dudum modico ſordidos angulo.
Sou alebas, tineis j. p. deditos.

in Divionenſibus ſchedis,

Quo dedit modico ſordidus angulo
Sava labas tineis j. p deditos.

Contentos propriis &c.] an reſpicit illud Phaedri Lib. I. fab. 3. 13. de graculo,

Contentus noſtris ſi fuiſſes ſedibus,
Et quod natura dederat, voluiſſes pati
Non illam expertus eſſes contumeliam &c

EP.

Ep. IV. *De eo quod Epigrammata parva in hoc libro scripserit.*

* . . . .

Si quis in hoc nostro detrahit ingenio;
Adtendat modicis condi * mensibus annum,
Et faciles hiemis, veris & esse dies.
Noverit in brevibus magnum deprendere * usum
Ultra mensuram gratia nulla datur.
Hic mea concinno si pagina displicet actu,
Finito citius carmina clausa silent.
Nam si constaret libris longissima multis,
Fastidita forent plurima, vel vitio.

Ep. v. *Trochaicum de Piscibus, qui ab hominibus cibos capiebant,*

Verna clausas inter undas, & lacunas regias,
Postulat cibos diurnos ore piscis parvulo,
Nec manum fugit vocatus, nec pupugit regiam.
Roscidus & amnis errans hinc & inde, marginis
Odit ardui procellas, & dolosi gurgitis,
Ac suum quo liber esse transnatans solet mare.

Sic

Ep. IV. *de eo quod Epigrammata parva in hoc* &c.] sic edidi ex Divion. vitiose in Salmas. *De Epigrammata parva quod in hoc libro scripseris.* Primus versus deerat tam Salmasiano & Leidensi Codici, quam Schedis Divionensibus: qui forte ex titulo Epigrammatis sic supplendus,

Parva quod exiguo sint scripta Epigrammata libro. tertio versu *condi mensibus* in Salm. Leid. & Divion. forte *condi de mensibus*, vel *condi sic mensibus*, aut *modicis comprendi mensibus annum.* in fine *veris & esse dies* edidi ex Divionensibus. in Salm. & Leid. corrupte, *viris & esses dies.*

Noverit brevibus] male in Salmas. *Noverit brebibus* omisso *in.* in Divionensibus schedis *Noverit in brevibis magnum dependere usum. deprende reusum* in Salm. forte *Non eris in brevibus magnam deprendere curam.* vel *magnum deprendere lusum.* sequenti versu *Altra mensuram* Salm. *Altera* Leid. *Ultra* Is. Voss. & Heins. in marg. ut edidi.

Carmina clausa silent] ita correxi. *siles* in cod. Salmas. in Div. *licet.* in Salm. *Fenita.*

Fastidita forent plurima] forte in animo habebat illud Ovid. I. Trist. El. 6. 32.

Et veniam pro laude peto, laudatus abunde,
Non fastiditus si tibi, lector, ero.

vel Lib. IV. ex p. P. 19.

—— nec fastidita repellas
Verba: nec officio crimen inesse putes.

Ep. v. *Postulat cibos diurnos* &c.] sic Div. male in Salmas.

Postula cibos d. ore pisces parv.

Nec manum fugit vocatus] sic Divion. in Salm.

Haec i manum fugit vocatus nec pupescit regia.

an forte *nec pubescit regiam*, manum Regis non erubescit, ut ex ea cibum capiat.

Roscidus & amnis errans hinc & inde &c.] sic emendavi corruptas codd. MSS. lectiones. nam in Salmasiano legebatur,

Roscidis e damnis errans hinc & inde margines
Odi tardui procellas & dolosi gurgites.

In cod. Leidensi,

Roscidis e damnis errans hinc & inde margines
Odit ardui procellas & dolosi gurgites.

In Divionensi,

Roscidis & amnis errans hinc & inde margines
Odit ardui procellas, & dolosi gurgites.

Discit

Sic famem geſtu loquaci, & mitiori vertice
Diſcit ille quam ſit aptum ventris arte vincere.

EP. VI. *Archilochium, de Apro in Triclinio nutrito.*

Martis aper genitus jugis ineſſe montium,
Frangere horriſonum nemus ferocius ſolens,
Pabula porticibus capit libenter aureis,
Et poſito famulas furore temperat minas,
Nec Parios lapides revellit ore ſpumeo,
Atria nec rapidis decora foedat ungulis;
Sed domini placidam manum quietus adpetens,
Fit magis ut Veneris dicatus ille ſit ſacris.

EP. VII. *De Auriga Aegyptio, qui ſemper vincebat.*

Quamvis ab Aurora fuerit genetrice creatus
Memnon, Pelidae corruit ille manu.
Ut te nocte ſatum, ni fallor, matre paravit
Aeolus, & Zephyri es natus in antra puer;
Nec quiſquam, qui te ſuperet, naſcetur Achilles,
Dum Memnon facie, non tamen & genio.

EP. VIII. *Sapphicum, in Grammaticum furioſum.*

Carminum interpres meritique vatum
Cum laeves artem pueros docere
Diceris, vel te juvenes magiſtrum
Audiant, verbis veluti diſertum.
Cur in horrendam furiam recedis,

Et

Diſcit ille &c.] ita recte Divion. in Salmaſ. *Diſcas ille quem* &c. hoc forſan verſu reſpicit illud e prologo Perſii,

Magiſter artis ingenique largitor
Venter, negatas artifex ſequi voces.

EP. VI. de *Apro in triclinio nutrito*] ſic titulus eſt in Divionenſ. ſed in Salm. *Arcilocium de apro miſſū in Triclinio nutrito.* an latet in *miſſū* forte nomen *Miſtivoji*, de quo nomine proprio Vandalico vide notam Ampliſſ. Meermanni p. 449.

Famulas] *fabulas* male in Divion. in quibus etiam ſeq. verſu *ore revellit.* perperam.

EP. VII. *Quamvis ab Aurora*] ſic quidem in Salm. Leid. & Divion. forte ex ſeculi iſtius licentia, pro *Quamvis Aurora*, quia ultima in *quamvis* producitur. quod facile vitare potuiſſet auctor, ſi ſcripſiſſet,

Aurora quamvis fuerit genetrice creatus.

Nec quiſquam] *Ne* Salm.

Dum Memnon facie] *facies* Salm. ſed *facie* correxerat Heinſ. ut in cod. Divion. & marg. Leid. in fine mallem, *non tamen es genio.*

furiam recedis] ſic recte Salm. *deſcendis* male Divion. in quo *ferro* pro *telo* ſeq. verſ. & ſeptimo *vocatur*. ſed male. *vocari* ſequitur.

Eeee Sed

Et manu & telo raperis cruentus?
Non es, in quantum furor hic probatur,
Dignus inter Grammaticos vocari;
Sed malos inter fociari Oreftas.

EP. IX. *Glyconium. In Advocatum effemtianum.*

Exfecti fpecies viri,
Naturae grave dedecus,
Ufu femineo Paris,
Ferae cura libidinis,
Cum fis ore facundior,
Cur caufas fteriles agis,
Aut corrupta negotia,
Et perdenda magis locas?
Agnovi, ut video, tuo
Ori quid bene credier
Non vis, fed puto podici.

EP. X. *Phaleucium. in Moechum, qui inebriatus plorabat, cum coitum inplere non poffet.*

Saepius futuis nimifque femper,
Nec parcis, nifi forte inebriatus.
Effundis lacrimas, quod effe moechus
Multo non valeas mero fubactus.
Plora ne futuas peto, Lucine,
Et femper bibit odiumque plangit,
Aut, numquam ut futuas, venena fume.

EP.

Sed malos inter faciari Oreftas] fic edidi. *faciaries Oreftas* vitiofe in Div. Salm. & Leid.

EP. IX. *Ufu femineo Paris*] ita legendum conjeci. *pares* male in Salm. Leid. & Div. *Ufo* in Salm.

Ferae cura libidinis] fic Salm. *Fere* Divion. leg. *Foedae*. ut etiam correxerat Heinf.

Non vis, fed puto podici] fic Div. male in Salm. *Non bis fed puto.*

Sequebatur hic in codice Salmafiano Epigramma *in clamofum pygmaeum & furiofum.* Sed quum illud defideretur in codice Divionenfi, hic omiffi, praefertim quia non videtur Luxorii effe, & jam ediderim ex Pithoeo in Tom. I Lib. III. Ep. CLXIV. p. 608. ubi vide.

EP. X. *in Moechum, qui inebriatus*] ita fcribendum. *Falletium in me cum quod debriatus* in cod. Salmaf. & *peffis* pro *poffet*. in quo etiam fecundo verfu *Ne parces. nifi forte debriatus* Divion. quod & in Leid. legitur. & tertio *megus* pro *moechus*. deinde *Mulia non valeas* Salm. & Leid.

Saepius] ita edidi. in cod. Leid. *Jacius*. fed a man. fec. correctum *Saepius*. *Ixius* cod. Salm. Divion.

——— *ne futuas peto, Lucine,*
Et femper bibis odiumque plangit] verfus eft cor-

EP. XI. *In ſpadonem regium, qui mitellam ſumebat.*

Raro decens capillo,
Roſeoque crine ephebus,
Spado regius mitellam
Capitis velo capit,
Proprii memor pudoris,
Bene conſcius quid eſſet,
Poſuit cogente nullo
Fuerat minus quod illi.

EP. XII. *Anapaeſticum. in Magum Medicum.*

Tibi cum non ſit diei panis,
Magicas artes inſcius inples,
Ire per umbras atque ſepulcra
Pectore egeno titubans geſtis,
Nec tua Manes carmina ſumunt,
Fame dum pulſus Tartara cantu

Om-

corruptiſſimus, nec ſenſu apertus, & metro vitiato foedus in vocibus *odium* & *Lucine*. pro quo in Divionenſi — *peto lucine*

Et ſemper vivis odiaque plangit.

fuduas peto Lucine Et ſemper vivis odiumque plangit in Salm. & Leid. Vix me extrico. Reſtitui tamen forte hic locus, & maculae tolli poſſent, ſi legeretur,

Plena ne futuas, petis ſupine
Ut ſemper coitum, bibiſſe plange.

hoc eſt quod longe elegantiori artificio dicit Ovidius Lib. I. A. A. 565.

Ergo ubi contigerint poſiti tibi munera Bacchi,
Atque erit in ſocii femina parte tori,
Nyctelium que patrem, nocturnaque ſacra precare,
Ne jubeant capiti vina nocere tuo.

in fine *venena ſume*, ut apud Propertium Lib. II. 13. 17.

Sumere & in noſtras tetra venena manus.

EP. XI. *Raro*] ſic conjecerat Heinſ. *Ratio* in cod. Salm. Leid. & Divion. an forte *Rutilo decens capillo?*

Capitis velo] *volo* cod. Salm. ſed *velo* in Divion. cum ſigno tamen corruptae lectionis.

Fuerat minus quod illi] ſic Salm. *Fuerat quod minus illi* Divion.

EP. XII. *In Magum Medicum*] ita emendandum & edendum cenſui, licet *in magnum Medicum* legatur in cod. Salm. Leid. & Divion.

Ire per umbras atque ſepulcra,
Pectore egeno, titubans geſtis.]

ſic codex Salmaſ. *pectore egens, titubante greſſu* in Divion. indicat Medicum hunc Magum e ſepulcris eruere oſſa & cadavera, quibus in arte magica utebantur. ut de maga Ovidius Epiſt. VI. 89.

Per tumulos errat paſſis diſcincta capillis,
Certaque de tepidis colligit oſſa rogis.

ubi vide notas. & Broukhuſ. ad illud Tibulli Lib. I. El. 2. 46.

——— *maneſque ſepulcris*
Elicit, & tepido devocat oſſa rogo.

vel quia hic *pectore egeno* additur, etiam intelligi poſſet, quod de Rufa apud Catullum Carm. 56.

Uxor Meneni ſaepe quam in ſepulcretis
Vidiſtis ipſo rapere de rogo coenam.

ſolebant enim ſupra buſta & loca mortuorum in patella ponere cibum, quem inde ſaepe ſuffurabantur famelici & egeni. tales coenas e culinis vel uſtrinis ſepulcrorum *dapes Ditis ſordidas* vocat auctor Epigrammatis veteris in Lucium, quod edidi Tom. I. pag. 434. ut cum Julio Ponteде-

Omnia turbas, aliquid crederis
Dare quod poſſit ſuper his Pluton
Pauperibus puto quod petas.
Egeas totum ſemper in orbem,
Mage, ſi poſcis membra perempta.

EP. XIII. *In acceptorarium obeſum & infelicem.*

Pondere vel facto miſeras, Martine, fatigas,
Preſſura crudelis habes, pinguedine tanta
Ut tu ſis, fruſtra maciem patiuntur iniquam:
Debuerant fateor magis has tua paſcere membra,
Ut numquam poſſent jejuna morte perire.

EP. XIV. *In vetulam virginem nubentem.*

Virgo, quam Phlegethon vocat ſororem,
Saturni potior parens ſenectae,
Quam Nox atque Erebus tulit Chaoſque,
Cui rugae totidem graves, quot anni,

Cui

tedera legendum, & forte illic *luridas* praeſtiterit, quia *coena ſordida* paullo ante praeceſſit. ad quem locum plura de his culinis vel uſtrinis animadvertit Scaliger, & ad Catullum pag. 54. qui de ſilicernio ſeu coena funebri etiam agit in notis ad Feſtum pag. 187. & Janus Douſa Lib. I. Explan. Plautin. cap. XI. de his quoque intelligo locum Tibulli Lib. I. El. 6. 17.

Ipſa fame ſtimulante furens, eſcaſque ſepulcris
Quaerit, & a ſaevis oſſa relicta lupis.

ubi *ſtimulante fame*, ut in hoc Epigrammate *pectore egeno*. *eſcas* vero recte illic legit Muretus, quod a Broukhuſio repudiatum nollem, qui Scaligerum ſecutus *herbas* praetulit, & edidit; quas e prato deligere potius, quam e ſepulcris carpere famelicis praeſtiterit. de ſagis vero, ſeu veneficis, ferales mortuorum reliquias, magiae aptas, ex ſepulcretis ac rogo legentibus, erudita ſunt, quae animadvertit Cel. Dorvillius ad Chariton. pag. 376. 377.

Pauperibus puto quod petas] ſic Divion. *Pauperibuſque puto quod pectus* cod. Salm.

Mage ſi poſcis] ſic cod. Salm. *poſſis* Divion.

EP. XIII. *In acceptorarium*] Ita in utroque codice, Salmaſiano & Divionenſi. vocem mihi ex aetatis inferioris ſcriptoribus incognitam fateor. Itaque *acceptatorem* emendandum conjicio. Gloſſarium Voſſianum ineditum, *Acceptar*, *auctor*. pro quo ſcribendum *Acceptator*, *auctor*. nam ſic in duobus Gloſſariis MSS. Bibliothecae Leidenſis, *Acceptator*, *auctor*, *conſcriptor*. Forte etiam caſtigari poſſet, *In Actionarium*. nam *actionarii* dicebantur officiales. de quibus vide Lindenbrog. Gloſſar. ad Cod. Leg. Antiq. pag. 1347. Bignonium ad Marculphi Formulas Lib. I. p. 270. & Spelman. in Gloſſar. p. 9.

habes pinguedine] *habet* Divion. *haues* cod. Salm. *aves* Leid. an forte *agis*?

fruſtra maciem patiuntur] ſic Divion. recte. *fruſtrà a ciem* in cod. Salm. *fruſtram aciem* Leid. *tutis* etiam pro *tu ſis* in Divion. & verſ. ſeq. *fumere* pro *paſcere*, quod ex Salmaſ. cod. praetuli.

Ut numquam poſſent &c.] ſic correxi ex Divion. *Ut unumquam p. j. m. periret* cod. Salm. & Leid.

EP. XIV. *In vetulam virginem nubentem*] ex cod. MS. Jacobi Gallaei etiam produxit Cuperus de Eleph. Exerc. II. cap. XI. pag. 235. qui verſu quinto ab auctore notat reſpici ad rugoſam elephanti cutem, cui ſimilem habere hanc anum indicat, ſed verſu octavo male emendat *decuit marito Diti*: quod metro adverſatur; licet ita etiam in ſchedis Divionenſ. invenerim. *Marito* di-

Cui vultus Elephas dedit cutemque,
Mater ſimia quam creavit arvis
Grandaeva in Lybicis, novo ſub orbe:
Olim quam decuit marita Diti
Pro nata Cereris dari per umbras:
Quis te tam petulans ſuburit ardor,
Nunc cum jam exitium tibi ſuperſit,
An hoc pro titulo cupis ſepulcri,
Ut te cognita fama ſic loquatur,
Quod ſtuprata viro eſt anus nocenti.

EP. XV. *In Medico-Lenonem.*

Quod te pallidulum, Marine noſter,
Cuncti poſt totidem dies ſalutant;
Credebam, medicum velut peritum,
Curam febribus & manum pudicam
De factis logicae parare ſectae,
Aut de methodicis probare libris.
At tu fornice turpius vacabas,
Exercens aliis, quod ipſe poſſis
Lenatis melius tibi puellis
Scortandi ſolito * labore ferre.
Novi quid liberat tuum, Chirurge;
Conſpectos animum videre cunnos;

Vis

diti in Leid. cod. & Salm. cujus margini *Marita* adſcripſerat Nic. Heinſius. *Martoditi* vitioſe adſert Cuperus, & in fine, *Quod ſubtrata viro e. a. nocente.* *quā decuit* cod. Salm. lege, *quae decuit.* ut ſaepe *decere* ita ponitur. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. V. 85. non tamen Jo. Iſ. Pontano adſentior, apud Tibullum, melioris aevi poëtam, Lib. IV. El. 2. 9. emendanti,

Seu ſolvit crines, fuſis decet illa capillis.

de quo vid. ad T. I. hujus Antholog. pag. 632. initium hujus Epigrammatis conſerendum eſt cum Ep. XII. & LVIII. Priapejor. ubi ſimilibus coloribus anus pruriens etiam deſcribitur.

cupis ſepulcri] ſic Divion. *cupit* Salm. & Leid. ſed a m. ſec. *cupis.* ut apud Cuper.

Curam febribus] vitioſe *Credebam* in Divion. voce ex praecedente verſu perperam repetita.

De factis logicae parare ſectae] ita cod. Salmaſ. cujus lectionis veſtigia ſunt in corrupta cod. Leidenſis ſcriptura, *logi caepa rare ſecte*, & Divionenſis,

De factis logi ſeparare ſecte.

At tu fornice turpius] ſic Divion. *Aut tu fornicetur plus vacabas* cod. Salmaſ. & a manu recent. *fornice turpius.* in cod. Leid. *Aut, tu fornicetur. plus.* & in marg. *turpius.* legendum *fornice turpius*, ex ſcriptura corrupta *fornicetur plus.* ſic Scaliger in Catulli Ep. XL. *oblitum lupanar* pro meretrice capiebat. vide quae notavi ſupra ad Priapej. Ep. XIII. *Nigra fornicis oblitus favilla.* ubi in notis obſervat Scaliger, ſic C. Caeſarem dictum *Bithynicam fornicem, & ſtabulum Nicomedis.* de quo vide Suet. Caeſ. c. 49.

Lenatis puellis] vide ad Tom. I. pag. 611.

Novi quid liberat] & metro & ſenſui obeſt illud *liberat*, quod tamen in MSS. exſtat. ſcribendum forte *libeat.*

Ar-

Vis ostendere te minus virum esse,
Arrectos satis est mares videre.

Ep. xvi. *In Diaconum festinantem ad prandium cauponis.*

Quid festinus abis gula inpellente Sacerdos,
An tibi pro psalmis pocula corde sedent?
Pulpita templorum, ne pulpita quaere tabernae,
Numina quo laudes, non phialas referes.

Ep. xvii. *De Turre in viridario posita, ubi se Fridamal aprum pinxit occidere.*

Extollit celsas nemoralis Aricia sedes,
Sternit ubi famulas casta Diana feras,

Fron-

Arrectos satis est &c.] ita correxit Heins. *Rular rectos* in cod. Salm. *Ular rectos* Leid. *Et arrectos satis est videre mares* in Divion. male. vide supra ad Priapej. Ep. LXX. p. 541.

Ep. xvi. *gula inpellente*] sic cod. Divion. *guilla* Salmas. & Leid. *ventre* tamen ex suo v c. adfert Salmasius ipse ad Spartian. Hadr. cap. 16. & ex eo Vlitius ad Nemesian. Cyneg. v. 170. & Almelovenius inter Epigr. Vet. pag. xi. licet in codice ipsius Salmasii *guila* clare legatur. sed *ventre* protulit, quia in *gula* prima hic male producitur. primo versu forte corrigendum, *Quo festinus abis.*

Numina quo laudes] sic edidi ex cod. Divion. nam corrupte in Salmasiano & Leidensi, *Almina q. l. fiolas reseras.* sed in utriusque margine a manu recentiori *Numina.* ut adfert Salmasius ad Hist. Aug. qui etiam *referes* perperam ex cod. suo dedit, pro *referas*, ut in eo exstat.

Ep. xvii. *ubi se Fridamal aprum &c.*] ita exhibui ex cod. Divion. nam corrupte in Salmasiano & Leid. *ubi se Fridā alabro* sed in utriusque margine a manu rec. *Fridamal aprum.* quod firmat hujus Epigrammatis, prae ceteris notae satis elegantis, versus 14. & sequentis Epigr. initium. quo nomine *Amalafridum* significari, verissime observavit Nobiliss. Meermannus, cujus optimam notam hic subjungo, ad me transmissam, quum Aquisgrani, quo valetudinis curandae caussa circa finem anni elapsi concesserat, sed non diu post morte literato orbi funestissima nobis criperetur Vir egregius. „ *Frid-amal* nomen est Vandalicum, quod alias inverse „ scribitur *Amala-fridus.* unde probabile, de„ scendisse illum ex illustri stirpe Gothica A„ mala, de qua Rex Athalaricus apud Cassio„ dor. Lib. VIII. Var. Ep. 2. & Jornandes de „ Reb. Get. cap. 14. qui enim ex nobili hac „ gente descendebant, haud raro nomina ap„ pellativa inde formabant, ut *Amalaricus*, *A*„ *malafrida*, *Amalasuntha*, *Amaloberga*, in histo„ ria Gothorum obvia. Mire autem hallucina„ tus est Wachterus in Lexico Germ. dum *amal* „ derivat ex *a* privativa & *mal*, macula, at„ que ita vertit *immaculatus.* nam *a*, uti Grae„ cis familiare, ita Gothis hoc sensu incogni„ tum, neque etiam *mal* Ulphilae nota vox est. „ Quum vero passim apud Ulphilam *ahma* oc„ currat pro anima seu spiritu, vid. Marc. VIII. „ vers. 12. &c. existimo *ahmala* nil aliud signi„ ficasse, quam *animosus.* quale profecto epi„ theton melius in belli ducem quadrat, quam „ *macula carens.* Quum vero *froda* Gothis idem „ ac *prudens*, nobis *vroede*, manifesta significa„ tio est compositae vocis *Frid-amal* (seu *Ama*„ *lafridus*) i. e. *prudens*, *animosus.* unde Matth. „ VII. vers. 24. legimus *vaira frodamma*, i. e. „ virum prudentem. Versu quarto pro *Benventi* „ lego *Benenti*, prout in uno codice MS. Pro„ vinciarum & Civitatum Africae contracte legi„ tur, pro *Beneventi.* Fuit vero Beneventum lo„ cus in Provincia Africae proconsulari, cujus „ etiam mentio in Concilio Arelatensi Num. „ 414. vid. Theod. Ruinart. in Hist. Persec. „ Vandal. p. 224. Ceterum in hoc Epigramma„ tē multa mihi deprehendere videor obscuriu„ scula, quae a libris absenti & Aquisgrani va„ letudinis recuperandae causa degenti mihi „ examinandi facultas jam non datur.

MEERMAN.

2. *Sternit ubi famulas casta Diana feras*] sic in cod. Divion. *fabulas* in Salm. & Leid. qualis scrip-

Frondosis Tempe cinguntur Thessala silvis,
Pinguia * Benventi lustra Molorchus habet.
Haec vero aetherias surgit quae Turris in auras,
Confessum domino deliciosa parans,
Omnibus in medium lucis ornata refulget,
Obtinuitque novo praemia cuncta loco.
Hinc nemus, hinc fontes, hinc structa cubilia surgunt,
Statque velut propriis ipsa Diana jugis.

Clau-

scripturae confusio etiam supra Epigr. VI. *Et posito famulas furore temperat minas.* ut recte Salm. cod. sed *fabulas* in Divion. Hoc autem versu *pavidas* vel *rabidas* margini schedarum Salmasian. adscripserat Heinsius. sed *famulas feras* hic intelligo sponte ad Dianae nutum cadentes. ut *famulae aquae* fluviorum, de gentibus subactis, *famulae cohortes*, *famuli greges*, & sim. de quibus vide Heins. ad Ovid. I. Fast. 286. & ad Claudian. Epist. I. 17. sic mox Ep. XVIII. de avibus, *Monstrent volatu praeminores famulo.* & huic conjecturae favere posset distichon decimum hujus Epigrammatis, *Ante illum subita* & seqq.

v. 4. *Pinguia * Benventi lustra Molorchus habet*] ita correxerat Heinsius in margine schedar. Salmas. in quibus *Pinguia lenemutu lustra Molorcos habet.* in Leidensi, *Pinguia bene mutulus tra melorcus habet.* in cod. Divion. *Pinguia bermuta lustra Molorchus habet.* Latet certe in hac voce nomen aliquod proprium. neque satisfacit, quod schedis Salmasianis adscripserat N. Heinsius *Beneventi* vel *Benventi.* neque Ampliss. Meermanni *Benenti* emendantis sententiae accedo. *Molorchi* ideo hic mentio fit, quia Luxorius cum viridario Amalsfridi comparat loca apud veteres fecunditate & amoenitate celebria, nemus Aricinum, & Tempe Thessala, quibus addit *lustra Molorchi*, respiciens, ni fallor, ad arva & saltus latos atque uberrimos, quos ille, ex paupere dives factus, in agro Cleonaeo ab Hercule accepit pro hospitio, quo exceptus erat a Molorcho, quum ad Leonem Nemeum interficiendum tenderet. Apollodorus Lib. II. Bibl. cap. 4. §. 1. de Hercule, παραγενόμενος ἐπὶ τὸν λέοντα εἰς Κλεωνὰς ἦλθε, καὶ ξενίζεται παρὰ ἀνδρὶ χερνήτῃ Μολόρχῳ. *lucos Molorchi*, pro silva Nemea, memorat Virgilius III. G. 19. ubi vid. Serv. & Stephan. Byz. in Μολορχία, & illic Berkelii notas. *arva Molorchi* Statio III. Sylv. 1. 29. sic Martialis Lib. IV. Ep. 64. post Hesperidum hortos, Albanos Tusculosque colles, & Annae pomiferum nemus Perannae, aliaque loca delicatiora, Alcinoo Molorchum adjungit,

Credas Alcinoi pios penates,
Aut facti modo divitis Molorchi.

plura vide apud Broukhus. ad Tibull. IV. 1. 13. Sed quid *Benevento*, aut *Benvento*. vel *Benento*, cum lustris aut pascuis Molorchi? Corruptissimas codicum MSS. lectiones adtentius timanti patebit, aliud latere nomen proprium in scriptura cod. Salmas. *Pinguia lenemutu.* Si liberiori conjecturae indulgere fas sit, suspicor inde elici posse,

Quaeque Cleonaeus lustra Molorchus habet.

hanc enim vocem non intelligens barbarus librarius mendosissimam formavit lectionem. possis etiam *Laeta Cleonaeus lustra* &c. ut *Pinguia* ex glossemate substitutum fuerit pro *Laeta*. sic *Cleonaeus Molorchus* dicitur Nonno Lib XVIII. Dionys. v. 52. Οἷα Κλεωναίοιο φατίζεται ἀμφὶ Μολόρχου. & Statio IV. Th. 159.

Sacra Cleonaei cogunt vineta Molorchi.

ubi vide Barth.

5. *surgit quae Turris in auras*] sic habent schedae Divionenses pro Salmasiani codicis scriptura *exit quae.* in Leid. *exitque. surgere* enim de montibus, arboribus, turribus, aliisque locis, quae in altum extolluntur, dici notissimum est. vide Oudendorpii notas ad Lucan. II. 222. & Cortii ad Plin. Lib. VI. Epist. 16. 7. sed quia mox sequitur *structa cubilia surgunt*, forte ex Salmasiani & Leidensis codicis lectione *exit*, emendari hic posset, *crescit quae Turris in auras. crescere* enim hac in re idem quod *surgere*. quomodo haec etiam commutantur in loco Ovidii Lib. I. Met. 43. *Lapidosos surgere montes.* ubi *crescere* in aliis. ut Epist. VII. Heroid. v. 11. *Nec mea Carthago, nec te crescentia tangunt Moenia.* ubi *surgentia* ex cod. Regio praetulit Patruus meus. quem & vide ad Lib. II. ex P. 1. 14. Propertius II. 24. 9. *Tum medium Pario* (sic leg. cum Passerat. & Scalig.) *surgebat marmore templum.* Tibullus Lib. IV. 1. 174. *structis exsurgunt oppida muris.* Id *crescere* dicitur Lucano Lib. V. 625. *tanta maris moles crevisset in astra.* & Silius Ital. XIV. 309. de turre, *Perque altum melrm & toties crescentia tecta Scandit ovans.* ut recte a Viris doctis fuit emendatum, quorum notae plura suppeditabunt. utrumque

Clausa sed in tanto cum sit splendore voluptas,
Artibus ac variis atria pulchra micent,
Admiranda tuae tamen est virtutis imago,
Fridamal, & stratae gloria magna ferae.
Qui solitae accendens mentem virtutis amore
Aptasti digno pingere facta loco.
Hinc spumantis apri jaculo post terga retorto
Frontem & cum geminis naribus ora feris.
Ante ictum subita prostrata est bellua morte,
Cui prius extingui quam cecidisse fuit.
Jussit fata manus: telo nec vulnera sensit
Exerrans anima jam pereunte cruor.

EP. XVIII. *De Avibus Marinis, quae post volatum domum remeabant.*

Felix marinis alitibus, Fridamal,
Felix juventa prosperior genio,

Quem

que de arboribus jungit Ovid. Epist. V. 23.

Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt,
Crescite, & in titulos surgite recta meos.

exit tamen ex cod. Salm. hic etiam probari potest ex Virg. II. G. 81. *ingens Exiit in coelum ramis felicibus arbos.* apud Lucan. II. 271. *nubes exit Olympus.* ut in MSS. legi notat Patruus meus. Ovidius Lib. IV. Met. 731. *qui vertice summo Stantibus exit aquis.* ubi *exstat* in aliis. Valer. Fl. VI. 687.

Alta sed Aesonium supra caput exit barundo.

v. 9. *hinc structa cubilia surgunt*] sic edidi ex cod. Divion. in Salmas. & Leid. *cinilia.* sed *cubilia* in utriusque margine a manu recent.

13. *Admiranda tuae tamen est virtutis imago*] *virtutis* corruptum videtur, quia sequitur *virtutis amore.* forte igitur emendandum,

Admiranda tuae tamen est sic turris imago.

vel *hic turris imago.* in qua nempe Amalafridus aprum a se prostratum pingi jusserat, ut ex titulo Epigrammatis patet.

v. 14. *& stratae gloria magna ferae*] *statuae* Salm. & Leid. sed *stratae* in utriusque marg. ut clare in Divion. quomodo v. 19. *Ante ictum subita prostrata est bellua morte.*

16. *Aptasti digno*] sic Salm. cod. sed in Divion. *Aptus es in digno.*

17. *Hinc spumantis apri jaculo post terga retorto*] Hoc praetuli ex Salmasiano & Leid. sed in quibus *retorta.* In Divionensi, *Hinc spumantis apri post terga retorta*... relicta lacuna, quae in marg. supplebatur addita in fine versus *sagitta.*

19. *prostrata est*] in Salm. *prostratae si.* sed in marg. correxerat Heinsius *prostrata est.* quod firmatur a Divionensi. *prostrate si* in cod. Leid.

21. *Jussit fata manus*] sic in Epigrammate veteri de Catone Tom. I. hujus Operis pag. 217.

Jussa manus sacri pectus violare Catonis.

EP. XVIII. *domum remeabant*] *ad domum* Leid. unde conjeceram *ad dominum.* quod dein offendi in cod. Divionensi. sic supra Ep. VI. de apro: *sed domini placidam manum quietus adpetens.* vid. ad Eleg. de vocib. Animal. in fin. v. 63. hoc ipso Vol. pag. 434.

marinis alitibus] an per eas intelligit pisces volantes, quales sunt hirundines, cuculi, milvi? Non videtur ex connexione. Existimo potius designari aves, quae in mari subinde mergunt, nobis *meeuwen.* MEERMAN. tales intelligit Propertius Lib. III. El. 5. 27.

Sed tua nunc volucres adstant super ossa marinae.

ejusque imitatione Ovidius Epist. X. 123.

Ossa superstabunt volucres inhumata marinae.

marinas vel *aequoreas volucres* Petronius vocat *pelagias.* vide J. Dousae Praecidan. Lib. II cap. 8. in fin. & notas Patrui mei ad Petron. cap. 109.

v. 2. *prosperior genio*] sic cod. Salmas. *genis* Divion. sed cum signo corruptae lectionis.

3. *Quem*

Quem ſponte poſcunt aequoreae volucres,
Nec ſtagna grato frigida conſilio
Pigris ſtrepentes gurgitibus retinent.
Sed quo tuorum temperiem * numerum
Monſtrent volatu praememores famulo,
Prope relictam non repetunt patriam.

EP. XIX. *In aurigam ſenem victum, crimina in populo jactantem.*

Te quotiens victum Circus, Quiriace, reſultat,
  Crimine victores polluis, & populos.
Tunc viſum quereris ſenio languente periſſe,
  Caſtigaſque tuae tarda flagella manus.
Sed quod in alterius divulgas crimina nomen,
  Cur non illa magis credis ineſſe tibi?
Es meritis inpar, virtute, aetate relictus,
  Haec cum habeant alii, crimina vera putas.
Sola tamen falſis ſurgat tibi poena loquelis,
  Ut victus ſemper nil niſi crimen agas.

EP. XX. *In podagrum venationi ſtudentem.*

Apros, & capreas, leveſque cervos
Incurvus rapidis equis fatigat.
Tantum nec ſequitur capitque quidquam.
Eſſe inter juvenes cupit vocari,
Baudus dum miſero gemat dolore,

Et

3. *Quem ſponte poſcunt aequoreae volucres*] ſecutus ſum Heinſii conjecturam, quam adleverat ſchedis Salmaſianis, in quibus, *Quem ſponte poſcunt egore volucres.* in Leidenſi *ego revolucres.* in ſchedis Divionenſibus *aequore volucres.*

4. *Nec ſtagna grato frigida conſilio*] ita in Divion. ſed in cod. Salm. *grado Frigica concilio.* forte pro *Phrygica.*

6. *tuorum temperiem numerum*] ſic cod. Salm. & Divionenſ. in quo tamen aſteriſcus voci *numerum* adpoſitus. an forte *tuorum temperiem munerum?*

7. *Monſtrent volatu praememores famulo*] *prae me more famulo* Divionenſ.

EP. XIX. *Circus, Quiriace, reſultat*] ſic Salm. & Divion. cod. an pro *Cyriace?*

v. 7. *aetate relictus*] vide ad Phaedr. Lib. I. fab. 21. 3. de ſene leone, *Defectus annis & deſertus viribus.*

EP. XX. *In podagrum*] ita in cod. Salm. Leid. & Divion. niſi quod vitioſe in Salmaſiano, *In potagrum venatione ſtudente. podager* pro podagricus. de quo vid. Salmaſ. ad Vopiſc. Aurelian. cap. 34. & ſic apud Claudian. Epigr. XXIX. cujus inſcriptio eſt *in podagrum.* quod lemma ne librario tribuatur, vetat ipſum Epigramma, in cujus fine, *Atque nihil prorſus ſtare putas podager.*

Tantum nec ſequitur] *Tantam* Salm. cod.

Baudus dum miſero] nomen Vandalicum, quod Ulphilas adhibuit non pro ſurdo modo, ſed etiam pro ſtulto fatuoque. vide Franc. Junii Gloſſar. Ulphilinum. MEERMAN. *laudus* in Divion. an forte *Claudus?* vel ſi pro ſtulto ac fatuo capiatur, etiam *Bardus* poſſet legi.

Et

Et nil provaleat. quid ergo geſtit?
Mori praecipiti furit caballo,
Cum lecto melius perire poſſet.

EP. XXI. *In Sacerdotem, quod multas ſcortos habuit, & eas cuſtodiebat.*

Zelotypus plures incurvas clune puellas,
Sed nulla eſt, quae te ſentiat eſſe virum.
Cuſtodis clauſas, tamquam ſis omnibus aptus,
Eſt tamen internus Jupiter ex famulis.
Si nihil ergo vales, vacuo cur arrigis orge,
Et facis ignarus mentis adulterium?

EP. XXII. *Anacreonticum, in Medicum inpotentem, qui ter viduam duxit uxorem.*

Poſt tot repleta buſta,
Et funerum catervas,
Ac diſpares maritos,
Rugoſa quos perémit

Fa-

Et nil provaleat] ſcribendum *praevaleat*.

quid ergo geſtit?] forte legendum *quid ergo reſtat?* quid ſupereſt? Virg. II. Aen. 70. *quid miſero mihi denique reſtat.* & XII. 793. *quid denique reſtat?* ejuſque imitatione apud Lucanum Lib. X. 366. praeferebat Patruus meus, *nil denique reſtat Auxilii.* Valer. Fl. V. 57. *Quod tamen externis unum ſolamen in oris Reſtat.* Ovid. II. Met. 471. *Scilicet hoc unum reſtabat, adultera, dixit.* ubi vide notas. & Manut. ad Cic. pro Quint. cap. IX. p. 21. alio enim ſenſu *geſtire* ſupra Ep. XII.

Ire per umbras atque ſepulcra
Pectore egeno titubans geſtit.

EP. XXI. *In Sacerdotem, quod multas ſcortos* &c.] In Salm. & Div. ſcribebatur, *In S. S.* unde *Sacerdotem* formavi. ut ſupra Ep. XVI. *Quid feſtinus abis, quia inpellente, Sacerdos.* *quod multas ſcortos* idem cod. Salm. *qui multas ſcorsos* Divion. notandum *multas ſcortos* pro *multa ſcorta*, ex barbarie ſequioris aevi, vel librarii, qui lemmata his Epigrammatibus praefixit.

v. 1. *Zelotypus plures*] ſic exhibent ſchedae Divionenſes, & a manu recent. caſtigatum erat in margine cod. Salmaſ. & Leid. pro vitiata eorum ſcriptura, *Zelo plures incurbas plume puellas.* verſu tertio *omnibus partus* in Salm. ſed *aptus* in marg. & in Leid. a man. ſec. ut in Divion. in ipſo legebatur contextu.

vacuo cur arrigis orge] *oge* in Salm. & Leid. & cum aſteriſco **oge* in Divion. *orge* edidi. & legendum ὄργῃ adſcripſerat Heinſius. quod ſi admittatur, forte etiam legi poſſet, *rabida cur arrigis orge.* ut dicatur arrigere ex inertiae ſuae indignatione nam *orge*, *ira* exponitur in Papiae Vocabulario. Joannes de Genua in Catholico: *Orge Graece, Latine dicitur cultura, vel orge, idest ira. unde orgia ſacrificia vel feſta Bacchi, quia ibi ab ira frequenter movebantur.* ſed aliud latere ſuſpicor. *vacua* vel *vana cur arrigis arte.* aut quid ſimile.

EP. XXII. *Anacreonticum*] *Anagreticum* Salm.

Poſt tot repleta buſta] *buta* Salm. ſed *buſta* a manu recent. ut in Leid. & Divion.

Catervas] *catebas* Salm. & Leid. ſed *catervas* in marg. man. rec. quod in Divion.

quos peremit] *premit* Leid. ſed correct. *peremit.* ut in Salm. & Divion. forte *peregit.* ut *peragere* pro necare, conficere, tam in Martis quam Veneris palaeſtra. Silius Ital. XI. 365. *nec tantum fata dederunt Externa peragi dextra.* vide erudito-

rum

Fatis anus finiftris:
Tu nunc, Chirurge, quartus
Conjunx vocate plaudis;
Sed vivus es fepultus,
Dum parte, qua decebat,
Nil contines mariti:
Jam nofco, cur videtur
Nupfiffe Paula rurfus
Nulli? quid ergo fecit?
Mutare mox lugubrem,
Quam fumpferat, cupivit
Uxor nefanda veftem.
Ut quartus atque quintus
Poffit venire conjunx.

EP. XXIII. *In Pantomimam Pygmaeam, quae Andromaches fabulam frequenter faltabat, & raptum Helenae.*

Andromachem atque Helenam faltat Macedonia femper,
  Et quibus excelfo corpore forma fuit.
Haec tamen aut brevior Pygmaea virgine furgit,
  Ipfius aut quantum pes erat Andromachae.
Sed putat illarum fieri fe nomine talem,
  Motibus & falfis crefcere membra cupit.
Hac fpe, crede, tuos incaffum decipis artus;
  Therfiten potius finge, quod effe foles.

EP.

rum notas ad Valer. Fl. I. 146. ubi Carrio adfert illud ex Priapejis Ep. XXXV. *Quae tot nocte viros peregit una.* ubi tamen diverfo nonnihil fignificatu, pro exhaufit, delaffavit, pooi, patebit ex iis, quae ad illum locum fupra notavi pag. 509.

contines mariti] *continens* Salm. fed *contines* in Leid. & Divion.

Quam fumpferat &c.] deeft hic verfus fchedis Divionenfibus. *cupibit* Salm. fed *cupivit* Leid. a man. fec.

EP. XXIII. *Andromaches fabulam f. f. & r. Helenae*] *Andromachae* Divion. *Andromace* Salm. *raptum Aelene* Leid. verf. primo & quarto *Andromace* Salm. *Andromacae* Div. *pes erat Andromache* Leid. forte pro *Andromaches*. primo *Andromachem* correxerat Heinf. quod firmatur a Divion. & quarto *Andromachae*.

Motibus] fic legendum. *Montibus* in Salm. & Leid.

crede tuos] *credituos* Salm. & Leid. *crede tuos* recte Heinf. ut in Divion. *incaffum* Salm. *decipis arte* in cod. Voff. male. *Terfiten* Salm. *Terfitem* Leid. *Terfithem* Divion.

EP. XXIV. *In ebriosum nihil comedentem, sed solum bibentem.*

Dum bibis solus, poterant quod omnes,
Saepe, nec totis satiaris horis,
Et tibi munus Cereris resordet,
Ac nihil curas nisi ferre Bacchum;
Nerse, jam te non hominem vocabo,
Sed nimis plenam & patulam lagenam.

EP. XXV. *De Fama picta in stabulo Circi.*

Qualem te pictor stabulis formavit equorum,
Talem te nostris blanda referto jugis.
Semper & adsiduo vincendi munera porta,
His quorum limen fortis amica fedes.

EP. XXVI. *Aliter.*

Verum, Fama, tibi vultum pictura notavit,
Dum vivos oculos juncea forma gerit
Tu quamvis totum velox rapiaris in orbem,
Pulchrior hoc uno limine clausa sedes.

EP.

EP. XXIV. *Dum bibis solus, poterant quod omnes*] sic edidi ex schedis Divionens. corrupte; in cod. Salm. *Dum bibet soles porteram quod omnes.*

curas nisi ferre Bacchum] *curus nisi ferect Bacchum* cod. Salm. sed *curas nisi ferre Bacchum* a. m. sec. in marg. & in Leid. quod in contexto ipso agnoscit Divion.

Nerse, jam te non hominem &c.] *Narsa jam te non hominem vocauo* Salm. & Leid. *Nerso jam te non hominem vecabo* Divion. Forte hinc elici posset,

Amphoram te, non hominem, vocabo,
Et nimis plenam & patulam lagenam.

notum illud de Bonoso Tyranno, homine bibacissimo, ex suspendio voluntario sublimi pendente, apud Vopiscum in ejus Vita cap. 15. ubi tradit milites *Amphoram illic pendere non hominem* dixisse. *utres inflatos* alii vocant. vide Pricaei notas ad Apulej. III. Met. pag. 167. sic *cantharum* Tiberium bibacem vocat auctor Epigrammatis optimi, quod editum Tom. I. hujus Anthol. Lib. II. Ep. 78.

Bacchi pluentis cantharus madentis,
Late aestuantis irrigator alvi, &c.
Exinde plebs Quiritium vocavit
Non Claudium Tiberium Neronem,
Sed Claudium Biberium Meronem.

& *Cantharus* gulosi & bibacis nomen apud Martialem lib. IX. Ep. XI. ultimo versu *patulam lagenam* correxi pro *lacunam*, quod erat in cod. Salmas. *lagunam* Divion. sic Lib. V. Ep. 198. pag. 465. hujus Vol.

Inguine suspensam gestas sub ventre lagenam.
Quae tibi fit turgens amphora, flante noto.

ubi *lagunam* & *lacunam* iidem codices.

EP. XXVI. *Dum vivos oculos juncea forma gerit*] sic cod. Salm. & Leid. *mutuos* male in Divion. legendum forte,

Dum vigiles oculos plumea forma gerit.

ut adhaereat Virgilio IV. Aen. 181. in descriptione Famae:

——— *cui quot sunt corpore plumae,*
Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu.

EP.

EP. XXVII. *In vicinum invidum.*

Zeleris nimium cur mea, Marcie,
Tamquam si pereas, limina, nescio,
Cum sis proximior una velut domu,
Et nostros paries dimidiet lares.
Sed gratum ferimus, talis es omnibus,
Nec quemquam, nisi te, vis miser adspici.
Contingat quesumus*nomina quod cupis,
Te solum ut videas, Marcie, dum bibis.

EP. XXVIII. *In gibberosum, qui se generosum subjactabat.*

Fingis superbum quod tibi patrum genus,
Nunc Juliorum prole te satum tumens,
Nunc Memmiorum, Martiique Romuli,
Prodesse gibbo forte quod putas tuo:
Nil ista falso verba prosunt ambitu,
Tace parentes, ne quietos moveas,
Natura, nobis unde sis natus, docet.

EP. XXIX. *De eo, qui se poëtam dicebat, quod in triviis cantaretur, & a pueris laudaretur.*

Conponis fatuis dum pueris melos,
Zenobi, & trivio carmine perstrepis,
Indoctaque malis verba facis locis.
Credis te te aliquid laudibus indere,
Famamque ad teneros ducere posteros:

Hoc

EP. XXVII. *Zeleris nimium* &c.] notanda istius aevi locutio *zelari alicujus domum*, pro frequenter expetere vel adire. de quo verbo vide Cangii Glossar. Tom. VI. pag. 1800. ita & quarto versu istius aetatis verbum *dimidiare*, scriptoribus Christianis usitatissimum de quo vid. ejusdem Cangii Glossar. T. II. p. 1506.

gratum ferimus] *feremus* cod. Salm.

vis miser adspici] sic Divion. *nisi te miser aspici* Salm. & a manu recent. *ais miser*. sed recte in Leid. codicis margine *vis miser*.

Contingat quesumus nomina quod cupis] Haec in MSS. foede inquinata sunt propter primam in *quaesumus* correptam, & *nomina* nullo sensu congruo. forte castigandum,

Contingat, querulo nemine, quod cupis.

id est, nemine querente, aut invido.

dum bibis] *dum vivis* Salm. & Leid. sed *bibis* in utriusque marg. a m. s. vid. ad Ep. x.

EP. XXVIII. *qui se generosum subjactabat*] sic cod. Salmas. sed in Divion. *qui se genere subjactabat*. lege, *qui se generosum jactabat.*

Natura, nobis unde sis natus, docet] ita distinxi. *natus doces* in Salm. & Leid. sed *natus, docet* a manu sec.

EP. XXIX. *Conponis fatuis*] ita edidi ex cod. Salm. *futuris* in Div. male & sequenti versu *Triviae*, pro *trivio*. legendum, *& trivio carmina perstrepis.*

Hoc noftrae faciunt femper & alites,
Ni * rite incapies fibilatum canunt.

Ep. xxx. *In puellam hermaphroditum.*

Monftrum feminei bimembre fexus,
Quam coacta virum facit libido,
Quae gaudes futui furente cunno,
Quum te ceperit inpotens voluptas,
Non das quod pateris, facifque cunnum.
Illam, qua mulier probaris effe,
Partem cum dederis, puella tunc fis.

Ep. xxxi. *Ad eum, qui per diem domiens nocte vigilabat.*

Sternis anhelanti feffus quod corde Lycaon,
  Exhorrens lucis munera parta dei.
Et tibi vigilias femper nox trita miniftrat,
  Jam fcio te noftro vivere nolle die.
Aut fi tale tibi ftudium * natura paravit,
  Vivus ad antipodas fis velut inde redi.

Ep.

ftrepis. triviis carmina recitas, fubintellecto *in.* ut apud Ovid. I. Am. 12. 13. *Projectae triviis jacatis.* ut in melioris notae codd. MSS. pro *in triviis.* mox, *verba facis locis* in Salm. & Divion. forte pro *locis* corrigendum *voce*, ut cum *indocta* jungatur. deinde *teneros pofteros* iidem codices, quamquam *memores pofteros* praeftaret. nifi *teneros* referas ad *pueros*, qui in titulo & initio Epigrammatis memorantur. *teneros ephebos* vocat Martial. IX. Ep. 9.

Ni rite incapies, fibilatum canunt*] locus adfectus. in cod. Salmafiano,

Huc noftrae faciunt femper & aliter
Ni brite incapies fibi latum canunt.

& fic fere Leidenfis, nifi quod in eo a manu fec. *femper & alites.* & *Nifi rite incapies, fibilatum canunt.* in fchedis Divionenfibus,

Hac noftrae faciunt femper & alites,
Nibi te incapies fibilatum canunt.

an forte hinc emendandum?

Hoc noftro faciunt femper & alites,
Ni rete incapies, fibila tum canunt.

vel *Ni reti capies.* fic *noftrum* etiam corruptum feq. Epigr. init. fed forte alia adhuc medicina hic locus indiget.

Ep. xxx. *Monftrum*] fic clare in Divion. & a manu recent. in Salm. & Leid. codicis margine. fed *Noftrum* in contextu, & vitiofe *mimembre.*

Quum te ceperit] exigente metro fic emendavi corruptam Salmafiani & Divionenfis codicum fcripturam, in quibus legebatur,

Quur te cepit impotens voluptas.

Illam, qua mulier] ita recte Divion. *quam* Salm. & Leid.

puella tunc fis] hoc modo mendofam utriufque codicis fcripturam emendavi, in quibus legebatur, *puella tuncis.*

Ep. xxxi. *nocte vigilabat*] *noctu* cod. Voff.

Exhorrens lucis &c.] fic Salm. & Divion. *Exorens lucis mun. parta tibi* cod. Voff. fed in marg. *Exhorrens* ex alio v. c.

nox trita] in folo cod. Voff. *nox tetra.*

Vivus ad antipodas &c.] fic verfum hunc exhibent fchedae Divionenfes. in Salmaf. & Leid. *Vivas ad antipotas.* fed *vivus* & *antipodas* a man. fec. corruptiffime in cod. Voffiano,

Vindanti podaffis velud indere di.

& fuprafcr. *Vianafti.* quae fcripturarum monftra funt. An forte caftigandum?

Vade, age, ad antipodas; & vigil inde redi.

vel *fic vigil inde redi.* ut *fic* ex vocula *fis* petatur.

ter.

EP. XXXII. *De Sarcophago, ubi turpia fculpta fuerant.*

Turpia tot tumulo defixit crimina Balbus,
Poft fuperos fpurco Tartara more premens.
Pro facinus! finita nihil modo vita retraxit,
Luxuriam ad Manes moecha fepulchra gerunt.

EP. XXXI. *Item unde fupra, ubi equi Circi bibebant.*

Crevit ad ornatum ftabuli Circique decorem
Purior egregio reddita lympha loco.
Quam cingunt variis infignia clara metallis,
Crifpatoque fuper fcinditur unda gelu.
Excipit hanc patuli moles miranda fepulchri,
Corporibus vivis pocula blanda parans.
Nec clam farcophagus triftiffima funera claudit,
Sed laetus dulci flumine conplet equos.
Fundit aquas duro fignatum marmore flumen,
Falfâ tamen fpecies vera fluenta vomit.
Plaudite vos Mufae, diverfaque plaudite figna,
Quae Circum docili continet arte decor.
Et dum palmiferis poft praemia tanta quadrigis
Garrula victores turba refolvit equos;
Praebete innocuos potus, potufque falubres,
Ut domino proprius gaudia Circus agat.

EP.

tertio autem verfu primam in *vigilias* male producit Luxorius. *parabit* Salm. fed *paravit* in Leid. & Divion.

EP. XXXII. *fpurco Tartara more premens*] fic Salm. & Leid. male enim in Divion.
—— *fpurco Tartara nocte premens.*

moecha fepulchra] elegantem hanc lectionem fervavit codex Divionenfis, vitiofe enim in Salm. & Leidenfi, *Luxoriam ad manes mecum fepulcra.* licet a manu recentiori *moecha* in utriufque margine correctum effet. non diffimile eft quod de anu libidinofa Martial. Lib. X. Ep. 67. *Hoc tandem fita prurit in fepulcro.*

EP. XXXIII. *Item unde fupra*] fic edidi ex compendiofa codicum Salm. Leid. & Divion. fcriptura *unde SS.* ita enim faepe in titulis horum Epigrammatum, fi quid fimilis argumenti antea praeceffferit. ut infra Ep. XLVIII. *Aliter unde fupra.* Lib. V. Ep. CLV. & CLVII. *Aliter unde fupra*, V. C. CORONATI. infra Ep. LVII. forte igitur hoc Epigramma referendum ad illa, quae fuperius Ep. XXV. & XXVI. habentur *de Fama picta in ftabulo Circi.*

Crevit ad ornatum] *Crebit ad ornatum* Salm. *adornatum* juncta voce Leid. & Divion. in quo *Crefcit* pro *Crevit*. *circi ftabulique* cod. Salm. fed alterum eft in Leid. & Div. v. 2. *Nimfa* Salm.

Crifpatoque fuper] *Crifpatumque* Salm. fed *Crifpatoque* Divion. & Leid. in marg.

moles miranda] *oles* Salm. & Leid. fed *moles* manu sec. in utriufque marg.

Nec clam farcophagus] *Ne* Salm. *farcophatus* in cod. & Leid.

Falfa tamen fpecies &c.] *Falfa tamen fpecies nes vera* Salm. *fpecie fucas* Leid. fed in Divionenfi ita ut edidi.

Circus agat] *agit* Salm. fed *agat* Divion. & Leid. in marg.

EP.

Ep. xxxiv. *In cinaedum bona sua corruptoribus dantem.*

Divitias, grandesque epulas, & munera multa,
  Quod proavi atque atavi, quodque reliquit avus,
Des licet in cunctos & spargas, Becca, maritos,
  Plus tamen ille capit, cui dare saepe cupis.
Nescio quid miserum est quod celas, Becca, talento,
  Vendere debueras, si bona membra dares.

Ep. xxxv. *De eo, qui Uxorem prostare faciebat pro filiis habendis.*

Stirpe negata patrium nomen
Non pater audis carus adulter,
Conjugis castae viscera damnas,
Pariat spurios ut tibi natos,
Inscios, quo sint semine creti.
Fuerant• forsan ista ferenda
Foeda proconi vota, parumper
Scire* vel ipsa *situs umquam
Posset adultus dicere matrem.

Ep. xxxvi. *De aleatore, in pretio lenocinii ludente.*

Ludis, nec superas ultor ad aleam,
Nec quicquam in tabula das, nisi virginum
Spondens blanditias, & coitus simul.
Hoc cur das aliis, quod poteras tibi?
An tabulae melius praemina grata sunt,
Aut prodest vitium tale quod imperas?

Si

Ep. xxxiv. *& munera multa*] sic cod. Salm. & Leid. *gaudia multa* in Divion. altero versu in eodem cod. Divion. *reliquit avus.* ut edidi. in Salm. & Leid. *atabi quodque relinquid abus.* tertio autem versu in Divion. videtur scriptum fuisse, *spargas, belle, maritos.* quod forte tam hoc quam quarto versu admitti posset, licet illic *Becca* etiam in Divionensi legatur. confer *belli* hominis descriptionem apud Martialem Lib. III. Ep. 63.

Ep. xxxv. *Pariat spurios*] sic Divion. *spurcos* in Salmas. & Leid. sed *spurios* a m. s. sequente versu *Inscios* correxi pro *Inscius*, ut in Salm. Leid. & Divion. *quod sint* Salm. & Leid.

Foeda proconi vota] an *praeconi*, vel *lenoni*? lenoni nempe uxoris suae. ut Lib. III. Ep. 168. Tom. I. pag. 611. ubi *conjugis adductor* vocatur.

Scire vel ipsa situs] sic Salmas. cod. & Leid. sed in Divionensi,

Si tu vel ipsa situs unquam.

unde restitui posse opinor,

Si tu vel ipse filius umquam.

Ep. xxxvi. *De aleatore in pretio lenocinii ludente*] hic titulus est in Salmas. nisi quod vitiose in eo *ludentem.* *lenonii ludente* Divionens.

& coitus simul] *coitu* Salm. & Leid.

Si vincas, ego te non reputo virginem,
In luxum cupere ſed in agmine vendere.

EP. XXXVII. *In nomen Aegyptii, quo equi Circi infortunium capiebant.*

Icarus & Phaeton Veneto nolente vocaris,
  Atque agilis pigro cum pede cuncta premas.
Sed tamen & Phaeton cecidit ſuper aethera flammis,
  Dum cupit inſolitis neſcius ire plagis.
Tu quoque confractis defectus in aequore pinnis
  Icare Phoebeo victus ab igne cadis.
Dignis ergo tibi praebentur nomina fatis,
  Per te iterum ut pereant, qui periere prius.

EP. XXXVIII. *De Romulo picto, ubi in muris fratrem occidit.*

Diſce pium facinus percuſſo, Romule, fratre,
Sic tibi Roma datur, hujus jam nomine culpa
Nemo te caedis murorum ſi decet omen.

EP. XXXIX. *De eo, qui amicos ad prandium clamabat, ut plura expoſceret xenia.*

Gaudeo quod me nimis ac frequenter
Ambitu paſcis, Blumarit, ſuperbo:

Unde

ſed in agmine vendere] Haec codicis Divionenſis ſcriptura eſt, pro qua corruptius in Salmaſ. & Leidenſi,

In luxum cupere ſe dinagine uindere.

forte hinc emendandum, *ego te non puto virginem,*

In luxum cuperes ſed mage vendere.

EP. XXXVII. *Icarus & Phaeton*] in Salm. & Leid. tam hoc quam tertio verſu *Faeton.* quod pro diverſa ratione ſcribendi nonnumquam occurrit pro *Phaeton* biſyllabum. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 751. ubi hoc ipſo Luxorii Epigrammate etiam iſtam codd. MSS. lectionem firmat. & ſic in Varronis verſu, quem profert Quinctilianus Lib. I. cap. 5. *Cum te flagranti dejectum fulmine Phaeton.* qui etiam legitur apud Marium Victorinum Lib. IV. pag. 203. ed. Commel. ſed ubi *dejecit* editum eſt. vide & ſupra ad Lib. V. Ep. 84. p. 369. & Voſſium Lib. II. de Art. Gram. cap. 14. p. 209.

Veneto nolente] ſic in Divion. *beneto* Salm. & Leid. ſed *Veneto* a man. rec. in marg. v. 2 *acilis* in Salm. & Leid. ſed *agilis* in marg. v. 4. *inſolutis* Salm. *inſolitis* Leid. & Divion.

EP. XXXVIII. *hujus jam nomine culpa*] ſic codd. MSS. an forte, *hujus jam nomine culpat Nemo te caedis, murorum* &c.

EP. XXXIX. *De eo qui amicos* &c.] edidit hoc Salmaſius ad Spartian. Hadr. cap. XVII. & ex eo Almelovenius in Epigr. & Poëm. Vet. pag. 12. *xenia* ex Divion. edidi. *Senia* vitioſe in Salm. & Leid.

paſcis, Blumarit] ſic adfert Salmaſ. ut nomen Viri proprium, cum litera majuſcula. ut & ſcribitur in Divionenſi & Leid. nam in ſchedis Salm. *blumarit.* Eſſe enim nomen proprium Vandalicum patebit ex ſequenti Nobiliſſ. Meermanni nota.

Blumarit] Nomen Gothicum ſeu Vandalicum, ut apud Victorem Vitenſem II. 2. & 14. *Witarit.* apud Ulphilam Math. VI. verſ. 28. occurrit *bloma* pro lilio: quo autem nomine florem in genere Gothi deſignaverint, fragmenta Ulphilae non docent,

Unde sed pascor, mea sunt per omnes
Sparsa convivas bona. nec volebam
Pasceres quemquam, peteresque mecum,
Ne tibi quidquam detur, unde pascas.
Hoc tamen si tu vitio teneris,
Me precor numquam jubeas vocari.

EP. XL. *De Auriga lato frequenter cadente.*

Pascasium aurigam populi fortasse fatentur,
Ast ego non aliud quam turgida membra notabo,
Inflatumque caput, populis, & amica ruinis
Brachia, quem numquam recto moderamine frenant.
Mox cadit & cadit, rursum cadit, inde resurgit,
Et cadit ut miseris frangantur crura caballis.
Non iste humano dicatur nomine natus,
Hunc potius Gryphum proprium vocat Africa Circo.

EP. XLI. *De laude Aurigae Prasini.*

Jecto fiant Prasino felix auriga colore,
  Priscorum compar ars quibus ipsa fuit.
Suetus equos regere & metas lustrare quadrigis,
  Et quocumque velis ducere frena manu.
Non sic Tantalides humero stat victor eburno,
  Una illi palma stat, tibi multa manet.

EP.

cent, ubi nulla floris mentio. Probabile tamen, dictam vocem sive hujus Episcopi aetate sive paulo postea ad flores in genere extensam; certe interpres Teuto antiquissimus, qui seculo VII. vel VIII. scripsit, libri B. Isidori *de Christi nativitate* cap. IX. §. 3. *Tom.* I. *Thes. Antiq. Teuton. Schilteri* florem reddidit *bloman*; unde *Blumarit* vel potius *Blumarids* explico *florens* seu *floridus*. MEERMAN.

Sparsa] *Sparsas* male in Salm. & Leid.

Hoc tamen si tu vitio teneris] Hunc versum agnoscunt codex Divionensis & Leidensis, & adfertur a Salmasio, in cujus codicis apographo, manu Heinsii scripto, erat omissus, sed in margine ab eo additus.

EP. XL. *De Auriga lato*] sic legendum censui ex inscriptione codicis Salmasiani *de Aurigilato*. licet in Divionensi tantum, *de Auriga frequenter cadente*. *aurigam* vero *latum* expono pinguem & obesum. vel forte *inflato* corrigendum. unde v. 2. & 3. ipsi tribuit *turgida membra*, ut emendavi pro *turbida*, & *inflatum caput*.

*Mox cadit & *cadit*] lege, *Mox cadit atque cadit, rursum cadit*. vel *Mox cadit, & cadit, & rursum cadit*.

EP. XLI. *Jecto fiant*] sic Leid. *Jectofiant* cod. Salm. juncta voce. *Jela fiant* Divion. latet in his forte nomen proprium aurigae, quod divinare difficile est. An *Hippophylax?* vel sim. ut *Hepto fias* vel *Hecto filans* mendose prius a rudi librario fuerit exaratum, (ut pleraque in Codd. MSS. unde haec edidi, vitiosissime scripta sunt,) & auriga hic ab equorum cura ac custodia nomen habuerit. sed vulnus hoc aliis sanandum relinqui forsan praestiterit.

compar ars quibus] *compar squibus* Salm. sed *compar ars quibus* clare in Divion & Leid.

equos regere & metas] sic legend. ex Divion. *Suetus equus regere metas* Salmas.

palma stat, tibi] ita Divion. in Salm. & Leid.

Una

EP. XLII. *In eum, qui foedas amabat.*

Diligit informes & foedas Myrro puellas,
Quas aliter pulchro viderit ore, timet.
Judicium quale eſt oculorum, Myrro, fatere,
Ut tibi non placeat Pontica, ſed Garamas.
Jam tamen agnoſco, cur tales quaeris amicas,
Pulchra tibi numquam, ſed dare foeda poteſt.

EP. XLIII. *De ſimiis canum dorſo inpoſitis.*

Reddita poſt longum Tyriis eſt mira voluptas,
Quem pavet ut ſedeat ſimia blanda canem.
Quanto magna parant felici tempora regno,
Diſcant ut legem pacis habere ferae.

EP. XLIV. *De partu Urſae.*

Lambere naſcentis fertur primordia prolis
Urſa ferox, placido quum facit ore genus.

Ex-

Una illi palmae ſtat. unde emendandum,
Una illi palma eſt, at tibi multa manet.
non enim facile recurrendum puto ad brevem ſyllabam poſitionis gratia productam, ut in fragmento ex Varronis Chorographia, quod edidi pag. 335 hujus Vol. ubi ſimiliter,
—— quas maxima Divis
Laetitia ſtat, tum longe gratiſſima Phoebi Dextera.
ubi tamen rectius alii *Laetitia eſt* emendarunt. vide illic notas.

EP. XLII. *& foedas Myrro puellas, Quas aliter pulchro* &c] corrupte in Salmaſiano & Leid.
— Myrro pellas
Quas alit & pulcro vident ore timet.
in qua latet ſcriptura codicis Divionenſis, quam expreſſi.

ſed dare foeda poteſt] ſic Divion. *potes* in Salm. ſed *poteſt* in marg. Leid. forte *ſe dare foeda poteſt. ſe dare*, eſt ſui copiam praebere, quae locutio ſaepe alibi etiam corrupta. vide quae notavi ad Tom. I. Lib. III. pag. 673. niſi potius *ſed dare* de noctis mercede intelligatur.

EP. XLIII. *De ſimiis* &c.] Simiarum magnus in Aethiopia numerus erat, quarum varias figuras videre eſt apud Proſp. Alpinum Hiſt. Nat. Aegypti Lib. IV. cap. 9. eaeque variis artibus ludicris a circulatoribus exercebantur. Fit autem hic alluſio ad foedus quoddam inter Regem Hildericum, ni fallor, & nonnullum Maurorum Ducem initum, ſiquidem cum tranſmarinis populis cum bello implicitum fuiſſe non legimus.
MEERMAN.

pavet] *pavit* Salm. & ſeq. verſ. *felice.* ſed *pavet* Leid. in marg. & *felici.*

EP. XLIV. *De partu Urſae*] Urſos ex variis regionibus in Africam advectos fuiſſe oportet, ſi vera tradidit Plinius, narrans, nullos in Africa urſos naſci, Lib. VIII. Hiſt. Nat. Segm. 54 & 83. ubi tamen vide notata a viris doctis. Pervulgata autem apud veteres opinio fuit, urſas parere maſſam rudem, membriſque parum exaſciatis informem, quam poſtea lambendo perficiant. Verum conſtat jam inter Hiſtoriae Naturalis ſcriptores, catulos urſarum eſſe craſſiſſimis ſecundinis involutos, quae carnis informis ſpeciem prae ſe ferunt, quas mater lambendo rumpere atque avellere ſolet, foetumque ſuum a ſordibus lambendo purgare. MEERMAN. Urſos in Africa nullos vel certe admodum raros, contendit Lipſius Lib. II. Elect. cap. 4. ſed cujus argumenta multis rationibus oppugnavit Cerda ad Virg. V. Aen. 38. & operoſe Salmaſ. in Exerc. Plin. ad Solin. Tom. I. pag. 311. & ſeqq. ed. Pariſ. ſed hunc exſibilat, & Lipſio accedit Iſ. Voſſius ad Melam Lib. II. cap. 5. p. 177. quem fere deſcripſit Harduinus ad Plinium

Lib.

Expolit informes labris parientibus artus,
Et pictas sobolem rursus amore creat.
Attrito truncum formatur corpore pignus,
Dum sculpendo facit crescere membra faber.
Officium natura suum permisit amanti,
Formam post uterum lingua magistra parit.

Ep. XLV. *De laude horti Eugeti.*

Hortus, quo faciles fluunt Napeae,
Quo ludunt Dryades, viretque Chloris,
Quo subit teneras Diana Nymphas,
Quo Venus roseos recondit artus,
Quo fessus teretes Cupido flammas
Suspensis reficit puer pharetris.
Quos Heliconiades ferunt puellae,
Cui numquam minus est amoena frondis,

Cui

Lib. VIII. cap. 36. pag. 196. vide & Raderum ad Martial. pag. 166. de tabula ursorum catulos lambendo formantium vide notas ad Gellium Lib. XVII. cap. 10.

labris parientibus artus] *parentibus* cod. Salm. sed in margine Heinsius *parientibus*. ut in Leid. & Divion. in quo male *ortus* pro *artus*. quinto versu *A trito* cod. Salm. *pignore corpus* in Divion.

Formam post uterum ling. mag. parit] sic recte Divion. *pos uterum* Salm. *post veterum* Leid. *patit* Salm. & Leid. sed *parit* in marg. a manu recent.

Ep. XLV. *De laude horti Eugeti*] Hanc lectionem codicis Salmasiani, quam tamen una addita litera corrigo in *Euageti*, praetulerim lectioni Divionensi, ubi *Euangeli* scriptum est. Quamvis enim hoc nomen Afris non omnino incognitum fuerit, ut probat *Euangelus*, *Assuritanae Ecclesiae Episcopus*, memoratus in Codice Canonum Ecclesiae Africanae apud Iustellum in Biblioth. Jur. Can. Vet. pag. 346. attamen credere malo, a Poëta Vandalo hic describi nobilis cujusdam Vandali hortum, quem perquam fuisse sumtuosum ex ipso hoc carmine discimus: Quod si verum, nulli magis id convenit, quam Euageti, Hilderici Regis agnato, qui Poetae nostro varia dialecto etiam Oages audit, & de quo in notis ad Epigr. 58. dicemus plura. Imo alium quoque ejusdem Oagis hortum, herbis medicinalibus instructum, *domnoque suo aptiorem*, quod in urbe Carthagine, ut videtur, vasto hujus aedificio adhaereret, speciali Epigrammate infra N. 78. celebravit Luxorius; quod verosimile reddit, ab eo laudatum quoque antea fuisse ejusdem hortum ampliorem in agro situm. Exemplar authenticum quum haberet *Euageti*, scriba, vocem Vandalicam non intelligens, corruptamque credens, inde unius literulae immutatione legit *Euägeli*, id est, sublato compendio, *Euangeli*. MEERMAN. *de laude horti Euangeli* in Divion. *de laude ortus Eugeti* cod. Salm. Conferendum est Vomani Epigramma de Laudibus Hortuli, quod edidi Tom. I. pag. 489.

2. *viretque Chloris*] Admisi optimam codicis Divionensis lectionem, quae & in margine Leidensis erat, in cujus contextu, & in Salmasiano vitiose, & metro reclamante, *Quo ludunt Dryades virente choro*. vide quae notavi ad Reposiani Carmen de Concub. Mart. & Ven. v. 36. Tom. I. pag. 43.

3. *Quo subit teneras Diana Nymphas*] *Quos obit* Salm. & Leid. sed in hujus margine *Quo subit*. ut in Divion. Ex corrupta vero scriptura *Quos obit*, Heinsius legendum conjecerat *Quo fovit*. quod amplector, vel *fovet*.

6. *puer pharetris*] sic legend. ut in Divion. pro *liber*, quod in Salm. & Leid. in cujus marg. *puer*.

7. *Quos Heliconiades*] ita Divion. *belaconides* Leid. *elaconides* Salm. sed a man. recent. in marg. *Heliconiades*. quod & Is. Vossius cod. Leidensi adscripserat. Sed duos in initio versus phaleucii dactylos respuit metri lex, cui etiam repugna-

Cui semper redolent amoena verni,
Cui fons perspicuis tener fluentis
Muscoso riguus parit meatu,
Quo dulcis avium canor resultans.
Quidquid per varias refertur urbes,
Hoc uni famulans loco ministrat.

EP. XLVI. *De Tablista furioso, quasi tesseris imperante.*

Ludit cum multis Vatanas, sed ludere nescit,
Et putat imperio currere puncta suo.
Sed male dum numeros contraria tessera mittit,
Clamat, & irato pallidus ore fremit.
Tum verbis manibusque furens miserandus anhelat,
De solitis faciens praelia vera jocis.
Effundit tabulam, mensam, subsellia, pyrgum,
Perditaque Harpiacis aera rapit manibus.
Hic si forte unam tabulam non arte, sed errans
Vicerit, aut aliam nil bene dante manu;
Mox inflat venas, & pallida guttura tendit,
Plusque furit vincens quam superatus erat.
Non jam huic ludum Sapientûm calculus aptet,

* * * * * * *

EP.

narent syllabae, si *Heliconides* corrigeretur. melius itaque legeretur, *Quo sese Aonides ferunt puellae.* certe *se* requirit verbum *ferunt.* & latet hoc in *Quos He*, unde *Quo se se* ultro se exserit. sequens versus

Cui numquam minus est amoena frondis.

corruptus est. sedes mendi haeret in *minus est*, & *amoena* hoc & sequente versu inconcinne repetitur.

10. *Cui fons*] male *frons* in Salm. & Leid. *fons* Divion. & Is. Voss. in marg. Leid. seq. versu *pruris* in Divion. pro *parit*, quod in Salmas. forte *salit* corrigendum, & *resultat* pro *resultans.*

Quidquid per varias &c.] sic edidi ex cod. Divionensi, nisi quod male in eo *locus* legeretur. mendose in Salmasiano & Leidensi,

Quidquid per uias referet urbes
Hoc uno famulans loco subaptat.

sed a man. recent. *per varias refertur urbes.* ultimus autem versus in margine codicis Leidensis sic exhibetur, *Hoc unus famulans locus ministrat.* quod alteri lectioni praeferendum videtur.

EP. XLVI. *Ludit cum multis Vatanas*] *Vatanas* recte legitur in schedis Salmas. pro quo in cod. Divion. male *Vatanans. Vatanas* siquidem nomen Gothico-Vandalicum, ut *Rhodonas*, de quo vide Scriptor. Rer. Gothicar. ex edit Hug. Grotii p. 596. MEERMAN. *Vatanans* tam in Salm. & Leid. quam in Divion. cod. legitur. sed *Vatanas* adfert ipse Salmasius ad Vopisc. Procul. Tom. II. Hist. Aug. Script. pag. 760. qui ibidem alios ex hoc Luxorii Epigrammate de tablista versus produxit pag. 741. & 755. unde deceptus Almelovenius ex eo primum quartumque distichon, sed inverso ordine, & tamquam integrum esset Epigramma, edidit in Epigr. & Poëm. Vet. pag. XI.

tessera mittit] *mitte* Salm. & Leid. sed *mittit* in utriusque marg. a man. recent. & versu seq. *Clamat & irato.* pro quo corrupte *Clamat pe irato.* in eorumdem contextu.

mensam, subsellia, pyrgum] *mensa subselia pirgum* Salm. & vers. seq. *erapis* in Leid. sed in cujus margine

Effundit tabulam, mensam, subsellia, pirgum,
Perditaque arpiacis aera rapit manibus.

pro *Harpiacis*, ut hi versus in cod. Divion. recte le-

EP. XLVII. *De venatore picto, in manibus oculos habente.*

Docta manus saevis quoties se praebuit ursis,
  Numquam fallentem tela dedere necem.
Hinc etiam digitis oculos pictura locavit,
  Quod visum frontis provida dextra tulit.

EP. XLVIII. *Aliter, unde supra.*

Venatori oculos manibus pictura locavit,
  Et geminum egregia lumen ab arte manet.
Hic quocumque modo venabula fulgida pressit,
  Signatum veluti contulit excidium.
Naturae lucem vicerunt fortia facta,
  Jam visus proprios coepit habere manus.

EP. XLIX. *In aurigam effeminatum, numquam vincentem.*

Praecedis vico nec tamen praecedis,
Et quam debueras tenere partem
Ac mollis misera teneris usu.
Umquam vincere possis ut quadrigis;
Corruptor tibi sit retro ponendus.

EP.

leguntur. de *punctis*, *pyrgo*, *tabula*, aliisque ad aleae lusum spectantibus copiose & erudite illic disseruit Salmasius. & vide ad Lib. III. Ep. 76 & 77. de Tabula, Tom. I. pag. 519. & seq. ultimus versus deerat in Salm. Leid. & Divion. per *ludum Sapientum* forte respicit ad Ausonii Poëmatium, hoc titulo insignitum, quo singulorum Graeciae Sapientum sententias carminibus complexus est, & quas ipse etiam Luxorius versibus suis infra explicuit, e quibus nempe tablista hic furiosus sapere, & se ipsum cognoscere potuisset: nisi cogitaverit Monita illa de lusu & ratione Tabulae, prudenter & sine iracundia instituendae, quae versibus descripta edidi Tom. I. p. 517. 518.

EP. XLVII. *Docta manus* &c.] Multum debetur codici Salmasiano & Leidensi, qui utrumque hoc *de venatore picto* nobis servarunt Epigramma. Nam in schedis Diviouensibus unum tantum legebatur, ita ut cum initio primi Epigrammatis coaluerit alterum totum, omissis ceteris prioris Epigrammatis, versibus hoc modo,

Docta manus saevis quoties se praebuit ursis,
  Et geminum egregia lumen ab arte manet.
Hic quocumque modo &c.

Non dubito id describentis incuria contigisse, & in ipso codice utrumque lectum fuisse.

EP. XLVIII. *Naturae lucem*] sic legend. ex Divion. *Nature lucem* Salm. *Nuture lucem* Leid. in quibus seq. vers. etiam male, *Jam visus, proprius.*

EP. XLIX. *Praecedis *vico nec tamen praecedis, Et quam debueras* &c.] Haec corruptissima in codd. MSS. circumferuntur. In *vico* latere *victor* putabam, sensumque esse, Aurigam semper *praecedere* conatum, sed *victorem* numquam *recessisse*. Sed quia *in aurigam effeminatum, numquam vincentem*, titulus prae se fert, corrigendum forte *nonnumquam vincentem*, &, ut legi metricae consulatur, totum Epigramma ita constituendum arbitror, *In aurigam effeminatum, nonnumquam vincentem:*

Prae-

EP. L. *De paranympho delatore, qui se ad hoc officium omnibus ingerebat.*

Hermes cunctorum thalamos & vota pererrat,
  Omnibus ac sponsis pronubus esse cupit.
Hunc quisquam si forte velit contemnere dives,
  Mox ejus famam rodit iniqua ferens.
Nec purum obsequium notis famulatur amicis,
  Indicet ut potius quae videt ille volens.
Non sua sortitur, te qui facit auspice vota,
  Sed tua, cui multum conferet ut taceas.

EP. LI. *De funere mulieris formosae, quae litigiosa fuit.*

Gorgoneos vultus habuit Catucia conjux,
  Haec dum pulchra foret, jurgia saepe dabat.
Fecerat atque suum semper rixando maritum,
  Esset ut insano stultius ore tacens.

Et

Praecedis, neque vir tamen recedis,
Et quam debueras tenere partem,
Hac mollis misero teneris usu.
Umquam vincere possis ut quadrigis,
Corruptor tibi sit retro ponendus.

ultima autem brevi in *possis*, non insolens est sequioris aevi poëtis. primo versu etiam corrigi posset,

Procedis, neque victor antecedis.

ut apud Martialem Lib. XII. Ep 24.

Non vector Libyci niger caballi,
Succinctus neque cursor antecedis.

sed prius malo. *Ut quam vincere possis* cod. Leid.

EP. L. v. 2. *sponsis*] *ponsis* Salm. cod.

3. *Hunc quisquam si forte*] sic Divion. *si* deerat cod. Salm. cujus margini id adscripserat Heins.

Non sua sortitur, te qui facit &c.] *sortitur e qui facit* Salm. *sortiturae* Leid. *sortitur ae* Divion. recte vero *sortitur, te qui* correxerat Heins. in marg. schedar. Salm. & in fine *ut taceas.* pro vitiosa codicis illius lectione *ut taces.* in Leid. *taces.* sed *ut taceas* firmatur a cod. Divion.

EP. LI. *Fecerat atque suum semper rixando maritum*] ita in Divion. corrupte in Salmas. *Fecerat adque semper rixandum maritum.* an forte *Laeserat* pro *Fecerat*? seq. versu *stultius ore tenens* in Divion. sed *tacens* in Salm. & Leid. primo versu *Gorgoneus* male in Salmas.

Defuncta est tandem haec jurgia ferre per umbras] notari hic meretur hiatus *tandem haec*, syllabis non coalescentibus, ut in Epitaphio Paullae Rufinae, vel Juliae Helpidis, quod edidi supra pag. 226. hujus Vol.

Ossa piae cineresque sacri hic ecce quiescunt.

ut versum constituit Reinesius ad Clas. XVII. Inscr. Vet. N. 167. p. 861. ubi copiosam exemplorum seriem tam ex optimi quam sequioris seculi poëtis adfert, ex quibus pateat, adspirationem H saepe consonantis mutae partes gerere, & huic loco similes synalephae, sequente ista litera, neglectae versus adfert ex Theodulpho Lib. I. Carm. v. 282.

Multaque cum habeat, nil docet esse suum.

& v. 630.

Si veniant, fer opem his miserando tuam.

sic supra Ep. XLVI.

Non jam huic ludum Sapientum calculus aptet.

& hinc apud poëtas vetustiores non pauca occurrunt loca, in quibus syllabae natura breves producuntur ante voces ab hac litera incipientes, quod Palaemones nostri, qui talia reprehendunt, ignorare non debebant, saltem discere potuissent ex Vossio Lib. II. Art. Gram. cap. 15. p. 219. ubi ex Virgilio adfert Ecl. VI. 53.

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

& ex Propertio Lib. II. El. 21. 31.

Et tibi Maeonias inter heroidas omnes.

ubi

Et quoties illam trepido cernebat amore,
Haerebat, tamquam vera Medusa foret.
Defuncta est tandem haec jurgia ferre per umbras,
Cumque ipsa litem reddere Persephone.

Ep. LII. *De duobus, qui se compedibus, quibus vincti erant, ceciderunt.*

Compedibus nexi quidam duo forte sedebant
Criminis ob caussam carceris ante fores.
Hi secum subitae moverunt jurgia rixae,
Ebrietatis opus gessit iniqua fames.
Nec caedem pugnis aut calcibus egit uterque,
Vincla illis telum, vincla fuere manus.
Nemo truces posthac debet pavitare catenas,
Si reus e poenis ingerit arma suis.

Ep. LIII. *De caussidico turpi, qui concubam suam Charitem vocabat.*

Esset caussidici si par facundia nervo,
Inpleret cuncti viscera negotii.

At

ubi in altero meo codice MS. legitur,

Et tibi Maeonias omnes heroidas inter.

quod a librariis nasutis & Propertium sub femellam suam vocantibus provenit. Miror simili supercilio Grammatico eos Tibulli versum, vocis transpositione, non emendasse, Lib. II. El. 1. 58.

Dux pecoris hircus duxerat hircus oves.

aut corrupisse illa Statii Lib. I. Sylv. 2. 228.

Hic thyrsos, hic plectra feris, hic enthea lauro &c. & IV. Theb. 547. — *tum quis vultus habitusque, quis ardor.* Manilius Lib. I. 405. *Nec gravius credit: nec horrens* (vel *horrida*, ut in cod. Gemblac.) *frigore surgit.* In loco autem Valerii Flacci Lib. VI. 152. *Omnibus in superos saevus honor*, controversiam lectioni non movent viri docti, sed propter caesuram non autem vi literae H id fieri in notis suis contendit Patruus meus. In codice Regio, cuius excerpta post editum Valerium nactus est, illic legebatur, *Omnibus his suus est superis honor.* sed *saevus honor* propter victimas humanas dici ibidem notavit alia dederunt Barthius Lib. XIX. Adverf. 17. & J. Fr. Gronovius ad Script. Eccl. pag. 156.

Et quoties illam] ita correxi pro *illa*, quod erat in MSS.

reddere Persephone] haec est elegans Heinsii conjectura, nam in schedis Salm. & Divion. *reddere Perse necem.* praecedenti versu post *Defuncta est tandem* distinctionis signum est in Salm. cod. *ferre per undas* male in Divion.

Ep. LII. *Ebrietatis opus*] sic Salm. & Divion. sed in marg. cod. Leid. legebatur *Et virtutis opus.* quod non adspernandum videtur, licet postea deletum esset; nisi sensus sit, catenatos hos captivos, licet fame premerentur, tamen inter se ebriosorum instar rixatos fuisse.

calcibus egit uterque] in Salm. & Leid. *eregit.* unde recte Heinf. *egit.* quod & in marg. cod. Leid.

Ep. LIII. *De caussidico turpi, qui concubam suam*] hunc titulum ex Luxorii codice MS. profert N. Heinsius ad Ovid. Epist. VI. 153. ubi de voce *succuba*, vel *subnuba* agit sic & infra Ep. LVI. *In eum qui, ut senior dici nollet, multas sibi concubas faciebat.* de hac voce sic Joannes de Janua in Catholico suo: *Concuba, bae, generis communis, penult. corrept. qui vel quae cum alio cumbit, vel cubat, a concubo, bas, vel a concumbo, bis.* Glossarium Leidense MS. Isidori Etymologiis subjunctum: *Concubina, pellex, succuba, Concubia, a cubare sive dormire dicta. Concubium, pellicatus.* quibus

At tamen invigilat cauſſis, quae crimina pandunt,
Dum Veneris famulum jure Priapus agit.

EP. LIV. *In Miniſtrum Regis, qui alienas facultates vi extorquebat.*

Bella die noctuque ſuis facit Eutychus armis,
Divitias cunctis e domibus rapiens.

Huic

bus ſimilia etiam in alio ejuſdem Bibliothecae Gloſſario inedito habentur. ſed utroque loco forte *Concuba* ſcribendum, pro *Concubia*, licet *concubia* noctis dicantur de media noctis parte. de quo vide Victorium Lib. VIII. Var. Lect. cap. 3. & de voce *concuba* Cangii Gloſſar. med. Latin. T. II. p. 922. *ſuccuba* etiam apud Apulej. x. Met. p. 228. ed. Pric. *coepit puellam velut aemulam tori ſuccubamque ſuſpicari.* ſed *ſubnubam* ſcribendum cenſet Heinſ. ad d. l. Ovid. pro *ſuccuba.* de qua vide etiam Muncker. ad Hygin. fab. 177. p. 249. *incubus* infra Ep. 67.

Dum Veneris famulum] ita correxi. vitioſe *fabulam* in Salm. Leid. & Divion.

EP. LIV. *In Miniſtrum Regis* &c.] Quamquam ex Lib. III. Epigr. 27. liqueat, Luxorium ſcripſiſſe ſub Hilderico Rege Africae, qui ab A. 523. uſque ad A. 531. regnavit, quemque illic plurimum laudavit, non omnia tamen ejuſdem aetatis eſſe, ex Praefatione, & Epigr. 1. diſcimus. Certe fruſtra eſſet, qui crederet, pravum quemdam deſignari hic Hilderici miniſtrum; eoque magis, quoniam hoc ipſo Epigrammate Regem extorſionis auctorem primarium, miniſtrum modo mandatarium facit. Nuſpiam vero legimus talia juſſiſſe Hildericum, qui ex vano metu ſic dictis Catholicis plus juſto favens, imo contra Leges Regni primarias incurrens, non ſeveritate, nedum ſaevitia, verum nimia indulgentia ac ſtultitia peccavit, fere, ut noſtra aetate Petrus III. Ruſſorum Imperator: ſed quum Gelimer, pulſo Hilderico, regnum Africae invaſiſſet, moxque Beliſarius cum copiis eam orbis partem intraſſet, juſſu Imperatoris Juſtiniani, (qui ſub praetextu Hilderico ſuccurrendi ſibi ipſi regnum quaerebat, deincepſque procuravit) novus ille Africae Rex multum ſtatim crudelitatis, Hildericum hujuſque proximos cognatos tollendo, exercuit; ac deinde timens, ne viciſſim regno per Beliſarium privaretur, graviſſimas exactiones ab Afris popoſcit. colore forſan tuendae quovis modo Africae, reapſe autem augendae gazae ſuae regiae, cauſa, quod omne paucis verbis contraxit Auctor illius temporis, Victor Tununenſis in Chronico ſcribens: *Juſtiniano Aug. III. Coſ.* (A. 533.) *Gelimer Tyrannus multos nobilium Africae Provinciae crudeliter extinguit, multorumque ſubſtantias per Bonifacium tollit.* Plenius vero de hoc Bonifacio egit Procopius Lib. II. Hiſt. Vandal. pag. 75. ſeq. edit. Grotii, e quo diſcimus, eum fuiſſe Afrum Byzacenum, Gelimeriſque domeſticum, cui Rex mandaverat, ut, ſi res ſequius caderent, gazam ſuam, celerrimae navi impoſitam, e portu Hipponis Regii transferret ad Theudin, Viſigothorum Regem, quo Gelimer eo caſu ſibi perfugium animo deſtinaverat. Sed neutrum eorum accidit. Nam Gelimerem cum propinquis poſthac captivum per Beliſarium abductum fuiſſe Conſtantinopolin, conſtat ex Hiſtoria. Quod vero ad opes Regis, Bonifacio concreditas, attinet, ipſe hic domeſticus, quum oborta tempeſtate e portu Hipponenſi ſolvere vix potuiſſet, eas Beliſario in hanc urbem advenienti prodidit, poſtquam fides ipſi ſacramento data eſſet, ut in pretium tantarum divitiarum haberet & vitam, & res ſuas ſalvas, atque ita Beliſarius, accepta per familiares Gelimeris gaza, *Bonifacium dimiſit, tum rerum ſuarum compotem, tum eorum, quae ex Gelimeris poſſeſſis non pauca ſubduxerat.* Id omne vero dum totidem verbis Procopius narrat, ſecum pugnare videtur, quod eum paulo ante Regi ſuo cum primis fidum dixerit, niſi his verbis innui ſtatuas, eum ſcelerum ipſius conſtanter fuiſſe participem. certe hunc Bonifacium peſſimum, ſi quid video, Miniſtrum, imo omnium forte malorum, quae Gelimer perpetravit, architectum, in utroque hoc Epigrammate tangit manifeſte Luxorius, juſtisque coloribus depingit ſub ficta appellatione; verum etenim *Bonifacii* nomen exprimere non auſus ex prudentia, illud in aliud Graecum ſatisque notum *Eutychis* tranſtulit, cujus eadem prope ſignificatio. Ceterum vel hoc ſolum exactionis Regiae, non in ſalutem Reipublicae, ſed in privatum commodum, & per infamem avaritiam commiſſae exemplum, ni alia multa adeſſent, veritatem confirmare poterit notiſſimi proverbii; *Male parta male dilabi.* MEERM.

ſive repugnat] *ſibive* Salm. & Leid. in cujus marg. *ſive*, ut in Divion.

Regis

Huic si forte aliquis nolit dare, sive repugnet,
  Vim facit, & clamat Regis habenda minis.
Quid gravius hostes, furaxve latrunculus implet,
  Talia si dominus, atque minister agit.

EP. LV. *De eodem. aliter.*

Cum famulis telisque furens penetralia cuncta
  Eutychus irrumpit, divitiasque rapit.
Hunc nullus vetat ire parens, non forsan amicus,
  Deterior precibus redditus ille manet.
Quae sunt ergo manus aut ferrea tela ferenda,
  Quisve aries talem quodve repellat opus?
Huic si nemo potest ullas opponere vires,
  Obvia sint illi fulmina sola Dei.

EP. LVI. *In eum, qui, ut senior dici nollet, multas sibi concubas faciebat, & horrebat senex vocari.*

Accusas proprios cur longo ex tempore canos,
  Cum sis Phoenicis grandior a senio.
Et quoties tardam quaeris celare senectam,
  Pellicibus multis te facis esse virum.
Incassum reparare putas hac fraude juventam,
  Harum luxus agit, sis gravis aut senior.

EP. LVII. *Item* ISS *quod se mori numquam diceret.*

Quantum tres Priami potuissent vivere mundo,
  Aut quantum cornix atque elephas superest;

Tan-

Regis habenda minis] sic recte Divion. *nimis* in Salm. & Leid. sed in cujus marg. *minis*.

Quid gravius hostes furaxque latrunculus implet] ita Divion. in cod. Salmas. & Leid. *hostes fura ut latrunculus*. unde Heinsius *fur aut latrunculus*. ut & in Leid. cod. correctum erat. Respicit notum Virgilii versum, *Quid domini facient, audent quum talia fures. latrunculus*, a latrone, proba vox est. ut vel ex hoc uno Ciceronis loco patet de Provinc. Consul. cap. 7. *Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a propraetore una coborte auxiliaria gesta*. hinc & *latrunculator* de judice, qui latronibus capiendis & puniendis praeest. de quo Casaub. ad Capitolin. in Anton. Philos. cap. 21. p. 369. pro quo vitiose in Glossis Lat. Graec. *Latoniculator*, ληστοδιώκτης. ut monuit Cangius in Glossar. Lat. Tom. IV. p. 70. deinde *si*] *dominus* edidi ex schedis Divion. & marg. cod. Leid. male enim *sic* in Salmas. similis coloris sunt illa Hermiones apud Ovid. Ep. VIII. 11.

Quid gravius, capta Lacedaemone, servo tulissem,
  Si raperet Grajas barbara turba nurus.

EP. LV. *quodve repellat*] sic recte Salm. *quod vere pellat* perperam in Divion.

EP. LVII. *Item* ISS.] forte *item ut supra*, vel *unde supra*. vid. ad Ep. XXXIII. vers. tertio *Tantam dum numeres* in cod. Salm. *Tantum* in Divion. *numeras* Leid. in marg. pro *numquam firmas* forte legendum *adfirmas*. in cod. Salm. *formas*. sed *firmas* in marg. Leid. & in Divion.

Et

Tantam dum numeres longaeva aetate fenectam,
  Te numquam firmas Tartara poffe pati.
Et credis Lachefim numquam tua rumpere fata,
  Aeternoque putas ftamine fila trahi.
Quamvis tarda, tibi veniet mors ultima tandem,
  Cum magis oblitus coeperis effe tui.
Nam poena eft potius morbis producere vitam,
  Quod non femper habet triftius effe diu eft.

EP. LVIII. *Epitaphion de filia Oageis infantula.*

Heu dolor, & magnis femper mors invida fatis,
Quae teneros artus inimico fidere mergit.
Demira hoc tumulo regalis clauditur infans,
Cui vita innocua eft quarto dirupta fub anno.

Quam

Et credis Lachefim] ita emendavi ex fchedis Divion. & marg. cod. Leid. nam mendofe in cod. Salm. *Et credis inceffim.* in quo etiam corrupte fed. verf. *flamina fila trai.*

veniet mors ultima tandem] vide ad Tom. I. hujus Anthol. p. 597.

Quod non femper habet triftius] *habes tritius* cod. Salm. fed *habet triftius* in Leid. & Divion. adfectus & inelegans verfus eft, & qui medicinam defiderat, quamquam ei fanando nihil aliud nunc fuccurrit, quam ut legatur & interpungatur,

Quos dum femper habes, triftius, effe diu, eft. hoc eft, dum morbis femper laboras, diu vivere, triftius eft, eo fenfu, quo apud Martialem Lib. VI. Ep. 70.

Aetatem Priamique, Neftorifque,
Longam qui putat effe, Martiane,
Multum decipiturque fallit urque;
Non eft vivere, fed valere, vita.

EP. LVIII. *Epitaphion de filia Oageis*] Ex hoc Epigrammate patet, Oagen, qui Libyam armis protexiffe dicitur, quique in Infcript. Epigr. 76. *Dominus* audit, fuiffe ex Regis familia. Quum vero Luxorius fub Hilderico ac Gelimere, Vandalorum Regibus, floruerit, lucis nonnihil miniftrare Epigrammati poteft ejus temporis hiftoria. Procopius quippe Lib. I. Hift. Vandal. p. 27. feq. edit. Grotii, narrat, Hildericum bellis involutum fuiffe cum Mauris Byzacenis (eos intelligo, qui gentiles effent, Vandalisque vicini) fed quum ipfe ad pugnam inhabilis effet, exercitus curam demandaffe fratri fuo patrueli Oamero, viro egregio, qui *Vandalorum Achilles* audiebat. Idem vero Auctor Oamero mox adjungit hujus fratrem Euageen, quem fupra ad Epigr. 45. etiam Euageten vocaffe Luxorium oftendi, rectius vero hic *Oagen* nuncupaffe Luxorium, fuadere videtur vocum *Oamer*, & *Oagis* affinitas, quamquam Vandali forte pronunciaverint *Auges*, quo nomine Princeps Gothus occurrit apud Jornandem de Reb. Get. cap. 14. Oageis igitur fub aufpiciis fratris Oameris Libyam feu Africam ab incurfu barbarorum defendebat, quum triftis ei nuncius perferretur de obitu filiolae Demirae. Aft utinam ei cum folis Mauris dimicandum fuiffet, quando vires experiri poterat cum egregio Byzacenorum Duce, Antalia; fed apud Afros bella inteftina, externis multum deteriora, nobili fratrum pari fatum accelerarunt. Poftquam enim Hildericus propria, ut ad Epigr. 54. indicavimus, culpa regno excidiffet, idque invafiffet major jam natu Gelimer, is firmandae fuae poteftatis gratia, non Ex-Regem modo, fed & Oamerem ac Oageen cuftodiae tradidit, Oamere mox oculis privato, imo poftea appropinquantibus copiis Juftiniani Imp. veritus, ne forte e cuftodia per Belifarium liberarentur, multaque ab iis arcana detegerentur, primo Oamerem, moxque etiam Hildericum & Oageen A. 533. interfici juffit. Sed ipfe tamen voti compos haud factus eft, quippe anno proximo per Belifarium regno privatus, & in Orientem abductus. quod quum omnibus notum fit, hic repetere nihil attinet. MEERMAN. *Oagetis* in cod. Salmaf. fed *Oageis* Leid. & Divion. ut infra Ep. LXXVI. in titulo *de horis Domini Oageis* &c. ubi Salmafiani codicis fcriptura reliquis confentit.

 Ep.

Quam facile obfufcant jucundum triftia lumen!
Nemo rofam albentem, fuerit nifi quae bona, carpit.
Haec parvam aetatem cuncta cum laude ferebat,
Grata nimis fpecie, verecundo garrula vultu,
Naturae ingenio modicos fuperaverat annos:
Dulce loquebatur, quidquid praefumpferat ore,
Linguaque diverfum fundebat mellea murmur,
Tamquam avium vernare folet per tempora cantus.
Hujus puram animam ftellantis regia coeli
Poffidet, & juftis intervidet effe catervis.
At pater Oageis, Lybiam dum protegit armis,
Audivit fubito defunctam funere natam:
Nuntius hic gravior cunctis fuit hoftibus illi,
Ipfaque fub tali flevit Victoria cafu.

EP. LIX. *De Aquis calidis Cernenfibus.*

Ardua montanos inter fplendentia lucos
  Culmina, & indigenis nunc metuenda feris;

Qua

cunctis fuit hoftibus illi] fic recte cod. Salm. male enim in Divion. *armatis fuit hoftibus.* & v. 12. *verna refonas*, addito corruptae lectionis figno. paullo ante fcribendum opinor, *& juftas inter videt effe catervas.*

EP. LIX. *De Aquis calidis Cernenfibus*] Quamquam in cod. Salmafii et Scriveriano expreffum fit, *de Aquis calidis Cernenfibus*, dubiam hujus loci fituationem reddit, quod in Divionenfi legatur *Carnenfibus.* Fruftra certe effet, qui hic de infula *Cerne* cogitaret, ad Montem Atlantem Majorem fita, de qua multa Chr. Cellarius in Geographia Lib. IV. cap. 8. fiquidem illius fedes huic defcriptioni plane non congruit. Fuit ergo, quum lectioni cod. Divionenfis infiftens, *Carnenfibus* mutarem in *Carpenfibus.* Nota fiquidem eft urbs *Carpi*, e regione fere Carthaginis, & proxime Tunetem, ubi aquas calidas exftitiffe e Livio, Plinio, Ptolomaeoque difcimus. de qua vid. Shaw in Itiner. Tom. I. p. 98. verf. Gall. At loquitur manifefte Poëta de loco antehac perquam obfcuro, ac deferto inter montes fylvasque fito, quod certe urbi *Carpi* non convenit. Itaque, donec quis meliora me docuerit, exiftimabo *Cernenfibus* leviffima emendatione mutari poffe in *Cirnenfibus. Cirna mons* in Zeugitana Mediterranea memoratur Ptolemaeo, & in Auftrum illius *Aquae Calidae.* Haec tamen conjectura fi vera, Chr. Cellarius in mappa fua Africae propriae eas n Cirna monte nimis removit. MEERMAN.

Jam edidi hoc ipfum Epigramma Tom. I. pag. 479. fub nomine auctoris LUXORII, & titulo *de Aquis calidis Cernenfibus*, ut infcriptio erat in codice Salmafiano & Scriveriano, unde produxerat N. Heinfius ad Claudian. Eidyll. VI. de Apono, ubi etiam nonnulla in eo emendavit; & ex Heinfio edidit Almeiovenius inter Epigr. vet. pag. 9. quintum diftichon *Quis fterilem non credat humum* &c. itemque ultimum, *Et quum fic rigidae cautes* Claudiano fubiegiffe Luxorium, notavit Heinfius. Ideo autem hoc Epigramma repetendum hoc loco duxi, ut integra Luxorii Epigrammata uno fafciculo conprehenderem, praefertim quum illud in codice Divionenfi ftatim fubnectebatur praecedenti Epitaphio de filia Oageis; omiffis quatuor Epigrammatibus, quae in codice Salmafiano, ejufque apographo Leidenfi, ceteris inferebantur, fed jam dudum in Pithoei Catalectis occurrebant, quaeque ad Luxorium non pertinere certus fum; quale eft illud *de Amphitheatro in villa vicina mari*, quod edidi Tom. I. pag. 466. *de figillo Cupidinis aquas fundentis*, ibidem productum pag. 15. *de Neptuno marmoreo aquas fundente.* & *de puteo cavato in monte arido*; quod idem eft ac illud *de puteo excavato*

in

Qua deserta prius solum nemus antra tenebant,
Tetraque inaccessam fecerat umbra viam.
Qua vos laude canam? quantoque in carmine tollam?
In quibus exstructa est, atque locata salus.
Hic etiam ignotas stupet ad praetoria fervor
Plenior, & calidas terra ministrat aquas.
Quis sterilem non credat humum? fumantia vernant
Pascua, luxuriat gramine cocta silex.
Innocuos fotus membris parit intima tellus,
Naturamque pio temperat igne calor.
Et cum sic rigidae cautes fervore liquescant,
Contemtis audax ignibus herba viret.

EP. LX. *De Sententiis septem Philosophorum.*

Solon praecipuus, fertur qui natus Athenis,
Finem prolixae dixit te cernere vitae.

Chi-

in montis jugo, quod legitur eodem Vol. I. pag. 474. Illa igitur hic praetermisi, quia in iisdem schedis Salmasianis etiam alia interseruntur, in Catalectis Pithoei jam exstantia, quae a Divionensi codice, sola Luxorii Epigrammata exhibente, non agnoscuntur. ut supra ante Ep. x. notavi in codice Salmasiano occurrere Epigramma alterius auctoris *in clamosum Pygmaeum*, quod desiderabatur in Divionensi. ideoque id illic etiam omisi, quia jam in Vol. I. produxeram. de Cerne insula non longe a Carthagine, ut volunt nonnulli, dissita, dulcibus aquis scatente, vide Salmas. ad Solin. Tom. II. pag. 1243. & seq. Is. Voss. ad Melam II. 7. 44. & III. 9. & ad Scylacis Periplum p. 125--127. *Carpos* autem Carthagini vicinos etiam innuit Antonini Itinerar. pag. 493.

v. 3. *Qua deserta prius solum nemus antra tenebant*] *Qua deserta prius, solo nemo lustra tenebat* male in Divion. *Solo nemo strata* Salmas. & Leid.

4. *Tetraque inaccessam fecerat umbra viam*] corrupte in Salm. & Leid. *Sed erat umbra vem.* & in Divion. *Sederat umbra nivem.*

5. *Qua vos laude canam*] sic leg. *Quas vos* cod. Salm. *Qua fuos* Leid.

6. *In quibus exstructa est, atque locata salus*] *extrema est* Divion. *ex truco est adque* Salm. *extetrice* Leid. unde ex vitiosae Salmasiani codicis scripturae vestigiis conjecerat Heinsius *ex tuto est*. forte etiam pro *atque locata* scripserit auctor *statque locata salus.*

7. *Hic etiam ignotas*] *ignota* Divion. & Leid.

8. *& calidas*] *ex calidas* Salm. & Leid. *exariiat* vitiosius in Divion.

9. *Quis sterilem*] *Qui sterilem* Salm.

10. *luxuriat gramine cocta silex*] *culta silex* Divion. *luxuriet* Salm.

11. *Innocuos fotus*] *potus* Divion. *fotus* legit Heinsius ad Claudian. ut edidi. quod a cod. Salm & Laid. firmatur.

13. *rigidae cautes fervore liquescant*] *rigitae* Salm. *rigite* Leid. male etiam *rigescant* in Divion. pro *liquescant.*

EP. LX. *De Sententiis septem Philosophorum*] eadem complectitur Epigramma vetustius, quod edidi Tom. I. Lib. III. cap. CCX. p. 571. ubi id cum Ausonianis conferendum notavi. quibus addantur similia in Antholog. Graec. Lib. I. Tit. LXXXVI. Ep. 7. pag. 171. ed. Obsop. quae sic interpretatus est Hugo Grotius:

Patria, vox, nomen, septem Sapientibus haec sunt.
Optima res modus est, Cleobulus Lindius inquit.
Ipsum te noris, ait ex Lacedaemone Chilon.
Iram vince, monet Periander ab urbe Corintho.
Nil nimium, dicit tibi Pittacus ex Mitylena.
Cecropides spectare Solon jubet ultima vitae.
Plures esse Bias pravos fatus ille Priene.
Mileti stirps clara Thales, vadimonia vita.

Я

Chilon, quem patria egregium Lacedaemona misit,
Hoc prudenter ait, te ipsum ut cognoscere possis.

De Mityleneis fuerat qui Pittacus oris,
Tu ne quid nimis ut cupias exquirere, dixit.

Thales, ingenio sapiens Milesius acri
Errorem in terris firmat non coelitus esse.

Inde Prienaea Bias tellure creatus,
Plures esse malos divina voce probavit.

Urbe Periandrus genitus, cui fama Corintho est,
Omnia constituas tecum ut meditando revolvas.

Cleobulus, proprium clamat quem Lydia civem,
Omne, inquit, magnum est, quod mensura optima librat.

EP. LXI. *De Januario mense.*

Lucifer annorum & seclis Sol nate secundis,
* * * * * * *
Tu rota certa tui tecum sine fine laboris,
Itque reditque tibi, quidquid in orbe venit.

Om-

& horum Sapientum encomia conplectuntur septem Epigrammata Graeca in eadem Antholog. Lib. III. Tit. XXXII. Ep. 18. usque ad Ep. 24. inter recentiores vero Sapientum dicta jambicis carminibus expressit Joachimus Camerarius.

Solon praecipuus] *praecipuis* male in Salm. & Divion. in quo seq. vers. *se cernere.*

patria egregium Lacedaemona misit] sic Divion. *Cilon quem patri & egregium Lacetemona* Salm. notari hic meretur *Lacaedaemona*, casu primo, quem Latini ex Graeco accusativo formant, ut *Salamina*, *Marathona*, *Gorgona*, *Amazona*, *Chalcida*, & sim. de quibus vide Davis. ad Cic. I. Tusc. cap. 46. & plurima similia exempla congessit Muncker. in Differt. de Hygino pag. 10. & seqq. sic *Briseida* pro *Briseis*, de quo vid. ad Tom. I. hujus Operis pag. 645. & *Laida* pro *Lais* infra Ep. 88.

Hoc prudenter ait] *erit* male in Divion.

Milesius acri] *agri* corrupte in Salm. Leid. & Divion.

Prienaea] sic recte Divion. *Pirinea* Salm. a manu sec.

constituit tecum ut meditando revolvas] sic Salm. & Leid. sed in Divion.

Omnia constituas tecum. ut meditando resolvas. quod praetuli, modo *revolvas* servetur.

EP. LXI. *seclis Sol nate secundis*] ita in cod. Divion. sed in Salm. & Leid. *seclis Sollane secundis.* unde *Sol Jane* conjecerat Heinsius. secundi versus lacunam indicabant asterisci adpositi in cod. Divion. nam continua serie male legebantur in Salmasiano. addi hoc potest ceteris Epigrammatibus *de Mensibus*, quae edita sunt Lib. V. pag. 358. & seqq.

Tu rota certa tui tecum sine fine laboris] haec Divionensis codicis lectio est pro corrupta Salmasiani & Leidensis scriptura, *Tu rota certat vitae cum sine fine laboris.* in quibus codicibus hic versus bis repetebatur ad hiatum secundi versus supplendum. ult. vers. *quaeve* in Salm.

EP.

Omnia perpetuis praecedis frontibus ora,
Quae necdum venient, quaeque fuere, vides.

EP. LXII. *De Olympio, Venatore Aegyptio.*

Grata voluptatis ſpecies, & cauſſa favoris,
Fortior innumeris venator, Olympie, palmis:
Tu vero nomen membrorum robore ſignas,
Alcides collo, ſcapulis, cervice, lacertis
Admirande, audax, velox, animoſe, parate,
Nil tibi forma nocet, nigro fucata colore,
Sic ebenum pretioſa ſibi natura creavit,
Purpura ſic magno depreſſa in murice fulget,
Sic nigrae violae per mollia gramina vernant,
Sic tetras quaedam commendat gratia gemmas,
Sic placet obſcuros elephans inmanis in artus,
Sic turis piperiſque Indi nigredo placeſcit.
Poſtremum tanto populi pulchreſcis amore,
Foedior eſt quantum pulcher ſine viribus alter.

EP. LXIII. *Epitaphium ejusdem Olympii.*

Venator jucunde nimis atque artiferarum,
Saepe placens, agilis, gratus, fortiſſimus, audax,

Qui

EP. LXII.. *De Olympio, Venatore Aegyptio*] ſic Divion. *Olimpo* Salm. ex libro MS. Jacobi Gallaei hoc etiam produxit Cuperus de Eleph. Exerc. II. cap. XI. pag. 235.

animoſe, parate] ita cod. Salm. & Leid. in marg. *animoſa parate* Divion. *animo ſeparate* Leid. a manu pr.

Sic ebenum pretioſa ſibi natura creavit] ita Divion. mendoſe in Salmaſ.

Sic ivenum precioſas venatura créabit.

in Leidenſi *Sic ebenum praetioſa fue natura* a manu ſec. *ſuae* ex MS. profert Cuperus.

gramina] *gravia* cod. Salm. ſed *gramina* Divion. Leid. in marg. & MS. Gallaei apud Cuper.

piperiſque Indi nigredo placeſcit] ita legendum ex cod. Divion. in quo tamen *piperis Indi* ſine copula: & huic lectioni inſiſtit corrupta codicis Salmaſiani & Leidenſis ſcriptura,

Sic turis piperiſque indigni credo placeſſit.

licet in utriuſque margine a manu recent. *piperiſque Indi nigredo placentis.* ut Scriverium emendaſſe notat Cuperus, qui ex MS. Gallaei etiam adfert, *Indigni credo placeſſit.* ſed *Indi nigredo* emendaſſe Antonium Clementem, Gallaei avunculum, addit. praec. verſ. *anartus* mendoſe in cod. Gallaei pro *in artus.*

pulchreſcis amore] *pulcre fis* Salm. & Leid. ſed *pulchreſcis* in Divion. ut in marg. ſchedar. Salmaſ. correxerat Heinſius, & Scriverius apud Cuper.

EP. LXIII. *Venator jucunde nimis atque artiferarum*] ita cum aſteriſco in Divion. *arti ferarum* in Salm. An forte,

Venator, jucunde minis atque arte, ferarum?

minas vero hic intelligo de clamore & hortatu, quo canes agimus & velut ſtimulo increpamus, ut celeriter feras inſequantur, quod cum quadam venatorum voluptate fit, ideoque *jucundus minis* venator hic non incommode dicitur. quod *hortari* poëtae frequenter vocant. id *rapidum agmen (canum) hortatibus inſtigare* Ovidio Lib. III. Met. 242. ubi vide Heinſ. & ad Epiſt. IV. Heroid 42.

Hor-

Qui puer ad juvenes dum non adjunxeris annos,
Omnia maturo complebas facta labore:
Qui licet ex propria populis bene laude placeres,
Praestabas aliis, ut tecum vincere possent.
Tantaque mirandae fuerant tibi praemia formae,
Ut te post fatum timeant laudentque sodales.
Heu nunc tam subito mortis livore peremptum
Iste capit tumulus, quem non Carthaginis arces
Amphitheatrali potuerunt ferre triumpho.
Sed nihil ad manes hoc funere perdis acerbo,
Vivit fama tui post te longaeva decoris,
Atque tuum nomen semper Carthago loquetur.

Ep. LXIV. *De Chimaera aenea.*

Aeris fulgidi nitens metallo,
Ignes pertulit arte quos movebat,
Et facta est melior Chimaera flammis.

Ep. LXV. *De Statua Veneris, in cujus capite violae sunt natae.*

Cypris candenti reddita marmore
Veram se exanimis corpore praebuit;
Infudit propriis membra coloribus,
Per florem in statuam viveret ut suam.

Nec

Hortari celeres per juga longa canes. ubi tamen male *Sectari* mallet ex loco Propertii Lib. III. El. 12. 14. *Sectatur patrios per juga longa canes.* Illic enim *Hortatur* etiam legendum; quia feras *sectamur*, canes *hortamur*, vel clamore ac minis monemus. ut Lib. II. El. 15. 20. *audaces ipse monere canes.* sic Ovidio x. Met. 537. *Hortaturque canes.* sed *sectari* de feris. ut Silius Ital. XIV. 262. *Seu silvis sectere feras.* ubi vide Drakenb. deinde *arte* corrigendum censui, quia *artem* passim de venatione dicunt veteres. ut Phaedra apud Ovidium Epist. IV. 37. de venatu, *ignotas nitor in artes.* idque Gratio usitatissimum patet ex notis ad Ejus Cyneg. v. 1. & 151. v. sec. *sagittis gratus* vitiose in cod. Salm. pro *agilis, gratus*, ut in Divion.

populis bene laude placeres] sic Divion. *populis* deerat cod. Salm. sed Leidensi additum reperi, & in margine adnotatum, *id manu semiantiqua adscriptum.*

laudentque sodales] *laudesque* Salm. & Leid. sed in utriusque marg. a manu rec. *laudentque.* ut in Divion. deinde *tumulos quem non Hartaginis arces Amfiteatrali* corrupte in Salm.

Ep. LXIV. *Aeris fulgidi*] sic Salm. & Divion. sed legendum *Aeris fulgiduli.* ut peccatur seq. Epigr. ubi *Cypris candenti reddita marmore* in codd. MSS. sed illic etiam *candidulo* exigit metrum, ut hoc loco *fulgiduli.*

Ignes pertulit arte quos movebat] Ita in Divion. vitiose cod. Salm. *Ignes pertullit artes quos movebat.* aut legendum,

Ignes pertulit, arte quos movebat.

quod & in marg. schedarum Divion. correctum. *Cymera* vitiose in Salm.

Ep. LXV. *candenti reddita marmore*] legendum *candidulo.* ut metri lex postulat. & sic Scriver. & Is. Vossius in marg. cod. Leid.

exanimis] *ex animis* cod. Leid.

Ep.

Nec mendax locus eſt, qui violas ferat,
Servabit famulas inguinibus roſas.

EP. LXVI. *In caecum, qui pulchras mulieres tactu noſcebat.*

Lucis egenus viduae frontis
Iter amittens, caecus amator
Corpora tactu mollia palpat,
Et muliebres judicat artus,
Nivei cui ſit forma decoris,
Credo quod ille nolit habere
Oculos, per quos cernere poſſet,
Cui dedit plures docta libido.

EP. LXVII. *In Philoſophum hirſutum, nocte tantum cum puellis concumbentem.*

Hiſpidus tota facie atque membris,
Crine non tonſo capitis verendi
Omnibus clares Stoicus magiſter:
Te viris tantum ſimulas modeſtum,
Nec die quaeris coitum patrare,
Ne capi poſſis lateaſque ſemper;
Fervidus ſed cum petulante lumbo
Nocte formoſas ſubigis puellas,
Incubus fies ſubito per actus,
Qui Cato dudum fueras per artes.

EP.

EP. LXVI. *caecus amator*] *caeus* Leid. manu pr. *caeco* Salm. ſed *caecus* in utroque a manu ſec.
Credo quod ille nolit habere] deeſt hic verſus codici Divionenſi, incuria deſcriptoris omiſſus.
EP. LXVII. *Te viris tantum ſimulas modeſtum*] ſic Divion. vitioſe in Salm. & Leid. *De viris tantum ſimules modetum.* & v. 6. *Nec capi.*
Sed cum petulante lumbo] *ſed enim* male in Divion. *ſed cum* in cod. Salm. & Leid. in quibus male *formoſus* ſeq verſu.
Incubus fies ſubito per artes] ita edendum cenſui. In cod. Salmaſ. & Leidenſi,
Incubus fies ſubito peractum,
Qui Cato dudum fueras per artus.
In Divionenſi,
Incubus fies ſubito per actum,
Qui Cato dudum fueras per actus.
incubum ab aliis *incubonem* dici patet ex Servio ad Virg. VI. Aen. 776. ſed *incubus* aeque rectum eſt, ac *ſuccuba*, *concuba*. vide ſupra ad Ep. LIII. pro paedicone etiam poni notat Erhardus ad Petron. cap. 80. p. 395.

EP. LXVIII. *De Catula sua brevissima, ad domini sui nutum canente.*

Forma meae catulae brevis est, sed amabilis inde,
Hanc totam ut possit concava ferre manus.
Ad domini vocem famulans & garrula currit,
Humanis tamquam motibus exsiliens.
Nec monstrosum aliquid membris gerit illa decoris,
Omnibus exiguo corpore visa placet.
Mollior huic cibus est, somnusque in stramine molli,
Muribus infensa est, saevior atque catis.
Vincit membra imis latratu fortia turba,
Si natura daret, posset ab arte loqui.

EP. LXIX. *De pardis mansuetis, qui cum canibus venationem faciebant.*

Cessit Lyaei sacra fama nominis,
Lynces ab oris qui subegit Indicis;
Curru paventes duxit ille bestias,
Mero gravatas agminari nescias,
Et quas domarent vincla coetu garrulo.
Sed mira nostri forma constat seculi,
Pardos feroces, saeviores tigribus,

Qui

EP. LXVIII. *De catula sua brevissima, ad domini sui nutum canente*] sic cod. Divion. vitiosissime in Salmas. *eais Bie*. in Leid. *carrendi*. unde forte *currente* elici posset. ut v. 3. *famulans & garrula currit*. versu primo *mei catuli* in Salm. sed alterum in cod. Leid. & Divion. ut in titulo.

motibus exsiliens] *montibus* Salmas. sed *motibus* in marg. a manu rec. & in Leid.

Si natura daret] *dare* Salm. & male in cod. Leid. distinguitur,

Si natura dare posset ab arte loqui.

sed *daret* Heinsius in marg. schedar. Salm. ut in Divion. praecedenti versu *imis* & *turba* sine dubio corrupta sunt.

EP. LXIX. *De pardis mansuetis* &c.] Feras bestias jam olim Romani subjugare noverant. nam Marcum Antonium post praelium Pharsalicum Romam introeuntem Leones currui suo triumphali junxisse e Plinio Lib. VIII. Segm. 21. & ex nummis notissimum est; quod deinde Heliogabalus aliique Imperatores imitati. Primi autem forte Afri aut certe Vandali in Africa pardis mansuefactis ad venationem usi sunt, ut ex hoc Epigrammate discimus. Idem vero apud Orientis populos passim receptum. de Tartaris Marc. Paul. Venetus, qui Sec. XIII. medio scripsit, Lib. II. de Regionib. Oriental. cap. 17. *Nutrit domi magnus Cham varias bestias, domesticasque factas secum ad venationes ducit, & mira afficitur voluptate, quoties videt domesticam feram cum sylvestri pugnare. In primis autem habet cicuratos leopardos, qui mirum in modum venationi inserviunt, multasque capiunt bestias &c.*

MEERMAN.

Lynces ab oris qui subegit Indicis] sic optime in cod. Salmas. vel *Lynces*, ut in Divion. vers. seq. pro *duxit* forte *junxit* legendum.

domarent] sic leg. ex Divion. *domaret* Salm.

saeviore tigribus] sic cod. MSS. lege, *Pardos feroces, saeviores tigribus.*

Qui

Qui praedam fagaci nare mites quaerere
Canum inter agmen, & famem doctos pati,
Quidquid capessunt, ore ferre bajulo.
O quod magister terror est mortalium,
Diros ferarum qui retundit impetus,
Morsu repertis & cibis non audeant.

EP. LXX. *In psaltriam foedam.*

Cum saltas misero garrula corpore,
Nec cuiquam libido est, horrida, quod facis,
Insanam potius te probo psaltriam,
Quae foedam faciem motibus ingravas,
Et dum displiceas, quosque feras jocos,
Credis quod populum cymbala mulceant,
Nemo judicium tale animi gerit,
Pro te non etiam gaudia deserant.

EP. LXXI. *Item de eadem, quae, ut amaretur, praemia promittebat.*

Quid facis, ut pretium poscendo, garrula, ameris,
  Da pretium, ne te oderis ipsa simul.
Praemia cur perdis, cur spondes munera tantis,
  Accipe tu pretium, ne mihi dona feras.
Non est tam petulans pariterque insanus amator,
  Qui te non credat prodigiale malum.
Sed si forte aliquis moechus surrexit ab umbris,
  Cui talis placeas, huic tua dona dato.

EP.

Qui praedam fagaci nare] uno pede abundantem hunc versum corriges, si deleatur *Qui. fagaci nare* recte in Salmas. & Leid. perperam enim in Divion. *faginare.* in quo male etiam sequenti versu *& tamen doctos pati.* sed legendum puto, *famem & doctos pati.* & versu ultimo castigandum videtur,

Morsu repertos ut cibos non adpetant.

EP. LXX. *In psaltriam foedam*] *spaltriam* cod. Salm. & Leid. in marg. tam in titulo quam v. 3.

garrula] *Gattula* cod. Salm. & Ep. seq.

v. 2. *Nec cuiquam libido est*] forte, *Nec cuiquam libitum est.*

quosque feras jocos] sic in Epitaphio veteri, quod edidi hoc Volumine pag. 264. *Ferre jocos, astu fallere, nosse fidem.*

Et dum displiceas] *displices* male in cod. Salm. & praec. versu mendose *ingabas.* ut & sequenti, *Credis quod postulo.* & deinde *talem animi.*

EP. LXXI. *praemia promittebat*] sic cod. Salm. *poscebat* in Divion. forte rectius, ut ex primo versu patet.

v. 2. *ne te oderis ipsa simul*] forte, *sic te noveris ipsa simul.*

ameris] sic Divion. *amens* in cod. Salm. sed *ameris* a manu rec. in marg. & in Leid.

cur spondes munera tantis] *praemia* Divion. sed *munera* in Salm.

Ep. LXXII. *In ebriosam & satis mejentem.*

Quod bibis, & totum demittis ab inguine Bacchum,
  Pars tibi superior debuit esse femur.
Potaris recto poteris Fullonia Baccho,
  Si parte inferius horridiore bibas.

Ep. LXXIII. *In mulierem pulchram castitati studentem.*

Pulchrior & nivei cum sit tibi forma coloris,
  Cuncta pudicitiae jura tenere cupis.
Mirandum est, quali naturam laude gubernes,
  Moribus ut Pallas, corpore Cypris eas.
Te neque conjugii libet excepisse levamen,
  Saepius exoptans nolle videre mares.
Haec tamen est animo, quamvis exosa, voluptas,
  Numquid non mulier, quum paris, esse potes?

Ep. LXXIV. *De eo, qui, cum Burdo diceretur, filiae suae Pasiphaae nomen inposuit.*

Disciplinarum esse hominem risusque capacem,
  Quod nulli est pecudi, dixit Aristoteles.
Sed cum Burdo homo sit, versum est sophismate verum,
  Nam & ridere solet, vel ratione viget.

Sur-

Ep. LXXII. *Quod bibis, & totum*] sic Divion. & Leid. *Quod bibis totum* male in Salm. sed & manu recent. insertum. in titulo cod. Divion. *in ebriosam satis mejentem.* In Salm. *in ebriosas & satis mejentem.* unde patet rectam esse Divionensium schedarum scripturam. nam ab ultima syllaba vocis *ebriosas* ducendum initium vocis *satis* sine copula. secundo versu *supernor* vitiose in Salm. & Leid.

Potaris recto poteris] an forte *Potare ast recto* &c.

Si parte inferius] ita in cod. Divion. sed in Salm. & Leid.

Si parte horridius inferiore libas.

quod videtur praeferendum.

Ep. LXXIII. *In mulierem pulchram* &c.] Hoc loco codex Salmasianus & Leidensis inserit hoc Epigramma, in schedis Divionensibus omissum, quod ex Petronianis Catalectis editum Tom. I. Lib. III. Ep. CCXXII p. 655. sub titulo, *Ad quandam virifugam.* ubi verso tertio *naturam lege gubernes*, melius quam *laude.* & v. 7. illic *odiosa voluptas* legitur, pro *exosa*, ut in cod. Salm.

corpore Cypris eas] vitiose in cod. Salm. & Leid. *corpore seas.*

Saepius exoptans] *exoptas* legendum esse notavi ad Tom. I. d. l.

Ep. LXXIV. *Quod nulli est pecudi*] *Quod nulli es pecodus* vitiose in Salm. sed *est pecudi* a manu rec. in marg. & in Leid. ac Divion. adludit hoc Epigrammate ad notam Pasaphaës fabulam, monstrosumque ejus coitum, & ad burdonem seu mulum, ex equo & asina genitum. de quo vide Epigramma de Ambigenis, quod supra editum hoc Volumine p. 453.

sophismate verum] *sofismate verus* Salm. & Leid. a manu pr. primam in *sophismate* male producit, ut initio Epigrammatis in *Disciplinarum* secunda pro aetatis istius licentia etiam longa est. an forte *versum esse sophisma veremur*?

Ep.

Surrexit duplex noſtro ſub tempore monſtrum,
Quod pater eſt Burdo, Paſiphaëque redit.

EP. LXXV. *De laude roſae centum foliae.*

Hanc puto de proprio tinxit Sol aureus ortu,
Aut unum ex radiis maluit eſſe ſuis.
Sed ſi centum etiam foliis roſa Cypridis exſtat,
Fluxit in hac omnis ſanguine tota Venus.
Haec florum ſidus, haec Lucifer almus in agris,
Huic odor & color eſt, dignus honore poli.

EP. LXXVI. *De Statua Hectoris in Ilio, quae videt Achillem, & ſudat.*

Ilion in medium Pario de marmore facti
Stant contra Phrygius Hector, vel Grajus Achilles.
Priamidis ſtatuam ſed verus ſudor inundat,
Et falſum fictus Hector formidat Achillem:
Neſcio quid mirum geſſerunt Tartara ſeclo,
Credo quod aut ſuperis animas poſt funera reddunt,
Aut ars mira poteſt legem mutare barathri.
Sed ſi horum nihil eſt, certus ſtat marmoris Hector,
Teſtaturque ſuam viva formidine mortem.

EP. LXXVII. *De muliere Marina vocabulo.*

Quidam concubitu futuit fervente Marinam,
Fluctibus inſulſis fecit adulterium.

Non:

EP. LXXV. *De laude roſae centum foliae*] De eadem loquitur Plinius Lib. XXI. Segm. 10. aitque eam naſci in Campania Italiae, & adlatam quoque in Graeciam circa Philippos. Duplicem vero roſam centifoliam memorat Tournefortius in Inſtit. Rei Herbar. Tom. I. p. 637. nempe Hollandicam rubellam plenam, & alteram Batavicam, memoratam Cluſio Lib. I. Hiſt. rar. Plant. pag. 113. Batavicae figura optime exhibetur in Horto Eyſtettenſi inter Plantas vernales Ord. VI. Fol. 2. MEERMAN.

Sol aureus ortu] *orto* Salm. ſed *ortu* in marg. a manu rec. & in Leid.

Sed ſi centum etiam foliis] ſic Divion. *Sed ſi etiam centum foliis* Salm. & Leid.

dignus honore poli] ſic cod. Salmaſ. & Leid. *dignus amore poli* in Divion. alterum praefero.

EP. LXXVI. *De Statua Hectoris in Ilio*] ſic cod. Divion. *in Ilio* cod. Salm.

Priamidis] *Priamites* Salm. & Leid. ſed in quo *Priamidis* a manu ſec. ut in Divion.

ſeclo] *ſello* corrupte Salm. & Leid. ſed *ſeclo* a manu recent. ut in Divion.

barathri] *varatri* Salm. *Baratri* Leid.

Sed ſi horum nihil eſt &c.] Hunc verſum ſic caſtigatum edidi ope ſchedarum Divionenſ. In Salmaſiano enim & Leidenſi codice corruptiſſime legebatur, *Sed ſi orum nihil eſt certus ſtat marmores lectos. marmoris lectos* a manu ſec. in Leid. ſed *marmoris Hector* a manu recent. in utriuſque margine.

EP. LXXVII. *Fluctibus inſulſis*] Ita in Salm. Leid. & Divion. ſed rectius *in falſis* Leid. in marg.

Non hic culpandus, potius sed laude ferendus,
Qui memor est Veneris, quod mare nata foret.

EP. LXXVIII. *De Horto Domini Oageis, ubi omnes herbae medicinales plantatae sunt.*

Constructas inter moles parietibus altis
Hortus amoenus inest, aptior & domino.
Hic variae frondes vitali semine crescunt,
In quibus est genio praemedicante salus.
Nil Phoebi Asclepique tenet doctrina parandum,
Omnibus hinc morbis cura sequenda placet.
Jam puto quod coelicola est,* ubi numina regnant,
Cum datur his herbis vincere mortis onus.

EP. LXXIX. *De Pica, quae humanas voces imitabatur.*

Pica hominum voces, cunctaque animalia monstrat,
Et docto ternum perstrepit ore melos.
Nunc nunc oblita est, quidnam prius esset in orbe,
Aut haec picus erat, aut homo rursus inest.

EP. LXXX. *De rustica in disco facta, quae spinam tollit de planta Satyrii.*

Cauta nimis spinam Satyri pede rustica tollit,
Luminibus certis vulneris alta notans.

Il-

EP. LXXVIII. *De Horto Domini Oageis*] vid. supra ad Ep. LVIII.

Hic variae frondes vitali] *varios fontis* Salm. *frondis vitalis* Leid. *varii frondes* Divion.

Nil Phoebi Asclepique tenet] ita in Divion. *Nil Febi Asclepique tenet* Salmas. *Nil Febia Sclepique* Leid. sed in marg. *Nil Febi Asclepique.*

Jam puto quod coelicola est] In cod. Salm. *Jam puto quod caeliculus est. coelicolus* Leid. an forte,

Jam, puto, coelicola est hortus, ubi numina regnant.

EP. LXXIX. *cunctaque animalia monstrat*] sic Salm. Leid. & Divion. *& cuncta* requirit versus. confer de pica loquace & vocis humanae imitatrice quae supra notata sunt ad hujus Voluminis p. 429. & Gonsalium ad Petron. cap. 28. p. 106.

Et docto ternum] sic emendavi. *Et doctas ternum* cod. Salm. & Leid. *Et docto strenuum* in Divion. vitio in metrum, prima in *strenuum* male correpta.

Nunc nunc] sic recte Divion. *Nec nunc* Salm. ultimo versu scribe cum litera majore, *Aut haec Picus erat*. vid. Ovid. Metam. Lib. XIV. Fab. 7.

EP. LXXX. *spinam Satyri*] planta *Satyrium* species est Orchydis. *Orchydes* autem, definiente Spigelio in Isagoge ad Rem Herbariam, vocantur, quae bulbosas binas aut ternas habent radices, instar testiculorum, semen humanum quodammodo redolentes; quamquam olim Dioscorides Orchydibus duos, Satyriis unum bulbum tribuerit. Plurimas vero Orchydum species enumerat Rayus in Hist. Plantar. Lib. XXI. cap. 20. & Tournefort in Instit. Rei Herbar. Tom. I. pag. 431. & seq.

Illum Pandorii foletur voce Cupido,
  Inridens *pariete teste *gemere virum.
Nil falsum credas artem lusisse figuras,
  Viva minus speciem reddere membra solent.

EP. LXXXI. *De Colocasia herba, in tecto populante.*

Nilus quod riguis parit fluentis,
Extendens colocasia *eorum

Ra-

seq. & in sola Africa quatuordecim observavit Shaw. vid. Itinerar. Tom. II. in Append. pag. 116. vers. Gall. At Philippus Muller, qui Car. Linnaei distributionem Plantarum passim secutus est in novissima editione Lexici sui Botanici, decem modo Orchydis, quatuor vero Satyrii species admittit. Quum vero nulla apud hos scriptores mentio fiat Satyrii spinati, dubito, num illa Africana species, quam poëta memorat, Botanicis hactenus innotuerit. MEERMAN. de Satyrio & orchide erudite differuit Salmas. ad Solin Tom. I. p. 269. & seqq. & Bodaeus a Stapel ad Theophrast. Lib. IX. Hist. Plant. pag. 1158 & 1170.

Illum Pandorii soletur voce Cupido,
*Inridens *pariete teste *gemere virum*]

sic locus hic corruptissimus in cod. Salm. Leid. & schedis Divionensibus exhibetur, quem ita restituendum conjicio:

Illam pandurii solatur voce Cupido,
Irridens parili teste carere virum.

Illam, ut ad rusticam referatur, quam ad pandurium canentem Cupidinem solari fingit, dum illa de planta Satyrii bulbos legit, testiculorum humanorum formam referentes, quibus similes non habere virum ejus irridet. *pandorium*, vel *pandurium*, veteribus *pandura*, illius aetatis scriptoribus dicebatur instrumentum musicum, seu fistula ex plurimis calamis juncta, instar syringis, quae Pani tribuitur, ut egregie docent Salmas. & Casaub. ad Lamprid. Elagab. cap. 32. pag. 874. ejusdem meminit Papias in Vocabulario: *Pantorius*, (lege *Pandorius*) *ab inventore vocatus, fuit enim apud gentiles Pan deus pastoralis, qui prius* (scribe *primus*) *dispares calamos ad cantum aptavit.* quo loco descripsit Isidorum, ut solet, Lib. III. Orig. cap. 7. in fin. *Pandorius ab inventore vocatus, de quo Virgilius, Pan primus calamos &c. Fuit enim apud gentiles Deus pastoralis, qui primus dispares calamos ad cantum aptavit, & studiosa arte composuit.* sed ubi in cod. MS. Biblioth. Groninganae legitur, *Pandorium ab inventore vocatum,* neque offendere quemquam debet *pandorii voce.* nam sic Isidorus eodem capite dicit, *fistulam a Fauno, quem Graeci vocant Pana, inventam, inde dictam, quod vocem emittat.* quibus verbis in eodem Groningano codice sequentia adduntur, *nam fos Graece vox fistula missa Latine appellatur.* quae sic forte corrigenda, *nam φωνὴ Graece, vox fistulâ missa Latine appellatur.* & passim apud poëtas veteres instrumentis musicis vox additur. ut *citharam cum voce movere* Ovidio V. Met. 115. & Silio Italico Lib. XI. 436. *Nunc voce infundit Teucbras, nunc pectine cantum.* Virgilius VI. Aen. 646.

Obloquitur numeris septem discrimina vocum,
Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.

Tibullus Lib. III. El. 4. 41. de Apolline citharam pulsante & simul canente,

Sed postquam fuerant digiti cum voce locuti,
Edidit haec dulci tristia verba modo.

vide notas ad Ovidii Epist. III. 116.

artem lusisse figuras] forte *figulis.*

EP. LXXXI. *De colocasia herba*] de hac Aegypti planta egit Plinius Lib. XXI. Segm. 51. aliique veteres. cujus etiam in culina usus erat, ut ex Apicio Lib. VIII. cap. 15. constat. Quae vero hodie in Aegypto ostenditur planta sub nomine *Culcas*, a veterum colocasia diversa est. ut primus monstravit Fabius Columna. add. Rayus Lib. XXI. cap. 18. Tournefort Tom. I. p. 159. Sloane Natural History of Jamaica Tom. I. pag. 166. seq. Miller Lexico Botanico v. *Arum*. Exhibetur vero *Culcas* optime in Horto Eystettensi inter *Plantas Autumnales* Ord. III. Fol. 2. & diversis speciebus apud Prosp. Alpinum de Plantis Aegypti cap. 33. add. eumdem in Histor. nat. Aegypti Lib. III. cap. 11. MEERMAN.

*Extendens colocasia *eorum Ramos*] sic Divion. superposito vitiosae scripturae signo. *colocaseorum* Salm. & Leid. m. f. corrupte etiam in titulo, *de colocasia erba in tegto popularete* Salm sed *in tecto populante* Leid. ut in Divion. *in tecto populante* hic pro temporis illius Latinitate notat, tectum in-

Ramos, per ſpatium *vires amoenum.
Haec noſtris laribus creata frondet,
Naturam famulans opaca vertit,
Plus tecto ut vigeat, ſolet quam horto.

Ep. LXXXII. *De eo, qui podium Amphitheatri ſaliebat.*

Amphitheatralem podium tranſcendere ſaltu
Velocem audivi juvenem, nec credere quivi
Hunc hominem, potius ſed avem, ſi talia gerat;
Sed poſui huic, fateor, me Dorica vina daturum,
Conſpicere ut poſſim tanti nova facta laboris.
Adſpexi, victuſque dedi promiſſa petenti,
Atque meo gravior levis exſtitit ille periclo.
Non jam mirabar ſumtis te, Daedale, pennis
Iſſe per aetherios, natura errante, meatus;
Hunc magis obſtupui, coram qui plebe videnti
Corpore, non pennis, faſtigia ſumma volavit.

Ep.

inhabitante, incolente. vide Cangii Gloſſarium Tom. V. pag. 652. 653. primo verſu legendum videtur, *Nilus quam riguis parit fluentis.* nam feminino genere *colocaſia*, quae & aliter *colocaſium* dicitur, in hoc toto Epigrammate occurrit. & *Nilus* eam parere dicitur, quia Aegypti herba eſt, ab Auguſto primum inde Romam delata, teſte Servio ad Virg. Ecl. IV. 20. & vide Nannium ad Bucol. Virg. pag. 133. hinc *Niliacum olus* Martiali Lib. XIII. Ep. 57. Plinius Lib. XXI. cap. 15. *In Aegypto nobiliſſima colocaſia eſt, quam cyamon* (id eſt *fabam Aegyptiam*) *aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt.* & quod hic dicitur *Nilus eam riguis fluentis parere*, convenit cum Theophraſto Lib. IV. Hiſt. Plant. cap. 10. in init. Ὁ δὲ κύαμος φύεται ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις. quid vero *procerum* ſubſtituam, haereo. Totus forte locus ſic emaculandus,

Nilus quam riguis parit fluentis,
Extendens colocaſia ampliores
Ramos, per ſpatium virens amoenum.

de colocaſia, & an hodierna *culcas* ſit, vide Salmaſ. ad Solin. T. II. p. 965. ſeqq. & Bodaeum a Stapel ad Theophraſt. Hiſt. Plant. Lib. IV. pag. 412. verſu ultimo ſcribendum videtur, *ſolet quam in horto.* ut conſtet metrum.

Ep. LXXXII. *Amphitheatralem* &c.] Genſericus, primus in Africa Vandalorum Rex, Carthagine potitus theatra omnia & ſpectacula deſtrui juſſerat, ſed ea brevi poſt ab hujus ſucceſſoribus, luxui ac mollitiei deditis, renovata fuiſſe conſtat. vid. Procopius Hiſt. Vandal. p. 79. edit. Grotii.
MEERMAN.

potius ſed avem] *podium ſedabem* mendoſe in Salm. *potius ſed avem* in illius & Leidenſis marg. a manu rec. *ſed avem potius* Divion.

Sed poſui huic fateor] ita recte in Salm. *potui hunc* male in Divion. *poſui* eſt promiſi, propoſui, ex optimi aevi uſu. Virg. V. Aen. 292.

Invitat pretiis animos, & praemia ponit.

Martialis Spect. Ep. 29.

Lex erat ad digitum poſita concurrere palma.

Phaedrus Lib. I. fab. 14. 9.

Hoc bibere juſſit ipſum, poſito praemio.

ubi vide Patrui mei Comment. & ſic *proponere.* de quo Gronov. & Drakenb. ad Livium XXI. 45. §. 7.

Aſpexi] *Aſpexit* male in Salm.

Iſſe per aetherios] ſic legendum ex veſtigiis cod. Salmaſ. *Hiſe per etherios.* licet a manu rec. *Ire* in marg. & in cod. Leid. ſic *aërius viator* de funambulo, & ſim. vid. ad Tom. I. p. 623. *aetherios meatus* de Daedalo hic dicit, ut *aetherium iter* de Mercurio Ovid. V. Faſt. 88. *Aetherium celeri qui pede carpis iter.* *obſtipui* in Salm.

non pennis] *cum pennis* Salm. ſed *non* a manu rec. & in Leid. in codice Divionenſi legebatur, cum lacuna,

Corpore non pinnis faſtigia .... volavit.

Ep.

EP. LXXXIII. *De Diogene picto, cui lascivienti meretrix barbam vellebat, & Cupido mingit in podice ejus.*

Diogenem meretrix derisum Laida monstrat,
Barbatamque comam frangit amica venus;
Nec virtus animi nec castae semita vitae
Philosophum revocat turpiter esse virum.
Hoc agit infelix, alios quod saepe vocavit,
Quodque nimis miserum est, mingitur artis opus.

EP.

EP. LXXXIII. *De Diogene picto, cui lascivienti meretrix barbam vellebat, &c.*] hunc titulum ex schedis Divion. exhibui. corrupte in cod. Salm. & Leid. *De Diogene picto, ubi lascibienti Meneтris barbam evellit, & Cupido mingenti in codice ejus.* sed *meretrix* & *mingit in podice* a manu rec. *mingens* Heins.

Diogenem meretrix derisum] ita in Divion. *Diogene meretrix densum* vitiose in Salmas.

Sed haec sufficiant notata ad inedita Luxorii hujus Epigrammata, nunc primum ex Codd. MSS. eruta, quorum diversas & passim vitiosissimas lectiones quod tam adcurate ubique enotaverim, inutiis forte & ingloriae diligentiae nomine nonnulli cavillabuntur, sed quas ideo commemorare non taeduit, quia hi soli forte codices sunt, praesertim Salmasianus, quorum ope posteritati haec vindicare contigit, ut ex corruptie vitiatae scripturae cunabulis ansam praeberem sagacioribus hujus aevi Criticorum ingeniis, ad veras lectiones ex mendorum vestigiis indagandas, qui si forte non tanti existimabunt has aevi non optimi reliquias, mecum tamen agnoscere non repudiabunt, plurima in his occurrere Epigrammata, quae redolent poëtae ingenium meliore aevo & patria minus barbara dignissimum, quae tamen ad illam non accedunt elegantiam, ut Romanae aureae aetatis delicias referant, multo minus, ut Pervigilium Veneris Luxorio huic sit adscribendum, quod inepto judicio quosdam censuisse indicat Fabricius Vol. I. Biblioth. Lat. pag. 688. ubi nonnulla de hoc poëta notavit, & ex eo Leyserus in Hist. Poët. medii aevi pag. 84. 85.

Sequebatur in cod. Salmas. Leid. & Divion. Epigramma de Cato (*de Gatto* Leid. & *catto* a man. sec.) *soricem majorem devorante*, quod supra editum Lib. V. Ep. CLXIII. & in Salmasiano sic inscribebatur, *De Gatio* (*catto* a manu rec.) *qui cum soricem majorem devorasset, aplescia* (*apoplexiam* a man. rec. & in Leid.) *passus occupuit*, pro *occubuit*, & v. 1. *Immensi soricis gattus.* & a manu sec. *cattus.* In hoc autem Epigrammate desinebat codex Divionensis, sed in Salmasiano sequebantur alia: ut *Versus a Florentino in laudem Regis facti*, infra edendi, & *Versus Balnearum*, quos produxi Tom. I. Lib. III. Ep. XLI. p. 484. tum subnectebantur sex Epigrammata, quorum primum hoc titulo: *Hi sunt versus fontis facti a Calbulo* (*Galbulo* cod. Leid.) *Grammatico a parte Episcopi:*

Crede prius veniens Xpi (Christi) te fonte renasci,
Sic poteris mundus regna videre Dei.
Tinctus in hoc sacro mortem non sentiet unquam,
Semper enim vivit, quem semel unda lavat.

alterum, *Descensio Fontis:*

Descende intrepidus vitae fomenta perennis,
Aeternos homines ista lavacra creant.

tertium, *Ascensio Fontis:*

Ascende in coelos, animam qui in fonte lavisti,
Idque semel factum sit tibi perpetuum.

quartum, *contra Episcopum.*

Peccata ardentes hoc fonte extinguite culpas,
Currite, quid statis, tempus & hora fugit.

quintum, *in Circuitu Fontis:*

Marmoris ablati speciem nova munera supplex
Calbulus exhibuit, fontis memor, unde renatus
Et formam cervi gremium perduxit aquarum.

sextum denique, cum hac Inscriptione; *Hi sunt versus Sanctae Crucis.*

Hinc Crux ista potens coelo successit & astris,
Dum retinet corpus, mittis in astra Deum.
Qui fugis insidias mundi, Crucis utere signis,
Hac armata fides protegit omne malum.
Crux domini mecum crux est, quam semper adoro,
Crux mihi refugium, crux mihi certa salus.
Virtutum genetrix, fons vitae, janua coeli,
Crux Christi totum distruit hostis opus.
Pax domini tecum, puro quam pectore quaeris.

* * * * * *

deficiente ultimo versu, & addita subscriptione EPIGRAMMATON EXPLICIT FELICITER. Sed haec omnia

LXXXIV. EPITHALAMIVM FRIDVS A LVXORIO V̄C̄ SPECTABILI DICTVM, CENTON.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtrat, IV. 607.
Extulit os ſacrum coelo, tenebraſque reſolvit. VIII. 591.
Laetitia ludiſque viae plauſuque fremebant. VIII. 717.
At Venus aetherios inter Dea candida nimbos, VIII. 608.
Aurea ſubnectens exſertae cingula mammae, I. 492.
Dona ferens, pacem aeternam, pactoſque hymenaeos, XI. 479. & IV. 99.
Atque omnem ornatum, Capitolia celſa tenebat, VIII. 653.
Punica regna videns, Teucros, & Agenoris urbem. I. 338.
Hinc atque hinc glomerantur Oreades, & bona Juno. I. 500. & I. 734.
Incedunt pariter, pariterque ad limina tendunt. II. 205.
Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis, VII. 170.
Quo ſacrae ſedes epulis, atque ordine longo VII. 175. I. Aen. 703.
Per-

nia non agnoſcuntur in codice Divionenſi, in quo ſequebatur Epigrammatum Liber Quartus, Chriſtiana nonnulla Epigrammata continens, ſed non abſolutus, quia alium haec requirebant locum. Similis vero genii Epigrammata modo prolata ex codice Salmaſiano, in contextu omittenda cenſui, quia Luxorium auctorem non habere videbantur. referenda autem eſſe Epigrammata illa *in Epiſcopum*, & *pro Epiſcopo*, ad Fulgentium, Epiſcopum Ruſpenſem conjiciebat Ampliſſimus Meermannus; quod pluribus oſtendere propoſuerat in Hiſtoria Regum Vandalorum in Africa, quam paullo ante mortem literis funeſtam fere abſolverat. Poſtulationem ad Victorianum infra his adjungam

LXXXIV. EPITHALAMIVM FRIDVS] ſic codex Salmaſ. inſcribit, in quo legebatur ſub Luxorii nomine, ſed non inter ejus Epigrammata. FRIDI corrigendum patet ex v. 49. *liceat Frido ſervare marito.* nomen proprium Vandalicum procul dubio eſt, unde ſuam quoque originem habent *Fridigernus*, *Fridericus*, & ſim. quae pacis amantem, ac pace pollentem notant. vide Grotii Syllabum nominum Propriorum Gothicorum, & Vandalicorum, inter Script. Rer. Goth. Vand. & Longob. p. 582. Ex Centonibus Virgilianis, pro iſtorum temporum artificio, conſutum eſt hoc Epithalamium, de quibus vide notata ad Tom. I. pag. 115. ſingulis autem verſibus, labore ſatis ingrato, loca Virgiliana, e quibus hi Centones conflati ſunt, adpoſui.

1. *Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtrat*] Eſt ex Lib. IV. Aen. 607. *Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras.* & ſimile illud Claudiani initio Conſ. Olybrii,

Sol qui flammigeris mundum complexus habenis
Volvis inexhauſto redeuntia ſecula motu.

ſequenti verſu vulgatis Virgilii editionibus, in quibus *reſolvit* excuſum eſt III. Aen. 591. conſentit codex Salmaſ. nam *removit* in cod. Bigotiano illic legi notavit Patruus meus.

7. *Atque omnem ornatum*] *adque* Salm. & Leid. *Atque* correxi ex Lib. VII. Aen. 74. dein malim *pactos hymenaeos*, ſine copula, ut in tribus codd. Lib. IV. Aen. 99.

8. *Punica regna videns, Teucros, & Agenoris urbem*] apud Virg. I. Aen. 338. legitur,

Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem.
vident Sirios & Agenori, corrupte in Leid.

10. *Incedunt pariter, pariterque ad limina tendunt*] verſus ex duobus Virgilii hemiſtichiis, ſed non integris, conjunctus. nam *Incedunt pueri* legitur V. Aen. 553. alterum *pariterque ad litora tendunt*, non *limina*, Lib. II. 305.

12. *Quo ſacrae ſedes epulis*] *Haec ſacris ſedes epulis* Lib. VII. Aen. 176. ubi *ſacrae* etiam in MSS.

13. *Per.*

Perpetuis foliti patres confidere menfis. VII. 176.
Una omnes, magna juvenum ftipante caterva, v. 838. & I. 497.
Deveniunt, faciemque deae veftemque reponunt. v. 619.
Dant fignum, fulfere ignes, & confcius aether IV. 167.
Connubii, mediifque parant convivia menfis. I. 638.
Fit ftrepitus tectis, vocemque per ampla volutant I. 725.
Atria, ubi adfuetis biforem dat tibia cantum. IX. 618.
At tuba terribilem fonitum procul aere canoro IX. 503.
Increpuit, mollitque animos, & temperat iras. I. 57.
It clamor coelo, cithara crinitus Jöpas v. 451. & I. 740.
Obloquitur numeris feptem difcrimina vocum, VI. 646.
Jamque eadem digitis, jam pectine pulfat eburno. *ibid.* 647.
Nec non & Tyrii per limina nota frequentes I. 707.
Convenere, thoris juffi difcumbere pictis. *ibid.* 708.
Tunc Venus aligerum dictis adfatur amorem. I. 663.
Nate, meae vires, mea magna potentia folus, *ibid.* 664.
Huc geminas nunc flecte acies, illam adfpice contra, VI. 789.
Quae vocat, infignis facie, viridique juventa, v. 295.

Jam

13. *Perpetuis foliti patres confidere menfis*] fic correxi ex VII. Aen. 176. *folitis* in Salm. *folidis* Leid. a m. f. & *menfes.*

14. *magna juvenum ftipante caterva*] fic cod. Salmaf. *comitante* in Leid. quam varietatem ex codd. MSS. Virgilii Lib. I. Aen. 497. etiam adnotavit Heinfius. praeced. verfu *fulgere* male in Leid.

16. *confcius aether Connubii*) haec quoque vulgatarum Virgilii editionum lectio eft Lib. IV. Aen. 167. fed ex majore MSS. numero *Connubiis* praetulit Heinfius. *confcius* enim cum tertio cafu faepe conjungitur. ut apud Ovid. Epift. XV. 138.

Confcia deliciis illa fuere tuis.

Tibullus I. 8. 48. *Et levis occultis confcia cifta facris.* & apud Senecam Hippol. 107.

Jactare tacitis confcias facris faces.

vide Heinf. ad Valer. Fl. I. 211. & Pincierum Lib. I. Parerg. cap. 4.

17. *mediisque parant convivia menfis*] *tectis* legitur apud Virg.

18. *Fit ftrepitus tectis, vocemque per ampla volutant Atria*] firmatur hinc vulgata lectio apud Virgil. quo loco *It ftrepitus* ex MSS. adridebat Heinfio, & nonnihil adftrui poffet ex Lib. IX. 498. *maeftufque per omnes It gemitus.* tum *vocefque & per alta* in aliis habetur codicibus, ut Lib. IV. 665. *it clamor ad alta Atria.*

21. *mollitque animos*] *mollique* in Salm. & Leid. forte pro *mollifque*, ut in nonnullis codd. apud Virg. fed *mollitque* margini adfcripferat Heinfius.

24. *Jamque eadem digitis* &c.] *fitem* correxeram, quum vidi ex notis Patrui mei ad Virg. eamdem emendationem quoque in mentem veniffe Marcklando, fed illo inprobante, & *eadem* ad *difcrimina* referente. neque ulla ex Codd. MSS. illic notatur lectionis varietas. hic autem & fequens verfus defiderabatur in cod. Leid..

25. *Nec non & Tyrii per limina nota frequentes*] *laeta* in Virgilio exftat. fed *nota* illic quoque in cod. Dorvill. & feq. verf. pro *juffi* in Menagiano *vifi.*

27. *Tunc Venus, aligerum dictis adfatur amorem*] apud Virg. loco indicato ex Lib. I. Aen. 663. legitur,

Ergo his aligerum dictis adfatur amorem.

fed nofter *Tunc* vel *Tum Venus* praefixit ex Lib. I. 335.

29. *Huc geminas nunc flecte acies, illam adfpice contra*] in loco Virgilii ex Lib. VI. 789. *Huc geminas nunc flecte acies, hanc adfpice gentem.* ubi minime fpernenda videtur aliorum codicum fcriptura, a G. Fabricio indicata, *Huc geminas huc flecte acies.* fed reliqua adhaerent Lib. XI. 374. *Si patrii quid Martis habes, illum adfpice contra, Qui vocat.*

30. *infignis facie, viridique juventa*] ex Lib. V. Aen. 295.

Euryalus forma infignis, viridique juventa.

unde illic *facie infignis* in fuis codicibus inveniffe

Jam matura viro, jam plenis nubilis annis, VII. 53.
Cui genus a proavis ingens, clarumque paternae XII. 225.
Nomen ineſt virtutis, & nota major imago. II. 773.
Hoc opus, hic labor eſt, thalamos ne deſere pactos. VI. 129. X. 649.
Credo equidem, nova mi facies inopinave ſurgit. IV. 12. & VI. 104.
Nonne vides, quantum egregio decus enitet ore, IV. 150.
Os humeroſque deo ſimilis, cui lactea colla I. Aen. 589. & VIII. 660.
Auro innectuntur, crines nodantur in aurum, *ibid.* 661 & IV. 138.
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem: *ibid.* V. 139.
Qualis gemma micat, qualis Nereïa Doto, X. 139. IX. 102.
Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum: *ibid.* 103.
Cura mihi comitumque foret nunc una mearum. XI. 586.
Namque ego nunc ignara hujus quodcumque pericli eſt, IX. 287.
Cum tacet omnis ager, noctem non amplius unam IV. 525. I. 683.
Connubio jungam ſtabili, propriamque dicabo. I. 73. & IV. 126.
Hic Hymenaeus erit monumentum & pignus amoris. IV. 127. & V. 538.
Incipe, ſi qua animo eſt virtus, & confere dextram, IX. 741.
Occultum inſpires ignem, paribuſque rogamus I. 688. & IV. 102.
Auſpiciis liceat Frido ſervare marito, *ibid.* 103.

Cui

niſſe Luxorium, quis conjicere poſſet, vel id petitum ex Lib. IX. 336. *Luſerat, inſignis facie.* quod verius videtur, quia eadem verſus ſede id illic occurrit; non ut initio verſus habetur Lib. IX. 583. *Inſignis facie, genitor quem miſerat Arcens.*

32. *Cui genus a proavis ingens* &c.] totus hic verſus, & primum ſequentis hemiſtichion debetur Lib. XII. Aen. 225.

Cui genus a proavis ingens, clarumque paternae
Nomen erat virtutis, & ipſe acerrimus armis.

unde patet & ex i'io loco hic male additum, ut in cod. Salm. & Leid. legitur. vel petitum ex Lib. II. 773. *Viſa mihi ante oculos, & nota major imago.*

36. *Nonne vides, quantum egregio decus enitet ore*] adhaeret Lib. IV. Aen. 150.

——— *haud ſegnior ibat*
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.

ubi *emicat* in aliis. illud *Nonne vides* eſt ex Lib. III. Georg. 103. & 250. quod rarius in his Centonibus, qui plerumque ex diverſis Aeneidos locis conſarcinati ſunt.

37. *cui lactea colla*] Lib. VIII. Aen. 660. legitur,

——— *tum lactea colla*
Auro innectuntur.

ſequenti hemiſtichio *crines nodantur in auro* habetur in MS. Sprotiano apud Virg. IV. Aen. 138. *Hos humeroſque* cod. Salm.

41 *ſecant ſpumantem pectore pontum*] *ſegant ſpumente* Salm. *ſecant fumente* Leid.

43. *Namque ego nunc ignara hujus quodcumque pericli eſt*] inmutavit nonnihil ex IX. Aen. 287. *Hanc ego nunc ignaram hujus quodcunque pericli eſt.*

44. *Cum tacet omnis ager*] corrupte in Salm. & Leid. *omnes facer.*

47. *Incipe, ſi qua animo eſt virtus, & confere dextram*] ita correxi ex Lib. IX. Aen. 741. nam corrupte in cod. Salm. & Leid. *& conſeque dextram.* deinde *animo virtus*, deleto *eſt*, legitur apud Virg. *animos virtus* Salm. & Leid.

48. *paribuſque rogamus*] ita in cod. Salm. *regamus* Leid. ſed forte ita ſcripſit auctor, mutavitque, quod Lib. IV. Aen. 102 & 103. legitur,

——— *paribuſque regamus*
Auſpiciis, liceat Phrygio ſervire marito.

pro quo *ſervare* hoc loco in cod. Salm & Leid.

50. *Cui*

Cui natam egregio genero dignisque hymenaeis XI. 355.
Dat pater, & pacem hanc aeterno foedere jungit. *ibid.* 356.
Paret Amor dictis carae Genetricis, & alas I. 689.
Exuit, & gressu gaudens sic ore locutus. I. 690. & IX. 319.
Mecum erit iste labor, si quid mea numina possunt, IV. 115.
& 382.
Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet, I. 687.
Inmiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt, V. 429.
Nusquam abero, solitam flammam, datur hora quieti, II. 620.
VIII. 389. & V. 844.
Desuper infundam, & tua si mihi certa voluntas, IV. 122. & 125.
Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi, VI. 105.
Sentiet, atque animo praesenti pignore firmat. VII. 434. &
III. 611.
Illa autem, neque enim fuga jam super ulla pericli est, VIII. 251.
Cogitur & supplex animos submittere amori, IV. 414.
Spemque dedit dubiam menti, solvitque pudorem. IV. 55.
Illum turbat amor, ramum, qui veste latebat, XII. 70. & VI. 406.
Eripit a femine, & fragranti fervidus infert. X. 788.

Ir

50. *Cui natam egr. genero dignisque hymenaeis Dat pater, & p. h. aet. foed. jungit*] ita in cod. Salm. & Leid. *Quin natam* apud Virg. & *Det pater*, & *jungas*. ubi in Codd. MSS. *foedere firmes*. & *Das pater*.

52. *Paret Amor dictis carae Genetricis*] Ita edidi, licet clare in cod. Salm. & Leid. *genitoris* legeretur. *genetricis* corrigendum ex ipso Virg. I. Aen. 689. ubi sequente versu legitur *& gressu gaudens incedit Julì*. quae noster sic mutavit *& gressu gaudens sic ore locutus* ex Lib. IX. 319.

59. *Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi*] hanc lectionem hic quoque servant vestigia mendosae scripturae codicis Salm. in quo *Omnia praecipi adque*. & Leidensis, *praecipi adque animo*. nam *percepi* male olim in multis codd. & edd. Virgilii. sed G. Fabricius & N. Heinsius *praecepi* bene vindicarunt, & multis veterum locis verbum hoc elegantissimum restituit Janus Gebhardus Lib. I. Crepund. cap. 1. *mecum ipse peregi* perperam etiam apud Virg. ab aliis adfertur.

60. *Sentiet, atque animo praes. pign. firmat*] Ita in Salm. & Leid. sed ex locis Virgilii legendum, *Sentiet: atque animum* &c.

61. *Illa autem, neque enim fuga j. s. ulla pericli est*] *Ille* apud Virg. loco indicato, ubi *est* non agnoscitur in MSS. aut editionibus.

62. *animos submittere amori*] firmatur hinc vera lectio apud Virg. IV. Aen. 414. quam pro *animum* recte illic Patruus meus probavit, quem etiam vide ad Ovid. I. Met. v. 166. & ad Gratii Cyneg. 195. ubi & Barthius alia adnotavit. Statius Lib. II. Sylv. I. 169. *Unde animi, saevaeque manus*. & XI. Theb. 525. *Tantum animis, iraque atque ignescentia cernunt Per galeas odia*. Juvenalis Sat. VI. 285. *iram atque animos a crimine sumunt*. Ovidius Epist. III. 85.

Vince animos, iramque tuam, qui cetera vincis.

63. *Spemque dedit dubiam menti*] *dubiem* cod. Salm. & Leid. unde patet *dubiae menti* legendum, ut apud Virgil. editur. alterum illud *solvitque pudorem* ex Virgilio imitatus est Manilius Lib. IV. 506.

Sed dabit in praedas animos, solvetque pudorem.

64. *Illum turbat amor*] sic Salm. & Leid. quod confirmat lectionem loci Virgiliani ex Lib. XII. 70. ubi *tardat* in aliis MSS.

65. *Eripit a femine, & fragranti fervidus infert*] Vindicat haec Salmasiani & Leid. codicum lectio apud Virg. X. Aen. 788. *Eripit a femine*, pro *femore*. quod egregie illic adstruit Heinsius.

It cruor, inque humeros cervix conlapſa recumbit. IX. 434.
His demum exactis geminam dabit Ilia prolem, VI. 637. & I. 274.
Laeta deûm partu, centum conplexa nepotes. VI. 787.

LXXXV. HI SVNT VERSVS FLORENTINI IN LAVDEM REGIS FACTI.

Regia feſta canam, ſolemnibus annua votis,
Imperiale decus, Thraſamundi, gloria mundi.
Regnantis Lybiae, toto ſed clarior orbe,
Sed radiante micans, cunctis ſupereminet aſtris.
In quo concordant pietas, prudentia, mores,
Virtus, forma, decus, animus, ſenſuſque virilis,
Invigilans animo, ſolus ſuper omnia ſenſus.
Sed quid plura moror? vel quo me ad devia ducam?
Solus habet, toto quidquid praefertur in orbe.
Parthia quod radiat ſublimibus ardua gemmis,

Ly-

pro *fragranti* ibidem *trepidanti* legitur, ſed alterum *fragranti fervidus infert* hic ad rem adcommodatius, quod totidem verbis integris apud Virgilium non reperi. ſed adumbratum eſt ex Lib. IX. Aen. 72.

Atque manum pinu flagranti fervidus implet.

ubi *infert* apud Donatum legi notavit G. Fabricius, quod & in ſuis codicibus reperiſſe videtur Luxorius. *fraglanti fervitus infert* mendoſe in Salm. unde *flagranti* patet ſcribendum. totum vero hunc locum Virgilianum ſimili in re etiam Auſonius, inſertis & aliis verſibus, Centoni ſuo Nuptiali inſeruit, p. 514 ed. Toll.

—— ramum, qui veſte latebat,
Nudato capite, & pedibus per mutua nexis,
Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum,
Eripit a femore, & trepidanti fervidus inſtat.

ubi *femine* etiam ſubſtituendum.

67. *geminam dabit Ilia prolem*] apud Virg. I. Aen. 274. legitur *geminam partu dabit Ilia prolem.* ſed *partu* omiſit, quia mox ex alio loco ſequitur.

LXXXV. VERSVS FLORENTINI IN LAVDEM REGIS FACTI] Hoc Carmen ex cod. Salmaſ. & ſchedis Divionenſibus hic quoque exhibui. quod ex apographo codicis Salmaſiani, ab Antonio Clemente ſcripto, produxit etiam Cuperus de Elephantis Exerc. II. Cap. VI. pag. 165. in quo adnotatum fuiſſe addit v. 11. pro *Libia* ſcribi debere *Lydia.* pro *impari*, *impare*, proque *nepiere*, *nectare.* Ipſe vero obſervat ſtylum plane Africam ſapere, & explicatione indigere, quae ſit filia vel colonia Carthaginis *Alicanas* v. 20. ſi recte ita legatur. & quid ſit *Carthago Asdingis* v. 30. aliaque in his obſcuriora, quae tamen ex ſubjecta Nob. Meermanni nota lucem accipiunt.

ſupereminet aſtris] *ſuper enitet* apud Cuper.

6. *Virtus, forma, decus,*] ſic Salm. & Divion. ſed *norma* a man. ſec. in Salm. & in marg. cod. Leid.

ſolus ſuper omnia ſenſus] *ſollers* edidit Cuperus, & ſeq. verſu *mea devia.*

11. *Lydia Pactoli rutilas*] haec Divion. cod. proba lectio eſt. in Salm. & Leid. *Libia Pactuli.* in quibus recte etiam *rutilas.* pro quo ex ſuo codice Cuperus *nitidas.* profert. ſed perperam. Juvenalis Sat. XIV. 299.

Quos Tagus, & rutila volvit Pactolus arena.

ſed recte hic *Lydia* corrigendum notat Cuperus pro *Libya*, ut in ſuo etiam erat codice. Propertius Lib. I. El. 6. 32.

Lydia Pactoli tingit arata liquor.

Seneca Oedipo v. 467. *Divite Pactolus vexit te Lydius unda, Aurea torrenti deducens flumina ripa.* vid.

Lydia Pactoli rutilas quod fulcat arenas,
Vellera quo Seres tingunt variata colore,
Regnantum meritis pretiosa praemia dantes,
Tegmine quod fulgent admisto murice vestes,
Africa quos fundit fructus splendentis olivi,
Et si quid tellus gignit laudata per orbem,
In regnis venere tuis, cum maximus auctor
Contulit, & soli tribuit haec cuncta potiri.
Te regnante, diu fulgent Carthaginis arces,
Filia quam sequitur Alianas impare gressu.
Nec merito, nec honore minor, cui plurimus ardens
Regnantis increvit amor, quam surgere fecit,
Dilectisque locis claram vitalibus auris,
Quae meruit celsum meritis sufferre regentis.

Hinc

vid. Serv. ad Virg. X. Aen. 145. dein v. 12. *Vellera quo Seres* apud Cuperum, ut in cod. Salm. sed *quod* legendum, & seq. vers. *pretiosaque praemia.*

14. *Tegmine quod fulgent*] *Te nunc quod fulgent* profert Cuper.

15. *quod fundit fructus*] sic correxi pro vitiosa codd. scriptura *quod fundi fructus*. ut edidit etiam Cuperus.

16. *Et si quid tellus gignit*] *quis* male in Leid. seq. vers. *In regnis venere suis, cui* Salm. & Leid. ut edidit Cuper. in Divion. *In regnis venere tuis, cum*. sed *cui maximus auctor Contulit*, in marg. quod praeferendum. sic in Epitaphio veteri, quod edidi supra Lib. IV. Ep. 277. pag. 214. emendandum conjeci,

Cuncta tibi Divae munera contulerunt.

pro vitiosa lectione *conjicerunt*. ubi plura, & notatis illic adde ex Epigr. 344. ejusdem Libri,

Haec Hilarus mihi contulerat pater.

Auctor Octaviae v. 551. de Poppaea Neronis:

Omnes in unam contulit laudes Deus,
Talemque nasci fata voluerunt mihi.

Seneca de Tranquill. anim. cap. XI. de Sejano: *in quem, quidquid congeri poterat, Dii hominesque contulerant.*

20. *Filia quam sequitur Alianas*] Quaenam fuerit urbs Aliana, obscurissimum est. Id certum ex versibus Anonymi & Flavii Felicis, editis Lib. III. hujus Anthologiae Epig. 33. seq. Regem Thrasamundum eam paene totam instaurasse; aedes illic sibi construxisse amplissimas, ut & Ecclesiam, balneaque magnifica; unde suspicor, hunc aestivo tempore illic subinde commoratum fuisse; multum quippe lapsus fuit Marq. Freherus, dum in Not. ad Ausonii Mosell. vers. 201. pro *thermis Aelianis* in dicto Epigr. 33. substituit *thermis Gargilianis Carthaginis*. Quippe Alianae extra urbem in loco, ubi rupes altissimae erant, sitas fuisse ipsa Epigrammata docent: Gargilianae vero, quarum D. Augustinus meminit *Brevic. Collationis contra Donatistas*, in ipsa urbe Carthagine collocatae erant, ut bene observatum in Notis ad *Gesta Collationis*, Tom. IV. Concil. ex edit. Jo. Dominic. Mansi pag. 51. seq. forte *Aliana* nomen accepit a gente Alanorum, quibus aeque ac Vandalis imperabat Thrasamundus. Fuit quum crederem, intelligendum oppidulum duabus ab urbe Tuneto leucis situm, quod *Ariana* jam audit, quodque a Gothis conditum ait Jo. Leo in descript. Africae Lib. V. p. m. 221. Marmolio quoque in Africa Lib. VI. cap. 19. & Shawio in Itinerar. Tom. I. p. 193. versionis Gallicae, memoratum; literas enim l & r saepe confundi nos docet Bern. Aldrete Lib. II. *del Origen della lingua Castellana* cap. 12. verum quia nihil laudati scriptores tradunt de balneis, nihil de ruinis amplissimi aedificii in hoc oppidulo, nolim quidquam definire: alia vero loca in regno Tunetano, quae cum cura Shawius in Itinerario descripsit, num huc applicari possent, sollicite inquisivi, sed opera frustranea.

MEERMAN.

21. *Nec merito, nec honore minor*] ita in Divion. *meriti* Salm. & Leid. sed *merito* a m. sec. in utroque. forte *meritis.*

29. *Car-*

Hinc freta marmoreo resonant sub gurgite ponti,
Hinc telluris opes viridanti cortice surgunt,
Ut maris & terrae dominus splendore fruatur.
Nam Carthago suam retinet per culmina laudem,
Carthago in Regem victrix, Carthago triumphat,
Carthago Asdingis genitrix, Carthago coruscat,
Carthago excellens Lybicas Carthago per oras,
Carthago studiis, Carthago ornata magistris,
Carthago populis pollet, Carthago refulget,
Carthago in domibus, Carthago in moenibus ampla,
Carthago & dulcis, Carthago & nectare suavis,
Carthago flores, Thrasamundi nomine regnas,
Cujus & imperium maneat per secula felix,
Optamus domino multos celebrare per annos,
Annua dum repetit fulgentia gaudia regni.

LXXXVI. FLAVII FELICIS V. C. POSTVLATIO HONORIS APVD VICTORIANVM V. INL. ET PRIMISCRINIARIVM.

Aspera dum quaterent humanas praelia mentes,
Aut raperet vastum nigra procella fretum,

Cum

29. *Carthago in Regem victrix*] sic edidit Cuperus. quod firmatur a cod. Salm. & Leid. *in Rege victrix* Divion. unde suppleri posset *Carthago in Rege est victrix*. vel cum If. Vossio in marg. cod. Leid. *in Rege invictrix*. seq. vers. *Asdingis* in Salm. & Leid. *Ardingis* Divion.

30. *Carthago Asdingis*] Locutio haec, quamquam non intellecta fuerit Gisb. Cupero in Dissert. de Elephantis Ex. I. cap. 6. longe tamen clarior praecedenti est. Vandali etenim, qui Africa potiti sunt, erant e stirpe Asdingorum, a qua proinde metropolis regnique sedes Carthago dicta *Asdingis*; qua de re pluribus, volente Deo, in *Historia nostra Regum Vandalorum in Africa.* Interpungo itaque: *Carthago Asdingis, genitrix Carthago coruscat.* MEERMAN. verissima haec observatio. *Asdingi* enim dicti fuerunt Vandali, qui ex Gallia in Hispaniam, & inde in Africam se contulerunt. vide Grotium in Proleg. ad Script. Rer. Goth. & Vandal. pag. 55.

31. *Lybicas Carthago per oras*) *ora* vitiose in Salm. sed *oras* Leid. ut in Divion. & apud Cuper.

34. *Carthago in moenibus ampla*] sic cod. Divion. cujus margini adscriptum erat *domibus* in MS. exstare, pro qua vitiosa lectione recte substitutum fuit *moenibus*. quod a Salm. & Leid. firmatur.

35. *& nectare suavis*] recte ita corrigendum monuit Cuperus pro *neptere*, ut in cod. Gallaei invenit. quod & in Salm. & Leid. extat, in quibus *Neptere suavis*. sed *nectare* etiam Petrum Scriverum emendasse codicis Salmasiani margini adnotaverat Heinsius, nec aliter in Leid. a manu sec.

36. *Thrasamundi nomine regnas*] hic ad codicis Salmasiani marginem a manu recentiore adscriptum erat, *Hic regnabat anno Dom.* 494.

37. *Cujus & imperium maneat*] ut apud Cuper. alterum in Salm. in quo *manet*. sed *maneat* man. rec. correctum.

LXXXVI. FLAVII FELICIS V. C. POSTVLATIO HONORIS &c.] Non dubium est, quin haec Postulatio ad Victorianum ejusdem sit Felicis V. C. cujus Epigrammata aliquot de Balneis edita sunt Tom. I. hujus Anthol. Lib. III. Epigr. 31. seq. siquidem ex Epigr. 37. illic liquet, Poëtam *merita altaria*

Cum dubiis fortuna suis penderet habenis,
  Torqueretque vagus stolida corda metus.
Anxia Phoebeis sanabant pectora templis,
  Et sacros tripodas nosse, salubre fuit.
Nunc etiam saevis agitat quos cura periclis,
  Atque inopi vexat dura labore fames;
Altera Parnasi currunt ad numina montis,
  Castalioque lacu viscera maesta fovent.
Te nudi tristesque rogant, tibi flebile plangit
  Auxilium poscens paupera turba tuum.
Tu mihi numen eris, Phoebeo numine plenus,
  Qui potes informes morte levare manu.

Quae

taria a Rege Thrasamundo in urbe Aliana erecta vocasse, quae Catholicis seu Omousiinis destinata erant, siquidem initio regni sui benevolentia sibi divincire Catholicos studuisse Thrasamundum constat. itaque inter Catholicos numerari Felicem Poëtam debere in propatulo est. Imo, quod se V. CL. vocet, videtur fuisse ordinis Senatorii, sed hoc munere posthac privatus, quando Clerus Arrianus tantum apud Regem effecit, ut Catholici succumberent, saltem Edictum obtinuit de non supplendis defunctorum Episcoporum sedibus. Ab eo igitur, ut puto, tempore, Felix ad paupertatem redactus non modo Clericus ipse fieri optavit, sed & preces fudit pro paupere turba Catholicorum, quae Ecclesiis praeesse jam non poterat. vid. vers. 11. 12. 22. 30. quae omnia latius illustrabuntur in Historia nostra Regum Vandalorum in Africa. MEERMAN. de hoc Flavio Felice egi in notis ad Tom. I. Lib. III. Ep. 34. p. 481. ubi quatuor ejus Epigrammata inedita produxi; in quorum primo distichon illud

Publica vox populis Thrasamundus gaudia vovit,
Prospera continuavis nomina secla suis.

sic emendandum est ex felici Cl. Schraderi conjectura,

Publica Rex populis Thrasamundus gaudia vovit,
Prospera continuans numine secla suo.

primum firmatur ex Ep. XXXV. illic etiam edito:

Hic unus Rex fecit opus Thrasamundus in anno,
Inclita dans populis munera temporibus.

& Ep. XXXVII.

Hic pia Rex populis Thrasamundus vota dicavit.

alterum *Prospera continuans numine secla suo* longe praeferendum videtur conjecturae Cl. Rhunckenii in notis ad Rutil. Lup. p. 53. corrigentis

Prospera continuans omnia secla suis.

ibid. Epigr. XXXVI. 2. legendum cum eodem Schradero *Sensit & imperium*, ut in cod. Leid. & v. 5. *Cum limphis gelidis constat concordia flammae*, pro *gestant*. Non minimae dignitatis Virum fuisse hunc Victorianum, patet ex addito titulo *Primiscrinarii*, qui & *primiscrinius*, & *scriniorum primicerius*, ac *magister scriniorum* vocabatur. sed varii generis erant *scriniarii*, tam in aulis quam Ecclesiis. in Glossis Graecis Σκρινιάριοι, οἱ χαρτοφύλακες τῶν βασιλικῶν χαρτίων exponuntur. ut notat Sirmond. ad Sidon. Apollin. pag. 125. vid. J. Meursii Glossar. Graec. Barb. p. 511. sed plura apud Cangium Tom. II. Glossar. Graec. pag. 1401. & Tom. VI. Glossar. Lat. p. 259. & de Scriniariis Panciroll. ad Notif. Dign. Imp. p. 145. non infrequentem eorum mentionem esse in Inscriptt. vetustis, notant Gutherius Lib. III. de Offic. dom. Aug. cap. 7. p. 571. & Salmasius ad Lamprid. Alex. Sever. cap. 31. qui *Scriniorum magistros*, id est *primiscriniarios*, in priorum temporum historia non memorari observat ad Spartiani Ael. Verum cap. 4.

4. *stolida corda metus*] sic in schedis Salmas. & Divion. vitiosa & metro nimis adversa lectione. Quid si emendetur,

Torqueretque vagus squalida corda metus.

10. *viscera moesta fovent*] ita legend. ex schedis Divion. in cod. Salm. *mesta foebunt*. sed *fovent* etiam codicis Leidensis margini adscripserat Is. Vossius.

13. *Phoebeo numine plenus, Qui potes informes morte levare manu*] Expressi Divionensium schedarum scripturam. corrupte in cod. Salmasiano,

—— *Foebeo numen ere plenus,*
Qui potes informes morte labare manu.

an forte pro *Phoebeo munere plenus*. vel potius

Quaeque meos domus est proavos miserata patremque,
Haec eadem natis praemia nota ferat.
Erige languentem, morbos depelle *m*oris,
Et miserum melior factus Apollo juva.
Non ego litigeros cupio cognoscere fasces,
Nec mihi reddantur jura superba, precor.
Triste forum nolo, vexat quod praemia pacis,
Fraternisque odiis alea caeca subit.
Conflictus audire piget rixasque togarum,
Quas inter fictus concrepat ore furor.
Justitiam calcat seductus foenore praedae,
Et quas defendit, partibus arma parat.
Nec mihi, qui pereant, ulli poscuntur honores,
Aut avidus pompae maxima lucra peto.
Sit mihi fas audire sacros & cernere cultus,
Ecclesiae spectans dona venire mea.
Sic tibi Phoenicis transcendere congruat annos,
Incolumique aevum conjuge laetus agas.
Sic thalamis prolem socies, videasque nepotes
Prudentis gremio ludere semper avi.
Inclita sic celsi provectus fata parentis,
Exsuperes meritis, secla que longa geras.

Sic

totum hoc distichon sic erit constituendum,

Tu mihi numen eris, Phoebeo numine majus,
Qui potes infirmos morte levare manu.

certe *informes* mendosum est, & *infirmos* exigunt sequentia,

Erige languentem morbos depelle, &c.
Et miserum melior factus Apollo juva.

quo ultimo versu adjuvatur conjectura mea, *Tu mihi numen eris, Phoebeo numine majus.*

17. *morbos depelle *meroris*] licet in Salmas. & Divionensibus schedis sic legatur, auctorem tamen ipsum scripsisse non dubito, *morbos depelle doloris*. in legem enim metricam tam supine offendisse Flavium Felicem, tota Elegia, pro aevi illius captu non penitus inepta, vetat.

25. *Justitiam calcat seductus foenore praedae*] *seductos* male in cod. Salmas. *se*uctus foenore praedae* schedae Divion. *seductus* pro illectus, & inescatus, ex aevi istius latinitate est. vid. Ryckii notas ad Tacit. II. Hist. cap. 90. apud meliores enim auctores *seductus* est remotus, seorsim ductus. ut optime docuit Gronovius ad SenecaeConf. ad Helv. cap. 16. pro *praedae* autem codicis Divion. margini adscriptum erat, forte *praedo* legendum. quod probo, ut per *praedonem* intelligat lucripetam legulejum, Harpyiae more praedas agentem. innuit enim hic legicrepos, *forenses rabulas* vulgo dictos, literarum elegantiorum juratos hostes. vid. Juret. ad Symmach. pag. 90. & vividis coloribus depictam eorum imaginem apud Vincent. Obsopoeum in notis ad Antholog. Graec. pag. 234. & Jan. Doussam in Praecidan. pro Tibullo cap. XIX.

30. *Ecclesiae spectans*] *spectae* Divion. sed *spectans* est in cod. Salmas. forte pro *exspectans*. saepe enim *spectare* pro exspectare occurrit, licet passim id corruperint librarii. vide quae notavi ad Tom. I. pag. 49. & in Addendis p. 721.

35. *Inclita sic celsi provectus fata parentis*
Exsuperes meritis, seclaque longa geras &c.]
ita in cod. Salmas. *alti prov. f. parentis* in Divion. Totus autem hic locus nimia fere imitatione desumtus est ex veteri Epigrammate, quod sub titulo POSTVLATIO MVNERIS, qualis argumenti haec Elegia Flavii Felicis est, legitur apud Pithoeum Lib. IV. Epigr. vet. pag. 151. & Scalig. Lib. I. Catalect. p. 214 ex quibus illud

Sic priscos vincas atavos, clarosque parentes,
  Et placido Regi nuntius orsa feras.
Adnue poscenti, miserûm sustolle ruinas,
  Clericus ut fiam, dum velis, ipse potes.

LXXXVII.

EPITHALAMIVM LAVRENTII.

In primis te, Sponse, precor, patiare canentem,
Tuque puella magis tacito mihi carmine parcas.
Scimus enim, scimus vobis nunc carmina nostra
Doctiloquique etiam linguam solidare Maronis.
Sed breviter strictimque duos dicemus amantes,
Maria . . : plus quaerat . . . pauca loquemur.
Principio, generis simili vos stirpe creatos
Florenti Florique patris sat nomina prodet,
Matribus & pariter respondet foetus uterque.
Nam decuit Mariam sapientem fundere....
Calliopenque simul juvenem proferre ....
O similes multumque pares! te prima juventus
Insignem vegetumque tenet . . . .
Florigenas plenaque decens lanugine malas
Mollia votifero dempsisti vellera ferro,
Egregio fulges cultu, totusque decorus,

Et

lud edidi Tom. I. hujus Aotholog. Lib. III. Ep. 156. pag. 604.

Sic tibi florentes aequaevo germine nati
  Indolis aeternae (leg. *aetheriae*) *sidere, celsa petant.*
Sic priscos vincant atavos, clarosque parentes
  Exsuperent meritis, seclaque longa gerant.
Sic sobolis numerum transcendat turba nepotum,
  Nobilibusque juges gaudia tanta toris.

ubi Heinsius *seclaque longa ferant.* ut hic etiam legi posset *seclaque longa feras.* nisi mox sequeretur *orsa feras.* de quo videad Lib. IV. Ep. 156. pag. 115.

  Quadraginta duos mecum fero flebilis annos.

recte etiam idem Heinsius illic emendavit *Nobilibusque juges gaudia tanta toris.* pro *Nobilibusque riges*, ut ediderant Pithoeus & Scaliger. *jugare* enim pro jungere, sociare. de quo vide ad Lib. V. Ep. 114. p. 387. & hoc firmare videtur Flavius Felix disticho praecedenti,

Sic thalamis prolem socies, videasque nepotes
  Prudentis gremio ludere semper avi.

ubi tamen pro *semper* mallem *sospes* scripsisset

39. *miserûm sustolle ruinas*] aut sic legendum pro *miserorum*, ut intelligatur *paupera* illa *turba*, persecutione oppressa, pro qua Victorianum deprecatur supra v. 11 & 12. vel corrigendum, *miserum sustolle ruinae*, me nempe. praecedit enim *Adnue poscenti*, quia ad paupertatem prolapsus Flavius Felix munus sibi Ecclesiasticum a Victoriano dari postulat.

LXXXVII. EPITHALAMIVM LAVRENTII] Ineditum hoc, & a N. Heinsio ex vetusto Claudiani codice Bibliothecae Ambrosianae descriptum est, in quo legebatur post carmen ad Probinum inter Epigrammata Claudiani. Locum aliquem ei hic non denegavi, licet variis hiatibus mutilum, nec felici admodum Apolline conditum sit. Initio etiam aliquid deesse videtur.

8. *sat nomina prodet*] ita in MS. leg. *produnt.*

10. *sapientem fundere....*] forte excidit *matrem*, & versu sequenti *proferre sub auras.*

16. *Mollia votifero dempsisti vellera ferro*] elegans satis descriptio lanuginis, seu barbae mol-

Llll 2 lioris

Et facie mores, patriamque ex nomine pandens.
Nam quae primates quondam genuere Latinos,
Antiquaeque urbi proprium tribuere vocamen,
Dant tibi, Laurenti, Laurentes nomine nymphae.
Quid memorem mores juvenili in corde ſeniles,
Atque Italum ingenium Romana fervere lingua:
Tu fora; tu leges celebras, ſanctumque tribunal,
Promptaque inpavidus tu ſuetus dicere dextra;
Te inſontes palmam ſemper tribuere patrono;
Te contra adſtantem ſemper timuere nocentes:
Prorſus habes juvenis totum quod Tullius auctor
Cauſſidicos retinere jubet. nam fultus utroque
Vir bonus es nimium . . . .
Ad te non breviter, nam ſic te velle putamus,
Verba, puella, feram. pulchro formoſa colore,
Lilia ceu niteant rutilis conmixta roſetis,
Sic rubor & candor pingunt tibi, florida, vultus.
Denique miramur, quid colla monilia geſtent,
Ex humeris fruſtra phaleras inponis eburnas.
Nam tibi non gemmae, ſed tu das lumina gemmis;
Atque alias comit, per te componitur aurum.
. . . . ſcriptique tenax veloxque legendi
. . . . talis fueris praeſaga mariti,
. . Muſaea tuis inſedit cura medullis.
Nec minus in propriis ſtudium: nam vellera lanae
Textilibus calathis ſemper traxere perita,
Inque globos veteres coëuntia vellera penſa
Conpoſitas tenui ſuſpendis ſtamine telas,

Quas

lioris, primum detonſae *ferro votifero*, quia illo die, quo lanuginem deponebant juvenes, ſeu candidior tondenti barba cadebat, vota laribus domeſticis fiebant, &, ut dicit Juvenalis, *plena domus libis genialibus* erat. quem ritum illuſtravit Lipſius ad Tacit. XIV. Annal. in Excurſ. B. docti Interpretes ad Suet. Ner. cap. 12. & ad Petron. cap. 29. ut hic *votiferum ferrum*, ita *votigeri ignes* infr. v. 60.

21. *Dant tibi, Laurenti, Laurentes nomine nymphae*] Reſpicit illa Virgilii VII. Aen. 59-63.

Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
Sacra comam, multoſque metu ſervata per annos,
Quam pater inventam, primas cum conderet arces,
Ipſe ferebatur Phoebo ſacraſſe Latinus,
Laurentiſque ab ea nomen poſuiſſe colonis.

ubi Servius: *Latinus poſt mortem Lavini, cum Lavinium amplificaret, ab inventa lauro, Laurolavinium id appellavit.*

mores juvenili in corde ſeniles] vide quae olim notavi ad Lotich. Lib. IV. El. 3. p. 270.

34. *Sic rubor & candor* &c.] poſt hunc verſum nonnulla excidiſſe videntur: quod ſuadent praecedentia, *Ad te non breviter* &c. & tamen vix formam ſponſae laudare adgreſſus, mox ſubjungit intempeſtive, *Denique miramur* &c.

42. — *nam vellera lanae*
Textilibus calathis ſemper traxere perita,
Inque globos veteres coëuntia vellera penſa &c.] haec inquinatiſſima ſunt, & ſenſu idoneo deſtituta.

Quas cum multiplici *f*narunt licia gressu,
Traxeris & digitis tum mollia fila gemellis,
Serica Arachneo densentur pectine texta,
Subtilisque seges radio stridente resultat.
Sed jam sufficiat de magnis pauca locutum:
Non finit hoc tempus totas effundere vires.
Quin magis, o pueri, vosque exaudite puellae,
Quos optare pares thalamos, taedasque jugales
Sensibus ex imis suspiria ducta fatentur.
Consertas prensate manus, magnumque per orbem
Dextra liget laevam, festos celebrate hymenaeos,
Ac modulante melos pariter cesoque* pavinto
Compede. vox resonet, persultent atria larga,.

Quae

m. Reponendum forsitan, —— *nam vellera lanae*
Textilibus calathis semper trahis arte perita,
Inque globos teretes versans coëuntia pensa
Compositas semel &c. *vellera* enim inconcinne repetuntur, & *versare* aptum rei verbum est. sic Nasoni Epist. XIX. 37.

Tortaque versato ducentes stamina fuso.

IV. Met. 34.

Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant.

& Lib. VI. 22. *Sive levi teretem versabat pollice fusum.* Catullus loco mox indicando:

Libratum tereti versabat turbine fusum.

Tibullus Lib. II. El. I. 64. *Fusus & adposita pollice versat opus.* forte & *Rasilibus calathis* non incommode substitueretur. ut Ovidio Epist. IX. 74.

Rasilibus calathis imposuisse manum.

46. *Quas cum multiplici f*narunt licia gressu*] ita legebatur in MS. sed corrupte. Suspicoe *formarunt* castigandum esse. sic enim in lanificio Parcarum, Achillis fila nentium, Catullus Carm. LXV. 315.

Dextera tum leviter deducens fila supinis
Formabat digitis, tum prono in pollice torquens
Libratum tereti versabat turbine fusum.

ex quo loco etiam firmatur, quod paullo ante corrigendum notavi, *Inque globos teretes versans*, pro *veteres*, quod absurdum. *teretem fusum* dicit Ovid. d. l. VI. Met. 22. *formare* autem & *informare* est operis formam instruere. vide ad Tom. I. p. 451. forte & pro *multiplici gressu* emendandum *nexu*. quia sursum versum texebant stantes, unde vs. praeced. *suspendis stamina telas*. & *pendula tela* Ovidio Epist. I. 10. quem texendi modum egregie illustravit Salmas. ad Vopisci Aurelian. cap. 46. Sequenti etiam versu praestiterit *Duxeris & digitis tum mollia fila gemellis*. non *Traxeris*, quod filis mollibus non convenit, & *traxere*, vel *trahis arte*; ut conjeci, modo praecessit. possis & *Torseris*. ut apud Catullum, *prono in pollice torquens*. & Ovid. XII. Met. 475.

—— *columque*
I cape cum calathis, & stamina pollice torque.

Silius Ital. I. 282. *Tertia bis rupto torquerent stamina filo.* Auctoe Elegiae in obitum Maecen. 73. de Hercule, *torsisti pollice fusa.* *ducere* autem & *deducere*, propria hac in re verba, de lana ex fuso vel colu in longum tracta & extensa. quod *ἑλκύειν* Graecis dici notavit Kusterus ad Suidam pag. 555. sic in loco Catulli, *Dextera tum leviter deducens fila supinis Formabat digitis.* Ovid. Epist. IX. 77. *Crassaque robusta deducis pollice fila.* & IV. Met. 36. *E quibus una levi deducens pollice filum.* Tibullus Lib. I. El. 3. 86. *Deducat plena stamina longa colu.* & Lib. III. El. 3. 36. *tristesque Sorores Stamina quae ducunt, quaeque futura canunt.* vid. Patrui mei notas ad Valer. Fl. I. 429.

48. *densentur*] forte *densantur*.

57. *Ac modulante melos pariter cesoque* pavinto Compede. vox resonet*] locum hunc mendosum sic constituendum opinor,

Ac modulante mela pariter caesa pavimento
Cum pede vox resonet.

ut saltationi cantum addat; & *caesa pavimento*, neglecta secundae syllabae, quae longa est, quantitate dixerit, nisi propterea vocem contraxerit, & *caesoque pavento* pro *pavimento* posuerit. cujus tamen exemplum apud similis aetatis scriptores desidero. *caedere pavimentum* est *terram pavire*, seu pede saltanti percutere, quod *pede libero pulsare terram* Horatio dicitur. Papias in Vocabulario: *Pavimenta dicta eo quod paviantur, id est caedantur.* Joannes de Janua in Catholico: *Pavimentum à pavio, vis, dicitur elaboratum solum, quia saepe pede feritur.* & subjungit, *pavio, pavis, pavi, pavitum*

Quae virides cingunt hederae laurique coronant,
Votigerique ignes ſtellantia lumina complent.
Tympana, chorda ſimul, ſymphonia, tibia, buxus,
Cymbala, bambalium, cornus, & fiſtula, ſiſtrum,
Quaeque pererratas inſpirant carmina voces.
Huïa folligeris exclamant organa vocis.
Surge, age jam, juvenis. dextram conplectere ſponſae,
Tuque puella caput niveo velamine tecta,
Non cunctante gradu greſſum comitare mariti.
Tuque etiam paucis monearis Pronuba verbis,
Cum fuerit ventum ad thalamos, primumque cubile,
Sit tibi cura ingens innoxia reddere membra
Virginis, ut totum quod poſſit laedere demas.
Nullum ſit capiti, quo crinis comitur, aurum,
Nec collo jaceant, niſi quae ſunt laevia fila,
Annulus & digitis tollatur mollibus aſper,
Ac niveos auro propera ſpoliare lacertos.
Nec, dum . . . . . atque oſcula dulcia jactant,
Exercentque thoris Veneris luctamen anhelum,
Cuncta per amplexus foedentur membra mariti,
Atque invita viri maculet, quae diligit, ora.
Ite pares: tandemque thoro recubate potito,
Mellea tunc roſeis haereſcant baſia labris.
. . . .
Dextera cervicem niveam ſubjecta retentet,
Stringenteſque ſimul conſtringat laeva papillas.
Vivite felices, quam longaque carpite ſecla.
Vivite concordes. donec premat una ſenectus,
Multorumque onerent natorum jura nepotes.

LXXXVIII.

vi*um, *id eſt ferire, percutere, caedere* & ſic in Salemonis Epiſcopi Conſtantienſis Gloſſario antiquiſſimo: *Vocata autem pavimenta, eo quod pavlantur, id eſt caedantur.* vide Colvium ad Apulej. pag. 88. & Menag. Lex. Etym. Gall. in *pavé* & *paver*, p. 563. 564. Junianus Majus de Verbor. Signiſ. *Pavimentum, ſolum. Horat. & mero tinget pavimentum ſuperbo.* ut ex ſuis codd. locum illum Horatii profert Junianus, quod favet Bentlejo Lib. II. Od. 14. fin. ſic legenti, pro *pavimentum ſuperbum.* dein *modulante melo*, caſu ſexto, aevi inferioris ſcriptoribus frequens eſſe docet Buchnerus ad Venantii Carmen de Reſurr. Chriſti v. 30. poſſis etiam *modulante ebely.*

62. *bambalium*] ſcribendum puto *bombalium*, a bombo, ſeu graviore ſonitu. & mox v. 64. *folligeris votis* corrige pro *vocis.*

72. *Nullum ſit capiti* &c.] haec & ſequentia conferantur cum Epigrammate *ad Virginem nimis cultam*, quod edidi Tom. I. pag. 691. 692.

76. *Nec, dum . . . . . atque oſcula dulcia jactant*] ſuppleri poſſet, *Nec, dum mille jocos atque oſcula* &c.

LXXXVIII.

VERSUS DOMINI PETRI REFERENDARII
IN BASILICA PALATII S. MARIAE.

QVALITER INTACTA PROCESSIT VIRGINE PARTVS,
VTQVE PATI VOLVIT NATVS, PERQVIRERE NOLI.
HAEC NVLLI TRACTARE LICET, SED CREDERE TANTVM.

Felices illos, qui te genuere, parentes,
Felicem Solem, qui te videt omnibus horis,
Felicem terram, quam tu pede candida calcas.
Felices fasciae, cingentes corpus amatae,
Felices* toros quibus Dulcis nuda recumbis!
Ut visco capiuntur aves, ut retibus apri,
Sic ego nunc Dulcis diro sum captus amore,
Vidi, nec tetigi, video, nec tangere possum,
Totus in igne fui, non sum consumptus, & arsi.
Post mille amplexus, post dulcia suavia penem
Confiniis laterum retortum suscipe posco.
Viribus ut probris mollem tu reddas, ab alvo
In alvum sumptura iterum, quem tempore certo,
Aetas si superet, tertio supplere conabor.
Nec volo plus cupias, nam me si cogis iniquum est:
Ut tu victorem superes, noctesque futurae
Incipiunt demere* numerumque spondeo ternum.

LXXXIX.

LXXXVIII. PETRI REFERENDARII] ita inscribitur in Salmasiano codice, & schedis Divionensibus, nisi quod in his soli tantum erant tres illi versus, qui in Salmasiano praefiguntur huic Epigrammati, cum quo nihil certe commune habent, quia ad Christi nativitatem & passionem referendi sunt, & forte Basilicae D. Mariae fuerint inscripti a Petro illo Referendario. unde & inter Christiana leguntur in codice Divionensi. ipsum vero Epigramma lascivioris argumenti & alterius procul dubio auctoris est, sed poëtae gregarii atque insulsi, & in fine versus aliquot desunt. *Referendarii* dicebantur, qui desideria supplicantium ad Principem referebant. aliis *cancellarii*. de quibus agunt Gutherius de Offic. Dom. Aug. Lib. III. cap. 8. Brossaeus ad Cassiodor. Lib. VI. Variar. 17. Pancirol. ad Notit. Dign. Imper. pag. 152. Salmasius ad Vopisc. Aurelian. cap. 36. p. 512. & in Carino cap. 16. pag. 805. & Differt. de Secretariis pag. 674. edita a Salengrio in Thes. Nov. Antiq. Rom. Tom. II. sic Ἰωαννίου Ῥεφερενδαρίου Epigramma est in Anthol. Graec. Lib. VII. Ep. 82. pag. 606. ut in codd. MSS. pro quo in editis Ἀρρενίου.

5. *Felices* toros quibus*] forte *Felicesque toros, quis* &c.

12. *Viribus ut probris mollem tu reddas*] ita in MSS. Scribendum opinor, *Viribus ut probis*, vel *propriis*, *mollem tu reddis ab alvo*, *Inque alvum*. praecedenti versu *detortum* corrige pro *retortum*.

*Incipiunt demere * numerumque*] versus corruptissimus, qui sic forte restituendus,

——— *noctesque futurae*
Incipiant, vel *Iniciant*, *de me numerum quoque spondeo ternum*.

LXXXIX.

INCERTI

EPITHALAMIVM

AVSPICII ET AËLLAE.

Vere novo florebat humus, fatus aethere fudo
Imbre maritatum vegetabat fpiritus orbem.
Ipfa quoque, aetheriis deducta propagine, flamma
Vifceribus fuffufa cavis, nova germina largo
Urgebat gremio, reparans elementa calore.
Latonae geminum numen, Cythereïus ignis,
Jupiter ipfe parens, & Majae mobile pignus,
Temperie unanimi, feclufo frigore trifti
Saturni veteris, mundi per aperta nitebant.
Cum Venus Idaliis comitata fororibus exit,
Theffalicos vifura lares, ubi florida Tempe
Perpetuis faciles confervant cultibus hortos.
It Natura comes lactenti foeta papilla,
Unde venit vitale decus; prope Gratia blando

In-

LXXXIX INCERTI EPITHALAMIVM AVSPICII ET AËLLAE] ex membranis vetuftis in Mediomatricum metropoli a fe redemtis edidit Barthius ad Claudian. pag. 462. fub finem Epithalamii Palladii & Celerinae, auctorifque nomen huic Carmini *Patricium* vel *Patricum* infcriptum fuiffe addit, quod tamen dignitatis potius vocabulum recte cenfet; licet *Patricius* Magifter Officiorum fub Valentiniano, Theodofio, & Arcadio, tum *Patricius* Comes fub Theodofio Juniore memorentur in Cod. Theodofiano. vid. Gothofr. Profopogr. pag. 73. fic *Patricius* Conful A. 459. poft Chr. nat. de quo vide Lambecium ad Codin. p. 180.

2. *Imbre maritatum*] Auctor Pervigilii Ven. 4.

Et nemus comam refolvit de maritis imbribus.

ubi Weitzii & aliorum notas vide. fic *maritus fluctus* pro foecundo apud Avien. Perieg. 345. de Nilo:

——— inque jacentem
Aegyptum fufus fluctu premit arva marito,
Foecundatque folum.

aether enim apud poëtas imbre tamquam genitali femine terram foecundare fingitur. notum illud Virgilii Lib. II. Georg. 325.

Tum pater omnipotens foecundis imbribus Aether
Conjugis in gremium laetae defcendit, & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore, foetus.

ex imitatione Lucretii Lib. I. 252.

Poftremo pereunt imbres, ubi eos pater Aether
In gremium matris Terrai praecipitavit.

quod de Graecis fontibus utrumque poëtam derivaffe notant Interpretes, & praefertim Germanus Valens Pimpontius ad Virgilii locum. Euripides in Tragoed. Incert. pag. 505. ed. Barnef.

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅτ' ἂν ξηρὸν πέδον
Ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχει.
Ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
Ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.
Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον ἐς ταυτὸν δύο,
Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα καὶ ἐκτρέφουσ' ἅμα.

ubi vide Barnefii notas.

3. *aetheriis*] leg. *aetheria.*

Intuitu invergit florem nafcentibus herbis.
Ante Deam tenui decurrit vefte Voluptas,
Oftentans revocanfque nitentia membra tegendo:
Purpureas croceo furas evincta cothurno,
Speque fua major, nullaque imitanda figura.
Blanda manu inplexam tenet hanc, ducitque canendo
Aetherias Seiren iterabile carmen ad auras.
Ad juga blanda fedet, niveas moderata columbas,
Non fatianda bonis Divae foror alma, Cupido.
Aliger obfequio ftipat puer agmen Amorum
Claudit agens choreas pictis exercitus armis.
Adrident late toto revolantia mundo
Sidera, blandito dominam venerata fereno.
Ipfa levi refidens curru, mitiffima Divum,
Ventilat adflatu coelum, Zephyrifque remiffis
Mulcet agros, lenique aftris adremigat aura.
Protinus ut liquidum Phoebi jubar ore recuffit,
Progreffamque Deam docuere elementa favendo,
Lydia qui cedente reliquerat arva forore,
Obvia pampineis Liber rapit agmina thyrfis.
Ditia Pactoli fuperat Peneïus amnis
Munera, clarus aquis nitidum ftagnantibus aurum:
Exfultant Dryadum faciles deliria Fauni,
Et Satyri, fub utroque Deo promtiffima pubes.
Corniger hos ftimulis inplet puer, aethera clangor
Verberat, & crotalis refponfant tympana pulfis.
Ecce Pater pando recubans Silenus afello,
Cui lacer a fummo pendebat cantharus armo,

Vina

18. *Purpureas croceo furas evincta cothurno*] ex Virg. I. Aen. 337.

Purpureoque alte furas vincire cothurno.

23. *Divae foror alma, Cupido.*] fic edidit Barthius, fed diftinguendum,

——— *Divae foror alma: Cupido*
Aliger obfequio ftipat puer agmen, Amorum
Claudit agens choreas pictis exercitus armis.

27. *blandito*] fcrib. *blanditu.*

42. *Cui lacer a fummo* &c.] e Virgilio haec expreffa Ecl. VI. 17. de Sileno ebrio:

Serta procul tantum capiti delapfa jacebant,
Et gravis adtrita pendebat cantharus anfa.

ubi cantharum anfa adtrita lacerum vel de manu Sileni aegre tenentis, vel in antro pependiffe, in quo eum *pueri fomno videre jacentem*, exponi poffe notavi in Comm. ad Numifm. Sic. p. 408. confer Ovidii locum Lib. I. A. A. 543. & feqq.

Ebrius ecce Senex pando Silenus afello
Vix fedet, & preffas continet arte jubas.
Dum fequitur Bacchas, Bacchae fugiuntque petuntque,
Quadrupedem ferula dum malus urguet eques.
In caput aurito cecidit delapfus afello.
Clamarunt Satyri, furge, age, furge, Pater.

quae egregie illuftrantur ex veteri monumento,

in

Vina per os, hirtaeque fluunt compendia barbae.
E numero comitum Veneris veſtigat, & olim
Captus amore petit feſtina, Chlorida, *vato.
Nympha retrocedens, dum ſpes alit, inque furentem
Blanda micans oculis, refugit pede, libera luſu
Turba favet, totoque fremit Petulantia coetu.
Hic ſubito volitans ſparſas rumore per umbras
Fama movet mentes, incertaque murmura portat,
Orta dehinc largo narratur fabula motu.
Non videt auctorem, ſed ſentit quiſque refertque,
Atque audiſſe putat, nec primus in agmine toto eſt.
Mane ſub Eoo, dum divae caſtra moventur,
Elapſum pennis, & inobſervata ferentem
Per liquidas Hymenaeum auras veſtigia Romae
Advertiſſe pedem, ſubitoque redire tumultu.
Ipſe aderat, pompamque trahens, victoſque jugali
Quos inconſulta conjunxerat arte Diona,
Auſpicium juvenem, atque aequaevae pectus Aëllae.
Illos prima patrum, generoſae ſtirpis alumno
Nobilitas tota pridem celebraverat urbe,
Et ſpecies, morumque opulentia comta nitore,
Nec ſemel Arcitenens tentarat ſpicula caſtis
Indere pectoribus, Matris molimine magno.
Olli florebant ſtudiis Helicone potito,
Nec chorus Aonidum, nec ſanctae Palladis ardor,
Nec Pater ipſe jugi cuiquam majore favebat
Ingenio; par cura animo; Labor otia neſcit
Inprobus, atque aliis urit praecordia flammis
Gloria, ab excelſa laus intemerabilis arce
Monſtrat iter, quo celſa petunt faſtigia rerum
Semideae mentes, puro ſtirps proſata coelo.
At teneros aevi, nec adhuc puerile ſonantes

A pri-

in quo temulentus Silenus ex aſino prolapſus, a Satyris & Bacchis in eum repoſitus & allevatus conſpicitur, apud Donium Cl. I. Inſcr. pag. 29. Tab. V. & Murator. Tom. I. pag. 104.

45. *Captus amore petit feſtina, Chlorida, vato*] corrige, *petit feſtino Chlorida voto.*

49. *ſparſas rumore per umbras*] lege *ſparſo rumore per urbes*, vel *auras.*

58. *victoſque jugali*] ſcribe *vinctoſque.* & v. ſeq. *Dione.*

61. *alumno*] leg. *alumnos.*

66. *ſtudiis Helicone potito*] emendandum *politi.*

71. *ab excelſa laus intemerabilis arce Monſtrat iter*] *excelſa arce* & *celſa petunt* abſurde conjunguntur. mallem ſcripſiſſet auctor,
—— *ad aetheriam laus intemerabilis arcem Monſtrat iter, quo celſa petunt* &c.

A primis fauſto ſociarant omine cunis
Solliciti longa de poſteritate parentes.
Hinc puer eluſa juga Calliopeïus illis
Nexuerat Domina, laetamque ferebat ad Aulam
Luctantes rapiens juvenes, inmane tropaeum.
Indignata tamen riſit Dea, nec tibi tantum
Saepe licere velit, nimium ſtudioſe pudoris,
Maternos nimium, puer, amplexate rigores.
Protinus inſtaurant pompae genialis honorem,
Deflectuntque viam, pelagoque advertere certant.
Ales at e medio revolans Concordia coetu
Jungere nunc dextras, nunc oſcula pangere mandat,
Primaque perpetuis myſteria tradere curis.
Ipſa pharetratos urguet Dea Pronuba fratres
Sancta Fides, flectant choreas ad moenia Romae,
Et patrios laeto repetant rumore penates.
Unde ante ora ſuorum, & avitae in ſedibus aulae,
Teſtentur fixum foedus, thalamumque coronent.

* * *

XC.

PETRONII ARBITRI, DE SOMNIIS.

Somnia, quae mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra Deûm, nec ab aethere numina mittunt,

Sed

Hinc puer eluſa juga Calliopeïus illis] forte caſtigandum,

Hinc puer eluſâ juga jam Cytbereïus illis
Nexuerat Dominâ.

& v. 81. *velis* pro *velit.*

XC. PETRONII. DE SOMNIIS.] Haec duo Petronii Epigrammata de Somniis, & aliud de Saga Muliere, Tomo I. hujus Anthologiae Lib III. omiſſa, malui loco non ſuo hic edere, quam ea negligere. utrumque de Somniis legitur in Petronii Satyrico cap. 104 & 128. & haec duo Epigrammata in codice Claudiani Voſſiano praefiguntur Praefationi ante VI. Conſ. Honor. ubi de Somniis prorſus ſimilia occurrunt, quae cum his conferri merentur:

Omnia quae ſenſu volvuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa toro quum membra reponit,
Mens tamen ad ſilvas & ſua luſtra redit.
Judicibus lites, aurigae ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Furta gaudet amans, permutat navita merces,
Et vigil elapſas quaerit avarus opes &c.

vel *vigili elapſas*, ut optime conjecit Patruus meus. ut avarus dicatur in ſomnio quaerere opes, quas vigil perdiderat. eadem oppoſitione, qua apud Lucret. IV. 37.

Atque eadem nobis vigilantibus obvia mentes
Terrificant, atque in ſomnis.

illum Claudiani locum ſimul cum hoc Petronii carmine conponit & illuſtrat Barthius Lib. LI. Adverſ. cap. 3. ſed ultimum verſum *In noctis ſpatio* &c. ſpurium ſuſpicatur, qui certe facile abeſſe poteſt. Miror eum non animadvertiſſe, deſumta haec eſſe de fonte Lucretiano Lib. IV. v. 960. & ſeqq.

Et quoi quiſque fere ſtudio devinctus adhaeret,
Aut quibus in rebus multum ſumus ante morati,

At-

Sed ſibi quiſque facit. nam quum proſtrata ſopore
Languent membra, quies, & mens ſine pondere ludit.
Quidquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſaevit in urbes,
Tela videt, verſaſque acies, & funera Regum,
Atque exundantes profuſo ſanguine campos.
Qui cauſſas orare ſolent, legeſque, forumque,
Et pavido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit avarus opes, defoſſumque invenit aurum.
Venator ſaltus canibus quatit. eripit undis,
Aut premit everſam periturus navita puppim.
Scribit amatori meretrix. dat adultera munus.
Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat.
In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.

XCI. ITEM

Atque in qua ratione fuit contenta magis mens,
In ſomnis eadem plerumque videmur obire:
Cauſſidici cauſſas agere, & componere leges,
Induperatores pugnare, ac praelia obire,
Nautae contractum cum ventis cernere bellum.

ubi vide Lambini notas. totum vero hoc Epigramma, quod in Satyrico Petronii haberi modo indicavi, illo loco deerat in codice, quem ex membranis Cujacii totum manu ſua deſcripſerat Scaliger, qui ejus meminit in notis ad Catalecta pag. 200. quod apographum Scaligeranum exſtat in Biblioth. Leidenſi.

1. *volitantibus umbris*] huc refer illud Propertii Lib. IV. El. 7. 87. ſeqq. ubi Cynthiae umbra poëtae adparet in ſomnio:

Nec tu ſperne piis venientia ſomnia portis,
Quum pia venerunt ſomnia, pondus habent.
Nocte vagae ferimur. Nox clauſas liberat umbras.
Errat & abjecta Cerberus ipſe ſera.
Luce jubent leges Lethaea ad ſtagna reverti.

Ovidius 1. Am. El. 8. 14.

Hanc ego nocturnas vivam volitare per umbras
Suſpicor, & pluma corpus anile tegi.

Statius V. Theb. 163.

—— *matremque recens circumvolat umbra.*

ubi Scholiaſtes Lutatius notat: *& hoc poëtice. ut Euripides, Syrſeen operſu.* neſcio an ſuperſtites in his verborum monſtris ſint voces loci Euripidei, quem forte innuerit, in Alceſt. 356. ubi haec Admetus defunctae Alceſtidi:

—— ἐν δ' ὀνείρασι
Φοιτῶσά μ' εὐφραίνοις ἄν. Ἡδὺ γὰρ φίλους
Κἀν νυκτὶ λεύσσειν, ὅν τιν' ἂν παρῇ χρόνον.

ut λεύσσειν ὅν τιν' ἂν lateat in corruptis iſtis verbis *Syrſeen oper ſu.* & λεύσσειν, ὅντιν' ἂν in ſuis codicibus legerit Lutatius.

3. *quum proſtrata ſopore Languent membra, quies*] rectius apud Petronium editur,

—— *proſtrata ſopore Urguet membra quies.*

ut in v. c. Auſonii, in quo multa Epigrammata vetera habentur, etiam legi notaverat Tollius. ſic *urguet perpetuus ſopor* Horatio I. Od. 24. 5. vel cum P. Francio corrigi poſſet, *Mulcet membra quies.*

5. *Quidquid luce fuit, tenebris agit*] Barthius ad Claudian. pag. 715. *Quidquid luce facit, tenebris agit.* quod probarem, niſi modo praeceſſiſſet, *Sed ſibi quiſque facit.*

profuſo ſanguine] *effuſo* Francius.

15. *Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat*] ita in Petronio editur, hoc eſt latratu indicat leporis veſtigia. poſſet tamen *luſtrat* etiam legi, pro inquirit, & vi odora inveſtigat. Virg. El. II. 12. *tua dum veſtigia luſtro.* & 11. Aen. 754.

—— *veſtigia retro*
Obſervata ſequor per noctem, & lumine luſtro.

luſtrare autem proprium eſſe verbum de canibus ferarum latebras inquirentibus, patet ex notis Vlitii & Patrui mei ad Gratii Cyneg. v. 221.

16. *In noctis ſpatio*] *ſpatium* v. c. Auſonii.

XCI. ITEM.

Nocte soporifera veluti quum somnia ludunt
Errantes oculos: effossaque protulit aurum
In lucem tellus: versat manus inproba furtum.
Thesaurosque rapit: sudor quoque proluit ora,
[Candidiorque dies secreto favit amori,]
Et mentem timor altus habet, ne forte gravatum
Excutiat gremium secreti conscius auri.
Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem,
Veraque forma redit: animus, quod perdidit, optat:
Atque in praeterita se totus imagine versat.

XCII. DE IISDEM.

Ut placidus noctu tibi Morpheus adsit, oportet
  Ut faciant laetum sobria vina diem.
Qui laesere diem, laesere tyrannida Somni.
  Hic furias, quo se vindicet ultor, habet.
Casta placent Somno: mala sunt insomnia praesto,
  Ebria lux foedis quum fuit acta jocis.

XCIII. SAGA MVLIER.

Quidquid in orbe vides, paret mihi: florida Tellus,
Quum volo, spissatis arescit languida succis.
Quum volo, fundit aquas scopulis: atque horrida saxa
Nilia-

XCI. *Nocte soporifera veluti quum somnia ludunt*] Haberi hoc Epigramma in Cod. MS. Biblioth. Caesareae testatur Lambecius Lib. II. de Biblioth. Vindobon. p. 933 & 934. qui ex MS. illo profert *si quando somnia ludunt.*

versat manus improba furtum] *non sit* vet. cod. Cujacii Petronianus, id est, *non scit*, ut correxerat Scaliger, qui tamen *versat* praeferebat.

Candidiorque dies secreto favit amori] hic versus, qui apud Petronium desideratur, in membranis Cuiacii etiam additur, & in Catalectis Scaligeri, qui tamen codici MS. Petroniano adnotaverat: *in duobus v. c. non inveni, & irrepsit sine dubio.* certe ab hoc loco valde alienus videtur, cumque huc non quadrare notaverat Tollius. Aberravit ab alio Epigrammate, quod apud Scaligerum seq. pag. occurrit, & *Descriptionem loci amoeni* continet, editum Tom. I. hujus Antholog. pag. 493. ubi in fine adjeci, & in suam sedem reduxi hoc modo,

Talis humus Venerem molles clinavit in herbas.
Candidiorque dies secreto favit amori.

XCII. DE IISDEM. *Ut placidus noctu tibi* &c.] Ineditum hoc ex membranis Coloniensibus Mich. Mascerelli produxit Barthius ad Stat. Lib. V. Silv. 4. init. pag. 496. ubi v. 2. *Ut faciat laetum sobria vita diem* excusum est. sed ita, ut edidi, corrigendum suadet versus ultimus, *Ebria lux foedis quum fuit acta jocis.* ut modico Lyaei rore somnum conciliandum praecipiat.

XCIII. SAGA MVLIER] Exstat in Petronii Satyrico cap. 134 & in Scaligeri Catalectis Lib. II. pag. 255. totum ex vet. cod. emendat Delrio ad Claudian. Lib. I. in Rufin. 154. nisi quod tres ultimos versus non addat. ex veteri etiam codice Memmiano adfert Lambinus ad Horat. Epod. 5. v. 46. pag. 324.

spissatis arescit languida succis] *siccatis* in cod. Scalig. Delr. & Lamb. quod probo. hoc est quod de incantationibus magicis apud Ovid. III. Am. 7. 31.

Carmine laesa Ceres sterilem vanescit in herbam.
ubi *sterili in herba* cod. Mentel.

3. *Quum volo, fundit aquas scopulis: atque horrida saxa Niliados jaculantur aquas*] *fundat aquas*

 scopu-

Niliades jaculantur aquas: mihi Pontus inertes
Submittit fluctus: Zephyrique tacentia ponunt
Ante meos sua flabra pedes: mihi flumina parent,
Hircanaeque tigres: jussi servire Dracones.
Quid leviora loquar? Lunae descendit imago

Fle-

scopulus atque arida cod. Delr. *opes scopulique atque arida saxa* cod. Memmian. apud Lamb. *fontis opes. scopulique atque horrida saxa* cod. Scalig. *Niligenas* etiam in cod. Delr. *Niliacas* cod. Memm. & Scalig. Sensum esse arbitror, Sagae jussu nunc ex scopuiis aquas, nunc ex fluviis saxa produci. sive ut alia in re dicit Petronius in Carm. de Bel. Civ. cap. 120. Satyr.

Expelluntur aquae saxis, mare nascitur arvis,
Et permutata rerum statione rebellant.

de Medea Hypsipyle apud Ovid. Epist. VI. 81.

Illa refraenat aquas, obliquaque flumina sistit,
Illa loco silvas vivaque saxa movet.

& VII. Met. 199. & seqq.

——— *cum volui, ripis mirantibus amnes*
In fontes rediere suos: concussaque sisto,
Stantia concutio cantu freta. &c.
Vivaque saxa sua convulsaque robora terra
Et silvas moveo.

& sic in fine hujus Epigrammatis,

——— *Idaeos frutices in gurgite sistam,*
Et rursum frutices in summo vertice ponam.

mihi flumina parent] ita constanter in MSS. Delrii, Memmiano, & Scaligeri. quod praefero, licet noverim aliis Viris doctis hic *fulmina* placere, quae passim, quando de magis sermo est, reciprocantur. Claudian. 1. in Ruf. 158.

Ire vagas quercus, & fulmen stare coëgi,
Versaque non prono curvavi flumina lapsu.

ubi recte Heinsius *fulmen stare* vindicavit, quia *flumina* sequuntur. sed apud Ovid. Epist. VI. 87. *obliquaque fulmina sistis*, quod reponat, *flumina* illic non mutanda Patruus meus in notis suis probavit. & firmatur e Virg. IV. Aen. 489.

Sistere aquam fluviis, & vertere sidera retro.

recte etiam viri docti apud Tibullum Lib. I. El. 2. 44. praeferunt,

Hanc ego de coelo ducentem sidera vidi,
Fluminis haec rapidi carmine sistit iter.

licet *Fulminis* propugnaverit & ediderit Broukhusius, cui favere possunt quae scripsit Patruus meus in notis ad Lucan. V. 630. licet *fluminis* in hoc Tibulli loco praetulerit ad Ovid. I. Am. El. 8. 6 *Fluminis haec rapidi carmine vertit iter* illic malebat eruditissimus Heynius. sed vulgata ex loco Virgiliano, *Sistere aquam fluviis*, & Ovidiano, *obliquaque flumina sistit* satis defenditur. Apulej. Lib. I. pag. 3. ed. Pric. *magico susurramine amnes agiles reverti, mare pigrum colligari, ventos inanimes exspirare, Solem inhiberi, Lunam despumari, stellas evelli, diem tolli, noctem teneri.* & pag. 6. *Saga, inquit, & divina potens coelum deponere, terram suspendere, fontes durare, montes diluere, Manes sublimare, Deos infimare, sidera extinguere, Tartarum ipsum illuminare. sidera* & *amnes* hac in re, ut *sidera* & *flumen* Tibullo, junguntur etiam Propertio Lib. I. El. 1. 24.

Tunc ego crediderim vobis & sidera & amnes
Posse Cytaeis ducere carminibus.

Valerius Flaccus Lib. VI. 441. & seqq. de Medea:

Illius ad fremitus sparsosque per avia succos
Sidera fixa pavent, & avi stupet orbita Solis,
Mutat agros fluviumque vias.

deinde *mihi flumina parent*, jactat Enothea maga apud Petronium, ut cap. 128.

O genitor, cui Cocyti penetralia parent.

sic *maria parentia homini*, non *patentia*, apud Cic. 1. Tusc. 28. ubi vide Davis. *freta parentia ventis* Tibullo Lib. I. El. 10. 9. ut in quatuor codicibus Anglicanis invenit Heinsius, idque jam olim probavit Corradus in Quaest. Cic. pag. 325. nam & illic antea vitiose legebatur *patentia*. vide etiam Broukhusii notas, qui recte loco Lucani Lib. V. 602. veram adseruit scripturam,

Et dubium pendet, vento cui pareat, aequor.

quod illic uberius in notis suis Patruus meus adstruxit, pro *concidat*, quod alii tuentur. Statius Lib. III. Sylv. 3. 49.

——— *quid enim terrisque poloque*
Parendi sine lege manet.

servire idem mox vocat v. 55.

Servit & astrorum velox chorus, & vaga servit
Luna, nec injussae toties redit orbita lucis.

Apulejus Lib. XI. p. 258. ed. Pricaei: *Tibi respondent sidera, gaudent lumina, redeunt tempora, serviunt elementa.* Claudianus II. R. P. 281.

——— *cui machina mundi*
Servit, & immensum tendit per inane potestas.

& in Gigantom. v. 33.

Enceladi jussis mare serviat.

vide ad illud Sedulii Lib. I. v. 223:

——— *& rerum machina serva est,*
Omne suum famulatur opus, sequiturque jubentis
Imperium, quocumque trahit sententia nutu.

jussi servire Dracones] & *jussi stare Dracones* Delrii codex. & *jussi stare Leones* cod. Scalig. & Memmianus apud Lambin.

Carminibus deducta meis: trepidusque furentes
Flectere Phoebus equos revoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent. Taurorum flamma quiescit
Virgineis extincta sacris. Phoebeïa Circe
Carminibus Magicis socios mutavit Ulyssi.
Proteus esse solet, quidquid libet. His ego callens
Artibus, Idaeos frutices in gurgite sistam,
Et rursum fluvios in summo vertice ponam.

XCIV. FRAGMENTVM. IN NERONEM.

Ergo famem miseram, aut epulis infusa venena,
Et populum exsanguem, pinguesque in funus amicos,
Et molle imperii senium sub nomine Pacis,
Et quodcumque illis nunc aurea dicitur aetas,
Marmoreaeque canent lacrimosa incendia Romae,
Ut formosum aliquid nigrae & solatia Noctis?
Ergo re bene gesta, & leto Matris ovantem,

Ma-

Taurorum flamma quiescit] *taurorum ut flamma quiescat* Delrii codex.

Phoebeïa Circe] *Phoebeaque* Delrii, Memmii, & Scaligeri codex. totus hic versus est ex Virg. Ecl. VIII. 70. *Carminibus Circe socios mutavit Ulyxis.* ultimi tres hujus Epigrammatis versus desiderabantur in codice Delriano.

XCIV. FRAGMENTVM. IN NERONEM] Produxit hoc Fragmentum Carminis sine dubio majoris, quod utinam exstaret integrum, Lud. Balzacius in Gallicis Quaesitis Epistolicis, vel Confabulat. Literariis, (*Entretiens*) Epist. IV. cap. 4. pag. 54. & seqq. & quidem ex membrana antiquissima Codicis MS. ubi legebatur post Epigramma de Xerxe, de quo in praecedenti Capite differit, ut & Epigramma de Rosis, quod Floro vel Luxurio tribuebat, de quo cap. 1. & 2. agit: quae in Tom. I. hujus Operis edita sunt. Quem vero codicem innuat Balzacius, conjici potest ex Ejus Epist. Selectis Latinis, a Menagio post illius Poëmata editis. ubi pag. 461 & 462. Jacobo Costardo mittit idem Epigramma de Rosis & de Xerxe, utrumque, ut ait, descriptum ex vetustissimo codice Salmasiano, de quo in Praefat. Tom. I. hujus Antholog. egi. In isto autem codice post Epigramma de Xerxe sequi hoc ipsum Fragmentum, in Gallicis suis Confabulationibus eruditis dicto loco scribit. Et tamen illud neque in Schedis apographis codicis Salmasiani Heinsianis, neque in Divionensibus reperi. Recte censet Balzacius, auctorem hujus Fragmenti sub Nerone scripsisse, licet stylum ad remotiorem antiquitatem formaverit. Scriptum vero esse in Neronis facinora ac diritatem, quem fingit laetari ob populum fame enectum, & Senatum veneficiis extinctum, ac publico inludere, ardentis Romae a se incensae flammis delectari tamquam igne artificioso; ipsum denique Neronem Furiis agitatum, illis suas furias opponere, Matrem morte crudeliori iterum interficere, & inpudicis nuptiis se polluere. Toto autem Fragmento Poëtam invehi in Musas, quae turpiter se prostituerant per Poëtas, Neronis ejusque ministrorum Panegyristas, & per Militum intelligi Tigellinum, crudelitatis Neronianae arbitrum, cujus mandata infami adulatione poëta istius temporis vocaverat Deorum jussa, adeoque Gigantas, dejectis Superis, coelo inponere, Deosque ad regna inferna detrudere conari; quod *Manes sublimare*, *Deos infimare* vocat Apulejus, loco supra producto. ex qua Balzacii interpretatione non exigua lux insigni Fragmento adfunditur, cujus principio non pauca deesse suspicor.

3. *Et molle imperii senium sub nomine Pacis*] Respicit forte Petronium Turpilianum, de quo Tacitus Lib. XIV. Ann. cap. 39. *durante bello tradere exercitum Petronio Turpiliano* (Suetonius) *jubetur. Is non irritato hoste, neque lacessitus, honestum Pacis nomen segni otio inposuit.*

Maternifque canent cupidum concurrere Diris,
Et Diras alias opponere, & anguibus angues,
Atque novos gladios pejufque oftendere letum?
Saeva canent, obfcoena canent, foedofque hymenaeos
Uxoris pueri, Veneris monumenta nefandae.
Nil Mufas ceciniffe pudet, nec nominis olim
Virginei, famaeque juvat meminiffe prioris.
Ah! pudor extinctus, doctaeque infamia turbae
Sub titulo proftant; & quîs genus ab Jove fummo,
Res hominum fupra evectae & nullius egentes
Affe merent vili, ac fancto fe corpore foedant.
Scilicet aut Menae faciles parere fuperbo,
Aut nutu Polycleti, & parca laude beatae,
Ufque adeo maculas ardent in fronte recentes,
Hefternique Getae vincla & veftigia flagri.
Quin etiam Patrem oblitae & cognata Deorum
Numina, & antiquum caftae pietatis honorem,
Proh! Furias & Monftra colunt, inpuraque turpis
Fata vocant Titii mandata, &, quidquid Olympi eft,
Transfcripfere Erebo. Jamque inpia ponere templa,
Sacrilegafque audent aras, coeloque repulfos
Quondam Terrigenas fuperis inponere regnis,
Qua licet: & ftolido verbis illuditur orbi.

8. *Maternifque canent cupidum concurrere Diris*] Sueton. Ner. cap. 34 *Neque tamen confcientiam fceleris ferre potuit, faepe confeffus, exagitari fe materna fpecie, verberibufque Furiarum, ac taedis ardentibus.*

11. *foedofque hymenaeos Uxoris pueri*] intelligit libertum, Pythagoram dictum, de quo Tacitus XV. Ann. cap. 37. *Ipfe per licita atque illicita foedatus, nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret, nifi paucos poft dies uni ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagorae fuit, in modum follemnium conjugiorum denupfiffet.* ubi *contaminatorum gregem* vocat ex imitatione Horatii Lib. I. Od. 37.

Contaminato cum grege turpium
Virorum &c. eodem capite Tacitus defcribit incendium illud Romae, dolo Neronis excitatum, cujus meminit hic poëta v. 5. & de quo vide Sueton. cap. 38. & Orof. Lib. VII. cap. 7.

22. *Hefternique Getae*] forte *Externique*. quae paffim confunduntur. ut Broukh. ad Propert. I. El. 15. 5. aliique faepe notarunt.

VA-

VALERII CATONIS
D I R A E
IN BATTARVM.

CVM ANIMADVERSIONIBVS

JOSEPHI SCALIGERI,

ET NOTIS INEDITIS

NICOLAI HEINSII.

QVIBVS ET SVAS ADJECIT

PETRVS BVRMANNVS SECVNDVS.

VALERII CATONIS
DIRAE IN BATTARVM.

Battare, cycneas repetamus carmine voces:
Divisas iterum sedes, & rura canamus,

Rura,

VAL. CATONIS DIRAE] Hujus poëmatii auctor est Val. Cato Grammaticus. Quod deprehenditur ex iis, quae de eo scripsit Suetonius Tranquillus: nempe patrimonium suum amisisse bello Sullano: tum amasiam quandam Lydiam celebrasse carminibus suis. Utrumque in hac Ecloga apparet. Nam & Lydiae ejus saepe meminit, & amissa bona sua deplorat. Quae fuit unica caussa, quare hoc eidyllion Virgilio attribueretur, quod & ipse quoque bello civili agros suos prope Mantuam amisisset. Sed quis sanus umquam hoc poëma attribuat Virgilio, etiam si non constaret de nomine auctoris? Hoc dico, non quod maius fuerit poëta Valer. Cato (Dii melius) sed quod dissimilis Virgilio. Bonum enim poëtam fuisse qui mihi non credet, audiat de eo elogium tale Furii Bibaculi:

Cato Grammaticus, Latina Siren,
Qui solus facit ac legit poëtas.

etiam Catullus eum amice appellat eo Hendecasyllabo:

Ride quicquid amas Cato Catullum.

Scripserat & alium librum, continentem similem conquestionem de agris amissis, cui titulus erat *Indignatio*, ut inquit idem Suetonius. Itaque in hoc, quem posterius scripsit, manifeste innuit de illo altero, quum ait:

—— *repetamus carmine voces.*

Ostendit enim etiam antea se de eadem re scripsisse. Dividitur autem hoc opusculum in duas partes. Prima continet devotum carmen, plenum imprecationum, & vere quas vocat Horatius Thyesteas preces. Secunda tota ad amasiae Lydiae amissionem spectat. Quae quidem quamvis egregia sint & luculenta, tamen eorum nitori maxime officiunt menda, quae in illis injuria temporum inoleverunt. Nam quid eis vetustas non nocuit, quum & auctorem quoque abstulerit? Sed & nos huic poëmatio parum prodesse possumus, ope bonorum codicum destituti.

SCALIGER.

MARONIS DIRAE inscribuntur in vetustis membranis. e cognatione nominum *Catonis* & *Maronis* videtur propagatus error. aliam reddit rationem Scaliger, nimirum quod de ereptis agris tota est querela, quos & Virgilio ereptos constaret. N. HEINSIVS. VIRGILII MARONIS DIRAE inscribit codex Petavianus, & DIRAE MARONIS INCIPIVNT praefigitur in Thuaneo, quos Codices Heinsius versavit. neque aliter in Vossiano. P. VIRGILII MARONIS DIRARVM LIBER INCIPIT, in Mediceo, cujus collationem a Cel. d'Orvillio nactus fuit Patruus meus. sed in Pithoei & Scaligeri Catalectis VALERII CATONIS DIRAE inscribuntur. Virgilio nempe tributum fuit hoc carmen, quia in vetustis codd. & primis editionibus, Culici, Ciri, Aetnae, Moreto, & similibus Poëmatiis, Maroni etiam adscriptis, adnexum legitur. nam sic in ed. Brix. 1485. titulus his Diris praeponitur: P. V. M. DIRAE, ID EST CARMEN EXECRATORIVM AD BATTARVM. & ita etiam in edd. Venetis an. 1480. & 1485. & in Vincentina antiquiore 1479. Miror in hac sententia etiam fuisse Jul. Caes. Scaligerum Lib. V. de Re Poët. cap. 13. qui *Maronianae Musae rudimenta* hoc carmen in Battarum vocat; sed saniore judicio ejus filius Josephus Valerio Catoni vindicavit, auctoritate Suetonii de Illustr. Gramm. cap. XI. ubi eum praeter libros Grammaticos etiam poëmata, eaque inter *Lydiam* & *Dianam*, scripsisse testatur, & duo Furii Bibaculi in Catonem hunc Epigrammata adfert, edita Tom. I. hujus Anthol. pag. 420 & 421. quae forte desumta sunt ex istius Furii *Libro Jocorum*, quale opus ab illo scriptum colligas ex Macrobio Lib. II. Saturn. cap. I. & de Bibaculo hoc, a bibacitate sic dicto, vide Harduinum ad Plinii Praefat. & Bentlej. ad Horat. Lib. I. Sat. 10. 37. ubi Acroni nomen *Bibaculi* optime restituit. Has vero Diras etiam Catoni Valerio adscribendas consentit Hier. Columna ad Ennium p. 275. ed. Hessel. ubi *egregium poëmatium* vocat, contra ac Valens Acidalius in notis ad Vellej. Paterc. II. c. 69. *carmen obscurum nec satis elegans* esse censebat, supercilioso nimia judicio. Certe non inelegans carmen censendum est, quod inter juveniles ipsius Virgilii lusus referre dignatus est Petrus Bembus in libro de Culice Virgilii pag. 790. Tom. II. Opusculorum; secutus Servium, in cujus Scholiis ad initium Aeneidos inter alia Virgilii scripta etiam recensentur *Epigrammata*, *Copa*, *Dirae*.

Nnnn 2 Ant-

Rura, quibus diras indiximus, inpia vota.
Ante lupos rapient haedi, vituli ante leones,
Delphini fugient pisces, aquilae ante columbas,
Et conversa retro rerum discordia gliscet,

Multa

Animadversiones in hoc poëma scripsisse Boxhornium, patet ex Ejus Epistolis pag. 30. & 31. ubi & loca quaedam emendat. Christophori vero Arnoldi, Norici, verbosum in has Diras Commentarium, qui Lugd. B. 1652 prodiit, Scaligeri purpurae tamquam incongruum pannum non adtexendum existimavi, quia ad loca corrupta, quae in hoc carmine plurima occurrunt, parum contulit. Rectius itaque me de elegantiorum literarum cultoribus promeriturum arbitratus sum, si notas N. Heinsii, nondum antea in lucem productas, Scaligeranis subjungerem, easque ab interitu vindicarem, quia plurimis male adfectis & mendosis versibus medicam manum egregie adferunt. Codicum etiam MSS. Petaviani, Thuanei, ac Medicei, ut & Vossiani ac Leidensis, (praesertim quia se MSS. veterum ope destitutum fuisse queritur, adeoque necessitatem illorum agnoscit Scaliger) & primarum editionum diversas lectiones adcuratius notandas judicavi, ut aliis subsidia ministrarem ad Carmen hoc suae integritati restituendum.

1. *Battare*] Videtur *Battarus* nomen fluvii, non, ut voluit Domitius, arboris. Satis enim differre inter se puto *Battarum*, & *βάκκαρις*, quae ne ipsa quoque arbor est, sed herba. Alloquitur autem eum tanquam numen. Nam fluvii Deorum appellatione invocabantur. Hoc, qui diligenter totum opus perlegerit, facile colligere poterit cum ex aliis, tum ex illo:

Battare, fluminibus tu nostros trade dolores.

cum enim, ne Neptuni vindice inundatione indignum quid protulerit, veretur, mandat Battaro fluvio, ut saltem vicem Neptuni ipse agros suos diluvio operiat. SCALIGER. *Battarus* Siculum nomen videtur, Βάτταρος, idem designans, quod Graecis βατταριστής. de quo Hesychius. derivatum a Βάττος. hinc *βατταρίζειν* idem quod *βαττολογεῖν*. *Battara* in Epistolis Ciceronis. (Lib. VII. ad Fam. Ep. 9.) N. HEINSIUS. *Battare* semper in cod. Mediceo scribitur.

Cycneas] Qui omnem prorsus salutis spem abjecerunt, dicuntur proverbialiter *τὸ κύκνειον ᾄδειν*. Julianus [illegible]. *Ἐνταῦθα τί πράττειν ἐχρῆν ἄνδρα τῶν Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους ζηλωτὴν δογμάτων; ἆρα περιορᾶν ἀνθρώπους ἀθλίως τοῖς κλέπταις ἐκδιδομένους, ἢ κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἀμύνειν, οἶμαι, ὡς ἤδη τὸ κύκνειον ἐξᾴδοντας διὰ τὸ θεομισὲς ἐργαστήριον τῶν τοιούτων.* Est ergo desperantum, *τὸ κύκνειον ᾄδειν*. Sed in Juliano pius est *ἐξᾴδειν*, ut *decantare* apud Ciceronem, & *depraeliari* apud Horatium. An, quum dicat Suetonius bello Sullano patrimonium amisisse, ejus agri in Corsica insula fuerunt, quum in eam *Haleriam* Coloniam deduxerit Sulla, ibique agros veteranis suis assignaverit, propterea dicemus legendum esse *Cyrneas*, non *Cycneas*? Sane & ipse infra agros suos mari allui indicat illis:

Undae, quae nostris pulsatis litora limfis.

& Haleriae nomen satis demonstrat, maritimum locum fuisse, cum id nominis non nisi maritimis civitatibus inponeretur, ut annotat Festus. Quid quod Guattarus adhuc fluviolus est in Corsica insula inter oppidulum Coassinum, & Haleriam? ut sane Battarus esse videatur, qui hic appellatur a poëta. quod si verum est, omnia conveniunt, cum & Haleria possit esse ea Colonia, de qua innuit poëta, & certum sit deductam a Sulla, ut & certissimum est, agros hujus poëtae assignatos fuisse Sullanis militibus. SCALIGER. *Sicanias* conjecerat Heinsius, quia haec Catonis villa in Sicilia fuit. vel *cyaneas*.

2. *Divisas*] Subinde intercalatur *τὸ repetamus*: ut innuat se olim in *Indignatione* haec jam dixisse. *sedes divisas*: vel quod veteranis Sullae assignati fuerunt ejus agri: vel *divisas* intelligit devotas. Sic Propertius: (Lib. I. El. 12. 10.)

— an me Deus obruit? an quae
Lecta Prometheis dividit herba jugis?

Dividere ergo *maledictis*, & *differre* veteres dicebant ut Graeci *ἐνδατεῖσθαι*. Sophocles Trachiniis: *καὶ πλεῖστα τὸν ἐνδατούμενος γάμον.* & Catullus similiter:

Non si me festis discerpant sidera dictis.

SCALIGER.

3. *Rura, quibus diras indiximus*] *inscripsimus* in aliis. forte, *en scribimus*. HEINS. *Dura* Petav. Thuan. Leid. & editiones primae. *impla voto* Medic.

5. *aquilae ante columbas*] *aquilaeque columbas* conjecerat Francius.

7. *Multa prius, fuerit quam non mea libera avena*] *fient* non *fuerit* scripti codices & Aldus. Gronovius ad IV. Librum Thebaidos Statianae *Muta prius fuerit*, avena nimirum. non incommode. Sed scriptos sequamur praestat, praesertim cum Aldinus liber versu proximo exhibeat *dicat*, non

Multa prius, fuerit quam non mea libera avena.
Montibus & silvis dicam tua facta, Lycurge,
Im-

non *dicam*. Corrigendum videlicet,

Cuncta prius fient, quam non mea libera avena
Montibus & silvis dicat tua facta, Lycurge.

vel *iteret tua facta*. Non dissimile illud Nasonis,

Omnia jam fient, fieri quae posse negabam,
Et nihil est, de quo non sit habenda fides.

Videtur autem vitibus suis alium Lycurgum inprecari, a quo succidantur. *tua fata* praeterea in Gallicanis. HEINSIUS. *Multa prius fient* Petav. Thuan. Medic. & utraque ed. Aldina. *fuerint* Boxhornius in Epist. pag. 32. Tollius notaverat elegantiorem sibi videri editionis Aldinae lectionem *Multa prius fient*, ut dicatur de re eventu caritura. & sic cod. Voss. & *dicat* versu seq. ut etiam Aldus edidit. primae editiones, Brixiensis, Vincentina, & Venetae totum locum aliter distinguunt,

Et conversa retro rerum discordia gliscet
Multa prius: fuerit quam non mea libera avena.
Montibus & sylvis dicam tua facta, Lycurge,
Impia Trinacriae &c.

quod in sua editione expressit Chr. Arnoldus. mihi blanditur valde Gronovii emendatio *Muta prius fiet, quam non mea libera avena.* passim enim voces illae *Multa* & *Muta* fuerunt confusae a librariis, cum insigni saepe elegantiae detrimento. Propertius Lib. I. El. 15. 29. loco adposito,

Muta prius vasto labantur flumina ponto,
Annus & inversas duxerit ante vices;
Quam tua sub nostro mutetur pectore cura &c.

ubi *Multa* in Vossianis, Leidensibus, Dorvillianis, & meis Codicibus. *Nulla* Passeratius ex MS. sed *Muta* restituit Muretus, quod recte probavit. & de fluminibus nullo cum strepitu in mare devolventibus exposuit Broukhusius, simul adferens aliquot exempla, in quibus *multa* prave substituerunt, vocem quippe magis vulgarem, pro *muta*. idque reddendum Statio Lib. VIII. Theb. 553.

—— *longa jacet ipse canendus*
Laude, sed amissum mutae flevere sorores.

ubi *Musae* nunc circumfertur. sed *mutae sorores* illic prae dolore dicuntur. ut Ovidio Epist. XV. 191.

Plectra dolore tacent, muta dolore lyra est.

sic Lib. II. Achill. 43.

——— *speluncaque dicti*
Muta senis queritur, puerilia carmina Fauni
Et sperata diu plorant connubia nymphae.

ut ex MSS. legit Heinsius. in vulgatis *Muta senis: quaerunt p. c. Fauni.* Maximianus Eleg. 1. 18.

——— *gratia formae*
Quae, vel si desint cetera, muta placet.

sic recte legit Barthius. male vulgo, *Quae vel si desint cetera multa, placet.* & sic emendabat Withofius in Encaeniis Critic. pag. 298 cum alto silentio emendationis jam a Barthio occupatae. eadem variatione apud Paulinum Nolanum Natal. XI. 91.

Vana nec ulterius multos jam Graecia Delphos
Consuleret, spernensque suum calcaret Olympum.

ubi optime Muratorius legit *mutos Delphos* in Anecd. Lat. Tom. I. pag. 10. quod firmat Claudianus III. Cons. Hon. 144.

Et dudum taciti rupere silentia Delphi.

& VI. Cons. Hon. 29. *quum pulcher Apollo*

Lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras,
Antraque maesta silent, inconsultique recessus.

Lib. II. Rapt. Prof. 246.

Delphica quin etiam fratris delubra tacerent.

Lucanus Lib. V. 112.

—— *non ullo secula dono*
Nostra carent majore Deûm, quam Delphica sedes
Quod siluit, postquam reges timuere futura.

& v. 131.

——— *muto Parnasus hiatu*
Conticuit pressitque Deum.

Propertius Lib. II. El. 21. 36.

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi,
Et tacet extincto laurus adusta foco.

Prudentius Apoth. 438. loco insigni:

Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra,
Non tripodas cortina tegit, non spumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.
Perdidit insanos mendax Dodona vapores,
Mortua jam mutae lugent oracula Cumae.

ubi Gipbanium *jacuerunt* legentem merito rejecit Heinsius. & satis refutant Claudiani & Lucani loca producta, quibus Muratorii emendatio apud Paulinum optime firmatur.

8. *Montibus & silvis dicam tua facta, Lycurge*] Inprecatur καὶ δένδρεσι καὶ ἀμπέλων ἀκαρπίαν, ab exemplo Lycurgi Thracis, qui furore correptus securi omnes arbores vitibus maritatas caedebat. unde *securiger* dictus Senecae in Oedipode. Idque etiam persequitur, quum ait —— *Trinacriae sterilescant gaudia vobis. vobis* enim, non *nobis* legendum est. Neque, inquit, πυροφορείτω. Ne ferat ager frumenta, qualia in Trinacria. SCALIG. Saepe in scriptoribus hujus Lycurgi facti mentio fit, de quo etiam Philippus, qui sibi secures

Inpia Trinacriae fterilefcant gaudia nobis,
Nec fecunda fenis noftri, felicia rura,

Se-

ejus optat, ut vites abfcindat, Antholog. lib. 1. cap. 11. ΕΙΣ ΑΜΠΕΛΟΝ:

Δίζημαι Λυκοεργὲ τεὰς χέρας, ὥς ἀπὸ ῥίζης
Κλήματος ὠμοτόκου βλαστὸν ὅλον θερίσῃς.

plura de hoc Lycurgo fcire qui voluerit, legat Apollodorum Biblioth. Lib. III. Jul. Firm. de Errore profan. Relig. LINDENBROGIVS. *tua fata Lycurge* in Mediceo & Petaviano, cui inhaeret corrupta fcriptura *fatali gurce* in codice Thuaneo, & Leidenfi. *tua facta Lycurge Impia*: diftinguunt editiones primae. *Inproba* praeftiterit pro *Inpia*, quia *inpia vota* paullo ante praeceffeٰrunt. de Lycurgi iftius furore in Bacchum & Bacchi nutrices vide infignem Sophoclis locum in Antigone v. 967 & illic Triclinii Scholia. Propertius III. 15. 23.

Vefanumque nova nequidquam in vite Lycurgum,
Pentheos in triplices funera fparfa roges.

ut legit Heinfius, pro *funera grata gregis* ubi cum Pentheo Lycurgum hunc Thracem jungit, ut Horatius Lib. II. Od. 19. 16.

——— *tectaque Penthei*
Disjecta non leni ruina,
Thracis & exitium Lycurgi.

ubi de eo vide Scholiaft. Ovidius IV. Met. 22.

Penthea tu, venerande, bipenniferumque Lycurgum
Sacrilegos mactas.

& v. Trift. 3. 39.

Offe bipenniferi fic fint male preffe Lycurgi,
Inpia nec poena Pentheos umbra vacet.

ubi *bipenniferum* vocat Ovidius, ut *fecurigerum* Seneca, cujus locus a Scaligero indicatur, in Oedipo v. 471.

Regna fecurigeri Bacchum fenfere Lycurgi.

ubi vide Delrium. huc fpectant fragmenta ex Naevii Lycurgo, inter Tragicorum veterum Reliquias a Scriverio & Voffio edita. de Lycurgo hoc, Thracum Bacchi rure abutentium vites excindente, & inde a Deo vindice in furorem acto, vide Serv. ad Virg. III. Aen. 13. Muncker. ad Hygin. fab. 242. & Salvagn. ad Ovid. Ibin. v. 347. Philippi Epigramma, cujus duos tantum ultimos verfus ex Antholog. Graeca adfert Lindenbrogius, eft in labrufcam, feu vitem agreftem, cui propter fuccum amarum poëta inprecatur Lycurgi fecurim, ut ad ftirpem exfcindatur. illud elegantiffimis verfibus fic reddidit Hugo Grotius:

Quae, fera, te, vitis, genuit procul invia tellus
Solibus? an Scythico fub Jove femper hiems?
An gelidis fefe mifcentes nubibus Alpes,
An gravidus ferro vifcera campus Iber?
Ufque adeo triftes quae fers incerte racemos,
Stillantes duri fontis amaritiem.
O utinam redeat nobis tua dextra, Lycurge,
Eruat ut crudi palmitis omne genus.

ibidem fequitur alterum incerti poëtae Epigramma, quo invehitur in illum, qui crudam uvam abfcidit & femefam projecit, cui Bacchum fic ut olim Lycurgo infeftum inprecatur. illius interpretatio Grotiana hic quoque adjungi meretur:

Quis ferus ille fuit, crudi qui palmitis uvam
Intempeftivo pollice defecuit.
Tentatus fimul ora, via projecit in ipfa
Semefas Bromii, trifte videre, dapes.
Sit Deus huic talis, qualis fuit ante Lycurge,
Gaudia qui juffit vix bene nata mori.
Unde bibens aliquis poffit vel amabile carmen
Fundere, vel curas pellere mente graves.

9. *Trinacriae fterilefcant gaudia nobis*] duo libri Gallicani *vobis*. uti conjecerat Scaliger. fed nil muto. *Trinacriae gaudia* ad frumenta refer cum Scaligero eodem, quibus Siciliam abundare notum. Idem *Trinacriae gaudia* fic interpretabatur, quafi villa haec Catonis aeque abundarit frumentis ac Sicilia. atqui in Sicilia fuiffe hanc villam patet ex v. 40 & 41. & v. 42. de Vulcano. Forte & legi poffet,

Irrita Trinacriae fterilefcant gaudia vobis.

HEINS. *fteriles creant* cod. Medic.

10. *Nec fecunda fenis noftri, felicia rure*] Lego:

Nec foecunda, finus noftri. —

Nam finum, nifi fallor, dixit, quod, ut jam monvimus, maritimi fuerunt ejus agri. Id quod ex multis aliis hujus poëmatii locis conftat. O finus noftri felicia rura, ne fegetes ferant femina foecunda. Ita enim diftinguendum, ut *foecunda* referantur ad *femina*, non ad *rura*. Idque melius pateret, fi ita legeretur:

Nec foecunda, finus noftri e felicia rure,
Semina &c. SCALIGER. Scribendum *finus veftro*. apud Maronem. Georg. II. *Zephyrique tepentibus auris Laxant arva finus*. Petronius Bello Civili:

——— *Epidauria moenia quaere,*
Theffalicofque finus Romano fanguine tingue.

Nemefianus Cynegetico:

Exhalat feu terra finus, feu noxius aër Caufa mali.

Severus in Aetna:

— *terrae quis enim non credat inanes*
Effe finus penitus.

Arno-

Semina parturiant fegetes, non pafcua colles,
Non arbufta novas fruges, non pampinus uvas.
Ipfae non filvae frondes, non flumina montes.
Rurfus, & hoc iterum repetamus, Battare, carmen.
Effetas Cereris fulci condatis avenas:
Pallida flavefcant aeftu fitientia prata:
Inmatura cadant ramis pendentia mala:
Defint & filvis frondes & fontibus humor.

Nec

Arnobius Lib. I. *quidquid malefici graminis nutricant terrarum finus.* HEINSIVS. Tollio non adridebat Scaligeri lectio, putabatque poëtam forte agricolam feu villicum potius innuere, quia ferendi cura fenibus demandabatur. vel per *fecunda rura fenis noftri* intelligebat agros a patre relictos, & fecunditate ceteris praeftantiores, quam interpretationem amplectebatur. *fenis* etiam retinet Boxhornius. Chr. Arnoldus editionem Mich. Dilheri, quae Jenae 1636. prodiit, fecutus, in contextu dedit,

Nec fecunda finus noftri, vel mitia ruri
Semina parturiant fegetes.

quod tamen a nullis codicibus MSS. aut editionibus vetuftis firmatur. *parturient* in Mediceo, & feq. verfu, *Non arbufta novalia.*

12. *Non arbufta novas fruges*] Etiam Cicero in libro de Senectute vitem in frugibus ponit. SCAL.

13. *Ipfae non filvae frondes*] *Non ipfae frondes filvae* transponebat Francius.

ibid., *non flumina montes*] Abfque dubio legendum, *Non flumina fontes.* quod rectum effe probat quintus ab hoc verfus, ubi eadem repetit:

Defint & filvis frondes & fontibus humor.

LINDENBROGIVS.

flamina Aldus. recte omnino. aurarum enim habitacula montes, in quibus venti gignuntur. apud Nafonem, *Et quae de gelidis halabant vallibus aurae.* Valerius Flaccus Lib. III. 652.

Septimus hic celfis defcendit montibus Aufter,
Jamque ratem Scythicis forfan flatuiffet in oris.

Lib. IV. 21.

Fluminaque & vacuis auditae montibus aurae.

& v. 261.

— *Maleae velut arce fragofa Turbo rapax.*

infignis locus eft Rutilii in Itinerario Lib. I. 314.

Tenditur in medias mons Argentarius undas,
Natus vicino vertice ventus adeft.

vide totum locum. *flamina* igitur hic reponantur. quis enim credat adeo fpatiofos fuiffe agellos Catonis, ut flumen non unum oreretur in his montibus? male Salmafius in Solino pag. 11. *auras ex monte* mutat *ex mare.* & in Plinio *tot montium adflatus.* Plinius alter Lib. V. Epift. 6. de villa fua ad Apennini radices fita: *a tergo Apenninum habet, fed longius. Accipit ab hoc auras quamlibet fereno & placido die, non tamen acres & inmodicas, fed fpatio ipfo laffas & infractas.* & paullo poft: *In medio triclinium faluberrimum afflatum ex Apenninis vallibus recipit.* vide & de ventis montium Claudianum Epift. ad Hadrian. v. 36. & feqq. Senecam Nat. Quaeft. Lib. II. cap. 8. & Apulejum de Mundo pag. 89. Symmachus Lib. VII. Ep. 31. *ager montano fitu frigidus.* forte *fpiritu.* de Dionyfi expeditione in Indiam refert Diodorus Siculus, eum ob ingentes aeftus exercitum, ne pefte interiret, ex locis planis in montes traduxiffe, ubi cum venti frigidi flarent, & aquae potu milites uterentur, quae pura ex montium fontibus manabat, a morbo liberatos fuiffe. Huc refer quae ad Statium adnotavi, ex Apulia pecua aeftivo tempore in montes vicinarum provinciarum folitos conpelli. HEINS. *flamina* in Med. & Aldina fecunda an. 1534. fed *flumina* in priore an. 1517. & vetuftis edd. Aldinas antecedentibus *flumina fontes* Tollio placebat.

15. *Effoetas Cereris fulci condatis avenas*] *Effoetas avenas*, quae defrugant fegetem; ut in Moreto *adejum fal*, quod ipfe fcilicet efficiat, non patiatur. id eft, quod efficiat adefa corpora, quibus infperfum eft. SCALIG. *fulcis* fcripti. an *prodatis*, vel *nunc detis avenas*? proferte fteriles avenas frugum loco. Sed & verfu proximo fors legendum,

Squallida inarefcant aeftu fitientia prata.

quamquam aeftu nimio flavefcant immaturae fruges. apud Nafonem,

Nec vitio coeli palleat aegra feges. HEINS.

Effectas in Petav. *fulcis* in eodem, & Thuan. *fulcis condamus* in Voff. & Leid. *flaccefcant* etiam conjecerat Heinf. *Effetas Cereris avenas* Tollius explicabat fteriles, frumento carituras. *fundamus avenas* in cod. Mediceo.

Nec desit nostris devotum carmen avenis.
Haec Veneris vario florentia serta decore,
Purpureo campos quae pingit avena colore.
Hinc aurae dulces, hinc suavis spiritus agri
Mittant pestiferos aestus, & tetra venena.
Dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur.
Sic precor: & nostris superent haec carmina votis.
Ludimus, & multum nostris cantata libellis

Op-

20. *Haec Veneris vario florentia serta decore,*
Purpureo campos quae pingit avena colore] Importune hic *avena* toties inculcatur, hoc certe loco nullius est rei. nam a segete ad flores devovendos transit Cato, quos *Veneris stipendia* mox dicet v. 116. tamquam consecratos illi Deae. nisi *veris dispendia* illic praestiterit. quid multis? Opinor corrigendum minima mutatione,

Haec Veneris vario florentia serta decore, vel *decorae*,
Purpureo campos ne, (vel, *neu*) *pingant verna colore.*

vel quod malim *Hinc Veneris*, ut sequentibus haec respondeant. possis etiam,

Nec Veneris vario florentia serta decore
Purpureo campos praepingant verna colore.

Catullus,

Quales Eurotae progignunt flumina myrtos,
Aurave distinctos educit verna colores.

Valerius Flaccus Lib. VI. 492.

Lilia per vernos lucent velut alba colores.

sic *flores verni*. apud Solinum, *Hennaeus campus semper in floribus vernus.* & flores, coma veris. vid. Pricaeum ad Apulej. Met. p. 647. *pingunt campos*, ut Martialis (Lib. II. Ep. 46.)

Florida per varios ut pingitur Hybla colores.

HEINSIVS.

Hinc Veneris vario, & vers. seq. *pinxit* cod. Voss. *Haec Veneris* editiones vetustiores, & *Purpureos campos.* sed *Purpureo* in utraque Aldina. *Purpurea* cod. Petav. & Medic. in quo a man. sec. *Purpureo. Nec Veneris* edidit Arnoldus, qui *avena* ridicule tuetur, & purpureum in ejus calamo colorem esse notat. *ne pingant verna*, ingeniosa Heinsii emendatio est. quam probavi in notis ad Tom. I. hujus Anthol. pag. 490. ubi elegantiam locutionis, qua *pingere* terram dicuntur flores, illustravi. de qua etiam vide Tollium ad Auson. pag. 336. *distinguant verna* conjecit Patruus meus in notis ad Valer. Fl. VI. 493. firmatque ex loco Horatii Lib. II. Od. 5. 11.

——— *distinguet Autumnus racemos*
Purpureo varios colore.

cui addi potest illud Catulli, quod adfert Heinsius, ex Epithal. Pelei. v. 90.

Aurave distinctos educit verna colores.

24. *Dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur*] *ferantur* codices scripti, iidem *Mutent* pro *Mittant* paullo ante. utrumque male. Forte *ferantur* vel, quod malim, *creentur*. tum *naribus* lego, non *auribus*. flores oculos ac nares oblectant; nihil illis rei cum aure. HEINS. *Mutent* in utraque Aldina & vetustioribus edd. cod. Petav. Thuan. Medic. Voss. & Leid. & *terra* & *tetra*. *Mutant* margo Pithaei. per *pestiferos aestus* intelligit adflatus, seu *halitus*, quod in libris incorruptis olim lectum fuisse putabat Tollius, qui etiam *naribus* conjecerat.

25. *Sic precor: & nostris superent haec carmina votis*] *superentur carmina* puto. vel *Sis precor, ut nostris superentur.* Ibidi Naso multa inprecatus, subdit,

Quasque ego transiero poenas, patiatur & illas,
Plenius ingenio sit miser ille meo.

possis &, *Sint precor, & nostri superent haec carmina voti.* Infra denuo repetitur hic versus.

HEINSIVS.

25. *Sic precor*] *Hic precor* Thuan. & Leid.

26. *Ludimus*] Prodigiosa lectio: quam ita expiandam puto:

Tu nemus, & multum nostris cantata libellis
Optima silvarum. SCALIGER.

Ludimus & multum nostris cantata libellis] an *ludum* vocat hasce Diras? non credo. quid igitur? *Ludia* sive *Lydia* huc revocanda, quam versibus suis celebrarat Cato. Lege igitur *Lydia, & o multum*, vel, *Lydia io multum.* Scaliger *Tu nemus*, pro *Ludimus*. Catonis Lydiae meminisse Ticidam restatur Suetonius, illo versu,

Lydia doctorum maxima cura liber.

Lyde etiam celebrata libris duobus aut pluribus ab Antimacho. vide Berkel. ad Stephani fragmentum (pag. 59.) Ovidius (Lib. I. Trist. El. 6. init.)

Nec tantum Clario Lyde dilecta poëtae &c.

HEINSIVS.

egregia haec & verissima Heinsii emendatio est. de hac

Optima ſilvarum, formoſis denſa viretis
Tondemus virides umbras, nec laeta comantes
Jactabis molles ramos inſlantibus auris,
Nec mihi ſaepe meum reſonabit, Battare, carmen.
Militis inpia cum ſuccedet dextera ferro,

For-

hac Catonis Lydia vide Gronov. Diatr. Statian. cap. 50. pag. 342. qui memorat virum eximii in literis nominis eam vexatiſſimo Statii loco reſtituere voluiſſe Lib. V. Sylv. 3. 93. ubi ex Domitii corruptione vulgo legitur:

Et quibus Arcadia carmen teſtudine menſis
Cyda labor nomenque fuit.

quod tamen propugnat Scriverius ad Martial. Lib. X. Ep. 83. & Claverius in Adnotationum Floſculis ad Martial. pag. 644. quae habentur in ed. Pariſ. 1617. fol. ſed vir ille eximius, Gronovio indicatus, emendabat,

Lydia amor nomenque fuit.

& de hac Valerii Catonis vel Horatii Lydia interpretabatur; quod tamen rejecit Gronovius, & ipſe ſubſtituit, *Cura lyrae nomenque fuit*, idque in contextum admiſit Marklandus. Heinſius vero tentaverat, *Cura boum nomenque fuit*, ut ad Bucolicos referatur poëtas. vel *Cyrrha decus nomenque tulit*. vel denique *Cura chelys nomenque fuit*. ut in eodem Epicedio v. 156. *Quoſque alios dignata chelys*. Nicolaus Hopfius, Bernenſis, vir doctiſſimus, & amicus olim noſter, qui ſuam Statio addixerat operam, conjecerat *Cyclus opus nomenque*, vel *Ecloga opus* &c. Sed alia forte medicina adhuc indiget hic Statii locus. de Lyde Antimachi Carmine defleta ex Plutarcho lucem Ovidiano loco adtulit Turnebus Lib. XI. Adverſ. cap. 3. & Graecos auctores veteres, qui Lyden Antimachi memoraverint, ut & alia ejus Poëmata, indicat Kuſterus ad Suidam pag. 224. cui miror praeteritum inſignem Hermeſianactis Elegiam ab Athenaeo ſervatam Lib. XIII. cap. 8. qua inter Poëtarum veterum celebres amicas etiam Lyden Antimacho dilectam recenſet,

Λυδῆς δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος ἐκ μὲν ἔρωτος
Πληγεὶς & ſeqq.

quos verſus varie adfectos caſtigavit J.D. Lennepius Lib. III. Animadv. poſt Coluthum cap. 8. p. 168.

28. *Tondemus virides umbras, nec laeta comantes Jactabis molles ramos*] Lego,

Non demum virides umbras, nec laeta comantes
Jactabis molles ramos inſlantibus auris.

Illud autem *molles* Graeci per *ῥαδινὸν* explicant. ut Virgilius:

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

molli, *ῥαδινῷ*: ut *ῥαδινῆς ἐπεμάξατο χειρὸς* Homero. SCALIGER. Haec inquinatiſſima ſunt. nec multum praeſidii in noſtris membranis, quae *umbras* conſtanter ſervant. deinde *lecta comantis Jactabis mollis* in iiſdem. Aldus tamen *herbas*. alii *frondes*. & ſane *umbrae* mox denuo ſequuntur. Scribe minima mutatione pro *Tondemus*, *Tondenda eu*, & *laete collis*. Totus locus ſic conſtituendus videtur,

Lydia, & a multum noſtris cantata libellis
Optima villarum, formoſis denſa viretis,
Tondebis virides herbas, nec laeta comantes
Jactabis collis ramos inſlantibus auris.

laeta comantes rami, quomodo *ſera comantem Narciſſum* dixit Maro. *Optima villarum* reſcripſi, quod *ſilva viretis denſa* minus recte dicatur. collem hunc Battarum fuiſſe opinor. poſſis & *Condemur virides herbas*. vel *Condet humus*. per *molles ramos* Scaliger *ῥαδινὸν*, quod Graeci dicunt, intelligit. Sed duo epitheta de ramis conjungi non fero, *comantes* & *molles*. *collis* verum eſt, pro quo *mollis* ſcripti, ut diximus. Idem Scaliger *Non demum virides umbras*. HEINSIUS.

30. *Nec mihi ſaepe meum reſonabit, Battare, carmen*] *Haec* Thuan. *tibi ſaeve* conjecerat Heinſius. *reſonabis* legebat Tollius. eo ſenſu, tu ſilvarum optima non reſonabis amplius meum carmen, cujus initium *Battare*, &c. ut Virg. Ecl. 1. *Formoſam reſonare doces Amaryllida ſylvas*, id eſt, carmen de Amaryllide.

31. *Militis inpia cum ſuccedet dextera ferro*] *ſuccedere ferro*, ut *ſuccedere oneri*. Malim tamen *ſuccedet*. SCALIGER. *ſuccidet* vetuſtus codex cum Aldo, ut Scaliger voluerat. Sed turbatus eſt ordo vocabulorum in hoc verſu. Legendum praeterea,

Dextera ſuccidet quam militis inpia ferro.

vel *nunc*. nam Petavianus codex *con*. HEINS. *ſuccedis* in ed. Vinc. Brix. Ven. & prima Aldi *ſuccedet* edidit Pithoeus & Scaliger. unde *Militis in quercum ſuccedet* Boxhornius. *in pinum* Iſ. Voſſius. *ſuccidet* ſecunda Aldina, margo Pithoei, cod. Voſſ. & Medic. in quo vitioſe *Impia cum militis ſuccidet* &c. *ſuccedet* etiam male in exemplari meo editionis Juntarum Florentinae, cujus margini Pierius Valerianus variantes ex MS. adnotavit, & hoc quoque loco *ſuccidet* adlevit. *manus inpia*

etiam

Formoſaeque cadent umbrae, formoſior illis
Ipſa cades. veteris domini felicia ligna,
Nequidquam noſtris toties devota libellis,
Ignibus aetheriis flagrabunt. Jupiter ipſe,
Jupiter hanc aluit: cinis haec tibi fiat oportet.
Thracis tum Boreae ſpirent inmania vires:

Eu-

etiam de licentia militari, in Carmine] Focae de vita Virgilii v. 78.

Totaque militibus pretium conceſſa laborum
Praeda fuit, violenta manus baccbata per agros.
Non flatus, non ira Jovis, non ſpumeus amnis,
Non imbres rapidi, quantum manus inpia vaſtat.

Verſum ſine caeſura inſuavem, verbis, ita ut Heinſio placebat. tranſpoſitis, etiam conſtituebat Francius, niſi quod *nunc* vel *quam* corrigebat Heinſ. pro *cum*, qui etiam *te caedet* in margine ed. Pith. aliquando conjecerat. vide ad Tom. I. pag. 369. ſimilem Propertii verſum Lib. II. El. 33. 9. *Cum te juſſit habere puellam cornua Juno*, idem Heinſius ſic tranſponebat, *Cornua cum Juno te juſſit habere puellam.* ejuſmodi tamen verſus apud alios, Propertium prae ceteris, obvios, neque temere mutandos, produxi in notis ad Lotichium Lib. IV. El. 3. 71. p. 266 & 267.

33. *formoſior illis Ipſa cades*] Lego:

Ipſa cades: iterum domini felicis alumna
Nequicquam, noſtris potius devota libellis
Ignibus aethereis flagrabit. ———

Nam ex veteribus editionibus *iterum*, & *potius*, in quorum vacuum venerant *veteris* & *toties*, repoſuimus. iterum alumnam ſuam ſilvam vocat, quod, ut veriſimile eſt, iterum ſata ſit ab illo, & inſtituta. Sed id fruſtra, & nequicquam, inquit, cum ea potius devota noſtris libellis ardeat oportet. Ego non dubito, quin propius a veritate abſit haec conjectura noſtra. SCALIG. *Ipſe* in Aldino codice & ſcriptis, ut ad Battarum referatur. Sed quomodo *cades*, ſi eſt fluvius, ut voluit Scaliger. collis potius intelligatur, cum collem proxime ſit allocutus ex noſtra caſtigatione. vel ipſa villa *Battarus* dicta. Forte *Villa cades. Illa* exaratum fuerat, unde *Ipſa* poſt fecere. HEINS. *formoſior ilex* edidit Arnoldus. quod in nullo codice MS. aut ed. antiqua inveni. *Ipſa* Medic. *Ipſe cades* Petav. Thuan. Leid. ed. Aldina utraque, & vetuſtiores. in quibus pro *veteris* legitur *iterum*, & *noſtris potius devota*, & ſeq. verſ. *flagrabit.* In cod. Thuan. & Petav. etiam *iterum.* & in ed. Junt, ſed *veteris* in MS. Pierii. *potius* in Petav. & Medic. *potis* Thuan. in quo *flagrabit*, ut in Medic. Scaligeri emendatio *domini felicis alumna Nequidquam* praeclara videtur. eamque ſecutus Tollius totum locum ſic conſtituebat,

——— *iterum: domini felicis alumna*
Nequidquam. noſtris potius devota libellis,
Ignibus aetheriis flagrabis. Jupiter, ipſe
Jupiter hanc adflet: cinis hac tibi fiat oportet.

hoc ſenſu, *iterum*, id eſt, repetamus hoc carmen, non ſufficit mihi, te ſuccidi dextra militis, oportet ipſe te Jupiter fulmine ſuo adflet & accendat. vel *adfla* potius, ne *adflet* & *oportet* verſum leoninum auribus ingerat. *Jupiter incaluit* perperam Boxhornius. *flagrabunt* MS. Pierii pro *flagrabit*, ut in ed. Junt.

33. *veteris domini felicia ligna Nequidquam noſtris toties devota libellis*] ſcripti duo *iteris domini.* unde *iterum* fecerant. pro *potius* Thuaneus codex *potis.* recte Pithoeus *toties* ex ſuis membranis. Praeterea puto *felicia regna*, non *ligna.* Tityrus apud Maronem tugurium vile *regna ſua* appellat.

HEINSIVS.

35. *Ignibus aetheriis flagrabunt*] alter codicum *flagravit*, alter *flagrabit.* & ſic primae editiones. ut forte ſit ſcribendum *flagrabis.* ut ad Battarum extendatur oratio. poſſis &, *Ignibus Aetnaeis flagramo*, vel *flagrato.* Aldinus tamen codex *flagrabunt.* unde Scaliger, *iterum domini felicis alumna Ignibus aetheriis flagrabit.* qui & male retinet *potius devota.* mox idem *Juppiter hunc alito. veteris domini regna*, ut *veteres coloni* apud Maronem.

HEINS.

Juppiter hanc aluit] Lege, *Juppiter hanc alito.* Inſultans in deſperatione hoc dicit. Eadem figura: *Inſere nunc, Meliboee, piros.* SCALIGER.

36. *cinis haec tibi fiat oportet*] forte *labefiat* vel *tepefiat.* HEINSIVS.

37. *Thracis tum Boreae*] *Threcii* ſcripti Gallicani. Forte *Thracis in hunc Boreae ſpirent* &c. in Battarum. mox & *furva caligine* non *fulva* opinor. & *comitantibus imbrem.* nam priſcae editiones *mutantibus.* ni mavis *inmittat* pro *immineat.* HEINS. *Threcis* ex cod. Petaviano praetulit Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XIX. 26. & ſic in cod. Thuan. & Leid. *Boreae ſpirent tibi* in Mediceo.

Eurus agat miſtam fulva caligine nubem:
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem:
Cum tua Cyaneo reſplendens aethere ſilva

Noſcet

38. *fulva caligine*] *furva* Heinſius codici ſuo etiam adſcripſerat. tramque lectionem defendi poſſe, patet ex variis auctorum veterum exemplis, quae adfert in notis ad Ovid. III. Met. 273. & paſſim confuſas a librariis fuiſſe has voces docent notae ad Lib. II. A. A. 373. & ad Silium Lib. VII. 683. quibus addatur illud Statii Lib. IX. Theb. 727.

— venit in medios caligine fulva Septa globos.

ubi *furva* in MSS. hoc tamen loco *fulva* conſtanter ſervant codices, & editiones veteres, in quibus *Purus agat* pro *Eurus*, quomodo etiam in Petov. Thuan. & MS. Pierii. ſed *Eurus* recte in Aldinis, Juntina, ceteriſque.

39. *Africus immineat nimbis minit. imbrem*] *imbres* cod. Voſſ. *immineant* Medic. *immittat* conjeceram, quod & Heinſius editioni Pithoeanae adſcripſerat. *immitti* Eurus dicitur Lucano Lib. II. 457. *tumidis immitis fluctibus Eurum.* ſed nihil potius mutandum, nam *minitantibus imbrem* jungenda ſunt. ſic enim recte in MSS. & utraque Aldina. *mutantibus hymber* primae edd. & Junt. ſed alterum etiam in cod. Pierii. *imminere* dicitur Africus, ut *incumbere* Boreas Ovidio Epiſt. XIII. 15. & forte hoc in loco *incumbat* reponi poſſet, quia *immineat* & *minitantibus* ſonum auribus ingratiorem praebent. Virgil. 1. Aen. 84 de ventis,

Incubuere mari, totumque a ſedibus imis
Una Euruſque Notuſque ruunt, creberque procellis
Africus, &c.

Juſtinus IV. cap. 1. §. 6. de Aetna: *ubi acrior per ſpiramenta cavernarum ventus incubuit, harenarum moles egeruntur.* Quinctilianus Lib. V. c. 9. *in mare vis venti incubuit.* plura Oudendorpius ad Lucan. Lib. II. 435.

40. *Cum tua Cyaneo*] *Cyanea*, caeruleo, ut in Ciri, *caeruleas umbras.* Tamen hic quoque *Cyrneo* legi poſſet, ut ſupra *Cyrneas voces.* SCALIGER.

Cum tua Cyaneo reſplendens aethere ſilva
Noſcet iter ducens Erebo tua Lydia dixit]

ſic Aldus, & illum ſecutus Pithoeus. Gallicani codices,

Non iterum dicens (f. reduces) Erebo tua Lydia dixti.

nec aliter primae editiones. ſed Aldus puto Bembinum codicem expreſſit, quo nomine reprehendi non debuit a Scaligero. primo verſu utique ſcribendum *Cyanes aequore*, aequor referebat imaginem ſilvae ſibi incumbentis. in Culice (v. 55.)

Haec ſuſpenſa rapit carpente cacumina morſu
Vel ſalicis lentae vel quae nova naſcitur alnus.
Haec teneras fruticum ſentes rimatur, at illa
Imminet in rivi praeſtantis imaginis umbram.

Plinius Lib. VIII. Ep. 8. de Clitumno: *Ripae fraxino multa, multa populo veſtiuntur. quas perſpicuus amnis velut merſas* (*immerſas* malo) *viridi imagine adnumerat.* atque ita videtur illud Maronis quoque capiendum, *virideſque ſecant placido aequore ſilvas*, pro imagine ſilvarum, quam reddebat unda. Maecenas apud Senecam in fragmento quod profert Scaliger ad Catalect. p. 265. *Amne ſilviſque ripa comantibus Vide ut alveum lintribus arant, Verſoſque vado remigant hortos.* ubi lege, *Amnem ſilviſque ripae comantibus Viridem alveum.* Auſonius Moſella:

Sic viret Iſmarius ſuper aequora Thracia collis,
Sic mea flaventem pingunt vineta Garumnam.

ubi *labentem* forte reponendum. & mox:

Illa fruenda palam ſpecies, cum glaucus opaco
Reſpondet colli fluvius: frondere videntur
Fluminei latices, & palmite conſitus amnis.
Quis color ille vadis, ſeras cum protulit umbras
Heſperus, & viridi perfundit monte Moſellam.
Tota natant criſpis juga motibus, & tremit abſens
Pampinus, & vitreis vindemia turget in undis.
Adnumerat virides deriſus navita vites,
Navita caudiceo fluitans ſuper aequora lembo,
Per medium qua ſeſe amni confundit imago.
Collis & umbrarum confinia conſerit amnis.

verſus adſcripſi complures, quod ſint elegantes oppido & venuſti. plura ibidem ſubſequuntur a re non aliena, de nautis navibuſque in unda redditis. illud *adnumerare* ex Plinii jam producto loco hauſiſſe eſt viſus. Poſtrema tamen horum carminum mendoſi quid prae ſe ferunt. pro *Tota natant* forte *Laeta*, *Fota*, vel *Foeta* praeſtiterit. deinde *amnis* vocabulum inconcinne iteratur. Scribe, *amni confundit imago*,

Collis & umbrarum confinia proferit amni.

vid. Gronov. Diatr. ad Stat. cap. 26. vel *umbrata amni.* animi imago ſe diffundit per medium collis. & in amne proferit confinia umbrarum. ubi eleganter ludit in ambigua ſignificatione *umbrarum.* ſed & *proferere* malo, quam *conſerere*, quod & magis id oppoſitum, & ad rem praeſentem. & concurſus durior τῶ *confundit*, *confinia* & *conſerit.* *palmite conſitus amnis* jam praeceſſe-
sat.

Nofcet iter, ducens Erebo tua Lydia Ditis.
Vicinae flammae rapiant ex ordine vites:
Pafcantur fegetes, diffufis ignibus aura
Tranfvolet arboribus, coniungat & arbor ariftas.
Pertica quae noftros metata eft inpia agellos,

Qua

rat. *virides undae* hac de cauffa dictae Calpurnio Ecl. II. 57. Valer. Fl. Lib. V. 486. *viridi pulcherrima flumina cornu.* ubi *vigili* in vulgatis. Ita & intelligenda apud Prudent. Perifteph. Hymno XII. v. 33. & feqq. qui locus eft appofitus,

Namque fupercilia faxi liquor ortus excitavit
Frondem perennem chrifmatis feracem,
Nunc pretiofa ruit per marmora, lubricatque clivum,
Donec virenti fluctuet colymbo.

Calpurnius Ecloga V. v. 20. loco corrupto:

Tunc etenim toto vernanti gramine filva
Pullat, & aeftivas reparabilis incboat umbras.
Tunc florent filvae, viridifque renafcitur annus.

ubi forte legendum,

Tunc etenim vernante toro tunc gramine filva
Pullat &c.

Claudianus de Cerere Proferpinam quaerente,

Innatat umbra fretis: extremaque lucis imago
Italiam Libyamque ferit: clarefcit Etrufcum
Litus, & accenfa refplendent aequore Syrtes.

Cyaneum aequor & *Cyaneae undae* frequenter occurrunt apud poëtas. Avienus in Arateis:

Namque ea Cyanes cum funt elata profundo,
Rurfus in occiduos merguntur fingula fluctus
Ordine partito.

ita corrigendum, cum nunc legatur *Namque Titanes.* unde Grotius (ad Germanicum v. 570.) *Nam Tithoneo*, Forte,

Quin tua Cyaneo refplendens aequore filva
Nofcat iter ducens Erebo, mea Lydia, Ditis.

vel *Pafcet* pro *Nofcat* etiam reftitui poteft. manifefte de Aetna agit, *iter Ditis ducens Erebo.* per crateras enim Aetnae Pluto erupit Proferpinae raptor. Prudent. Hymn. XII. Perifteph.

Cyaneufque latex umbram trabit imminentis aftri.

Idem Avienus Orbis terrae Defcriptione, de Aegypto: *Pars, quae Cyanea difcedit ab aequore feptem Oppida fuftentat.* mendofe & illic fcribitur, *pars quae coean difcedit: Inde fluenta*

Tenduntur Scythici longe maris in facis ortum
Eoae: tum Cyaneis erepit ab undis
Infula.

ita & illic caftigandum. nunc circumfertur, *in facis ortum Eoa & ut coeaneis.* In veteri codice chartaceo Bibliothecae Ambrofianae inveni *Eoa & cum cyaneis.* paullo poft idem Avienus,

Rhebas Cyanei qui difficit aequora ponti.

& Ora Maritima:

Splendorem ubique quippe ineffe fluctibus
Vitri ad nitorem, & per profundum marmoris
Cyaneam in undis effe certum imaginem eft.
Confundi at illic aequor immundo luto
Memorant vetufti. mendofe illic legitur quarto verfu, *confodiat illic.* HEINSIVS. emendationem Heinfii *Cyanea aequora* pluribus probavi ad Tom. I. hujus Antholog. pag. 63 & 64. fequente verfu *Non iterum dicens Erebo tua Lydia dixti* in Puteanen, Thuani, & Voffiano codice. in Mediceo *Nofcet iter Herebo dulcis.* in ed. Junt. *Non iterum dicens Er. t. L. dixit.* fed MS. Pierii vulgatam firmat, & utraque ed. Aldina.

41. *Non iterum dicens*] ita habent omnes antiquitus excufi, quod in recentioribus impudenti audacia in nefcio quod monftrum fententiae mutatum fuit. Ego vero *dicens*, non *dicens* lego, ut non opus fit tot verba interpolare. Cum amplius, inquit, nemo dicet *tua filva.* Nam crebro Lydia dixit *tua filva.* Auget invidiam a memoria rei amiffae, ut, *fuimus Troes*, &, *Campos, ubi Troia fuit.* SCALIGER.

42. *vicinae flammae rapiant ex ordine vites*] videtur Catonis villa haec aut Aetnae vicina fuiffe aut Vefuvio. malim tamen *vicinas ex ordine*, vel *vicino.* HEINS.

44. *coniungat & arbor*] Lege
— *contingat & ardor ariftas.* SCALIG.

diffufis ignibus aura Transvolet arboribus, conjungat & ardor ariftas] immo *conjungat & arbori ariftas.* Scaliger *arbor* edidit, minus bene. praeterea fcripti codices *aurae.* ut & prifcae editiones. leg. *auras Transvolet, arboribus conjungat & ardor.* vel *umbras Transvolet arboreas* HEINS. Scaligeri emendationem inprobavit etiam Gronovius Lib. II. Obferv. cap 3. p. 232. legitque *conjungat & ardor ariftas.* non *arbor*, ut in utraque Aldina, & vetuftioribus edd. quas fecutus eft Scaliger. *contingat* etiam male in cod. Leid.

45. *Pertica quae*] *Pertica qua.* & ita nonnullae editiones. *Pertica*, Propertius: *Abftulerat miferas pertica triftis opes.* In Italia, ut & pueri fciunt, perticis antiquitus metabantur agros: Barbari

vero

Qua nostri fines olim: cinis omnia fiant.
Sic precor, & nostris superent haec carmina votis.
Undae, quae vestris pulsatis litora lymphis,
Litora, quae dulces auras diffunditis agris,
Accipite has voces: migret Neptunus in arva
Fluctibus, & spissa campos perfundat arena.
Qua Vulcanus agros pastor Jovis ignibus arcet,

Bar-

vero funibus: ut est in sacris literis, & apud Herodotum, unde *χοίνῳ μετρῆσαι*. Postea hunc funem etiam Romanis *arvipendium* nominatum invenio. In veteri Glossario exponitur, *χοῖνος γεωμετρικός*. Quare quum in Gallia diceretur *Arpennium* pro jugero: non puto magis Gallicam vocem esse, quam Latinam Gallia receptam, quasi *arvipennium*. Sic Plauto *dispennere*, pro dispendere. In Gallia Belgica, & Celtica etiam hodieque jugerum *Arpen* vocant. Quin & in eodem peroptimo Glossario integra vox legitur, *Arpendia*, *πλέθρον*, non *Arpennia*. SCALIGER. male in cod. Mediceo *mentita est*, pro *metata*. corrupte in Thuaneo .. *estica*. in loco Propertii, qui est ex Lib. IV. El. I. 130. legitur,

Abstulit excultas pertica tristis opes.

non *Abstulerat miseras*, ut hic adfert Scaliger. vitio etiam memoriae Salmasius ad Solinum Tom. I. p. 637. producit, *Abstulerat patrias pertica tristis opes*. & *perticam* de groma agrimensoria exponit, qua jugera metabantur. de quo ritu erudite egit Jac. Nic. Loënsis Lib. III. Miscell. Epiphyll. cap. 2. & cum illius observationibus conferenda, quae habet Gul. Goesius in Antiqq. Agrar. cap. XII. qui etiam in Indice ad Scriptores Rei Agr. in *Arepennis* agit de *Arpennio*, vel *Arvipennio*, sed vocis originem aliunde deducit. plura de arvipennio Lindenbrog. in Glossar. ad Cod. Leg. Antiq. pag. 1358. & Jo. Is. Pontanus in Glossario prisco Gall. in h. v.

Pertica quae nostros] *qua* Scaliger ex editis nonnullis. HEINS.

46. *cinis omnia fiant*] *fiat* in Petav. Voss. Medic. & edd. vetustis. nisi quod in Veneta 1487. *fiant*. addita nempe linea supposita *fiāt*. quod vel in aliis neglectum, vel petitum ex v. 36. *cinis haec tibi fiat*, *oportet*. *fecit* in Thuaneo. seq. versu *nostri voti* Heinsius margini ed. Pith. adscripserat.

48. *Undae, quae vestris pulsatis litora lymphis*] Forte *vitreis lymphis*. nam alterum prorsus friget. HEINSIVS. *Undique* cod. Med. & *nostris* a man. pr. ut in edd. vetustis, & cod. Voss. *vestris* utraque Aldina. & MS. Pier. *nostris* in Junt. sed praestat Heinsianum *vitreis*. notum illud Virgilii Lib. VII. Aen. 759. *vitrea te Fucinus unda*, *Te liquidi flevere lacus*. unde recte Silio Ital. IV. 346. adseruit etiam Heinsius, *vitreo quem Fucinus antro Nutrierat*. Ovidius Epist. XV. 157.

Est nitidus, vitreoque magis perlucidus omne
Fons sacer, hunc multi numen habere putant.

ubi non opus esse cum Heinsio corrigere *vitroque magis perlucidus omni*, ostendunt Patrui mei notae, licet ei favere posset Horatius Lib. III. Od. 13. 1.

O fons, Blandusiae splendidior vitro.

vide illic Torrent. Claudianus I. R. P. 267.

Coeperat & vitreis summo jam margine textis
Oceanum superare vadis.

ubi vide Barth. & ad illud Statii Lib. I. Sylv. 3. 73.

Aut vergens in stagna cadit, vitreasque natatu
Plaudit aquas. sic lege cum Heinsio, non *ingens*.

50. *migret Neptunus in arva*] *migrat* Petav.

51. *& spissa campos perfundat arena*] *perfundat*, & paullo ante *diffunditis*, tum mox v. 63. *infundimus aris*, & v. 68. *diffundite campis*, & v. 77. *diffuso gurgite*, valde inconcinna sunt, eadem voce toties inculcata. Quid si hoc loco legamus,

——— *migret Neptunus in arva*
Fluctibus, inlisa campos corrumpat & alga.

ut apud Virg. VII. Aen. 590. *& spumea circum*
Saxa fremunt, laterique inlisa refunditur alga.

vel, *& salsa campos corrumpat ab alga*. certe *alga* huic imprecationi melius convenire videtur, quam *arena*. quae si hic servanda sit, legi posset,

——— *spissam campis inducat arenam.*

ut in illo Ovidii XI. Met. 499.

Fluctibus erigitur, coelumque aequare videtur
Pontus, & inductas adspergine tinguere nubes:
Et modo, cum fulvas ex imo vertit arenas,
Concolor est illis. &c.

52. *Qua Volcanus agros pastor Jovis ignibus arcet*] Locus corruptissimus. Lego:

Quo Volcanus agro pastus Jovis ignibus ardet.

quo agro Volcanus Jovis ignibus, id est igni-

bus

Barbara dicatur Libycae foror altera Syrtis.
Triftius hoc memini revocafti, Battare, carmen,
Nigro multa mari dicunt portenta natare,
Monftra repentinis terrentia faepe figuris;
Cum fubito emerfere furenti corpora ponto.
Haec agat infefto Neptunus caeca tridenti,
Atrum convertens aeftum maris undique ventis.

Et

bus fulminis accenfus agrum meum populatur, in eo, inquam, agro fulgurito exiftat Syrtis fimilis ei, quae eft in Libya. SCALIGER. *Qua Vulcanus agro paftus Jovis ignibus ardet* Scaliger. fed nondum ardebat Catonis ager, nifi illud *qua* referendum ad viciniam Aetnae montis. *paftus* tamen & fcripti cum Aldo. *agros paftos Jovis ignibus uret* opinor. fic fupra *Pafcuntur fegetes. paftos* certe & Florentina editio Juntarum. HEINSIVS. *Qua Vulcanus agros paftus Jovis ignibus arcet* utraque Aldina. *paftor Jovis ignibus arcet* in vetuftioribus ante Aldinas. fed *paftus Jovis ignibus* eft in Petav. Thuan. Medic. Peril & Leid. Cod. *agros paftos Jovis ignibus ardet* in Voffiano. *paftos J. ignibus arcet* ed. Junt. *Qua Vulcanus agros paftus Jovis ignibus ardet* G. Voffius ad Valer. Fl. Lib. VI. 526.

54. *revocafti, Battare, carmen*] *revocaffes* Gallicani. HEINSIVS. *revocaffet* Medic. Petav. & Thuan.

55. *Nigro multa mari dicunt*] Dixit *portenta monftra*, ut Cicero *tibicini molli*, *ancile fcutum*, *rete jaculum* &c. SCALIG. *dicens* Petav. & Medic.

Nigra multa mari] *Pigro* opinor. glaciato vel immoto. de mari enim Oceano five Atlantico id veteres rebantur. vide Arrianum, Juftinum, & Curtium Lib. IX. cap. 4. (§. 18.) ubi *immobiles undas* habes, *in quibus emoriens natura defecerit, perpetuam noctem profundo incubantem, repletum immanium belluarum gregibus fretum.* Seneca pater Suaforia prima: *Stat immotum mare, & quafi deficientis fuo fine naturae pigra moles, novae ac terribiles figurae, magna etiam Oceano portenta, quae profunda illa vaftitas nutrit, confufa lux alta caligine, & interceptus tenebris dies, ipfum vero grave & defixum mare, & aut nulla aut ignota fidera.* mox *Foeda beluarum magnitudo, & immobile profundum teftantur, Alexander, nihil ultra effe, quod vincas.* plura ibidem ad rem. Tacitus vita Agricolae cap. 10. *mare pigrum & grave navigantibus perhibent.* Feftus Avienus p. 291. ed. Pith. *Sic fegnis humor aequoris pigri ftupet.* de mari Atlantico, ubi plura ad rem. *limum* vocat Albinovanus, quem Avienus *uliginem*, unde piger atque impervius Oceanus. *limo fidentes naves* illic Pedo. in quo loco perperam Schottus fe torquebat. Pedo Albinovanus de navigatione Drufi Germanici,

Nunc illum pigris immania monftra fub undis
Qui ferat Oceanum, qui faevas undique priftes,
Aequoreofque canes.

Feftus Avienus de eodem Oceano, quae Himilconi Poeno fe debere affeverat, pag. 300. ed. Pith.

Exfuperat autem gurgiti infufus frequens
Atque impeditur aeftus hic uligine
Vis beluarum pelagus omne internatat,
Multufque terror ex feris habitat freta.

fic fcribendum. verfu tertio mendofe legebatur *vis vel varium.* verfu primo *gurgitem fufus.* de *beluis* confirmat locus Senecae jam productus. ibidem *ferarum ille conventus immanes propone beluas, afpice quibus procellis fluctibufque faeviat: ferarum conventus, beluarum*, ut in Avieni loco. male refcribunt *ferarum gentium conventus.* Pedo in eodem carmine, *Seque feris credunt per inertia fata marinis.* denique ibidem: *cum defcriberet beluarum in Oceano nafcentium magnitudinem.* Aufonius Mofella, v. 144.

Talis Atlantiaca quondam balena profundo.

incidere lectorem, pro *in lectorem.* de quo Juret. ad Symmachum Lib. II. Ep. 22. & Lib. V. Ep. 85. & nos ad Nafonis Halieut. v. 10. HEINS.

57. *Cum fubito emerfere furenti corpora ponto*] *corpore* Thuan. *virenti* Heinfius in ora ed. Pith. *corpora* de monftris marinis, ut in illo Ovidii Lib. I. Trift. El. 2. 32.

Nefcit in immenfo jactari corpora ponto.

an forte illa Catulli refpexit auctor, ex Epith. Pelei v. 12 & feqq.

Quae fimul ac roftro ventofum profcidit aequor,
Tortaque remigio fpumis incanuit unda,
Emerfere feri canenti e gurgite vultus.

mox *infefta* in Petav. & Thuan. & edit. vetuftis ante Aldum.

59. *infefto Nept. c. tridenti Atrum convertens*] Lego,

Et fuſcum cinerem canis exhauriat undis.
Dicantur mea rura ferum mare, nauta caveto
Rura, quibus diras indiximus, inpia vota.
Si minus, heu, Neptune, tuis infundimus aris,
Battare, fluminibus tu noſtros trade dolores.
Nam tibi ſunt fontes, tibi flumina ſemper amica.
Nil eſt quod perdam ulterius merita omnia, dixi.
Flectite currentes limphas vaga flumina retro,
Flectite, & adverſis rurſum diffundite campis.

In-

go, *converrens*, *ἀνεστρέφων*. *Atrum aeſtum*, ut *μέλαινα φρὶξ* poëtis. SCALIGER. *infeſta tridenti* Gallicani codices. mox puto *Atrum converrens aeſtum maris*. non *convertens*. *venti verrentes aequora* Lucretio. & apud Maronem, *verrunt freta venti*. vidit jam & Scaliger. ſed & *evertit aequora ventis* apud Maronem. HEINS. *convertens aeſtum maris* in omnibus edd. antiquis *c. v. aeſtum* in Thuaneo. eadem varietas apud Virg. III. Aen. 668. *Verrimus & proni certantibus aequora remis*. ubi in aliis *Vertimus*. ſed alterum praetulit Heinſius, qui plura contulit in notis ad Ovid. I. Amor. El. 9. 14. XI. Met. 499. & ad Silium Lib. XIV. 262. vide ad Tom. I. hujus Operis pag. 563. hoc tamen in loco *convertens* praefero. ut apud Ovid. III. Faſt. 592.

Adſiliunt fluctus: imoque a gurgite pontus
Vertitur, & canas alveus haurit aquas.

ubi Heinſius etiam *verritur* conjecerat, quod tamen neceſſe non videtur. forte & illic *imoque e gurgite* reponendum, ut in loco Catulli *canenti e gurgite vultus*.

62. *Rura, quibus diras indiximus, inpia vota*] Idem verſus ſupra non procul ab initio,

——— *rura canamus*,
Rura, quibus diras indiximus, impia vota.

ubi Heinſius, *en ſcribimus*. ſed *indiximus* referri poteſt ad priorem Catonis querelam de agris amiſſis, ſeu librum ſub *Indignationis* titulo, teſte Suetonio, antea ab eo ſcriptum, quem etiam carmine conſtitiſſe ex principio harum Dirarum patet, quibus ſe inprecationes ſuas *repetere* ſaepius indicat. *impia vote* in cod. Mediceo.

63. *Si minus heu*] Lego:

Si minus haec, Neptune, tuis infundimus iris.

Si minus haec evomimus digna tuis iris. Si non ſatis digna ſunt vindicibus undis tuis, quae imprecamur: tu, o Battare flumen ades, & trade diluvio fluminum noſtros dolores, hoc eſt agros noſtros: quorum amiſſione dolemus: ut amores noſtros, quem amamus. SCALIGER. *Si minus haec, Neptune, tuis infundimus auris* ſcripti cum Aldo. *tuis iris* Scaliger, quod non perſuadet. Forte *tuas auris*. hoc eſt *aures*. nam ſic plerumque codices vetuſti. ita infra *nam vos arridet*. *infundere aures*, pro *fundere in auras*. Cicero Lib. II. de Oratore: *ut tibi non infundere in aures tuas orationem, ſed in animo videantur conſcribere*. HEINS. *infundimus aris* editiones vetuſtiores, Scaliger, & Pithoeus. *auris* in Petav. Thuan. Medic. Leid. & Aldina utraque. unde *arvis* Iſ. Voſſius. ſed *aures* recte N. Heinſius. *haec* pro *heu* edidit Aldus, quod a Codd. MSS. firmatur.

65. *tibi flumina ſemper amica*] *ſemper flumina amica* in Petav. Thuan. Medic. & Leid.

66. *Nil eſt quod perdam ulterius merita omnia, dixi*] codices Gallicani *ditis*. *dictis* Aldus. mox iidem ſcripti *nymphas* pro *lymphas*. Puto,

Nil eſt quod perdam ulterius: merita omnia diras.

vel, *quo pergam ulterius*. HEINSIVS. *ditis* etiam in Mediceo. *ulterius meritam* in Leidenſi. *meritis omnia dictis* in Voſſiano. *merita omnia dici* in edd. antiquis. *dixi* in Junt. ſed *dictis* MS. Pieril. & edd. Ald. *nymphas* ſeq. verſ. etiam in Leidenſi. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. V. 31. ubi *nymphas* hoc in loco ex MSS. etiam praetulit.

68. *& adverſi rurſum diffundite campis*] veteres editiones, *curſum*. Lego igitur:

— *& averſi curſum diffundite campis.*

averſi curſum, *παλίστροφοι*. Ovidius:

— *averſis Solque recurret equis*

diffundere campos, *κατακλύζειν*. infra:

— *diffuſos gurgite campos*. SCALIG.

adverſi rurſum Aldus. *adverſus* in Petaviano. priſcae editiones *adverſi curſum*. Scaliger inde *averſi curſum*. Forte *& everſis ſurſum diffundite campis*, lymphas nimirum. Flectite & ſurſum diffundite. *campi everſi*, ut apud Valer. Flaccum Lib. VII. Argon.

——— *everſo jacias dum ſemina campo.*

ſed

Incurrant amnes passim remeantibus undis,
Nec nostros servire sinant erronibus agros:

Dulcius

sed ibi agit de aratione. *rimantibus undis* pro *remeantibus* scripti omnes. mendose. HEINS. lego, *& aversis cursum diffundite campis.* & paullo post, *Nec nostros exire sinant erroribus agros*, id est, fluvii & amnes revertantur ad fontes, & aquas suas, quas deorsum ferre solebant, sursum referant; neque sinant nostros agros umquam liberari flexibus suis aut eximi. Aldina agnoscit τὸ *erronibus*, quod Scaligero & Heinsio placuit. If. Vossius Aldinam tuetur, neque praeterea quidquam mutat. *Aversi campi* qui sint, docebit Gronovius ad Senecae Medeam (v. 10.) JAC. TOLLIUS. in codice Mediceo *cursum diffundite.* & *aversis* a m. pr. *adversi rursum* vetustiores editiones ante Aldinam utramque, in qua *adversis rursum.* in Leidensi cod. *sursum. adversi cursum* ed. Junt. *refundite* Tollio placebat. Heinsii emendationem *eversis sursum diffundite campis*, subintellecto *lymphas*, indicavi in notis ad Lotich. Lib. II. El. 15. 45. p. 172. sed ellipsi illa non opus esse, si cum Scaligero *aversi cursum diffundite* legatur, praetuli ad Ejusdem Ecl. II. 31. p. 580. & de fluminibus cursum ad fontis caput repetentibus, frequenti apud poëtas 'αδυνάτῳ, explicui. de quo etiam vide Heinsii notas ad Claudian. I. in Eutrop. 353. & Bergleri ad Alciphr. Lib. III. Epist. 31. *rimantibus undis* quoque in Cod. Medic. & Leid. praeter Petav. & Thuan. & utramque ed. Ald. sed *remeantibus* recte in omnibus edd. vetustioribus, quae Aldinas antecesserunt, & Juntarum Florentina.

70. *Nec nostros servire sinant erronibus agros*] in priscis editionibus non legitur *servire*, sed *exire*. quod est verbum alienationum: *exire in jus*, *exire in potestatem*. Lego autem *erronibus*, non *erroribus*. Veteranos intelligit, quibus ejus agri erant assignati. est enim convicium in militem infrequentem, sicut & *Emansor*. Tibullus:

Ure, puer, quaeso, tua qui ferus ocia liquit.
Atque iterum erronem sub tua signa voca.

utcunque igitur erit tolerabilis lectio. Sed ea, quam modo reponam, longe mihi verior videtur:

Nec nostro exire sinant erronibus agro.

optat amnes per totum agrum diffundi, ut omne exeundi iter obsessis militibus intercludatur. Quibus displicebat hiatus ille, *Nec nostro exire*, immutarunt lectionem. SCALIG. recte vidit magnus Scaliger *erronibus* esse reponendum. quod Bembinus adstruit codex. possis etiam *praedonibus.* In eo autem frustra fuit Scaliger, quod *exire* est amplexus, cum Bembi membrana ab Aldo expressa *servire* agnoscat. quod & Pithaeus expressit HEINS. *exire* quidem in cod. Petav. Thuan. Medic. Voss. Leid. & ed. Junt. licet legatur, & *exire sinas* in edd. antiquis ante Aldum, non tamen Scaligeri conjecturam admittendam persuadent hi codices & vetustae edd. quam recte etiam rejecit Heinsius, & ex membrana Bembi ab Aldo expressa *servire* praetulit, ut & *erronibus* ex eodem codice, quomodo edendum censui pro *erroribus.* ut male etiam in ed. Junt. *servire* a MS. Pierii firmatur. *advenam aratorem* vocat infra v. 80.

Piscetur nostris in finibus advena arator,
Advena, civili qui nuper crimine crevit.

& ita Aldus edidit, & in notulis suis legendum monuit Pithoeus p. 468. vide Bembum ipsum in Differt. de Culic. Virg. Tom. II. Opusc. pag. 793. & Heinsium ad illud Ovidii Epist. XV. 53.

At vos erronem tellure remittite nostrum.

ut restituit pro *errorem*, ibidemque *erronibus* in hoc Valerii Catonis loco etiam castigandum notavit. vocem hanc miror viris doctis etiam non restitutam fuisse Tibullo Lib. I. El. 4. 63.

Et tercentenas erronibus expleat urbes,
Et secet ad Phrygios vilia membra modos.

pro *erroribus.* intelligi enim istic Gallos matris Deûm, stipem oppidatim & vicatim emendicantes, Broukhusius recte animadvertit, qui proinde *errones*, seu vagabundi nebulones, apte dicuntur, quibuscum Cybebes currum sequi & simul cum his sociis plurimas urbes *explere* Tibullus imprecatur illi, *qui vendit amorem*, quod praecessit. Sic aliis in locis peccatum fuisse indicant Heinsii notae ad Claudian. VI. Conf. Honor. 624. elegantissime Columella regem apium, qui cum examine fugam molitur, *erronem ducem* vocat Lib. IX. de R. R. cap. 10. *nam velut quadam compede retinebimus erronem ducem, detractis alis, qui fugae destitutus praesidio, finem regni non audet excedere.* ubi forte *erronum ducem* rescribi praestiterit, id est, ducem regemque apium fugam meditantium. sic *errones* in rebus amoris dicuntur transfugae & desultores. in ut loco Tibulli, a Scaligero prolato. Lib. II. El. 6. 6.

Atque iterum erronem sub tua signa voca.

plura Rutgersius Lib. III. Var. Lect. cap 19. & in Venusinis cap. 25. ubi & de differentia Ictorum inter *erronem* & *fugitivum* agit.

72. *Ema-*

Dulcius hoc, memini, revocaſti, Battare, carmen.
Emanent ſubito ſicca tellure paludes,
Et metat hic juncos, ſpicas ubi legimus olim.
Occupet arguti grylli cava garrula rana.
Triſtius hoc rurſum dicat mea fiſtula carmen,
Praecipitent altis ſpumantes montibus imbres,
Et late teneant diffuſo gurgite campos:
Queis dominis infeſta minantes ſtagna relinquant,

Un-

72. *Emanent ſubito*] *ſubitae paludes.* HEINSIVS. *Et manent ſubito* cod. Petav. Thuan. Medic. & Leid.

73. *Et metat hic juncos, ſpicas ubi legimus olim*] ſic edidit Aldus. *hinc juncos* Med. Leid. & Thuan. *heic juncos* Pierii codex. *hinc miles* Voſſ. vulgatam lectionem, *Et metat hic juncos, ſpicas ubi legimus olim*, probavit Bembus Diſſert. de Culic. Virg. p. 793. ſed *miles* in vetuſtioribus editionibus, Vincentina, Brixienſi, & Venetis, quam vocem Bembus exiſtimat ex gloſſa marginali, velut interpretationem τῷ *hic* adſcriptam, in textum irrepſiſſe, quum *hic* adverbium ſit, cui reſpondet ſequens *ubi. legimus* conſtanter in ſcriptis & editis. Forte tamen emendandum,

Et metat hic miles ſpicas, ubi ſevimus olim.

miles enim recte in cod. Voſſiano, primis editionibus, & Juntina. quod probo. ut adhaereat Virgilio Ecl. I. 71.

Impius haec tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? en queis conſevimus agros!

militis mentio in his Catonis Diris frequens, quia bellis civilibus villam agroſque amiſerat. ſupra v. 30.

Militis impia nunc ſuccidet dextera ferro.

infra v. 85.

—— mea rura reliqui,
Miles ut accipiat funeſti praemia belli.

Innuit igitur, militem meſſurum eſſe dona Cerealia, & fructus capturum ſegetis, cujus ſementem ipſe fecerat., adeoque falcem in meſſem alienam miſſurum eſſe. ut notum eſt illud, *ſerere arbores, alteri profuturas.* & ita *metere* & *ſerere* opponuntur in illo Ciceronis ex Orat. ad populum ante exilium habita cap. 2. *liberale officium eſt, ſerere beneficium, ut metere poſſis fructum.* & in noto proverbio: ut *ſementem feceris, ita & metes.*

74. *Occupet arguti grylli cava garrula rana*] *Coeules arguti* Petav. *eoguiet* Thuan. *Conchulae ubi arguti* Voſſian. *Conculcent arguti crilli* in Medic. *Occupet* tamen in Aldinis & vetuſtioribus edd. *cana* etiam in Voſſ. pro *cava.* ſed per *cava grylli* intelligere videtur foramina terrae excavatae, quia *gryllus* ſpecies vermiculi eſt retrogradientis, & terram terebrantis. vide notas ad Seren. Samonic. cap. XVI. v. 292. *argutum gryllum* vocat, quia inſtar locuſtae ſtrepit. idemque epithetan *gryllis*, forte ex hujus loci imitatione, dat Flaminius Lib. III. Carm. 7. *Dum ſonat argutis late vicinia gryllis.* & Lib. IV. Carm. 2.

Et prata gryllis perſonans argutulis.

75. *rurſum dicat mea fiſtula carmen*] *dicit* libri Gallicani. forte *dic ah*, vel *age dic.* vel *dic, i, mea fiſtula carmen.* HEINSIVS. *rurſus dicit* in Mediceo.

76. *ſpumantes montibus imbres*] MSS. aliquot *fumantes.* quod non abſurdum adeo, ac prima fronte adparet. Videmus enim e decidente per alta praecipitia aquarum vi quaſi quemdam fumum oriri. TOLLIVS. *fumantes* etiam in Petaviano, Thuaneo, & cod. Mediceo, praeter Voſſianum & Leidenſem. nec aliter in omnibus edd. vetuſtis ante Aldum, qui *ſpumantes* edidit. ut in MS. Pierii, ſed *fumantes* etiam in ed. Junt. ſaepe utrumque verbum fuiſſe permutatum docebunt Drakenborchii notae ad Silium Ital. Lib. II. 163. & Patrui mei ad Valer. Fl. II. 233. &, ut hoc loco *fumantes imbres*, ita *fumum* de amnibus & fluviis dici, ad Quinctilian. XII. 10. & ad Lucan. VII. 193.

77. *diffuſo gurgite*] *diffuſos* primae editiones, & Juntina, unde N. Heinſius *lato teneant diffuſos* conjecerat. *diffuſo* Aldus & Scaliger.

78. *Quis dominis infeſta minantes ſtagna relinquant*] *Qui dominis.* SCALIG. *Qui dominis* conjecit Scaliger. *Quid dominis* & *relinquunt* duo Gallicani. Aldus quoque *relinquunt.* & praeterea *Quique domos.* forte *Quin dumis infeſta inaratis ſtagna relinquant.* gurges nimirum. *minantis* factum ex *matis*, hoc eſt *amatis* ſive *hamatis.* poſſis & *infeſſa.* Cornelius Severus in Aetna (v. 604.)

Ardebant arvis ſegetes, & mitia culta,
Jugera cum dominis, ſilvae colleſque virentes.

ſed & ibi puto, *mitia cultu Jugera cum domibus.*

 vel

Unde relapsa meos agros pervenerit unda.
Piscetur nostris in finibus advena arator,
Advena, civili qui semper crimine crevit.
O male devoti pratorum crimine agelli,
Tuque inimica tui semper discordia civis!

Ex-

vel *dumis*. dumi, dumeta, loca spinosa. Quinctilian. Libro V. cap. 21. *Terra neglecta sentes atque dumos, excuita fructus creat.* Servius ad illa Maronis Eclog. 1. *Dumosa de rupe; id est spinosa, rigida. vepres & dumeta* conjunxit Cicero. HEINS. *Queis dominis infesta minantes stagna relinquant* edidit Scaliger, secutus vetustas ante Aldum editiones. & sic in Juntina. *Quis dominis l. m. st. relinquunt* Petav. & Thuan. *Qui dominis & relinquunt* in Mediceo. *Quique domos relinquunt* utraque Aldina, & cod. Pierii. unde *Qui dumis*, vel *Quin dumis, infesta inaratis stagna relinquant* reponebat Heinsius. cui conjecturae favere posset Lucanus Lib. I. v. 28. *Horrida quod dumis, multosque inarata per annos Hesperia est.* saepe haec vox etiam aliis veterum lucis ejecta vel corrupta fuit, ut apud Ovid. Rem. Am. 179.

Ecce petunt rupes, praeruptaque saxa, capellae.

ubi *rupes & praerupta saxa*, eadem fere notantia, propter sonum auribus ingratum merito offendebant Patruum meum, idcoque conjiciebat a Nasone scriptum fuisse,

Ecce petunt dumos praeruptaque saxa.

dumi quippe in montibus & rupibus. sic *dumosi colles* Columellae Lib. X. 150. *dumosos montes* Propertio reddendos existimabat Heinsius in notis post Ejus Adversaria editis p. 673. *dumosa saxa* Ovidio X. Met. 535. *Per juga, per silvas, dumosaque saxa vagatur.* ubi *dumos & saxa* Vivianus, & alii. *clivosque* in nonnullis codd. Lib. XII. Met. 356. *solidoque revellere duma Annosam pinum magno molimine tentat.* ubi *solida terra, solida ab ulmo, solidoque revellere trunco* vel *clivo* in variis MSS. & in loco Virgilii Ecl. 1. 77. *Dumosa pendere procul de rupe videbo.* in aliis *Frondosa.* sed vide illic Patrui mei notas.

79. *Unde relapsa*] veteres editiones: *Unde elapsa.* Malim ergo legere:

Unde elapsa meos agros pervenerit unda,
Dicetur nostris in finibus advena arator?
Advena, civili qui semper crimine crevit?

nam non *Piscetur*, ut in recentioribus, sed *Dicetur* legitur in illis antiquis. Unde, inquit, ego deduxi fluvios, & irrigavi agros meos, in illis finibus, vel intra illos fines, quos ego colui, dicetur esse advena dominus? Simile est Virgilianum:

Impius haec tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes? SCALIGER.

elapsa Aldus & scripti apud me. Opinor,

Unde illapsis meos agros perverterit unda.

sic *eversos campos* supra habuimus. mox pro *Piscetur arator*, quod scripti & Aldus tuentur, putem *Viscetur*, Scaliger notat ex vetustis editionibus *Dicetur*, quod tantundem est. sic mox Petavianus codex *viscam* pro *visam*. Sed nihil mutandum, cum scripti pro vulgata stent. Devovet agros inundationi imbrium, qui stagna relinquant in mediis agris, ut arator advena illic piscaturam exerceat. HEINS. *lapsa* in Mediceo, Leidensi codice, & edd. vetustis. sed *elapsa* Aldus & Junta. *relapsa* in MS. Pierii.

80. *Piscetur n. in f. advena arator*] *advena raptor* & paullo post *raptorum crimen* legebat Salmasius. *praetorum crimine* Medic. & ed. Aldi secunda, nam *pratorum* in prima. *raptorum crimine* ed. Arnoldi. *praetorum* probabat Boxhornius. ut in margine ed. Pith. & MS. Pierii. *pratorum* Junt. *crimina* in Petav. Thuan. & Medic. & ed. Junt. *Visetur* edidit Arnoldus. sed *civili crimine* & *praetorum* vel *praedonum crimine* hic inconcinnius dicuntur, eadem voce tantillo spatio recurrente. Quid si legamus, *Advena civili qui semper turbine crevit.* pro bello civili. ut *turbo* de procella ac tempestate Reipublicae dicitur. vel *civili sanguine.*

82. *Pratorum crimina*] Lego *raptorum*. ut malae fidei possessores, & alieni insessores denotet. SCALIGER. *praetorum crimine* Aldus. scripti apud me *pratorum crimina*. an forte, *praedonum*? sed vera scriptura est *praetorum crimen agelli. raptorum* Scaliger, ut sit epexegesis. sic infra, *felix nomen agelli*, quod Scaliger non recte accepit. nam *agellos*, non *agellum*, passim vocat hanc villam. Post quoque malim, *inimica tuo discordia civi.* mox legendum cum Aldo, *Hinc ego* non *Hic.* Scaliger omnia haec per interrogationis notam efferri volebat. HEINS.

83. *Tuque inimica tui semper discordia civis*] & Virgilius:

——— *en quo discordia cives*
Perduxit miseros ——— SCALIG.

semper discrimina cernis in cod. Medic.

Exsul ego, indemnatus, egens, mea rura reliqui,
Miles ut accipiat funesti praemia belli?
Hinc ego de tumulo mea rura novissima visam:
Hinc ibo in silvas: obstabunt jam mihi colles,
Obstabunt montes, campos nec adire licebit.
Dulcia rura valete, & Lydia, dulcior illis,
Et casti fontes, & felix nomen agelli.
Tardius, ah, miserae descendite monte capellae:
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuque resiste, pater: en prima, novissima nobis

In-

84. *Exsul ego, indemnatus, egens, mea rura reliqui*] *indamnatus* Medic. *indampnatus* Thuan. & Leid. Aldinae & vetustiores cum Scaligerana editione consentiunt. Heinsius in ora ed. Pith. correxerat, *Exsul ego, en damnatus.* deinde *relinquam* in cod. Leid. *indemnatum* hic tamen mallim intelligere pro inauditum, nec ab ullo judice legitimo convictum, adeoque non rite damnatum. ut in illo Ciceronis V. Verr. cap. 6. *ut quam damnatis servis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus Rom. reservares.*

Hinc ego de tumulo mea rura novissima visam] *Tunc ego* Boxhorn. *ta tumulo* cod. Medic. *de cumulo* omnes editiones Aldinia vetustiores. si per *tumulum* intellexerint sepulcrum, conferri poterit cum epitaphio, quod edidi in hoc Volum. pag. 269.

Hoc mihi noster herus sacravit inane sepulcrum,
Villae tecta suae propter ut adspicerem.

sed *tumulum* hic capio de colle terreo demissiore, pro quo saepe *cumulum* supposuerunt. vide Patrui mei notas ad Lucan. Lib. III. v. 375. & centenis in locis apud Ovidium aliosque duas has voces a librariis passim confusas fuisse docent notae ad Claudian. Bel. Gild. 39. & III. R. P. 342.

87. *Hinc ibo in silvas*] interrogative seu ἐρωτηματικῶς haec omnia legenda sunt. Nec mihi, inquit, adire licebit campos, tanquam colles mihi obstent, aut montes? SCALIG.

88. *campos nec adire licebit*] *audire* in Petav. Thuan. Medic. Voss. & Leid.

90. *& felix nomen agelli*] Graecanice enunciatum *nomen agelli*, hoc est, *agellus*. Aeschynes, τὸ δὲ τὸ μὲν Θηβαίων ὄνομα, καὶ τὸ τῆς δυσυχεστάτης συμμαχίας συνεχῶς ἀεὶ λέγων &c. Albinovanus in Epicedio Drusi:

Fluminaque, & fontes, & nomina magna locorum.

Caecilius Comicus:

Nomen virginis, nisi mirum est, deintegravit.

SCALIG. rectius Heinsius paullo ante ad v. 82. per epexegesin capiebat *felix nomen, agelli.* quia *agellas*, non *agellum*, passim villam suam vocat hic poëta. similes loquendi modos idem Heinsius illustravit ad Claudian. Bel. Gild. 138. & ad Prudent. Cathem. praef. v. 26. & Hym. XII. 177. notum illud Virgilii Ecl. I. 74. *Ite meae, quondam felix pecus, ite capellae.* & El. III. 3. *Infelix o semper, oves, pecus.* tali epexegesi forte in loco Taciti Lib. XII. Ann. cap. 51. corrigi posset. *ipse praeceps Iberos, patrium regnum, pervadit.* ubi codex Agricolae *ad Hiberos.* unde Heinsius, *ad Hiberos patrium in regnum pervadit.* vulgo, *Iberos ad patrium regnum.* Livius Lib. XXVIII. cap. ult. *Metapontinos, civitatem universam, excitos sedibus suis, in Bruttium agrum traduxit.* & Lib. XXXVIII. 20. *equites hostium, duplex numerus, effusi castris in fugam averterunt.* & simile illud Ovidii XIV. Met. 48. *Rhegion ingreditur, ferventes aestibus undas.* ubi vide notas.

91. *miserae*] *misere* Medic. *nostrae* Scriver. in marg. ed. Scalig. correxerat.

92. *Mollia non iterum carpetis pabula nota*] forte *rupis notae.* HEINS.

93. *Tuque resiste pater: en prima* &c.] corruptissimus locus, & alieno loco positus. Puto primum eum post hunc versum reponendum:

Sive eris, & si non, mecum morieris, utrumque:
Tuque eris isti par, & prima novissima nobis.

deinde ita interpretor: Sive eris, & si non. Graecismus: ἀμφότερον, ἢ ὄντα, ἢ μὴ ὄντα. ut illud:

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Tuque eris isti par. Eris semper compar mihi, idem jugum trahemus, ut jam dixit, *mecum morieris. Isti*, id est, isti homini, Comice dictum, pro mihi, δεικτικῶς. Exempla occurrunt apud Terentium, & Plautum. ut, *isti homini debentur* vi-

Intueor campos longum: manet hoſtis in illis.
Rura valete iterum; tuque optima Lydia ſalve:
Sive eris, & ſi non, mecum morieris, utrumque.
Extremum carmen revocemus, Battare, avena.
Dulcia amara prius fient, & mollia dura:
Candida nigra oculi cernent, & dextera laeva:
Migrabunt caſus aliena in corpora rerum,

Quam

viginti minae. id eſt, mihi. Ergo, ut interpretatus ſum, ita lego:

Tuque eris iſti par — pro, *Tuque reſiſte pater.* SCALIGER. *& prima* ſcripti cum Aldo. Corrigendum,

Tuque reſiſte pater, per rura noviſſima nobis,

vel *per prata.* niſi malis, *Tuque reſiſte caper per rura noviſſime nobis.* nulla hic opus tranſpoſitione, quod Scaliger volebat tamen. ſic apud Naſonem *Lucifer e coeli ſtatione noviſſimus exit.* *pater*, capellarum nimirum, de quibus agunt praecedentia. *baedorum pater* infra, & *taurus pater armenti.* Petronius, *pecoris pater ibit ad aras Corniger.* variis conjecturis haec Scaliger ſollicitat. HEINS. *puer* cod. Leid. *pater* de Battaro fluvio capiebat Seriverius, ut Rhenus *pater* adpellatur. ſed veriora conjecit Heinſius.

Et prima noviſſima] Nam mecum vives, mecum morieris. Propertius:

Cynthia prima fuit: Cynthia finis erit. SCALIG.

& prima Aldus, edd. vett. & cod. Thuan. Petav. Voſſian. & Medic. In quo *campus* pro *campos.* neſcio cujus codicis vel editionis veteris auctoritate Arnoldus, verſibus cum Scaligero tranſpoſitis, locum hunc ſic ediderit:

Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Rura valete iterum: Tuque, optima Lydia, ſalve:
Sive eris, & ſi non, mecum morieris, utrumque:
Tuque mihi ipſi par, tu prima noviſſima nobis.

certe in nullo cod. MS. aut antiqua editione hic verſuum ordo reperitur.

94. *Intueor campos longum: manet hoſtis in illis*] ſic diſtingue. mallm praeterea *longè.* pro *hoſtis* Gallicani *eſſes.* HEINS. *Intueor campos: longum manet hoſtis in illis* male diſtinxit Scaliger, vetuſtiores editiones & Aldum ſecutus. *eſſes in illis* Petav. Thuan. Leid. & Med. unde *enſis* alii conjecerunt. & ſic in prima Aldina editum eſt. *obſes* in Voſſ.

95. *Rura valete*] *Salve*, & *Vale* dicebant iis, quos nunquam viſuri erant. Icciroo ita & mortuos alloquebantur. Plautus, Virgilius. SCALIG.

96. *Sive eris, & ſi non*] *Eſſe*, hic ſumitur, ut apud Plutarchum, & Appianum: *οἱ δεῖ Καρχηδόνα εἶναι.* Cetera jam ſupra expoſui. *Fuiſſe*, eſt mori. Plautus Truc. *Pene tibi fuit Phroneſium.* hoc eſt: pene mortua eſt: parum abſuit, quin moreretur. SCALIG. Haec perobſcura ſunt. Puto ſic refingenda;

Seu fueris, ſeu non mecum morieris, utrimque.

ſive mortua eris mecum, ſive non, ſalve utroque modo. Tibullus III. El. ult. *Sive erimus, ſeu nos fata fuiſſe volent.* poſſis & *Sive eris hic, ſeu non.* HEINS. Aldus in prima editione diſtinxit, *Sive eris, & ſi non, mecum morieris.* In altera, *Sive eris: & ſi non mecum morieris, utrumque Extremum* &c. *Sive, eris, aut ſi non*, legebat Francius. Tibullus Lib. III. 5. 32.

Sive erimus, ſeu nos fata fuiſſe volent.

Ovidius Epiſt. XIII. 164.

Me tibi venturam comitem, quocumque vocaris,
Sive, (quod heu timeo) ſive ſuperſtes eris.

mecum maerebis conjecerat Heinſius in ora ed. Pith.

97. *Extremum carmen revocemus, Battare, avena*] concinnius ſit *Extrema avena.* *Cycneas voces* dixerat Eclogae hujus initio. HEINS.

98. *Dulcia amara prius fient*] *fiant* in Petaviano & Mediceo. & ſeq. verſ. *cernant* Thuan. Petav. & Leid. *oculi caeci* Mediceus. in ed. Venet. 1487. ſic diſtinguitur,

Candida nigra: oculi cernent: & dextera laeva.

100. *Migrabunt caſus aliena in corpora rerum*] *caſus* corruptum eſt. HEINS. nihil quidem variant codices aut edd. veteres, niſi quod *corpore* in Veneta 1487. *caſus* pertinaciter illis inhaeret. veriſſime tamen hanc vocem a librariis vitiatam ſuſpicatur Heinſius. Tentabam,

Mutabunt cauſas aliena & corpora rerum.

nulla enim elegantiae neceſſitate *migrabunt* & *emigret* repetuntur. vel ſi quis *Migrabunt* retinendum exiſtimet, pro mutabunt, & invertent, poſitum erit, hoc ſenſu, & corpora aliena, ſeu transfigurata, migrabunt, id eſt mutabunt, rerum cauſſas. ſic *migrare*, vi activa, pro mutare, apud Lu-

Quam tua de noſtris emigret cura medullis.
Quamvis ignis eris, quamvis aqua, ſemper amabo.
Gaudia ſemper enim tua me meminiſſe juvabit.
Invideo vobis, agri, formoſaque prata:
Hoc formoſa magis, mea quo formoſa puella

Lucretium Lib. V. p. 174. ed. Giſan.

Nec manet ulla ſui ſimilis res, omnia migrat,
Omnia commutat Natura, & vertere cogit.

hinc Pythagoricum dogma apud Ovid. XV. Met. v. 195.

Omnia mutantur, nihil interit.

Sed deinde altera mihi conjectura ſeſe obtulit, quam praeferendam arbitror, ſi reponatur,

Migrabunt cineres aliena in corpora rerum.

ut innuat, homines poſt mortem prius in alia rerum corpora formaſque tranſituros, & quadam metempſychoſi in alterius climatis corpora migraturos, neque in eodem orbe, in quo prius fuerant, verſaturos, ut dicit Serv. ad Virg. VI. Aen. 532. *caſus rerum* male jungebat Arnoldus, ſed inuſitatum loquendi modum agnoſcens, & de ſcripturae ſinceritate dubitans. Similis locus ex diſciplina iſta Pythagorea eſt apud Tibullum ſub finem Panegyrici ad Meſſalam Lib. IV. Carm. I. v. 204.

Quin etiam mea quum tumulus contexerit oſſa,
Seu matura dies celerem properat mihi mortem,
Longa manet ſeu vita, tamen mutata figura
Seu me finget equum gyro percurrere campos
Doctum, ſeu tardi pecoris ſim gloria taurus;
Sive ego per liquidum volucri vehar aëra penna;
Quandocumque hominem me longa refecerit aetas,
Inceptis de te ſubtexam carmina chartis.

quibus verſibus conjectura mea *cineres* non parum fulcitur, & *aliena rerum corpora* egregie illuſtrantur: niſi *Migrabunt homines* quis praeferat, ut Tibullo, *Quandocumque hominem me longa refecerit aetas.* ſed *cineres* propius inhaeret vulgatae ſcripturae *caſus*, idemque notat, quod loci illius initio Tibullus dicit *mea quum tumulus contexerit oſſa. cineres* abſolute de hominibus mortuis & in cinerem verſis dici, vel unus evincit Propertii locus Lib. II. El. 10. 31.

Deinde ubi ſuppoſitus cinerem me fecerit ardor,
Accipiat manes parvula teſta meos.

cineris voce de villa ſua diruta & everſa utitur noſter ſupra v. 36.

Ignibus aetheriis flagrabunt. Jupiter ipſe,
Jupiter hanc aluit, cinis haec tibi fiat, oportet.

& v. 46.

Qua noſtri fines olim, cinis omnia fiant.

& v. 60.

Et fuſcum cinerem canis exhauriat undis.

migrandi verbo hac in re etiam uſus eſt Pythagoras apud Ovidium XV. Met. 172.

—— animam ſic ſemper eamdem
Eſſe, ſed in varias doceo migrare figuras.

denique ſimilis coloris, ac hoc in loco, ſunt iſta Virgilii Ecl. I. 60. & ſeqq.

Ante leves ergo paſcentur in aethere cervi,
Et freta deſtituent nudos in litore piſces, &c.
Quam noſtro illius labatur pectore vultus.

& Propertii Lib. I. El. 15. 29.

Muta prius vaſto labentur flumina ponto,
Annus & inverſas duxerit ante vices,
Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura,
Sis quodcumque voles, non aliena tamen.

102. *Quamvis ignis eris, quamvis aqua* &c.] Proverbialiter dixit ex illo:

— ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ὕδωρ, καὶ γαῖα γένοισθε.

eadem ſententia cum ſuperioribus: *Sive eris, & ſi non* &c. SCALIG. hunc verſum non agnoſcunt editiones antiquae ante Aldinas, qui in utraque editione illum inſeruit, unde patet Aldum expreſſiſſe, ut plus ſemel Heinſius notat, codicem Bembi, qui eum huic loco reſtituit in Diſſ. de Culice Virg. pag. 794. in ed. Juntina deſideratur, ſed margini eum adſcripſerat manus Pierii.

103. *Gaudia ſemper enim tua me meminiſſe juvabit*] ſic Aldus. at Gallicani *licebit* pro *libebit*. HEINS. *libebit* in cod. Voſſ. & Leid. *licebis* in omnibus edd vetuſtioribus ante Aldum. *tua meminiſſe* in Thuan.

105. *Hoc formoſa magis*] Nobiliſſimus Douza Pater ita duos hos verſus legendos exiſtimat:

Hoc formoſa magis, mea quod formoſa puella eſt
Vobiſcum, & tacite noſtrum ſuſpirat amorem.

Douza autem Filius: *Noſtri ſuſpirat amore.* Mihi nihil mutandum videtur. Sic enim locutus Tertullianus Apolog. cap. xv. *Cybele paſtorem ſuſpirat faſtidioſum erubeſcentibus vobis.* LINDENBR. *Haec formoſa magis* Medic. a m. ſ. *Nec formoſa* a m. pr. in quo etiam *mea quam.* in Aldinis *mea quod.*

Est vobis. tacite vestrum suspirat amorem.
Vos nunc illa videt, vobis mea Lydia ludit.
Vos nunc adloquitur, vos nunc adridet ocellis,
Et mea submissa meditatur carmina voce,
Cantat & interea, mihi quae cantabat in aurem.
Invideo vobis, agri: discetis amare.
O fortunati nimium, multumque beati,
In quibus illa pedis nivei vestigia ponet:
Aut roseis digitis viridem decerpserit uvam,
(Dulci namque tumet nondum viticula Baccho)
Aut inter varios Veneris stipendia flores

Mem-

106. *Est vobis. tacite vestrum suspirat amorem*] veteres excusi: *tacite vestri.* Malim igitur,

—— *tacite vestri suspirat amore.* SCALIG. *nostrum* Gallicani & Aldus. Puto,

In vobis tacite nostrum suspirat amorem.

vel *En vobis.* aliter haec sollicitat Scaliger. HEINS. nihil cum Scaligero mutandum. *vestrum suspirat amorem* vera & elegans lectio est, quam larga manu illustravit Broukhusius ad illud Tibulli Lib. 1. El. 7. 41.

Te tenet, absentis alios suspirat amores.

ubi hunc ipsum quoque Valerii Catonis locum adferens exhibet. *tacite & nostri suspirat amorem.* Arnoldus edidit *nostri & suspirat amorem*, pro *vestrum* in cod. Petav. Thuan. Voss. & Medic. *nostrum*, ut in utraque ed. Aldina. sed *vestrum* in antiquioribus. *suspirare* eum casu quarto etiam apud Claudian. pr. Cons. Stilich. Lib. I. 57. *arcanum suspiravere calorem.* plura Menagius ad Malherbae Poëm. Tom. III. pag. 181. ed. noviss. *suspirare in aliqua* apud Ovidium Lib. I. Fast. 417. *sola suspirat in illa.* ubi in aliis *solam suspirat in illam.*

107. *Vos nunc illa videt* &c.] Hic & sequens versus, mediis omissis, sic exhibentur in cod. Mediceo:

Illa videt vos nunc, vos nunc arridet ocellis,

Et mea summissa &c. *submissa* in Thuaneo. *summissa* in vulgatis. *submissa voce*, ut in Epigr. ad Deliam, de tinnitu auris, quod edidi Tom. I. pag. 639.

Delia non aliter secreta silentia noctis
Submissa ac tenui rumpere voce solet.

vide Observ. Miscell. Vol. II. pag. 35 & 36. *submissam* & *tenuem* vocem illic jungit Epigrammatarius, quo sensu hic capiendum. & apud Cic. in Orat. cap. 17. *contenta voce atrociter dicere, & submisse leniter.* Tibullus Lib. III. El. 1. 22. *Atque haec submisso dicite verba sono.* aliter enim *submissa voce* pro supplici, querula, ac precante. Albinovanus Epicedio Drusi v. 289.

Saepe Nero illacrimans, submissa voce loquetur.

Ovidius VII. Met. 90. *& auxilium submissa voce rogavit.* ubi vide Patrui mei notas. qui accedere videtur sententiae illorum, qui *submissa voce* pro tenui, ne ab aliis exaudiatur, recte dici negant, & *suppressa* praeferunt, quod tamen loca modo prolata redarguunt. & de leni ac tenui voce hic capiendum probatur ex vers. seq., *mihi quae cantabat in aurem.* quod illustrat Broukhus. ad Propert. 1. 12. v. 6. *vos nunc arrides ocellis* edidit Scaliger, Aldum secutus, & sic in primis editionibus, *vobis arridet* in Juntina. praeced. versu, *per vos mea Lydia ludit* conjecerat Heinsius.

110. *Mihi quae cantabat in aurem*] [illegible]. SCALIG. *cantavit* ed. Junt. sed *cantabat* in MS. Pierii, edd. primis, & utraque Aldina.

111. *Invideo vobis agri: discetis amare*] In solo codice Vossiano,

Invideo vobis agri, formosaque prata.

ut repetatur vers. 105. sed infra v. 123. hemistichium idem adjecta variatione etiam recurrit,

Invideo vobis agri, mea gaudia habetis.

114. *Aut roseis digitis viridem*] *viridem digitis* transponebat Francius.

115. *viticula Baccho*] *vitecula* Aldus, & scripti. HEINS. *Dulcia namque tumet nondum vitecula* in Petav. Thuan. & Leid. *vitecula* etiam in Mediceo, & ed. Brixiensi. *viterula* in Vossiano, ed. Vincentina, & duabus Venetis. In editione Arnoldi hic versus ita transponitur,

Nondum namque tumet dulci viticula Baccho.

116. *Veneris stipendia*] Douza pater mavult *dispendia.* LINDENBR. *Venerem* in Petav. & Thuan. *Venerem stipantia* Vossian. *vitem stipendia* Medic.

Membra reclinarit, teneramque inliferit herbam,
Et fecreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt filvae, gaudebunt mollia prata,
Et gelidi fontes, aviumque filentia fient.
Tardabunt rivi labentes currere lymphae,
Dum mea iucundas exponat cura querelas.
Invideo vobis, agri, mea gaudia habetis.
Et vobis nunc eft, mea quae fuit ante, voluptas.
At mihi tabefcunt morientia membra dolore,

Et

Medic. & feq. verfu *Veneremque illiferit herbam. Membra declinarit, teneramque inliferit herbam* in Thuaneo. *illaeferis* ed. Junt.

118. *Et fecreta meos furtim*] *fecrete* Medic. *Ut fecreta* Heinf. *furtim* in Petav.

120. *aviumque filentia fient*] *fiant* Medic. & Petav.

121. *Tardabunt rivi*] Lego:

Tardabunt rivi labenti currere linfa. SCALIG. *rivi labentis* concinnius puto. poffis & *ripis.* vel *ripam lambentes.* malim & poft, *expromat cura*, quam *exponat.* &, *mihi quae fuit ante voluptas.* ut τῷ *vobis* refpondeat. HEINS. *currite lymphae* in Medic. & primis editionibus. *Tardabunt rivi, labentes currite lymphae*, ed. Juntina. *currere* Aldus.

124. *mea quae fuit*] *mihi* Heinfius & Francius.

125. *At mihi tabefcunt morientia membra dolore*] *Et male* Petavianus liber. Thuaneus *At male*, uterque *tabefcant.* forte *Ut male.* Aldus *At mihi.* pro *morientia* putem *tabefcant marcentia.* fic & in Ciri peccatur. *marcere epulis* Claudiano. *marcentem potorem recreare* Horat. Sat. *marcentia pocula* Statio Sylv. 4. *otia marcida luxu* Claudianus. *mori dolore* fcio dici. fed *mortis* hic fequitur. nifi fcribendum illic *frigore inerti.* quod verum puto. apud Nafonem, *Frigus iners illic habitat.* fic & in Papinio peccatum Genethliaco Lucani. Tibullus Lib. II. Eleg. ult. *Tunc morior curis.* Petronius, *occurrit mihi aeque laffus ac moriens Afcyltos.* Propertius Lib. I. El. X.

Cum te complexa morientem, Galle, puella
Vidimus in longas ducere verba moras.

Petronius in Carm. de bello Civili, v. 132. *nec vaga paffim Flumina per notas ibant morientia ripas.* fi fanus eft locus. vide Fragmentum Petronii Tragur. p. 22. *quis mori, nifi ego?* Ovidius,

Mortua, crede, mihi tamen ad tua verba revixi.

HEINSIVS. *At male tabefcant* in Mediceo. *Hei male* Voffian. & edd. vetuftae ante Aldum. *Heu male* ed. Junt. fed *At mihi* Pierii codex, & Aldus. *marcentia*, ut conjecit Heinfius, melius cum *tabefcunt* junguntur. eadem varietate apud Statium II. Theb. 632.

——— *laeva marcentia colla*
Suftentans, dextraque latus.

ubi *morientia* in MSS. faepe hoc verbum aliis veterum fcriptorum locis corruptum vel extrufum fuit. de quo Heinfius in notis ineditis ad Tacitum XV. Ann. cap. 50. ubi multis de vocis hujus elegantia egit. Idem hoc in loco ad marginem ed. Juntinae etiam *marcentia* conjecerat. fed *marcentia* praefero. *marcere* enim dicuntur, quae torpent ac languent. Seneca IV. de Benef. cap. 13. *teneritudinis cogitationibus animi marcentis oblectare torporem.* Ovidius II. ex P. Ep. 9. 61.

Ne tua marcefcant per inertes otia fomnos.

Tacitus XIV. Ann. cap 3. *abfcedentem in hortos, aut Tufculanum vel Antiatem in agrum, laudare quod otium laceffetet.* ubi Heinfius legebat *otio marcefceret.* Petronius cap. 55.

Luxurie victa Martis marcent moenia.

in Epitaphio veteri, quod edidi Lib. IV. pag. 15.

Adfpice quam fubito marcet, quod floruit ante,
Adfpice quam fubito, quod ftetit ante, cadit.

Columella Lib. X. fub finem:

Brachia jactantes vetulo marcentia vino.

Sidonius Apollinaris Carm. XXII. p. 364.

Marcidus ipfe fedet, curru madet ardua cervix
Sudati de rore meri.

Petronius cap. XXII. *quidam in ipfo limine confumtis marcebant capitibus.* ubi in cod. Scalig. *manelant.* fed alterum recte praetulit, & de languentibus vinoque flaccidis expofuit Patruus meus. ibidem paullo poft: *ancillae fuper torum marcenti. excuffum forte altius poculum caput fregit.* fic *marcidus vino fomnoque* Seneca Suaforia VI. & hinc *marcentes uvae, marcida vina, nimis marcefcere vino*, & fim. de quibus vide Gevartium Lection. Papinian. cap. XLIV. pag. 119 & 120 & confer Barthium ad Stat. IV. Theb. 652. & Cafaub. ad Suet. Calig. cap. 58.

Et calor infuſo decedit frigore mortis,
Quod mea non mecum domina eſt. non ulla puella
Doctior in terris fuit, aut formoſior: ac, ſi
Fabula non vana eſt, tauro Jove digna, vel auro,
Jupiter avertas aures: mea ſola puella eſt.
Felix taure pater magni gregis, & decus a te
Vaccula non umquam ſecreta cubilia captans,
Fruſtra te patitur ſilvis mugire dolore.
Et pater haedorum felix, ſemperque beate:
Sive petis montes praeruptos ſaxa pererrans:

Sive

126. *infuſo decedit*] *infuſa decepit* Petav. & Thuan. *decepit* etiam in Leidenſi. *decedat* in Voſſ. & Mediceo. in quo verſ. ſeq *Quia mea.*

128. — *non ulla puella Doctior in terris fuit*] *Ditior* in aliis legi, notatur in variis Lect. editioni Arnoldinae adjectis, quod tamen in nullo codice aut vetuſta editione reperi. *non illa* in Petav. Thuan. & Leid. verſum hunc contuli cum ſimili loco Epitaphii veteris, quod edidi in hoc Volumine Lib IV. pag. 271.

Quod ſi longa tuae manſiſſent tempora vitae,
Doctior in terris nulla puella foret

129. *tauro Jove digna, vel auro*] ſic edidit Scaliger Aldum ſecutus. quod a Petav. & Thuaneo codice & primis editionibus firmatur. & ita legendum in notis ſuis monuit Pithoeus p. 468. quum ipſi edidiſſet *tanto Jove*, ut in cod. Mediceo habetur. Sed alterum longe praeſtat, ut ad Europae raptum, & aureum imbrem, quo Danaën irrigavit, reſpiciat. ſic & Statius Lib. I. Sylv. 2. 36. addens etiam Ledae amores,

Fallus huic pennas, & cornua ſumeret aethrae
Rector, in hanc vero ceciſſet Jupiter auro.

ubi vide Gevart. in Lect. Papinian. cap. XVII pag. 65. & Gonſal. ad Petron. cap. 126. de Europae raptu in Epigrammate, quod edidi Lib. I. hujus Anth. Ep. 12. mendum remanſit illo verſu, *Fraude ſuos genitor celat vel complet amores*, ubi cum Oudendorpio legendum, *genitor coeleſtum velat*, vel *condit*, *amores*. ut *genitor coeleſtum* jungantur, quia *genitor* ſimpliciter pro Jove, inſolens eſt.

130. *Jupiter avertas aures*] *aure* ſcripti, hoc eſt *aurem*. mox pro *Vaccula* lego *Bucula*. *Vacula* erat exaratum. *Vaccula* inuſitatum prorſus. ſic & in Priapejis puto ſcribendum Ep. LXXXV. *Teneraque matre mugiente bucula.* HEINS. *Bucula* certe melioris aevi ſcriptoribus uſitatius, ut *Myronis bucula* Ciceroni IV. Verr. cap. 60. eamque vocem Auſonius quoque praetulit, Epigrammatibus in illam Myronis buculam; & Calpurnius Ecl. III. 66. *Quam numeroſa meis ſiccetur bucula mulctris*, aliique. *Vaccula* tamen apud alios auctores, Arnobium, Apulejum, ſimileſque, non infrequens eſt. ut vel ipſa docent Lexica. paullo ante *aure mea* in cod. Leid. In ed. Juntina,

Jupiter avertas: aure mea digna puella eſt.

ſed *avertas aureis*: in MS. Pierii. *advertas aureis* Mediceus. in ed. Brixienſi,

Jupiter avertas: auro mea ſola puella eſt.

in Vincentina, & duabus Venetis,

Jupiter evertas: auro mea ſola puella eſt.

Aldus recte edidit,

Jupiter avertas aureis: mea ſola puella eſt.

Id eſt Lydia mea, me abſente, ſola & viduata eſt. ut apud Propertium Lib. II. El. 23. 112.

Quae Dea cum ſolo vivere ſola Deo.

& Lib. III. El. 2. 20.

Quam legat exſpectans ſola puella virum.

El. 4. v. 23. *vacuo ſolam tabeſcere lecto.* apud eumdem Propertium Lib. II. El. 7. 41.

Penelope poterat bis denos ſola per annos
Vivere, tam multis femina digna procis.

ut illic legendum, non *ſalva*, pluribus, ſi fata ſinant, notabo.

132. *Vaccula non umquam*] *nonnumquam* Medic. & Voſſ.

133. *Fruſtra te patitur ſilvis mugire dolore*] *dolorem* Aldus & ſcripti quod non fuit mutandum. Nove quidem, ſed eleganter. Cato id verbum cum quarto caſu conjunxit. ſic *reſonare*, *boare*, cum quarto caſu junguntur. item *latrare* Oppius apud Gellium lib. VII. cap. 1. HEINS. *mugire dolorem* recte vindicat Heinſius, quod a Petav. Thuan. Medic. Leidenſi codice, & utraque ed. Aldina firmatur, licet *dolore* in antiquioribus excuſis. *dolores* in Voſſ. elegantiam locutionis illuſtrabunt notata ad Tom. I. huius Anthol. pag. 10.

134. *ſemperque beate*] *beatus* in Mediceo. *a tergus beate* conjecerat Heinſ. ad marg. ed. Pith.

135. *Sive petis montes praeruptos ſaxa pererrans*] mon-

Sive tibi silvis nova pabula fastidire:
Sive libet campis: tecum tua laeta capella est.
Et mas quocumque est illi sua femina juncta,
Interpellatos numquam ploravit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuisset?
Cur ego crudelem patior tam saepe dolorem?
Sidera per viridem redeunt cum pallida mundum,

In-

montis praerupti saxa scribendum. HEINS. *Sive petens montes praeruptaque saxa pererras* legebat Patruus meus ad Ovid. Rem. Am. v. 179. malim tamen *petis* retinere, *Sive petis montes, praeruptaque saxa pererras.*

136. *Sive tibi silvis nova pabula fastidire*] *Taedulos*, & *fastidiosos* veteres vocabant, quibus palatum novis cibis reficiendum erat. Nam fastidiosi stomachi ut consuetis cibis gravantur, ita novorum gustu levantur. Ergo eleganter dixerit in eum sensum, *fastidire nova pabula.* Ita Plautus:

Omnes homines ad suum quaestum callent, & fastidiunt.

hoc est, quod vulgo dicimus, *delicati sunt.* Putavi & aliquando legi posse:

——— *nova pabula fas sit adire.*

ut dictum sit, sat tibi est adire, ut in comparativo, *satius est tibi adire.* Sed vulgatam lectionem conjecturae meae praefero. SCALIG. Scribe,

Sive tibi silvis nova pabula fastus odiri,
Sive jubet campis.

nihil enim causae, cur nova pabula, quae pecori gratissima, fastidiret caper. etsi Scaliger haec conatus est interpretari. Naso de Pasiphaë:

Ipsa novas frondes per prata tenerrima tauro
Fertur inassueta subsecuisse manu.

In Culice de capellis, (v. 53.)

Haec suspensa rapit carpente cacumina morsu
Vel salicis lentae, vel, qua nova nascitur alni,
Haec teneras fruticum sentes rimatur.

apud Nasonem Met. IX. *Perque novem erravit redeuntis cornua Lunae*, scripti complures *radiantis.* *fastus* & *fastidium* eadem. v. Gronov. Observ. Lib. IV. c. x. Propertius Lib. III. *Talis Cretaei fastus quae passa juvenci.* Columella Lib. V. c. VI. p. 182. *fastidium latius adferes* ex MS. *fastosum garum*, quod in deliciis esset hominibus fastosis ac delicatis. Tacitus Annal. II. c. II. *Accendebat dedignantes & ipse, diversus à majorum institutis, raro venatu, segni equorum cura, fastuque erga patrias epulas.* pro fastidio. Deinde malo,

Et mas quocumque is, illic sua femina juncta.

nam *quocumque est* minus Latinum. HEINSIUS. *fastidire* in Mediceo. *fas sit adire Sive juvet campis* etiam ad marg. ed. Pith. conjecerat Heinsius. certe si *fastus odire* admittatur, sequentia exigerent, *Sive piget campis*, pro *libet.* *fastidire* pro *rejicere* capiebat Dousa. *fastus* pro fastidio etiam apud Senecam III. Nat. Quaest. cap. 18. *Ad hunc fastum pervenit venter delicatorum, ut gustare non possint piscem, nisi quem in ipso convivio natantem, palpitantemque viderint.* ubi vide Fromondi notas. & Pichenam ad Tacit. II. Ann. 2. *fastu erga patrias epulas.* *Sive liber campis* in Mediceo, & *tua laeta capella.*

140. *Cur non & nobis facilis natura fuisset?*] Ita hunc versum ego lego:

Cur non & nobis facilis natura? fuisset.
Cur ego crudelem &c.

ut: *Verum anceps fuerat belli fortuna. fuisset:*
Quem metui moritura? ... SCALIG.

fuisti puto, & tum nil opus castigatione Acidalii ad Velleium. in proximis, *Non ego crudelem patiar.* aliter Scaliger. infra sub finem, *Quo facilis natura fuit.* HEINS. sic veteres & Aldinae editiones, aliaeque. *facilis natura fuisti* correxerat Salmasius, quod verum arbitror. infra v. 180.

Infelix ego, non illo qui tempore natus,
Quo facilis natura fuit.

Scaliger distinguebat,

Cur non & nobis facilis natura? fuisset:

& sic fere Acidalius ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 69. pag. 406. qui praeterea legebat,

Cur non & nobis facilis natura? fuisset.
Non ego crudelem patiar tam saepe dolorem.

jam saepe edidit Arnoldus.

142. *Sidera per viridem redeunt cum pallida mundum*] *radiant* malim, vel *rident.* *viridis mundus* insolenter dictum. forte, *teretem.* HEINS.

Inque vicem Phoebe excurrens, atque aureus orbis
Luna tua eſt tecum: cur non eſt & mea mecum?
Luna dolor noſti quid ſit, miſerere dolentis.
Phoebe gerens in te laurus celebravit amorem,

Et

143. *Inque vicem excurrens*] Haec valde depravata ſunt. Nam τὸ *Phoebe* conflatum ex *Ephebus*, quod erat in fine verſus. Itaque ſic lego:

Sidera per viridem redeunt quum pallida mundum,
Inque vicem excurrunt: atque aureus orbis Ephebus
Luna tui tecum eſt. quur non eſt & mea mecum?

τὸ ATQVE eandem habet ſignificationem, quam & apud Virgilium:

Atque illum prono praeceps agit alveus amni.

εὐθὺς γοῦν. Hoc vult dicere: Statim ac ſurgunt ſidera, tunc ephebus tuus tecum eſt. quur ſimiliter & mea non eſt mecum? Ephebum intellige τὸ πρόσωπον ἐμφαινόμενον ἐν κύκλῳ σελήνης. De quo Ageſianax poëta apud Plutarchum loquens de Luna:

Πᾶσα μὲν ἥδε πέριξ πυρὶ λάμπεται. ἐν δ' ἄρα μέσσῃ
Γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται, ἠΰτε κούρης
Ὄμμα, καὶ ὑγρὰ μέτωπα. τὰ δ' ἐρεύθεϊ ἄντα ἔοικεν.
SCALIG.

Aldus & ſcripti, *Phoebe currens.* & deinde *Luna tui tecum eſt.* Erudite haec interpretatur Scaliger, ſed incidit in mendoſos codices, qui *excurrunt* exhibebant, quod abeſt a ſcriptis. Puto,

Inque vicem Phoebi currens atque (vel *aeque*) *aureus orbis.*
Luna tui tecum eſt. vel *Phoebi occurrens.* HEINS.

currens Petav. Thuan. & ed. Ald. unde *Phoebi currus* etiam conjecerat Heinſius. *currere* Cod. Med. *atque aureus orbis Luna tuus tecum* legebat Scriverius.

145. *Luna, dolor noſti quod ſit* &c.] Ita lego:
Luna, dolor noſtri quid ſit. miſerere dolentis.
Phoebe, geres in te laurus: celebrabis amorem.
Et quem pompa Deum, non ſilvis fama ſequuta eſt,
Omnia, vos teſtes, ſecum ſua gaudia geſtat.

De Luna primum: Hiſtoria Endymionis. Deinde: o Phoebe, quotieſcumque lauream geſtabis, celebrabis amorem tuum in Daphnen. Qui amor tuus, quum in pompa Deorum celebretur, neque tanum in ſilvis fama notus ſit (nam non ſolum ſilvae lauri extant, quae ſunt monimenta amoris Phoebi in Daphnen: ſed etiam Deorum quoque pompae, & victoriae, & agones hac arbore inſigniuntur) ille, inquam, amor pro amiſſa potiundi ſpe hoc magno ſolatio fruitur, quum ubique locorum inſperſa videt lauri nemora, & lucos. Melius in praeſentia comminiſci non potui, qui huic obſcuriſſimo loco lucem adferrem. Interea eruditiorum quiſque pro ſua copia ſymbolam in illum conferat. SCALIG. *qui ſit, miſerere dolenti* Medic. *noſtri* Voſſian. & praeced. verſ. *Luna tui tecum eſt.* in quo etiam mox *celebrabit.* ubi pro *gerens in te*, in cod. Mediceo legitur *Phoebe merens vitae laurus* &c. tum in ſequentibus, *Et quae pompa Deum niſi ſylvis fama locuta es*, *Omnia vos eſt.* ut in edd. Aldinis. aliter nonnihil primae editiones, in quibus *Luna tui tecum*, & *dolor noſtri*, deinde, *Et quem pompa Deum non ſilvis fama locuta eſt.* in cod. Leidenſi etiam, *Luna tui tecum eſt.* ut in Aldina utraque, & *Phoebo gerens*, ut in Petav. & Thuan. & ſeq. verſ. *Et quem pompa Deum, niſi ſilvis*, quomodo Aldus edidit. in Juntina ed. *Luna tua eſt tecum.* ſed *tui* in marg. adſcripſit Pierius, qui in ſequentibus etiam ex v. c. enotaverat *Et quae Pana Deum niſi ſylvis fama locuta eſt*, *Omnia vos noſtis.* quum in ed. Juntina legeretur, *Et quem pompa deum non ſylvis f. l. e. Omnia vos eſtis.* Sed verſus hos corruptiſſimos eſſe indicant variae Scaligeri & Heinſii conjecturae, quibus eos reſtituere vel explicare conantur. Prae ceteris emendatio Heinſiana *Endymioneum Latmus celebravit amorem*, ingenii palmam praeripere videtur. notum illud Ovidii Epiſtola Leandri v. 61.

Hanc ego ſuſpiciens, faveas Dea candida, dixi;
Et ſubeant animo Latmia ſaxa tuo:
Non ſinat Endymion te pectoris eſſe ſeveri.

ubi *Lamia ſaxa* in cod. Voſſ. ut in Catulli Coma Beronices praetulit Iſ. Voſſius pag. 257 illo verſu, *Ut Triviam furtim ſub Lamia ſaxa relegans.* ut de Oeta monte intelligatur. nam in notiſſima hac fabula variare Mythicorum ſententias patet ex Scholiaſte Apollonii Rhodii ad Lib. IV. 56. & obſervationibus Voſſii adde Paſſerat. ad Propert. pag. 304.

146. *Phoebe gerens in te laurus celebravit amorem*] *Phoebo gerens* Gallicani: Forte *virens laurus*, vel,

Phoebe tuos virgo laurus celebravit amores.

niſi & hinc exſculpi poſſit, *Et Peneigenae laurus*, vel

Et quem pompa Deum, non ſilvis fama locuta eſt.
Omnia vos eſtis: ſecum ſua gaudia geſtat,
Aut inſperſa videt mundo quae dicere longum eſt.
Aurea quin etiam quum ſecula volvebantur,
Conditio ſimilis fuerat mortalibus illis.
Haec quoque praetereo, notum Minoïdos aſtrum,
Quaeque virum virgo, ſicut captiva, ſecuta eſt.
Laedere, Coelicolae, potuit vos noſtra quid aetas?
Conditio nobis vitae quo durior eſſet?

Au-

vel *Peneo genitae*. pro *laurus* tamen *Latmus* legendum, & ſubſtituendum,

Endymioneum Latmus celebravit amorem.

Auſonius Cupid. Cruc. v. 40. *qualis per Latmia ſaxa Endymioneos ſolita affectare ſopores*. Haereo. HEINS.

147. *Et quem pompa Deum, non ſilvis fama locuta eſt*] *Et quae pompa Deum niſi ſilvis* Aldus & ſcripti. forte *Et quaecumque Deum*. vel, *Et quem prona Deum* (vel *prompta*) *tibi ſilvis Pana ſecuta es*. Sed legendum videtur,

Et quam Pana deam ſub ſilvis fama ſecutam.

Habeo penes me alia excerpta ex codice Bembino, ut videtur, nam in pleriſque cum Aldo conſentiunt, in quibus notatum *quae Pana deum*, quod & Pithoeanae editionis occupavit marginem. Scribe,

Et quae Pana Deum ſub ſilvis fama locuta eſt.

nota eſt fabula vel ex Marone,

Pan Deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit. HEINS.

148. *Omnia vos eſtis*] *noſtis* eadem excerpta, cum Pithoei margine. non male. an *Somnia vos eſti.?* forte etiam *vos teſtes*, & *ſecum ſua gaudia ſpectat* vel,

Omnia (vos teſtes) ſecum ſua gaudia geſtant.

unde patet de Phoebo aeque ac Luna actum in ſuperioribus. *vos ô clariſſima mundi Lumina*. HEINS.

149. *Aut inſperſa*] *inſparſa* Petav. Thuan. Leid. & Voſſ. *ſparſa vides* in Mediceo.

151. *Conditio ſimilis*] Doleo haec a recentioribus editoribus interpolata fuiſſe, cum bene habeant veteres excuſi:

Conditio ſimilis fuerat mortalibus illis
Haec quoque. praeterea notum Minoidis aſtrum,

SCALIG. *ſimiliſque foret* Aldus & ſcripti. puto *ſimiliſque fere*. *inſparſa* paullo ante Gallicani. *fuerat* tamen alii codices. Forte,

Conditio ſimilis fuerat mortalibus illis
Huic quoque. praetereo &c. HEINS.

Conditio ſimiliſque foret in Petav. Thuan. Medic. Voſſ. Leidenſ. aliiſque codd. & primis edd. ut & utraque Aldi & Juntina, ſed cujus margini *fuerat* manus Pierii adlevit.

152. *Haec quoque praeterea, notum*] in Puteaneo, Thuani, Leidenſi, Voſſiano, *Haec quoque praeterea*. & ſine diſtinctione *Haec quoque praeterea* in Aldina utraque, Juntina, & primis edd. deinde *notum Minoidus aſtrum* in Mediceo. in Petav. *notum Minoidos*. Thuan. & Leid. *notum Minoidus*. in Voſſ. *Minoidis*. ut in ed. Junt. *praeterea notum Minoidos* ex v. c. Pierius notavit. diſtinctionem *Haec quoque. praeterea* vetuſti codicis auctoritate probabat Scriverius.

153. *Quaeque virum virgo, ſicut captiva, ſecuta eſt*] ut praecedenti verſu Ariadnen, ita hic Briſeida intelligit. ita enim ipſa apud Ovid. Epiſt. III. 69. *Victorem captiva ſequar, non nupta maritum.*

154. *Laedere, Coelicolae, potuit vos noſtra quid aetas*] *potuit nos veſtra quid aetas* in Thuaneo. & verſ. ſeq. *quod durior eſſet*. & ſic fere in cod. Leid. *noſtra quod optas* Voſſian. *quae durior* in aliis, ut in primis edd. & Junt. ſed *qua* in Aldinis. & cod. Pierii. *aeſtas* etiam in edd. vetuſtis ante Aldum. *laedere Coelicolae* illuſtratur a Broukhuſio ad illud Tibulli I. El. 10. 6. *Numina formoſis laedere veſtra ſemel*. ubi *ludere* D. Heinſ. ad Silium Ital. Lib. I. 9.

155. *Quo durior eſſet*] *Qui durior eſſet*. SCALIG. *qui* Scaliger. *quae* alii. *quod* Gallicani. HEINS.

Aufus egon' primus caftos violare pudores?
Sacratamque meae vitam tentare puellae?
Inmatura meae quoque noxae folvere fata?
Iftius atque utinam facti mea culpa magiftra

160. Pri-

157. *vitam tentare*] Lego *vittam*. pudorem intelligit. SCALIG. *vitam tentare* in edd. primis, Aldina utraque, & Juntina, cod. Petav. Thuan. Medic. & Leid. fed *vittam* optime Scaliger, quod margini ed. Juntinae etiam adfcripferat Pierius. eadem varietate apud Ovid. IV. Faft. 323.

— tu noftrae pignora vitae
Re dabis. & caftas cafta fequere manus,

vittae emendabat Gronovius, & *vittam* pro pudicitia interpretabatur. fed vulgatam illic probaffe videtur Heinfius. praeterea pro *tentare* recte Broukhufius *vittam temerare* hic refcribendum notavit ad illa Tibulli Lib. I. El. 7. 73.

—— quamvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec ftola longa pedes.

ubi pari quoque errore *vita* olim edebatur. illos Tibulli verfus ad verbum imitatum effe Ovidium III. ex P. Ep. 3. 51.

Scripfimus haec illis, quorum nec vitta pudicos
Attingit (leg. *Adftringit* cum Scaligero) *crines, nec ftola longa pedes,*

recte monuit Abramius ad Cic. II. Philip. cap. 18. p. 466. non vero ex Ovidio eos expreffit Tibullus, ut inmani calculi errore cenfebat Demfterus, merito ob id caftigatus a Broukhufio, qui conjecturam fuam in hoc Catonis loco *vittas temerare* oportune firmat illis Nafonis VI. Faft. 457.

Nullaque dicetur vittas temeraffe Sacerdos.

temerare enim perpetuo fere ufu de rebus facris & inviolandis dicunt veteres. *temerare pudorem, thalamum, Deos, facra, & templa*, pro inceftare ac polluere. vide Heinf. ad Ovid. I. Amor. 8. 19. & II. ex P. Ep. 2. 27. apud eumdem Deianira Epift. IX. 49.

Non ego Parthenii temeratam vallibus Augen,
Nec referam partus, Ormeni nympha, tuos.

Epift. XVII. 3.

Aufus es, hofpitii temeratis advena facris,
Legitimam nuptae follicitare fidem.

Tacitus Lib. I. Ann. cap. 53. de Sempronio Graccho: *familia nobili, follers ingenio, & prave facundus, eamdem Juliam in matrimonio M. Agrippae temeraverat.* plura vide apud Broukhuf. ad Propert. II. 15. 21. ubi tamen fimilia, quae adfert, exempla, parum faciunt ad ftabiliendam lectionem *vaftos temerare leones*, pro *tentare*, quod non erat follicitandum.

158. *Inmatura meae quoque noxae folvere fata*] Leg. *Nexae*. *Nexam* clientam vocat. Aufus ego meae clientae folvere fata, hoc eft attentare pudorem, antequam fata finant: prius quam liceat. SCALIGER. *nece* Thuaneus codex. quid fi *deis zonae folvere vota*? Scaliger *nexae*, pro clienta. quod non perfuadet. HEINS. locus fine dubio corruptus, repetita voce *meae*, *Sacratamque meae* & *Inmatura meae*. in codice Mediceo, *Inmatura meae quoque necis folvere fata*. In Thuaneo & Leidenfi *nece folvere*. Quid fi legatur,

Inmatura necis quoque noxia folvere fata.

facta hic male in ed. Juntina & vetuftioribus. fed *fata* recte Aldus & Scaliger, quod ex v. c. etiam notavit Pierius.

159. *Iftius atque utinam facti mea culpa magiftra Prima foret*] Atque utinam primus hoc malum exemplum pofteris reliquiffem, ut dicerer auctor occulti amoris. ut apud Horatium:

—— culpa potare magiftra.

fic infra:

Auctor ut occulti nofter foret error amoris.

Auctore errore meo alii auderent furari dulcem fructum amoris. *Auctor error*, & *magiftra culpa*, idem. SCALIG. legendum *me magiftro*. Forte etiam mox, *Veneris furatus gaudia primae*. HEINS. vide Broukhufium ad illud Propertii Lib. III. El. 10. 18. *Quum fis luxuriae norma magiftra tuae*. & huc refer illud Terentii in Hecyr. II. Sc. I. 7. ubi de feminis, *in eodem omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam, & ei ludo, fi ullus eft, magiftram hanc effe fatis certo fcio.* fic *artes magiftrae* Ovidio Epift. XV. 83. ubi vide Heinf. Tollius adfcripferat illud ex Praefat. Martialis, feu Epiftola ad Lectorem: *Lafcivam verborum licentiam, id eft, Epigrammaton linguam, excufarem, fi meum effet exemplum.*

160. *It-*

Prima foret: letum vita mihi dulcius eſſet.
Non mea, non ullo moreretur tempore fama,
Dulcia cum Veneris furatus gaudia primus
Dicerer, atque ex me dulcis foret orta voluptas.
Nam mihi non tantum tribuerunt inpia vota,
Auctor ut occulti noſter foret error amoris.
Jupiter ante ſui ſemper mendacia furti

Cum

160. *letum vita mihi dulcius eſſet*] *laetum mihi vita* Medic. corrupte in ed. Juntina, *laeto mihi vita diutius eſſet*. ſed *lethum vita mihi dulcius* ex v. c. Pierius. *laetum mihi vita diutius eſſet* in ed. Vincentina, & duabus Venetis. in Brixienſi, *laetum m. v. dultius eſſet*. ſed recte Aldus & Scaliger *letum vita mihi dulcius eſſet*.

161. *non ullo moreretur*] *non nullo* Petav. Thuan. & Medic. a m. pr. in quo mox, *gaudia primum Dicere. gaudia primum Diceret* Petav. & Thuan. ſed *primus* in cod. Pierii, & ed. Scalig..

163. *dulcis foret orta voluptas*] *dulcis* hic merito me offendit, quum praecedant modo *dulcia Veneris gaudia*, & paullo ante *vita mihi dulcius eſſet*. tum mox v. 168 ſequatur, *dulcem furatus amorem*. Forte vox librariis ignotior & minus obvia loco corrumpendo anſam dederit, & auctor ſcripſerit, *jugis foret orta voluptas*. nam *jugis voluptas* eſt perpetua, longa, & continua. ut *juge opus* pro longo Rutil. Lib. II. Itin. v. 4. eadem vocis *jugis* & *dulcis* mutatio eſt in loco Horatii Lib. I. Epiſt. 15. 16. *puteoſne perennes Jugis aquae*. ut recte Bentlejus, pro *Dulcis aquae*. quod in aliis legitur. *jugis aqua* eſt perennis. de quo Heinſius ad Claudiani Epith. Honor. v. 267. qui in Elegia Auctoris incerti de Phoenice v. 26. etiam legebat *jugibus uber aquis*, de fonte vivo, pro *dulcibus*, quod in vulgatis circumfertur. Id ſi minus adrideat, vide an praeſtiterit, *ex me docilis foret orta voluptas*. id enim ſuadere videntur praecedentia, *utinam facti mea culpa magiſtra Prima foret*. & quod ſequitur,

Auctor ut occulti noſter foret error amoris.

ſic *dociles* praeceptis ſuis *mentes* exigit Ovid. Lib. I. A. A. 267.

Quiſquis ubique viri, dociles advertite mentes,
Pollicitiſque favens vulgus adeſte meis.

ubi in aliis *faciles*. quod tamen alteri lectioni non videtur praeferendum. & recte *dociles capillos*, pro quibus *faciles* etiam in aliis libris, vindicavit Patruus meus Lib. I. Amor. 14. 13. nam de re inanimata *docilis* etiam eleganter dici notat ad Valer. Fl. VI. 239. idem Ovidius Lib. III. 344.

Elige quod docili molliter ore legas.

Horatius Lib. II. Sat. 2. 53.

Parebat pravi docilis Romana juventus.

de Pompejo Lucanus Lib. I. 326.

Et docilis Sullam ſcelerum viciſſe magiſtrum.

ubi *magiſtro* etiam ſubjungitur *docilis*, ut hoc loco, ſi conjectura mea admittatur.

164. *tribuerunt inpia vota*] legendum *invida fata*. HEINS. *rubuerunt* vitioſe in ed. Junt.

165. *Auctor ut occulti noſter foret error amoris*] *ardor amoris* legebat Broukhuſius.

166. *Jupiter ante ſui ſemper mendacia furti*] Veteres editiones, *ſemper mendacia factus*. Lego:

—— *ſempermendacia faſtus.*

Primum *ſempermendacia* ὁμοῦ legendum eſt, ut apud Terentium *ſemperlenitas*, ἀειπραότης & Lucretius

—— *ſemperflorentis Homeri,*
—— ἀειζώοντος Ὁμήρου,
—— ἀειθάλλοντος Ὁμήρου.

Deinde *ſempermendacia faſtus* ſignificat ſerio diſſimulaſſe amorem ſuum in ſororem, & faſtu, ut integumento frontis, ſemper illum celaſſe, cum tamen furtim aliud agerent. Et huc alluſit elegans vetus Epigramma:

Et cum deprenſa quis, niſi frater erat?
Frater erat. nihil eſt. fecit quod Jupiter. illud
Sed quod non fecit Jupiter, hoc facitis. SCALIG.

faſtus Gallicani codices & primae editiones. Aldinus tamen *furti*. Scaliger *faſtus*. ſed hoc nihil eſt. Puto,

—— *ante ſui nempe & mendacia pacti.*

pactum nuptiale innuit. *mendacia pacti*, quia fefellit maritale pactum adulteriis. ſed & *mendacia* poſſunt conſtrui cum gaudiis. HEINS. *ſemper men-*

Cum Junone prius coniux quam dictus uterque est,
Gaudia libavit dulcem furatus amorem:
Et mecum tenera gavisa est ludere in herba,
Purpureos flores, quos insuper accumbebat,
Candida formoso supponens brachia collo.
Tum, credo, fuerat Mavors distentus in armis,
Nam certe Volcanus opus faciebat, & illi
Tristi turpabatque mala fuligine barbam.

Non

dacia factus in Petav. Thuan. Voss. Leidensi, & ed. Vincentina, duabus Venetis, ac Juntina. sed *furti* in cod. Medic. & Pierii, ed. Brixiensi, & utraque Aldina.

168. *Gaudia libavit*] τῶν ἀφροδισίων ἀπήρξατο. allusum ad Homeri locum, ἰλιάδ. ξ.

Οἷον ὅτε πρώτιστον ἐμισγέσθην φιλότητι
Εἰς εὐνὴν φοιτῶντε φίλους λήθοντε τοκῆας. SCALIG. hunc & sequentes versus male a Scaligero cum loco Homeri comparatos, & ad eamdem historiam relatos monet Gonsaltus ad Petron. cap. 127. ubi Erhardus quae notavit, Scaligero debet.

169. *Et mecum tenera*] Lege, *& secum.* scilicet Juno. SCALIG. De Junone pergit agere, non de Lydia, ut vult Scaliger. At mihi videntur de Venere capienda & Anchise aut Adonide. *secum tenera* Scaliger. an *laetum?* Forte *Et Dea clam tenera.* vel, *Et Dea cum tenera. ludere* non est sollicitandum, de quo alibi. etsi *laedere* Scaliger. Guil. Canterus Novarum Lectionum libro V. c. xvi. *laedere.* Mox scribe,

Purpureos flores quotiens super accumbebat.

vel *eos ut super accumbebat.* aut *quos eos super.* mox recte Scaliger,

Tristi turpabat malas fuligine barba.

Tristi fuligine pro *turpi.* vide Nonium. HEINS.

Ludere in herba] Lege:

—— gavisa est laedere in herba
Purpureos flores. — ut supra,
Membra reclinarit, teneramque illiserit herbam.

SCALIG. *Et mecum tenera visa est colludere in herba* cod. Medic. deesse forsan nonnulla, quia de Venere sermo est, editioni Pithoeanae adscripserat Heinsius. *Et tecum tenera Dea visa est ludere in herba* legebat J. Fr. Gronovius. *Dea* certe requiri videtur, unde Heinsius, *Et Dea clam tenera gavisa est ludere in herba.* vide ad Tom. I. hujus Operis pag. 741.

170. *Purpureos flores*] In eadem historia, eadem descriptione utitur Petronius:

Haec quales fudit de vertice flores
Terra parens, quum se confesso vinxit amori
Jupiter, & toto concepit pectore flammas:
Emicuere rosae, violaeque, & molle Cyperum;
Albaque de viridi riserunt lilia prato. &c.
SCALIG.

171 *Candida formoso supponens brachia collo*] *Grandia form. supp. gaudia* in cod. Petav. Thuan. Medic. Voss. & Leid. primis editionibus, & Juntina. sed *gaudia* modo praecesserunt, *Gaudia libavit. candida brachia* ex v. c. adnotavit Pierius. Aldus in utraque editione *Grandia formoso supponens brachia collo.* quod verum videtur. seq. vers. *Tum credo quid fuerat* vitiose in Mediceo.

172. *Tum credo fuerat*] Haec omnis εἰρωνικῶς. Contra enim sentit. Jam puto, inquit, eo aureo seculo Martem districtum fuisse bellis: Vulcanum autem ensibus & telis fabricandis. Quasi dicat: Non. Non enim armis opus erat eo tempore, in quo voluptati tantum & otio studebant homines.
SCALIG.

173. *Nam certe Vulcanus opus faciebat* &c.] versus hos tamquam ex Virgilii Carmine in Battarum adfert Ursinus in Famil. Rom. pag. 34.

174. *Tristi turpabatque*] In hoc versiculo plus est fuliginis, quam in barba Vulcani: quae ita abstergenda est,

—— & illi
Tristi turpabat malas fuligine barba.

& haec omnia, ut jam monui, εἰρωνικῶς. Contra enim sentit. SCALIG. verissime pronuntiat Scaliger, versum hunc barba Vulcani magis foedum ac fuliginosum esse. vulgata lectio *& illi Tristi turpabatque*, superflua copula *&*, ferri nequit. Nihil tamen opis ferunt Codices manu exarati, aut editiones vetustae, nisi quod *malum* in Thuaneo, & *ferrugine* in Mediceo, pro *fuligine*.
Si

Non Aurora novos etiam ploravit amores,
Atque rubens oculos roseo celavit amictu?
Talia Coelicolae, numquid minus aurea promo?
Ergo quod Deus, atque Heros, cur non minor aetas?
Infelix ego, non illo qui tempore natus,
Quo facilis natura fuit. fors o mea laeva

Nascen-

Si sensum loci adsequor, pergit de amoribus Deorum agere, adeoque hic respicit ad Martis congressum cum Venere, cui ut gratiosior esset bellipotens Deus, certe ejus barbam fuligine sua non turpasset Vulcanus, sed potius diluisset. Legendum itaque hariolor,

——— *& illi*
Tristi purgabat malas fuligine barba.

ut indicet, Vulcanum barba sua purgasse seu abstersisse genas Martis, fuligine, quam ex officina sua contraxerat, obsitas, ut ad Venerem cultior accederet. Similis verborum *turpare*, *turbare*, & *purgare* confusio foedavit locum Statii vexatissimum, & qui summorum in literis virorum, Scriverii, Gronovii, Heinsii, & Graevii ingenia valde exercuit. Exstat is in Tiburtino Manlii Vopisci Lib. I. Sylv. 3. 103.

Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris,
Sive chelyn tollas heroa ad robora, sive
Liventem Satyram nigra rubigine turbes.

laudat poëta ac celebrat Manlii dexteritatem in pangendis diversi generis carminibus. sed quod dicat, Manlium *Satyram nigra rubigine turbare*, vel *turpare*, aut *vibrare*, ut conjiciunt alii, sic certe ei adfingeret nimium fellis & aeruginis crimen. quod Horatius sibi objectum tam studiose amolitur. Feliciter itaque Nicolaus Hopfius, Bernensis, a quo, si salubrior & diuturnior ei contigisset vita, opem forte nactus fuisset Statius, in suis ad poëtam illum adnotationibus, quas ineditas adservo, locum sic restituendum censebat,

Liventem Satyram nigra rubigine purges.

ut praedicet, Manlium Satyras non tantum felicissime condere. sed, quod multo praeclarius, vitia hujus carminis, quae priores non satis effugerant, emendare, & salibus ac festivitate fucum loliginis atrae & rubiginem, quibus antea in omnium odium adducta laboraverat, temperare & purgare. Hac certe emendatione admissa sua Statio mens & artificium reddetur.

175. *Non Aurora novos*] *Nonne* rectius sit. HEINS.

176. *roseo celavit amictu*] *velavit* legebat Broukhus. ad Propert. Lib. II. El. 13. p. 168. ut *roseum* vel *croceum velamen* Aurorae dat Asinenus Epigr. vet. de ortu Solis, quod edidi in hoc Vol. Lib. V. pag. 300. ubi hanc Broukhusii conjecturam confirmavi.

177. *Numquid minus aurea promo*] Numquid minus digne de illo aureo seculo loquor? SCALIG. *nimis aurea* in Mediceo. *prono* Vossian. *numquid minus : aurea promo* distinguunt Vincentina, & duae edd. Venetae. Cornelius Valer. Vonckius in Observ. Criticis, quae insertae sunt Commentariis Acad. Elect. Palatinae, editis Manheimii 1766. Vol. I. cap. 3. pag. 174. exploso Arnoldi commento de Coptica voce *romi*, qua seq. versu *Heros* ab eo exponitur, corrigendum censet, quia coelestium amores in praecedentibus describit poëta,

——— *numquid minus aurea proles?*

quod praeferri saltem posset alteri ejusdem conjecturae, *numquid minus aurea Pomona*, ut ultima syllaba vocis *Pomona* in sequentem versum incidat, & ad Pomonae ac Vertumni amores adludat. Sensum vulgatae satis recte exposuit Scaliger, quae si sollicitanda sit, non inprobarem primam Vonckii conjecturam, *numquid minus aurea proles*, vel, ut legi etiam posset, *nunc quur minus aurea proles?* cur nunc non licet hominibus, quod aureo seculo Diis & Heroibus licuit, colore & elegantia apud poëtas frequenti, quam pluribus illustravi ad Tom. I. Lib. I. Ep. XIII. pag. 4 & 5. & ad Ep. CLIV. pag. 108.

179. *Infelix ego, non illo*] *Infelix illo, non illo* cod. Medic.

180. *Quo facilis natura fuit*] *nostra* in Voss.

Ibid. *fors o mea laeva Nascendi, miserumque genus*] — *fors o mea lenta Nascendi* emendabat D. Heinsius ad Hesiod. pag. 279. vide quae olim notavi ad Lotichium Lib. IV. El. 4. p. 285. 286. *quo fera libido* in Thuaneo, Vossiano, & Leidensi, ed. Ald. & Junt. vel *libido est*, ut in edd. primis. sed recte Heinsius, *pro fera libido!* vide ad Tom. I. hujus Anthol. pag. 204.

181. *quo*

Nafcendi, miferumque genus, & fera libido
Tanta meae vitae cordis fecere rapinam,
Ut maneam, quod vix oculis cognofcere poffis.

181. *quo fera libido eft*] τὸ *eft* abeft a fcriptis. Forte, *Nafcentis miferumque genus. o fera libido!* vel *pro fera libido!* HEINS.

182. *Tanta meae vitae cordis*] Lego:

Tanta meae vitae cum Dis fecere rapinam.

Sic Graeci femper σὺν θεοῖς. Ennius, — *volentibu' cum magnis Dis.* Sed hic in malam partem, ut Graeci non raro. *Tanta*, Graeciffimus eft, τόσα, haec omnia. Eft ἐπιφώνημα. *Cordis*, pro *cum dis*, ut apud Varronem *Cordo*, pro *condo* &c. Neque, ut puto, alia melior lectio. Putavi tamen aliquando, poffe legi:

Tanta meae vitae excordis.

Graeci in eum fenfum ἀκήδεσ@-. ut ὄνειρ@- ἀκήδεσ@- Apollonio Rhodio: hoc eft ἀμεριμνός. Cognatum illi ex Prometheo Attii:

Sic me ipfe viduus noctes excipio anxias.

Me viduus, ἐγὼ κένανδρ@-, puto fuiffe in Graeco: quod inveni in commentariis Grammaticorum. Et in Tragoedia quod fcriptum fuit: *Ita me deftituit nudum*, eft ejufdem fententiae, alludens nimirum ad illud Homericum:

Ὅσσα με γυμνωθέντα κακὸν, καὶ ἀνήνορα θείης.

& Hefiodus:

— ὅτ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ.


Nam *Me viduus*, κένανδρ@-, ἀνήνωρ, idem. Sed in Tragico illo κακέμφατον commifit ille, qui dicit fe deftitutum nudum a Virgine: utpote quod in obfcoenum fenfum detorqueri poffit. Itaque fic illuftramus locum ex Tragoedia, in erudita Ciceronis epiftola ad Paetum. Sed ut ad rem redeamus, non cenfeo mutandam lectionem in *excordis*, fed, ut dixi, in *cum Dis*. Atque haec in Diras fatis. quas qui ex correctione noftra legerit, tantum abeft, ut ex illis aliquid boni expifcari poffit, ut fecundum illum Terentianum, incertior multo difcedat, quam prius. Nihil enim aliud praeftare potui. Quod tamen aequos lectores, quidquid laboris eft, boni confulant, etiam atque etiam oro. SCALIGER. Scaliger *cum Dis* pro *cordis*. Nolim factum. Thuaneus *Tantum vite meae*. Petavianus *Tantum vitae cordis*. Forte *fortis* vel *meae forti*. Legendum,

Fata meae tantum fortis fecere ruinam.

nifi praeftiterit,

Tantam fata meo cordi fecere ruinam.

vel *mei morbis fecere rapinam*. HEINS. *Tam vitae meae cordis* corrupte in Mediceo. *Tantum vitae meae cordi* in Voff. & Leid. *Tantum mi vitae curae* conjecerat Francius. pro *cordis* in aliis *cum Dis*. *cognofcere poffim* in Medic. & ed. Ald. non *poffis*. *& vix oculis* in Voff. a m. pr.



AD-

ADDENDA vel EMENDANDA

In Notis ad Tom. II.

ANTHOLOGIAE LATINAE

Epigr. & Poëm. Vet.

Pag. 2. Ep. 2. D. D. S.] ROMAE D. M. S. legitur apud Gruterum. & exstat in Monum. Illustr. Vir. editis Traject. pag. 109. apud Fleetwoodum pag. 433. & Murator. Tom. IV. pag. MCMV. 5.

Ibid. ad Ep. V. In nota: inter Christiana monumenta retulit (Gruterus) forte ex versu ultimo] *adde*: certe P. Scriverius suae Gruteri editioni Commelinianae adscripserat *Monumentum hoc Christianum esse.*

Pag. 3. in notis ad Ep. VII. post Ferret p. 131. *insere*, & Fleetwoodum pag. 160.

Ibid. *Blesius hoc Nevius, req. jurt. in aevum Post suo fata cubat* &c. quam ab inepta interpolatoris manu profluxisse nemo negabit] *adde*: & sic legitur in Epigrammatibus vetustis, quae post Palladium de Arte Insitionis edidit Andreas Rivinus Lipsiae 1654.

Pag. 4. Ep. VIII. *Heredi parens, invidus ipse sibi*] Simile illud in Epigr. Graeco Lib. II. Anthol. Gr. Tit. 50. Ep. 12.

> Πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχεις, ψυχὴν δὲ πένητος,
> Ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε, σοὶ δὲ πένης.

sive ut H. Grotius vertebat,

> *Divitiis locuples, animo sed paupere vivis:*
> *Heredi dives, pauper at ipse tibi.*

Ibid. Ep. IX, in notis, Exstat apud Fabrettum cap. x. p. 752] *adde*, Bonadam Vol. II. p. 534.

Pag. 5. Ep. X. in notis lin. 9. Reperi etiam hoc Epigramma in &c.] *inferatur*: Hieronymi Borsacrii Theatro inedito Insubricae Magnificentiae Lib. XIII. Inscr. 9. p. 509. & in codice &c.

Ibid. ad v. 2. Epigr. *horrida fata negarunt*] apud Cottam *& florida fata.* & sic in Borsacrii Theatro, & seq. versu *Hic requiesco locis* pro *His.*

Ibid. *superi mersere sub undas*] *aulas* etiam in Cod. MS. Borsacrii.

In ejusdem notae fine post illa, forte emendandum AVE ANIMVLA. *adde*: sic in Inscr. antiqua apud Brevalium Vol. II. Itin. Anglic. pag. 320.

S. T. T. L.
ANIMVLA INNOCENS.

& in Hadriani morientis Epigrammate, quod edidi Tom. I. Ep. 96. p. 239.

> *Animula, vagula, blandula,*
> *Hospes, comesque corporis,]*
> *Quae nunc abibis in loca.*

quo refer illud apud Diomedem Lib. III. pag. 513. *Animula miserula properiter abiit*, ut recte corrigit Marklandus ad Stat. Sylv. pag. 84. pro *obiit*. adde Inscriptionem Patavinam apud Gruterum pag. DCCXCIV. 1.

> ANIMVLA. DVLCIS. ANIMVLA. SVAVIS.
> ANIMVLA. IN. DEORVM. NVMERVM. RECEPTA.
> VNDE. TALEM. QVANDO. TALEM. ET. CVI.
> TALEM. &c.

Ibid. ad v. 5. Epigrammatis, *jam partus & usus Atque mihi fuerat studioso corde reperta Maxima quadrupedum: studia & quoque plura fuerunt*] *usus & arsque* etiam in Borsacrii Theatro, & in sequentibus ... *mihi fuerat stud. cord. reperta* ... *Quadrupedum cura & studia quoque plura fuere,*

fuere,

fuere, & in margine notatur *Maxima quadrupedum* apud Alciatum legi. *cura studia & quaeque* apud Cottam.

Ibid. v. 8. Epigrammatis: *Ut quandoque simul finito lumine vitae*] *Ut quando simul patribus finito lumine vitae* in Borsaerii Theatro, inepte inserta voce *patribus*. an forte *finito limite vitae?*

Pag. 6. ad v. 9. Epigram. *Manibus bis juncti pariter sociabimur una*] notae post lectionem Cod. MS. Alciati, *sociamur una*, insere: apud Borsaerium *Manibus bis quieti pariter sociemur.. u.na.* ubi *in urna* in marg. ex Cotta. vel *& una*. Ultimus versus a carmine separatus in basi lapidis legebatur apud eumdem, & paullo inferius, QVI. VIXIT. ANN. XXVII. M. XI. D. XV. ATTIO EPICTETO. LIBEAT. in nota autem subjecta Borsaerius totum Epigramma, quod ab Alciato non omnino ad regulam propositum fuisse dicit, ita exhibet, ut illud legendum censuerat Cotta. Adposuit autem Inscriptionem cum ipsa monumenti delineatione, ut semper in isto Theatro, (quod plurimi Inscriptionum veterum collectores passim negleserunt) in cujus latere conspicitur imago muliebris, manum dextram sinu deponens, sinistram elevans, quam a nonnullis ad Dianam Luciferam vel Cererem male referri monet, & potius imaginem istam referendam arbitratur ad Atticam Severinam parentem, quae in Inscriptione Epigrammati praefixa memoratur.

Pag. 6. Ep. XI. P. ATINIVS C. F. FAB.] P. ATINIVS L. F. FAB. HIC SITVS EST praefigitur in meo Cod. MS. Inscriptionum & Antiqq. Brixiensium pag. 45. & sic apud Aldum Orthogr. in *monumentum* p. 533. apud quem v. 1. *Si lutus, si pulvis*, ut in eodem cod. MS. *Si lutus, aut pulvis* edidit Bonada Vol. II. p. 523. vers. sec. *Arrida si vestis tibi* cod. MS. Brix. & Ald. exstat etiam apud Fleetwoodum p. 302. legendum vero *Arida sive sitis nunc tibi* &c. In notis monui, & Ovidii loco firmavi. cui adde illud ex Avieni Arateis v. 423.

—— sed cum sitis arida fauces
Ureret, ac nullo manaret gurges hiatu.

in eodem Cod. Inscr. Brix. v. 3. *in patria tulerit te dextera fati*, *ut requietus*. dein *Voberna*, & ult. vers. *In quo est Atini conditum*. ut apud Aldum.

Pag. 7. in fine notae ad Ep. XII. post, correxerat Opitius *adde*. & sic apud Smetium in Inscriptt. fol. CXXIV. 6.

Pag. 8. initio notae ad nomen LVCCEI scribendum monui LVCCEII., ex fide vetustorum lapidum, *addatur*, ita enim in tribus Inscriptionibus apud Murator. Tom. II. p. MCLXXXV. & in alia apud Gudium p. CXXIX. 9. quam idem profert Murator. Tom. I. p. cc. 8.

LVCCEIAE C.
L. FORTVNA
TAE. C. LVCCE
IVS. C. L.
CAPEIVS
SEVIR. AVG.
CONIVGI
B. M. F..

apud Maffejum in Antiq. Gallic. Ep. pag. 80. & Murator. T. II. p. CMLXII. 7.

LVCCEIVS
PHILINI L.
MEDICVS.

& sic in quatuor Inscriptionibus apud eumdem pag. MCLXXXV.

Ibid. sec. col. in nota lin. 29. post Inscript. ex Grutero prolatam *insere*, & apud Murator. Tom II. pag. DCCCXLVII. 5. VICTORIAE. PVELLAE. SPEDIA. MATER. DESOLATA. FEMINA. MARITO. KAR. ET. FILIIS. DVLCISSIMIS

Pag. 9. prim. col. in fine post Ovidii locum *adde*: sic Menoeceus post fata apud Statium X. Theb. 752.

Jam sacer adspectu, solitoque augustior ore,
Ceu subito in terras Superûm demissus ab axe
Constitit.

Pag. 11. col. 1. circa finem post memoratam Cel. Dorvillii conjecturam *caeruleam remo sulcabo paludem*, adjunge, sed *carinam remo pulsabo caeruleam* hic veram esse lectionem & minime sollicitandam arbitror. *caerulea* enim *carina* dicitur, ut apud Propertium Lib. II. El. 21. 40.

Uno ratis fati nostros portabit amores,
Caerula ad infernos velificata lacus.

Pag. 15. col. 2. in fine notae primae ad Ep. XIV. verba illa quae Epigrammati subjiciuntur apud Pithoeum

NON FVI DEINDE FVI MODO NON SVM.

deleviſſe me, ut additamentum alienum, notavi: *adde:* illud tamquam separatam Inscriptionem edidit Muratorius Tom. III. p. MDCL. 15. sed ubi legitur,

CAMILLVS. ACHIL-
LES. SVO. TVMVLO
SCRIB. IVSSIT. SIC
NON. FVI. DEINDE. FVI
MODO. NON. SVM.

notatque vitiatam a Grutero esse editam p. 906. N. 10. & ad hominem Epicureum spectare putat.

rat. Dubito tamen an adeo inprobanda sit scriptura, quae in Grutero exstat, C. AEMILIVS ACHILLAEVS. SIBI. VIVO. SCRIBI. IVSSIT &c. neque enim ille vitiatam dedit, sed ut edita fuerat in lapide apud Ambrosium Moralem, inter primos veterum monumentorum vindices censendum. vide & Leichium ad Carm. Sepulcr. pag. 53. ubi hanc cum simili Graeca Inscriptione confert.

Pag 16. ad Ep. XVI. HERSILI. in nota post illa, *Romae* haberi. & sic in Cod. Meermanniano] *adde:* inter Epigrammata ex vetustis lapidibus eruta edidit etiam Jo. M. Toscanus post Tom. I. Carm. Poët. Ital. pag. 90.

Ibid. ad v. 5. Epigrammatis, *Vera negas, frontemque trabis?*] *adde:* hoc distichon sic constituit P. P. Justi in Specim. Observ. Critic. cap. VI. pag. 16.

Vera negas? frontemque trahens aenigmata Sphyngos Credis? &c.

ubi & aliud Epigramma Porcii Licinii, quod edidi Tom. I. pag 674. simili distinctione adjuvat:

Queritis ignem? ite huc. creditis? ignis homo est.

Pag. 17. Ep. XVII. FALIEIA. *Sponte fui pauper* &c.] Subjungitur recentiori Epitaphio FELICIANI VERONENSIS apud Murator. Tom. III. p. MDCCCVI. 4.

Pag. 19. col. pr. in fine, post locum Ovidii ex Epistola Sapphus *adde*: infra Lib. IV. Ep. XCI.

In glaciem solidam versus ut amnis abit.

Pag. 20. Ep. XXI. *Quaerere cessavi numquam* &c.] praeter codices, & editores, in quibus hoc Epigr. legitur, *subjunge:* Habetur etiam in codice meo MS. Antiqq. & inscr. Brixiens. p. 76. ubi praefigitur, exstare Azani. apud Muratorium adhaeret alii Inscriptioni, sed lectione vitiosa, Tom. II. p. DCCLIX. 7. vide & Fabrett. pag. 405. & Noris. ad Cenotaph. Pis. p. 76. formula illa, quae apud nonnullos huic disticho subscribitur, VIVITE FELICES &c. in monumentis vetustis frequens est. vid. Bertoli Antiq. Apulej. pag. 60. eosdem hos versus addi quoque Epitaphio T. Ani. Vitalis in notis monui. de quo vide eumdem Bertoli pag. 252.

Pag. 21. in titulo Ep. XXII. POLYANDRION] vide Elmenh. ad Arnob. Lib. VI. pag. 175.

Pag. 22. in notis ad Ep. XXIV. ex quo repetiit Bonada] *insere:* ex quo repetiit Vulpius Vet. Lat. Prof. Tom. VIII. p. 150. & Bonada &c.

Pag. 23. in notis col. 1. l. 1. vers. sec. legendum *quos jussi*] *adde*, vel, *sed jussi*, quod propius inhaeret τῷ *&* *jussi.*

Pag. 24. notae ad Ep. XXV. sic legitur inter Donianas &c.] *adde*; & apud Murator. Tom. III. p. MDCCXII. 6. ubi *hic* tertio versu deest. siglas vero D. M. S. L. exponit, *Dis Manibus sacer locus.* & in fine, S. M. T. L. *Sit mihi terra levis.*

Pag. 25. in nota, col. 1. l. 34 *post illa*, plurea suppeditabit Index Gruteri & Muratorii] *adde*, & Jacobonius in Adpend. ad Fontej. de Prisc. Caesior. gente pag. 136. & seqq.

Pag. 25. Ep. XXVIII. in monte Drepani in Sicilia] edidit etiam mutilum hoc Epigramma Vir Nobilissimus, Siciliae eruditae insigne hodie decus, Gabriel Lancillottus Castellus in Inscriptionibus Siciliae Cl. XVIII. p. 271. 272. quo eximio Opere de orbe literato ac patria sua praeclarum in modum meritus est, & mereri pergit tot egregiis Antiquitatum Sicularum monumentis in lucem protractis. quibus amicitiae suae pignoribus jucundissimis me exhilarantem grato animo prosequor, & ut Siciliam Numismaticam sospes vegetusque prosequatur & absolvat, per communia Musarum sacra Virum Illustrem obtestari fas est.

Ead. pag. 25. col. 25. col. 2. in notis ad Ep. XXVIII. lin. 16. addita epigraphe ΣΕΓΕΣΤΑ TIB. vide quae notavi ad Numism. Sicula &c.] *his addantur sequentia*: Postea Vir idem Nobilissimus Gabr. Lancillottus suis literis Panormi scriptis d. 8. Aug. 1766. mihi indicavit, sibi pro illo TIB. potius emendandum videri ΞIB. & Ξ esse literam Z, adeoque Ξ, IB exprimere singularem Segestanorum Epocham, nempe XIX annorum, ut Ξ seu Z septem annos, IB duodecim significent; cujus sententiae etiam fuit antiquitatum peritissimus, sed fato miserabili literis ereptus, J. Winkelmannus in libro de Artibus Veterum Tom. II. pag. 245. ed. Gall. idemque Lancillottus id pluribus confirmat in Prolegom. ad Siciliae Inscript. Veter. pag. 65. & in Tabula Numism. Siculor. ante illud Opus exhibita produxit tres Segestae numos, ab aliis non editos, in quibus ΣΕΓΕΣΤΑ ΞII, vel ΣΕΓΕΣΤΑ ZIB, vel ΣΕΓΕΣΤΑ ΞIE, quas etiam facit notas numerales annorum DCCXI. DCCXII. DCCXV. Rarum id igitur in Numis Segestanis, quum vix in aliis Numis Siculis tales annorum notae inveniantur.

Pag. 29 Ep. XXXII. v. 1. *Ille ego, qui quondam prae ... paucisque diebus*] forte *praeter* supplendum.

Ibid. Ep. XXXIII. IVALII AELII VLPII] vide Pasch. Caryophil. de Therm. Hercul. pag. 41.

Pag. 30. Ep. XXXIV. in nota, post Ferretii Mus. Lapid. *adde* & Fleetwoodi Sylloge Inscript. p. 331. ubi Vicentiae legi notatur. sed inter alia monumenta Veronensia etiam adfert Brevalius in Itiner. Angl. Vol. II. p. 123.

Ibid. in nota, lin. 26. post, ad Ovid. III, Trist. 7. 34. *adde*: vide & Phil. a Turre in Monum. Vet. Antii pag. 298. sic in Monumento Christiano apud Murator. Tom. IV. pag. MCMXLIII. 8.

Quae festinatis fa... flamine metis
Bis decum sextum conjungere coeperat annum.

ubi supple *fatorum*.

Pag. 31. in Notis ad Ep. XXXVII l. 4. quem merito ridet &c.] *insere*: quem supine sequitur Fleetwood Inscript. p. 255. sed merito id ridet &c.

Ibid col. 2. Notar. l. 2. post, pag. 1291. 4. *adde*: & P. SVLLIVS ZOTICVS Tom. III. p. MD. 1.

Pag. 34. Ep. XLV. editum a Muratorio Tom. III. pag. MDCCCX. 8. ubi inepte versu secundo

Mertuis Suffetius Coelianus.

& vers. ult. *Quod te scire nihil satis sciebat*, quod praeferendum vulgatae *prorsus*, ut legitur metro invito. *Coiae amphorae martius* in initio illustratur ex iis, quae notavi ad Luxorii Epigrammata pag. 594. hujus Volum. Ep. XXIV. ubi legendum conjeci,

Amphoram te, non heminem, vocabo &c.

Ibid. Ep. XLVI. POTATORIS] confer Epitaphium Potatoris Vituli (forte *Bibuli*) apud Malvasiam ad Epitaph. Aeliae Laeliae Crisp. pag. 131. ex quo edidit Bonada Vol. II pag. 536. ubi versu octavo legendum videtur, *sunt mea vota mori*, pro *sit mea vita mori*.

Ibid. in nota ad Ep. XLVII. Legitur apud Pithoeum in Praetermissis &c.] *adde*: Labbaeum Thes. Epitaph. P. II. p. 109.

Pag. 35. v. 10. *exortes Disposuit, sanxit foedera, jura dedit*] vide N. Heins. ad Claudian Epithal. Celerin. v. 88.

Ibid. Ep XLVIII. *Optime mutasti vitam cum morte, Sabelli*] Ex schedis Farnesiis edidit Murator. Tom. IV. p. MCMXXIV. 11. qui v. 3. habet *nunc & fascibus avium*. & v. 4. *vocatus* pro *locatur*. quia vero *Sabelli* nomen de vetustate Epigrammatis aliquam sibi dubitationem ingerebat, ideo inter Christiana retulit. sed male. ultimus versus *Cum Superis nectar pascis & ambrosiam*, id satis refutat.

Pag. 37. In fine notae ad Ep. 50. v. 1. *Tum quaesit edidit*] *adde*: nam secutus est Aldum in Orthogr. p. 543. in *nummus*. Habetur etiam hoc Epigr. apud Labbaeum Thes. Epitaph. P. I. pag. 7.

Ibid ad Ep. LI. post, Ferretium Lib V. p. 332. *insere*, Bonada Vol. II. pag. 262.

Pag. 38. in nota ad Ep. LII. l. 3. apud Gruter. pag. MCXXV. 7. *adde*, pag. DCCXII, 4. & MCXXV. 7.

Eadem nota, lin. 16. post, Smetium Fol. 133. 6.] *adde*, Gruter. p. DCLXXVII. 12.

Sequenti nota post indicata loca ex Muratio pag. MCCXXX. 13. *insere*: & VLPIVS DECEPTVS PARENTVM pag. MCCXXXI. 3. & Tom. II. p. MDXXXIV. 4.

MINVSO. MEMORIAE. AETERNAE
LIBERTI. PIISSIMI. DECEPTVS
QVIDEM. SVB. ASCIA. DEDICAVIT.

Pag. 39. in nots ad Epigr. LIV. post, Pithoeum pag. 812. ed. Paris. *adde*: Toscan. in Epigr. vett. post Carm. Poët. Ital. Tom. I. pag 91.

Ibid. col. 2. l. 35. post locum ex Epitaphio Rufi Festi adde illud Lucani Lib. I. 46.

——— *te, cum, statione peracta*
Astra petes serus, praelati regia coeli
Excipiet, gaudente polo.

Ibid. Ep. LII. v 5. *Hunc titulum meritis servat tibi fama superstes*] Forte emendandum,

Hunc titulum meritis pensat tibi fama superstes.

ut sit imitatio Ovidii XIII. Met. 372. ubi Ajax,

Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.

Pag. 40. in nota ad Ep. LV. post illa, quae ex Grutero & Gudio auctiora protuli, *insere*: & ita etiam affert Seph. Zamosius in Analectis Daciae Antiqq. cap. X. qui *solum conjugem* pro orbo & viduato exponit.

Ibid. in fine notae ad Ep. LXVI. post, Pithoeus Lib. III. p. 113.] *adde*: & ex eo Labbaeus Thes. Epitaph. P. I. pag. 11. & legitur in codice meo Wittiano, ubi praefigitur, Puteolis haberi, (*a Pozzuolo*) & v. 4. corrupte legitur *Vixi aqua porti meus.*

Pag. 42. in nota ad Ep. LVII. lin. 6. post, Bonada Vol. II. p. 524.] *adde*: edidit etiam ex Grutero Anglus anonymus in Delectu Inscr. Metr. N. XLIII. pag. 31. & seq.

Pag 43. in notis col. 1. lin. 14. post, Bonada Vol. II. p. 119] *inseratur*: Inter antiqua etiam retulit Labbaeus Thes. Epitaph. vet. P. I. pag. 19 & ex Fabretto affert Corradinus in Vet. Lat. Prof. Tom. II. p 213. apud quem v. 2. *Dum propero stricti solvere vincla pedis.* & v. 5. *Non culpa merui.*

Pag. 45. in notis ad Ep. LXIII. l. 5. post, Fleetwoodo p. 372] *adde*: Muratorio Tom. IV. p. MDCCCXLVIII. 2. & Bonada Vol. II. p. 499. & jam ante a Fabretto &c.

Pag. 46. ad Ep. LXIV. in Notis post *Labbaeum* *adde*: Anglum anonymum in Delect. Inscript. Metr. N. XXXVIII. p. 29. & Bonadam T. II. p. 328. quarto versu dicitur haec Pollia Saturnina *docta sonare mele*, quo intelligitur monodiaria, qua-

qualis Heria Thisbe in monumento Romano ex vinea Principis Borghesii, illustrato a Tob. Gutberletho in Poleni Supplem. Thes. Antiq. Rom. Tom. IV. p. 353.

Pag. 47. ultimo versu notarum post illa, hic plane ἀπωδιόμενα sunt] *subjunge*, licet similia huc adferat Leichius in Miscell. Lipsiens. Nov. Tom. I. p. 507. nam & similes sententiae in Gentilium Epitaphiis.

Pag. 48. Ep. LXVIII RVSTICELLA M. L. CYTHERIS] adiatur hoc Epigramma monumentis gentis Rusticellae sepulcralibus, quae adfert Mabillon in Itin. Ital. Tom. I. Musei Ital. pag. 155.

Pag. 49. *Quid lacrumis opus est* &c.] praefigatur, Ep. LXVIII.

Pag. 50. ad Ep. LXX. post Pithoeum pag. 114. *adde:* Aldum in Orthogr. in *genitrix* p. 353.

Pag. 51. in nota ad Ep. LXXIV. post Grotianam Epigr. Graeci versionem *adde:* sed & Goveani aliorumque versiones dedit Vinetus in fine notarum ad Ausonii Carmen de Burdigala pag. 210. edit. an. 1580.

Pag. 52. ad Ep. LXXVII notae *insere* post verba apud Schradaeum in Monum. Ital pag. 156] & sic inveni in cod. meo MS. Epigrammatum & Inscriptionum Joannis Casanati. sed adsumto alio titulo, tamquam Epitaphium esset Ludovici Sebastiani, Veronensis Canonici, a fratre Daniele Gemello scriptum, sed primum distichon illic praecedit ut separatum Epitaphium Lucretiae Maleiae positum. Sed non infrequens est in veterum Epitaphiorum Collectionibus, quas Itali corraserunt, antiquis Epigrammatibus praefixa legere recentiorum defunctorum nomina. qualia innumera exstant in Schradaei Monumentia Italiae; & similia alibi saepe notavi. Quicumque auctor sit, secundo disticho

Una dies animo similes vultuque gemellos
Una tuo fecit funere dissimiles,

imitatus videtur illud veteris Epigrammatis Graeci in Antholog. Lib. III. Tit. III. Ep. 2.

Εἷς δύ' ἀδελφειοὺς ἐπέχει τάφος. ἓν γὰρ ἐπέχεν
Ἦμαρ ϗ γενεῆς οἱ δύο ϗ θανάτου.

quod sic vertit H. Grotius:

Unus habet fratres tumulus duo: quippe gemellos
Protulit una dies, abstulit una dies.

Ibid. ad Ep. LXXVIII. *Levitae conjux* &c.] legitur apud Pithoeum p. 183] *adde:* Aringhium in Roma Subterr. Lib. III. cap. 3. p. 250.

Pag. 53. ad Ep. LXXIX. PETRONIAE Habet Smetius Fol 130. *corrige*, Fol 129. b. & *adde:* Aldus in Orthogr. in *conjunx* p. 266

Pag. 54. in notis col. 1. l. 13. post, Mabillon Diar. Ital. pag. 70. *adde:* sic CORNELIA THALLVSA in Inscriptione apud Mazoch. p. CLXXIII. 6.

Ibid. ad Ep. LXXX. *Aspecta paulum* &c in nota post memoratam Cel. Dorvillii emendationem primi versus, *inserantur sequentia:* Posset tamen etiam legi,

Qui spectas, paulum tumulo subsiste, viator.

ut in Inscript. apud Mazoch. pag. 176. b fin.

Tu qui praeteriens spectas mortis monumentum,
Aspice quam misere sit data vita mihi.

sic lege. male *praeteries* & *monumentum meum* editur. altera Dorvillii emendatio in versu tertio *Caelia nomen erat, sapiens, proba*, firmari potest ex alia Inscriptione apud Murator. pag. MCCCCXV. 10. & Bonadam Tom. II. pag. 133.

Casta, pudica, decens, sapiens, generosa,
probata.

Pag 56 Ep LXXXII *in fine notae post*, contaboerit & exspiraverit] *haec addantur:* ut in Graecae Anthologiae Epigrammate Eutolmii Oratoris de Menippe post filium defunctum etiam exspirante; Lib. III. Tit. XII. Ep. 35.

Υἱέος ὠκυμόρου θάνατον πενθοῦσα Μενίππη
Κωκυτῷ μεγάλῳ πνεῦμα συνεξέχεεν.
Οὐδ' ἔχε παλίσσυτον ἀναπνεύσασα γοῆσαι,
Ἀλλ' ἅμα ϗ θρήνων παύσατο ϗ βιότου.

quod eleganter interpretatus est H. Grotius,

Nati fata sui dum luget acerba Menippe,
Dum grave suspirat, spiritus ipse fugit.
Nec revocare animam potuit, lugeret ut ultra,
Sed defecerunt vita dolorque simul.

talis MATER EXIMIA PIETATE FILIVM SECVTA dicitur in Inscriptione apud Gruter p. DCCXLII. penultimo hujus Epigrammatis versu sic supplendum videtur:

Nam postquam & caram monumento hoc condecoravit
Gnatam, per luctus reddidit ipsa animam.

offendunt autem voces *rapuit*, *eripuit*, & *ereptam* tantillo spatio hic repetitae.

Pag. 57. in notis col 1. l. 20. post verba Inscript. ex Grutero CELERIVS AD EVM PERVENIRE. *adde:* & in alia apud Brevalium Tom. III. Itin. Angl. pag. 226. INVITVS VENIO. VENIVNDVM EST TAMEN.

Pag. 58. in fine notae ad Ep. LXXXVI. *adde:* edidit etiam Murator. T. III. p. MDCCXLIII 14. ubi male POSVERIT ARDENTE LVCERNA.

Pag. 59. ad Ep LXXXIX. APVSVLENA BERIA &c.] fuisse hanc Inscriptionem Romae in aedicula Divi Basilii, quae ad horologium Augusti sita est,

eſt, teſtatur Pierius ad Virg. I. Aen. 448. ibique addit ſe inſcriptum vidiſſe,

Quae quiſque veſtrum optaverit mihi,
Illi ſemper eveniat vivo & mortuo.

& in titulo, APVSVLENA GERIA VIXI ANN. XXII.

Pag. 62. PVEROAVM] *adde*, ET PVELLAAVM.

Ibid. in nots, col. I. l. 24. poſt ſupplementum Inſcriptionis mutilae POMPRIVM SEMPER HONORENT. *adde*: id eſt, quotannis. ut in Lapide apud Murator. Tom. III. p. MCCLXX. 6. AD ROSAS ET ESCAS DVCENDAS ET OMNIBVS ANNIS.

Pag. 65. in nota ad Ep. XCIV. *poſt*, Brevalius T. III. p. 223.] *inſeratur*: & habetur in Cod. meo MS. Antiqq. Narbonenſ. ubi v. 2. *vivere ſeſſit*. v. 4. *fata querenda*. & v. ſexto, *Dum ſimul occidimus*. & in fine, *ad Orchum Quid valet*.

Ibid. ad Ep xcv. v. 4. poſt locum Gratii, *Victa Venus* &c.] *adde*: & faciunt pro hac lectione quae notavit Bentlejus ad Horat. III. od. 27. 36. p. 234. ubi alia adfert loca, in quibus *evicta dolore*, *victa furore*, & ſim. hic tamen poſſet &c.

Pag. 66. ad Ep. XCVI. *poſt*, Pithoeus Lib. III. p. 106 in fine] *adde*: & ex eo Labbaeus Theſ. Epitaph. vet. P. I. p. 71.

Ibid. in fine notae ad Ep. XCVII. *poſt*, Pithoeus Lib. III. p. 106. *haec ſequantur*: eumque ſecutus Labbaeus Theſ. Epith. vet. P. I. p. 65. & ſic legitur etiam apud Toſcanum id Epigr. ex vetuſt. Lap., poſt Carm. Poët. Ital. T. I. p. 89. ubi alterum poſt duo alia interjecta ſequitur. primum ſolum eſt apud anonymum Anglum in Delect. Inſcr. Metric. N. XXII. pag. 18.

Pag. 67. fine notae ad Ep. XCVII. poſt locum ex Epitaphio Romano, *Sic lux, quae fuerat prima, ſuprema fuit*] *addatur*: & hinc in Epitaphio Matris puerperio inmortuae, quod inveni in Cod. MS. Epigr. & Inſcr. Jo. Caſanati:

Pignus amoris habes noſtri pro matre relictum,
Cujus prima dies, haec mihi ſumma fuit.

Pag. 68. in notis lin. 19. poſt verba Ciceronis ex Servio producta, *adde*: quod fragmentum eſſe ex Ciceronis Dialogis de Republ. obſervavit Andr. Schottus Lib. III. Nodor. Cicer. cap. 5.

Pag. 69. in fine paginae, *Omnia circate*. diſting. *circa te*.

Pag. 70. col. 2. l. 5. notar. poſt, DVO IVVAN. LVPAI ET APAI. *adde*: corrupte etiam legitur apud Murator. T. IV. p. MCMV. 8.

Pag. 71. col. 2. in fine notae ad Ep. CI. poſt CAESELLIVS C. LIB. ANOPTES] *adde*: & apud Murator. Tom. II. p. CMXLVII. 4.

COCCEIAE NICENI
DEDIT ANOPTES
FABER.

vide & Gudii Inſcript. p. CCXIII. 8. & Gorium Tom. I. Inſcr. Flor. p. 202.

Pag. 72. in notis lin. 13. poſt Inſcript. Marciae Severae, AVRARIAE ET MARGARITARIAE poſitam, *inſere*: AVRARII vox etiam reſtituenda Inſcriptioni, quam edidit Sponius in Miſcell. Erud. Antiq. pag. 220.

AVRELI. LEONT.
QVI. VIXIT. ANN.
XVIII. M. VII. D. V.
ARTIS. CARACT.
. . . . IARI. ANTONIA
AMANDA MATER. &c.

ubi *Artem Characterariam* intelligi putat Sponius, de illis qui lapidum characteres inſculpebant. Sed hi quadratarii dicebantur. Recte itaque Bimardus in notatis MSS. illic legebat, (quod & ipſe ante viſas ejus notas conjeceram) ARACTRARII AVRARII. ſic *Bractearii* & *inauratores* in Inſcript. Doniana Claſſ. IX. N. 2. vide & Addenda ad Tom. I. p. 745.

Pag. 73. in nota ad Ep. CVIII. poſt Fleetwoodum & Scaligerum memoratos, *adde*: Inveni id etiam inter Inſcriptiones, quae habentur in libro meo MS. Antiqq. Narbonenſium, ubi primo verſu, . . . *tibi praeterito* deficiente *Sic*. & tertio . . . *duras mortis*.

Ibid. ad Ep. CIX. poſt Fabrettum, *inſere*, & in Marmorib Piſaurenſ. pag. 183.

Ibid. paullo poſt, Cic. pro Sext. Roſc. cap. 8. *inſere*: cap. 7. 8. & ſeqq.

Pag. 74. in notis lin. 12. poſt, ΜΗΤΗΡ ΧΡΥΣΟΓΟΝΗ. *adde*: vide etiam Murator. T. II. p. MLXXXIX. Inſcr. 2 & 3. Salonina quoque, Gallieni uxor, *Chryſogone* dicta in Numis antiquis, ſed rarioribus, in quibus vocatur CΑΛΩΝΙΝΑ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒΑCΤΗ. qualis exſtat in Arigoni Numiſm. Graec. Imper. Tab. XXXIV. N. 472. vide Chriſt. Gott. Schwartzium in Miſcell. Polit. Hum. Diſſ. I. §. IV. pag. 7 & 8.

Pag. 75. fine notae ad Ep. CXIII. poſt Labbaeum *adde*: inter Neapolitana tamquam Alexandri Novolariae Comitis epitaphium, edidit Schradaeus in Monum. Ital. pag. 230.

Pag. 76. in notis col. 1. lin. 29. poſt, Auſonium inter Epitaph. Heroum Ep. XXXI. *adde*: quod vertit ex Graeco Lib. III. Anth. Gr. Tit. XXXII. N. XI.

Pag. 77. in notis lin. 23. *fata cujus fauſta fuere parum*] *adde*: ubi emendandum, *fata cui* &c.

Ibid. in nota ad Ep. CXVII. poſt, Maffejus in Obſerv. Liter. Tom. V. p. 173] *corrige* pag. 198. 199.

inter

Pag. 79. ad Ep. CXIX. post Fabrettum cap. II. p. 112. *adde*, Fleetwoodum pag. 472.

Pag. 82. in notis col. 2. ad Ep. CXXV. sic ex Gorio edidit, *insere*: sic ex Gorio T. I. Inscr. Flor. 395. edidit &c.

Pag. 84. col. 2. notar. l. 12. secundo M. ANTONIO] haec delenda.

Pag. 85. col. 2. notar. l. 28. *ante* conferenda, addatur, *subtracta* in Inscript. apud Sponium in Miscell. p. 191.

INMATVRA MORTE SVBTRACTAE.

Pag. 87. in notis l. 17. de quo alibi] lege, de quo infra pag. 221 & seqq.

Pag. 88. ultimae notae ad Ep. CXXXVII post Muratorium *addatur*: & ex eo Banada Vol. II. p. 262.

Pag. 89. in notis, l. 19. post locum Propertii *Damnatae noctes* &c.] *addatur*: in Inscriptione apud Bertoli Antiq. Aquilej. pag 177.

TIBVLLA. C. SEMPRONI. F. MANI. L. NEPTIS INFERNO. PLOTONI. TRICORPORI. OXORI. CHARAE PROSERPINAE. TRICIPITIQ. CERBERO. MVNVS MECVM. FERENS. DAMNATAM. DEDO. ANIMAM &c.

Ibid ad Ep. CXLI. in fine pag. post, *aulam* recte de coelo dici aliorum Scriptor. exemplis probar] *adde*: sic in Epitaphio Christiano apud Fleetwoodum p. 442.

Aeternae Christus pretium tibi destinat aulae.

ex Muratorio etiam edidit Bonada Vol. II. p. 306. qui per *sacram aulam* intelligit virginem Voluminiam a Proserpina raptam.

Pag. 90. in nota ad Ep. CXLII. lin. 18. post Labbaeum *adde*, Bonada Vol. II. p. 375.

Pag. 91. col. 2. prope finem paginae, post verba Inscript. vet. ex Bianchino, & alios saepe] *adde*: idem nomen restituendum Inscriptioni Catanensi apud Nobiliss. Lancillottum Castellum in Inscrr. vet. Siciliae Cl. XII. N. 38. p. 152. ubi forte typi vitio male excusum est

P. MEMMIVS
AMIMETVS. FECIT. SIBI
ET. MEMMIAE &c.

Pag. 92. in nota ad v. 3. *Illa ego*, post Merkland. ad Statii Silvas p. 282. *adde*: apud Ovid. Epist. XII. 105.

Illa ego, quae tibi sum nunc denique barbara facta.

Tibullus Lib. I. El. 5. 9.

Ille ego, quum tristi morbo defessa jaceres,
Te dicor votis eripuisse meis.

vide & Heins. ad Ovid. V. Trist. 7. 55.

Ibid. col. 2. in nota ad v. 5. de *Paphie* pro Venere, post, *Paphia myrtus*, & sim.] *addatur*: Sed *Paphie* pro Venere antiquis inusitatum, & vel ideo hoc Epigramma aetatis vetustae non esse censet Vavassor de Vi & Usu quorumd. verbor. pag. 30.

Pag. 93. col. 2. notar. ad v. 9. post locum Propertii *Ipsa loquor pro me* &c. *adde* illud Senecae de vit. Beat. cap 18. *Haec non pro me loquor, sed pro illo, cui aliquid acti est.*

Pag. 95. v. 2. in contextu: *Ut te matura per Styga morte sequar*] confer illud Phaedrae apud Senecam in Hippolyto v. 1179.

Et te per undas perque Taenarios lacus,
Per Styga: per amnes igneos amens sequar.

& Octaviae patris umbram excitantis apud eumdem vel alium Octaviae Auctorem v. 131.

Emergere undis, & fer auxilia tuae
Gnatae invocanti, genitor; aut Stygios sinus
Tellure rupta pande, quo praeceps ferar.

Ibid. in notis, col. 1. in fine post locum Ep. Gr. a Grotio versi, *adde*, aliter Maffejus in Mus. Veron. p. 192.

Ibid. col. 2. l. 4. post *Magnanime Agenti* &c., *adde*, corruptius vero edidit Muratorius Tom. III. pag. MCCCXXIII. 1.

Pag. 96. col. 2. in notis l. 37. vide notas Titii ad Nemesian.] *insere* Bentlej. ad Horat. III. od. 29. 43.

Pag. 97. Ep. CXLV. *Sit tibi terra levis, mulier* &c.] praeter illos, quos in nota indicavi, apud quos hoc Epigramma exstat, adde Apianum p. CCXXV. Jacobon. ad Fontej. de prisca Caesior. gent. p. 132 & 149 vide & Leichium in Misc. Lips. pag. 454. *perfruere* vitiose apud Murator.

Pag. 99. col. 2. circa finem notae ad Ep. CXLV. post Inscript. ex Muratorio prolatam, CHELIDONI. *Adde*. sic in alia apud eumdem pag. MCCCLXI. 2.

ET. CORNELIAE
ATTICILLAE. IVLII. PRIMIONIS F
ET. PLAVTIAE
CHELIDONI. IVLI. ONESIMI
CONJVGI.

quae Inscriptio petita est ex Marmorib. Felsin. p. 541.

Pag. 100. col. 1. in fine notae ad v. 3. post Aldum & Gruterum, *adde*, & Murator. Tom. II p. 974. 5.

Ibid. col. 2. l. 26. in alio Epitaphio apud Fleetwood &c. *haec ita supplenda*: in alio Epitaphio Au-

Augusti Presbyteri apud Fleetwood p. 348. & Sirmond. ad Sidon. Apollin. pag. 80.

Pag. 102. in contextu v. 7. *Quid, Probina, tibi fecundae viscera profuit*] notae ad hunc versum sequentis addantur: simile illud Albinovani Epicedio Drusi, 41.

> *Quid tibi nunc profunt mores, actumque pudice*
> *Omne aevum, & tanto tam placuisse viro?*

Martialis Lib. VII. Ep. 95. epitaphio pueri Urbici:

> *Quid species, quid lingua mihi, quid profuit aetas?*

supra Ep. xxxi. pag. 28. *Quid mihi honor? quid opes? virtus me sola beavit.*

Pag. 103 in notis l. 3. post locum ex Isidori Glossario, *affectibus destitutus.*] adde: vide ad Tom. I. pag. 139.

Ibid. in nota ad v. 19. *post illa*, legendum forte,

> *Nil te damna movent communis funere lecti*]

addatur: Vlitius autem in notis ad Gratium v. 354. profert,

> *Nil te damna nocent communis funere lecti.*

vide infra pag. 289.

Ibid. ad Ep. cxlvii. l. 13. *post*, Labbaeus Thes. Epitaph. p. 17.] *adde:* Gorius inter Marmora Strozziana Vol. VIII. Actor. Societ. Lat. Jenens. N. xxvi. pag. 16.

Pag. 105. col. 1. notar. l. ult. vitiose enim ΕΠΙΣΤΑΜΑΙ apud Reinesium] *adde:* qui tamen recte ΕΠΙ ΣΤΑΛΑ corrigendum monuit: probavitque Cl. Valckenarius Diatrib. de Eurip. Dram. perd. Reliq. pag. 235. ubi plura de hoc Epigrammate Reinesiano dedit.

Pag. 107. in notis col. 2. ad Ep. cl. illis, quos hoc Epigramma produxisse notavi, adde Schradaeum in Monum. Ital. p. 187. b. & Labbaeum Thes. Epitaph. vet. P. I. pag. 36.

Pag. 108. in fine notae ad Ep. cl. post Inscript. ex Grutero DVLCITER SINE QVERELA. adde aliam, sed valde mutilam, ex Muratorio Tom. III. pag. MCCXLI. 5.

EVTVCHIS. VT PAR. EST
SVSTVLIT
TIBI. NATVS. BACCHIDES
IVXTA. QVAM. DVLCITER
TIBI. FATA. MARITVM.

Ibid. col. 2. lin. 11. post Inscript. ex Grutero & Gorio prolatam, *adde:* & sic legitur in cod. Bucheliano, in quo etiam duo sequentia habentur Epigrammata.

Pag. 110. col. 2. lin. 20. post locum ex Epigrammate ad Deliam, *adde:* Medea apud Ovid. Epist. XII. 169.

> *Non mihi grata dies, noctes vigilantur amarae,*
> *Nec tener in misero pectore somnus adest.*

& Laodamia Epist. XIII. 103.

> *Sive latet Phoebus, seu terris altior exstat,*
> *Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.*

Auctor Octaviae v. 115.

> *Quam saepe tristis umbra germani meis*
> *Offertur oculis, membra cum solvit quies,*
> *Et fessa fletu lumina oppressit sopor.*

Pag. 111. in notis lin. 3. post Plauti locum de voce *cordolium*, *adde:* Apulej. IX. Met. pag. 157. ed. Colv. *non uxori, non ulli familiarium cordolio patefacto* &c. *rapidum dirigit gressum.*

Ibid. lin. 36. Smetius pag. CLXXXIV.] *scrib.* pag. CXXIV.

Ibid. col. 2. l. 5. in tribus Inscr. veter. codicibus] *supple*, in quatuor Inscr. veter. codicibus, Cyriaci Anconitani, Perotti, Bucheliano, & Wittiano. & reperi hoc quoque Epitaphium in eximia Collectione Monumentorum & Inscriptionum veterum apud Nobilissimum Comitem Oth. Fred. Lindenium, vel ideo pretiosiore, quia singulis fere Inscriptionibus, ut & huic Epitaphio, adpictae sunt lapidum ipsorum delineationes & ornamenta, ab aliis plerumque praetermissa.

Pag. 113. in notis lin. 4. supra Ep. CL. corrige Ep. CXLII.

Pag. 115. Ep. CLVI. v. 2. *genuit me Plania mater*] bene hoc gentilitium nomen Romanum, quo Delia Tibulli vocabatur, tam hoc quam aliis veterum monumentorum locis, Apulejo vindicavit Broukhusius ad Tibull. Lib. I. El. I. 57. p. 24.

Ibid. in nota ad Ep. CLVIII. in fine, *post*, inter monumenta Christiana.] *addatur:* eo certe nomine non una Martyr fuit, atque in Inscriptionibus saepe aliae *Theclae* memorantur. ut notat Heins. ad Claudian. Epigr. XXVII. ubi etiam occurrit, *Romanasque tegat prospera Thecla manus.* in hujus autem Epigr. titulo & v. 2. *corrigendum*, THECLAE & Thecla.

Pag. 116. ad Ep. CLIX. l. 10. post, Ursin. Inscript. Veron. p. 229. adde Torellium Saraynam in Antiqq. Veronens. pag. 43. qui in domo Aurelii Burgetti, & in oppido montis Aurei fuisse praefixit.

Pag. 117. col. 2. in nota ad Ep. CLXI. *vocitata aevi probi*, & a Cicerone adhibita] adde ex Inscript. apud Fabrett. cap. V. p. 421. *Tibur mi patria est, agricola sum vocitatus.* sic lege, non *Tibur mihi patria.*

Pag.

Pag. 118. in notis lin. 12. post, Muratorii Anecd. Graec. p. 64.] *subjunge*; qui ejusmodi verborum usum tantum obtinere in iis, quae sunt originis Graecae, recte animadvertit in Diss. IV. ad Paulin. pag. 147. Tom. I. Anecd. Lat.

Pag. 119. col. 1. lin. 36. in fine notae: *adjice*: Postea vidi hanc Inscriptionem sic, ut emendavi, in Corpore Inscriptionum Gudii, qui ipse vidit & descripsit, editam esse pag. CCLXV. 11. nisi quod male IANNVARIAA illic excusum sit, nam est Epitaphium, quod uxor JANVARIA posuit marito Sex. Aufidio Phileto.

Pag. 123. col. 2. lin. 8. *insere*: ita hanc Inscriptionem profert etiam Sirmondus ad Sidon. Apoll. pag. 64. sed versu secundo forte &c.

Ibid. ad Ep. CLXIX. proferunt Gruter. &c.] *adde*: Apianus pag. CVI. 1. vide & Boldonium p. 639. & notas Holthenii ad Gruter. titulum desiderari notat Fabrett. in Emend. ad Gruter. pag. 4.

Ibid. lin. 35 post, occurrit in alia Inscr. apud Gruter. p. 963. 8.] *adde*: idque firmat codex meus Wittianus, in quo MOCIMVS SABINAE AVGVSTI SORORIS. LIB. STABVLS. & v. 4. *Subrepta est oculis juvenis fato* &c. paullo post, vide supra ad Ep. LXXXVI. hujus libri] *adde*, & infra pag. 140. ad Ep. CLXXXIX.

Pag. 124. Ep. CLXX. THEVDVLI.] illis, qui produxerunt, adde Murator. Tom. I. pag. CCCCXVII. 1.

Pag. 130. in nota ad Ep. CLXXIX. praeter viros doctos, apud quos hoc Epigramma editum esse indicavi, etiam *adjungenda sequentia*: & sic in Schedis meis Italicis MSS. antiq. Inscriptionum Sarsinse. Etiam ex v. c. Moroni descripsit N. Heinsius in codice suo Inscript. veter. & profert Bonifacius de comp. epitaph. pag. 189. simile fere est in Petronii Fragmentis pag. 878. ed. noviss. primo versu forte legendum *florea rura* vel *prata*. & ultimus sic constituendus videtur, *At gelida hibernum tempus tellure videtur*.

Pag. 131. notae ad Ep. CLXXXI. lin. 14. post Inscriptionem ex Muratorio Tom. I. p. 229. 8. DE SVA MEDIOCRITATE FIERI PONIQVE IVSSIT] adde aliam ex eodem Murat. Tom. III. p. MCDV. 5. OBLITVS MEDIOCRITATIS SVAE, VT NOMEN EIVS AETERNA DILECTIONE CALEBRARETVR, HOC MONIMENTVM INSTITVIT. & pag. MCCLI. 8.

F SI. MAIOR. AVCTORITAS
PATRIMONII. MEI. FVISSET
AMPLIORI. TITVLO. TE
PROSECVTVS. FVISSEM
CARISSIME. PATER.

apud Gruterum p. DCCLXXVII. MEMORIAM DEDIT QVALEM PAVPERTAS POTVIT. vide & Marm. Pisaur. pag. 174. sic PRO SVA COPIA in Inscript. apud Fontanin. de Antiqq. Hortae pag. 179. quid ille perperam interpretatur *pro familia*, *pro comitatu*. sed recte Bimardus Epist. I. ante Thesaur. Murator. pag. 34. explicat *pro modulo facultatum*, quem vide.

Pag. 134. col. 2. not. lin. 8. in Inscr. Muratoriana, pro ARAM APERVERIT forte corrigendum ARCAM. mox eidem notae in fine *addendum*: quamquam Philippus a Turre in Diss. de Colon. Forojul. p. 355 & 356. aliam etiam adferat Inscriptionem, in qua legitur, SI QVIS HANC ARCAM SIVE HOC MONIMENT. VENDERE AVT EMERE AVT EXACISCLARE VOLET. eique subjungat eamdem, quam ex Donio & Muratorio produxi, vocemque EXACISCLARE deducat ab *acisculo*, ut ab *ascia*, *asciolam* vocatam Isidori Glossae docent, alterum tamen EXACIARE praeferendum opinor. certe EXANCISCLARE vitiose dedit Sponius in Miscell. p. 294. vide & infra ad Ep. CLXXXVII. p. 138.

Pag. 136. in notis lin. 44. *post illa*, sunt ex usitatis, quae epitaphia saepe inchoant, formulis, *insere*, ut in Epigrammate Antholog. Graecae Lib. III. Tit. XII. Ep. 45.

Μή με θοῶς κόνιν ὧδε παρέρχεο τύμβον, ὁδῖτα,
Σοῖσιν ἀκοιμήτοις ποσσὶ κελευθοπόρει.
Δερκόμενος δ' ἐρέεινε, τίς ἢ πόθεν; Ἁρμονίαν γὰρ
Γνώσεαι, ἣ γενεὴ λάμπεται ἐν Μεγαροῖς.

quod sic vertit H. Grotius;

Ut me praetereas, ne sic properato, viator,
Indelassato qui pede pergis iter.
Respice, scire cupis, quis & unde? dicéberis esse
Harmoniam, Megaris sat mea nota domus.

ita enim interpretatus est, codicis Palatini lectionem secutus, *ἐν Μεγαροῖς*, non *ἐν μερόπεσσι*, ut vulgo editur.

Pag. 137. l. 15. in notis, post loca ex Grutero prolata, *adde* Sponium in Miscell. erud. Antiq. p. 128.

Pag. 138. l. 7. in notis. *adde*. sic & alias voces metri caussa contractas indicat Dresem. ad Joseph. Iscan. Lib. VI. v. 384.

Pag. 140. col. 1. in fine notae, post Ovidii locum adde illum Martialis Lib. IV. Ep. 57.

Tu colis Argei regnum, Faustine, coloni,
Quo te bis decimus ducit ab urbe lapis.

Pag. 141. col. 1. Not. l. 11. post Norisium ad Cenot. Pis. &c. *adde*, Sponium in Miscell. pag. 211. & Reines. ad Cl. VI. Inscr. pag. 431.

Ssss Pag.

Pag. 142. col. 2. not. l. 14. post Ovidii locum *adde*: sed Epist. XVII. 172.

Moribus & vitae credidit ille meae.

Pag. 143. col. 2. not. l. 11. post versum ex Epitaphio apud Gruterum & Pithoeum, adde illud ex alio Epitaphio Bassae apud Murator. T. III. p. 1645. 6.

Si quis forte mea gaudet de morte iniqua,
Huic sit iniqua Ceres, perficiatque fame.

ubi *perficiatque* mendosum videtur, & forte pro eo substituendum *excruciatque*. sic MORBO EXCRVCIATI in Inscr. apud Murat. T. III. p. 621. N. 12.

Pag. 145. Ep. CXCVII. in contextu v. 3. me mejas. *lege*, ne mejas.

Ibid. in not. col. 2. l. 14. post locum ex Inscr. Doniana, *adde*: Aristophanem in Vespis v. 393. *Καὶ μήποτί σε παρὰ τὰς κάννας 'ερέιω, μηδ' ἀποπαιδῶ.*

Pag. 148. col. 2. v. 8. Inscript. vet. PROCONSVLE ACHAIAE] vide Wesseling. ad Hieroclis Synecd. p. 643.

Pag. 150. col. 1. not. fine notae ad v. 46. *post illa*, eruditissimi Gorii notae. *addantur*: sed in illo monumento, ut alia haud pauca, exscriptoribus deberi corruptam lectionem ΚΑΙ ΔΑΜΑΤΡΙ ΚΑΙ ΧΘΟΝΙΑΙ, quasi a Cerere diversa esset Chthonia, legendumque esse ΤΑΙ ΔΑΜΑΤΡΙ ΤΑΙ ΧΘΟΝΙΑΙ, verissime monuit Celeb. Wesselingius ad Hierocl. Synecd. pag. 647.

Pag. 151. in nota ad Ep. CCII. l. 26. *post illa*, cum Inscriptione Pighiana consentit Codex Buchelianus] *addantur*: & Fabrettus, qui ex schedis Barberinis edidit cap. X. pag. 743. apud quem v. 2. legitur:

Quo repetente piam sedem nunc vivimus illic,
Et fruimur Superis &c.

Pag. 154. col. 2. not. ad Ep. CCV. post illa, omissa voce *hoc*. *adde*: ut & in Cod. meo Antiqq. Narbonens.

Pag. 156. in contextu v. 3. *magni, solatia luctus*, distinctione deleta corrige, *magni solatia luctus*.

Ibid. col. 1. not. ad Ep. CCVIII. Hoc modo legitur in N. Heinsii Inscriptionibus MSS. & apud Fabrett. &c. eadem nota post illa, posteriores duos tantum versus protulisse. *adde*: quem male secutus est Fleetwoodus pag. 307.

Ibid. col. 2. not. l. 4. post versum, *Justa Fatorum lege, parare suo*] adde: *Fatorum lex*, ut apud Senecam in Thyeste v. 74.

Quicumque poenas lege Fatorum datas
Fati juberis.

Ovid. Epist. XV. 81.

Sive ita nascenti legem dixere Sorores.

Albinovanus Epicedio Drusi V. 360.

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Pag. 160. in contextu v. 2. havist] *forte legendum* hausit.

Ibid. col. 1. notar. ad Ep. CCXIII. post, edidit Muratorius &c.] *adde*: & ex eo Bonada Vol. II. p. 392. qui initium sic exhibent &c.

Ibid. col. 2. *vulnus generis* hic eo sensu, quo apud Ausonium &c. *insere*, quo supra Ep. CLXXXII. *haeretque in pectore vulnus*, ut conjeci, pro *eritque*. & apud Auson. &c.

Pag. 161. ad Ep. CCXV. *Quid sibi vult* &c.] *initio notae adde*: Exstat apud Schradaeum in Monum. Ital. pag. 188.

Ibid. col. 2. not. l. 1. post verba ex Inscript. Muratorii PRAETORI NOMENCVLATOR. *insere*: quem miror in alia Inscriptione, quam adfert Tom. IV. pag. MMXLVI. 2.

M. SEIVS M. F. POM
NOMENCLAT. . . .]

Nomenclator accepisse pro cognomine.

Pag. 163. col. 2. not. l. 10. post Inscr. vet. *addatur*: & in alia, quam inveni in Cod. MS. Antiqq. Brixiens.

P. POSTVMIVS
HERMES. SIBI
ET. POSTVMIAE P.
LIB. POLITI. CAES. VXORI.

Pag. 164. col. 1. not. lin. 11. post Inscr. apud Gruter. p. DCLXII. & DCLXIII. *inseratur*: Restituenda forte haec vox Inscriptioni Thesauri Muratoriani Tom. IV. p. MMLXXXIII. 2.

D. M.
SVLPICIA. PARTH
ENOPAE. FRVCTVOSAE
ALVMNAE. SVAE. B. M.
QVAE. VIXIT. ANNOS
VIII. M. II. D. XV. QVAE. SV
PRA. MONNVLAM. SV
AM. SVPRAVIXIT. DIES XXIII.

ubi Muratorius MONNVLAM filiam vel ancillam Parthenopes fuisse conjicit. Sed corrigendum SVPRA MAMMVLAM SVAM. & de nutrice intelligendum.

Pag. 168. in notis col. 1. l. 21. fine notae adde: sic in Inscript. apud Muratorium Tom. III. p. MCCCLIII. 7. CONIVGI CARISSIMAE CONTRA VO-

VOTVM. pag. MCCCLXXV. 8. CONTRA VOT. PARAVIT. & p. MCDXIV. 8. VIX. ANN. XX. D. XX. OBIIT CONTRA VOTVM. & in Monumento Christiano Tom. IV. pag. MCMXXXII. I. CONTRA VOTVM FECERVNT. hanc enim formulam in Christianorum monumentis quoque usitatam fuisse docet Fabrettus cap. VIII. pag. 583. 584.

Pag. 170. notae ad Epigr. CCXXV. l. 19. post illa, quum in aliis Inscriptionibus CANANEFATVM occurrat, ut observat Gorius] *adde:* CAFANATIVM in lapide apud Murator. Tom. II. p. MXXXV. 2. ubi in nota subjecta monet apud Gruter. occurrere CANNANEFATVM. sed in illo marmore CAFANATIVM legisse Tartarottum.

Pag. 171. col. 1. not. l. 4. in Inscriptione, quam spuriis inseruit Gruterus] *insere:* quam profert Scip. Mazzella de Puteolis & Cumis pag. 19. Tom. IX. P. IV. Thes. Ital. sed quam spuriis &c.

Ibid. lin. 21. LENTO MORBO CONFECTAE divinavi] *adde:* sic MORBO EXCRVCIATI MORTE OBIERVNT in Inscr. apud Murator. T. III. p. MDCXXI. 12. quam inter adulterinas cur rejiciat Muratorius, propter adfectam MORBI mentionem, ut dicit, caussam equidem non video.

Pag. 174. col. 2. not. fine notae ad Ep. CCXXXI. post Inscriptionem ex Donio productam, *adde:* quem male secutus est Muratorius Tom. II. p. MCXCII. 9. quum ex Grutero aliisque integrum edere potuisset.

Pag. 179. in nota ad Ep. CCXXXVII. post Inscriptionem huic Epigrammati praefixam, & ex Grutero prolatam, *adde:* & sic legitur in Hieronymi Borsaerii inedito Insubricae Magnificentiae Theatro Lib. VII. Inscr. 10. ubi haberi in Aede D. Augustini adnotatur, & quarto Inscriptionis versu QVI VIXIT· cum lacuna vel macula in ultima litera vocis QVI. & margini adscriptum est legi in Codice Marlianorum. QVAE apud Cottam aliosque. In titulo igitur pro ROSCIO PRIMITIVAE FILIAE emendandum ROSCIAE. vel supplendum, ROSCIO FILIO ET ROSCIAE PRIMITIVAE FILIAE, ex ipsa Inscriptione carmini praefixa. deinde *corrige in nota:* Ex his patet &c.

Pag. 180. ad Ep. CCXL. FELICITATI. initio notae post, Pithoeus p. 131.] *adde* Aldus in Orthogr. in *pignus* p. 593.

In nota ad idem Epigr. v. 1. legendum conjeci, *quod caro e pignore restat*, pro vitiosa lectione, *quod cara pignora praestant.* Locis veterum, quibus emendationem firmavi, adde illud Senecae Hippol. 1254.

Complectere artus, quodque de nato est super,
Miserande moesto pectore incumbens fove.

Auctor Octaviae v. 71.

Nunc in luctus servata meos
Magni resto nominis umbra.

Lucanus Lib. II. v. 140. de Sylla,

Ille quod exiguum restabat sanguinis Urbi
Hausit.

Pag. 182. Ep. CCXLI. *Rapta sinu matris* &c.] Est hemistichium Ovidii XIII. Met. 450.

Rapta sinu matris &c. & plusquam femina virgo
Ducitur ad tumulum.

Pag. 185. col. 2. not. ad Ep. CCXLVI. lin. 23. statuendum esset, ut adfirmat etiam Phil. Buonarotti &c.] *insere*, ut censet Anglus anonymus in notis ad Delect. Inscr. Metr. ubi hoc Epigramma edidit N. XXX. & legendum opinatur,

Cui precor ad cineres sint ia, sintque rosae.

sed qua conjectura facile carere possumus. Graecam vocem hic quoque probabat Phil. Buonarotti &c.

Pag. 188. fine notae primae, post exempla Inscriptionum veterum, in quibus FELICITAS feminae nomen occurrit, adde illud ex Collectione Monumentorum & Inscriptt. antiq. apud Nobiliss. Comitem Oth. Fred. Lindenium:

D. M.
AELIA. FELICITAS
CONIVNX. IVLIANO. CONIV
GI. BENEMERENTI. HVNC
TITVLVM. FECI.

Pag. 189. col. 2. in nota ad Ep. CCXLIX. prope finem, post exempla Inscr. ex Muratorio, quatuor commata distincta instar notae septenariae ibid N. 10. &c.] *adde:* pluresque ad singulas voces Tom. II. p. MCCII. 9. & p. MCCXIX. 9. male enim haec saepe neglexisse Lapidum literatorum editores, merito queritur in nota ad Tom. II. pag. CMXCI. 3. vide Hagenbuch. Epist. Epigr. pag. 173.

Pag. 190. col. 2. not. lin. 28. edidit Labbaeus Thes. Epit. vet. &c.] *adde:* Anglus anonymus in Delect. Inscr. metr. N. XXVIII. p. 21.

Pag. 191. in notis ad Ep. CCLI. v. 5. *Hiscite, quid statis, terrae!*] post primum Ovidii locum ex Epistola Hypsipyles

Hiscere nempe tibi terra roganda foret.

inseratur: ubi probare non possum mirificam Barthii conjecturam ad Stat. V. Theb. 472. ex suo ingenio substituendum divinantis:

Syntia nempe, vel, *Synteis ante, tibi terra roganda foret.*

ut Lemnos intelligatur. Nihil isto desperatorum voto apud poëtas frequentius; & videtur hujus Epigrammatis elegantissimi auctor ante ocu-

los habuiſſe illud Virgilii Lib. IV. Aen. 24.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam.

Lib. X. Aen. 675.

— quid ago? aut quae jam ſatis alta dehiſcat
Terra mihi.

& XII. 883.

—— o quae ſatis alta dehiſcat
Terra mihi, mareque deam demittat ad imos.

Seneca in Oedipo v. 868.

Dehiſce tellus, tuque tenebrarum potens
In Tartara ima, rector umbrarum, rape.

& Troadibus v. 519.

Dehiſce tellus, tuque conjux ultimo
Specu revulſam ſcinde tellurem, & Stygis
Sinu profundo conde depoſitum meum.

Briſeis apud Ovid. Epiſt. III. & ſeqq.

Pag. 194. col. 2. in notis, l. 18. poſt Inſcriptionem ex Gudio, *adde.* & in alia apud eundem p. ccxcv. 6. quae etiam eſt apud Murator. Tom. II. p. MXXV. 1.

VARIAE. MONTANAE
QVOD. PAR. PARENTI. ERAT
FACERE. FILIAM
MORS. IMMATVRA. FECIT
VT. VIVERET. INFELIX. PARENS.

ubi pro VIVERET forte ex Inſcriptionibus hic prolatis ſubſtituendum FACERET.

In fine paginae ad Ep. CCLVI. poſt Fabricium & Pithoeum, qui hoc ediderunt, adde Smetium fol. 133. Inſcr. vet. ubi v. 3. *Bis ſenos completam annos.* ut & in cod. Bucheliano, pro *complentem.*

Pag. 195. col. 2. in fine notae ad Ep. CCLVII. poſt illa ex epitaphio apud Fabrettum *ſtamina ruperunt ſubito tua candida Parcae.* addatur, & ſic in Inſcriptione Catanenſi apud Nobiliſſ. Lancillottum Caſtell. in vetuſtis Siciliae Inſcr. Cl. XII. N. 4. p. 145. cui proſaicae Inſcriptioni fragmentum Carminis, ut ſaepe in aliis, inſeritur:

P. ANCITIO. P. F.
QVI. VIXIT. ANNIS
VII. ET. DIEBVS. VII
CVIVS. FVSIS VNDAS. RV
PERVNT. FILA. SORORES
CVIVS. FVNVS. MISERI. V
IDERE. PARENTES. ANCITIA
FORTVNATA. ET. CORNE
LIVS. NEPTVNALIS. FILIO
DVLCISSIMO. FECERVNT.

Pag. 196. col. 2. notar. l. 2. ubi in Inſcriptione Muratoriana corrigendum notavi SIT TIBI SVAVITER.] *adde*: quod firmetur ex lapide apud Gorium in Append. Inſcr. Flor. T. III. p. 301.

PRAECOR. VT. QVI
ESTIS. MANES
SIT. SVAVITER
ET. TIBI. BENE.

Pag. 197. col. 1. not. l. 5. *praepoſtera* fatorum *jura* vocat inverſa, & tenori naturali *contraria*] *adde*: ſic enim hic quoque emendari poſſet ea voce *conſtantia*, quae penitus importuna eſt. ut *contraria fata* dicuntur infra Ep. CCCXLIV.

Si non infelix contraria fata habuiſſem.

in Inſcriptione apud Murator. T. III. p. MCDL. 6. O. FATA. BREVIA. CONTRARIAQ. MIHI. QVAE. ME. LEVASTIS. PARVOLE. VITAE. MEAE. *praepoſtera fata* tamen hic praefero ex veſtigiis lectionis apud Riccium.

Pag. 198. col. 1. not. l. 27. poſt verba, hoc ſenſu, Quis non vidit bonos convivas ad meos jocos vultu ſemper hilari. & in noctem ſeram pervilligantes] *ſic corrige*, pro, privilligantes. & *adde*: talem indicari arbitror in mutilo lapide Foroliv ienſi apud Murator. Tom. II. pag. CMXLVI. 5.

DVM VIXI.... CANTAVI...
IAM DOCTVS NOTVS ET NOCTIBVS PERVIGILAVI.

quae ſic forte, ſi tantum in his vetuſtatis monumentis liceat, ſuppleri poſſent:

Dum vixi, ad menſas cantavi & pocula Bacchi,
Jam doctis notus, & noctibus' pervigilavi.

vel *noctibus evigilavi. doctis notus*, quia Homeri & aliorum poëtarum carmina ad menſam cantabant, vel praelegebant; ut mox in hoc ipſo Epigrammate,

Quondam ego Pierio vatum monumenta canore
Doctus cycneis enumerare modis.
Doctus Maeonio ſpirantia carmina verſu
Dicere Caeſareo carmina nota foro.

de quo vide infra ad Ep. CCCXLIV. pag. 255.

Pag. 199. in nota ad Ep. CCLXII. poſt Pithoeum Lib. III. p. 134. *adde* Labbaeum P. I. Theſ. Epit. vet. p. 26.

Pag. 203. lin. 22. poſt locum Virgilii, *Ambos florentes aetatibus*, adde: ſic *virgines forma excellentes*, & *excellente*, apud Livium Lib I. c. 9. § 11. ubi vide optimi & amiciſſimi olim Drakenborchii notas.

Pag.

Pag. 205. notae ad Ep. CCLXVI. *post illa*, in hunc censum illic nullo jure relati] *adde:* & in hanc classem retulit Fleetwoodus in Syllog. Inscript. p. 536. sed antiquis &c.

Pag. 206. col. 1. not. lin. ult. post Fleetwoodum *adde*, & in Marmoribus Strozzianis Vol. VIII. Actor. Societ. Lat. Jenens. N. CXIII. pag. 34.

Ibid. col. 2. post Inscript. *kari scripsere sodales* adde, & sic est apud Murator. T. III. p. MOXIII. 11.

Ibid. in fine illius notae post locum Propertii *Instat semper Amor supra caput* &c. *adde:* & hoc est quod dicit Seneca Lib. III. de ira cap. 42. *Stat super caput fatum, & pereuntis dies imputat, propiusque ac propius accedit.*

Pag. 209. in nota ad Ep. CCLXXI. l. 17. post, a Bened. Jovio collectarum, *adde:* & in Hier. Borsacrii inedito Insubr. Magnif. Theatro Lib. VII. Inscr. 27.

Ibid. col. 2. l. 27. *post illa*, flet soror comitata fratrem flentem, *adde*, ut apud Ovid. I. Trist. El. 3. 17. *Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat.* mox post locum Horatii, *flentibus adflent*, ut optime Bentlejus pro *adsunt*, infere: quod firmatur imitatione Auctoris Paneg. ad Pison. v. 47.

Flet, si flere jubes, gaudet gaudere coactus.

Pag. 210. col. 2. prope finem, in inscriptione apud Reines. *remanere in aeternum* &c. ubi *remanere in Aterno* legendum infra notabitur p. 273.

Pag. 213. col. 1. l. 17. post G. Fabric. ad Poët. Christ. p. 34. *adde:* & Sirmond. ad Sidon. Apoll. p. 146.

Pag. 215. col. 1. lin. 11. post locum ex Epitaphio veteri, *Contulerat tribuens omnia pulchra Deus.*] *adde:* plura vide infra ad Lib. VI. p. 629.

Pag. 220. Ep. CCLXXV. in titulo, L. VACTIVS NYMPHIVS] in meo codice Wittiano, L. VATTIVS NYMPHIVS. & v. 3. *finceri praestat honorem.*

Pag. 222. col. 1. l. 13. post locum ex Ep. CCLXVII. *At saevus Pluto rapuit me ad infera templa*] *adde*, sic Helena moritura ᾅδαν νύμφιον κατεγράφη, *Plutonem sponsum nacta*, apud Euripid Orest. v. 111. Huc refer illud quod supra Ep. CXXXIV. epitaphio Deiphobes:

Quae, dum vita fuit, Superos ipsumque Tonantem Torserat, inferno nunc movet arma Jovi.

Pag. 223. in fine notae ad Ep. CCLXXXIX. *adjunge:* AMPHIO & ZETHVS fratres etiam occurrunt in Epigrammate Graeco, quod ex Cod. Palatino produxit Bachetus ad Diophanti Alex. Arithmetica pag. 369. N. XLIII. & in veteri Inscriptione apud Fabrett. pag. 9. Gorium T. I. Inscr. Flor. 92. & Murator. T. III. pag. MCDXXIII. 8.

V. AMPHIO. SIBI. ET. ZETHO
FRATRI. SVO. ET. ALEXANDRO
ET. V. ONESIMAE. SVIS.

ex quo colligas eosdem esse, quia illic etiam frater Alexander & soror Onesima memorantur, quod convenit versui tertio *valeant fraterque, sorores.* vel *sororque*, ut legi etiam posset.

Pag. 224. in nota ad Ep. CCXC. post, Bonada Vol. II. p. 413 *adde:* bis legitur apud Murator. Tom. II. p. MVI. 3 & MXV. 4. sed ultimo loco CORSICI pro COAISCI, & vitiose *faecere* pro *flectere*.

Ibid. col. 2. ad Ep. CCXLII. post Bonadam *adde:* & in Indice ad Gudii Inscript. pag. CIX.

Pag. 226. ad Ep. CCXCVII. IVLIAE HELPIDIS, *Ossa pia cineresque* &c.] sub titulo FAVSTAE RVFFINAE legitur apud Reines. Cl. XVII. 167. pag. 860. qui legit *Ossa piae*, Ruffinae nempe. pro OSSA PIA, ut habetur apud Murator. T. III. p. MDCLXXIV. 2. & p. MDCXC. 11. ubi tamen recurrit sub titulo IVLIAE HELPIDIS, non FAVSTAE RVFFINAE, ut priore loco. pro quo IVLIA HELIS vitiose ex schedis Langermanni adfert Reinesius.

Ibid. Ep. CCC. *Heu positae*] *Hac positae* vitiose adfert P. Merula de Legib. Rom. cap. IX.

Pag. 228. fine notae ad Ep. CCCVI. de nomine CARPI in Inscriptionibus non infrequenti adde Gonsal. ad Petron. cap. 37. pag. 123. & sic L. OFILIVS CARPVS in antiqua Inscriptione, quam Bruxellis in Aede D. Michaëlis Jesuitarum, ab Alberto Archiduce exstructa, descripsi inter alias ex marmoribus vetustis, muro infixis ante Bibliothecae introitum;

DIS. MAN.
L. VOLVSI
SAVERI. VIX.
ANN. V. M. VIII.
D. XVIII. FECER
L. OFILIVS
CARPVS. ET
VOLVSIA. PAVLI
NA. FIL. DVLCISS.

Pag. 230. Ep. CCCIX. *Sic pia, sic felix* &c.] legitur etiam in Monum. Illust. Viror. Trajecti N. 107. v. 3. *dolor intimus* pro *anxius* adfert etiam Cerda ad Virg. VI. Aen. 429.

Pag. 231. col. 2. not. l. 5. τοῖς ἐυχροῦσι] *corrige* ἐντυχοῦσι.

Pag. 232. Ep. CCCXII. HATERIA TELETE] praeter Pithoeum aliosque, qui hoc produxerunt, ad-

 de

de Apianum p. CCCI. 3. Gruter. p. DCLXXXIX. 4. apud Muratorium vero Tom. II. p. MCXXIX. 3. vitiose ALTERA TELETE excusum legitur.

Pag. 233. in contextu v. 7. *cunctarum forte fuissem*] lege, *forte*.

Ibid. Ep. CCCXVI. *Detrahe serta comis* &c. & seq. *Viximus ad ratum* &c.] duo haec Epigrammata edita fuisse in Philosoph. Transactionibus Vol. LIII. pag. 213. indicavit mihi Ampliss. &, dum viveret, amicissimus Ger. Meermannus, cum aliis Inscriptionibus Romanis, in regno Tunetano in Africa ex marmoreo sepulcro descriptis an. 1730. per Doctorem Carilos, natione Madritanum, nunc Medicum Principis Tunetani, & cum Regia Societate communicatis per Joannem Locke. Dicuntur autem adhuc superesse in ruinis antiquae Thuggae, (*Zugar* edidit Maffejus) quae hodie ab Arabibus corrupte *Tucca* vocatur. v. 1. illic vitiose, *amorum apta tuorum*. v. 3. *Non manus id alia.... improba virga*. deleta voce *lasciviat*. v. 4. vitiose *Nec fiat*. cetera ibidem mendosissima etiam circumferentur,

Julius hoc feci, Mellitus qui vocor olim,
Cupito patri, Matri Venuste meae.
Me posui conjugem meam mihi Juncta rogatam,
Ut sit in aeternum condita fama loci.

Sequenti alterius lateris Epigrammate v. 1. melius legitur,

Viximus ad satiam.

malim tamen *satiem*, quia *satiatem* hoc casu dixit Lucretius. certe hoc praeferendum alteri lectioni, *Viximus ad ratum*. prima male producta. *saties* enim aeque ac *satias* vox est veteribus usitata. de qua vide Lambin. ad Lucret. Lib. II. pag. 271. & notas doctor. ad Livium XXVII. 49. hujus autem Epigrammatis versus quatuor ultimi portentose corrupti ibidem sic proferuntur,

Vi te Gafriane excolerem titulosque relinquam
Vivos, vi hoc facerem fata &c.

& v. ult.

Cum moriar Manibus jaceant fossa quieta mihi.

pro *ossa*. & voce *Manibus* male inserta, forte quia DIS MANIBVS praefixum vel subscriptum erat. Haec vero in regno Tunetano reperta Epigrammata cum multis aliis Inscriptionibus ibidem edita, in Shawii tamen Itinerariis non occurrunt, ut nec tertium, quod in iisdem Transactionibus pag. 224. in praedio *Caserim* dicto in quadam turri exstare dicitur, in cujus cacumine Galli gallinacei figura erat, inscriptis nonnullis distichis, quibus vitae fragilitas & miseria deploratur, ut constat ex his fragmentis,

Cujus si membris vocem natura dedisset,
Cogeret hic omnes surgere mane Deos.
Octo, Secunde, geras multos feliciter annos,
Et quae elegisti haec monumenta legas.

primo versu adluditur ad lapideam illam Galli figuram. tertio *Secundus* est *Flavius Secundus*, cui posita est Inscriptio ibidem exhibita, valde tamen suspecta, cui hi versus subjiciuntur.

Pag. 235. notae ad Ep. CCCXIX. *adjice*: edidit etiam nuper Nobiliss. Lancillottus Castellus in vett. inscr. Siciliae Cl. X. N. 38. pag. 128. apud quem additur, VIXIT ANNOS XVIII. & ultimo versu emendat,

Sis levis in tenero corpore deposito.

Pag. 231. notae ad Ep. CCCXXIV. lin. 19. *post*, in alio lapide apud Maffej. in Museo Veron. p. CLIII.] *adde*: sic POMPEIAE SYMPHERVSAE apud Gruter. p. DCCCXVII. 6. & Murator. T. II. p. MXII. 1. CYMΦEPOYCA in eodem Muratorii Thesauro p. MCCXIX. 3. & VERGINIA SYMPHERVSA pag. MCCXXV. 9.

Pag. 239. in contextu l. 6. ATTEIVS PHILOLVGVS DISCIPVTVS] corrige, PHILOLOGVS DISCIPVLVS.

Pag. 240. col. 1. notar. lin. 17. post Phaethontis epitaphium ex Ovidio *adjice*: Et hinc explicandum puto Monumentum Dortonense P. AELII SABINI, nobilis adolescentis, quod ei posuit ANTONIA THISIPHO MATER, editum a Mabillonio in Itin. Ital. Tom. I. Musei Ital. pag. 223. in quo quia Phaëthontis casus conspicitur insculptus, simili procul dubio, quo in hoc Epigrammate Florus, eum fato periisse indicatur.

Pag. 241. col. 1. notae ad Epigr. CCCXXIX. l. 22. post, jam produxerat Smetius &c.] *insere*: & eodem modo, quo Broukhusius, hanc Inscriptionem, Romae in aedibus Porcariorum adhuc exstantem, explicuit Mabillon in Itin. Ital. pag. 77. Tom. I. Mus. ubi & loca veterum scriptorum adfert de hac in Deos querela propter inmaturos obitus.

Ibid. col. 2. notar. l. 7. post Sophoclis & Senecae loca de Sole scelerum indice & ultore invocato, *adde*: Huc refer fragmentum illud Ennii ex Medea Exsule, inter Collectanea Tragicor. pag. 25. ed. G. I. Vossii,

Jupiter, tuque adeo summe Sol,
Qui res omnes inspicis,
Quique tuo lumine
Mare, terram, ac coelum
Contues, hoc facinus despice,
Priusque fiat, prohibisce.

sic enim ultimos versus in notis suis ineditis constituebat P. Scriverius. vel potius hunc in

in modum,

——— *Jupiter*,
Tuque adeo summe Sol, res qui omnes inspicis,
Quique tuo lumine mare, terram, ac coelum contues,
Hoc facinus, hoc, priusque fiat, prohibe scelus.

hinc Pelias apud Valer. Flac. I. 44.

Hunc ferus Aeetes, Scythiam Phasinque rigentem
Qui colit (heu magni Solis pudor!) hospita vina Inter, & attonitae mactat sollemnia mensae.

supra Ep. CCLI. de Puero a Matre mactato:

——— *vosne potestis*
Adspicere haec aequis Sidera luminibus.

sic scribe, ut Sol & Luna, clarissima mundi sidera, intelligantur.

Pag. 245. col. 2. not. l. 11. post Boissard. P. V. Antiqq. Tab. 77. *adde:* sic LARCIA L. F. VXOR in sepulcrali lapide apud Mabillon Itin. Ital. T. I. Mus. Ital. pag. 155.

Pag. 252. Ep. CCCXLII. MACRI MEDICI] male de Aemilio Macro, qui carmine Medico de Herbis scripsit, capiebat Pithoeus in notis MSS. ad exemplar ed. suae Epigr. vett. quod est in Biblioth. Reg. Paris.

Ibid. col. 2. notar. l. 24. post Virgilii loca adjice hunc Ciceronis valde adpositum & egregium Lib. III. de Orat. cap. 2. de morte L. Crassi: *Fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriae, grave bonis omnibus: sed ii tamen Rempublicam casus secuti sunt, ut mihi non erepta L. Crasso a Diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. Non vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem invidia Senatum, non sceleris nefarii principes civitatis reos, non luctum filiae, non exsilium generi, non acerbissimam C. Marii fugam, non illam post reditum ejus caedem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse florentissima multum omnibus gloria praestitisset.* & cap. 3. sub finem: *Ego vero te, Crasse, cum vitae flore, tum mortis opportunitate, divino consilio, & ortum & extinctum esse arbitror. Nam tibi aut pro virtute animi, constantiaque tua, civilis ferri subeunda fuit crudelitas; aut si qua te fortuna ab atrocitate mortis vindicasset, eadem esse te funerum Patriae spectatorem coëgisset; neque solum tibi improborum dominatus, sed etiam propter admistam civium caedem victoria maerori fuisset.* & huc facit illud Taciti de morte soceri sui Agricolae, in Ejus vita cap. 44. fin. & init. cap. 45. *festinatae mortis grande solatium tulit, evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus velut uno ictu rempubl. exhausit. Non vidit Agricola obsessam Curiam, & clausum armis Senatum, & eadem strage tot Consularium caedes, tot nobilissimarum feminarum exsilia & fugas.* ubi forte *nobilissimarum familiarum* emendandum pro *feminarum.*

Pag. 253. col. 2. ad Ep. CCCXLIII. fine notae de Iguvio *adjice:* plura de ratione, qua oppidi hujus nomen, in vetustis Auctoribus passim corruptum, sit scribendum, dedit Augustinus Steuchus Eugubinus, sub finem praeclari Operis de perenni Philosophia, editi Basileae 1542. qui est ille Augustini Steuchi, hodie minus cogniti, Commentarius de *Iguvio*, vel *Eugubio*, quem memorat, sed non vidisse se scribit Malaespina ad Cic. VII. ad Attic. Ep. 13. p. 169. ubi vocat *virum omnium literarum copia & varietate instructum, & praeceptorem suum.* praeclare de eodem Augustino Steucho judicat Morhofius T. III. Polyhist. cap. 1. §. 4. p. 526. licet aliter de illo censeat Vossius Epist. LXXVIII. p. 125. eumque valde traducat J. Calvinus Lib. IV. Instit. Relig. Christ. cap. XI. p. 786. quae discutere hujus loci non est.

Pag. 255. col. 2. not. l. 13. ubi de nomine *Hilari* pro *Hyari*] post Ald. Manutii Orthogr. p. 406. *adde:* sic M. LICINIVS HILARVS in vetustissima Inscriptione, quam Bruxellis ante hoc biennium in Templo D. Michaëlis Jesuitarum descripsi:

D. M.
T. AELIO. AVG. LIB. PRIAMO
ET. SEX. CLODIO. EVTYCHETI
AMICIS. EXIMIAE. PIETAT
BENE. MERENTIBVS. M.
LICINIVS. HILARVS. LOCO
DONATO. TITVLVM. POSVIT.

Pag. 256. col. 2. not. l. 22. post Inscriptionem a Bonada ex Benedicti Zobli Collectaneis MSS. prolatam, *adde:* & hoc modo reperi hanc Inscriptionem adposito disticho in alia parte lapidis quadrangularis apud Hier. Borsaerium Lib. VIII. inediti Thes. Insubr. Magnif. Inf. 3.

Pag. 257. col. 2. l. 15. in quo Opere etiam alibi memoratur Inscriptio ex eodem Jovio producta] *lege*, etiam saepius adferuntur Inscriptiones, ex eodem Jovio productae.

Pag. 259. col. 1. not. in fine: post, & sic Ferret. Lib. III. p. 108.] *adde:* & Fleetwood Syllog. Inscr. p. 311.

Pag. 262. col. 2. notar. post Inscr. vet. in qua occurrit, ET. ETIAM. ME. FATO. SVADERE. VELIT] *adde* ubi FATV in aliis, vel ADVATV. ut Gronov. in Diatr. Stat. p. 123. quem vide.

Pag.

Pag. 263. Ep. CCCL. v. 5. Epitaphio Manfridi Tonsoris:

Ars speculi, pecten, periere novacula, thecae,
Et simul hic mecum cuncta sepulta jacent.

haec forte referenda sunt ad morem, quo solebant sepulcria insculpi instrumenta doctrinae vel artis, quam quis exercuerat, quod in Delineationibus Marmorum, quae Artificum epitaphia exhibent, apud Gruterum aliosque non raro conspicitur. hinc Archimedis sepulcro sphaeram & cylindrum, additis aliquot versibus senariis, insculpta refert Cicero V. Tusc. cap. 23. sic remi & rostra navium appingebantur sepulcris nautarum, vel naufragorum. ut patet ex Epigrammate in Lib. III. Anthol. Graec. Tit. XXII. N. 13. ubi vide Brodaei notas. vel simplicem etiam literam nominis initialem Feminarum tumulis incisam, praesertim si famosae fuissent, ut Λ Laidos, Φ Phydis, & sim. colligi potest ex Agathiae Epigrammate in Laïda Lib. III. p. 327. & Alcaei, si illius sit, de Phyde p. 331. ed. Obsop.

Pag. 264 col. 2. not. l. 14 post, Murator. T. I. p. DXVI. 3.] *adjice*: & Tom. III. pag. MDCXXXIII. I. LOCVM HOMINIBVS N. VIII. quod bene exponit *hominibus numero* VIII. pag. MDCCXVI. 12. COLVMBARIA POSVIT NVMERO VI. p. MDCCLVI. 7. OLLAE NOMERO XXIII. & NVMERO XIII. bis occurrit. & OLLAR. NVMERO LXVIII. p. MDCCLII. 2.

Pag. 265. col. 2. in fine notae ad Ep. CCCLII. *addatur*: sed *Ikadium* esse nomen diminutivum, ut *Philematium*, *Glycerium*, *Philaenium*, *Eustochium*, & sim. Graecis in ΙΟΝ terminata, censet Janua Vincentius Meola, in Additamento Epistolae pag. 41. & 42. Cajetano Migliore inscriptae, quae legitur post Eius Differt. ital. supra Gabbiuole degli Uccelli, Neapoli non ita pridem excusam an. 1767. de quibus nominibus illic erudite disseruit.

Pag. 269. fine notae ad Ep. CCCLIV. *adde*: reperitur autem in eodem Muratorii Thesauro Tom. IV. pag. MMLVIII. 4. ubi vers. primo *lapillo* & v. 2. vitiose *quaem afrens fato*. v. ult. *Hunc casus*.

Ibid. Ep. CCCLV. *Hoc mihi noster Herus* &c.] vide quae ad hoc Epigramma notavit Eruditiss. Herm. Cannegieterus Observ. Juris Rom. Lib. II. cap. 19. p. 100. qui profert illud ex Actis Lipsiensibus, sed in quibus versibus aliquot deficientibus editum est.

Pag. 272. col. 1. in nota ad Ep. CCCLIX. l. 15. continebant Excerpta ex Hier. Borsaerii & seqq] *Haec ita mutanda sunt*; Eacerpta ex Hier. Borsaerii inedito Theatro Insubricae Magnificentiae, ubi eodem modo legebatur Lib. XII. Inscr. 35. ut illud edidit Pithoeus, &c.

Pag. 273. col 1. lin. ult. notae ad Ep. CCCLX. post illa ex Holstenio adfert Fabrettus cap. VI. p. 473. *adde*: & de *Aterno*, hodierna *Pescara*, arce munitissima inter Atriam & Ortonam, ad ostia fluminis hujus Aterni, vide Angeli Nucei notas ad Chron. Monast. Casinens. pag. 304.

Pag. 274. col. 2. l. 7. post versus ex epitaphio Pomptillae *comitata maritum* &c.] *adde*: prima igitur hujus verbi syllaba praecedenti voci *tecum* male adhaesit, pari fere errore, quo in loco Ovidii Lib. II. Fast. 246. *Quae tibi cur tria sint tam sociata canam*, ex codd. MSS. restituit Heinsius *consociata*, ut hoc loco *te concomitata* emendandum conjeci, pro *tecum comitata*.

Ibid. Ep. CCCLXI. v. 4. *quos coquit ipse dolor*] vide Barth. ad Stat. II. Th. 330.

Pag. 276. Ep. CCCLV. & Ep. CCCLVI.] *corrige* Ep. CCCLXV. & Ep. CCCLXVI.

Pag. 278. col. 2. l. 5. in monumento Christiano apud Fabrett. &c.] *adde*, & Murator. Tom. IV. pag. MDCCCLXI. 5.

Pag. 280. Ep. CCCLXXIX. v. 1. *Zmyrna puella tenebris*] corrige *Zmyrnea*.

Pag. 281. col. 1. l. ult. post, versu primo *morum specimen* emendandum pro *speciem*]. *adde*: vide ad Propert. IV. El. XI. v. 93.

Filia tu specimen censurae nata paternae.

ubi pari errore *speciem* olim legebatur.

Pag. 282. Ep. CCCXXXV. *Nimbifer ille Deus* &c] notae ad hoc Epigr. *adjice*: legitur in Antonii Summontii Descriptione Neapolis, Italice ibidem edita 1602. Lib. I. cap. IX. p. 358. qui testatur in veteri marmore, an. 1560 reperto, lectum fuisse obscurissimum hoc, ut merito vocat, Epigramma.

Pag. 285. col. 1. not. prope fin. post, *Functorum populus* legitur in MSS. non *Umbrarum*] *adde*: vid. Heins. Lib. I. Advers. 17. p. 168.

Pag. 286. col. 2. l. 30. post versus ex Pithoeo & Grutero, *Nec jussa hoc testamento* &c. *addatur*: sic in inscriptione Thyatirena apud Peissonnellium eruditis Observ. Histor. & Geogr. Gallice scriptis, pag. 289. & 290.

C. IVLIVS. CRESCENS &c.
FRATER. ET. PRIMVS. HERES. EX
TESTAMENTO. IVSSVS. POSVIT.

Pag. 289. col. 1. in fine, *adde*: vide & Mabillon Itin. Ital. Tom. I. Musei Ital. p. 174.

Ibid col. 2. l. 42. *communis funere lethi*] scrib. *lecti*.

Pag.

Pag. 290. col. 2. l. 3. post illa, in Cod. Leidensi. *quos nec praecederet Eurus*] *adde*: & sic ex eodem, ni fallor, MS. legendum monuit Cl. Valckenarius Diatrib. in Euripid. Dram. perd. Reliq. pag. 107. ubi plura.

Pag. 291. Ep. cccc. v. 1. *sepulcorum*] corrig. *sepulcrum*.

Pag. 293. col. 2. l. 12. post locum Propertii *adde* alterum ex eodem Lib. IV. El. 5. 71.

Et canis in nostros nimis experrecta dolores,
Quum fallenda meo pollice claustra forent.

tum fine hujus notae *adjice*: alia Canibus posita Epitaphia adfert Barlaeus Epist. 234. p. 500 & 501.

Pag. 294. In Notis ad Ep. cccv. post inscriptionem Epitaphii Philomelae positi, & ex Graevii Epistolia ad Gudium prolatam, *insere*: & ex iisdem Graevii ad Gudium literis legitur etiam in Praef. Hesselii ad Gudii inscriptt. pag. 8 & 9. & in Epistolis Graevianis cura Cel. J. A. Fabricii collectis Ep. LXXII. p. 465. ex villa Justinianea, sic ut ipse illic eam legit, adfert Alb. de la Motraye in Itinerib. Tom. I. pag. 59. apud quem v. 5. CANTATRICI pro CANTAICI. v. 8 & 9. SUMMERSAE HAV MISELLA AVICVLA. non MISERA. ut etiam apud Hessel. v. 13. LEPTYMIS LOCVMENTA. v. 14 & 15. CLAVSIS OCELLIS LVSCINIA PHILVMENAE desiderantur apud Hessel. PHILUMINA apud Motrayum. & v. 19. KARISSIMAE. & mox IOCVNDISSMA v. 22. ALANDA PERSONANS. & v. 24. CAVE AVIS AVIA AVERNA apud eumdem Motrayum & Hesselium.

AD LIB. V.

Pag. 295. notae ad Ep. 1. *adde*: conferri merentur hi versus cum Carmine in laudem Solis apud Marcian. Capellam Lib. II. pag. 43.

Pag. 298. in notis lin. 23. post, vide Weitzii Indicem ad Dracont. pag. 83] *adde*, & Rivini notas ad ejus Hexah. Lib. I. v. 91.

Ibid. col. 2. l. 32. post Statii locum, *adde*: hinc queritur Priapus in Lusibus liberis Ep. LXIII.

Parum, quod acta sub laboribus luce
Parem diebus pervigil traho noctem.

Pag. 299. notae ad v. 45. l. 21. post verba, metro vim adferi] *adde*: licet in idem vitium inpegerit Marcianus Capella Lib. II. p. 28. ed. Grot.

Et matutina greges quatiunt in pascua caulas.

ubi *greges* delet, vel *matutinos* legit Daumius ad Bernardi Geystensis Palponist. Lib. II. 191.

Ibid. In fine col. 1. post locum ex Aratei Phaenomenis *mundo sua lumina praestat*, *adde* illud Claudiani II. R. P. 44.

Hic Hyperionio Solem de semine nasci
Fecerat.

Ibid. col. 2. ad v. 48. ubi conjeci,

Sol cui mergenti servat maris unda teporem,

post verba, se mergat Oceano. *insere*. huc refer illud Bedae in libro de Temp. Rat. cap. 3. pag. 48. Tom. II. oper. *nisi forte poëticis figmentis cor (lege eo) inclinandum est, ut credamus Solem mari se immergere, atque inde iterum ex alia parte mane surgere.*

Pag. 302. Ep. IV. *Extulit Oceano caput*] an forte *Exseris*? vide Heins. ad Ovid. II. Fast. 149.

Ibid. col. 1. not. l. 10. post Spanhem. Tom. I. p. 287] *adde*: hinc *ignicomus* Sol poëtis dicitur. Fulgentius Mytholog. Lib. I. pag. 23.

Solverat ignicomus, mundi regione peracta,
Quadrupedes, gelidumque rotis tepefecerat orbem.

sic enim pro *ignivomus* praefert Munckerus ex conjectura Heinsii: quem vide Lib. II. Advers. cap. 2. pag. 210.

Ibid. col. 2. notae ad Ep. VI. post, *Nox habitu astrifero* &c.] *insere*, sed vulgata firmari potest ex Ovidio IV. Fast. 721.

Nox abit, exoriturque Aurora. Palilia poscor.

ut in MSS. pro *Nox abiit, oriturque*.

Pag. 303. col. 1. not. ad Ep. VII. lin. 15. post Epigr. v. *Infecit coelum lutea sidereum*, adde: Pacuvius Thyeste apud Fulgent. de Serm. Antiq. in *Luteum*, p. 568. ed. Merc. *Non illic luteis Aurora bigis*. sic *lutea Iris* Ausonio in Mosella v. 111.

Puncta notant tergum, qua lutea circuit Iris.

Pag. 305. col. 2. l. 20. post, Macrobius Lib. VI. Saturn. cap. 5.] *adde*: Seneca Oedipo v. 254. de Sole & Luna:

Tuque o sereni maximum mundi decus,
Bis sena cursu signa qui vario regis. &c.
Sororque fratri semper occurrens tuo
Noctivaga Phoebe.

Pag. 307. col. 2. ad Ep. XV. l. 8. nono *Chloris* pro *Choris*] haec deleantur.

Pag. 314. Ep. XXXIII. v. 2. *Cancri gemmantis imago*] forte *flammantis*.

Pag. 315. Ep. XXXIV. v. 6. *Semifer arcitenens subit*] legendum *Semivir*. ut Chiron, qui *arcitenens* est, etiam *Semivir* dicitur Ovidio Lib. V. Fast. 380.

—— promet sua sidera Chiron
Semivir, & flavi corpore mistus equi.

ubi *Semifer* alii. ut apud Statium Lib. II. Sylv. I. 89. edidit Marklandus,

Semifer Aemonium vincebat Pelea Chiron.

apud Ovidium Epist. IX. 141.

Semivir occubuit in letifero Evena Nessus.

ubi Nessus, Centaurus biformis, recte *Semivir* dicitur, ut passim de Centauris, quibus φύσιν σύμφωνον ἵππυ ϗ ἀνδρὸς dat Palaephatus de Incred. cap. 2. & ex eo Apostolius Cent. XI. Proverb. Gr. §. 33. Errant igitur, qui in utroque Ovidii loco *Semifer* praeferunt. & a *fero* pro equo deducunt. certe in altero loco *Semifer* Nessus & *letifer Evenus* parum concinne uno eodemque versu conjunguntur. apud Senecam Herc. Oet. 1470. editur vulgo, de eodem Nesso:

Cruore tincta est palla semiferi, pater.

ubi etiam corrigendum videtur *Semiviri*. & v. 926

Pro Nesse fallax, atque semiferi doli!

merito enim dubitare licet, an *semifer*, a *ferus*, pro equo, proba latinitate dicatur, pro *semiferus*, quum adjectiva illa in *fer* desinentia, *letifer*, *mortifer*, *salutifer*, & sim a verbo *ferre*, non a *ferus* deriventur. recte igitur Jano Dousae id neganti adnuit Barthius ad Claudian. pag. 500. & 827. Lucanus Lib. VI. 386.

Illic semiferos Ixionidas Centauros.

ubi *semiviros* praefero ex Cod. MS improbante licet Oudendorpio, qui Centauros *semiferos* ideo dictos censet, quia *semiviri* vocantur eunuchi: quum tamen *semivir* etiam de Minotauro apud Ovid. II A. A. v. 24.

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

ex quo loco clare patet, *semivirum* scribendum, & aeque de Centauris parte viris, parte equis, dici, quam de eunuchis.

Pag. 318. Ep. XL. DE SIGNIS COELESTIBUS] Hoc Epigramma postea etiam inveni in codice Meermanniano, sub titulo VERSUS DUODECIM DE SIGNIS. in quo v. 1. *obscuro lumine lambens.* v. 2. *Infelixque genu*, pro quo forte legendum, *Inflexusque genu.* v. 4. *Cancer* pro *Cancri.* v. 5. *Hunc subterfulgens cedit vis torva Leonis.* sed pro *cedit* forte *condit* legendum. v. 10. *vada respergit* in eodem cod. sed duo ultimi versus corruptissimi sunt. in cod. Meermanniano,

Umidus inde locum conlucet Aquarius orbem.

quae sensu commodo destituuntur, & sic forte restituenda sunt,

Humidus (vel *Uvidus*) *urceolo conlucet Aquarius, orbem*
Exin flammiferum supremi cludere Pisces.

urceolo firmatur ex Epigr. XLIV. ubi *Portitor urceoli* vocatur Aquarius. & sic conspicitur in Imaginibus Signorum Coelestium in Arateorum Syntagmate Grotiano, & Hygini Poëtico Astronomico pag. 418. ed. Munckeri. deinde *supremi Pisces*, quod conjeci, dicuntur, ut Epigr. XXXI.

Et juvenis gestator aquae, Piscesque supremi.

Ep. XXXII. *Piscesque novissima forma.* Ep. XXXVIII. *Pisces postrema figura.* Ep. XXXIX. *& Pisces ultimus orde.* denique *cludere*, id est claudere, elicui ex vulgato *ludere.* nam sic Pisces *claudentes ultima signa* dicuntur Manilio Lib. I. 274. Lib. IV. 273.

Ultima quos gemini producunt sidera Pisces.

v. 329. *Quem subeunt Pisces extremo sidere Cancri* & v. 358 *Pisces, qui sidera claudunt.* possis etiam pro *serpentes ludere Pisces* substituere *vergentes cludere Pisces.*

Pag. 319. Ep. XLI. CICERONIS DE XII. SIGNIS, v. 4 pro *Aridaque aestatis Gemini primordia pandunt* legendum forte *Aureaque.* qualem librariorum errorem correxit etiam Broukhusius apud Propert. Lib. II. El. 2. 34. deinde v. 9. emendandum videtur

——— *aequatque diurna*
Tempora nocturnis dispensans sidere Libra.

hoc est, quod in noto illo Virgilii,

Libra die somnique pares ubi fecerit horas.

versum duodecimum mendosissimum vulgatae exhibent editiones: quem sic emaculare tentabat Janus Helvetius, amicus noster prae ceteris, cujus singulares ingenii ac doctrinae dotes invidioso nuper sepulcro conditas mecum indoluerunt Musarum cultores;

Bruma Getas glacians jubar exspirat Capricorni.

vel *aspirat.* cui conjecturae favet cod. Vossian. in quo *jubar & aspirans.* neque tamen displicet etiam Heinsii emendatio, quam in notis proposui

Pag. 320. notae ad v. 13. *Quam sequitur nebulas rorans* &c. adde, *nebulas rorans* eleganter, ut *rorare liquores*, *mella*, & sim. vide Muncker. ad Fulgent. Praef. Mythol. Lib. I. pag. XI. Heins. ad Ovid. X. Met. 508. ad Claudian. I. in Ruf. 383. & ad Valer. Fl. Lib. V. v. 416.

Ibid. Ep XLII. DE PLANETIS] conferri meretur cum Epigrammate Graeco de VII Planetis, in Anthologiae Graecae Mantissa Ep. 2. pag. 3. ed. Obsop. quod quia prolixius est, illud tantum

tum

tum hic adferam ex magni H. Grotii interpretatione inedita:

DE SEPTEM ERRANTIBVS STELLIS, EARVMQVE VI ET AFFECTIBVS.

Orbis in aetherii texta septena vagantur
Sidera, queis longum pariter convolvitur aevum:
Saturni sidus grave, Solis dulce, Dianae
Noctivagum, Veneris fax pronuba, Mars deus audax,
Mercurius volucer, nascendi Jupiter auctor.
Divisere homines stellae quoque, ut omnibus insint.
Saturnus, Sol, Luna, Venus, Mars, Jupiter, Arcas.
Aetherio nobis namque haec a semine manant
Ortus, vox, lacbrymae, risus, sopor, ira, Cupido:
Saturnus lacbrymae: Mars ira, Diespiter ortus:
Mercurius vox: Luna sopor: Cytbereia cupido.
Sol risus: nam Sole simul mortalia secla
Omnis & immensi laetatur machina mundi.

Pag. 321. Ep. XLIII.] totum hoc Epigramma Epistolae ad Sethum, seu Carm. II. v. 61. & seqq. inseruisse Columbanum notavi infra ad Ep. LXV. pag. 349. ubi etiam variantes lectiones ex eo recensui. & vide Cl. Bondamium Lib. II. Var. Lect. cap. 7. p. 200 & 201.

Ibid. Ep. XLV. v. 5. *mensem pensare bilibri*] lege, *pensatque*.

Pag. 323. col. 2. not. l. 4. ubi de Sisebuto, post illa, vide & Murator. Anecd. Lat. &c.] *haec inserantur*: & sic in Isidori Codice Groningano ad finem Lib. III. subscriptum erat, *Quinta pars hujus Libri III. quae complectitur De Natura rerum Librum ad Sisebutum, sive qui alias vocatur Astronomicus.* qui in ed. operum Isidori p. 246. exstat. vide Fabricii Biblioth. med. & infim. Lat. Tom. IV. p. 546. sic apud eumdem Isidorum circa finem Lib. V. post divisionem sex aetatum subscribitur: *Colligitur omne tempus ab exordio mundi in praesentem annum decimum gloriosissimum* (scrib. *gloriosissimi*) *Principis, qui est Eraclius.* ubi Bonav. Vulcanius in sua ed. pag. 121. notavit: *In aliis exemplaribus additum invenio post Eraclius an.* XXVII. *haec verba: Hujus quarto & quinto religiosissimi Principis Sisebuti in Hispania Judaei baptizantur. aliud vera exemplar pro* Sisebuti *habet* sepulti. Ista autem verba etiam adduntur in MS. Codice Groningano, in quo *Sisisbuti* pro *Sisebuti*. de Judaeis vero a Sisebuto baptizatis, ut illic memoratur, exstant ipsius Sisebuti Decreta in Cod. Leg. a Fred. Lindenbrogio edito. *Sisebutus vir doctus & pius, & in rebus gerendis satis expertus* dicitur Luitprando in Chronico pag. 300.

Pag. 328. col. 2. not. l. 15. post Statii locum IX. Th. 629. *finque augur cassa futuri.* ubi vid. Barth.] *adde*: & Rosweydum ad Paulin. Carm. XIII. p. 839.

Pag. 329. col. 2. not. l. 5. locum hunc adfectum sic satis redintegratum opinor] *insere*: & firmari potest ex Lucano Lib. VI. 694. de venefica:

—— mox cetera cantu
Explicat Haemonio, penetratque in Tartara lingua.

Pag. 331. v. 4. in contextu: Sed fudum *****]

Sed fudum semper mittunt a corpore Solem.

manu sua supplevit P. Scriverius in ed. Scalig.

Pag. 332. col. 1. not. l. 12. locum ex Ep. Vet. *Nox abit astrifera velamine cincta micanti.* ubi vide quae notavi] *adde*: & Barth. ad Stat. II. Theb. 527.

Ibid. l. 22. *radiare lunam* dicitur Sol, pro illustrare, seu lumine suo perfundere] *adde*: cujus locutionis indolem recte exposuit Dukerus in notis ad Florum Lib. IV. cap. 2. §. 30. & vide Oudend. ad Lucan. VII. 214.

Pag. 333. ad Ep. XLVII. PRISCIANI DE SIDERIBVS COELI] ad hoc Epigramma legi merentur quae adnotavit Clariss. P. Bondamius Lib. II. Var. Lect. cap. 7. pag. 201. & seq.

Pag. 336. in contextu v. 4. *At quinque aetheriis zonis* &c.] hunc & tres sequentes versus, tamquam fragmentum separatum Varronis, & quidem Atacini, ut conjicit, dedit Pithoeus in Praetermissis pag. 483. ed. Paris. cum hac lectionis diversitate:

At quinque aetherius (recte) *zonis adcingitur orbis*, & seqq.
Quam Solis valido numquam vis auferat igne.

Ibid. col. 2. not. l. 13. primo versu forte legendum, *Omnivaga Oceano*] *insere*: ut *circumvagus Oceanus* Horatio Epod. XVI. 41. hoc est quod Catullo Epith. Pel. & Thet. v. 30. dicitur,

Oceanusque mari totum qui amplectitur orbem.

Pag. 339. col. 2. not. l. 34. post duo Horatii loca, adde illud Marciani Capellae Lib. VIII. p. 272.

Phoebeos pariter currus, rapidosque meatus
Et toties variae flammantia cornua Lunae.

sic lege, non *cursus*.

Pag. 340. in contextu v. 30. *Velliger & nigra cursus statione tenebat*] *notam hanc insere*: sic & legendum in versibus poëtae veteris apud Isidorum Lib. III. Orig. cap. 43.

—— Sol tempora dividit aevi,
Mutat nocte diem, radiisque potentibus astra
Ire vetat, cursusque vagos statione moratur.

ita enim optime vetus codex Bibliothecae Groninganae. vulgo editur *ratione*. notum illud Ovidii II. Met. 115.

> *— diffugiunt stellae, quarum agmina cogit*
> *Lucifer, & coeli statione novissimus exit.*

Lucretius Lib. IV. 396.

> *Solque pari ratione manere, & Luna videtur*
> *In statione, ea quae ferri res vindicat ipsa.*

Ausonius Epigr. de vrr diebus pag. 551. ed. Toll.

> *Quos indefessa volvens vertigine Mundus*
> *Signorum obliqua jubet in statione vagari.*

Pag. 343. col. 2. not. l. 14. in Epigr. Asclepiadii de Amne &c.] *insere:* in Epigr. xcviii. Asclepiadii &c.

Pag. 344. col. 1. not. l. 6. post locum ex Epigr. Vomani, *pinguntque terras gemmeis honoribus*, adde illud ex Priapejis Epigr. lxii.

> *Nec gemmas modo germine exeuntes.*

Pag. 347. col. 1. not. l. 20. post Maximiani locum *adde:* idem Virgilius Lib. I. Georg. 314.

> *Spicea jam campis quum messis inhorruit, & quum*
> *Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.*

Pag. 348. col. 1. not. l. 13. post locum Horatii, *Silvis honorem decutit*, adde illud Virgilii II. Georg. 404.

> *Frigidus & silvis Aquilo decussit honorem.*

quem Varronis versum esse notat Servius. hinc apud Statium Lib. I. Sylv. 2. 154.

> *Excludunt radios silvis decussa vetustis*
> *Frigora.*

ubi *dimissa* in MSS. unde *demulsa* vel *diffusa* Heinsius. sed vide Salmas. ad Solin. p. 562. & H. Canneg. ad Avieni Fab. IV. 6. pag. 36. sic *aestatis honos*, *ruris honor*, & sim. de quibus Bentlejus ad Horat. Lib. I. od. 17. 14.

Pag. 349. col. 1. not. in fine, post Columbani locum ex Epist. I. ad Hunaldum, *Labitur in seclum* &c *adde:* huc refer Epigramma in Eugenii Opusculis pag. 19. Ep. xxviii. sub titulo, VERSUS DE TEMPORE:

> *Quinque trahit volvens annorum tempora lustrum,*
> *Quatuor ex annis numerus finitur Olympi,*
> *Nam tribus impletis Trieterica solvere mos est.*

Pag. 350. col. 2. not. l. 7. *post illa* exstat inter Eugenii Opuscula pag. 16. ed. Sirm. &c.] *adde:* versibus fane melioribus, quam sunt rhythmici de eodem argumento apud Jo. Sarisberiensem Lib. VIII. de Nugis Curial. cap. 21.

Pag. 351. col. 1. not. lin. ult. *post* Vincentius Obsopaeus, *inseratur*, cujusque metricam versionem etiam dedit Conr. Rittershusius in notis ad Oppian. l. Halieut. v 458. p. 200 & 201.

Pag. 354. col. 1. not. l. 18. vid. Heins. ad Ovid. &c.] *insere.* vide Grotium ad Avieni Aratea v. 166. pag. 86. & Heins. &c.

Pag. 355. col. 2. not. l. 16. post locum ex Elegia de Nuce v. 17. *platanis sterilem praebentibus umbram*, adde illud Ciceronis Lib. I. de Orat. cap. 7. *Nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est defusa ramis*, (scribe *diffusa*) *quam illa, cujus umbram secutus est Socrates.*

Pag. 358. in contextu v. 49. *Uberibus plenis veniant ad mulctra capellae*] cogitabat illud Horatii Epod. xvi. 49 *Illic injussae veniunt ad mulctra capellae, Refertque tenta grex amicus ubera.* Virg. Ecl. IX. 31. *Sic cytiso pastae distendant ubera vaccae.*

Pag. 359. col. 2. not. l. 2. post Varronis locum adde illum Ovidii XV. Met. 382.

> *Nonne vides, quos cera tegit sexangula, foetus*
> *Melliferarum apium sine membris corpora nasci.*

Pag. 371. col. 2. not. l. 26. post illa, *botris* Leid. & Voss. *adde.* & sic legendum. vide Salmas. ad Solin. Tom. I. pag. 763.

Pag. 390. col. 1. l. 12. *aestus* quid Horat.] corrige *aestus* apud Horat. &c.

Ibid. l. 33. ubi *liba* corrupte edidit Pithoeus] *adde:* sic *tuba* Euro tribuitur a Sidonio Apoll. Carm. II. 49.

> *— nam Ristonios Aquilonis hiatus*
> *Proxima Chalcidici sensim tuba temperat Euri.*

Pag. 412. col. 2. not. l. 17. post locum ex Liberis Lusibus Ep. iv. *Si dederis nobis* &c.] *adde:* ubi *Si fueris laetus* hoc in versu adfert Lindenbrogius.

Pag. 421. col. 1. l. 2. *carmen hos*] corrige *hoc.*

Ibid. col. 2. in fine notae de vivacitate cervorum & cornicum, & vitae humanae brevitate, *ista subjunguntur:* Haec vero quum notissima sint, miror certe, doctissimum Jo. Toupium in Epistola de Syracusis post nuperam Theocriti editionem Wartonianam pag. 343. in Epigrammate Graeco Automedontis eleganti & antea inedito rejecisse conjecturam Cel. D'Orvillii, quam ille proposuerat in Siculis cap. xvi. p. 271. 272. ubi in fine distichon mutilum sic suppleverat D'Orvillius,

> Τοὔνεκ' ἐμεῦ μὲν ἕκητι βίον ζώοιτε κορώνης
> Ἢ ἐλάφου, κενεὸν ἠέρα βοσκόμενοι.

> *Ideo me quidem volente vitam vivite cornicis,*
> *Vel cervi, inani aëre pastae.*

sic

ſic enim *certus* cornici, ut in tot veterum locis, quos in hac nota indicavi, aptiſſime hic etiam conjungitur. Toupium vero praetuliſſe ultimo verſu,

Ἡμίονοι, κοινὸν ἔργο &c.

voce ex initio Epigrammatis ſine neceſſitate tantum repetita. nam *κοινὸν ἔργο* jam ſuppleverat D'Orvillius.

Pag 432. col. 1. circa finem *poſt illa*, pro *Braterat*, ut edidit Schottus] *adde:* vel cum Voſſio Lib. II. Art. Gram. cap. 38. praeferendum *Blacterat*, ut edidit Aldus, quia *Blaterat* veteribus corripitur.

Pag. 454. in contextu v. 4.

At lupus & catula formant coëundo lyciſcam.

Emendandum videtur,

At lupus ex catula format coëundo lyciſcam.

Pag. 459. col. 1. not. l. 4. poſt memoratam Kortholtii differt. de Lat. pur. & ſeqq.] *hac ita ſuppleantur:* meritoque damnatur ab Heuſingero in Obſerv. Antibarb. cap. 11. p. 366. licet id in hoc poëta Epigrammatario excuſare fas eſſet, facile tamen mutari &c.

Pag. 462. col. 1. not. l. 13. *poſt illa*, cantharide volatili & nocticula] *adde*: de qua vide prima Scaligerana pag. 52.

Pag. 469. in contextu, l. 9. Ep. CCX.] *corrige* Ep. CCXI.

Pag. 479. Typographi negligentia uſque ad pag. 526. male excuſum fuit, EPIGR. ET POËM. LIB. V. ſed ubique illic corrigendum LIB. VI.

Pag. 481. col. 2. not. l. 34. poſt loca ex Athenaeo indicata, *adde:* & vide Bergleri notas ad Ariſtophanis Veſpas v. 499 & 500.

Pag. 482. col. 1. not. l. 37. poſt locum ex Elegia Auctoris incerti, *Cum vincant rutilae* &c. adde illum Ovidii Epiſt. IX. 63.

Auſus es hirſutos mitra redimire capillos,
Aptior Herculeae populus alba comae.

Pag. 483. col. 1. l. 22. poſt, ut idem Voſſius reſtituit.] *adde*: vide infra ad Ep. LXXVII. p. 548.

Pag. 490. col. 1. not. l. 20. *poſt illa*, ubi *Tolle precor* etiam in priore Menteliano: *ſubjunge.* & ſic forte legendum apud Juvenalem Sat. VI. 170. *Tolle tuum procul Hannibalem.* pro *Tolle tuum, precor*, ut in vulgatis.

Pag. 497. col. 2. Not. l. 8. poſt Inſcript. Marm. Ancyr. IN SVMMA SACRA VIA &c. adde illud Ciceronis pro Plancio cap. 7. *non illum accuſo qui eſt in ſumma Sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor.*

Pag. 500. col. 2. not. l. ult. poſt, ubi ſcribendum *populum alloquitur.* infere locum Senecae Epiſt. XV. *ut litigantes quoque a ſermone incipiant, ad vociferationem tranſeant. Nemo ſtatim Quiritium fidem implorat.*

Pag. 506. in contextu v. 5. *Quae ſucco caret*] *notam hanc adde:* Seneca Epiſt. XXX. *Scis illum ſemper infirmi corporis & exhauſti fuiſſe.* ubi exucti in cod. MS. Biblioth. Amſtelaed. Scribe, *exſucti* vel *exſucci.* contra *ſucci plena* de puella vegeta & robuſta, ut apud Apulej. Apolog. pag. 355. *Vide quam facies ejus decora & ſucci plena ſit.* ubi *ſuccidula ſit* male Meurſius.

Ibid. col. 1. l. ult. poſt locum Apuleji, *Buxanti pallore trepidus.* adde: ad quem vide Pricaei notas Lib. I. Met. pag. 48.

Pag. 511. col. 1. not. l. 46. poſt memoratos codices, in quibus legitur, *Fronte crinitos.* adde: ſic apud Martialem Lib. XII. Ep. 54. *Fronte ruber, niger ore* &c. legitur in duobus Codd. Voſſ. pro *crine.*

Pag. 520. col. 2. not. l. 27. poſt, Wouwerium ad Petron. cap. 23. in fin. *adde:* Plinius Lib. XIII. Hiſt. Nat. cap. 4. *tectorii vicem hic parietibus plerijque in locis praeſtat contra aſpergines.*

Pag. 521. (ſic corrige pro 321.) col. 1. not. l. 6. poſt locum Varronis ex Nonio Marc. *adde:* Seneca Lib. I. de Benef. cap. 1. *timide negavit aut promiſit, ſed difficulter, ſed ſubductis ſuperciliis, ſed malignis, & vix exeuntibus verbis.* ubi male in Cod. MS. Biblioth. Amſtelaed. *superductis. frontem adducere* id paullo ante dixerat. ubi vid. Lipſ. apud eumdem Epiſt. XLVIII. *in hoc ſupercilia ſubduximus, in hoc barbam demiſimus.* ſic *vultum adducere ad triſtitiam* Ep. LVII. & VI. de Benef. 4. *vultum adduxit.* ut recte Gruter. probante Lipſio in notis N. 29. quod confirmatur a Cod. MS. Amſtel. vulgo *obduxit. attrahere frontem* vocat cap. 7. *colliget rugas & adtrahit frontem.* & ſic Lib. II. de Ira cap. 2. *ad conſpectum naufragi contrahit frontem.* & Lib. III. cap. 33. *dignam non putem, quae frontem viri boni contrahat.*

Ibid. in contextu, Ep. LII. v. 6. *Uvaequae*, corrige *Uvaeque.*

Pag. 522. col. 1. not. l. 2. poſt, P. Victorius ad Cic. X. ad Fam. &c. *inſere:* & jam olim Jac. Conſtantius Fanenſis Conjectaneor. cap. LXX. qui ſic in codice Andreae Mancini Manliani lectum fuiſſe teſtatur.

Pag. 526. col. 2. lin. 19. *poſt illa*, Vincentina, aliiſque edd. antiquis.] *adde: Nihilo deterius*, voce contracta, legendum cenſet Bentlej. ad Horat. I. Sat. 5. 67. vide infra p. 551.

Ibid. fin. pag. poſt locum Horatii, adde illum Propertii Lib. II. El. 13. 7.

Quare, ſi ſapis, oblatas ne deſere meſſes.

&

& Ciceronis pro Quintio cap. 4. *Romae sibi numorum facultatem esse, quam, si soperet, communem existimaret.* ubi vide Passerat.

Pag. 528. Ep. LVII. init. *& impudicum Ostendis digitum*] Lampridius in Elagab. cap. 10. in fin. *neque enim unquam verbis pepercit infamibus, quum & digitis impudicitiam ostentaret.*

Ibid. col. 2. not. l. 18. post Horatii locum, ut legendum recte monuit Bentlejus, *inferatur*, neque tamen displicet etiam altera lectio,

— quid terras, alio calentes
Sole, mutamus patria? quis exful
Se quoque fugit?

vide ad Lotich. pag. 48.

Pag. 529. col. 1. not. l. 7. post locum ex Ep. XLV. *Velle quid hanc dicas, quamvis sim ligneus, hastam.* adde: sic δολιχόσκιον ἔγχος in versu Homerico apud Sueton. Vespas. cap. 23. ubi vide notas.

Pag. 539. col. 1. not. l. 27. post loca Ovidii, *adde:* apud Senecam Epist. XIV. *& quidquid aliud praeter haec commenta saevitia est.* ubi in Cod. MS. Biblioth. Amst. *sevitie est.* unde forte legendum *commenta saevitiei.*

Pag. 542. col. 1. not. l. 9. *esse virum sensero* vitiose apud Scoppam in Collectaneis &c.] *infere:* unde tamen *sensi* forte posset substitui, & pro vulgata lectione *Esse virum sciera*, hic emendari,

Esse virum sensi, vir sit ut ille meus.

praesertim quum paullo ante praecesserit, *E quibus ut scires.* eodem verbo minus concinne hic repetito. Ceterum ex hoc Epigrammate adumbrata sunt illa cultissimi nostri Jani Secundi Lib. III. El. 14. v. 27. & seqq.

Haec tot culta procis, quot Penelopen adamabant,
Unum conqueritur tristis abesse tamen.
Sub cujus tunica quiddam nervosius esse
Credit, quale nihil grex popularis habet.

Pag. 553. col. 2. l. 26. post notam Scaligeri adde hanc N. Heinsii adnotationem de morbo Campano; „ sic λεσβιάζειν ad tribades refer-
„ tur apud Graecos, etsi ad fellationem refert
„ in Adagiis Erasmus. Ausonius Cupid. Cruc.

„ *Mascula Lesbiacis Sappho peritura sagittis.*

„ male enim per *Lesbiacas sagittas* intelligi
„ amorem feminarum quam Phaonis in Sap-
„ pho. κορινθιάζεσθαι apud Stephan. Byzant.
„ de Urbibus, & Scholiastem Aristophanis,
„ pro scortari: uberrimus enim apud Corinthios
„ meretriculatum proventus. sic Sybariticus,
„ & Lydius & Parthicus luxus in proverbium
„ quoque abierunt, & Siculae ac Syracusa-
„ nae mensae.

Pag. 557. col. 2. not. l. 25. post locum ex Catulli Priapejo, *adde:* praesertim ex Virgilio Ecl. VII. v. 34.

Sinum lactis & haec te liba, Priape, quotannis
Exspectare sat est, custos es pauperis horti.

Pag. 562. col. 2. not. l. 32. fine notae, post illa ad hujus Voluminis pag. 145. *subjunge:* & haec caussa est, cur Vossius Lib. I. de Vitiis Serm. cap. 22. pag. 92. hic praeferat alteram Scaligeri lectionem ex scheda veteri deductam, *Cunisque saeva fusque ligneo tibi* &c.

Pag. 579. ad finem notae primae de Luxorio, *adjice:* SPECTABILIS autem titulus, Luxorio datus, ex veterum usu est medius inter *illustres* & *clarissimos.* vid. Gul. Goesii Antiquit. Agrar. p. 33.

Pag. 589. col. 1. not. ad finem notae: *Ante illum subita* & seqq. *adde:* sic *famulas rosas* dixit infra Ep. LXV. fin. & in Ep. XLV.

Huic uni famulans loco ministrat.

& Ep. LXXXI. *Naturam famulans opaca vertit.*

Pag. 594. col. 1. not. l. 13. *adde:* sic in Epitaphio, quod supra edidi Lib. IV. Ep. 45. pag. 34. *Hic Chiae cubat amphorae maritus.*

Pag. 596. col. 2. not. l. 4. post locum Ovidii, *projectas triviis jaceatis*, ut in MSS. pro *in triviis*, & *triviale canere*, ut hoc loco, *trivio carmine perstrepis*, usitatissimum de poëtis vulgaribus & indoctis. Virgilius Ecl. III. 26.

— non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

vide Titii notas ad Nemesian. Ecl. IV. 3.

Pag. 605. col. 1. not. l. 7. post verba, non insolens est sequioris aevi poëtis.] *haec adjiciantur:* tertio versu *Hac mollis misero* &c. *parte* videlicet, emendationem certam reor. quod supra Ep. XXII. dicit:

Dum parte, qua decebat,
Nil continet mariti.

Pag. 661. col. 1. not. l. 14. *post illa* vide ad Tom. I. hujus Operis p. 563. *adde: convertens* hic probasse videtur Broukhusius ad Propert. II. 12. 44.

MAN-

MANTISSA

ADNOTATIONVM

AD TOM. I. HVJVS OPERIS.

AD LIB. I.

Pag. 2. Ep. 2. *Mars gravis armorum*] *pater armorum* conjiciebat Cl. Herm. Cannegieterus, eruditae Themidis insignis in Academia Franequerana stator & vindex, ut infra Epigr. XXVI.

Mars pater armorum, fortissime belligerantum.

hic tamen verba ita conjungi possent, Mars gravis est moderator armorum, & Pluto Averni, ut *moderator* ad utrumque referatur.

Ibid. Ep. IV. de Jove: *Deûmque Progenitor, genetrixque Deûm*] *genetrix* procul dubio corruptum. bene emendabat Fr. Oudendorpius, *Deûmque Progenitor, generisque Deûm*. id est heroum. qui *Deûm nati*, vel *genus Deorum* saepe dicuntur. de quo vide notas eruditorum ad illud Valerii Fl. initio Argon.

Prima Deûm magnis canimus freta pervia natis.

ut optime pro *nautis* restituerunt.

Pag. 3. col. 1. l. 2. *post illa*, tamquam ab Apulejo Latine versos perperam producit, *adde:* & Begerus in Thesauro Palatino pag. 51.

Ibid. Ep. VI. notae, *post illa*, legitur apud Pithoeum pag. 2. *insere:* & inter veter. Poët. Catalect. pag. 167. ed. Patiss. & pag. 229. ed. Frellon. & antiquo Auctori hoc Epigramma etiam tribuit Almeloveenius in Amoen. Theolog. pag. 200. sed recte, & seqq.

Ibid. Ep. VII. v. 2. *Inclusumque gerit machina sacra Jovem*] pro *sacra* forte *parva* legendum. sequentia sic constituebat Cel. Oudendorpius,

Vana sub adspectum duxit mendacia pictor,
Orbis rectorem quis probet orbe tegi?

Pag. 4. Ep. VIII. *Infamavit aquas captus amante puer*] Icarum aut Narcissum intelligi putabat D'Orvillius. Sed rectius ad Hermaphroditum, qui pellectus a Salmacide fontem infamavit, refert Cl. Bondamius Lib. II. Var. Lect. cap. 12. p. 289.

Ibid. Ep. IX. *Cycneas genitor gestans post fulmina pennas*] *pro fulmine* Cl. Oudendorpius. quod probo. sic infra Ep. XXIX. *Pro facibus proprias arte refundit aquas*. Sequentia sic castigabat idem Oudendorpius,

Quem retinens Leda, prenso quasi gaudet olore,
Amissa at novit virginitate Jovem.

Ibid. Ep. XI. v. 2. lege cum eodem Oudendorpio, *In cycnum verso de Jove quos genuit*. pro *a Jove quos tenuit.*

Ibid Ep. XII. *Fraude suos genitor celat vel conplet amores*] *genitor coelestum velat* vel *condit* idem Oudendorpius. ut *genitor coelestum* conjungantur, quia *genitor* simpliciter pro Jove, insolens est.

Pag. 5. col. 1. not. l. 29. post Maximiani locum *haec inserantur:* huc referebat Cl. Herm. Cannegieterus difficiliorem Quinctiliani locum ex Decl. XIII. c. 16 *Usque homines in excusationem sui fabulis tradiderunt, etiam Deorum posteritas has regnis suis excepit.* putabatque & hanc fuisse caussam, quae Romulum movit, ut inutiles & indecoras existimaverit fabulas de Diis, teste Dionysio Halic. II. pag. 90. ita enim id interpretabatur, quod Pard. Pratejus Jurispr. Vet. Part. III. 1. 6. aliique male exposuerunt.

Pag. 6. v. 15. *omnemque pererrat*] *oculisque pererrat*

errat legebat idem Cannegieterus, ex imitatione Virgilii Lib. IV. Aen. 363. *totumque pererrat Luminibus tacitis.*

Ibid. v. 23.

Illi, sensit enim tuus, o clarissime, frater,
Subsidunt undae, straverunt aequora venti.]

duplicem agnosco imitationem Virgilianam. primo versu cogitabat auctor illud ex Lib. I. Aen. 129.

Emissamque hiemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis.

altero ex Ecl. IX. 57.

Et nunc omne tibi stratum silet aequor, & omnes
(Adspice) ventosi ceciderunt murmuris aurae.

sequentem versum *Nunc pelagi Nymphae* &c. sic constituebat Cl. Cannegieterus,

Nunc pelagi Nymphae circum de more tuentur
Suspensum, & pariter &c.

sed praefero conjecturam Oudendorpii *crinem de more solutae*, & mox *comitique onerique timentes.* quia centones sunt Virgiliani, e quibus conflatum est hoc carmen. licet utrumque rejecerit censor Lipsiensis, emendationes Oudendorpianas mihi adscribens. vide Antiklotz. pag. 45.

Pag. 7. col. 2. Notar. l. 2. post illa, *flumina* bis in hoc Epigrammate posita jure offendunt] *adde:* Cl. Oudendorpius e diversis his lectionibus concinnabat,

——— *magnum cui perpete mentum*
Perpluit Oceano, cui flumina &c.

ut e mento Neptuni perpetuus profluere Oceanus dicatur. quamvis sic quoque mallem,

——— *magnus cui perpete mento*
Perfluit Oceanus.

sed bene se habet, & seqq.

Pag. 8. in nota ad Ep. XVI. melius Salmasii Schedae *tridenti est*] *transpone & adde: tridenti est* melius Salmasii schedae, in quibus occurrit inter Luxorii Epigrammata eum titulo, *de Neptuno in marmore calido aquas fundente.*

Pag. 9. Ep. XIX. v. 2.

——— *crine nitidus apte,*
Luteis corimbos hederate coronis]

distingue cum Cl. Oudendorpio,

——— *crine nitidus, apte*
Luteis corymbos hederate coronis.

Pag. 11. Ep. XXI. v. 2. *Thirsitenens, bimater*] contra metri leges secunda in *bimater* hic corripitur.

Ibid. col. 1. Not. l. 31. post versus, ita ut in Cod. Divion leguntur, productos, *adde:* & hanc Schedarum Divionensium scripturam admittendam esse putabat Cl. Oudendorpius, secundumque ac tertium versum spurios censebat. *fine ejusdem notae* post indicatum locum ex Hymnis Orphicis *subjunge:* & Antholog Graec. Lib. I. Tit. XXXVIII. Ep. XI. ubi hymnus exstat, in quo omnia Bacchi nomina & epitheta cumulantur, quem egregie aemulatus est Grotius in sua versione inedita.

Pag. 12. ad Ep. XXII. col. 1. Not. l. 6. *post illa*, pro eo quod nunc circumfertur *Sejunctus*] *adde:* licet id servari posse existimet Oudendorpius, ut sensus sit, si vinum non erit mixtum aqua, adhuc uret. vide Epigramma Graecum mox productum ex Lib. I. Anth. Gr. cap. 59. *εἰς οἶνον.* cui adde illud ex Macedonii Epigrammate, quod exstat in Mantissa quarta Carminum ex Codd. MSS. deductorum, Anthologiae Graecae, ab Hug. Grotio locupletatae, sed uno disticho in fine auctius editum est ab Holstenio ad Stephan. Byzant. p. 303.

Συῤῥέντου τρηχεῖα μυρίπνοε χαῖρε κονίη,
Καὶ Πολλεντίνων γαῖα μελιχρότατη.
Ἐστὲ γὰρ αἱ τριπόθητοι, ἀφ' ὧν βρωμιώδεα πηλὸν
Φύρουσιν Βάκχῳ τριζυγίες Χάριτες.

quod sic interpretatus est Vir maximus:

Unguentum redolens Surrenti asperrime pulvis,
Et Pollentinae mellea gleba plagae.
Vos ego semper amo, de queis sibi sumere limum
Miscendum Bromio Gratia trina solet.

de hoc autem Epigrammate plura notavi in Antiklotzio pag. 29. & seq.

Pag. 13. Ep. XXV. v. 6. *Multa sibi posuit pater*] lege *poscit* cum Cl. Oudendorpio, & seq. vers. *Desierunt* cum Cl. Schradero.

Ibid. Ep. XXVI. v. 4. *Amplexus tribuit vinclis secura Cythere*] *tribuat vincli secura* idem Oudendorpius.

Ibid. v. 6.

Tu crista galeaque rubes, tu pulcher in aere
Incutis e vultu radiantia lumina ferro
Te thorax galeaque tegunt.

haec mendosissima sunt. septimum versum sic distinguebat Oudendorpius:

Incutis e vultu radiantia lumina: ferro
Te thorax &c.

sed

ſed praefero conjecturam amiciſſimi Cannegieteri,

—— tu pulcher in aere,
Ignibus e vultu radiantia lumina fervent:
Te thorax gladiique tegunt.

ignibus lumina fervent, ut *igne micant oculi*, *ignibus ora micant* & ſim. apud poëtas frequentia. ineptiſſime cenſor Lipſienſis,

Incutis e vultu radiantia lumina ferreo.

dein, *Te thorax gladiique* omnino rectius, quia *galeaque* metro adverſatur, & paullo ante praeceſſit, *Tu criſta galeaque rubes*. *galeas* autem & *gladii* ſaepe inter ſe confunduntur. vide notas Patrui mei ad Claudian. Bel Gild. v. 434. ambo autem Marti tribuuntur. ut in Carmine Repoſiani de concub. Martis & Ven. v 88. infra pag. 46. *Enſem tolle puer, galeam tu Gratia ſolve.* & v. 128. pag. 48.

Loricam, clypeum, gladium, galeaeque minaces
Criſtas.

ultimo hujus Epigrammatis verſu pro *aequora cedunt* idem tentabat *ſurgunt*. Cl. Schradero placebat *fidunt*.

Pag. 14. v. 3.

Cui reſerata mugiunt aurea clauſtra Mundi.
Tibi vetus ara caluit Aborigineo ſacello.

choriiambos hos ſuae integritati ſic reſtituebat Cl. Oudendorpius,

Cui reſerati mugiunt aurea clauſtra Mundi:
Cui vetus ara adſtat &c.

Pag. 15. col. 1. Not. l. 39. poſt locum Claudiani *cogis mugire Tonantem*, adde illud Statii Lib. I. Sylv. 2. 56. de Cupidine:

— quas ferre faces, quae pectora figi
Imperet; an terris ſaevire, an malit in undis,
An miſcere Deos, an adhuc vexare Tonantem.

Seneca in Hippolyto, v. 334. & ſeqq.

Haec regna tenet Puer immitis,
Spicula cujus ſentit in imis
Caerulus undis grex Nereïdum,
Flammamque nequit relevare mari,
Ignes ſentit genus aligerum &c.

ubi forte emendandum *Caerulus rex Nereïdum*, ut Neptunus intelligatur. nam ſequitur illic mox *grege* pro *toto*.

Ibid. Ep. XXIX. *Igne ſalutifero* &c.] *Notae initio adde:* legitur etiam in ſchedis Salmaſianis inter Luxorii Epigrammata.

Pag. 16. Ep. XXX. v. 10. *Abdita poenarum eſt * ingum Tartara Pluton*] mendoſum locum ſic ſanare tentavit Oudendorpius,

Abdita poenarum te cingant Tartara, Pluton.

vel *incingant*. Cannegieterus vero,

Abdita poenarum eſt & jus in Tartara, Pluton.

hoc eſt, o Pluto, & nobis in ipſa Tartara poenas exercere licebit, quum ſpicula noſtra & inferi ſentiunt.

Ibid. Ep. XXXI. v. 4. *ſacra face*] *ſaeva* rectius in Cod. Voſſiano.

Pag. 18. fine col. 2. *poſt illa*, in ſcriptis & editis eadem eſt varietas. vide notas.] *inſere:* ſic Lyſiam oratorem *lacertis quidem valentiorem*, *ſed genere toto ſtrigoſiorum* vocat Cicero in Bruto cap. 16. fin.

Pag. 19. Ep. XXXVII. *Te precor, Alcide, ſacris invicte periclis*] *variis invicte periclis* legebat Cl. Cannegieterus, & verſ. quarto,

Nam grates dignas qui pote perficere.

pro, *tu pote.*

Pag. 20. Ep. XXXIX. Notae ad hoc Epigramma non procul a paginae hujus fine, *poſt illa* apud Pithoeum alioſque. *haec inſerantur:* edidit etiam Muratorius pag LXIII. 7. ad quem ſequentia adnotaverat D'Orvillius: „ *Trochaicos eſſe ſi animadvertiſſet Muratorius, ut* „ *alias cauſſas taceam, ſuum ſibi ſervaſſet* propitius, *& inſolitam ellipſin* evaſerit. *etiam* „ cujus antius *reſpuitur lege metri. illud* pro „ *quoque recte abeſt apud Gruterum. Quum vero* „ *de tenebris queratur vir doctus, non miror ipſum* „ *non vidiſſe hic agi de Potitiis, qui aram maximam adminiſtrabant cum Pinariis, poſtquam* „ *in Evandri gratiam Cacum peremerat Hercules. vide Virg.* VIII. *Aen.* 269. *malim autem* „ Potitiis *quam* Potitis *legere.*

Pag 21. Ep. XL. *dum noxia facta requiris*] *fata* Oudendorpius.

Ibid. Ep. XLI. v. 2. *Non acies ferri*] *ferro* idem Oudend. totum vero hoc Epigramma ſuum fecit auctor Elogii ſub Hermanni de Saltza imagine, apud Caſp. Dornavium Tom. I. Orat. pag. 565. niſi quod verſu ſecundo ſcripſerit, *non vaſtis moenia foſſis.* pro *non clauſis moenia portis.*

Pag. 21. col. 2. not. l. 13. poſt indicatos illos, qui Inſcriptionem memorabilem monumenti Farneſiani produxerunt, *adde:* Reineſ. Cl IV. Inſcr. XI. ſed quod emendatius exſtat inter Inſcriptiones Donianas Cl. I. 98 pag. 32. & ſeqq. & apud Corſinum poſt Librum egregium de Notis Graecorum, prope finem. Singulos Herculis labores in Numis vetuſtis obvios enumerat Wildius in Select. Numiſm pag. 5. ſeq. eorumque nonnulli conſpiciuntur in gemmis Re-

gis Galliae apud Mariettum eleganti opere Gallico de Lapid. sculptis Tom. II. N. LXXIV. LXXV. & seqq. plurima de iisdem Epigrammata Graeca habentur in Lib. IV. Anth. Gr. Tit. VIII. Ep. 4. 5. 6. 7. & seqq. e quibus in Ep. 6. occurrunt versus illi duo, quos sine poëtae nomine indicato memorat Theodoretus, cujus locum in notis suis adfert Lindenbrogius. secundus labor contra hydram conspicitur etiam in variis Numis antiquis, ut in meo Agyrensi, & apud Parutam Tab. CVI. N. 1. & ΦΑΙΣΤΙΩΝ Goltzii, ac Musei Pembrokiani P. II. Tab. 32. N. ult. in numo Macrini apud Tristan. Tom. II. Comm. p. 301. & in Numophyl. Christinae Tab. XXVIII. N. 20. vide Spanhem. Tom. I. Operis inmortalis de Praest. Numism. p. 268. 269.

Pag. 23. *Dejicit horrisono, quinto, Stymphalidas arcu*:] notae ad hunc versum post Senecae locum ex Herc. Oet. & probatam Gronovii emendationem, *haec subjungantur*: vulgatum tamen *horrisono arcu* servandum censebat eruditissimus, sed inmaturo fato elegantioribus literis ereptus, Jo. Piersonus, & *horrisonum arcum* intelligebat de stridore nervi. ut apud Virg. IX. Aen. 632.

Effugit horrendum stridens elapsa sagitta.

& Lib. V. 502.

Primaque per coelum nervo stridente sagitta.

ex quo loco emendandum conjiciebat Valerium Fl. Lib. I. 437.

— certus
Aethaliles subitas nervo redeunte sagittas
Cogere.

ubi *nervo stridente* legebat. ita *stridorem arcus* & *strepitum armorum* jungit Justinus Lib. XXIV. cap. 8. 6. quod ex imitatione Virgiliana dictum notavit Berneccerus. notum illud Homeri Il. A. 46. Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων. quo loco recte Servius illustrat illum Virgilii IX. Aen. 660. *pharetramque fuga sensere sonantem.* & sic κλαγγὴ νευρῆς Graecis. vide Cl. Rhuncken. Epist. Crit. I. pag 45 neque ego ipse hoc in versu facile *arcu* loco moverem: nam cum arcu Hercules emissis sagittis Stymphalidas dejiciens etiam conspicitur in rarissimo & fere unico Caracallae Numo meo maximi moduli ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ, quem ab aliis editum nondum reperi.

Ibid. fine notae ad v. 6. *adjice*: illustrat haec Tristanus Tom. II. Comm. p. 297. ubi in numo Macrini conspicitur Hercules cum Hippolyta luctans, ut baltheum ipsi auferret.

Ibid. v 8. *Octavo, domuit magno luctamine Taurum*] deleta distinctione legendum,

Octavo domuit magnum luctamine Taurum.

ut *octavo luctamine* jungantur. vide ad Numism. Sicula Tab. XIV. N. 2. p. 430.

Pag. 25. Ep. XLIII. v. 8. *Octava expulso numeratur adorea Tauro*] pro *expulso* legendum esse *eliso* notavi in Comm. ad Numism. Sic. pag. 612. D.

Ibid. Ep. XLIV. v. 3. *Harpyias, quum Phineo maduere veneno* &c.] *quarum Phinei maduere venena Fallaces epulae*, castigabat Cl. Schraderus.

Ibid. Ep. XLV. v. 7. *vim crescere victis Non tulit Alcides*] *victi* conjecerat Oudend. *victo* Piersonus. Antaeo nempe. Ceterum de hac Herculis lucta cum Antaeo conferendum est Diotimi Epigramma in Anthol. Gr. Lib I. Ep. 2. quod sic vertit Grotius:

In lucta vires exploravere juventae
Neptuno satus hic, & satus ille Jove.
Non ex aere lebes pretium certaminis hujus,
Sed superaret uter, sed moreretur uter.
Occidit Antaeus: par est Jove vincere natum,
Lucta quoque Argivûm gloria, non Libyûm.

exhibetur haec lucta in numo Postumi apud Morellium Specim. Rei Numar. Tab. VI. N. 8. in Museo Pembrok. P. II. Tab. XLIII. N. 2. in numo Philippi apud Haym. Vol. I. Thes. Britan. pag. 272. & in egregio monumento veteri, quod in hac urbe Amstelaed. supra Librae portam ex adverso Curiae conspicitur.

Pag. 27. col. 1. not. l. 2. in subscriptione idem habet PROC. AVGVSTI, id est *Proconsularis*, sed apud Graevium eo modo, quo hic dedi, legitur.] *adde*: nisi PROC. potius *Procuratoris* exponi praestet cum Cl. Herm. Cannegietero ad Collat. Legg. Mosaic. & Rom. p. 286. quia versu sexto, *Dum jus guberno, remque fungor Caesarum.* & sic PROCVRATOR AVGVSTORVM in Inscriptionibus vetustis frequens est.

Ibid. in contextu v. 6. *Tu me mecsque reduces Romam sistito*] legendum, ut metro consulatur, cum Cel. D'Orvillio,

Tu me meosque reduce Romam sospites.

reduce pro *reduc*. vide N. Heinsii Adverf. p. 635. sed praecessit modo, *Tuo favore prosperanti sospitas.*

Pag 28. in contextu v. 12. *Non fine honore tuum patiar decus*] *lateat decus* substituebat Cl. Herm. Cannegieterus.

Pag. 29. col. 2. not. l. 38. *post verba*, ex codem Fortunatiano adfert Is. Voss. ad Catull. p 162] *insere*: & inter Tragicorum Reliquias Scriverius pag. 157. idque praefert Cel. Wesselingius ad Herodot. Lib. V. pag. 426. ut ἐγρήγορ Sophocli.

Pag.

Pag. 30. col. 1. not. l. 36. ut *montium Dea Cybebe* apud Catull. in Galliamb. Carm. 64.] *adde:* vide Cuperi & aliorum notas ad Lactant. de mort. Persec. cap. XI.

Pag. 31. Ep. LV. M. D. M. IDAEAE. ET ATTIDI MENOTYRANNO. *Nobilis in caussas* &c.] legitur etiam apud Murator. Tom. I. pag. CCCLXXXVII. 2.

Pag. 32. in notis ad Ep. LVI. l. 37. post. Epigr. Graec. Μητέρι τῇ πάντων &c. & Latinam subscriptionem ei additam; *insere:* versus autem Graecos sic interpretatus est Hugo Grotius:

Coelestis matri generis, generique beato,
Attique, in toto quem nihil orbe latet..
Qui res quasque suo maturas tempore profert,
Crioboli Flamen taurobolique sacri.
Cujus Apollineum signatur nomine munus,
Hanc aram vera religione dicat.

Ibid. Ep. LVI. *Antiqua generose domo*] adhaeret Virgilio X. Aen. 141. *Maeonia generose domo.* edidit etiam Almeloveenius in Epigr. Vet. pag. 17.

Pag. 35. col. 2. Not. fine notae ad Ep. LXII. *Addenda sic augeantur:* Legitur etiam apud Murator. Tom. I. Cl. I. pag. 54. & ex eo edidit Bonada Vol. I. pag. 120. sed ubi v. ult. *Exuviisque ejus te ipsam templumque decora.* sed ridicula sunt quae Muratorius ad hoc Epigramma adnotavit: *cervae hujus, quam ceperat ille, cujus nomen non exprimitur, cornua* Minervae *in templo dedicata fuisse.* pro *Dianae.* & hinc male retulit inter Inscriptiones Minervae positas.

Pag. 36. col. 2. not. lin. 34. *post illa*, unde *humileis* in Virgilio ante init. Aen. edi euravit. sed perperam] *insere: Corniger bos aries tumulos, & maxima taurus* conjiciebat Piersonus. ut *Surrentini colles* Ovidio. non probo. absurdam Censoris Lipsiensis emendationem *Corniger haud aras humilis* refutavi in Antiklotzio pag. 46.

Pag. 37. col. 1. not. l. 33. post versus ex Petronio prolatos *adde:* Ita Dianae pro incolumitate Principis taurum victimam vovet Philippus in Epigr. Gr. Lib. VI. Anth. Tit. X. Ep. 1.

Σοὶ τὸ ὑπὲρ Καίσαρος ἀτμὸν λιβάνοιο Φίλιππος
Ῥέξει καλλιθύταν ταῦρον ὀρεσσινόμον.

Id est, interprete Grotio,

Multa tuis aris adolebit thura Philippus,
Si ferus hic taurus victima caesa litet.

Ibid. l. 47. *post illa*, quae emendatio certe palmaria est] *adde: conscindere collum tauris*, quod aliis *frangere taurorum colla* dicitur. vide Heins. ad Claudian. II. de Laud. Stilic. 21. Valerius Flaccus Lib. I. 192.

——— *non illo certior alter*
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.

frequens etiam apud poëtas, in divitum sacrificiis taurum Diis non magis gratum, quam micam thuris de tenuiorum acerra libatam.

Pag. 39. col. 1. not. l. 15 post Virgilii locum, *versicoloribus armis.* adde: sic *avem plumae versicoloris* dixit Propertius Lib. III. XI. 32.

Aut variam plumae versicoloris avem.

Ibid. col. 2. l. 2. *cignicoloribus alis* paucis arrisuram esse confido. *adjunge:* probavitque hoc in loco *versicolores alas* Cupidinis, cum illo Euripidis conferens, cui Amor ποικιλόπτερος dicitur, Cl. Valckenar. ad ejus Hippolyt. v. 1268.

Ibid. notae ad Ep LXIV. post, Appian. Alexandrinum Lib. I. de Bel. Civ. p. 685. ed. Toll. insere ipsos versus Graecos:

Τὸν δὲ σοὶ αὐτοκράτωρ Σύλλας ἀνέθηκ', Ἀφροδίτη,
Ὥς εἶδον κατ' ὄνειρον ἀνὰ στρατιὴν διέπουσαν
Τεύχεσι τοῖς Ἄρεος μαρναμένην ἔνοπλον.

quos sic vertit H. Grotius:

Hanc tibi, sancta Venus, mitto dux Sulla coronam
Armatam, quia te legionibus induperantem
Vidi, acies inter, saepaque tela virûm.

Ibid. circa finem paginae, *post illa*, uti est in Epigrammate Graeco apud Appianum, *subjunge:* Piersonum vero offendebant merito *armatus* & *armatas* duobus versibus repetita, ideoque emendandum conjiciebat,

Ut somno monitus Martis te vidit in armis.

ut in versione apud Appianum,

Quandoquidem in somnis te vidit in agmine primo.

neque ut mutandum recte censebat, quia in Graeco Ὥς εἶδον.

Pag. 40. Ep. LXVIII. *Pendet Amore Venus uritur igne suo*] *Fervet amore Venus* conjecerat Cl. Cannegieterus. sed *Pendet*, aut *Fervet*, & *uritur*, junctis duobus ejusdem temporis verbis, ferri nequit. *Pallida* conjecerat Piersonus, vel potius *Perdita amore Venus.* quod praeplacet. & in mentem etiam venerat Eldikio, in conjecturis sagacissimo, suis ad me literis Zutphaniae datis d. 12. Junii 1765.

Ceterum Epigrammata haec, ad Venerem spectantia, admonent me singularis Inscriptionis, quae basi statuae (Veneris procul dubio) inscripta, & prope Bajas reperta dicitur, nunc vero in Museum Herculanense relata est, & producta a Clarissimo & inter Neapolitanos eruditissimo viro Jacobo Martorellio in Libro de Theca Calam. pag. 373. & ab Abbate Winckelmanno in Epistolis de repertis Monument. Herculanens.

 edi-

editis Dresdae 1762. pag. 44. illa vero hujusmodi est:

VENERI. PROBAE. SANCTISS. SACR.
TI. CLAVDIVS. MARCION.

Salve mille animarum illustri cenare opus, salve.
Pulchri oneris portatrix, inexsuperabile donum.
Rerum humanarum divinarumque magistra.
Matrix, servatrix, amatrix, sacrificatrix.
Salve mille animarum illustri cenare opus, salve.

primus versus, qui & in fine repetitur, omni sensu destitutus est. Cl. Martorellius eum sic exponebat: *Salve Venus, opus est nos cenare cum illustri mille animarum, salve*, id est, *Juvat nos commisceri cum innumera gente illustri elegantique forma praedita.* quae verbi *coenare* interpretatio licet quidem nonnihil confirmari posset ex Sueton. Aug. cap. 71. & 73. sensum tamen huic loco commodum desidero. versu altero metri lex requirit, ut deleto *in* legatur *exsuperabile donum*, vel omisso *ex*, substituatur *insuperabile*. quarto, *adamatrix* pro *amatrix* carminis ratio postulat. Sed non lubet in his sequioris aevi reliquiis morari.

Pag. 41. Ep LXXI. *dejectis volvuntur sava catervis*] *cathedris* conjecisse Oudendorpium notavi, quod mihi perperam tribuens Censor Lipsiensis irrisit, & specimen sapientiae Arcadicae vocavit. ipse vero *columnis* vel *cavernis* absurde reponit. vide Antiklotz. pag. 47.

Ibid. Carm LXXII. v. 1. *Discite securos nonnunquam credere amores*] *non umquam* Oudend. & Schraderus. sed *securos vos umquam* Lipsiensis Marsyas. quod qui probet, eum Arcadica aure versus excipere oportet.

Ibid v 8. *Quod conversa Jovis* &c.] lege *Quo* cum Cl. Oudendorpio.

Pag. 42. in contextu v. 26 *Illa manus duros nexus tulit*] *manu* Cl. Schraderus, & v. 32. *Ne palmas duro nodatas vulnere laedant*, sic paullo ante v. 21.

——— *vincla parate,*
Quae Martem nectant, Veneris nec brachia laedant.

& v. 174. hujus Carminis:

Posset Gradivus validos disrumpere nexus,
Sed retinebat Amor, Veneris ne brachia laedant.

Pag. 44. In fine notae ad v. 46. adde alteram ejusdem Oudendorpii conjecturam, qua refingebat,

Flos lectus, flos vincla, toris substramina flores,
Delicias Veneris, dives natura laborat.

idem quoque v. 56. postea sic constituendum censebat,

Cujus ob ingratum suspiria ducat odorem.

Pag. 45. v. 76. *quod fero venit sibi grata voluptas*] *veniat* Cl. Schraderus.

Pag. 46. in contextu, v. 82. *Verbera saepe dolens meritis est dulcia ferre*] recte *minitata est* conjiciebat Higtius; praecedit enim *vultum mentita furentis.*

Ibid. col. 2. not. in fine notae ad v. 95. *adde*, postea tamen idem Oudendorpius haec aliter constituebat,

Pro telis flores, pro scutis myrtea serta
Ferre duces, jacet & gladius, quem jure tremiscis.

jacet gladius, ut de Hercule in gynaecaeo Omphales Auctor Epicedii in obit. Maecen. v. 179.

Clava torosa tibi pariter tum pelle jacebat.

Ibid. in nota ad v. 100. *post illa*, ne turbentur capilli inter osculandum. *insere*: forte tamen de sertis floreis vincula capienda, ut *crines frangere corona* apud Statium II. Silv. I. 115.

Pag. 47. in contextu v. 109. *Stringebat Paphiae Mavors tunc pectore dextram*] *nunc pectora saepe* conjiciebat Cl. Schraderus.

Ibid. v. 113. *In flammas, quas Diva movet*] *fovet* Cl. Oudendorpius.

Pag. 48. v. 134. & seqq.

——— *Veneris qui nunc produntur amores*
Lumine, Phoebe, tuo? Stant capti judice tanto
Mars, Amor, & Paphie, ramisque incerta tremiscunt
Lumina.

haec corrupta esse unusquisque facile videt & agnoscit. *produntur* Cl. Schraderus. dein conjeceram, *Capti stant indice tanto.* quia indicio Solis Mars & Venus proditi sunt, & hae voces *index* & *judex* passim confunduntur. vid. Cl. Herm. Canneg. in Comm. ad Collat. Leg. Mosaic. & Rom. pag. 25. mox auctoritate codicis Leidensis emendandum censui,

——— *ramisque inserta tremiscunt*
Lumina.

& de Solis radiis, cujus indicio concubitus horum numinum proditus, ramis seu arboribus luci illius insertis explicui. praecesserat enim, *Jam medium Phoebus radiis possederat orbem.* *tremor* vero, *tremere*, & *tremulum lumen* de Sole, Luna, & igne dici frequens est. *Lumina* igitur Solis *inserta ramis* arborum eleganter & poëtice dicuntur, quod Virgilii loco firmavi ex

Lib.

Lib. III. Aen. 152. *multo manifesti lumine, qua se Plena per insertas fundebat Luna fenestras.* Sed praecipue huc facit illud Propertii Lib. I. El. 3. 31.

Donec diversas percurrens Luna fenestras,
Luna moraturis sedula luminibus,
Compositos levibus radiis patefecit ocellos.
Sic ait in molli fixa toro cubitum.

qui locus huic explicationi non minimam auctoritatem confert, lucemque accipit ex Epigrammate Anthologiae Graecae Lib. IV. Tit. XII. Ep. 4. ubi idem hic Martis & Veneris concubitus in tabula depictus describitur, & quomodo Sol fenestras intrans, & lumina sua inferens, detexerit jacentes, ut Luna Propertium & Cynthiam:

Εἰς ἄγαλμα Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης.
Ἄρεα καὶ Παφίην ὁ ζωγράφος ἴς, μέσον οἴκου
Ἀμφιπεριπλέγδην γέγραφεν ἀμφοτέρους.
Ἐκ θυρίδος δὲ μολὼν Φαέθων πολυπάμφαος αἴγλη,
Ἔστι ἀμηχανέων ἀμφοτέρους σκοπέων.
Ἥλιος βαρύμηνις ἴσως τίνος; οὐδ' ἐπὶ κηρῷ
Ἤθελεν ἀψύχῳ τὸν χόλον ἐξελάσαι.

quod feliciter interpretatus est Hugo Grotius:

de Imagine Martis & Veneris.
Ecce domo media per amoris vincla ligati
Pictoris Mavors & Venus arte jacent.
Omnia qui lustrat, Sol forte patente fenestra
Haec videt, atque animo non patiente videt.
Quo Sol usque graves temet durabis in iras?
In ceras etiam qui tua tela jacis.

His igitur satis rejicitur conjectura inopportuna Censoris Lipsiensis, ne quid de ejus verbis in me contumeliosis addam, corrigentis, *animisque incerta tremiscunt Numina*, forte quia praecesserat, *Lumine, Phoebe, tuo.* ubi tamen *Numine* substitui posset, si ejusdem vocis recursus in hoc Reposiani carmine offendat.

Pag. 49. v. 144. *qua voce ferenda*] *quo vela ferenda?* legebat Higtius.

Ibid. v. 147. *& ad lucos tantum, puto, lumina vertit*] *tantummodo lumina vertit* Cl. Oudendorpius. & versu seq. *sparge en nunc tela* Higtius transponebat *nunc tela sparge Cupido.* producta brevi ante *sp.* ut saepe.

Pag. 50. in contextu, v. 178. *At Paphie conversa dolet non crimina facti, Sed quae sit vindicta sibi*] *confessa dolet non crimina facti* recte legebat Higtius. ut *confessa* & *conversa* commutantur etiam apud Ovid. V. Met. 215. ubi cum D. Heinsio praeferebat. *conversasque manus.*

Pag. 51. Ep. LXXIII. & LXXIV. *de Musarum inventis*, conferenda sunt cum duobus Epigrammatibus Anthologiae Graecae Lib. I. Tit. LXVII. Ep. 22. & 23.

Ibid. in notis, col. 2. l. 33. post Bulaeum ad Valer. Flac. Lib. I. 563. adde Davis. ad Cic. V. Tusc. cap. 24. p. 335.

Pag. 53. in contextu v. 1. *citharis movet, imperat, auget*] *urget* Cl. Oudendorpius.

Ibid. v. 3. *loquitur Polyhymnia gestu*] *loquiturque Polymnia* Cl. Schraderus. ut in Cod. Voss. & ed. antiqua Veneta legi notavi.

Ibid. Epigr. LXXV. de Musis, v. 7. *ubi fusus olim Spumea lavit almus Ora jubis aquosis*] optime Higtius reponebat,

— ubi fusus olim
Spumea lavit almus
Ora jubis aquosis
Pegasus.

eademque variatione infra in Carmine de Achille pag. 71. v. 41. restituebat,

Cumque novus fessos bellator fudero Teucros.

vel *versos.* pro *fusos.*

Ibid. Ep. LXXVI. *de Luna & Musis*] *de Luna & Poëtis* inscribendum censebat Cl. Oudendorpius, & versu primo legendum,

Phoeba sedens gremio fert Endymiona reclinem

vel *tenet* aut *gerit.* ingeniosa emendatione.

Pag. 54. Ep. LXXVII. *Charites.* Confer cum hoc Epigrammate locum Senecae Lib. I. de Benef. cap. 3. *Num dicam quare tres Gratiae, & quare Sorores sint, & quare manibus implexis, quare ridentes, juvenes, & virgines, solutaque ac pellucida veste.* & seqq. ubi *juvenes* male desideratur in Cod. MS. Amstelaed. sequitur enim mox: *Quid ille consertis manibus in se redeuntium* (*in se* deest eidem codici) *chorus.* & seqq. *Ideo ridentes, quia promerentium vultus hilares sunt, & qui dant vel accipiunt beneficia.* (sic idem codex, pro *quales solent esse qui dant*) *Juvenes, quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines, quia incorrupta sunt, & sincera, & omnibus sancta. in quibus nihil alligati decet esse, nec adscripti.* (*adstricti* melius in aliis) *solutis itaque tunicis utuntur. Pellucidis autem, quia beneficia conspici volunt.* Versu decimo, *Veneris turba ministra cluit* legebat Higtius. quod verbum saepe obliteratum fuisse notavi ad hunc Tom. I. p. 327. 538. & 573. & sic infra Carm. LXXXIX. de Achille v. 75. pag. 76. idem corrigebat Higtius,

—— mihi nam lux amplior ulla est,
Quae virtute cluit, quae nescit claustra sepulchri.

non *fluit.* quod de vitae gloriosae post mortem perennitate apte dici non potest,

Pag.

Pag. 55. col. 1. not. l. 25. post locum Hesiodi, & illa, quem Latinis versibus reddidit Papiss in Vocabulario in *Coarites*, *addatur* : & illum cogitabat Scholiastes Anthologiae Graecae ad Lib. I. Tit. XXVII. ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ. pag. 52. Ἡσίοδος δὲ αὐτάς φησὶ Διὸς καὶ Εὐρυνόμης, καὶ αὐτὰς ὀνομάζει, Εὐφροσύνην, Ἀγλαΐην, Θάλειαν. & Seneca loco paullo ante indicato : *nemo tamen erit, qui etiam illud ad rem judicet pertinere, quae nomina illis Hesiodus inposuerit, Aglaian maximam natu appellavit, mediam Euphrosynen, tertiam Thaliam.*

Ibid. col. 2. l. 27. *post illa*, ut recte emendat Tan. Faber] *subjunge* : *Euronyme* etiam inter Bacchantes occurrit in Anthol Graec. Lib. VI. Tit. V. Ep. 3. In fine ejusdem notae, post, Leichius in Miscell. Lipf. &c. *adde* : cujus sententiam probare videtur Hagenbuch. Epist. Epigraph. pag. 42.

Pag. 58. in contextu v. 4. *Cetera composita fatorum lege*] *cum posita* Higtius.

Ibid. col. 2. notar. in fine : *post illa*, non una est lectionis & scripturae diversitas, ut videbimus] *subjunge* : Fortunam autem hanc Praenestinam cultam fuisse sub nomine *Primigeniae Fortunae*, patet ex notis Patrui mei ad Ovid. V. Fast. 730.

Pag. 59. in contextu v. 5. *cui constat fama fidesque*] vide Cl. Herm. Cannegiet. in Comment. ad Collat. Leg. Mosaic. & Rom. pag. 118.

Ibid. v. 11. *veterum more suorum*] *majorum more suorum* corrigebat Piersonus.

Pag. 61. col. 1. not. l. 24. post illa, aut sacrificiis a vulgi notitia remotis colerectur.] *inserantur sequentia* : ad haec Muratoriana notaverat D'Orvillius in Animadversionibus ad ejus Thesaurum Inscriptionum veterum ineditis : *Unde unde habeat cognomen hic* Jupiter Arcanus, *Praeneste cultus, (quamvis mihi ab arcanis cerimoniis dictus maxime videtur) non hic primum emergit, ut censet Cl. Muratorius, sed dudum in alio Praenestino lapide fuit celebratus, quem produxit Pithoeus in Catalectis, Boissardus, Gruterus, & Suarezius :*

Fortunae simulacra colens, & Apollinis aras,
Arcanumque Jovem &c.

Ibid. col. 2. l. 9. *post illa*, Cl. Cannegieterus in suis ad me literis &c. Arnhemiae scriptis] *adde* : & in Dissert. de Gemma Bentink. pag. 9.

Pag. 62. ad Ep. LXXXI. praeter illos, quos hoc Epigramma *de Nympha ad fontem dormiente* produxisse tam in Notis, quam in Addendis pag. 722. indicavi, adde Anglum anonymum in Delect. Inscr. Metric. N. XII. pag. 13. & Augustin. Inveges in Palermo Antiq. Tom. I. P. III. ad an. 470. qui v. 2. *blande*, & v. ult. *sive lavere* adsert.

Pag. 63. Epigrammatibus, quae Nymphis posita hic exhibentur, addi potuisset aliud non quidem inelegans, sed antiquitatis mihi suspectae, quod paucis abhinc annis in Italia erutum venditatur, & inde ab amico ad se missum edidit Britannus anonymus in Delect. Inscr. Metric. N. XLI. pag. 31.

Spoleti

Nymph. Font. Lysimach. V.
Nymphae, fonticolae Nymphae, quae gurgitis hujus
Aeternum roseo tunditis ima pede,
Lysimachum servate! sub alta maxima pinu
Numinibus posuit qui simulacra tuis.

ubi forte pro *Numinibus tuis*, (pro *vestris*) scribendum *suis*, id est Nymphis, quas ut numina sua colebat hic Lysimachus. Sed vetustatis dubiae, & forte ab Itslo poëta fabricatum esse notavi ad Tom. II. pag. 470 & 471.

Ibid. Ep. LXXXII. v. 2. *Quoius & hoc ab avis*] *abavis* Oudend. ut apud Ferret. p. 31. & Tomasin. de Donar. cap. 28.

Pag. 66. in contextu, v. 2. *Nam teneros gressus infigit sentibus ardens, Nec tamen* &c.] *Quam teneros gressus infigit sentibus, ardens Nec tamen* &c. corrigebat & distinguebat Cl. Herm. Cannegieterus.

Pag. 68. Carm. LXXXIX. *Verba Achillis in Parthenona* &c.] confer Statium sub finem Lib. III. Achill. quem sibi imitandum proposuisse videtur hic Auctor.

Pag. 71. col. 2. not. l. 22. *licia* enim telarum stamina. vide Salmas. ad Capitolin. &c] *adde* : Auctor Aenigmatum, Symposii nomen venditans, Ep. XVII. de Aranea :

Nec pepli radios poscunt, nec licia telae.

Pag. 42. in contextu, v. 41. *Cumque novus fusos bellator fudero Teucros*] *fessos* vel *versos* Higtius.

Pag. 75. v. 52. *Quae te prima virum collato pectore fecit*] cum Graecorum ἄνδρα ποιεῖν confert Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 490

Ibid. v. 55. *Sed Danais comes esse placet*] *Danaos comitasse* Oudendorpius. malim tamen *comes isse*. quod non tantum ex illius sed & remotioris aevi usu est.

Pag. 76. v. 75. *Quae virtute fluit*] *cluit* Higtius.

Pag. 83. col. 1. not. l. 3 post locum Pentadii, *Pelias hasta fuit*, adde : hinc elegantem colorem desumsit Macedonius Lib. VII. Anthol. Graec. Ep. 36. de amante telis Amoris saucio :

Τήλεφός εἰμι, κόρη, σὺ δὲ γίνεο πιστὸς Ἀχιλλεύς,
Κάλλεϊ σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔβαλες.

quod

quod sic vertit H. Grotius:

Telephus en tibi sum: mea, tu mibi te fac Achillem:
Et flammam seda, quam tua forma facit.

Ibid. ad v. 3. *Pelidae robore facro.* vid. Cl. Herm. Cannegiet. Comm. ad Collat. Leg. Mosaic. & Rom. pag. 61.

Pag. 84. col. 2. not. l. 25. sic τεῖχος Graecis eodem sensu] *insere:* ut in Epigrammate Acerati Grammatici Lib. III. Anthol. Gr. Tit. XIV. Ep. 15.

Ἕκτορ, Ὁμηρείοισιν ἀεὶ βεβοημένε βίβλοις, Θεοδόμου τεῖχος ἔρκος ἐγερσίτερον.

Hector, Homeraeis celeberrime cantibus, & qui Muris, quos dederant Di duo, murus eras.

ut vertit Grotius.

Pag. 86. col. 1. not. l. 17. post Graecum Adriani Imp. Epigramma ad Hectorem; adde illius interpretationem Latinam ab eodem H. Grotio his versibus factam:

Si quid Marte potens audis in manibus, Hector,
Respira: Patriae sic bona fata jubent.
Aspice, rursus babet fortes mea Troja colonos,
Et tibi qui cupiant cedere, non aliis.
Myrmidones periere: fac hoc quoque norit Achilles:
Aeneadum positur Thessala terra jugum.

Pag. 87. col. 1. not. l. 4. *post*, plura vide apud Sanct. in Minerv. IV. 6. p. 678. *adde:* sic *tota sub Hectore Troja* in versu, qui apud Manilium Lib. I. 763. inferitur in Vossiano, aliisque codicibus, sed mendosus,

—— *Danaumque ad Pergama Reges Castra ducum, & coeli, victamque sub Hectore Trojam.*

ubi egregrie emendat Bentlejus,

Assaracum, atque Ilum, totamque sub Hectore Trojam.

Pag. 90. col. 1. not. l. 11. post Virgilii locum *adde:* quo loco recte Broukhusius vindicavit Scaligeri emendationem apud Tibull. Lib. II. El. 5. 20.

Haec dedit Aeneae fortes, postquam ille Parentem Dicitur, & raptos sustinuisse Lares.

antea enim *captos* male legebatur.

Pag. 93. col. 2. not. ad Ep. cxiv. l. 6. nam melius apud alios *morte sua*, vel *mole sua*] *corrige*, melius apud alios *mole sua* (deletis *morte sua*) quod probabat Oudendorpius, verissime. nam *morte sua* est naturali, quod Pallanti non convenit. male Boitius in Sylv. Crit. p. 105. *morte fera*. vulgatam tuetur Ant. de Rooy in Spicileg. Critic. cap. xxii. p. 158.

Pag. 96. in contextu v. 1. *Junone & Pallade fautis*] hoc eo referendum, quia Argo in tutela Palladis eret. vide Grotii notas ad Germanici Aratea pag. 25.

Ibid. in fin. not. col. 2. ad Ep. cxxix. post *busta negat.* adde; confundere versificatorem hunc duos Creontas, alterum Corinthiorum Regem, qui Medeam fugavit, alterum Thebanorum, qui Polynicen sepeliri vetuit, recte animadvertebat J. Piersonus in suis ad me literis.

Pag. 97. ad Ep. cxxxiv. *de Pentheo & Agave.*] *haec Notis inferantur:* egregiam lucem huic Epigrammati adfundit. & mutuam ab eo accipit marmorea urna apud Sponium in Miscell. erud. Antiq. pag. 29. ubi Agave, (ut recte censebat Bimardus in notis ad hoc Sponii Opus ineditir) conspicitur dextram gladio armata, sinistra ferens caput Penthei abscissum, & ab altera parte furibunda Maenas. male enim Sponius utrimque Maenades exhiberi putet. Horatius Lib. II. Sat. 3. 303.

Quid? caput abscissum demens cum portat Agave Nati infelicis, sibi tum furiosa videtur.

ubi *demens* & *furiosa*, ut capillis furibundarum instar horridis, & pendentibus, in marmore Sponiano adparet. quamquam pro vulgeto *demens* Bentlejus ediderit *manibus cum portat Agave*. eum vide. & adde Comment. ad Marm. Taurinens. pag. 61. ubi monumentum Sponianum etiam ad Agaven referendum esse, cum Montfauconio censent.

Pag. 98. col. 1. not. l. 12. *insere:* idem Heinsius in notis ad Propertium post ejus Adversaria editis, p. 714. *Cassius Parmensis in Orpheo, etsi suspectum tamen est, & ab Achille Statio confictum, ut volunt.* aliter Glandorpius in Onomastico pag. 208. qui antiquum credidit, & pro vero ac genuino carmine venditavit, &c.

Ibid. col 2. in fine notae ad v 12. *adjunge:* vulgatam non sollicitandam existimabat Piersonus, hoc sensu. Orpheus prius inconditis sonis ridiculus, tandem ad eam artis Musicae pervenit peritiam, ut silvae & scopulos modulemine ad se traheret. sic enim v. 3. *Ridebant segnes pulsus* &c. & pro *dudum* conjecerat *quondam*. sed *dudum*, pro antea, similiter occurrit Ep. 149. v. 6.

Nunc atra, quae dudum candida, mora dabat.

mihi tamen *auritas silvas* hic reponi videtur praeferendum. hinc apud Auctorem Culicis v.

280. de Orpheo, legebat Cl. Schraderus:

Quercus humo, dederatque aures, silvaeque sonorae
Sponte sua cantus rapiebant cortice amara.

Manilius Lib. V. 323.

Qua quondam sonitumque ferens Oeagrius Orpheus
Et sensus scopulis, & silvis addidit aures.

ubi pro *sonitumque ferens* Bentlejus substituebat *mentemque feris.* forte, *sensusque feris Oeagrius Orpheus Et sensus scopulis.* repetitione non invenusta. sic in loco Senecae Herc. Oet. 1072. ubi nunc legitur,

Audito quoque navita
Inferni ratis aequoris
Nullo remigio venit.

emendandum censuit Ezra Clercquius Spec. I. Observ. ad Lucan. pag. 22.

Auritum quoque navitam &c.
Nullo remigio vehit.

Pag. 100. Ep. CXXXVII. *de Fratribus Thebanis*] confer Bianoris Bithyni Epigramma de Eteocle & Polynice, in Anthol. Graec. Lib. III. Tit. XIV. Ep. 2.

Οἰδίποδος παίδων Θήβη τάφος. ἀλλ' ὁ πανώλης
Τύμβος ἔτι ζώντων αἰσθάνεται δοράτων.
Κείνες οὔτ' ἀΐδης ἐδαμάσσατο, κὴν Ἀχέροντι
Μαρνανται κείνων χὠ τάφος ἀντίπαλος.
Καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον, ὦ ἐλεεινοὶ
Παῖδες, ἀκοιμήτων ἁψάμενοι δοράτων.

id est, interprete Grotio,

Oedipodae natis urbs est Thebana sepulcrum,
At tumulus quondam praelia sentit adhuc.
Ipse nec hos Acheron domuit, sed pugnat in Orco
Par quoque, nec bustum foedera pacis habet.
Secta favilla docet. Miseri, qui talia tela
Tractarunt, quorum non datur ulla quies.

eodem hoc Epigrammate v. 3. pro *in mutua saepe Vulnera* legendum videtur, *in mutua saevi Vulnera.* & dein cum Piersono, *mox una perituri clade ruerunt.* pro, *non una.*

Ibid. Ep. CXXXVIII. *de Marsya.* conferendum est ejusdem argumenti Epigramma Archiae Mitylenaei Lib. III. Anthol Graec. Tit. VIII. Ep. 3.

Αἰωρῇ θήρειον ἱμασσόγλυες δέμας αὔραις
Τλᾶμον ἀερθηθεὶς ἐκ λασίας πίτυος,
Αἰωρῇ Φοίβῳ γὰρ ἀνάρσιον εἰς ἔριν ἔστης,
Πρῶνα Κελαινίτην ναιετάων σάτυρε.
Σεῦ δὲ βοὰν αὐλοῖο μελίβρομον οὐκ ἔτι νύμφαι
Ὡς πάρος ἐν Φρυγίοις οὔρεσι πευσόμεθα.

quod idem Grotius Latinis numeris sic reddidit,

Pendes hirta vagis pulsatur tergora ventis,
Exuvias pinus sustinet alta tuas.
Pendes: usque adeo Phoebo certasse nocebat;
Note Celaenaeis montibus, o Satyre.
Nec tua jam nostras Nympharum flabit ad aures.
In Phrygiis resonans tibia blanda jugis.

eodem Epigrammate pro corrupta ultimi versus lectione *fulget ab arte * figis*, Cl. Herm. Cannegieterus *fides* supponebat. Piersonus vero *fulger ab artifici est*, ut Ep. 159. *Dant mirum junctae ars & pictura decorem* sic *manus artifex* Lib. II. Ep. 71. *Picta fuit quondam Pharii regina Canopi Artifici formata manu. artificum manus* Lib. III. pag. 459. *Confer opus, marmorque notum Superumque favorem Artificum ut vigilent in nova facta manus.* Ausonius Epigr LXIII.

Non sunt facta Dei mira, sed artificis.

Pag. 101. Ep. CXXXIX. de Narcisso, v. 3.

Se puer ipse videt, patrem dum quaerit in amne]

optime Piersonus emendabat, *puerum dum quaerit in amne.* sic Ep. 143.

Dum putat esse parem vitreis Narcissus in undis.

Ovidius III. Met. 454.

— quid me, puer unice, fallis.

Pag. 102. Ep. CXLI. v. 3. *Cernis ab irriguo repetentem gramine ripam*] Higtio videbatur esse Epigramma in Narcissum florem, in ripa irrigua surgentem, & significari, cum e prato in ripam ad flumen propius esse translatum, ut crescat ab aquis, quibus periit. ideoque ei legendum videbatur:

Cernis ab irriguo repetentem gramine (vel *margine*) *vitam,*
Ut, per quas periit, crescere possit aquis.

Pag. 103. v. 36. *Do quodvis, licet arma* &c.] distingue cum Cl. Oudendorpio,

Do, quodvis licet arma mihi mortemque minentur.

Pag. 106. Ep. CXLVIII. *Acidos haec cernis* &c.] bene hoc Epigramma loco Ovidii XIII. Met. 893. illustrat, & P. Carrerae errorem ridiculum, qui hanc inscriptionem sepulchri Acidis opinabatur, explodit D'Orvillius cap. XV. Siculor. p. 252. 253.

Pag. 107. Ep. CLI. *Raptus amator Hylas*] *aquator* optime corrigebat Eldikius, suis ad me literis Zutphaniae scriptis d. 12 Jun 1765. aquandi enim ministerium Hylae fatale fuit. de quo plura

plura ad illud Propertii Lib. I. El. 20. 24.

At comes invicti juvenis processerat ultra
Raram sepositi quaerere fontis aquam.

ubi *processerat urna Sacram sepositi* legebat Rutgersius III. Var. Lect. cap. 8.

Ibid. Ep. CLII. *Praedurae morti*] *Praeclarae* Oudendorpius.

Ibid. Ep. CLIV. v. 3. *Immensum * locutura nefas*] *doctura* idem emendabat, & v. 13. *Vel fugiture veni*, pro *negature*, simili vitio. & v. ult. *laqueos nexura resolvo*. pro *rogatura resolvi*.

Pag. 110. Ep. CLXI. de Hecuba, v. ult. *Post regnum in vico saucia latrat anus*] verissime corrigebat Oudendorpius,

Post egmum invita fauce latravit anus.

illis, quae de sepulcro Hecubae, quod Cynossema dictum fuit, notavi, adde Scholiast. Euripid. Hecub. v. 1270. Brodaeum ad Anthol. Graec. Lib. II. pag. 235. ed. Obsop. & Vindingii notas ad prolatum Dictyos Cretensis locum. sic cenotaphium Hecubae constituit Ulyxes prope Pachynum Siciliae promontorium, vide Cluverii Sicil. pag. 190. hinc in loco Ciceronis V. Verr. cap. 34. *naves esse in portu Odysseae, nam ita is locus nominatur*. ubi quum in Codice Heydecoperiano scriptum inveni-rem, *in portu Odysseae, nargitas is locus nominatur*; suspicatus sum forte latere nomen proprium, legendumque *fanum Hecabae is locus nominatur*.

Pag. 116. in fine notae ad v. 7. ubi *inconcessos hymenaeos* vindicavi, *adde*: sic *inconcessus amor* apud Claudian. II. in Rufin. 515. ubi *inconsultus* in aliis codicibus. sed alterum recte praetulit Heinsius.

Pag. 120. col. 1. Not. l. 14. fine notae de Myrtilo, Oenomai auriga, adde locum Claudiani in Laud. Serenae v. 167.

—— *curru Pisaea marino*
Fugit tela Pelops; nam perfidus objice regis
Prodidit Oenomai deceptum Myrtilus axem.

vel, ut legit Heinsius, *Oenomai deceptor Myrtilus*. ubi vide notas.

Pag. 129. col. 1. in fine notae ad v. 70. *subjunge*: subintelligitur autem *cui fata parent*, exitium, vel mortem minentur. *parare* enim cum casu tertio, clades, mala, & sim. notare docet Patruus meus ad Claudian. I. in Eutrop. 269. ubi recte vindicat,

—— *quodcumque parant hoc omine fata.*

dein v. 75. *incumbere velles* e Virgilio legendum est.

Pag. 130. In contextu v. 104. *Talibus effata est dictis*. lege *effata* cum Cl. Schradero.

Pag. 131. v. 133.

—— *castum servare cubile*
Sis memor, extremum hoc munus morientis habeto.
Si bene quid de te merui, lectumque jugalem
Natis pasce tuis.

Hacc meliori distinctionae sic adjuvabat Higtius,

—— *castum servare cubile*
Sis memor, (extremum hoc munus morientis habeto,
Si bene quid de te merui) lectumque jugalem
Natis parce tuis.

ita enim pro *pasce* corrigebat Cl. Schraderus ex Virg. X. Aen. 532. & sic infra in Medea v. 388. p. 179.

Natis parce tuis, aut nos rape in omnia tecum.

In fine hujus Carminis v. 162. *Dilapsus calor* corrigendum ex Virg. IV. Aen. 705.

Pag. 134. Ep. CLXXIII. Praef. Carminis Didonis ad Aeneam, v. 3. *mentisque fidem probus incole judex*) *indole* legebat Higtius, ut *judicem bonum* atque *indole probum* requirat ad discernenda & dijudicanda carmina sua, quae in otio luserat; & *mentis fidem* per Graecismum connectebat cum *probus indole judex*. vel sic capienda existimabat, *cerne, quid carminis otia mea ludant*, & *mentis meae fidem*, id est candorem, vel voluntatem meam, quae in mediocribus poëtis laudanda est, cum vires desint. & hinc vers. seq. corrigebat, *cui grata voluntas Esse potest* &c. non *voluptas*.

Pag. 135. v. 5.

Quamvis saepe gravi conponam carmine fletus,
Plus habet ipse dolor.]

idem Higtius corrigebat,

Quamvis saepe graves conponant carmina fletus,
Plus habet iste dolor. vel, *Plus valet iste dolor.*

per *carmina* autem intelligebat Epistolam hanc carmine scriptam, vel legebat,

—— *gravi conponam carmina fletu,*
Plus valet iste dolor.

Id est, dolor haud finit, ut absolvam quae mente conceperam. Sequentia sic connectebat,

—— *nec conplent verba dolores,*
Quae sensus patientis habet: nec regna requiro,
Quae male victa dedi.

optime. fic v. 49.

—— *damne male vitta pudoris.*

reliqua *miseris circumdata fatis Pendet amore domus* conjungebat. vel relicta distinctiune post *fatis* conjiciebat, *Pendet amore decus, castum dolor auget amorem.* ut fenfus fit, Non repeto regna tibi data. non dolet te receptum a me effe in regni focietatem, fi fidem datam fervares: ab amore enim illo omne meum decus pendet. nunc quoque cum me reliqueris, caftus ille amor meus dolore augetur, & cum jufta in te convicia poffem effundere, & amaras tibi querelas perfcribere, dolor ille meum ardorem meamque manum cohibet. ut in fequentibus pergit. fimilia conqueritur Dido ad Aeneam inter Epiftolas Heroidum Ovidianas.

Ibid. col. 1. not. ad v. 7. *poft illa*, Scio *patientis* fignificationem hic exponi poffe de Didone Aeneae injurias & perfidiam concoquente] *infere*: ita apud Nepotem in Epam. cap. 7. *fuiffe patientem fuorumque injurias ferentem civium.*

Ibid. col. 2. Notar. l. 3. poft locum Valerii Flacci, *adde*: alio etiam fenfu apud Claudian. IV. Conf. Honor. 387.

—— *fed praelia differ*
In juvenem, patiensque meum cum fratre tuere,
Me bellante, locum.

ubi *patiens* pro patienter exfpectans aetatem militiae aptam, a Patruo meo exponitur.

Ibid. in nota ad v. 10. emendandum fcripfi *celare querelas*. pro *colorare*, quod metro adverfatur. fed ex ifta codicum fcriptura *celerare* eliciebat Higtius, & mox *mentisque vias*. pro *meritisque*. Id certe longe praeferendum pertinaciae Cenforis Lipfienfis, leges metricas nihil curantis, & *colorare querelas* propugnantis, pro coloris quodam fuco inficere & tegere, lectione & locutione vitiofa, vel *caelare* corrigentis. id eft carmine, quafi caelo exprimentis, & velut fculpentis. quae refutavi in Antiklotzio pag. 23.

Pag. 136. v. 15.

dum dura vocabula format,
Et minus explicitam commendat litera vocem.]

veriffime Cl. Schraderus & Higtius emendabant,

—— *dum dura vocabula format,*
Et minus explicitam condemnat litera vocem.

firmaturque ex Ovidio IX. Met. 522. elegantiffima defcriptione Cauni literas forori fcribere fluctuantis:

Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram,
Incipit: & dubitat: fcribit: damnatque tabellas.

Ibid. v. 23.

Cuncta dedi, nec mira fide fub lege mariti,
Cujus & ipfa fui]

iidem viri eruditiffimi refingebant,

Cuncta dedi, (nec mira fides) fub lege mariti.

id eft, nec mirum, me cuncta tibi crediddiffe & conceffiffe, quia ea lege conceffi, ut fores maritus. paullo poft v. 38. *totum prae crimine perda* legebat Higtius.

Pag. 137. v. 33. *Si datur ire placet, namque fugis?*] in praecedentibus objectionem fibi ex perfona Aeneae facit Dido, — *fed regna petebas Debita, nec rerum* &c. cui efficacius refponfuram Didonem cenfebat Higtius, hac ratione, *Sit, datur ire, placet.* dein iterum inftat, urgetque *quonam fugis?* vel *jam quo fugis?* quo te vota nocentis ac laefae non adfequantur mulieris. fic ipfa Dido apud Virg. IV. Aen. 381.

I, fequere Italiam ventis, pete regna per undas.

& apud Ovid. Epift. VII. 139.

Sed jubet ire Deus. Vellem vetuiffet adire &c.

ubi fimilis objectio primum ex Aeneae perfona, & deinde Didonis refponfio. quales in Epiftolis illis Ovidianis frequentes funt. deinde illud *quonam fugis?* vel *jam qua fugis?* ut in eadem Didus Epiftola Ovidiana, v. 41.

Aut mare, quale vides agitari nunc quoque ventis,
Quod tamen adverfis fluctibus ire paras,
Quo fugis? obftat biems.

mox v. 36. *Invidiam feciffe negat* Cl. Schraderus, & dein v. 39. cum Higtio legendum,

—— *curvatis cornubus arcus*
Quam de fratre rubes:

non *Quod de fratre.* ut *quam* vel *quo* fuerit fcriptum, unde *Quod* deinde enatum.

Ibid. fine notae ad v. 40. *poft*, Delr. ad Senec. Hipp. p. 192.] *adde*: hinc recte apud Claudian. Bel. Get. v. 517. reftituit Heinfius, *fratrisque favor texiffet Eoi.* ubi vide.

Pag. 140. v. 61. *Et vitreas ligat berba comas*] *virides* conjeci, licet *vitreas comas* dici pro viridibus contendat Cenfor Lipfienfis, ut obloqueretur. quod tamen recte dici unico faltem veteris auctoris exemplo probare debuiffet. *virides* placuit Higtio, qui praeterea legebat, *Et virides rigat*, vel *levat*, *berba comas.*

Pag.

Pag. 141. v. 70.

> —— *regit aequora fluctus*
> *Lite sua, vicibusque suis, quod deperit, auget?*
> *Officiis natura vacat*]

haec ita legebat & distinguebat Higtius,

> —— *regit aequora fluxus*
> *Lite sua* (vel *Vice sua.*) *vicibusque suis, quod deperit, auget*
> *Officiis natura vacans.*

ut reciprocantis maris adventum & recessum innuat. dein v. 81. *Inter mille dolos totidemque pericula fraudis* conjiciebat Cl. Schraderus, pro *piacula fraudis*.

Pag. 142. v. 88. pro *miseramque tumentibus undis Praecipitare diem* conjeci *feramque*, quia *miseram* paullo ante praecessit. sic apud Ovid. Ep. IX. v. 19. forte legendum *Quid nisi notitia est fero quaesita pudori*, pro *misero*. supra in Vincentii Phaedra pag. 108. conjeci emendandum, *ferumque*, vel *miserumque*, *ferat vox ultima nomen*, passim enim has voces confundi docet Drakenb. ad Silium Ital. Lib. IV. 401. sequentia hoc in Carmine v. 91. sic cum Cl. Schradero & Higtio constituenda sunt,

> — *sed nostro pectore pulsum*
> *Cessit amore nefas, & honesta pericula passus*
> *Corda ligavit amor. quis vellet in hospite tantum* &c.

idem Higtius v. 112. *nihil est quod dura reposcam* corrigebat pro *reposcent*. & v. 117. *quid enim nunc credere possum*? pro *non*. deinde v. 126. *meritum si non habet ordo, Sit, quod hospes eras*. Id est, sit meritum saltem, quod hospes eras. & v. 131. idem reponebat,

> *Tutior esse timens, inhonesta pericula poscis;*
> *Cum mala vota cupis, solus tibi dura profecto*
> *Damna paras.*

& v. 139. *negat ira dolenti Consilium, sed praestat amor.* non *regat*. illis vero, quae ibidem ad v. ult. *Vive tamen*, notavi, & in primis Addendis pag. 726. adjunxi, post Claudiani locum adde alterum Ovidii IV. ex P. Ep. 16. 49.

> —— *tantummodo vita relicta est*,
> *Praebeat ut sensum materiemque mali.*

Pag. 150. col. 1. not. l. 40. *post illa*, ubi olim etiam edebatur Γναῖος ὁ Σιδο... *adde*: & sic jam apud Dionem emendandum esse monuit Fulv. Ursinus ad Numos Famil. Rom. in gente *Hosidia* pag. 122. ubi HOSIDIVS GETA IIIVIR occurrit. paullo post l. 52. pro *Hosidio* nempe, corrigendum *Virgilio*. Tales autem Centones Virgilianos ante Ausonium qui fecerint, non reperio. supersunt similes Probae Faltoniae, Eudociae Leonis filiae, aliorumque aevi non optimi. vide Brodaei notas ad Anthol. Gr. Lib. I. Tit. XXXV. pag 73. ed. Obsop. ubi cento Homericus in Echo habetur.

Pag. 153 col. 1. ad v. 32. l. 12. *post illa*, in suo codice scriptum invenisse *finibus hostis* pro *hostes*] *adde*: recte tamen hic *hospes* pro *hostis* legebant Schraderus & Piersonus.

Pag. 160. in contextu, v. 162. *Sensibus hic imis*] lege *haec* cum Higtio, ex Virg. Ecl. III. 54.

Ibid. notae ad v. 157 (sic corrige pro 175) *adde*: vide Patrui mei notas ad Claudian. III. de Laud. Stilic. 326. ubi *per freta*, *per fluvios* bene vindicavit.

Pag. 162. col. 2. Not. l. 15. post, N. Heins. Lib. II. Adverf. p. 207. & 252.] *insere*: apud Manilium Lib. V. 4.

> *Hic alius finisset iter, signisque relictis*
> *Non ultra strinxisset opus, coeloque rediret.*

ut legitur in Cod. Vossiano, ab. Ez. Spanhemio collato, quod forte admittendum pro vulgato *struxisset*, locutione a Circi metis desumta.

Pag. 173. col. 2. not. l. 26. *post*, totum illud Gellii caput compilavit] adde: eadem harum vocum confusio apud Claudian. II. in Ruf. 385. ubi vide notas.

Pag. 175. col. 1. l. 35. post, ad IV. Conf. Hon. 118. *insere*: ubi *rabidae delubra Sibyllae* vindicavit, pro *rapidae*.

Pag. 181. fine notae ad v. 402. subjunge: sic apud Claudian. Bel Gild. v. 253. *praereptus ab astris*. ubi in aliis *praeceptus* vel *praeraptus*.

Pag. 183. in contextu, v. 430. *Illa ut per populos*] *Illa per & scopulos* optime Higtius, ex Virg. III. Georg. 276.

Pag. 186. col. 2. Not. ad v. 459. post illa, *anni & Solis viae* hic notant extremos mundi & temporis terminos. *insere*: Minucius Felix cap. VI. *Sic imperium suum ultra Solis vias & ipsius Oceani limites propagavit.*

Haec typis jam erant descripta. quum in manus meas venit Ezrae Clercquii van Jeveren Specimen Secundum Observationum ad Lucanum, in quo nonnulla ex hoc Libro I. Epigrammata varie tentata atque emendata reperi. quale est Epigr XLII. pag. 26. Silvano inscriptum, varie corruptum, quod sic emaculavit in illo

Specim. pag. 80.

In Urbe Aximar & Tarantasiae in Alpibus.

SYLVANO.

Sylvane, sacrat Semo tutor Aximar,
Tarantasiique summe custos bortuli,
Tibi hosce grates dedicabo Musicas:
Quod me per arma, perque montes Alpicos,
Hujusce luci suaveolentis hospitem,
Dum jus guberno, remque fungor Caesarum,
Tuo favore prosperaris sospitem &c.

& v. ult.

Ego tunc dicabo mille magnas arbores.

Ibidem etiam Epigrammatibus de Galatea, quae in hoc Tomo I. occurrunt pag. 60 & 66. opem Criticam adfert, & quidem primum sic corrigendum censet,

Diffugiens pontum silvas Galatea peragrat,
Custodem ut pecorum cernere possit, abit:
Et teneros gressus infigit sentibus asperis,
Nec tamen alta pedum vulnera sentit amor.
Ipsa Cupidineae erdunt clementa pharetrae,
Cypridos & mediis flamma suburit aquis.

dein sequentis Epigr. LXXXVI. inscriptionem vitiosam *de Galatea in vase* emendat, & substituit, *de Galatea ex pisce*, ut intelligatur de pisce in minutal primum conciso, & deinde in Nymphae marinae formam conpacto. Ideoque versu ultimo legit,

Ut satiet positi tecta libido cibi.

ultimos vero Epigrammatis LXXXVII versus ita refingit,

Doctas nolo dapes: validam mibi pone polentam:
Adspectu nudo quod placet, baud saturat.

quae a vulgatis lectionibus haud parum quidem recedunt, sed tamen conjecturae saepe feliciter audaces dici merentur.

AD LIB. II.

Pag. 187. col. 2. Not. l. 19. *post*, Cratetis parodiam ex hoc adumbratam] *adde:* quae exstat in Antholog. Graec. Lib. III. Tit. ult. Ep. 40. pag. 426.

Ibid. l. 28. post indicia Virorum doctorum, qui de hoc Epitaphio Sardanapali egerunt, adde, Obsopaeum ad Anthol. Gr. Lib. III. Tit. VII. Ep. 2. pag. 315. ex primo autem versu *Haec babeo quae edi* &c. formata est Inscriptio apud Gorium in Prolegom. ad Inscr. Donianas pag. LXXVIII.

D. M.
T. FLAVIVS
MARTIALIS. HIC
SITVS. EST. QVOD. EDI
BIBI. MECVM. HABEO
QVOD RELIQVI
PERDIDI.

Pag. 188. Ep. 3. *Ninus ab Assyriis* &c.] recensebatur Cl. Schradero propter primam in *Ninus* male productam.

Pag. 190. fine notae ad Ep. XII. in Xerxen, *subjunge:* confer cum hoc Epigrammate illud Parmenionis in Antholog. Graec. Lib. I. Tit. v. Ep. 7.

Τὸν γαίης καὶ πόντου ἀμειφθείσαισι κελεύθοις
Ναύτην ἠπείρου, πεζοπόρον πελάγους,
'Ες τρισσαῖς δοράτων ἑκατοντάσιν ἔστυγεν Ἄρης
Σπάρτης. αἰσχύνεσθ' οὔρεα καὶ πελάγη.

quod sic vertit Hugo Grotius:

Hunc qui naturae rerum gravis omnia vertit,
Qui velis terras, qui pede transit aquas.
Sustinuit virtus bastis Spartana trecentis.
Non vos, a montes, boc pudet, & maria.

Pag. 192. col. 2. Not. l. 24. fine notae ad Ep. XII. v. 7. *Quis novus bic bominum* post illa, posset etiam cum Cel. Oudendorpio legi *Quis novus bic Daemon.* haec addantur: vulgatam praefert Cel. Wesselingius ad Herodot. Lib. VII. pag. 536. loco adposito de Xerxe Hellespontum transgresso, cui narrat virum quemdam Hellespontium dixisse, Ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ, καὶ οὔνομα ἀντὶ Διὸς Ξέρξεα θέμενος, ἀνάστατον τὴν Ἑλλάδα ἐθέλεις ποιῆσαι. quo in loco illud ἀνδρὶ εἰδόμενος cum hujus Epigrammatis verbis conparat, *novus bominum*, idque ex Herodoteis illis sumsisse ejus auctorem opinatur.

Pag. 193. In contextu, v. 5. *Sub tanto subitae sonuerunt pondere classes*] haec ita exponebat Cel. Oudendorpius. „ Fingit poëta, Athon non „ divulsum esse omnino a continenti, sed ex„ cavatum fuisse, ita ut sub pondere & cana „ nive montis esset mare, per quod sonuerunt „ seu navigarunt classes. Unde forsan in his „ versibus nihil emendandum. Sed in praece„ dentibus *fulco* & *vela* puto veras esse con„ jecturas.

Ibid. col. 1. Not. l. 25. vide Heins. Lib. II. Advers. &c.] *insere:* vide Heins. ad Claudian. Cons. Mallii v. 332. & Lib. II. Advers. &c.

Pag. 195. col. 1. Not. ad Ep. XIV. de Miltiade, l. 5. *post illa*, μαλ' ἀρεῖα legebat Reinesius, ut ad

ad Gruterum notatur] *insere: τὰ σ' ἀρήϊα ἔργα* optime Grotius, qui sic interpretatur:

Cognita, Miltiade, tua facta ingentia Persis:
Virtuti Marathon est sacra terra tuae.

ἀρήϊα ἔργα, *Martia facta*. & sic ex coniectura legebat Cel. Wesselingius ad Herodot. Lib. VI. pag. 501 hinc verti posset,

Persae, Miltiade, norunt tua Martia facta,
Virtutis Marathon testis & ipsa tuae.

altero versu apud Gruterum rectius editum est *τῆς ἀρετῆς*, & seqq.

Pag. 196 col. 1. Not. l. 36. post Lucani locum adde illum Claudiani Bel. Gild. 99.

Qui trabeas & sceptra dabat, quem semper in armis
Horribilem, gentes placidum sensere subactae,
Nunc inhonorus, egens, perfert miserabile pacis
Supplicium.

ubi Delrius ex veteri libro praefert *mirabile*. forte & illic pari modo legendum.

— *perfert (miserabile!) pacis Supplicium.*

Pag. 197. Ep. XVII. v. 3 *gravis * arma Regum*] *gravia arma* corrigit doctissimus Ant. de Rooy in Spicileg. Crit. cap XXII. pag. 158.

Ibid. col. 2. Not. ad v. 14. in fine *adde*: sic *Ecbatanos* barbare & sine exemplo dicit, primamque in *Medias* perperam corripit.

Pag. 198. Ep. XIX. *Prima Remus quoniam moenia transit, obit.*] *parva* praeferebat J. Piersonus. ut apud Ovidium III. Fast. 69.

Moenia conduntur, quae quamvis parva fuerunt,
Non tamen expediit transiluisse Remo.

sed nihil tentandum videtur. *prima moenia*, ut *novi muri* apud Livium, primum posita, recens condita, quae leviter transilientem Remum occidit Romulus, quia omnibus rerum initiis, praesertim primis urbium condendarum auspiciis, omen faustum vel sinistrum inesse credebant. & hoc Remi factum ideo sanguine ejus expiandum persuasit Romulus, quia id portendebat, hostes neque facili & levi conatu urbe Roma aliquando potituros esse. Fabulosam tamen esse hanc Remi a Romulo occisi narrationem, vel saltem dubiam, plurimi, etiam inter veteres, tradiderunt. de quo hic agendi locus non est. vid. Jo. Henr. Arntzenii Observ. Specim. cap. 2. ubi Ennii versus, de gemellorum Fratrum auspiciis in urbe condenda captis, satis felici verborum transpositione restituit.

Ibid. v. 4. *Tullius inventis fascibus arma ciet*] observat Cl. Herm. Cannegieterus, Tarquinio Prisco id ab aliis tribui, sed Eusebium tamen id Tullo Hostilio etiam adscribere. deinde *Tullium* hic vocari, qui aliis *Tullus* audit. & hinc Withofium in noto Horatii versu Lib. IV. od. 7. 15. *quo Tullus dives & Ancus*, more suo satis audacter emendare *quo Tullius ivit & Ancus.*

Pag. 199. col. 2. Not. ad Ep. XXI. v. 3. *Miratur Porsenna virum*, post illa, l. 21. ubi pro *virum* male in tertio Cod. Voss. *domum*. insere: *vir* autem pro heroe. ut apud Claudian IV. Cons. Hon. 405. *Vir solus quid fortis agat.* ut ex libro isingrino recte praefert Patruus meus, pro *Vel solus*. Virg. VI. Aen. 553.

Vis ut nulla virum, non ipsi exscindere ferro
Coelicolae valeant.

ubi Servius: *virum non ad sexum retulit, sed ad virtutem.* vide & Withof. in Specim. Gunther. pag. 131. ceterum de hoc Mucii Scaevolae facinore confer duo egregia Senecae loca in Epist. XXIV & LXVI. prope finem, Martial. Lib. VIII. Ep. 30. & quae notavit vir doctissimus J. Henr Arntzenius ad Georg. d'Arnaud Dissert. de Vitis Scaevolar. §. IV. pag. 8 & 9.

Pag. 201. col. 1. Not. ad Ep. XXVI. v. 1. *Magne, premis Libyam*] *post illa*, intelligendam esse Africam monet Delrius &c. *insere*: erroris enim absolvi non posse, *Libyam* de Aegypto dici, notat vir doctus in Miscell. Observ. Vol. V. Tom. III. pag. 68. vide & Claver. ad Claudian. Bel. Gildon. init.

Pag. 202. Ep. XXIX.

Sexte, Asiam fortite tenes, divisa ruina est.
Una non potuit tanta jacere solo]

diverso ruina est legebat Piersonus. ut mox Ep. XXXIII. *diverso terrarum litore Magnos Spectas compositos*. & Ep. XXXIV.

Diversos juvenes Asia, atque Europa sepulchris
Distinet.

ubi *Diversis sepulchris* malebat Oudendorpius. vulgatam tamen hoc in loco non mutandam arbitror. eamque sua imitatione probavit Hugo Grotius Epigrammate *de classe Hispanica depulsa* Lib I. Epigramm. init.

Naufragium Tellus divisit, & Ignis, & Unda,
Uno non poterat tanta perire modo.

Pag. 203. col. 2. Not. lin. 8. *post illa*, omnino id praeferendum videtur.] *insere*: per *magos*

enim

enim solebant defunctorum animas & manes evocare. Suetonius Ner. 34. *Quin & facto per magos sacro evocare manes & exorare tentavit.* Virgil. IV. Aen. 490. de maga: *Nocturnosque ciet manes.* & de Canidia Horatius Lib. I. Sat. 8. 29. *ut inde Manes elicerent, animas responsa daturas.* Tibullus Lib. I. El. 2. 25.

Haec cantu finditque solum, manesque sepulcbris
Elicit, & tepido devocat ossa rogo.

ubi vide Broukhus.

Ibid. ad v. 3. forte emendari possit *spirantia exta*] corrige, *spirantia viscera.*

Pag. 204. col. 2. Not. l. 31. *post illa*, & quae notavi in Specim. hujus Oper. pag. 47. *adde:* vide & Cl. Herm. Cannegiet. in Comm. ad Coll. Legg. Mosaic. & Rom. pag. 143. ubi in loco Suetonii Caes. 76. etiam emendat, *Sed & ampliora humana, fastigium decerni sibi passus est.*

Pag. 205. col. 2. Not. l. 15. post locum ex Ep. XXXV. *Non potuit terris spiritus ille premi*, adde illud Ovidii Lib. II. Am. El. 16. 15. *Solliciti jaceant, terraque premantur iniqua.*

Ibid. in nota ad v. 1. *Marmoreo Licinus tumulo jacet*, post illa, licet Lipsius aliique ita adferant. *infera.* Nescio unde Casaubonus Animadv. ad Athenaeum Lib. VIII. cap. 10. produxerit;

Marmorea Licinus tumulo tegitur, Cato parvo:
Pompejus nullo: crediti esse Deos?

Pag. 206 Ep. XXXVIII. *Laconum in Thermopulis*] ex Graeco versum, & apud Ciceronem exstare, in notis monui. Grotius sic interpretabatur,

Nos hic esse sites, Spartae dic, quaesumus, hospes,
Dum facimus promto corde, quod ipsa jubet.

secundum versum, ut adfert Cicero, *Dum sanctis patriae legibus obsequimur*, idem Grotius adhibuit in versione alterius Epigrammatis Graeci de IX Lyrieis Lib. I. Anthol. Gr. Tit. LXVII. Ep. 10.

Ensis & Alcaei dominantum sanguine tincte,
Dum sanctis patriae legibus obsequeris.

Pag. 207. in contextu, v. 2. *Testeis sunt campei magnei....*] ex D'Orvilliano Nonii Marcelli codice haec ita supplet Cl. Bondamius Lib. II. Var. Lect. cap. 14. pag. 335.

Testes sunt campi, quos Africa terra politos
Ipsa gerit.

Ibid. col. 2. Not. l. 13. post Andr. Schottum Lib. I. Observ. cap. 12. *adde:* & copiose Def. Herald. Lib. I. Digression. cap. XIII. & Cerdam ad Virg. Tom. II. p. 226.

Pag. 208. Ep. XL. v. 4. *Passe olim invictae per nos Carthaginis arces: Insolitum subiera jugum.*] haec mutata distinctione ita constituebat Jo. Piersonus,

—— *certa superarier arte*
Passe olim, invictae per nos Carthaginis arces
Insolitum subiere jugum.

quod probo. primo versu etiam conjecerat *ferroque furentem*, pro *ruentem*, sed qua emendatione non opus est.

Ibid. Ep. XLI.

Ille ego sum, patriam Poeno qui ex Marte cadentem
Sustinui, rapuique feris ex hostibus urbes]

recte Cl. Oudendorpius primo versu *ex* delendum putabat, quia mox sequitur *ex hostibus*. vel reponendum *Poeno qui a Marte*, ut *cadere ab hosta* frequens est.

Pag. 210. col. 2. Not. l. 27. post memoratam Graevii emendationem *Uno ore, multorum* sc. consensu. *adde:* sic *una voce consentiunt omnes mortales* apud Cic. IV. Philip. 3. ut recte in Cod. MS. Huydecoperiano, non *una mente*. utrumque conjungit cap. 4. init. *una mente unaque voce dubitare vos negatis.* & Philip. VII. cap. 8. *referta foro bis me una mente atque voce in concionem populus Rom. vocavit.*

Pag. 214. notis ad Ep. XLVI. *adde:* egit de hoc Epigrammate Cl. Majansius Epist. I. Voluminí secundo hujus Operis praefixa, pag. 8. & seqq. de sepulchro autem Scipionis Africani vid. Senecam Epist. LXXXVI. & illic Lipsii notas.

Ceterum post haec de Scipionibus Epigrammata addi potuisset, si tanti videatur, illud Livii Salinatoris, quod produxerunt Ferretius Lib. V. p. 317. & Bonada Vol. I. p. 254.

LIVII SALINATORIS, CONDITORIS FORI JULII.

Livius ecce fui Romanus, conditor Urbis
Hujus, & hanc volui terram coluisse Quirites
Magnanimos, populisque dedi cognomina victor,

sed aevi sequioris est.

Pag. 217. col. 2. Not. ad Ep. XLIX. de Catone v. 5. primo Senecae loco adde alterum ex Ejus Epist. XXIV. ubi celebratum Catonis facinus sic depingit: *Catonem narrabo, ultima illa nocte Platonis librum legentem posito ad capus gla-*

gladio. duo haec in rebus extremis instrumenta prospexerat, alterum ut vellet mori, alterum ut posset. Compositis ergo rebus id agendum existimavit, cui Catonem aut occidere liceret, aut servare contingeret, & stricto gladio, quem usque in illum diem ab omni caede purum servaverat; Nihil, inquit, egisti, Fortuna, omnibus conatibus meis obstando, (*obsistendo* in Cod. MS. Amstelaed.) *non pro mea adhuc, sed pro Patriae libertate pugnavi, nec agebam tanta pertinacia, ut liber, sed ut inter liberos viverem: nunc quoniam deploratae sunt res generis humani, Cato deducatur in tutum. Impressit deinde mortiferum corpori vulnus, quo obligato a medicis, cum minus sanguinis haberet, minus virium, animi idem* (*animo* Cod. Amstel.) *jam non tantum Caesari, sed sibi iratus, nudas in vulnus manus egit, & generosum illum contemtoremque omnis potentiae spiritum non emisit, sed ejecit.* quo loco egregie hoc Epigramma illustratur.

Pag. 219. Ep. LIII. *Ne mirere sacri deformia busta Catonis*] *deformia busta* vocat tenuia, tanto viro indigna. Claudianus I. in Eutrop 458.

— parvo procede sepulchro,
Eutropium passure, Cato.

ubi vide Barthii & Patrui mei notas. & supra ad Ep. XXXVII.

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo.

Pag. 220. col. 1. Not. l. 12. *post*, Almelovenius pag. 21.] *adde:* in Corpore Inscriptionum Gruteri idem hoc Epigramma exstat pag. 653 N. 8. sed ubi Neapoli haberi praefigitur, & initium valde mutilatum sic editur:

D. M.
TAYTA
NERONI. FAMAM. BARBA ...
CVIVS. ROMA LIBRIS. ADSERIT....
AMISSOS ORNAT.

quomodo ex Ferretio etiam producitur in Actis Jenensibus Vol. V. pag. 166.

Pag. 222. col 1. Not. l. 23. post Ovidii locum insere illum Claudiani prim. Cons. Stilich. Lib. I. 35.

— quid facta revolvam
Militiamque patris? cujus producere famam,
Si nihil egisset clarum, nec fida Valenti
Dextera duxisset rutilantes crinibus alas,
Sufficeret natus Stilichon.

Pag. 223. in contextu v. 1. *sua quemque sequuntur Fata*] simile fere illud Propertii Lib. I. 1. 35. *sua quemque moretur Cura.* *sequi* autem hic eo sensu, quo apud Claudian. Paneg. Prob. & Olybr. v. 16. *& prolem fata sequuntur.* ubi vide notas.

Pag. 225. col. 2. Not. l. 23. post Claudiani locum *adde:* huc refer illud Silii Ital. Lib. I. 86. *stant marmore maesto Effigies.* ut pro *moesta* recte legit Heinsius ad Claudian. VI. Cons. Hon. 376. ubi vide.

Pag. 226. Ep. LXXII. *Germanici Caesaris*] pro vetusto etiam adfertur a Tristano Tom. I. Comm. Hist. p. 153 ubi v. 4. *At moveat patria fraude.* & v. 5. *at plenus honoris,*

Pag. 227. Ep. LXXIV. v. 2. legebat Cl. Herm. Cannegieterus, *Omina si quaeras, en Rhodos exsilium est.*

Pag. 229. col. 1. Not. ad Ep. LXXIX. v. post Martialis locum ex Lib. X. Ep. 71. *Ille pedem sustulit, hic tunicam. adde:* de quo vide Ramirez. ad ejusdem Librum Spectac. Ep. XXIII. & Tanaq. Fabrum ad Aristoph. Ecclesiaz. 265.

Pag. 230. in contextu, *aeternaque sudo tropaea*] *tendo tropaea* malebat Cl. Herm. Cannegieterus.

Pag 231. Ep. LXXXIV. notae post Pithoeum & Scaligerum, qui haec Epigrammata de Claudii expeditione Britannica ediderunt, adde Seldenum in Mari Clauso Lib. II. cap. 4.

Pag. 232. col. 2. Not. 35. post illa, *externum* quoque & *aeternum* passim confundi videas] *insere:* ut in MSS. apud Claudian. II. R. P. 85. vide Herm. Canneg. Comm. ad Coll. Legg. Mos. & Rom. pag 297.

Pag. 233. Ep. LXXXVII. 1. *Ultima cingebat Tibris tua, Romule, regna*] *tingebat* Oudendorpius.

Pag. 236. in fine notae ad Ep. XCIII. *post illa*, an vetustum sit, dubito.] *adde:* certe propter primam in *Titum* male productam non probae notae esse Epigramma censebat Cl. Schraderus.

Pag. 237. Ep. XCV. *Templum in rupe Tagi* &c.] vide de hoc Epigrammate Cl. G. Majansii Epist. I. pag. 17. & seqq. ante Tom. II. hujus Operis.

Pag. 238. col. 1. Not. l. 21. post productam Inscriptionem veterem, *insere:* quae variant apud Fr. Robortell de Provinc. Rom. Tom. III. Thes. Antiq. Rom. pag. 5. vide Jo. Andr. Hultmanni Miscell. Epigraph. pag. 201. seq. erant autem quatuor similes tabulae, *& seqq.*

Pag. 239. Ep. XCVI. *Quae nunc abibis in loca*] sic apud Diomedem Lib. III. pag. 513. *Animula, miserula, properiter abiit.* ut recte, pro *obiit*, corrigit Markland. ad Statii Silvas pag. 84. vide supra pag. 679.

Ibid. col. 2. Not. circa finem, post illa, epitheta desumentes a locis, quibus res illae propriae sunt] *insere:* Horatius Lib. III, od, 20. *Mem-*

phin carentem Sithonia nive. pro fulgore, quale in Thracia solet esse, ut exponit Patruus meus ad Claudian. I. in Rufin. 352. ubi plura similia dedit.

Pag. 241. col. 2. Not. l. 3. *post illa*, qua credebant, ex esu leporis aliquem per septem dies formosum esse.] *adde*: hinc in Sylloge Proverbiorum Latinorum Inedita ex veteri codice Meermanniano: *Leporem non edit, id est, deformis est*, ea de *se* notum est Epigr. Martialis, & seqq.

Pag. 244. col. 2. Not. ad Ep. CXIII. l. 2. post, Fleetwood in Inscr. pag. 112. *sequentia inserantur*: & Bonada Vol. I. pag. 185. Graecum vero Epigramma sic vertit Alciatus:

Claudius Aureoli post Martia praelia Caesar
Pro mortali hominum jure sepulchra dedit.
Huic quoque & vitam, sed non contraria pravis
Omnibus, haec prudens militis ira tulit.
Ille igitur clemens tum corporis ultima servat,
Qui pontem Aureoli dedicat & tumulum.

ut adscripserat Graevius primae Gruteri editioni Commelinianae. Hugo autem Grotius in Mantissa Anthologiae Graecae, Latinis versibus a se redditae, Graeca elegantius interpretatus est,

Claudius humanum veritus fas Caesar honorem
Funeris Aureola post fera bella dedit.
Maluerat vitam: sed inexorabilis illud
Non tulit in laesam militis ira fidem.
Ivit quo potuit clementia: quippe perempti
Nomen & in ponte hoc servat & in tumulo.

versu quarto & sequentibus sic distinguendum & legendum putabat Cl. Herm. Cannegieterus:

—— si pateretur amor
Militis egregii, vitam qui jure negavit
Omnibus indignis. sed magis Aureolo
Ille tamen clemens &c.

Salmasii autem versio, & seqq.

Pag. 245. post Ep. CXV. inseri potuisset illud, quod edidit Muratorius Tom. IV. Thes. Inscript. pag. MMXI. N. 8.

CONSTANTINOPOLI AD PORTAM NOVAM.

Theodosii jussis gemino nec mense peracta
Constantinus ovans haec moenia firma locavit.
...... tam stabilem ...... vix conderet arcem.

notatque Muratorius versum tertium a P. Eschlageto sic suppletum,

Tam cito tam stabilem quisquam vix conderet arcem.

Pag. 246. col. 1. Not. l. 7. post indicatos illos, qui Epigramma Obelisci Constantiniani ediderunt, *adjunge*: & in Itinerariis suis produxit J. G. Keyslerus Tom. II. pag. 109--111. ubi multa tam in utraque Inscriptione, quam in carmine ipso aliter leguntur ac distinguuntur. sic v. 5. edidit,

Hoc decus ornatum, Genitor cognominis Urbis
Esse volens Caesar, Thebis de rupe revellit.

quo loco adparet imitatio Claudiani Idyll. I. 91.

—— centumque accline columnis.
Ingreditur templum Thebaea monte revulsis.

Ibid. col. 2. Not fine notae ad v. 10. *Dominus mundi Constantius*] *adde*: & sic in Inscriptione Graeca M. Aurelio & Lucio Vero posita, ubi κύριοι τῆς οἰκουμένης uterque vocatur, apud Donium Cl. III. Inscr. 21. & 22. p. 118. & Murator. T. I. pag. CCXLI. 3. & in alia Imperatoris Severi Alexandri apud Whelerum Tom. I. Itin. p. 212. ubi TERRAE ET MARIS DOMINVS dicitur. & Juliano DOMINO TOTIVS ORBIS posita est Inscriptio apud Murator. Tom. I. pag. CCLXIII. 4. deinde v. 13. *rapido vecta est velocius Euro* legit Eldikius in Specim. Suspic. cap. VII. pag. 98.

Pag. 247. col. 2. Not. l. 8. post locum ex Epigr. praeced.

Haec loca Theudosius decorat post fata Tyranni.

Maximi nempe. ut recte Bandurius exponit] *haec inserantur*: quem eundem Maximum etiam indicat Symmachus, quando *tyranni*, & *tyrannici temporis* meminit, non expresso illius nomine. ut notat Juretus ad Lib. II. Epist. 31. p. 65. sic in Calendario vetustissimo, quod edidit P. Lambecius Tom. IV. de Biblioth. Caesar. ad mensem Octobrem legitur pag. 286. ISIA EVICTIO TYRANNI. quod in notis suis pag. 298. exponit de Licinio a Constantino M. devicto. male igitur Keislerus etiam hic cum aliis edidit, *Tapore vastante tyranno*.

Pag. 248. Epigrammatis CXVII. in latere Obelisci in Hippodromo Constantinopolitana insculpti, versus hoc ordine transponendos censebat Cl. Schraderus,

Omnia Theudosio cedunt, sobolique perenni:
Terdenis sic victus ego domitusque diebus
Judice sub Proclo superas elatus ad auras.
Difficilis quondam dominis parere serenis
Jussus, & extinctis palmam portare tyrannis.

sed aliter in ipso obelisco legi adfirmant testes oculati, G. Dousa tam in Itinere Constantinopoli-

politano, quam in Epist. ad J. Dousam Patrem, inter Epistolas a Gabbema collectas pag. 314. & praeter illum alii, quos in Notis indicavi. Graecum vero Epigramma, quod ex Thoma Smitho produxi, Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ &c. legitur in Antholog. Gr. Lib. IV. Tit. XVII. pag. 483. ed. Obsop. & sic ab Hug. Grotio versum est:

Strata jacebat humi pridem quadra forma columnae
Theudosii jussu Principis, arte Procli.
(Quippe nefas aliis) moles surrexit in altum
Intra tres decies tanta duosque dies.

Pag. 219 col. 1. Not. ad v. 3. l. 10. post, ubi vide Claverium; *adde:* sic in Inscriptione apud Muratorium Tom. I. p. CCLXV. 4.

Martia Theudosium dominorum Roma parentem
Aetherio Divum venerans sacravit in orbe.

& ita scribendum in Epigrammate Constantinopolitano, paullo ante prolato,

Theudosii jussit gemino nec mense peracto.

Pag. 250. in contextu, v. 3. *Et redit, ex alio fixi fregique sagitta*] *ex alto* conjiciebat Cl. Schraderus.

Ibid. col. 2. Not. fine notae ad v. 8. post illa, certe *miles* nimium languet.] *adde:* quod tamen non mutandum, & respondere *Romano*, ut *Barbarus* jungitur *Partho*, censebat Oudendorpius.

Pag. 252. in contextu v. 5. *Irreligata ratis numquam defessa carina*] quia *ratis* & *carina* absurde hic cumulantur, Piersonus conjecerat *Irreligata vadis.* & v. seq.

It redit immensos semper onusta lacus.

ut *ire redire viam*, & sim. Cel. Herm. Cannegieterus sic totum locum constituebat.

Irreligata ratis numquam defessa Charontis
It redit in vastos semper onusta lacus.
Illa rapit juvenes prima florente juventa,
Non oppleta rapit sed tamen illa senes.

si tamen Heinsii emendatio *ratis, numquam defessa rapina*, admittatur, *Charontis* nomen addi non necessarium videtur, quia de hac *torvi senis cymba*, ut in loco Propertii dicitur, ultro hi versus intelliguntur.

Pag. 253. v. 9. *Nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus amici, Lollius hoc ergo* &c.] *usus amicus* Cl. Oudendorpio placuisse in notis indicavi, ut adjective capiatur. Censorem vero Klotzium in Actis Lips. eo acutiorem tentasse *tecum fuit usus amicus Lollius*, sed hac conjectura versum auribus ingratiorem reddidisse, notavi in Antiklotzio pag. 59. Eldikius vero suis ad me literis Zutphaniae scriptis d. 12. Jun. 1765. distinguebat;

Nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus: amici
Lollius hoc ergo conciliavit opus.

ut *ergo* pro caussa, gratia, capiatur, & sensus sit, *In amici sui Maecenatis gratiam Lollius hoc carmen a me impetravit.* admissa nempe distinctione *amici Lollius hoc ergo.*

Pag. 255. v. 15. *Omnia cum posses* &c. *Te sensit nemo velle nocere tamen*] lectionem hanc vindicavi, quum in antiquissimis edd. male legeretur *posse nocere tamen*, & contuli cum loco Propertii III. 7. 29. & Albinovani ex Epicedio Drusi v. 47.

Nec nocuisse ulli, & fortunam habuisse nocendi.

quibus addatur illud Ausonii in Sententiis VII. Sapient.

Quid prudentis opus? cum possis, nolle nocere.
Quid stulti proprium? Non posse, & velle nocere.

& simile illud Euripidis in Palamede, tragoedia deperdita, inter ejus Fragmenta pag. 521. ed. Barnes.

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ' ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος, μὴ βούλεται.

Pag. 257. fine notae ad v. 20. *Litore in extremo quos simul unda movet*] *haec addentur:* nulla hic opus mutatione existimabat Piersonus, & exponebat, unda movet arenas simul, id est, una secum. Motis enim undis moventur etiam saepe arenae, undis recedentibus arenae etiam motae abluuntur.

Pag. 258. v. 24. *postmodo pulsa fugit*] vide Bentlej. ad Horat. Lib. I. Serm. 6. 13.

Pag. 259. col. 1. Not. in loco Silii Italici in notis producto, pro *violataque cervix* Piersonus legebat *spoliataque.* ut Lib. III. Ep. 253. p. 680.

— tu sola placere
Vel spoliata potes.

Ibid. in contextu v. 33. *Maluit umbrosam quercum, nymphasque canentes* &c.] haec pulchre imitatus est Fr. Marius Molsa, Elegia in morbo fatali scripta.

Mollibus atque olim vitam dum degimus hortis,
Regales potui deseruisse domos.
Usque sub umbrosae quercus, platanique virentis
Maluerim densa delituisse coma;
Quam Tyria pictum chlamyde & seqq.

ut notavit Broukhus. ad Tibull. Lib. I. El. I. 50.

Pag. 260. v. 37. *Marmora Maeonii vincunt monumenta libelli*] illis, quae ad hunc locum notata

ſunt, adde quae poſtea ſubjunxi in Antiklotz. pag. 60. pro *Marmora* Eldikius conjiciebat *Barbara*, ut intelligantur Aegyptiae Pyramides & Mauſolea, ut in illo Martialis, *Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis*. confer Propert. Lib. III. El. 2. & infra Ep. CCLXI. & CCLXII. hujus Libri.

Pag. 261. col. 2. Notar. ubi Goralli emendationem *Illum piſcoſi viderunt vada Pelori*, vim metro inferentem, primamque in *vada* ridicule producentem, refutavi, adde eamdem etiam exploſam fuiſſe a Patruo meo in Praefat. ad Petron. pag. 20.

Pag. 264. col. 1. notar. illis quae de *Roma dotali*, & de loco Claudiani in Addendis prolato notavi, ubi *dotale thoros* de Proſerpina dicitur, adde quae habet Euſtath. Swarthius Lib. I. Analect. cap. 13. pag. 56.

Ibid. v. 55. *Hic tela in profugos (tantum curvaverat arcum) Miſit ad extremos exorientis equos*] *extremos equos* de Indiis, ut *extremae orae* Propertio, intelligendos in notis monui, aliiſque locis firmavi, quibus addatur illud Ciceronis V. Verr. cap. 65. *Si tu apud Perſas aut in extrema India deprehenſus Verres* &c. *Si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis atque ultimis gentibus poſitos* & ſeqq. notum illud Virgilii, *Extremique hominum Morini*. Hos autem verſus cum praecedentibus conjungere praeſtat, & cum Clariſſ. Schradero referre ad Apollinem, non vero ad Maecenatem: quia ſic ſuadet locus Virgilii, ubi pugnam Actiacam egregie deſcribens, & Apollinem pro Auguſto pugnaſſe fingens, addit Lib. VIII. 704.

Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
Deſuper, omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.

hinc Auguſto animos addens Apollo, puppique ejus inſiſtens, apud Propert. IV. El. 6. v. 39. ubi eamdem pugnam egregie deſcribit,

Vince mari: jam terra tua eſt, tibi militat arcus,
Et favet ex humeris hoc onus omne meis.

quae loca haec optime illuſtrant, docentque illa, *tantum curvaverat arcum*, ad Apollinem, non ad Maecenatem, eſſe referenda. deinde pro *exorientis equos* conjeceram *ecce Orientis*, quia inſolens videbatur *exoriens* ſimpliciter pro *Oriente* aut *Sole oriente* poni, ſine alterius poëtae veteris exemplo. quod licet damnaverit ſupercilium Klotzianum, optime tamen Ovidii loco in notis producto ex Lib. I. A. A. 177. firmatur:

Ecce parat Caeſar, domito quod defuit orbi,
Addere: nunc Oriens ultime noſter eris.

Pierſonus vero tentaverat,

Miſit ad extremas Nili orientis aquas.

Antonium enim ad Nilum confugiſſe innuit ſupra v. 47.

Territus ad Nili dum fugit ille caput.

ubi Propertii locum huc in primis facientem adtuli ex Lib. II. El. 13. 37. de Antonio:

Hunc infamis amor verſis dare terga carinis
Juſſit, & extremo quaerere in orbe fugam.

ubi per *extremum orbem* Aegyptum, ſeu *Nili caput*, intelligit, & ad Antonium, in Aegyptum fugientem, reſpicit Petronius Carm. de Bel. Civ. cap. 121. Satyr.

Jam fragor armorum trepidantes perſonat aures,
Et Libyae cernunt, & tua, Nile, trementia clauſtra,
Actiacoſque ſinus, & Apollinis arma timentes.

Pag. 265. v. 61.

Sum memor, & certe memini, ſic ducere thyrſos
Brachia purpurea candidiora nive.]

conjeceram in notis,

Tum memorant currus geminas tibi ducere tigres &c.

nam *thyrſorum* Bacchi hic minus oportuna mentio eſt, quia mox ſequitur, *Et tibi thyrſus erat* &c. totumque locum non de Antonio, poſt Parthos devictos Bacchi numen adoptante, ut opinabatur Clericus, ſed de ipſo Baccho intelligendum eſſe, ex perpetua totius carminis ſerie patere oſtendi in Antiklotzio pag. 63. locum autem Ovidii ex Lib. XIV. Met. 813.

Nam memoro, memorique animo pia verba notavi.

aliter emendat Withofius in Praemet. Critic. pag. 131. qui legit,

Sum memor o, memorique animo &c.

pro *notavi* illic in Cod. MS. Leid. *recordor*.

Pag. 267. col. 2. Notar. ubi *purpuream nivem* pro pulchra & candida expoſui, praeter illos, quos in Notis & Addendis memoravi, adde Philandrum ad Vitruv. pag. 299. qui hunc locum indicans, *Albinovanum apud Thyleſium* purpuream nivem *dixiſſe in Elegia, quae incerto Auctore legitur de morte Auguſti*. Illud vocis monſtrum *Thyleſium* penitus ignoro. & *de morte Auguſti* perperam dicit pro *Maecenatis*.

Pag. 268. v. 67. *Mollius et ſolito mecum tum multa locutus*] *tecum* forte corrigendum.

Ibid. ad v. 75. *Percuſſit crebras te propter Lydia nodos*] *percuſſit* hic ad Herculem, ab Omphale propter ſtamina duris ejus manibus rupta verberatum, eſſe referendum, contra Scaligerum

rum in notis monul. post Loënsem & Victorium, eodem modo explicantes, *adde*: & recte etiam Th. Munckerus ad Fulgent. Lib. II. Mythol. 5. pag. 73. notavit Scaligerum male *peremere* hic de textrina intellexisse, quum de Hercule ab Omphale percusso capiendum sit. notum illud ex Ovidii Epist. IX. Deianirae v. 79.

Ab quoties digitis dum torques stamina duris,
Praevalidae fusos comminuere manus.
Crederis, infelix, scuticae tremefactus habenis,
Ante pedes Dominae procubuisse tuae.

sic enim legendum, non *Ante pedes Dominae pertimuisse minas*, ut in aliis editionibus, unde adulterinum distichon male censebat Heinsius, nam librariorum oscitantia id repetitum fuit ex v. 74.

Diceris & dominae pertimuisse minas.

sed *procubuisse* firmatur etiam ex Epist. XII. Medeae v. 186.

Tam tibi sum supplex, quam tu mihi saepe fuisti,
Nec moror ante tuos procubuisse pedes.

& Tibullo Lib. I. El. x. 30.

Haec ego dicebam. nunc me flevisse loquentem,
Nunc pudet ad teneros procubuisse pedes.

Pag. 269. v. 10. *Quam pede suspenso percutiebat Amor*] ad illustrationem loci hujus elegantissimi in Addendis pag. 732. produxi Graecum Gemini poëtae Epigramma & Hercule Lysippeo, idque numeris hisce Latinis reddidi,

Heu ubi clava tua, Alcide, Nemeaeaque pellis,
Et pharetra ex humeris fueta sonare? jacent.
Quo fastus animique? & seqq.

ut emendandum est. illud idem Epigramma, praeter indicatam Salvinii versionem metricam postea vidi etiam Latinis versibus, non addito interpretis nomine, proferri ab Harduino ad Plinium Lib. xxxiv. cap. 7. p. 647. ed. in fol. sed qui auctorem habent Hug. Grotium; ut passim Harduinus in isto Opere varia Anthologiae Graecae Epigrammata Latino metro adligata, nunc addito, nunc omisso Grotii nomine, notis suis infert. Ejusdem quoque argumenti est Philippi Epigramma, quod praecedenti in Anthol. Gr. subjungitur, & sic ab eodem H. Grotio versum est:

Cernere prae cunctis certamen maluit unum
Alciden armis Juno carere suis.
Illa sonans humeris pharetra, exuviaeque leonis,
Clavaque monstrorum sanguine turpis, ubi?
Despoliavit Amor, qui de Jove fecit olorem,
Quid mirum, nato si rapit arma Jovis.

elegantur autem Hercules ille torosus ab Amore puero domitus & victus conspicitur in Gemma Regis Galliae apud Mariettum Tom. II. de Lapid. Sculpt. N. LXXXI.

Pag. 276. col. 2. Not. l. 1. post illa, *omniperita* Salmas. volebat, ut *omniscius*, *omnipotens*, & sim] *insere*: & sic Menckenius in Miscell. Lips. Nov. Tom. III. pag. 165.

Pag. 280. col. 1. Not. l. 7. *post illa*, quia crocus in Coryco monte praestantissimus nascebatur.] *adde*: Solinus cap. 5. Polyh. *foetus terrae Centorupinae Corycio vincitur*. ut legit Salmas. in Exerc. Plin. pag. 106. & exponit, foetum terrae Centorupinae in Sicilia esse crocum, quod Corycio (*croco* nempe) vincitur.

Ibid. col. 2. Not. l. 12. post, tamquam justa funebria, sed dona unguentis potiora, indicari possent.] *insere*: similia plane locus est apud Statium Epicedio Glauciae Lib. II. Sylv. 1. 157.

— quid ego exsequias & prodiga flammis
Dona loquar, moestoque ardentia funera luxu?
Quod tibi purpureo tristis torus aggere crevit,
Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
Quodque Arabes, Pharii que, Palaestinique liquores
Arsuram lavere comam.

Pag. 283. col. 1. post locum Albinovani *Caesaris illud opus*, adde Senecam Epist. XXXIV. *Adsero te mihi, meum opus es.* Tibullus Lib. III. El. 4. 26.

— humanum nec videt illud opus.

Pag 284. v. 11. *Si tamen hoc fatis est*] *Sed tamen hoc fatis est*, legebat Cl. Herm. Cannegieterus.

Pag. 288. col. 2. Not. l. 9. post locum ex Cassii Parmensis Orpheo, *Ausus & ire viam mortalibus inconcessam*, & illa, neque piget conjecturae] *adde*: sic apud Statium Lib. III. Sylv. 2.

Quis rude & abscissum miseris animantibus aequor
Fecit iter? solidaeque pios telluris alumnos
Expulit in fluctus, pelagoque immisit hiantes
Audax ingenii.

ubi pro *animantibus* Bentlej. ad Lucan. III. 194. p 272. legit *mortalibus*. ita *audax* hac eadem in re apud Senecam Herc. Fur. 517. *Audax ire vias irremeabiles.*

Pag. 289. col. 1. Not. l. 45. *prensa* de tempestatibus magis dici quam *pressa* notavit illic Patruus.] *adde*: quem & vide ad Claudian. IV. Cons. Honor. 627.

Eadem pagina. fine ultimae notae post illos, qui *sidere* de nave, quae limo haetet, illustrarunt

runt. *subjunge:* Nepos in Chabria cap. ult. *navis rostro percussa coepit sidere.* ubi Schottus hunc ipsum locum adferens pro subsidere ac demergi intelligit.

Pag. 291. col. 2. Not. l. 4. *insere:* an igitur *libris intactis* hic eo sensu dicitur, quo contra apud Claudianum Cons. Mallii p. 335. *libris pariter fastisque legendus. intactum fretum* apud eumdem initio Belli Getici:

Intacti quum claustra freti coeuntibus aequor
Armatum scopulis audax irrumperet Argo.

Pag. 239. col. 1. Not. ad v. 6. l. 15. ad firmandam Delrii conjecturam *Magnus ut Alcides*, pro *Oenides*, quam non rejiciendam notavi, adde locum Virgilii Lib. V. Aen 814. ubi de caestibus Erycis, quibus Herculem oppugnavit, *His magnum Alciden contra stetit.* vide quae notavi ad Numism. Sicul. Tab. xi. N. 12.

Pag. 298. col. 1. Not. l. 7. passim enim haec duo inter incommoda militibus toleranda junguntur] *insere:* sic infra Ep. CCXLVI.

Nec ferre durum frigus, aut aestum pati,
Neque arma victoris sequi.

& sic de se Marius apud Sallust. in Jugurth. cap. 85. *hiemem & aestatem juxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare.* Claudianus de Cons. Prob. & Olybr. v. 130.

Non ego vel Libycos cessem tolerare vapores,
Sarmaticosve pati medio sub frigore Coros,
Si tu, Roma, velis.

Ibid. col. 2. l. 12. *post illa*, Nullum certe apud melioris aevi poëtam mihi succurrit exemplum, ubi *o* in gerundiis corripiatur] *Insere:* apud Ovidium quidem Epist. IX. v. 126. in vulgatis editionibus legitur:

Nec venit incultis, captarum more, capillis,
Fortunam vultus fassa tegendo suos.

qui cum unicus sit apud hunc poëtam locus, in quo tale exemplum se offerat, merito a viris doctis censetur corruptus, quamquam Vossius Lib. II. de Art. Gram. cap. 27. p. 276. id defendere & Tibulli versu confirmare conetur, sed utraque loca vitiosa sunt. Illum enim Tibullianum ex Lib. III. El. 6. 3. ut in notis monui, levissima correctione post Ach. Statium sic restituit Broukhusius,

Aufer & ipse tuum, pariter medicande, dolorem.

quod vox *pariter* jubet, non vero, ut antea legebatur, *pariter medicando dolorem.* & vulgatam fastidit sonus auribus ingratissimus *medicando dolorem.* praeterea ex Juvenalis Sat. III. 232. adfert Vossius,

Plurimus hic aeger moritur vigilando, sed illum &c.

sed neque ille, ut alia ex posterioris seculi poëtis adduxi, Augustei temporis est, multaque habet similia, quae in melioris aetatis auctoribus non occurrunt. Recte igitur N. Heinsius locum Ovidii maculatum censet, & ex vestigiis codd. MSS. emendavit,

Fortunam vultu fassa rigente suam.

quod probat Broukhusius ad dictum Tibulli locum. aliis conjecturis tentarunt alii huic versui Ovidiano succurrere. e quibus emendatio Patrui mei,

Fortunam vultu fassa pudente suam,

ceteris praeferenda videtur. ut innuat Deianira, Iölen non, ut captivam decebat, *incultis capillis*, & *vultu pudibundo*, suam, id est adversam, fortunam agnovisse, sed erecto collo, vultuque in sublime jactato, se conspiciendam omnibus praebuisse. & haec emendatio optime firmatur ex alio Ovidii loco Lib. IV. Trist. El. 2. ubi Reges captivos in triumpho Drusi ductos, & diversos eorum habitus describens, addit v. 29.

Hic, qui nunc in humo lumen miserabile figit,
Non isto vultu, cum tulit arma, fuit.

ubi *lumen miserabile in humo fixum* est, qui *vultus pudens*, vel *pudibundus*, dicitur, ut *lumina fixus humo* Epist. VI. 26.

——— *ille pudore*
Haesit, in opposita lumina fixus humo.

Certe quocumque modo hic Ovidii locus emendetur, non placet *tegente manu* cum Dousa, neque *timente* vel *maesta fatente* cum P. Francio, & multo minus cum Withofio, qui hariolabatur,

Fortunam vultu fassa rigante sinum.

lacrimarum imbre. *vultus* enim numquam *rigare sinum* dicitur, cujus certe locutionis exemplum desidero, sed lacrimae ex oculis manantes in sinum cadere, cumque madefacere. ut in Drusi Epicedio v. 199.

Obvia turba ruit, lacrimisque rigantibus ora.

& Lib. I. A. A. 532.

Indigno teneras imbre rigante genas.

Pag.

Pag. 299. col. 2. Not. ad v. 53. *post illa*, de Marte nunc in hanc nunc in illam gentem grassante etiam intelligi potest.] adde: vide Hotoman. ad Cic. V. Verr. 50. pag. 390.

Pag. 300. in contextu v. 59. & seqq.

Nos ea, quae tecum finxerunt carmina Divi
Cynthius, & Musae, Bacchus, & Aglaie.
Si laudes adspirem, humili sed adire Camena &c.]

haec ita constituebat Ccl. Oudendorpius,

Nosne ea, quae tecum finxerunt carmina Divi
Cynthius, &c.
Si laudem adspirare, humili licet arte Camenae,
Si patrio Grajos promere ab ore sales
Possumus; optatis &c.

Pag. 301. col. 2. Not. l. 3. *adde:* non dissimili modo Claudianus I. Conf. Stilich. v. 10.

—— equidem si carmen in unum
Tantarum sperem cumulos advolvere rerum,
Promtius imponam glaciali Pelion Ossae.

ubi etiam *adspirem* legi posset, pro *sperem*, si codices addicerent, & *evolvere*, vel *absolvere*, pro *advolvere*.

Pag. 302. in contextu v. 10.

—— tali mortalia nutu
Fallax momento temporis hora dedit.]

Cicero pro Sulla cap. 16. *Haec diu multumque, & multo labore quaesita, una eripuit hora.*

Pag. 305. Ep. CXXVI. in *Asinium Sempronium Rufum*:

Ciconiarum Rufus iste conditor
Ipse est duobus &c.
Suffragiorum puncta non tulit septem &c.]

Haec ita emendanda censebat Cl. Oudendorpius,

Ciconiarum Rufus iste en conditor.
Ipse est duobus &c.
Suffragiorum puncta non tulit. Septis
Ciconiarum populus ultus est necem.

septis enim ad suffragia ferenda populus conveniebat. quod placet.

Pag. 307. col. 1. Not. ad Ep CXXVIII. l. 5. post Trebell. Poll. in XXX. Tyran. cap. 7.] *insere:* ad cujus locum vide Cl. Henr. Cannegieteri notas in neglig. Trebell. Poll. castig. pag. 195.

Ibid. col. 2. Not. ad Ep. CXXIX. in fine, *post*, notas Harduini.] *adde*, & P. Seguinum ad Numism Select. pag. 187. qui ad illum refert numum argenteum, in quo P. VENT... PONT. IMP.

Pag. 311. col. 1. Not. l. 23. ante locum Ovidii ex Ponticis adde alium ex Rem. Amor. v 235.

Adspicis ut pressos urant juga prima juvencos,
Ut nova velocem cingula laedat equum.

sic enim in Cod. Huydecoperiano, non *prensos*.

Pag. 312. col. 2. Not. l. 7. *post*, vide notata ad Lib. I. Ep. 35.] *adde*: apud Senecam Herc. Oet. 1908 legit Gronovius, *Pondere liber strigavit Atlas*. id est, interquievit. ibidemque in loco Justini corrigit, *Strigandi equis data potestate*. pro vulgato *respirandi*. apud Senecam Epist. XXXI. *mentisque sibi vinci ac strigare permiserint*. ubi in Cod. MS. Biblioth. Amstelaed. *restringare*. forte pro *respirare*. sed vide illic Lips.

Pag. 314. col. 2. Not. ad v. 2. post *Parthica signa* in Cod. Voss. pro *bella*] *adde*: quod unice verum existimabat Oudendorpius, quia odiosissimum Romanis, quod Parthorum & Orientalium populorum *signa* viderentur in castris eorum inter signa Romana.

Pag. 315. col. 1. Not. ad v. 6. l. 13. *post illa*, vide eumdem (Heinsium) ad Ovid. Rem. Am. v. 66.] *insere*: Cicero XIV. Philip. cap. 3. *omnibus, quamquam ruis ipse suis cladibus, pestem, vastitatem denuncias.*

Ibid. col. 2. Not. ad v. 11 *post*, quod firmatur a Cod. Vossiano.] *adde*: *Hic generum socerumve petit* legebat Oudendorpius. sed Scaligeri lectionem praefero.

Pag. 316. col. 2. Not. ad v. 36. l. penult. post, Scalig. ad Manil. p. 386. ed. Boecl. *adde*: & Graev. ad Cic. II. Philip. cap. 14.

Pag. 317. l. 7. in fine notarum ad Ep. CXXXI, *subjunge*: Ceterum ex hoc Epigrammate colores desumsit, & satis artificiose transtulit auctor optimi Epigrammatis Latini in duos fratres *Joannem* & *Edmundum Reinoldum*, diversas Religionum sectas defendentium, sed mutuo mox transfugio deserentium, quod legitur in Colomesianis pag. 610. & hoc ipsum Epigramma ante oculos habuit Sidronius Hoschius tribus elegantissimis Elegiis in commilitones amantes, seu duos milites Hispanos in castris Leopoldi Gulielmi Archiducis Austriae in urbis Capellae expugnatione non minus gloriosa morte occumbentes, sub finem ejus Poëmatum.

Pag. 319. col. 6. Not. l. 10. *post illa*, & ad Claudian. IV. Conf. Hon. 318.] *adde*: & I. in Eutrop. 393. *fracto secura Britannia Picto*. ubi

in

in aliis cod. *ftrato.* fic *frangere* & *fternere* E. ftem. vid. Heinf. ad pr. Conf. Stilich. Lib. II. 21.

Ibid. In Nota ad v. 13. poft illa, *Signa: in orbe vias*] *infere: fequens* eft petens, proficifcens. ut apud Virgil. *Italiam fato fequimur.* hic tamen *fecans* videtur praeferendum. eo fenfu *fecare orbem*, *terras*, *vias*, & fim. Ovidius II. Amor. 16. 15.

Solliciti jaceant, terraque premantur iniqua,
In longas orbem qui fecuere vias.
Aut juvenum comites juffiffent ire puellas,
Si fuit in longas terra fecanda vias.

Pag. 320. Ep. CXXXV. v. 3. *probitas me vexit ad auras*] *ad aftra* coniiciebat Cl. Schraderus. ut infra Ep. CLXVII. *Virtute ingenii vectus in aftra fui.*

Pag. 321. Ep. CXXXVIII. HELPES VXOR BOETHII] adfert etiam hoc Epigramma Nobiliffimus Lancillottus Caftellus in vetuftis Siciliae Infcriptionibus Cl. XVII. pag. 250. & in illorum fententiam pronior videtur, qui Helpidem hanc Boethii Philofophi uxorem fuiffe crediderunt. Sed Gualtherii fententiam potiorem praefero. Haec autem Sicula Helpis eadem ac illa, ex cujus ftatua, olim Panormitana, nunc Meffanenfi, infcriptionem ΕΛΠΙΣ Η ΤΟΥ ΒΟΕΘΟΥ adfert idem Lancillottus Cl. XIX. N. 24. pag. 281.

Pag. 322. col. 2. Not. ad v. 11. poft locum Albinovani, *Mifcebar cinerique cinis* &c. adde illud Claudiani in Laud. Seren. 152.

——— *Capanels conjux*
Communes ardente viro miftura favillas.

Ibid. in nota ad Ep. CXXXIX. l. 10. poft Fleetwood in Infcript. p. 155. *infere:* quod eft prolixum Epitaphium ab uxore Proba Faltonia ipfi pofitum, quod legitur etiam apud Martin. Lipenium in Strenar. Hiftor. pag. 453. in Tom. XII. Thef. Antiq. Roman.

Pag. 324. col. 2. Not. l. ult. poft SACRA VICE ARTICAM GVBERNANS.] *adde:* vide Harduinum in Numifm. Pop. & Urb. p. 376. ed. pr.

Pag. 325. col. 1. Not. ad Ep. CXLI. l. 7. poft Infcriptionem e Triftano productam VICE SACRA COGNOSCENS.] *adde:* quam habet etiam Vaillantius in Numis Coloniar. P. II. pag. 200.

Ibid. col. 2. Not. l. 4. poft *Quiritem* in fing. pro populo Romano Claud. in Fefcen. v. 58. ubi vide notas.] *infere:* fic apud eumdem Claudian. Bel. Get. 639. legebat Heinfius,

Plena laceffito rediit vindicta Quirini.

pro *Quirino.* vide etiam Illuftr. Bouhierium ad Petron. Carm. de bel. Civ. v. 39.

Pag. 327. Ep. CXLV. v. 2. v. 2. *cui profpera cuique*] *quaeque* Cl. Schraderus.

Pag. 334. Ep. CLV. *Oraque magnanimum fpirantia paene virorum*] legendum puto *fpirantia faepe.*

Pag. 310. Ep. CLVI. LAVREAE TVLLII *de villa Ciceronis Academia*] produxit etiam, praeter alios in notis indicatos, Keyflerus Tom. II. Itiner. pag. 506. & 507. & varie emendandum fufcepit Ezr. Clercquius Specim. Secundo ad Lucan. pag. 44. qui v. 2. legit *Silva olim melius* &c. v. 3. *Nunc reparat cultu fplendidiore Vetus.* pro *cultu fub meliore.* mox, *Quodque etiam*, pro *Hic etiam*, & paullo poft, *Nil mirum: locus ipfe fui* &c. pro *Nimirum locus ipfe.* & feq. verf. *hae fontes dum repefecit.* pro *quum patefecit.* & v. ult. *Hinc flaerent, oculis quae medeantur, aquae.* pro *Sint plures, oculis* &c. *Vetus* autem hic memoratus, eft *Antiftius Vetus*, in numo Confulari occurrens apud Urfinum pag. 19. ed. Patin. & vide Wildium in Select. Numifm. pag. 171. tertio autem hujus Epigrammatis verfu *Academeo* legendum etiam praetuliffe Jacobum Wallium, colligere licet ex ejus imitatione Lib. I. Eleg. 2. pag. 174.

Tu Lucullear fupra memorabere villas,
Quaeque Academeo nomine nomen habet.

Pag. 343. col. 1. Not. l. 8. poft locum Velleji Paterculi adde Cic. XIII. Phil. cap. 19. *Id agis, ut Lepidum aut impium aut infanum exiftimari velis. Nihil agis.* Seneca Epift. XXIV. de Catone: *Nihil, inquit, egifti Fortuna, omnibus conatibus meis obftando.* Ovidius VI. Faft. 124.

Nil agis en: latebras refpicit ille tuas.
Nil agis en, dixi. &c.

Pag. 344. in nota ad v. 6. ubi conjeci, *Occidit (indignum!) manibus laceratus iniquis.* adde, vel *Occidit (infanum!)* &c. cum Pierfono, quia *infane* in vulgatis.

Pag. 345. col. 2. Not. l. 9. poft Servii locum de *excetra* adde illum Lucii Ampelii cap. 2. *cum Hercules miffus effet ad Hydram Lernaeam, quam nos excetram dicimus, interficiendam, Carcinus ingreffus, Herculis pedes & crura lanians, incommodiorum faciebat eum, quam ipfa excetra.*

Pag. 347. Ep. CLXVIII. *Eloquii princeps, magnis memorabilis actis*] *mirabilis* apud Bedam Tom. II. Oper. pag. 284. ed. Bafil. poft ejus Sententias ex Cicerone collectas, eodem Ep. v. 3. pro *Sed terras omnes implevit nomine claro* in MSS. & edd. vetuftis *Terras omnipotens* legi notavi. hinc *Terras omnidocens* formabat Cl. Oudendorpius. ut *omniperita* fupra pag. 721. fed vulgatum nihil adtinet mutare.

Pag.

Pag. 349. col. 2. l. 7. fine notae *adjice*: quibus addi merentur quae de hoc Favolio dedit Petrus de la Rue in Zeland. erud. pag. 56. & seq.

Pag. 350. col. 1. Not. l. 10. *post illa*, edidisse Laur. Abstemium Fani 1505. notaverat Scriverius] *insere*: & inveni illud in iterata ejusdem Abstemii editione anni 1515. sub titulo *Lucretiae Epigramma.*

Ibid. notae ad v.2. l. 5. in editione Scaligeri, *Sanguinis ut torrens egrederetur*] *adde*: *Sanguinis & torrens egrederetur* legitur apud Othonem Frisingensem in Chronico, cujus locum indicavit Lindenbrogius.

Pag. 353. Ep. CLXXV. v. 4. *Nomen, in Aenea non finis esse nefas.*] *Nomen. in Aenea num finis esse nefas?* recte Cl. Oudendorpius.

Ibid. col. 2. Not. l. 19. fine notae ad Ep. CLXXVI. *subjunge*: vide & Jo. Bapt. Morgagnium in Epist. Aemilian X. p. 58 - 64. post ejus Opusc. Miscell. edita Venet. 1763. qui Gallum potius ForoLiviensem facit.

Pag. 355. In contextu, v. 3. *Aeneamque suum*] *tuum* praeferebat Oudendorpius.

Ibid. col. 2. not. l. 32. post Vibii Sequestr. locum adde: vel pro *agitur* cum Piersono legendum *oritur*.

Pag. 356. col. 2. fine notae, *Proximus a primo tum Maro primus erit.*] *adde*: simili locutione Ovidius Rem. Am. v. 404. *a primo proxima segnis erit.*

Pag. 359. col. 2. not. l. 23. *post illa*, male exposuit Catanaeus.] loco Claudiani in Addendis pag. 737. prolato, adde alterum ejusdem ex Lib. I. de Laud. Stilich. v. 77.

Tu legeris, tantosque viros, quos obtulit orbis,
Intra consilium vincis sensumque legentis,
Et gener Augustus olim socer ipse futurus
Accedis.

ubi male Barthius *censumque*. nam *sensumque* in Excerptis Schotti est, cum glossa, *id est judicium.* Cicero Lib. II. de Invent. cap. 44. *non oportere de ejus voluntate nos argumentari, qui, ne id facere possemus, judicium nobis reliquerit suae voluntatis.* ubi in Palatinis aliisque MSS. *indicium* reperit Gruterus, & quid eligat, haeret. sed quia de testatoris voluntate agitur, *judicium* videtur praeferendum; quod & a meo codice membranaceo firmatur, idemque inveni in variantibus MSS. ex Cod. Coenobii Ulrichiani, qui olim fuerat Caroli Rechlingeri, & ex Leidensi ac Vossiano probavit Oudendorpius.

Pag. 365. col. 1. fine notae ad v. 18. *post*, vide interpretes ad Horatii Lib. III. od. 27. 39.] *adde*: & Brodaeum ad Antholog. Gr. Lib. III. Tit. XXV. Ep. 58. pag. 402. ed. Obsop.

Ibid col. 2. in nota ad v. 31. post illa, quum idem de Pindaro narrent veteres] *insere*: sic Antipater in Anthol. Graec. Lib IV. Tit. XXVII. Ep. 14. elegantissimo Epigrammate in Imaginem Pindari:

Νεβρείων ὁ πόσον σάλπιγξ ὑπερίαχεν αὐλῶν
Τόσσον ὑπὲρ πάσας ἔκλαγε σεῖο χέλυς.
Οὐδὲ μάτην ἁπαλοῖς ξουθὸς περὶ χείλεσιν ἑσμὸς
Ἔπλασε κηρόδετον, Πίνδαρε, σεῖο μέλι.
Μάρτυς ὁ Μαινάλιος κερόεις θεὸς, ὕμνον ἀείσας
Τὸν σέο, καὶ νομίων λησάμενος δονάκων.

quod sic interpretatus est Hugo Grotius:

Tantum victa tuae quaevis chelys altera cedit,
Quantum ex hinnuleo tibia facta tubae.
Nec frustra in teneris examen dulce labellis
Sedit, & effudit, Pindare, mella tibi.
Corniger Arcadiae testis Deus; is tua namque
Carmina depositis cantat arundinibus.

& Lib. V. Tit. 1. Ep. 69. de Pindaro:

—— τικτομένου γὰρ
Ἐξ ὠδῖνος λιγυροῖσιν ἐπὶ στομάτεσσι μέλισσαι,
Κηρὸν ἀνεπλάσσαντο σοφῆς ἐπιμάρτυρα μολπῆς.

Id est, eodem interprete:

—— *cum prodiit alvo*
Matris, apes tenero pueri super ore sedentes
Melle laborarunt docti praesagia cantus.

vide Brodaei notas ad Lib. III. Tit. XXV. Ep. 26. pag. 393.

Pag. 366. in contextu v. 37.

—— *dum crescit, in omne*
Altior emicuit cunctis] *in omen* conjecerat Cl. Herm. Cannegieterus. & sic Toillio placuisse in notis monui & probavi.

Ibid. col. 2. not. ad v. 47. *post illa*, quia tumulos sternere lapidibus solebant.] *adde*: ex hoc versu Erasmus putabat plebejorum sepulchra habuisse lapidum acervum, aliis id inprobantibus. vide Brodaeum ad Antholog. Gr. Lib. IV. pag. 482.

Pag. 367. in contextu, v. 48. *Nocte die tutum carpe viator iter*] imitatus est Janus Secundus Epitaphio Lucii Tabellarii, in via a latronibus occisi, Libro Funerum pag. 193.

Nuncius infelix vita spoliarus & auro;
Securum vacuus carpe viator iter.

Pag. 371. ad Epigr. CLXXXVII TVRCII RVFII APRONIANI ASTERII fine notae ad init. hujus Epigr. *subjunge*: Ejusdem *Turcii Aproniani* mentio est in duabus aliis Inscriptionibus, & binis Edictis, quae illustrantur ab Heineccio in Hist. Edictor. & Edict. Perp. Lib. I. cap. 5. pag. 59 - 68.

Pag. 373. col. 2. not. ad v. 7. post locum Ovidii, *Haec facies Trojae, cum caperetur, erat*] adde illud Sallustii Catil. 31. *quibus rebus permota civitas atque immutata facies urbis erat.*

Ibid. in contextu v. 11. *Infernos Ditis Manes, & regna peterrat*] optime Cl. Schraderus haec ita transponebat,

Infernos Manes, & Ditis regna peterrat.

sic Ep. exci. pag. 376. *Quaeruntur sexto Manes, & Tartara Ditis.*

Pag. 375. col. 2. not. ad v. 18. in fin. post illa, ubi *figere tecta* legendum, alibi videbimus.] adde: sic apud Virg. I. Aen. 432.

— *aut quum liquentia mella*
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

ubi *liquentia tecta* emendat anonymus Anglus in Miscell. Observ. Tom. II. pag. 23. Patruo meo improbante.

Pag. 377. contextui post Epigr. cxci. inseri potest illud inelegans neque ineptum Epigramma, quo totius Aeneidos argumenta duobus tantum distichis comprehenduntur, quod descripsi ex veteri Cod. MS. Meermanniano:

SVMMA VIRGILII IN HIS VERSIBVS CONTINETVR.

Fervet amore Paris. Helenam rapit, utitur armis
Graecia. pugnatur. diruta Troja jacet.
Exsulat Aeneas, fugit, aequora circuit, intrat
Italiam. Turnus vincitur. Alba manet.

Pag. 388, col. 2. Not. ad v. 55. *post illa*, & sic in fragmento Waliiano, nisi quod in eo *Ensisa*] insere: ut in codicibus vetustis semper scribi monet Heinsius ad Claudian. Laud. Seren. 147.

Pag. 383. col. 2. Not. ad v. 75. in fine adde: aliter *Arcadiae profugum*, ut *exsulem mundi*, *patriae exsulem*, & sim. exponit Patruus meus ad Ovid. VI. Met. 189.

Pag. 384. in contextu, v. 87. *Audacem Rutulum dat leto pulcher Jülus*] *Audacem Remulum* legit Cl. Schraderus ex Virg. IX. Aen. 591. 631. ut infra pag. 392.

Audacem Remulum leto dat pulcher Jülus.

& sic in plurimis codicibus, ut notavi.

Pag. 389. col. 2. Not. l. 14. *post illa*, cognomen anteponitur nomini, ut *Severus Cornelius*, &c.] adde: vide Begerum Tom. III. Thes. Brandenb. p. 97.

Pag. 390. in contextu v. 19. *gravi pectus succensa amore] calore* Cl. Schraderus.

Ibid. col. 2. Not. ad v. 20. post loca Josephi Iscani adde illud ex Auctore Ciris v. 298.

Atque utinam Veneri, nec tantum grata Dianae,
Venatus esses virgo sectata virorum.

sic enim legendum cum Heinsio, non *Cereri*.

Pag. 391. in contextu v. 32. *Defensusque parens adiit praecepta Sibyllae*] recte obiit Cl. Schraderus, sequitur enim *adiit*. & *adire praecepta* insolens locutio est.

Ibid. col. 1. fine notae ad v. 20. illis, quae in Addendis pag. 737. notavi de locutione *Dumque capit, capitur*, adde Bentlej. ad Manil. Lib. IV. v. 30.

Pag. 394. col. 1. in fine notae ad v. 15. alibi in his Catalectis in voce *suadet, suavis*, & sim.] adde: sic in carmine Caelii Firmiani de Livore Lib. III. Ep. xcii. pag. 547. *Non lux, non cibus est suavis illi.*

Pag. 497. Ep. cxcvi. v. 4. *Et tristi e bustLo tot sacra busta Ducum*] pro *Ducum* in schedis N. Heinsii ex G. J. Vossii Codice descriptis *has*.

Pag. 400. col. 2. Not. ad Ep. cxcviii. l. 4. post Capacii Hist. Puteol. cap. xxxiv. p. 197.] adde: & in Campan. Felic. cap. 2.

Pag. 401. col. 1. not. l. 27. post Mazellam in Antiq. Puteol. pag. 201.] insere: pag. 89 & 90. in Tom. IX. P. iv. Thes. Ital.

Pag. 404. col. 1. Not. l. 34. *post illa*, in Jö obiisse Homerum, eique sepulcrum construxisse Jënses vel Jëtas, tradunt veteres] praeter ea, quae in Addendis adduxi, adde: ut constat ex duobus Alcaei Messenii, & Antipatri Sidonii Epigrammatibus, quae leguntur in Antholog. Graec. Lib. III. Tit. xxv. Ep. 1. & 2. vide quae notavi in Comment. ad Numism. Sic. Tab. xv. N. 1. pag. 443. & in Addend. p. 612. E. Hujus autem populi nomen bene Henr. Valesius Lib. V. Emend. cap. 4. restituit Aeliano Lib. II. de Anim. cap. 6. κ̀ ὁμολογῦσιν αὐτοῖς Λέσβιοι, τὸ δὲ Ἰῆται. pro quibus vulgo illic circumferuntur Τῆιοι. Quod de sepulcro Homeri, in eadem hac insula Jö nuperrime detecto, venditatum fuit, ab eventu comprobatum iri, avide exspectant Antiquitatis eruditae cultores.

Pag. 405. col. 1. fine notae ad Ep. ccx. de Sappho: ex titulo Inscriptionum MSS. Cyriaci Anconitani in Addendis monui hoc Epigramma e Graeco versum esse. *his adde*: Graecum legitur in inscriptt. Donianis pag. 336. & in Antholog. Graec. Lib. III. Tit. xxv. Ep. 65. pag. 404.

404. ed. Obsop.

Οὔνομά μὲν Σαπφώ. τόσσον δ' ὑπερίσχον ἀοιδῶν
Θηλειῶν, ἀνδρῶν ὅσσον ὁ Μαιονίδας.

quod sic vertit Grotius,

Sappho nomen erat: tantum muliebria vici
Carmina, tu quantum vincis, Homere, viros.

ὑπερίσχων male apud Donium. qui hanc Salvinii interpretationem subjungit,

Femineos cantus superavi mascula Sappho,
Quantum hominum vicit carmina Maeonides.

incerto autem poëtae tribuitur Graecum illud distichon in vulgatis Anthologiae editionibus, sed Antipatro Sidonio in Codd. MSS. quibus usus est Grotius. ejusdem Antipatri de Sapphone Epigramma post illud modo productum Anthologiae Graecae inseri meretur,

Σαπφώ τοι κεύθεις, χθὼν Αἰολὶ, τὴν μετὰ Μούσαις
Ἀθανάταις θνατὰν μοῦσαν ἀειδομένην.
Ἃν Κύπρις καὶ Ἔρως συν ἅμ' ἔτραφον, ἇς μετὰ Πειθὼ
Ἔπλεκ' ἀείζωον Πιερίδων στέφανον,
Ἑλλάδι μὲν τέρψιν, σοὶ δὲ κλέος. ὦ τριέλικτον
Μοῖραι δινεῦσαι νῆμα κατ' ἠλακάτας.
Πῶς οὐκ ἐκλώσασθε πανάφθιτον ἦμαρ ἀοιδῷ,
Ἄφθιτα μησαμένα δῶρ' Ἑλικωνιάδων.

primum hujus Epigrammatis distichon produxit N. Heinsius ad Ovd. II. Am. 18. 26. ubi ineditum vocat, sed integrum legitur post Patris ejus D. Heinsii Poëmata, inter inedita è Graecis versa pag. 144. adposita ejusdem interpretatione Latina. secundo versu auribus ingrata tot vocum in eumdem sonum terminatio jure offendit Marklandum ad Statii Silvas pag. 345. ideoque emendat *τὴν μετὰ Μούσαις Ἀθανάταις* &c. Sed praefero codicis Vaticani lectionem, *μετὰ Μούσαις Ἀθανάταις*, quam probavit etiam Cel. D'Orvillius in notulis ad hoc Epigramma post Sapphus Fragmenta editum a Jo. Christ. Wolfio pag. 160. & seq. ubi & aliae Vaticani & Uffenbachiani codicis lectiones memorantur.

Pag. 408. col. 2. Not. l. 16. post illa, *Funerae* enim vel *Funereae* mulieres dictae, ad quas funeris cura pertinebat.] *insere*: & sic Fr. Mar. Pratilli libro Italico de Via Appia Lib. I. cap. 10. p. 65. qui tamen male negat *funus facere* recta Latinitate dici.

Pag. 409. In contextu, Ep. ccxviii. v. 2. *quod quod scriptu' st.*] *quod* semel delendum.

Pag. 410. col. 1. Not. l. 5. hinc *Orcinus* vel *Orcivus.*] *adde*: vide Carrionis notas ad Gellium p. 115. 116.

Pag. 417. ad Ep. ccxxviii. *L. Annaei Senecae*, in fine notae, *post*, edidisse Ablteminium notaverat Scriverius.] *subjunge*: ex MS. Cod. supposititiarum Pauli ad Senecam Epistolarum Bibliothecae Ricardianae edidit etiam Jo. Lamius de Erud. Apostolor. pag. 168. qui epitaphium hoc spurium censet. Sed Senecae vindicandum putabat Cl. Henr. Cannegieterus in Epist. ad me data Arnhemiae prid. Kal. April. 1764. qui vers. ult. pro *Namque animam* legebat *Jamque*. quinto versu *Corpus avara tenens*, pro *tamen*, male editur apud Lamium.

Pag. 420. col. 1. notae ad Ep. ccxxxvii. post indicatos illos, qui hoc Epigr. ediderunt, Pithoeum Scaligerumque, *adde*: est forte hoc Furii Bibaculi in Valer. Catonem Epigramma ex ejus *libro Jocorum*. quale opus a Bibaculo scriptum esse colligas ex Macrobio Lib. II. Saturn. c. 1. p. 262.

Pag. 421. Ep. ccxxxix. v. 6. *Unum difficile expedire nomen*] *deficere* corrigit Toupius Emend. ad Suidam P. III. pag. 174.

Pag. 423. col. 1. not. ad Ep. ccxlii l. 24. qui ab aliis *Atilius Cimber*, non *Tullius* dicitur, & forte rectius.] *insere*. idque praefert Tristanus Tom. I. Comment. pag. 44.

Ibid. lin. 38. *post illa*, alii viri docti perperam hunc Rhetorem *Tullium Cimbrum* etiam vocant, quae confusio inde orta, quia hic fratris sui, ille Caesaris percussor fuerit.] *his addantur*: ad quem Seguinus in Select. Numism. pag. 88. refert nummum Trimenothurensium, in quo ΕΠΙ Μ. ΤΥΛΛΙ. quia populi illi vicini sunt Bithyniae, in quam, Caesare interfecto, se contulit Cimber Tullius, quem *Tillium Cimbrum*, non *Tullium*, vocandum esse censet Graevius ad Cic. VI. ad Fam. Ep. 12. & recte. nam inter *Tullios* male refertur a Glandorpio in Onomast. p. 854. & hunc *L. Tillium Cimbrum* inter illos, qui patriae Libertatem privatis commodis antetulerunt, laudat Cicero II. Philip. cap. xi. ubi male etiam *Tullius* scribitur in Cod. Leidensi & Huydecoperiano.

Pag. 424. col. 1. Not. l. 43. post illa, *Tamentiorum* Salmasius] *insere*: *Homericorum* conjecit eruditiss. E. H. Eldikius Specim. Suspic. cap. vii. pag. 45. & versu tertio, *Thucydidis tyrannus Atticae vepris.* denique *Rhintonicorum* emendandum esse videbatur Jo. Toupio in Emend. ad Suidam P. III. pag. 108.

Pag. 430. col. 1. Not. ad v. 2. *post illa*, licet *recutitum caput* utroque loco emendet If. Vossius.] *insere*: sed metro invito secundam in *recutitum*, quae corripitur, producit, & Calvo hoc Epigramma esse adscribendum hariolatur. idem versu tertio legit &c.

Pag. 431. In contextu Ep. ccxlv. v. 5. *Duas habere filias Atilium*] *Atilium* hunc eumdem esse ac Rhetorem *Atilium Cimbrum*, quem memorat Suton. Aug. 86. ita enim legit, non *Annium*, existimat Tristanus Tom. I. Comment. pag. 44. & in quem est Virgilii Carmen, supra Ep. ccxlii.

Pag. 433. In nota ad Ep. ccxlvi. v. 17. l. 9. post Dousae conjecturam, quae sic corrigenda est,

Quid palluisti? femina, an loci dolent?

addendum: nam in Dousae emendatione, quam refert Lindenbrogius, *feminane an loci*, abundat syllaba. *femina* dixisse veteres aeque ac *femora*, vide apud Voss. l. de Analog. cap. 47. pag. 647.

Ibid. col. 2. l. 20. de *Cotyttiis*, post D. Heins. in Lect. Theocrit. cap. xi.] *insere:* mendosus in hac voce est locus Synesii Epist. xliv. pag. 123. ἀπαφάνω τὸν ἄνδρα ἡμῖν, ἀντέχεσθαι θιασώτην τῆς Κότυος. ubi optime P. Francius in margine sui exemplaris τῆς Κοτύττους emendaverat. de hac Dea intelligenda sunt quae leguntur in Cod. MS. veter. Proverbiorum Latinorum Meermanniano: *Cotyi sacrificare, calamistratum esse. huic enim Deae, apud Corinthios cultae, intemperantes ac calamistraturae studiosi, formamque venditantes, sacrificabant.* ubi *Cotytti* scribendum pro *Cotyi*. Juvenalis Sat. II. 92.

Talia secreta coluerunt orgia taeda
Cecropiam soliti Baptae lassare Cotytto.

illis, quae in fine notae de *sacris Cotytiis* & *Cotytiis*, in loco Horatii permutatis, notavi, adde Menckenium in vita Politian. pag. 243. & Octav. Cajetan. in Isagoge ad Hist. Sicul. cap. vi. pag. 53.

Pag. 434. In contextu, v. 28. *Dapesque duces sordidas*] legendum forte, *Dapesque Ditis luridas*. paullo enim ante *sordido* praecessit. *Ditis* etiam emendasse Julium Pontederam, in notis monui, & de culina funebri intellexisse, de qua vide etiam Scalig. ad Catull. pag. 54.

Pag. 435. In contextu,
Et aestuantes docte solvis pantices,
Os usque lambis saviis]

dente solvis legebat Eldikius, quia *dote* est in Cod. Voss. alterum versum aliter ac Interpretibus factum est, exponit eruditissimus Toupius in Emend. ad Suidam P. III. pag. 134. cujus observata adjungi possunt illis, quae ex Heinsii schedis protuli supra in Addend. ad Tom. II. pag. 700. Quae in fine notae ad hunc locum de *pantice* scripsi, sic constituenda & augenda sunt: ubi inter alia ex Tibulli Carmine adfert, *Latet jacente pantice abditus specus*. ut eum ex membrana veteri constituit Scaliger, illis versibus,

Latet jacente pantice abditus specus,
Vagaque pelle tectus annue gelu
Araneosus obsidet fores situs.

vide Tom. II. pag. 564. ubi *pantice* de laxo ventre. ut Martiali Lib. VI. Ep. 64. 19. *Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi*. Festus *pantices* exponit *rugas ventris*.

Pag. 436. Ep. ccxlvii. v. 1. *Omnia cum Bavio communia frater haberet*] Cicero II. Verr. cap. 36. pag. 639. *cum iste Dorotheum sic diligebat, ut diceres omnia inter eos esse communia.*

Pag. 437. col. 1. Not. l. 28. post locum Cic. ex Lib. III. de Leg. cap. 16. *Excitabat fluctus in simpulo, ut dicitur*] adde sequentia: & V. Verr. 21. *Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clave figeret.* III. Phil. cap. 8. *Sed tamen currentem, ut dicitur, incitavi.* & cap. xi. *O praeclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum.* xii. Philip. cap. 2. *posteriores enim cogitationes, ut ajunt, sapientiores solent esse.*

Ibid. col. 2. Not. l. 14. post Ovidii locum, *Unaque mens, tellus non habet una duos.*] adde illud Minucii Felicis cap. 1. *ut in ludicris & seriis pari mecum voluntate concineret eadem velle vel nolle: crederes unam mentem in duobus fuisse divisam.*

Ibid. l. 26. post, omnia alicui esse, τὰ πάντα εἶναι.] *insere:* Herodotus Lib. VII. 156. Geloni ἦσαν ἅπαντα αἱ Συρήκουσαι. & sic forte legendum apud Propertium Lib. I. El. xi. 24.

Tu mihi sola domus, tu Cynthia sola parentes,
Omnia tu, nostrae tempore laetitiae.

non, ut in vulgatis legitur,

Omnia tu nostrae tempora laetitiae.

Ovidius Epist. xii. Medeae v. 162.

Deseror, amissis regno, patriaque, domoque,
Conjuge, qui nobis omnia solus erat.

sed de isto Propertii loca plura ad poëtam ipsum, si vita superfit.

Pag. 439. Ep. ccxlviii. v. 4. *sic est in tribus unus amor.*] locus hic ex Ovidio videtur expressus Epist. ix. 92. ubi de Geryone:

Prodigiumque triplex armenti dives Iberi
Geryones, quamvis in tribus unus erat.

sic enim hic Epigrammatarius paullo ante, de his

his tribus amicis Serrano, Vegeto, & Herogene, — *caros adspice Geryonas.* facit huc Justini locus Lib. XLIV. cap. 4. *Geryonem ipsum non triplicis naturae, ut fabulis proditur, fuisse ferunt, sed tres fratres tantae concordiae extitisse, ut uno animo omnes regi viderentur.* vide illic Doctorum notas. & eo respicit Auctor Elegiae in Obit. Maecenatis v. 85.

Vel tribus adversis communem fratribus alvum,
Et sex adversas solus in arma manus.

Pag. 440. ad Ep. CCLI. e. HELVII CINNAE. *Haec sibi Arataeis* &c.] desumtos esse hos versus ex inedito, quod ex Cod. MS. Achilles Statii adfert, Callimachi in Aratum Epigrammate jam monuit Fulvius Ursinus ad Virg. Ecl. I. v. 70. de quo Epigrammate prolixe & erudite disseruit Cel. Ernesti in novissima Callimachi editione Tom. I. pag. 313. & seqq. confer Leonidae Epigramma in Phaenomena Arati, quod ex Mantissa quarta ineditae Anthologiae Graecae ab Hugone Grotio versae hic adferre non alienum ab hoc loco arbitror:

ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ
εἰς Φαινόμενα Ἀράτου.

Γράμμα τόδ' Ἀρήτοιο δαήμονος, ὅς ποτε λεπτῇ
Φροντίδι δηναιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο.
Ἀπλανέας τ' ἄμφω καὶ ἀλήμονας, οἷσιν ἐναργὴς
Ἀλλόμενος κύκλοις οὐρανὸς ἐνδέδεται.
Αἰνείσθω δὲ καμὼν ἔργον μέγα, καὶ Διὸς εἶναι
Δεύτερος, ὅστις ἔθηκ' ἄστρα φαεινότερα.

ubi id ita interpretabatur inmortale illud Bataviae nostrae decus:

Ingenio magni deductum carmen Arati
Adspicis: his ignes novimus aetherios;
Errantes simul & stantes, ad lumina quorum
Multiplici clausus saltat in orbe polus:
Doctae mentis opus laudabile: quippe secundus
Ille Jovi, per quem clarius astra micant.

unde patet, Grotium in hoc ipso Helvii Cinnae Epigrammate praetulisse *ignes novimus aetherios*, pro *movimus*. in eadem Mantissa Grotiana praeter illud Callimachi Epigramma modo memoratum etiam sequebatur aliud Ptolemaei in eadem Arati Phaenomena, quod dubito an editum sit:

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
εἰς τὸ αὐτό.

Πάνθ' Ἡγησιάναξ τε καὶ Ἕρμιππος τὰ κατ' αἴθρην
Τείρεα καὶ πολλοὶ ζῶδια τὰ φαινόμενα,
Βίβλοις ἐγκατέθεντο. ἀποσκόπιοι δ' ἀφάμαρτον
Ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρατος ἔχει.

id est, eodem Interprete;

Quae tempestatum rata signa Hegesianaxque
Hermippusque; alii, quae rotat astra polus;
Inseruere libris. decepit sed labor omnes,
Sceptrum deducto carmine Aratus habet.

Ibid. col. I. Not. l. ult. dicendum esse *C. Helvium*, non autem *Aelium*, notat Gisan. Ind. Lucret. p. 430. & sic vocatur Gellio &c.] *inserantur sequentia.* neque aliter Glandorpius in Onomastico pag. 393. seq. perperam vir summus P. Victorius Lib. XXII. Var. Lect. cap. 13. Cinnam hunc poëtam facit eumdem ac Tribunum Helvium Cinnam, per errorem nominis occisum paullo post caedem Caesaris. ut notavit Torrentius ad Suet. Caes. cap. 85. ubi *Aelium Cinnam* etiam scribunt alii codices.

Pag. 444. Ep. CCLVII. v. 3. *Vite, Sabine, Lacon Julco, sive cognite Laurens*] versum hunc spurium censebat Cl. Schraderus. quia *Sabine* casu quinto interseritur inter *Almo, Theon*, &c. *egerat.* Exstat etiam hoc Epigramma apud Nobiliss. Lancillottum Castellum in vetustis Siciliae Inscript. Cl. XIX. pag. 283.

Pag. 445. Ep. CCLVIII. HADRIANI IMP. *Ut belli sonuere tubae* &c.] *notae meae initio insere*: in editione Fanensi rarissima Laur. Abstemii an. 1515. a Francisco Polyardo curata legitur post Pindari Thebani Epitomen Iliados, inter alia Epigrammata. ac praefigitur, desumtum esse *ex codice Papinii vetustissimo.* illic vero sextus versus post tertium sequitur, & quintus post quartum. *Glonus* autem ubique in his versibus, pro *Clonus.* & v. 7. *Apicli Theutras, Doracis Glonus.* & v. 8. *Maesos Glonus.* pro *Aephycli, Dorycli,* & *Moesius*, ibidem editum est.

Pag. 446. Ep. CCLIX. v. 4. *Graecus Atis*] vide quae de hoc Romano nomine *Atis*, a quo diversus est *Atys* vel *Attis* Phrygius, & septimus Latinorum Rex *Silvius Atys*, ad hoc ipsum Epigramma notavit Henr. Leon. Schurzfleischius in Notit. Biblioth. Viuarienf. pag. 203. qui Eugenio hos versus tribuit, in cujus tamen Opusculis metricis non legitur.

Pag. 449. Ep. CCLXII. col. I. not. ad v. 4. *Et calidas aequet marmore Pyramidas*] *Pharias* pro *calidas* emendasse Heinsium olim probavi. nunc tamen praefero cum Piersono ,, *Et solidas aequet marmore Pyramidas.* quia id propius accedit ad *calidas* vel *validas*, ut in Pithoei margine. & sic conjecit etiam Eldikius in Specim. Suspic. cap. VII. pag. 48. ita Lib. III. Ep. 70. *Quod tua mille domus solidas habet alta columnas.* Propertius Lib. III. El. 9. 22.

Persarum statuit Babylona Semiramis urbem,
Ut solidum cocto tolleret aggere opus.

folido de marmore templum apud Virg. VI. Aen. 69. in Inscriptione monumenti Ultrajectini, quam supra pag. 61. adtuli,

Taurinis cutibus fundo folidata columna est.

Oudendorpio placebat, *Et stellis aeques.* quia praecedunt *sidera.* sed *solidas* verum puto.

Ibid. v. 5. *Ingenio mors nulla nocet: vacat undique tutum*] *vagat* conjecisse Cl. Oudendorpium, & verbum hoc saepe alibi corruptum fuisse notavi. de quo praeter illos, quos indicavi, etiam vide N. Heinsii notas ad Prudent. pag. 4. sic *vagavit* pro *vagatur* in MSS. apud Claudian. II. in Rufin. 435. *manet undique tutum* tamen adridebat Cl. Herm. Cannegietero.

Pag. 450. col. 1. Not. ad Ep. CCLXIV. *post illa*, adscripserat Scaliger, versus hos Juliano tribui in veteri Codice Monasterii Zwetalensis.] *insere:* & sic in suo Cod. MS. eidem Juliano adscribi testatur Jac. Mentelius in Paraenesi de Typogr. Orig. pag. 4. sed alio ordine exhibet, quomodo etiam illos dederunt Gyraldus &c.

Ibid. col. 2. Not. l. 20. *post*, & sic omnino legendum.] *adde:* est enim imitatio Virgilii Lib. VI. Aen. 146. de aureo Aeneae ramo:

Carpe manu, namque ipse volens facilisque sequetur.

vide ad Tom. II. pag. 515. *sequi* autem esse verbum hac in re proprium & aptissimum, pluribus exemplis firmavi, quibus addatur Quinctiliani locus Lib. II. Inst. cap. 14. *Sed non omnia nos ducentes ex Graeco sequuntur.* &c. ubi utrumque verbum *sequi* & *ducere*, ut in hoc Epigrammate *ducique per artes*, a cera molli derivatum Patruus meus illustravit.

Pag. 451. col. 1. Not. circa finem post Virgilii locum, *Omnia vel medium fiant mare*] *adde:* sic Ovid. III. A. A. 223.

Cum fieret, lapis asper erat, nunc nobile signum
Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.

ubi *Cum fieret* Glossator codicis Huydecoperiani exponit, *Cum Venus sculperetur.* & pro *exprimit* in margine pro varia lectione *expedit.* sic infra Lib. III. Ep. 5. v. 11. de Roma,

In quam, dum fieret, vigilavit cura priorum.

Ibid. col. 2. Not. ad v. 3. l. 17. post illa, quae de verbo *informare*, pro formam operis adumbrare, notavi, *subjunge:* eadem vis simplicis *formare.* Tibullus Lib. II. El. 5. 23.

Romulus aeternae nondum formaverat urbis
Moenia, &c.

ut recte adversus Ach. Statium, *firmaverat* praeferentem, vindicavit Broukhusius.

Pag. 452. Ep. CCLXVII. Fragmentum illud Alphii Aviti, a Prisciano servatum, in Ludimagistrum pueros Camillo prodentem, etiam ex MSS. Codd. Lovaniensibus produxit Andr. Schottus ad Aurel. Victor. de Viris Illustr. cap. XXIII. & recte primo versu *creditos* emendat, sed in fine perperam adfert, *Seu tute capticos bales.* pro quo *aves* melius correxisse Stewechium monui. passim enim hae voces confunduntur. ut saepe docuerunt viri docti, quos indicavi. quibus adde Cl. Herm. Cannegiet. ad Collat. Leg. Mos. & Rom. pag. 18. periisse vero hos *Alphii Aviti Libros Excellentium*, merito etiam dolet Schottus. His non inopportune hic subjungam alterum ejusdem Aviti ex Lib. I. Excellentium fragmentum, quod servavit vetustus codex meus MS. Prisciani ad Lib. IV. Instit. Gramm. p. 633. quem locum ita exhibet hic optimae notae liber: *qui tamen nominativi non sunt in usu. Albetus tñ autus in I. Excellentium curis posuit pro quiris. marite si sanguis curis Sabina sicedes placat, in me oro convertas manus.* quae verba vitiose scripta sic castigabat Clariss. & amicissimus P. Bondamius, a quo opem desiderant veteres Grammatici; *Alphius tamen Avitus in Lib. I. Excellentium Curis posuit pro Quiris;*

Marite, si sanguis Curis,
Sabina si caedes placat,
In me oro convertas manus.

optime. nisi quod *placet* pro *placat*, quod metro adversatur, legendum videtur. Neque dubito verba esse Hersiliae, nobilis matronae Sabinae, quam sibi in Sabinarum raptu vindicaverat, & uxorem duxerat Romulus, quaeque praecipua auctor fuit foederis inter Romanos & Sabinos, & *soceros revocavit ab armis*, ut dicit Silius Ital. XIII. 815. ex Hersiliae illius oratione ad T. Tatium, precibusque ad Martem, ea de re fragmentum ex Cn. Gellii Annalibus habet Gellius Lib. XIII. cap. 22.

Pag. 453. col. 2. Not. l. 3. ubi corrige *infantia* ex Augustino.] *insere:* ut recte in editione Bon. Vulcanii.

Ibid. l. 31. post locum Martialis adde illum Manilii Lib. IV. 197.

Hic & scriptor erit velox, cui litera verbum est.
Quique notis linguam superet, cursimque loquentis
Excipiat longas nova per compendia voces.

AD LIB. III.

Pag. 455. Ep. I. v. 5. *Exigua ingentis retinet vestigia famae*] *formae* Oudendorpius & Schraderus. ut infra Ep. VI. *Ipse tamen partes passae vestigia formae Servat.* ubi *famae* praeferebat Piersonus. & sic Ep. CXXXIII. legebat idem Oudendorpius, *Transversosque rapit forma sepulta probris.* pro *fama.* & sic Ep. seq. 2. in Athenas, Cl. Schraderus corrigebat,

Quae veteris formae vix tibi signa dabunt.

non *famae.* ut in vulgatis. passim vero hae voces confunduntur in Codd. MSS. vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. Lib. II. 148. & sic apud Statium Lib. III. Sylv. 3. v. 111. legebat Marklandus,

Quis sublime decus famamque insignis Etruscae Nesciat.

pro *formamque.* ultimum Epigrammatis hujus versum *Et magnum infelix nil, nisi nomen, habet,* confer cum Epigrammate de Mycenarum ruina in Anthol. Graec. Lib. I. Tit. LXX. Ep. 12. pag. 147.

Μηλόβοτας κεῖμαι κ̓ βουνόμος ἔσθ᾽ ἁ Μυκήνη,
Τῶν ἐπ᾽ ἐμοὶ μεγάλων οὔνομ᾽ ἔχουσα μόνον.

quod sic vertit H Grotius,

Pascua sum teneris ovibus bubusque Mycenae,
De magnis rebus nil nisi nomen habens.

Pag. 456. col. 2. not. ad v. 4. l. 16. post illa, descriptio hujus contentionis apud Ovid. VI. Met. 70. & seqq.] adde illud Ciceronis in Orat. pro Flacco cap. 26. ubi de Atheniensibus: *de quorum urbis possessione inter deos certamen fuisse proditum est, quae vetustate ea est, ut ipsa ex sese suos cives genuisse dicatur.* & seqq.

Pag. 457. Ep. IV. v. 1. distinguendum, *Roma vetus, veteres dum te* &c. v. ult. *Quantum consilio* etiam legitur apud Keysler. Tom. II. Itin. pag. 151. *praecipitata ruis* non tentandum, aut mutandum in *jaces.* ut apud Mabillonium. notum illud Horatii Lib. III. od. 4. 65. *vis consilii expers Mole ruit sua.* vide supra ad Lib. II. pag. 315.

Pag. 458. in contextu, v. 8. *quam socius & pius esse socer*] lege cum Oudendorpio, *quam socius, & pius esse socer.*

Pag. 460. v. 36.

Vultus adest his numinibus, potiusque rotantur
Artificum studio, quam deitate sua]

pro barbara voce *deitate* substituendum arbitror, *quam pietate sua.* ut *pietas sua* sit quae numinibus debetur. sic enim in hoc Carmine supra v. 12.

In quem, dum fieret, vigilavit cura priorum,
Juvit opus pietas hospitis, unda locum.

quamvis enim hoc carmen non sit optimae aetatis, praestat tamen prae alio sequioris aevi, sed Auctoris incerti, Epigrammate de Roma, ejusque ruina, quod extat inter Opera Bedae post Ejus librum de Ratione Computi Tom. I. pag. 537.

Pag. 460. col. 2. Not. l. 16. *post illa*, quod firmat Codex Aurstelaed. in quo a manu sec. *Delos* superscriptum, sive pro glossa, sive pro varia lectione.] *Inseratur*: idque prae ceteris probatur ex Auctore Ciris v. 473. ubi iisdem versibus Virgilianis:

Linquitur ante alias longe gratissima Delos
Nereidum matri & Neptuno Aegeo.

ut recte legit Patruus meus, probante Cl. Schradero Lib. II. Observ. cap. 3. pag 39.

Ibid. l. 25. *post illa*, lege duo Epigrammata Graeca Antipatri & Alphei apud Salmas. ad Tertull. de Pall. &c.] *adde*: quae sunt ex Anthol. Gr. Lib. I. Tit. LVIII. Ep. 1. & 2. pag 118. ed. Obsop. eaque sic interpretatus est Hugo Grotius:

ANTIPATRI SIDONII.

O utinam portarer adhuc erratica ventis,
Nec starem partu matris, Apollo, tuae:
Non tam vasta forem, non tam miserabilis: eheu
Quot me Grajugenûm praeteriere rates.
O Delos veneranda prius. de pellice Juno
Exigit hoc serum sed grave supplicium.

ALCAEI MITYLENAEI.

O Latonigenûm nutrix veneranda Tonantis,
Quam manus Aegeis fixit in aequoribus:
Non mea te dicent miserram, tuo numina jure,
Carmina: nec nobis hoc placet Antipatri.
Cive satis felix es Apolline, cive Diana:
Altera post coelum tu quibus es patria.

ex quibus Alcaei versibus patet prius Epigramma non APOLLONIDAE sed ANTIPATRO adscribendum esse.

Pag. 461. Ep. VIII. v. 2. *& longo terrarum tractus hiatu*] pro *tractus* Ezr. Clercquius in Specim. Secundo Observ. ad Lucan. pag. 39. legit *tectus*, notatque Neronem in hoc Troicorum fragmento *Persida* pro toto Parthorum regno

versu

versu primo posuisse, *Quique pererratam subductus Persida Tigris Deserit.* sic enim scribendum, non *per erratam.* ut apud Ovid. III. Am. 14. 33. *Jamque pererratis profugus terraque marique.*

Pag. 464. v. 12. *Figeret & portas lancea torta tuas*] lege cum Cl. Oudendorpio *Frangeret* vel *Finderet.* sequitur enim *Infigar scopulo.* hac autem voces in Codd. MSS. non raro mutantur ac confunduntur.

Ibid. Ep. XI. v. 15. *Et gratare tibi, quod te Natura supremo Adluit Oceano.* &c. non sine ratione haec suspecta erant Cl. Herm. Cannegietero. quomodo enim Oceanus Cordubam *adluere* dici potest, quae longe ab Oceano remota est. Quid tamen substituam, haereo. An forte, *quod te Natura supremo Abstulit Oceano.* vel *Arcet ab Oceano.* sed peritioribus & acutioribus ingeniis de hoc loco amplius cogitandum relinquo.

Ibid. Ep. XII. v. 4. *Corsica piscosis pervia fluminibus*] eidem Cannegietero in Observ. Juris Rom. cap VIII. pag. 58. hoc quoque mendosum videbatur, quia *piscosa flumina* laudantur, & toto hoc Epigrammate minime animus fuerit poëtae laudare Corsicam, sed in eam invehitur. vide igitur an *famosis* elici possit ex voce *piscosis*, vel *limosis invia fluminibus.*

Pag. 465. Ep. XIII. v. 5. *Umbrarum nullo Ver est laetabile foetu*] *Imbriferum* in Cod. Salmas. legi in notis monui: ex cujus libri vestigiis Cl Schraderus *Umbriferum* conjiciebat.

Pag. 466. notae ad v. 7. l. 6. insere: *non ultimum ignem* hic dici de eo, cui omnia deesse indicantur, censet Cl. Herm. Cannegieterus Observ. Juris Rom. cap VIII. pag. 57.

Ibid. l. ult. post illa, quod confirmatur a primo codice Leidensi] *insere:* eumdem Broukhusium vide ad Propert. Lib. I. El. 15. 21. ubi Heinsianam emendationem *feros elata per ignes* admisit, & pro supremis atque ultimis exposuit, licet vulgata *miseros ignes* illic praeferenda videatur.

Pag. 468 col 2. Not. l. 21. post, apud Auct. Rhetoric. ad Herenn. Lib. III. cap. 19. ubi vide Graev.] *adde:* & Lib. II. de Invent. cap. 9. *Jam facta & casus, & orationes &c. facile erit videre* & seqq. ut recte ex MSS. Lambinus. pro *Item facta.* infra Ep. LXI. v. 5.

Jam qua deductos potat levis area fontes.

Pag. 469. col. 1. l. 28. post, merentur legi notae Torrentii ad Sueton. Dom. cap. 4.] *adde:* Andr. Schottus Lib. II. Observ. cap. 27.

Pag. 472. Ep. XX. DE TREVERIS] DE TREVERENSIVM VRBE inscribitur apud Bedam in fine libri de ratione Compoti Tom. I. Oper. pag. 537. ed. Basil. Hervag. ubi v. 4. *Expulit a patria.* & v. 6. vitiose, *Profugus insignem* &c. ibidemque etiam subjiciuntur tres illi versus ineptissimi, in quorum v. 2. pro *anteritate* pejus adhuc *antiquitate* editur, & v. 3. *Filius hujus Hero.* iisque sequentes subjiciuntur.

Cujus ad inferias hic cum Jove Mars tenet aras,
Sidere concordi pax est non dissocianti.

sequioris certe seculi hoc Epigramma est, & in cujus initio prima in *Nisi* perperam producitur.

Pag. 473. Ep. XXIII. v. 2. *Unde ergo & populi famam tribuere Suessoj Suessae* recte corrigebat Cl. Schraderus, ubi lapis positus & repertus est in Campania. & sic legitur apud Muratorium Tom II. Thes. Inscript. pag. MLXXXIII. 1. qui praefigit indicium duorum versuum deperditorum in initio:

. . . .
. . . . *imbuere sabentis.*
Hic nunc Campanas moderator &c.

sed quis aliquid sani eliciat ex duabus illis secundi versus vocibus reliquis *imbuere sabentis?* certe, praeter illos, quos in nota indicavi, nullum hujus lacunae vestigium est apud Gruter. pag. CCCCXCIV. 3. aut Fleetwoodum in Syllog. Inscript. pag. 178. licet fragmentum esse apud Gruterum praefigatur.

Pag. 474. col. 1. Not. ad v. 7. *rigidas Gothorum subdere mentes*] quia in v. c. Moroni & apud Apianum *gentes* legitur, forte etiam substitui posset *fundere gentes.* ut apud Tibull. Lib. I. El. 8. 3.

Hunc fore Aquitanas posset qui fundere gentes.

sed hic praefero tamen *ducere gentes*, vel *mentes* &c.

Ibid. fine notae ad init. Ep. XXV. *subjunge:* & occurrit in schedis MSS. Salmasianis inter Luxorii Epigrammata, sub titulo, *de puteo cavato in monte arido.*

Pag. 476. notae ad Ep. XXVII. l. 12. post Cl. Schraderi conjecturam in versu primo *mirabile saxum* pro *factum*, insere: vel potius, *mirabile tectum.* ut infra Ep. XL.

Tecta novem Phoebi nuper dicata Camenis.

& Ep. XLII.

Adspice fulgentes tectis & gurgite Bajas.

Pag. 477. col. 1. l. 38. post Turneb. Lib. VII. Advers. cap. 4.] adde: & plura de *pilicrepo* apud Lipsium ad Senec. Epist. LVI. ubi & hoc Epigramma adfert.

Ibid.

Ibid. In contextu, v. 8. *atque unguento marcido*] *nardino* corrigebat Cl. Ruhnkenius ad Rutil. Lup. pag. 102. quod probo. nisi quis *unguento Parthico* malit. utrumque certe firmari potest ex Plinio Lib. XIII. cap. 1 & 2. possis & *myrrbino*.

Pag. 478. l. 3. *insere*: de *alipilo* vide Casaub. ad Theophrast. Charact. pag. 307. & notas Heinsii &c.

Ibid. col. 2. fine notae ad v. 19. de *exodio* adde: sic *exordium* & *exodium* etiam confuderunt apud Quinctilian. Lib. I. cap. 10. p. 418. & hinc posteriori tempore *essodiarius*, vel *eissodiarius*, non *exodiarius*, dicebatur cantor in Ecclesiis, qui hymnos sacros voce sua praeibat. ab *εὔοδος* & *εὐόδια*. vide Cl. Reiskium ad Constantin. Porphyr. Cerim. aulae Byzant. p. 32.

Pag. 473. Ep. XXXII. v. 11. *Innocuos foetus*] *fotus* legendum cum Heinsio ad Claudian. loco in notis indicato.

Ibid. Ep. XXXIII. v. 1. *Tranquillo Nymphae decurrite fluminis ortu*] Infra Ep. XLI. p. 486. *Discurrunt Nymphae, piscinas flumina complent.* unde alterutrum corrigendum judicabat Cl. Schraderus.

Pag. 482. Ep. XXXIV. v. 7.

Publica vox populis Thrasamundus gaudia vovit,
Prospera continuans nomina secla suis.]

primo versu cum Cl. Schradero legendum,

Publica Rex populis Thrasamundus gaudia vovit,

sic enim Ep. seq.

Hic unus Rex fecit opus Thrasamundus in anno,
Inclyta dans populis munera temporibus.

& Ep. XXXVII.

Hic pia Rex populis Thrasamundus vota dicavit.

altero versu idem substituebat,

Prospera continuans numine secla suo.

quod praefero emendationi Cl. Ruhnckenii ad Rutil. Lup. pag. 53. castigantis

Prospera continuans omnia secla suis.

Ibid. Ep. XXXVI. v. 2. *Sentit & imperium calx, lapis, unda, focus.*] lege *Sensit* cum Cl. Schradero, ut in Cod. Leid. deinde v. 5. cum eodem restituendum, *Cum lymphis gelidis constat concordia flammae.* pro vitiosa voce *gestant*.

Pag. 485. col. 1. l. 38. de quo multa Salmas. ad Solin. &c.] *insere*: Scaliger ad Manil. Lib. V. 505. & Salmas. &c.

Ibid. col. 2. notae ad v. 7. l. 5. post locum ex Ep. XXXVII. v. 9. *ardentis timet ora camini.* subjunge: vide Bentlej. ad Horat. Lib. I. od. 4. 8. & de *camino* balnei Jungerman. ad Polluc. Lib. VII. cap. 33. Segm. 166. ut autem hic *amoenus* pro *abenis* dedit librarius, sic apud Claudian. praef. Bel. Get. v. 7.

Sed prior effigiem tribuit successus abenam.

ut bene restituit Claverius, pro *amoenam*.

Pag. 486. In contextu, v. 2. *Vitrea crispatur labris refluentibus umbra*] lege *unda* cum Cl. Schradero. & sic doctissimus Ant. de Rooy in Spicileg. Critic. pag. 159.

Ibid. col. 2. l. 14. hinc *morbo recreatus*] *insere*: apud Cicer. X. Philip. cap. 8. *nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatur.* ad Quirit. post Red. in Senat. cap. 1. fin. *qui e gravi morbo recreati sunt.* & Lib. II. de Invent. cap. 51. *leviter saucius facile est ex vulnere recreatus.*

Ibid. fine ejusd. notae, post indicatas veteres Inscript. apud Tomasin. *subjunge*: sic Aesculapio ΣΩΤΗΡΙ vota facta a Nicaeensibus in numo Antonini apud Tristan. Tom. I. Comment. pag. 597. In Maffeji Museo Veron. pag. XXXVI. 3. Σμινθεῖ Ἀπόλλωνι καὶ Ἀσκληπιῷ Σωτῆρι &c. & in septem diversis inscriptionibus apud Donium Cl. I. pag. 24–28. ubi vide Gorium.

Pag. 488. col. 1. l. 8. *fortuna* autem & *natura* passim in MSS. confunduntur.] *insere*: apud Ovid. Epist. XVII. 113.

Sed fine, quem tribuit fortem fortuna, tueri.

ubi in Puteaneo, aliisque codicibus, *natura*, ut testatur Heinsius. III. A. A. 159.

O quantum indulget vestro natura decori.

ubi in Cod. Huydecoperiano reperi *fortuna*, apud Propert. Lib. II. El. 18. 18.

Unicuique dedit vitium natura creato.
Mi natura aliquid semper amare dedit.

ubi primo versu pari varietate *fortuna* in uno Voss. Leid. & D'Orvill. sed *natura* in meo Cod. aliisque MSS. altero versu *fortuna* in meo utroque MS. duobus Voss. Leid. & D'Orvillianis. vide etiam illic Bronkhus. Heinsius vero legebat *Mi formarum aliquid.* Sed forte illic praestiterit,

Mi natura aliud semper amare dedit.

Aaaaa desul-

defultorem enim fe profitetur hac Elegia, unde paullo post v. 36.

Sic etiam vobis una puella parum est.

Pag. 490. col. 1. l. 35. post Ovidii locum, ubi *germine* in aliis MSS. pro *gramine.* *infere:* fic Lib. III. A. A. 249. *turpe est fine gramine campus*, ubi *turpis fine* in Cod. Huydec. & *germine* pro varia lect. fuperfcriptum. Propertius Lib. II. El. 22. 17.

Adflabunt tibi non Arabum de gramine odores.

ubi *germine* Heinfius. fed alterum praefert D'Orvill. in Mifcell. Obferv. Vol. V. Tom. III. pag. 11.

Ibid. in contextu, v. 14.

Cum fumma florum vel novos vere legunt]

novo vere conjecerat Heinfius.

Pag. 493. col. 2. Not. l. 17. poft verba Varronis, *aut quod funda possis mittere* &c.] *adde:* Ovid. III. Faft. 584.

Hinc curfus erat: nec longius abfuit inde,
Quam quantum novies mittere funda potest.

ubi in Cod. D'Orvilliano, *Quam novies una mittere* &c.

Ibid. in fine notae ad v. 2. *post illa*, e fitula puteo extracta] *adjunge:* fed nihil potius mutandum videbatur Pierfono, ut indicet auctor Epigrammatis, fundum Varronis adeo parvum fuiffe, ut excidere poffet, qua funda patet; immo cum fitulam puteo extractam in horto poneret, ipfe ftandi locum non haberet.

Pag. 497. Ep. LX. *Est mihi rus parvum, foenus fine crimine parvum*] *parvum fine crimine foenus* tranfponit Ant. de Rooy in Spicileg. Crit. pag. 159. qui etiam quinto hujus Epigrammatis verfu pro *Castra alios operosa vocent, fellaeque curules*, tentabat *Curia alios operosa vocet*. quod nollem factum, quia reclamat metrum, & *curia* ac *fellae curules* eadem indicant. *Castra* minime folicitanda funt. pro *vocent* cum Pierfono legi poffet *juvent*, ut fit imitatio Horatii Lib. I. od. 1. *Multos castra juvant.* licet alterum etiam defendi poffe agnofceret. verfu fexto cum Heinfio praeferendum notavi, *Et quidquid vana gaudia mente fovet.* pro *movet.* Oudendorpius tamen vulgatam retinebat, quia homines potius dicuntur *fovere* fibi *gaudia.* fed res *movere*, ut omnis res pro fui natura movet adfectus.

Pag. 499. Ep. LXI. v. 3.

Dant rami cerafos: dant mala rubentia filvae.]

placet Cl. Oudendorpii emendatio,

Dant pruna & cerafos, dant mala rubentia filvae.

qui etiam v. 7. legebat,

Et non felicitos juffura papavera fomnos.

pro *miffura.*

Ibid. col. 2. Not. ad v. 5. l. 7. poft illa, *deducere* eft aquam ex fluvio vel lacu in hortos vel agros derivare &c.] *infere:* apud Manilium Lib. II. v. 10.

Amnemque in tenues aufa est deducere rivos.

ubi *diducere* praefert Bentlejus, & Markland. ad Stat. Lib. V. Sylv. 3. v. 85. fed alterum fervant Codicis Sufiani, Voffiani, Oxonienfis, & Lipfienfis apud me Excerpta. Claudianus IV. Conf. Hon. 481.

Ereptas quaefivit aquas, quas hostibus ante
Irriguas alio Stilicbon deduxerat actu.

ita enim in Cod. Oxon. Vatic. & Petav. pro *deflexerat.* ubi Taciti locum adfert Patruus ex Lib. I. Ann. 79. *Si amnis Nar in rivos deductus fuper ftagnaviffet.*

Ibid. col. 2. l. 27. poft Senecae locum in Octav. v. 410. (fic corrig. pro 40) *adde:* vide Broukhuf. ad Propert. II. El. 15. 24.

Pag. 500. col. 1. l. 6. poft Ovidii locum *adde:* *cingere* vocat Claudian. Bel. Gildon. 356.

Namque procul Libyce venatu cingere faltus,
Et juga timari canibus Gaetula videbar.

quod recte vindicavit Patruus meus a conjectura Heinfii *ftringere* legentis.

Ibid l. 25. & paullo eft] *corrige*, & paullo poft.

Ibid in contextu v. 6. *me si manet exitus idem*] Sympofius Aenigm. XV. de vipera:

Occidi matrem, fed me manet exitus idem.

Ibid. col. 2. l. 24. poft locum Ovidii, adde illum Propertii Lib. III. El. 16. 17.

I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos.

Pag. 502. col. 1. l. 20. poft fecundum Propertii locum *Et meo formofis unguibus ora nota.*] *adde:* quem

quem ante oculos habuiſſe videtur Ovidius Lib. II. A. A. 453.

Ille ego ſim, cujus laniet furioſa capillos:
Ille ego ſim, teneras cui petat ungue genas.

& Lib. III. 567. & ſeqq.

Nec franget poſtes, nec ſaevis ignibus uret,
Nec dominae teneras adpetet ungue genas.
Nec ſcindet tunicaſve ſuas, tunicaſve puellae,
Nec raptus flendi cauſſa capillus erit.

ubi in Cod. Huydecop. *captus capillus.* forte pro *carptus.* ut in loco Valerii Flacci in notis producto. & huc refer illud Claudiani in Epith. Pallad. & Celer. v. 135.

— neu Scythicas infenſis unguibus iras
Exercere velis.

Pag. 504. l. 27. poſt Ovidii locum, *Et prope tam letum, quam prope cernit aquam*] *adde*: quod de navigatione maritima dicitur Juvenali Sat. XII. 58.

——— digitis a morte remotus
Quatuor aut ſeptem.

Ibid. l. 39. poſt illud Claudiani, *virtutibus obvia ſemper Invidiae rabies*] *inſere*: apud eumdem III. de Laud. Stilich. 140. *haec obvia fatis.* Roma nempe, pro adverſa, reluctans, expoſuit Patruus meus, pro *votis.* quem illic vide.

Pag. 505. col. 1. in fine, poſt loca Propertii *adde*: Ovidius Lib. III. Amor. El. 2. 47.

Plaudite Neptuno, nimium qui creditis undis,
Nil mihi cum pelago, me mea terra capit.

& in hunc ſenſum Antipater in Anthol. Gr. Lib. I. Tit. LVI. de Navigatione, Ep. 1.

Μὴ σφαλερῆς ἀνεῖτε πόνον συνέχοντα θαλάσσης,
Καὶ βαρὺν ἀτηρῆς ναυτιλίης κάματον.
Ὅσσον μητρυιῆς γλυκερωτέρη ἔπλετο μήτηρ,
Τόσσον ἁλὸς πολιῆς γαῖα ποθεινοτέρη.

quae Latinis numeris ſic reddebat Muſa Grotiana,

Ne maris infidi trepides tentare labores,
Pendeat a fragili nec trabe veſtra ſalus.
Exſuperat quantum mater pietate novercam,
Dulcior eſt tanto, credite, terra mari.

ſed praecipue Julianus Lib. III. Tit. XXII. Ep. 39.

Οὔτι σε πόντος ὄλεσσε, καὶ οὐ πνείοντες ἀῆται,
Ἀλλ' ἀκόρητος ἔρως Φοινικίδος ἐμπορίης.
Εἴη μοι γαίης ὀλίγος βίος· ἐκ δὲ θαλάσσης
Ἄλλοισιν μελέτω κέρδος ἀελλομάχον.

hoc eſt, eodem Interprete,

Non tibi cauſſa necis venti, neque Nereos unda,
Verum ex merce lucri non ſatiatus amor.
Vita ſit in terra tenuis mihi. quos maris urit
Quaeſtus, eant, & cum turbine bella gerant.

cum quibus confer totam illam Propertii de Paeto naufrago Elegiam.

Pag. 506. col. 2. not. l. 11. de uſu vocis *baſſe-tur*, *poſt illa*, licet contra ſentiat Pincierus &c.] *adde*: & operoſius Olaus Borrichius in Analectis ad Cogitat. de L. L. pag. 36. & 37. & Andr. Borrichius in Vindiciis Lat. pag. 80. & ſeqq.

Pag. 507. col. 1. l. 33. poſt Rondeletium de Piſcib. &c.] *adde*: & Raderum ad Martialem pag. 286.

Pag. 508. Ep. LXV. v. 1. *Ante rate e Siculo diſcurrent aequore piſces*] *rate* non immerito ſuſpectum videbatur Oudendorpio, qui proinde *vage* vel *vagi* conjecerat. ſecundo verſu *putris arena* pro *turpis* vindicavi. & adde J. Clerici notas ad Severi Aetnam v. 206. decimo etiam verſu *rutilis India nigra comis*, ut conjecerat Heinſius, probavi. ſic *niger Indus* Claudiano Paneg. Olybr. 170. ut praefert Patruus meus, pro *piger*.

Pag. 509. Ep. LXVII. v. 3. *Devita, & longe vivus colo*] *& longe Reges cole* reponebat Cl. Oudendorpius, & Ep. LXIX. initio, corrigebat,

Vive ab amicitia procul omni. Verius hoc eſt,
Quam, Regum ſolas effuge amicitias.

Pag. 511. Ep. LXX. v. 7. *Aedibus in totis gemmae licet omnia claudant*] *condant* legendum conjeci. loco Senecae in notis producto inſere alterum ex Ejuſdem Epiſt. XVI. *Ut terram marmoribus abſcondas, & non tantum habere tibi liceat, ſed calcare divitias. accedant ſtatuae & picturae, & quidquid ars ulla luxuriae elaboravit.* ſic enim codex Amſtel. non *laboravit*. ultimus verſus *Turpe eſt, nil domino turpius eſſe ſuo*, egregie illuſtratur ex illis Ciceronis II. Philip. cap 41. de Antonio villam Varronis inhabitante: *O tecta ipſa miſera, quam diſpari domino, quamquam quomodo iſte dominus? ſed tamen quam a diſpari tenebantur: ſtudiorum enim ſuorum M. Varro voluit eſſe illud, non libidinum diverſorium.*

Pag. 513. col. 1. Not. l. 18. poſt Virgilii locum inſere illum Claudiani II. de Laud. Stilich. 396.

——— meſſeſque vehens nunc humidus Auſter,
Nunc Aquilo, cunctis diteſcant horrea ventis.

Ibid Ep. LXXIII. v. 5. *Nec jam divitibus tollunt sua crimina nomen*] *tollunt sua crimina numi* recte legit Cl. Ruhnckenius ad Rutil. Lup. pag. 53. *nommi* scripserat librarius, ut *nomisma*, unde *nomen* enatum fuit.

Pag. 514. col. 1. Not. ad v. 5. *Sic latebrae Eriphyla viri patefecit*] ita legendum notavi, non *vira* cum Heinsio. adde illud Ciceronis IV. Verr. cap. 18. *Eriphylam accepimus in fabulis ex cupiditate, ut, cum vidisset monile, ut opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine ejus incensa, salutem viri proderet.*

Ibid v. 8. *Corruptore auro*] vide ad Lib. I. Ep. 98. pag. 79.

Pag. 515. l. 15. *Mirum ni.* vide Bentlej. &c.] *adde:* & Heins. ad Ovid. VII. Met. 10.

Pag. 517. in contextu, *Discolor in manibus species*] *Decolor*, *immanis species* legendum cum Cl. Schradero.

Ibid. Ep. LXXV. *Sperne lucrum*] *lucrum* prima brevi, an apud melioris aevi poëtas occurrat, dubito.

Pag. 518. col. 2. Not. l. 17. post versum illum,

Ponite mature bellum, precor, iraque cesset.

adde: & hoc in ludendo cavendum eleganter praecipit Ovidius III. A. A. 371.

Dum sumus incauti, studioque aperimur in ipso,
Nudaque per lusus pectora nostra patent,
Ira subit, deforme malum, lucrique cupido,
Jurgiaque, & rixae, sollicitusque dolor. & seqq.

vide tria Epigrammata de Tabula in Antholog. Graec. Lib. IV. Tit. XXXII. Ep. 4. 5. & 6.

Pag. 519. Ep. LXXVI. v. 2. *Candidus atque rubens*] *niger* pro *rubens*, & v. 4. *Is capiet palmam, quem sua facta vocant*, male adfertur in Historia Acad. Reg. Inscript. & Liter. Eleg. Tom. I. pag. 156.

Pag. 522. Ep. LXXIX. de Tabula. Vitiosissimum hoc & variis locis corruptum Epigramma sic emendandum censebat Cl. Oudendorpius,

Has acies bello similes cano, quas Palamedes
Constituit. Casu vario, paribusque periclis
Inscius ac sollers sistunt se; namque superbis
Vana supervacue crescunt mendacia buccis.

deinde v. 5. *punctis fautricibus instant.* sed hic malim legere,

Et se sollertes punctisque faventibus instant.

porro v. 7. & 8. mendosam scripturam sic emaculabat idem Oudendorpius,

Assidue & similes mittuntur semper in imo.
Utque deus dederit, se praefert inscius artis.

& mox pro *Atque iners dubitat* castigabat *Atque ut iners dubitat.* & v. 13. *Princeps ac sollers, victum se* &c. pro *hac*.

Pag. 531. Ep. LXXXII. de Spe. v. 1.

Spes fallax, Spes dulce malum, Spes summa malorum,
Solamen miseris, &c.

sensum huic loco restitues, si cum eodem Oudendorpio corrigas,

Spes fallax, Spes dulce malum; Spes una malorum
Solamen miseris &c.

Pag. 533. col. 1. in fine Notae ad v. 19. post Senecae locum adde Ovid. II. Trist. v. 17.

Scilicet & victus repetit gladiator arenam,
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.

Pag. 534. v. 25.

Spem jussus praebere caput, paloque ligatus,
Cum micat ante oculos stricta securis, habet.]

haec aliaque hujus Epigrammatis loca aperta imitatione feliciter aemulatus est egregius Poëta Sidronius Hoschius Elegia de Spe, Lib. I. El. VI. pag. 13.

Saucius & victus redit in certamina miles,
Et fert exuvias, qua modo vincla, manu.
Sit quamvis sterili delusus messe colonus,
Rursus arat, rursus semina mandat humo.
Sustinet, infectos cancer cui serpit in artus,
Ut vitam redimat, parte carere sui.
Spem reus infelix, seu crux ignesque parantur,
Seu micat ante oculos stricta securis, habet.

Ibid. v. 30. *Spem, quamvis lecto jam referatur, habet*] *quamvis laqueo jam religetur* recte emendat doctiss. Ant. de Rooy in Spicileg. Crit. pag. 160. ex Ovidii loco, quem sibi imitandum proposuisse hunc auctorem ad initium hujus Elegiae notavi, Lib. I. ex P. Ep. 6. v. 39.

Haec Dea quam multos laqueo sua colla ligantes
Non est proposita passa perire nece.

Pag. 535. in contextu v. 36. *Jussit, & o Superi! quis fuit ille dies*] *Is Superi!* legebat Cl. Schraderus.

Ibid

Ibid. v. 37. *Quo Marium vidit supra Carthago jacentem*] pro *supra* Piersonus tentabat *pariter*, ex loco Lucani, in notis prolato,

——— solatia fati
Carthago Mariusque tulit, pariterque jacentes
Ignovere Deis.

sed ipse ille locus favere videtur meae conjecturae *suppar Carthago*, quae vestigiis vulgatae *supra* pressius inhaeret. & adstruitur loco Manilii, in notis quoque laudato, de eodem Mario:

Et jacuit Libycis compar jactura ruinis.

hunc vero locum de Mario non tam ab exsilio reducto, quam se ipsum post tot perpessas calamitates reducente, intelligendum notat P. Roverius ad Panegyr. Henrico IV. dictum pag. 162.

Pag. 536. col. 1. l. 31. *dies* vero eleganter pro clade insigni illius diei] insere illud Propertii Lib. III. El. 9. 78.

Tantum operis belli sustulit una dies.

Ibid. col. 2. in fine, post locum Silii Ital. *Tranavit liquidas volucris ceu scinderet auras.*] *adde*: vid. Davis. ad Cic. II. de N. D. 9. pag. 123.

Pag. 537. col. 2. l. 7. post illa, *tangant* etiam Scriverius & Heinsius, vel *vincant.*] *insere*: quod ultimum unice probabat Piersonus, ut *vincere* & *jungere* passim mutantur.

Ibid. lin. 27. post locum Virgilii, *Durate, & vosmet*, &c. *adde* Valer. Fl. I. 237. *Ingentes durate animae.*

Pag. 538. l. 25. post, Heins. ad Ovid. & Claudian. &c.] *adde*: apud Sallust. initio Jugurth. *quod imbecilla atque aevi brevis, forte potius quam virtute regatur.* ubi in aliis *forte.* sed vide illic Rivium & Cortium.

Ibid. col. 2. l. 19. *venerunt* secunda brevi apud Horatium Ep. IX. 17.] *insere*: *sumserunt* in versibus apud Sueton. Caes. cap. 80.

Galli braccas deposuerunt, latum clavum sumserunt.

ut notat Casaubonus.

Pag. 541. col. 1. l. 32. post Graeci Epigrammatis versus *subjunge*: quod sic vertit H. Grotius:

Balnea, Lenaei latices, Cytheraeaque furta,
Festinum faciunt ad loca Ditis iter.

Ibid. col. 2. l. 38. *post illa*, qua verba vel promissa inania ventis irrita ferri, vel diripienda Notis tradi, passim poëtis dicuntur] *insere*: pro *rapida* Piersonus conjecerat *liquida*, & in *vento* servari posse contendebat, ut subintelligatur aliquod verbum, e sensu supplendum, ut in illo Sophoclis Electr. 437.

'Αλλ' ἢ πνοαῖσιν, ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει
Κρύψον νιν.

ubi docta est Scholiastae observatio, qua usus Davisius in curis secundis ad Cic. I. de Nat. D. cap. 17. pag. 52. sed judicet lector, an commodum verbum, quod τῷ *vento* conveniat, hic suppleri possit.

Pag. 542. col. 1. l. 4. post, vid. Helladii Chrestomath. pag. 4 & 5.] *adde*: in Epigrammate *Meleagri* (huic enim in Codd. MSS. tribuitur, non *Philodemo*) Lib. VII. Anth. Graec. Ep. 90. p. 608.

Κλῶ δ' ὁ ῥᾶψ ὅρκια φησὶν ἐν ὕδατι κεῖνα φέρεσθαι.

ubi Scholiastes: παρὰ τὸ ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφειν. Callimachi Epigramma mox memoratum legitur in eodem Lib. VII. Anthol. Gr. Ep 166.

Pag. 543. col. 2. l. 9. *post illa*: de quibus Diomedes & Marius Victorinus ibidem agunt] *adde*: similia ἀντιστρέφοντα Epigrammata octo distichis comprehensa occurrunt in Lib. VI. Anth. Gr. Tit. IV. & vide de iis Raderum ad Martial. Lib. II. Ep. 85. pag. 235.

Pag. 546. Ep. XCII v. 2. *Intactis vorat ossibus medullas*] *Incoctas*, id est, arefactas, malebat Eldikius. ut apud Lucanum VI. 547.

Abrasitque cruces, percussaque viscera nimbis
Vulsit, & incoctas admisso sole medullas.

Cl. Oudendorpium tamen maluisse, *Infectis ossibus*, in notis monui. idque etiam placebat Piersono, vel oxymoron esse, ut in illo Euripidis Orest. 621.

Ἕως ὑφῆψε δῶμ' ἀναφαίστῳ πυρί.

Pag. 547. l. 13. post locum Statii *subjunge*: & hinc illud in Anthol. Gr. Lib. I. p. 168. ed. Obsop.

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.

Invidia ipsa suis consumitur undique telis.

ut vertit Grotius.

Pag. 549. v. 5. *& cubare cocco*] vide Trilleri Observ. Crit. cap. XVI. p. 223.

Pag. 550. Ep. XCIV. v. 6.

Quadraginta stylo polita dicas,
Quinquaginta velim diserta scribas.]

 trans-

transponendos hos versus existimabat Pierfonus hunc in modum:

Quadraginta velim diserta dicas,
Quinquaginta stylo polita scribas.

verissime. sed minor erit transpositio, si legatur,

Quadraginta stylo polita scribas,
Quinquaginta velim diserta dicas.

ut exercitium styli praecipiat oratoriae facundiae & eloquentiae palaestrae praemittendum.

Ibid. col. 1. not. l. 17. post Boëthii locum adde: sic *loco moveretur urbs* apud Florum Lib. II. cap. 15. 6. Cicero IV. Philip. cap. 5. *virtus est una altissimis defixa radicibus, quae numquam ulla vi labefactari potest, numquam dimoveri loco.* ita enim in cod. Huydecop. non *demoveri. simulacrum loco movere* apud eumdem pro domo cap. 46.

Pag. 552. in contextu v. 3. *Amnis insueta solet ire valle*] *in sueta* disjuncta voce Ant. de Rooy in Spicil. Critic. pag. 161.

Ibid v. 7. *Decidens scabrum cavat unda tofum.* & seqq.] haec adumbrata sunt ex Lucretio Lib. I. 312.

Quin etiam multis olim (sic lege ex cod. Gottorp. non *Solis*) *redeuntibus annis*
Annulus in digito subtertenuatur habendo:
Stillicidi casus lapidem cavat: uncus aratri
Ferreus occulte decrescit vomer in arvis.

Pag. 553. Not. l. 20. fine notae *subjunge:* an autem eodem sensu *damnum facere*, pro pati, ut vulgo, recte dicatur, inquirit Cel. Dukerus ad Latin. vet. Ictor. p. 374.

Ibid. col. 2. l. 17. *post illa*, praeferendum censeo, ut apud Nonium edidit Mercerus.] *adde:* vel cum Piersono levissima mutatione legendum,

Nemini Fortuna currum a carcere intimo levem
Missum, inoffensum per aequor candidum ad calcem tulit.

levem pro *leve*. litera *m* repetita. *levem currum*, ut in illo Catulli,

Ipsa levem fecit volitanti flamine currum.

Pag. 555. Ep. CII. v. 3. *& citius quam adscendas, decides*] lege *cades* cum Cl. Schradero, metri caussa. mox, pro *laus est publica* Cl. Herm. Cannegieterus *lex est publica*, quod etiam Piersono in mentem venerat.

Pag. 557. col. 1. Not. l. 1. *post illa*, unde & *legis* conjiciebat Francius] *insere: elegis* nonnihil firmari posset loco Apuleji Lib. VII. Met. p. 133. de Fortuna: *quae semper suas opes ad malos & indignos confert, nec umquam judicio mortalium eligat.* ad quem locum Priceus in notis pag. 340. aliquot versus ex hoc Epigrammate adfert, quod tribuit Asclepio veteri Epigrammatario.

Pag. 559. col. 1. l. 18. Remed. Am. v. 705] *insere* ex eodem Ovidii Poëmate v. 385.

Thais in arte mea; lascivia libera nostra est:
Nil mihi cum vitta, Thais in arte mea est.

Pag. 560. col. 2. l. 9. post locum Manilii, *flammis absentibus ustum*, ut praeclare restituit Gronovius &c.] *insere:* ubi pro *flammis absentibus* in cod. Vossiano, cujus Excerpta Spanhemiana & Bentlejana possideo, legitur *habentibus*. unde ipse Is. Vossius emendaverat *lambentibus*. *latitantibus* Reines. sed *absentibus* post Gronovium praeferebat Bentlejus, qui *mutua* pro *munera* legit, ut jam Reinesius conjecerat.

Pag. 562. v. 3.

Cur idem adverso laetam venamur in aestu?
Ab mea tam bene quod &c.]

pro *venamur* Piersonus legebat *veneramur*, ut opponatur τῷ *ridemus* in initio, *Tempore qui laeto sortem ridemus amaram.* v. 8. emendabat Cl. Schraderus, *Ipse homini adversis umbra inimica sua est.*

Pag. 563 col. 2. Not. l. 10. post Heins. ad Lib. I. Am. 9. 14.] *insere:* sic *verrere aequor retibus*, non *vertere*. de quo vid. Heins. & Drakenb. ad Silium XIV. 262. in Diris Catonis v. 59.

Atrum convertens aestum maris.

ubi Scaliger *converrens*, probante Broukhusio ad Propert. II. 12. 44. vide quae illic notavi Tom. II. pag. 661.

Pag. 564. col. 2. fine notae ad v. 54. *post illa*, vide illic Heins. & ad Epist. IV. 90.] *adde:* apud eumdem Rem. Am. 733.

Sic nisi vitaris quidquid renovabit amorem.

ubi in cod. Huydecoperiano *rite vocat amorem*. forte pro *revocabit amorem*. sed *renovabit* a manu sec. in marg. Cic. I. de Invent. cap. 17. in fin: *sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renovatur.* ubi *novatur* in MSS. probante Graevio.

Pag.

Pag. 565. col. 2. l. 32. de loco Manilii, *post illa*, Cel. Bentlejus *alium componere Magnum* pro *cognoscere* ex MSS. legit &c.] *insere.* quod firmatur a Cod. Voss. & Lipsiensi. sed *compositis armis* mox illic sequitur.

Pag. 566. col. 1. not. ad v. 62. l. 14. post locum Virgilii *ruerentque per auras*] *subjunge* : Ovid. XII. Met. 134.

Cedentique sequens instat, turbatque, ruitque.

apud Claudian. IV. Cons. Hon. 63.

Quum procul insanae ruerent Phaëthonta quadrigae.

ut in cod. Juniano, pro *traherent*, & ita antiquorum imitatione Petrus Apollonius Collatius Lib. II. de Excid. Hierof. pag. 40.

—— *sternensque ruensque*
Obvia quaeque manu.

Pag. 569. In contextu, v. 133. *Languidus Alcides & caesa languidus hydra*] languet certe repetitio illa vocis *Languidus*. praeclare igitur Cl. Schraderus hic emendabat,

Anguibus Alcides & caesa languidus hydra.

sic enim *angues* & *hydram* jungit Virgil. VII. Aen. 658.

—— *satus Hercule pulchro*
Pulcher Aventinus: clipeoque insigne paternum
Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram.

ejusque imitatione Silius Ital. Lib. II. 158.

Centum angues idem Lernaeaque monstra gerebat.

ubi vide Drakenborchii notas.

Pag. 570. v. 4. *Livor, & in nostro gaudia quaere rogo*] & *è nostro* forsan praestiterit.

Pag. 571. col. 2. fine Notae ad v. 11. de verbo *magnificare* post Dictyos Cretensis locum, *adde*: plura de hoc verbo vide apud Graev. in notis ad Lib. IV. Rhetor. ad Herenn. cap. 21. ubi legendum contendit, *Hic qui se magnificat atque ostentat.* pro *magnifice jactat*, quod è glossa natum putat, idque tamen reperi in meo codice vetusto, quem demum post horum Rhetoricorum editionem nactus sum; neque *magnificat* offendi in Excerptis Codicis membranacei Coenobii Ulrichiani, qui olim fuit Caroli Rechlingeri. neque e suis codicibus hanc lectionem memoravit Cl. Oudendorpius.

Ibid. Ep. CIX. *Septem Sapientum Sententiae*] fine notae adde, vide ad Luxorii Epigr. LX. Tom. II. pag. 611.

Pag. 574. Ep. CXIII. *malorum falsa contubernia*] *infausta contubernia* legebat Eldikius in Specim. Suspicion. cap. VII. pag. 47.

Ibid. Ep. CXIV. *Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens*] *ulcus pestilens* Illustr. Buherium correxisse, in Addendis notavi. sed rectius versum hunc trochaicum verbis transpositis cum Piersono restituemus,

Mulier intra pectus omnis celat ulcus pestilens.

vel cum Eldikio cap. VII. Specim. Susp. pag. 46. & 47.

Omni' mulier intra pectus viru' celat pestilens.

quod cum simili Plauti loco confert.

Pag. 576. col. 1. Not. ad Ep. CXX. v. 2. l. 8. *post*, & ad Lucan. VIII. 217. *insere* : Claudianus Bel. Get. 406.

—— *cantus ac sibila nota magistri*
Certatim repetunt, & avitae pascua vallis.

ubi vide Heins.

Pag. 580. Ep. CXXVII. v. 3.

—— *prius morem*
Frugalitatis lege pellat exacta]

optime refingebat Eldikius,

—— *prius mores*
Frugalitatis lege pendat exacta.

id est, ponderet, exigat. ut apud Lucan. VIII. 276.

—— *vos pendite regna Viribus atque fide.*

ubi vide Patrui mei notas.

Ibid. col. 2. fine notae ad v. 5. *adjunge*: & hinc apud Claudian. I. Cons. Stilich. Lib. I. v. 43.

—— *nullis haerere potentum*
Liminibus.

recte adseruit Patruus meus ex noto Horatii versu, *vitat superba civium Potentiorum limina.*

Pag. 581. col. 1. l. 15. vel repetitionem vocis *abditus*] corrige, vocis *additus*.

Pag. 582. col. 2. Not. l. 16. *post verba*, quem versum illic sede sua motum, & huc reponendum esse Patruus meus jure existimabat] *haec inferantur* : qui de Ciceronis studio in excolenda Graeca & Romana eloquentia etiam capiebat illa Claudiani, huc facientia, de Consul.

ful. Mallii v. 84.

Grajorum obscuras Romanis floribus artes
Irradias, vicibus gratis formare loquentes
Suetus, & alterno verum contexere nodo,
Quidquid Socratico manavit ab ordine &c.

ubi quae paullo post sequuntur,

Ornantur veteres, & nobiliore magistro
In Latium spretis Academia migrat Athenis,

non parum adjuvant conjecturam meam, qua v. 5. hujus Epigrammatis corrigendum suspicatus sum,

Mox & Socratico plenas grege mittat Athenas.

pro contemnat, relinquat philosophiam Socraticam, qua plenae erant Athenae, & ad Graecam Latinamque eloquentiam se conferat. plura de hoc loco notavi in Antiklotzio pag. 73. ubi conjecturam hanc adstruxi, si non veram, certe magis probabilem, quam *Socratico plenus sale mutet habenas.* ut Censor ille vitio creatus tentaverat. Sed de quo verbum non amplius addam, quia sibilare tandem destitit haec vipera, & inportuni canis os, quo omnibus fere seculi hujus viris doctis oblatravit, mors moribus ejus congrua jam compressit.

Pag. 583. Ep. CXXIX. v. 2. *quod possim qualibet ire via*] *qua libet* Cl. Schraderus. ut scribendum esse jam Patruus meus in notis ad Petron. monuit.

Pag. 585. col. 2. l. ult. post illa, *baccam Indicam* Heinsius, ut *quo* passim cum quarto casu jungunt] *insere*: idem in notis ad Claudian. Epith. Hon. 165. adfert,

Quo margarita cara, unibacca, Indica.

ut *margarita cara* dicatur, quomodo *carum monile, cari lapilli*, & sim. & sic *margarita* feminini generis erit. aliter plurale neutrum est. & seqq.

Pag. 586. Ep. CXXXIII. v. 3. *Anne etiam famuli* &c. lege cum Cl. Oudendorpio, *Jamne etiam* &c.

Pag. 587. Ep. CXXXIV.

Alet Phasiacis petita Colchis
Et pictis Attagen &c.]

optime hoc Epigramma illustratur Senecae loco Consol. ad Helv. cap. 9. *Ultra Phasim capi volunt, quod ambitiosam popinam instruat, nec piget a Parthis a quibus nondum poenas repetiimus, aves petere. Undique convehunt omnia nota fastidienti gulae. Quod dissolutus deliciis stomachus vix admittat, ab ultimo portatur Oceano.* ubi forte legendum, *Undique convehunt omnia nova fastidienti gulae:*

Pag. 590. v. 2. *Melanurum, turdum, merulamque* &c.] vitium metricum in voce *Melanurum* in Addendis notavi, probata Cl. Schraderi transpositione,

Tum turdum, merulam, melanurum, umbramque marinam.

confer Phaniae Epigramma Lib. I. Anth. Gr. Tit. XL. Ep. 7.

Αἴτε σύγ' ἐν κύρτῳ μελανουρίδας, αἴτε τιν' ἀγρεῖς
Μόρμυρον, ἢ κίχλην, ἢ σπάρον, ἢ σμαρίδα. &c.
Χαλκίδας ἢν δὲ φέρῃς φίλ' ἀκανθίδας, ἢ τινὰ θρίσσαν.
Εὐάγρει. λιθίναν οὐ γὰρ ἔχω φάρυγα.

quod sic vertit Grotius,

Seu tua fert fiscella bonum melanurida, sive
Mormyron, aut turdos, aut sparon, aut smarida.
At si fers clupeam, vel quas mare gignit ericas.
Perge valeque. gula est non lapidosa mihi.

Ibid. col. 2. Not. l. 27. *post*, Xenoph. III. Hellen. p. 488.] *insere*: sic in fragmento Lucilii apud Gellium Lib. X. cap. 20.

—— *abdomina thynni*
Advenientibu' priva dabo, cephaleaque Acarnae.

ubi *cephalea* vocat, quae hoc versu Ennius *calvaria*.

Pag. 591. Ep. CXXXVII. *neque poma natantia sumit*] *poma aut natantia* scriptum fuisse putabat Oudendorpius. unde alii *natantia*, alii *pendentia* fecerint.

Pag. 593. in contextu, v. 13. *Inter odoratas pendebant texta corollas*] *pendebat costa*, suilla nempe, Oudendorpius. recte.

Ibid. v. 17. *Battiadae veteris vivendo tradidit aevo*] pro *vivendo* opinor *victuro* rescribendum esse.

Ibid. Ep. CXLI. v. 5. *Sola pruinosis horret facundia pannis*] Ennii versus, quos in Addendis produxi, pulchre in suam rem convertit Cicero Orat. pro Muren. cap. 14. loco insigni, sed quem aliter, ac nunc circumfertur, ordinavit Merula ad Enn. pag. 468. non adsentiente Broukhusio, ut suo Ciceronis codici adscripserat.

Ibid. Ep. CXLII. *Arretine calix*] *Surrentine* placebat Cl. Schradero, ex loco Plinii Lib. XXXV. cap. 12. §. 46. cujus verba sequente pagina exhibui.

Pag.

Pag. 594. Ep. CXLIV. *Quisquis amat dictis absentum rodere vitam*] lectionem hanc aliquot exemplis licet adstruxerim, nunc tamen praefero emendationem Cl. Schraderi,

—— *absentem rodere amicum.*

quia hic auctor imitatus est Horatii locum Lib. II. Sat. 4. v. 81. & seqq.

—— *absentem qui rodit amicum,*
Qui non defendit alio culpante: solutos
Qui captat risus hominum, famamque dicacis:
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

quae descriptio egregia est ejusmodi nebulonum, quos non sola alebat Roma.

Pag. 598. Ep. CLII. v. 7.

Crispe, fides dulcis, placidique acerrima virtus]

pro *placidique*, quae vox corrupta est, *Suadaeque* conjecerat Cl. Oudendorpius. ut Suada aeque ad *fidem*, quam *virtutem* pertineat. aliter haec tentabat Corn. Valer. Vonckius in Observ. Criticis, editis in Comment. Acad. Elect. Palat. Scient. & Eleg. Lit. Vol. I. cap. 3. qui legebat,

Crispe, fidis dulcis, (lyrae) *Latiique acerrima virtus.*

qui illud *Latii* hausit ex conjectura, qua divinaveram emendari posse, *Latiique acerrime vindex.*

Pag. 601. v. 1.

Sed solet infanos populus compescere fanus]

infanum vel *infanos factus* legendum existimat doctissimus Ant. de Rooy in Spicileg. Critic. pag. 161.

Ibid. v. 6. *& e nostra lancea torta manu*] *en e nostra*, & vers. seq. *Belius homo es valide*, & paullo post, *Sed tu perque jocum dicis risumque. quid ad rem, Qui plorem?* &c. corrigit ibidem Corn. Valer. Vonckius.

Pag. 604. Ep. CLVI. v. 2. *Indolis aeternae fideres, celsa petant.*] *Indolis aetheriae* legebant Cll. Herm. Cannegieterus & J. Schraderus.

Pag. 606. Ep. CLIX. v. 2. *Audi rem, &, si vis, accipe cur faciam*] *accipe cur taceam*, vel *patiar*, idem Cl. Cannegieterus, qui etiam v. 7. conjecerat, *nisi sunt vanae tam, Maxime, caussae Odi.*

Pag. 607. Ep. CLXII. * *Fencaramentarum* &c.] Non invidebo hic lectori. quae ad mendosam hujus vocis scripturam enodandam mecum aliquando communicavit, dum viveret, Ampliss. Meermannus. „ Locum hujus similive appellationis nec auctores veteres nobis suppeditant, nec mappae Aegypti. Verum „ Frid. Lud. Norden in Itinerario Tom. II. „ Tab. 98. ad Nilum fluvium haud procul „ ruinis Thebes nobis exhibet urbem *Arment*, „ olim *Hermonthis*. unde suspicor de ea locutum poëtam: in prima vero syllaba *Fenc* latere nomen proprium Aegyptii. hoc enim „ addidisse eum ex altero (ejusdem, ut videtur, auctoris) Epigrammate, quod ibidem „ apud Pithoeum Lib. II. pag 81. praecedit, „ vers ult. colligo. Quare lego,

„ *Fenc Armentano* (vel *Armentanus*) *nostrum*
„ *processit ad axem.*

Pag. 608. Ep. CLXIII. v. 4. *Quod legeris nomen convenit Aethiopis*] corrige cum Oudendorpio,

Quod legitur nomen, convenit Aethiopi.

Pag. 609. Ep. CLXV. *Graeculus Argolicis laetus veniebat ab oris*] Pauca quae ad hoc Epigramma notavi, *sic augeantur:* Hoc licet inter vetusta a Pithoeo Lib. II. pag. 80 editum, legitur tamen inter Adriani Scorelii Batavi Poëmata pag. 69. ubi versu primo *veniebat ab agris*. & versu tertio, *A cane non mirum est subito periisse Pelasgum.* ut edidit Pithoeus. sed illud *subito* vitiosum censebat Cl Oudendorpius, & *Latio* legendum conjiciebat, existimans nomen proprium requiri, quod ad Trojanos. unde Romani per Aeneam, referatur. *subito* tamen se tueri posset propter praecedentem versum, *canis hunc forte momordit, obit.* ut mortis celeritatem indicet. vel pro *subito* substitui posset,

A cane non mirum est rabido periisse Pelasgum,
Nam rabies Hecubae durat in Argolicos.

ut elegantiam in repetitione vocis *rabido* & *rabies* captaverit poëta, quia Medea post amissum regnum sobolemque, & Polymnestora infectum, fere in rabiem versa & in canem mutata fingitur. vide supra ad Lib. I. Ep. CLXI. pag 110.

Pag. 610. Ep. CLXVII. notis inferatur ejusdem Ampliss. Meermanni animadversio: „ non „ male Pithoeus correxit DE ARZVGITANO POË„ TA. Ego legius DE ARZVGITANO VATE. Pro„ vinciam Arzugitanam, de qua apud aucto„ res Seculi V, & seq. sermo est, in Africa

 „ sitam

„ fitam fuisse constat; num vero Tripolitanae
„ pars fuerit, an ei contigua, non satis liqui-
„ dum vide Sirmond. ad Sidon. Apoll. Carm.
„ V. 357. Ruinartum ad Victorem de Persec.
„ Vandal. p. 316. seq. itemque Observata ad
„ Gesta Collat. Carthag. contra Donatist. Tom.
„ IV. Concil. ex noviss. ed. Mansi pag. 161.
seq. DE ARZVOITANO VATE etiam in notis conjeceram ex vestigiis cod. Salmas. in quo DE ARZVCITANOS VETE. Ceterum corruptissimos hujus Epigrammatis versus sic emaculandos censuit Ezra Clerequius in Specim. I. Observ. ad Lucan. pag. 26.

Praescissae filicis cautibus edite,
Silvestri, juvenis, durior arbuto,
Trunca cum stupeas horridior, cupis
Formare heu propriis carmina versibus,
Et metri variis ludere legibus.
Sed quis te ductilem judicet artium,
Quas natura dedit corde sagacibus:
Solus ligna dolans runcina & asciis,
Et duri resecans robora pectoris,
Vatem te potuit fingere ligneum,
Qui taurum trabibus lusit adulteris,
Vel qui struxit equum fraudis Achaicae.

singulos adscripsi versus, quibus certe illius conjecturae, ingenii acumine se commendantes, sensum satis idoneum conciliant pro mendosissima, ut nunc leguntur, diversis in locis scriptura.

Pag. 612. col. 1. l. 20. *post illa*, nempe vice mutata in tua manere domo & te expellere statuens.] *inferatur*: Propertius Lib. I. El. 3. 36.

Tandem te nostro referens injuria lecto
Alterius clausis expulit e foribus.

quem forte hic poëta versu sexto imitatus est,

Teque tuis miserum depulit è laribus.

non dissimili sensu in loco ejusdem Propertii Lib. II. & seqq.

Pag. 613. col. 1. Not. prope finem, l. 46. post, *crescebat cellula quaestu.*] *adde*: sic *quaestus* pro stipe mendicantium. vide Patrui mei notas ad Claudian. II in Rufin. 445.

Ibid. col. 2. l. 12. *pingui distentus omaso Farius apud Horat.* &c.] *insere*: sic *distendere cutem*, deliciis saginare. de quo vide notas ad Claudian. II. in Ruf. 449. aliter H. Boltius in Silva Crit. pag. 32. qui *tensum pedem* hoc in loco interpretabatur *extensum*, *porrectum*; vel legebat,

Ut caveas tenso vivere, leno, pede.

pro *turgido*, *tumido pede*. quales famelicorum sunt. alia etiam significatione *tensi*, *extensi*, & *exporrecti pedes* dicuntur de mortuis vel moribundis. vide Trilleri notas ad Celsum pag. 763. ed nuperae Kraussii.

Ibid col. 2. lin. ult. *post illa*, de milite Romano ac barbaro inepte exponit] *subjunge*: neque felicius in illo loco explicando versatus fuit Hagenbuch. in Epist. Epigraph. pag. 293 qui *gemino hoc germine* interpretatur pedites & equites Orientis, ut *Idam* Phrygiae montem pro toto Oriente dixerit, quod valde absonum & sine exemplo est.

Pag. 614. col. 1. l. 13. *post illa*. de lenone qui pueris & puellis meritoriis praeerat. debet sumi.] *infere*: quo sensu viri docti illa Petronii cap. 112. *victor miles utrumque perjuravit* de utraque venere interpretantur. de quo plura N. Heinsius in Epistolis ineditis ad Graev. d. 12. Jan. 1674.

Ibid. col. 2. l. 2. post Sigon. & Drakenb. ad Liv. Lib. I. cap. 32] *adde*: & Gronov. ac Graev. ad Auct. Rhetoric. ad Herenn. Lib III. cap. 21.

Pag. 615. col. 2. Not. l. 7. post locum Horatii, *adde*; Theocritus Idyll. VI. 38.

——— τῶν δέ τ' ὀδόντων
Λευκοτέραν αὐγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.

quod sic vertit Eobanus Hessus,

——— *deinde venusti*
Et nivei Pario certabant marmore dentes.

Seneca Hippolyto v. 796.

Vexent hanc faciem frigora parcius,
Haec Solem facies rarius adpetat,
Lucebit Paria marmore clarius,

ubi vide Delrium.

Pag. 616. col. 2. l. 3. post locum Petronii, *Dii majores sunt, qui me restituerunt in integrum*] *haec subjunge*. Sed praecipue supplementum meum, quo initium hujus Epigrammatis interpolandum conjeci,

Quis Deus Illyricis huc vos mihi detulit oris,.

firmat locus Ovidii Lib. III. Fast. 622.

At tu, seu ratio te nostris adpulit oris,
Sive Deus, regni commoda carpe mei.

ubi in pentametro *Seu casus* legendum fuae editionis margini adscripserat Patruus meus

ut

ut Lib. XIV. Met. 162.

——— *quis te casusve Deusve*
Servat Achaemenide.

Ex illo autem priore Ovidii loco hic quoque posset suppleri,

Quis Deus Illyricis mihi vos huc adpulit oris?

vel *adtulit.* quod in secundo Nasonis Palatino codice legitur. ut apud Terentium Andr. IV. 5. 18.

——— *haud auspicato huc me adtuli.*
Nam pol, si id scissem, numquam huc tetulissem pedem.

Pag. 618. col. 1. Not. l. 37. post Casaub. ad Pers. Sat. V. p. 456.] *insere*: huc facit illud Albinovani in obitum Maecen. v. 75. supra hoc Volum. p. 268. 269.

Percussit crebros te propter Lydia nodos,
Te propter dura stamina rupta manu.

ubi vide quae notavi. & adde Munckeri notas ad Fulgent. Lib. II. Mytholog. 5. p. 73. sed egregie hoc Epigramma illustratur ex illo Palladae Lib. I. Anth. Graec. Tit. 19. Ep. 4. quod totum adscribi meretur, quia similis fere argumenti est, de homine uxorio, licet lingua fortem se jactante, & servitium dominae dissimulante:

Αἰ πάνυ κομπάζῃς στοιχάγματι μὴ ὑπακούειν
Τῆς γαμετῆς, ληρεῖς. οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς εἶ,
Οὐδ' ἀπὸ πέτρης, φασίν, ὅθ' εἰ πολλοὶ κατ' ἀνάγκην
Πάσχομεν. οἱ πάντες, καὶ σὺ γυναικοκρατῇ.
Εἰ δ' οὐ σανδαλίῳ, φῄς, τύπτομαι. ἀλλ' ἀκολάστου
Οὔσης μοι γαμετῆς χρή με μύσαντα φέρειν,
Δουλεύειν σε λέγω μετριώτερον, εἴγε πέπρασαι
Σώφρονι δεσποίνῃ, μηδὲ λίην χαλεπῇ.

id est, H. Grotio interprete,

Si nimium jactas te non uxoria ferre
Jussa, procul vero es, nam neque petra tibi,
Nec quercus genitrix, perfer quod ferre necesse est.
Sunt cuncti, quid ni tu quoque, sub domina.
At non sandalio, dicis, commulceor: at non
Uxoris patior mutus adulteria.
Servitium fers ergo minus grave, quando pudica
Et non difficilis te nimis emit hera.

Pag. 619. in notis ad Ep. CLXXIV. col. 1. l. 5. post illa, *Dis fisse* Heinsius. sed nulla mutatione opus est.] *insere*: pro vulgata faciunt quae habet Cel. D'Orvillius ad Chariton. pag. 69.

Ibid. Ep. CLXXV. v. 4. *Et dubii pulcher corporis errat homo*] *exstat* conjecerat Cl. Schraderus, ut in Divionensibus.

Ibid. Ep. CLXXVI. v. 3. *Namque ita femineo Eunuchus crure movetur*] *clune movetur* legendum cum Cl. Oudendorpio. sic infra Ep. CXC. v. 6. p. 631.

Cogeturque suo clunem submittere asello.

Ita enim illic quoque ex codice Salmasiano restituendum, pro *furas submittere*, patet ex Juvenal. Sat. VI. 334.

Quo minus inposito clunem submittat asello,

in Priapejis Ep. XVIII.

Ecquando Telethusa circulatrix,
Qua clunem tunica tegente nulla
Extis apsius altiusque motat.

Horatius Lib. II. Sat. 7. 50.

——— *sub clara nuda lucerna*
Quaecumque excepit turgentis verbera caudae;
Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.

Petronius cap. 24. *clunibus eum basiisque distrivit.* ubi vide notas.

Pag. 621. col. 2. in fine notae, *post*, ubi plura N. Heinsius.] *subjunge*: simile acumen, licet in re diversa, in illo Palladae Epigrammate Lib. I. Anth. Gr. Tit. XXXVII. Ep. 15.

Γραμματικοῦ θυγάτηρ ἔτεκεν φιλότητι μιγεῖσα
Παιδίον ἀρσενικόν, θηλυκόν, οὐδέτερον.

Femina masque prius fuerant: jam funere neutrum:
Omne genus peperit filia Grammatici.

& de Hermaphrodito est elegans Epigramma ibidem Lib. V. Tit. I. Ep. 20.

Ἵστατο δ' Ἑρμαφρόδιτος ἐπήρατος, οὐδ' ὅλος ἀνήρ,
Οὔτε γυνή, μικτὸν γὰρ ἔην βρέτας. ἦ τάχα κοῦρον
Κύπριδος ἐγνώσαις καὶ Ἑρμάωνος ἐνίψεις.
Μαζοὺς μὲν σφριγόωντας ἰδέσκετο, οἷά τε κούρη.
Σχῆμα δὲ πᾶσιν ἔφαινε φυτόσπορον ἄρσενος αἰδοῦς,
Ξυνῆς ἀγλαΐης κεκερασμένα σήματα φαίνων.

quod Latinis numeris sic reddidit Grotius:

Hermaphroditus adest, nec vir nec femina totus,
Mixta sed effigies: conspectu corporis ipsum
Mercurio dices & pulchra Cypride natum:
Monstrat virgineo turgentes more papillas,
Monstrat ab inguinibus partes sine veste potentes:
Mixta gerens gemino de sexu signa decoris.

Ceterum Latinum hoc Epigramma, *Pulici* vulgo adscriptum. sub incerti auctoris titulo jam edidit Laurentius Abstemius inter alia Epigrammata vetusta Fani 1505. ubi v. 1. *Dum mea me genetrix* &c. v 5. *Quaerenti lethum si Juno ait.* v. 8 *Quem tuleram casu, labor.* & v. 9. *Pes haesit ramis.*

Pag. 622. Ep. CLXXVIII. v. 4. *Solerti pendet*] *tendit* Bulenger. Lib. I. de Theatr. cap. 43. pag. 123.

Pag 624. Ep. CLXXX. v. 1. *pendere cum via*] *inscia* Oudendorpius. ut *pendere in novacula* apud Phaedrum. & aliis *pendere in mente*, & sim.

Ibid. col. 2. Not. l. 25. post Horatii locum *adde*: sic in Priapejis Ep. XXVII. de Quinctia cymbala & tympana pulsante:

Pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat.

ubi vide.

Pag. 625. Ep. CLXXXII. v. 7. *reparator conjugis Orpheus*] *revocator* Oudendorpius. quod probo. Virg. IV. Georg. 526.

Ah miseram Eurydicen, anima fugiente vocabat.

Propertius Lib. II. El. 20. 73.

Si modo clamantis revocaverit aura puellae,
Concessum nulla lege redibit iter.

& Lib. IV. 7. 26.

At mihi non oculos quisquam inclinavit hiantes,
Unum impetrassem, te revocante, diem.

hoc est, in vitam revocante. vide infra ad Ep. CCXIX. pag. 653.

Pag. 626. col. 1. ad v. 2. Ep. CXXXIV. *Quae radians patulum* &c.] in fine notae subjunge: *patulum* etiam praefert Vossius Lib. V. de Vitiis Serm. pag. 292. b. licet *latum* ex Juvenalis loco illustret, sed *latum latus* auribus ingratissimum est dein *Fuscetur visis casta marita viris* ex MS. rectius existimat, pro ignominia notetur.

Pag 627. col 1. Not. ad Ep. CLXXXV. l. 8. de asino sive jumento ad molas versandas adhiberi ac conduci solito, potest explicari.] *adde*, idque firmatur ex Graeco Secundi Epigrammate Lib. I. Anthol. Tit. XXXIII. Ep 21. pag. 68. ed. Obsop. quod sic Latine vertit Grotius:

Quid me tardigradum rudens genus inter aristas
Tritores asinum currere cogis equos?
Nonne sat est, quod ago tenebris damnatus in orbem
Usque recursurae pondera scabra molae?
Mene & equis certare jubes? an restat & illud,
Ut collo glebas inter aratra traham?

ubi vide Brodaeum.

Ibid. col. 1. not. l. ult. qui λίθος μύλικος dicitur Marco cap. IX. 41.] *insere*: & λίθος ac πῖτυς in Archiae Tarentini, aliorumque Epigrammatibus elegantissimis, de equo Olympico ad pistrinum damnato, in Anthol. Graec. Lib. I. Tit. XXXIII. Ep. 13. 14. & 26.

Pag. 628. col. 1. Not. ad v. 3. Ep. CLXXXVI. *Hanc fovet amplexu, blanditur*, &c.] *fine notae subjunge*: Alia tamen ratione versum hunc emaculari posse existimabat J. Piersonus, scribendo,

Hanc fovet amplexu blando, tergumque caballae
Adteris &c.

vel quia in Salmas. & Leid. cod. legitur *molitur*. vel *mollitur*, etiam conjecerat,

Hanc fovet amplexu molli, tergumque caballae &c.

quod praeferendum propter Virgilii locum, quem expressit hic Auctor, Lib. VIII. Aen. 388.

Cunctantem amplexu molli fovet.

tergum proxime accedit ad ultimam vocis *blanditur*, & primam sequentis voculae *dumque* syllabam. licet etiam *dorsum* legi posse opinaretur. nam *cauda* huc non quadrat. quia caussidicus equae insidebat. Certe Cl. Oudendorpii conjectura, licet acuta, ipsi videbatur nimis paene erudita pro hujus poëtae aetate.

Pag. 629. col. 2. not. ubi *Harpocratem reddere* apud Catullum sensu obscoeno ab Is. Vossio explicitum notavi. *insere*: In hoc tamen Epigrammate *reddidit Hippocratem* nihil obscoeni latere putabat Piersonus, sed ineptum esse lusum in *Hippocratis* nomine, quod significat *eum, qui equum tenet*. Discipulus itaque medici duxit equum, quo doctor vehi solitus erat per publicum, atque ita factus est Hippocrates. de gemma illa, quam in Notis produxi, Harpocratem loto insidentem exhibente addito flagello in dextra, vide eruditissimum Henr. Cannegiet. in Diss. de Gemma Bentink.

pag.

pag. 7. & 12. & tali modo Harpocrates in loto sedens etiam conspicitur in numo Antonini apud Tristan. Tom. I. pag. 605.

Pag. 630. Ep. CLXXXIX. v. 1. *& certe*] *haec certe* Cl. Schraderus.

Ibid. v. 9. *ebrii fuco*] vide Variant. Lectt. ad Claud. I. in Rufin. 207.

Ibid. col 2. l. 36. post locum ex vet. carm. Lyrico *Da columbatim mitia basia* &c.] *adde*: & haec imitatus videtur Dan. Heinsius in Hipponacte pag. 104. Poëm.

> *Et morsicatim flammeis labellulis*
> *Adlusitabit, & columbatim premet*
> *Os illud, ipsis ambiendum Gratiis.*

Pag. 631. col. 1. Not. ad Ep. CXC. v. 1. *Moribus & vultu* &c.] fine notae adde: *Moribus & vita* conjecerat Piersonus, vel *vultu* servabat, quia v. ult. *Discite formosas aurum superare puellas.* sic *mores* in genere pro bonis moribus. vid. Cl. Herm. Canuegiet. ad Collat. Legg. Mosaic. & Rom. p. 183. vers. secundo cum Cl. Schradero emendandum, *nullo celatur ab auro.* pro *multo.* ut editur vulgo.

Ibid. col. 1. l. 11. ad Epigr. ad Nealcen.] haec deleantur.

Ibid. initio notae ad v. 6. *clunem submittere* cod. Salmas. quod praefert Cl. Oudendorpius] *adde*: & sic omnino legendum videbatur Cl. Schradero. vide supra ad Ep. CLXXVI. 3.

Pag. 632. Ep. CXCII. v. 3. *tumidis Arethusa capillis*] *papillis* emendandum censebat Cl. Ruhnkenius ad Jul. Rufinian. de Schem. Lex. p. 258. & v. 9. & 10.

> *Inque modos omnes, ductus imitata tabellae,*
> *Transeat, & telo pendeat illa meo.*

pro *dulces imitata tabellas*, & *lecto pendeat. rutilis capillis*, ut conjeci, firmari posset ex Claudian. Epith. Hon. 242. ubi legebat Heinsius,

> *Nunc flavam rutilo miratur vertice matrem,*

pro vulgato *niveo.* sed vide ad Tom. II. pag. 481. & 482.

Ibid. col. 2. l. 18. post illa, nam *decet* ponitur pro formae decus conciliat & auget &c.] *adde:* Ovidius I. A. A. 533.

> *Clamabat flebatque simul, sed utrumque decebat.*

ubi in codicis Huydecoperiani margine *placebat*, pro varia scriptura, quae alterius lectionis glossa est.

Pag. 634. col. 1. Not. ad v. 3. Ep. CXCIII. *Quid Telamoniadem non aequo judice victum*] Intelligi Ajacem in contentione cum Ulyxe de Achillis armis damnatum, notavi] *Addantur*: qua de re legi merentur tria Asclepiadae, Antipatri, & Archiae Epigrammata in Anthol. Gr. Lib. III. Tit. XIV. Ep. 6. 7. & 8. hinc in loco Columellae Lib. X. 175. legebat Piersonus,

> *Et male damnati moesto qui sanguine surgunt*
> *Aeacidae flores.*

hyacinthos innuit, Ajacis cruore & nomine notatos. Illum inter Palamedem, & alios &c.

Pag. 637. col. 2. notae ad v. 6. *Haec & inornata simplicitate valet*, subjungantur sequentia: & huic conjecturae nostrae insistens Cl. Oudendorpius legebat, *Se det*, *inornata simplicitate valet.* Id est, modo se det mihi, valet inornata simplicitate. Sed tunc *places* cum Heinsio praeferrem: cujus emendationes in sequentibus *cures*, &, *me lavet illa suam.* probabat idem Oudendorpius. aliter Cl. Bondamius, qui Lib. II. Var. Lect. cap. XI. p. 256. & 257. tentabat, *Scita & inornata simplicitate valet.* & mox, *Sed roseam faciem*: Sed non poenitet conjecturae *Se det*, ex vestigiis Vossiani codicis deductae, in quo *Sedet.*

Pag. 639. col. 2. notae ad v. 8. *submissa voce.* post Heinium ad Tibull. *adde*: & quae notavi ad Diras Catonis v. 109. *submissa meditatur carmina voce.*

Pag. 640. ult. versu Ep. CCIII. *Fac, cito quod coeptum est, non cito desinere*] *Fas* legebat Cl. Schraderus, quem offendebat locutio *fac desinere.*

Pag. 641. col. 1. not. l. 23. ubi de differentia *venustatis*, *formae*, & *dignitatis*, post Heins. ad Vellej. Paterc. *insere*: sed distinctio illa non est perpetua; nam & *dignitas* & *venustas* de viris conjunguntur saepe apud Ciceronem. vide Andr. Schottum Lib. I. Nodor. Cicer. cap. 9. ubi in loco ex Orat. pro Arch. cap. 12. recte vindicavit, *quem amicorum studiis videtis comprobari, tum dignitate, tum etiam venustate.* ut legebat etiam Fulv. Ursinus. ubi *vetustate* Manutius aliique, sed *venustate* in omnibus Codd. haberi testatur Graevius, licet aliter explicet.

Pag. 642. col. 1. l. 1. vide & notas Patrui ad Claudian. &c. *haec ita mutentur*: eodem modo apud Claudianum I. in Eutrop. 359. legebat Patruus meus,

> *Miraris? nihil est. Quid non in pectore magnum*
> *Concipit Eutropius?*

pro vulgato,

> *Miraris? nihil est, quod non* &c.

Ibid. in fine notae ad v. 7. adde locum Ovidii II. A. A. 366.

Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.

Ibid. Ep. ccv. v. 3. *Cum me saevus amor prorsum sursumque capillis Excutat* &c.] *prensat* vel *prendit* Oudendorpius.

Pag. 643. in contextu, v. 7. *Solus ego ex cunctis pareo somnoque toroque*] *careo somnoque toroque* Cl. Schraderus.

Ibid. Ep. ccvi. v. 2. *Victa jacent solo quum mea membra toro*] *Victa jacent somno* legebat Cl. Herm. Cannegieterus. ut Ep. praeced. v. 2. *somno lumina victa dabam.* ubi tamen *somno victa* non jungenda, sed *somno dabam lumina victa.* neque hoc in loco *solo toro* sollicitandum opinor. *solum torum* intellige, in quo solus sine Delia cubabat. *vacuum torum* vocat auctor Epitaphii Juliae, quod in notis produxi. & Propert. III. 4. 23. *Gaudet me vacuo solam tabescere lecto.* *viduum torum* vocat Paris apud Ovid. Ep. xvi. 315.

Sola jaces viduo tam longa nocte cubili,
In viduo jaceo solus & ipse toro.

Propertius Lib. II. El. 2. 96.

Nec domina ulla meo ponet vestigia lecto,
Solus ero, quoniam non licet esse tuo.

El. XVIII. 6. *tu nimium credula sola jaces.* & El. 24. 41. *Nulla tamen lecto recipit se sola libenter.* vide ad Catonis Diras v. 130. *mea sola puella est.* in loco Ovidii ex Epist. VIII. 25. quem hic auctor imitatus est, *Aenean animo noxque diesque refert*, Piersonus emendandum conjecerat *noxque quiesque.* sed quia praecedit, *Aeneas oculis semper vigilantis inhaeret*, tam *die* quam *nocte* Aeneam animo sibi exhiberi dicit; quod sequentia Ovidii & Epitaphii veteris loca firmant. tertio versu *Vidi ego te mecum* transponebat Cl. Schraderus. ut *mecum fuit* Plauto. *mecum non semel illa fuit* Ovidio. & Lib. II. Am. 8. 27. *Quoque loco tecum fuerim.* vide Muncker. ad Antonin. Liber. p. 330. eodem sensu *secum habere aliquam* apud Cicer. V. Verr. 31. fin. *sed paulo solutiore tamen animo secum illam haberet.*

Pag. 644. Ep. ccviii. v. ult. *Oscula cum pomis mitte*] *Osque levi morsu mitte* conjecerat Cl. Herm. Cannegieterus, id est, ut inprimas pomis os levi morsu. quo ducunt vestigia cod. Salmas. & Voss. quorum lectiones in notis dedi. eodem Epigr. v. 3. *Omnia grata putes* legebat Oudendorpius. seq. versu *Ornares domum* ex Terentio illustravi. cujus loco adjunge illud Claudiani II. de Laud. Stilich. v. 156. — *addis Verba, quibus magni geminatur gratia doni.* ut recte vindicavit Patruus meus, pro *nodi*, quod malebat Heinsius.

Pag. 645. col 2 fine notae ad Ep. ccxi. post, sub titulo ALCIMI edidit Binetus &c.] *adde*: & sub illius nomine initium hujus Epigrammatis adfert Tristanus Tom. I. Comment. pag. 601.

Pag. 646. col. 1. not. l. 28. *post illa*, *sic nectare dulcior aura* apud Claudian. Eidyll. 1. 91] *insere*: vel cum Cl. Oudendorpio legendum,

Spirat Cecropis dulcior aura thymo.

Pag. 648. Ep. ccxiv. v. 3. *strophio producta papillas*] *procincta* Cl Schraderus. sed malim *praecincta*. ut in Ciceronis loco apud Nonium, quem in notis produxi.

Pag. 649. notae ad Ep. ccxvi. l. 3. post *Intertexta rosa*, adde, unde legebat Cl. Oudendorpius,

Intertexta rosam (vel *rosa*) *e Tyrii subtemine fuci.*

Pag. 650. col. 2. l. 11. Cl. Binetus initio notarum] *corrige*, in Praefatione.

Pag. 651. col. 1. Not. prope finem post versus Grotii *insere*: allud etiam poëtae cujusdam, qui inserto amicae *Catharinae* nomine *Me nive candenti petiit Catharina* &c. totum hoc Epigr. sibi vindicavit, profert Obsopaeus ad Antholog. Gr. Lib. VII. Ep. 53. pag. 596. ubi non dissimilis coloris exstat Epigramma Paulli Silentiarii, quo fingit poëta, se ab amica Hermonassa perfusum aqua, sed inde ardentius igne amoris inflammatum fuisse. Illud sic interpretatus est idem Hugo Grotius:

Hermonassa, mero titubans, dum limina servo
Ipsius, & vinctis floribus arno fores;
Me cyatho perfudit aquae: turbata repente,
Vixque sibi trina reddita luce coma est:
Pius ab aquis calui, quis crederet? intus habebat
Vim flammae, dominae tactus ab ore, calix.

Pag. 651. Ep. ccxix. ad *Lydiam.*] In editione Fanensi Laur. Abstemii 1515. in quo hoc Epigr. etiam legi notavi, differunt hic & illic lectiones ab editis diversae. v. 5. *pande capillos* male pro *capillulos.* nonus & decimus versus in ea desideratur. v. 12. *Infusas rubro*, pro *Perfusas.* & v. 13. *labia coralla* pro *labra corallina.* v. 18. *semipomas* pro *gemipomas.* v. 20. *Sinus expansus.* versu autem 22. pro *Conde papillas* Cl. Schraderus malebat *Pande papillas*, ut supra v. 5. *Pande, puella, pande capillu-*

pistulas. Sed hic *conde* praefero, quia sequitur, *quae me faucient candore*, ut contrarium voveat ac in superioribus. Sic Joannes Cotta delicatissimo Epigrammate, quod paullo ante pag. 652 exhibui,

Et mihi conde sinum, istis dum pare pressa papillis
Basia, mi rapiunt ore ab anhelo animam.

Pag. 653. Col. I. Not. ad v. 15. l. 6. *post illa*, de lascivis amantium osculis, quibus animam fugebant & mutuo communicabant.] *insere:* quae eleganter describuntur in Epigrammate Callimachi Lib. VII. Anth. Gr. Ep. 145. pag. 619.

Εὐρώπης τὸ φίλημα κἢν ᾖ ἄχρι χείλεος ἔλθῃ
Ἡδὺ, κἂν ψαύσῃ μοῦνον ἄχρι στόματος.
Ψαύει δ' οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσιν. ἀλλ' ἐρύσασα
Τὸ στόμα, τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει.

quod sic vertit Grotius:

Europes equidem sunt oscula dulcia, tantum
Summa licet tangat labra vel ora tibi:
At non sic tamen illa: sed os ita ducbat, ut ipsam
Extrahat ex imis unguiculis animam.

illud vero inter Callimachi Epigrammata nunc quidem non legitur, sed in Codd. MSS. quibus usus est Grotius, ei tribuitur cum quatuor praecedentibus, & septem sequentibus, non *Rufino*.

Pag. 655. Ep. CCXXII. *Pulchrior & nivei* &c.] *notae l. 6. insere:* Inter Luxorii Epigrammata exstat in Cod. Salmasiano.

Pag. 657. Col. 2. fine notae ad init. Ep. CCXXVIII. post, Broukh. ad Tibull. &c.] *adde:* & Delrius ad Claudian. Fescenn. v. 8.

Ibid. in contextu, v. 7. *Cum pectore pectora ponit*] hoc imitatur ex Lucilio apud Nonium in *componere*.

Tum compone latus lateri, & cum pectore pectus.

ut legit Dousa. *latus lateri conserere* Ovidio Epist. II. 58. *ponere & jungere caput* sensu illiberiore. Propertius lib. II. El. XI. 22.

Mecum habuit positum lenta puella caput.

Ovidius Ep. III. 107.

Perque tuum nostrumque caput, quae junximus una.

ubi vide Heins. & adde notas ad Petron. cap. XXII.

Pag. 659. col. I. in nota ad v. II. l. 12. ut legebat enim Francius] pro *enim* corrigendum *etiam*.

ibid. l. 21. post Ovidii locum, ubi vide Patrui notas.] *adde:* & Davis. ad Cic. II. de N. D. cap. 6. in fine.

ibid. l. 26. post versus ex antiquis Apuleji edd. productos *Quod si animam inspires &c.*] *haec inferantur:* Aliter emendandum censebat Piersonus, & quidem hoc modo:

Quod si Amor inspiret, dona & jam carmina nostra &c.

hac sententia: Quod si Amor tibi inspiret, dona mihi & jam carmina pro carminibus; tum carmina nostra cedent victa tuis. ut ante dixerat puerum *exsuperare* debere *munera muneribus*. *inspirare* de Diis frequens. & praecipue Amor eleganter dicitur *inspirare carmina*.

——— ποιητὴν δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

ut vetus Tragicus cecinit. vid. Cl. Valckenar. Epist. ad Rover. pag. 12. Haec vero Piersoni, juvenis, dum viveret, supra vulgus eruditi & in Critica re sagacissimi, conjectura licet ingeniosa sit, nulla tamen codicum vel editionum veterum auctoritate nititur; ut praeterea *inspiret* sic absolute poni, sine *carmina*, aut *mentem*, *animumve*, ut in loco Virgilii, forte sine exemplo esse.

Pag. 667. col. I. l. 6. *post illa*, in eo quoque simile amoris vestigium relictum refert.] *adde:* tale facinus nebulonis Hispani in statua templi Vaticani in urbe Roma perpetratum narrat Keyslerus in Tom. II. Itin. pag. 186. de isto autem Praxitelis Cupidine vide Meleagri Epigramma Graecum, quod profert D'Orvill. ad Chariton. pag. 512. ubi & alia in eum Epigrammata ex Antholog. Graeca indicat, huc facientia. ad quam vide Brodaei notas pag. 462. ed. Obsop.

Pag. 668. col. notar. in fin. post Epigramma Platonis, Τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα φιλῶν &c. *inseratur:* quod legitur etiam in Adpendice Anthol. Gr. pag. 24. & sic versum est ab H. Grotio:

Sensi animam in labris, Agathoni suavia dum do:
Nam transire volens venerat huc misera.

Pag. 669. col. 2. Not. ad Ep. CCXL. l. 15. post duo Platonis Epigrammata in Astera, *insere:* iidem versus etiam leguntur in Anthol. Gr. Lib.

Lib. III. Tit. vi. Ep. 27 & 28. quorum primum ita interpretatus est Grotius:

Stella vides coeli stellas meus, o ego coelum
Si sim, quo te oculis pluribus adspiciam.

& alterum,

Stella meus vivis fulgebas Lucifer ante,
Nunc apud infernos Hesperus es populos.

nam in Graeco textu pag. 305. ed. Obsop. male haec duo in unum Epigramma sunt conflata. ultimum vero destichon etiam est in Epigrammate Graeco lapidis Schoepfliniani, quem edidit Hagenbuch. Epist. Epigraph. p. 257. quem vide.

Pag. 671. col. 1. not. ad Ep. CCXLII. post locum Propertii, l. 13. quia *iter* Lunae, & *falebrae* astris, sic concinnius respondent.] *haec inserantur:* idem de se ad Cynthiam nocte sera invisente Lib. 1. El. 3. 10.

Ebria quum multo traherem vestigia Baccho,
Et quaterent sera nocte facem pueri.

Ibid. l. 34. post locum Ovidii ex Epist. Leandri, *adde:* eodem colore Meleager in Epigrammate venustissimo, quod legitur in Anth. Graec. Lib. I. Tit. XXVII. Ep. 2.

Αὐτὸ τὸ πῦρ καίνεις διζήμενος ἄνθρωπος, ὁ σύνηθες
Τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι,
Δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλας. ἔνδοθι γάρ μευ
Καιόμενον, πολλὴν ἐξανίησι φλόγα.

quod eleganter etiam vertit Grotius:

Heus vigilem qui nocte paras incendere flammam,
Et facibus velles lumen habere tuis:
Sume meo flammam de pectore, nam mea plena
Semper inexhaustis ignibus est anima.

Ibid. col. 2. Not. l. 31. ubi *coeli cardine* conjeci, post, *nox humida coelo praecipitat* apud Virgil. &c.] *haec inserantur:* sic *cardine coeli* MSS. apud Claudian. II. in Ruf. 274. pro *cardine Solis*, ubi in variis Lect. *culmine*. Aliter vero haec tentaverat Piersonus, qui conjecerat:

Aut imber coelo grandine praecipitans.

firmabatque Varronis fragmento apud Nonium p. 208. *Nec coruscus imber alto nubilo multus cadens, grandine implicatur albo.* & veteris poëtae apud Cicer. Lib. III. de Orat. c. 39. *Grando mista imbri largifluo subita praecipitans cadit.* ubi *mixta imbri largifico* in Cod. MS. Ultraject. sic *imbres grandinis* Lucret. Lib. VI. 106. unde hoc in loco etiam legi posset, si *grandinis* vocem hic restituendam consentiamus,

Aut imber coelo grandini' praecipitans.

praeterea etiam pro *imber* placebat eidem Piersono *nimbus*. ut substituatur

Aut nimbus coelo grandine praecipitans.

ut apud Virg. IX. Aen. 669.

—— quam multa grandine nimbi
In vada praecipitant.

& Lib. X. 803.

—— effusa si quando grandine nimbi
Praecipitant.

& alibi. *imber* tamen *retinendum*, ut contra *grandine* vel *grandinis* admittendum videtur.

Ibid. Ep. CCXLIII.

Dicere quum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
Quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt.]

eadem his illa Phaedrae apud Ovid. Epist. IV. 8.

Ter tecum conata loqui, ter inutilis haesit
Lingua, ter in primo destitit ore sonus.

dicere conor hic pro cogito, mihi propono, exponit Broukh. ad Propert. Lib. I. El. 3. 12. *frustraque loqui conatur* Ovidio I. Met. 233.

Pag. 673. col. I. Not. l. 38. *post illa:* in sequenti L. Manilii Epigrammate, *Cosecm cascam duxisse* &c. id est vetulam.] *adde:* huc refer quod in veteri codice MS. Proverb. Latin. Meermanniano legitur: *Cascus cascam amat, id est, vetulus vetulam, pupus pupam, id est, puer puellam. sic enim prisci loquebantur.* quibus verbis Grammaticum istum ad hoc Pomponii Epigramma respexisse non dubito. & forte inde colligi posset, illum legisse,

Dic tu illum pupam &c.
Nam es vere pupus tu.

vide infra ad Ep. CCXLVIII.

Pag. 674. col. 1. Not. l. 12. *post*, licet ille alteram quoque interpretationem proponat.] *insere:* *nuptias* igitur *Charontis* intellige sine ulla hilaritate aut festivitate juvenili. ut *Orci nuptias* sine vino, seu laetitiae datore, dictas notat Serv. ad Virg. I. Georg. 344.

Ibid.

Ibid. Ep. CCXLVI. v. 2. *Quaeritis ignem? ite huc. quaeritis? ignis homo est.*] altero versus hujus membro *Creditis? ignis homo est.* corrigendum censet Petr. Paul. Justus in Specim. Observ. Crit. cap. VI. pag. 16.

Pag. 677. Ep. CCXLIX. v. 2. *domino tu quoque divitiae*] *tum quoque*, quia *eras* praecessit, Cl. Schraderus Lib. II. Observ. cap. 3. pag. 32.

Pag. 680. col. 2. Not. l. 12. de loco Claudiani, *post illa*, ubi bene etiam vindicavit *spicas* pro *spumas*, quod inter *segetem* & *culmos* perperam ponebatur.] *his subjunge:* licet *spumas* rectum videretur Piersono, & respondere illis, *qui summa freti per caerula possint Ferre viam.* deinde τοῖς *segetemque levi percurrere motu* respondere *nec proterit ungula campos.* ut apud Homerum, aliosque poëtas, quorum loca dedit Fulv. Ursinus ad Virg. Aen. VII. 808.

Pag. 682. col. 1. not. l. 17. post, de qua locutione vid. ad Ep. LXII. 6] *insere:* Patruus autem meus in notis ad Petron. cap. 132. ex vestigiis MS. lectionis *vera doctis* conjiciebat legendum,

Ipse pater veri Actoeis Epicurus in hortis &c.

quam verissimam emendationem censebat Oudendorpius, neque de ea dubitandum esse.

Pag. 684. Ep. CCLVIII. v. 2. *non murmura vestra columbae* &c.] confer illa Ovidii III. A. A. 795.

Nec blandae voces, jucundaque murmura cessent,
Nec taceant mediis improba verba jocis.

Ibid. col. 1. Not. illis, quae de lucerna amoris conscia notavi, post Propertii locum adde: sic in Epigrammate Pompeji Junioris de morte Laïdis Lib. III. Anth. Gr. Tit. XII. Ep. 8.

Οὐκ ἔτι χρυσοχάλινον ὁρᾷ δρόμον ἠελίοιο
Λαΐς, ἐκοιμήθη δ᾽ ὕπνον ὀφειλόμενον.
Κόμυς, ϗ τὰ νέων ζηλώματα, ϗ τὰ ποθεύντων
Κνίσματα, ϗ μύστην λύχνον ἀπειπαμένη.

quod sic interpretatus est Grotius:

Non videt auricomi jam Solis lumina Laïs,
Victa sed aeterno membra sopore jacet.
Vosque epulae, dixit, juvenum certamen, amoris
Jurgia, & arcanis fida lucerna vale.

ubi vide Brodaei notas. & adde Philodemi & Meleagri Epigrammata Lib. VII. Ep. 89. & 90.

Ibid. col. 2. l. 25. *post illa*, Heinsius in margine Schedar. Salmas.] *insere:* & in Variis Lect. ad Claudian. Fescenn. p. 803.

Pag. 686. Ep. CCLXIII.

Quid natum caedis Venus? arcum perdidit. Arcum
Quis rapuit?] notae l. 4. *insere:*

—— *arcum perdidit. Arcum?*
Quis rapuit?

sic adfert cum interrogationis nota in fine versus primi Gevartius. quod probat doctiss. Ant. de Rooy in Spicileg. Crit. pag. 162. edidit etiam Bonada Tom. II. Cl. XI. pag. 545. qui suspectum esse addit. & hanc suspicionem auget Illustris Marchio Scipio Maffeji, qui in Opere eruditissimo, quod utinam integrum exstaret, Artis Criticae Lapidariae, post ejus obitum nunc edito in Supplemento Thesauri Muratoriani, Lib. III. cap. 2. scribit se illud Venetiis vidisse incisum lapidi sub simulacro Veneris, Cupidinem verberantis, in villa Brenzoniorum ad crepidinem lacus Benaci, non praefixis literis D. M. neque *Rufillae* mentione facta, & quidem hac lectionum varietate,

Cur natum caedit Venus? Arcum perdidit: Arcum
Nunc quis habet? Veneto Flavia nata sinu.
Flavia cur rapuit? dedit hic, nam lumine formae
Deceptus Matri se dare crediderat.

neque dubitat Maffejus, Epigramma hoc compositum fuisse ab Augustino Brenzonio, qui XVI seculo vixit, ejusdemque esse aliud, quod edidi Tom. II. Ep. 213. pag. 470.

Dum rides mihi basium negasti &c.

vide etiam quae de hoc Epigrammate notavi ad Tom. II. pag. 76.

Pag. 689. Ep. CCXLIX. v. 5. *Sin pulcher. seu pulchra mihi dicatur*] *Seu pulcher* Cl. Schraderus.

Pag. 690. Ep. CCLXXIII. v. 5. *succrescat jure rosetis*] *succrescat rure* idem legebat.

Ibid. Ep. CCLXXIV. *in Senectutem.* fine notae ad initium hujus Epigr. post Maximiani locum cum his conferendum adde Ovid. III. Amor. El. 7. 69. & seqq.

Ibid. v. 4. *Arma, stilos, chartas, saxa, metalla, deos*] *decus* pro *deos* conjiciebat Cl. Herm. Cannegieterus. mox v. 6. *Armorum serie debilitata caduns*, jure Piersonum & Schraderum offendebat *Armorum*, quia *Arma* modo praecesserunt, & restituendum existimabant,

Annorum serie debilitata cadunt.

& sic Oudendorpius, verissime, ut apud Horatium Lib. III. od. ult. 5.

Quod non imber edax, non Aquilo inpotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.

supra Lib. III. Ep. V. v. 21. pag. 459.

Non tamen annorum series, non flamma, nec ensis,
Aeternum potuere hoc abolere decus.

ubi pro *potuere* malim *poterunt*. Propertius Lib. III. 1. 62.

Aut illis flamma, aut imber subducet honores,
Annorum aut ictu, pondere victa, ruent.

sic enim legendum. Laberius supra Lib. III. p. 555.

Ita me vetustas amplexu annorum enecat.

eodem hoc Epigrammate v. 9. pro *jugulato* recte Oudendorpius *jugulata*. & v. 2. *hostes caram habuere suae*. de media in *sandice* correpta v. 13. vide Borrich. Adpend. ad Analect. de L. L. pag. 30.

Pag. 601. col. 2. circa finem notae ad v. 5. post Broukhus. ad Propert. Lib. III. 18. 4. *insere*: Demsterum ad Claudian. II. in Rufin. 249.

Pag. 602. col. 1. ad v. 9. *crines revocentur in orbem*] licet in loco Claudiani in notis producto vindicaverim *crines sinuantur in orbes*, non tamen *revocantur* hoc in versu mutari velim, pro qua lectione multa pugnant veterum loca. Manilius Lib. V. 148.

—— tortos in fluctum ponere crines,
Aut vinclis revocare comas.

ubi *in flexum* Aldus. & pro *vinclis* in cod. Voss. Lips. & ed. Ald. *undis*. sed rectius in cod. Susiano *nodis*. ut *crines nodantur in aurum* Virg. IV. Aen. 138. & *crinibus in nodum tortis* apud Martial. Spectac. Ep. 3. Seneca Oedipo v. 417.

Spargere effusos sine lege crines,
Rursus adducto revocare nodo.

Sueton. Caes. 45. *capillum revocare a vertice adsueverat*. ubi vide notas. & Gronov. II. Observ. cap. 19.

Ibid. col. 2. l. 8. ideoque legebat &c.] *insere*: ideoque legebat *obliqua*, vel, *Contegis occultas Candenti veste papillas*. sed *obaucta candentes veste* praefert Eldikius Specim. Suspic. cap. VII. pag. 48.

Pag. 695. col. 1. not. l. 5. post locum Ovidii,

Altera succinctae religetur more Dianae,
Ut solet, adtonitas cum petit illa feras.

adde: quem Nasonis locum perperam Bentlejus ad Horat. II. od. XI. v. 23. p. 115. exponit de coma Dianae in nodum collecta, quum de veste supra genua succinctâ sit intelligendus: quo habitu Diana venatrix saepe in Numis aliisque monumentis antiquis conspicicitur. vide quae notavi ad Numism. Sic. Tab. III. N. 6. p. 301.

Ibid. in contextu, v. 16. *De tribus a Parili*] lege *Prae tribus* cum Eldikio Specim. Susp. cap. VII. pag. 48.

Ibid. Ep. CCLXXVI. v. 2. *Fecerat & ventum & sonitum*] *Fecerat adventu sonitum* recte Cl. Schraderus.

Pag. 696. in contextu, v. 8. *Felix multa arbos, imitans miracula Pindi*] verissime Piersonus *umbracula Pindi*. sic supra in Vomani Epigrammate de laudibus Hortuli v. 17. pag. 400. *Opaca praebent arbores umbracula*. Virgilius Ecl. IX. 42.

—— hic candida populus antro
Imminet, & lentae texunt umbracula vites.

quem locum adfert Macrobius, de umbraculis agens, Lib. VI. Saturn. cap. 4. Idem Piersonus seq. Ep. CCLXXVII. v. 4.

Sed jungat calidum fervida virgo latus.

legebat, *Sed jungat lateri*. mihi tamen *fervidis* requirere *calidum* videtur.

Ibid. Ep. CCLXXVIII. v. 2. *Qualem pinxit Amor*] *finxit* conjecerunt Cannegieterus & Schraderus. ut in cod. Divion.

Pag. 697. col. 1. Not. l. 20. ubi pro *Te quoque pulsat amor*, forte scribendum notavi *Te quoque tu ussit amor*. vel, *Te quoque enim ussit amor*. insere; ut in loco Propertii Lib. III. 15. 7.

Te quoque enim non esse rudem testatur amoris,

ussit vero, ut Ovidio 1. A. A. 23.

Quo me fixit Amor, quo me violentius ussit.

apud Claudian. I. R. P. 27. *qua lampade Ditem Ussit Amor*, conjiciebat Claverius ex vestigiis cod. MS. in quo *Ussit*. in vulgatis *Flexit*. possis etiam hoc in versu *pungit* cum Piersono.

Pag. 700. col. 2. l. 15. fine notae ad v. 9. *subjunge*:

iunge: confer Epigramma Graecum, quod *Meleagro* in vulgatis editionibus, sed *Incerto* in Codd. MSS. tribuitur, Lib. VII. Anthol. Gr. Ep. 114. & Rufini ibid. Ep. 127. & adde quae notavit Iacobonius in Adpend. ad Fontej. de prisca Caesior. gente pag. 82. & seq.

Pag. 701. Ep. CCXCI. FLORI *de Rosis*] hoc Epigramma ex cod. Salmasiano descriptum Iacobo Cottardo mittit Balzacius in Epist. Selectis post Ejus Poëmata a Menagio editis pag. 461. & Floro vel Luxurio tribuit in Confabulat. Literariis (*Entretiens*) pag. 48.

Pag. 702. col. 1. Not. ad v. 1. *post*, frigora quae mordent blando sensu.] adde Horat. II. Sat. 6. 45.

Matutina parum cautos jam frigora mordent.

Propertius Lib. I. El. 16. 24.

Me mediae noctes, me sidera prona jacentem,
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

Ibid. col. 2. fine notae ad v. 4. post Varronis locum, *Anticipate. adde:* Maximianus El. I. 276.

Atque infelices anticipare dies.

Pag. 703. v. 11. in contextu, *Vidi Paestano candere rosaria cultu* &c.] imitatur Propertium Lib. IV. El. 5. 59.

Vidi ego odorati victura rosaria Paesti
Sub matutino cocta jacere Noto.

Paesti rosaria saepe apud Poëtas in pulchritudinis descriptione memorantur. Claudian. Epithal. Honor. 247.

——— *vel flore sub uno*
Ceu geminae Paestana rosae per jugera regnant.

Martialis Lib. IV. Ep. 42.

Lumina sideribus certent, mollesque flagellent
Colla comae; tortas non amo, Flacce, comas.
Frons brevis, atque modus breviter sit naribus uncis,
Paestanis rubeant aemula labra rosis.

biferique rosaria Paesti Virgilio IV. G. 119. vide Beger. Tom. I. Thes. Brand. p. 274. 275. seq. disticho *Cura pruinosis* pro *Rara* conjecerat Oudendorpius.

Pag. 704. col. 1. not. l. 18. post Macrob. III. Saturn. cap. 8.] *adde:* vide & Tristan. Tom. I. Comm. pag. 24.

Pag. 706. in contextu, v. 45. *Quam modo nascentem* &c.] similis locus de Carthagine a Scipione oppressa apud Silium Ital. Lib. XV. 243.

Hanc oriens vidit Titan, cum surgeret, urbem
Vallari castris, captamque adspexit eamdem
Ocius, Hesperio quam gurgite tingueret axem.

mox *Succedendo aevum prorogat* legebat Piersonus pro *Succedens.*

Pag. 707. ad initium Copae v. 1. *Copa Syrisca caput* &c.] quatuor primi versus cum sequentibus non cohaerere videbantur Piersono, qui suspicabatur excidisse nonnulla, vel hos versus constituisse separatum Epigramma in Copam crotalistriam, qualia in Anthologia Graeca non pauca occurrunt.

Pag. 708. l. 25. *post illa*, commode Ciceronis loco illustraverit.] *infere:* Sed rectius Vaillantius in notis ad Seguini Numism. Select. pag. 419. literas C. S. interpretatur *Censorum* (vel *Consulum*) *Sententia*, ut ludendi licentia a Magistratibus permissa intelligatur.

Ibid. l. 31. post Graevium ad Cic. in Pison. 27. & hic Weitzii notas.] *adde:* quo loco Ciceronis Turnebum, Lambinum, & Junium emendantes *Panis & vinum a pro pala & de cupa* pro *propala*, graviter castigat Dounaeus ad Lysiae Eratosth. pag. 118. ubi plura de *cupa.*

Ibid. col. 2. l. 13. post Barth. ad Stat. &c.] *adde:* de *mitella* vide Abram. ad Cic. pro Rabir. cap. 10.

Pag. 709. ad v. 3. *fumosa* Pricaeus ad Apulej. &c.] *infere:* vide ad Tom. II. pag. 492.

Ibid. col. 2. l. 30. *post illa*, Faunos saltantes, crotala manibus quatientes, & scabilla pedibus personantes exhibent.] *adde:* ut apud Beger. Vol. III. Thes. Brandenb. pag. 251. & tales crotalistrias saltantes exhibet Sponius in Miscell. Erud. Antiq. pag. 21. & in Gallico Opere Recherch. d'Antiq. pag. 151.

Pag. 711. col. 1. l. 11. post, de Cang. Glossar. med. Lat. in *cupa*] *infere:* sic *cupa* pro vase figulino, in quo ossa erant condita, in Inscr. apud Gruter. pag. DCCCXLV. 1. Donium Clas. X. 26. & Murator. Tom. III. pag. MCDXXXV. 10. & pag. MDLXXX. 5. ubi vide illius notas.

Ibid. l. 28. post versum, *Quam potius bibulo decubuisse toro*] *subjunge;* talem Eutropii exercitum umbrae urbanae magis adsuetum quam Soli & pulveri in campo Martio, describit Claudianus Lib. II. 409.

Pulcher & urbanae cupiens exercitus umbrae,
Adsiduus ludis, avidus splendere lavacris,
Nec Soles imbresve pati.

Pag. 716. col. 1. Not. l. 28. post Spanhem. ad Callimach. &c.] infere: huc refer illud Propertii Lib. IV. El. l. 21.

Vesta coronatis pauper gaudebat asellis,
Ducebant macrae vilia sacra boves.

Ibid. col. 2. prope fin. l. 43. post illa, sed id confusioni nonnumquam ansam praebuit.] adde: ut apud Claudian. VI. Cons. Hon. 622.

Armatos hic saepe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas &c.

ubi *Armatos hoc sepe choros* Heinsius, pro hoc septo. quem illic vide. hinc notaverat & seq.

Pag. 718. col. 2. l. 23. post, notat Erythr. Ind. Virg. in *vellit.*] infere: vide Sponii Miscell. erud. Antiq. pag. 297. & 298. ubi in duobus amuletis habetur manus aurem vellens cum epigraphe Μνημονεύετε, & Μνημόνευε. adfertque illic locum Ammiani Marcell. Lib. XXII. cap. 3. in fin. qui huic conjecturae favere possit: *Adrastia autem, quod dicitur, vellens mentemque ut castigatius viveret.* ubi additis illis verbis, *quod dicitur*, indicat proverbialem esse locutionem. ut in aliis locis supra prolatis ad pag. 437.

Ibid. l. 41. post locum Ovidii, *venio, venio tibi debita conjux* &c.] subjunge: quod, ut passim, imitatus est Seneca Herc. Oet. v. 1725.

Vocat ecce jam me genitor, & pandit polos.
Venio, venio, precor.

quo loco Broukhusius emendationem suam firmavit apud Propert. Lib. I. El. 14. v. 14.

Quae maneant, dum me fata venire velint.

pro *perire.* quod tamen illic servari posse, eo sensu, quo *periturus amore* eod. Lib. El. 13. 33. & apud alios poëtas dicitur, ad ipsum Propertium pluribus notabo. vide ad Tom. II. p. 122.

Tom. II. pag. 538. ad Epigr. LXXVII. inferenda est Hieronymi Avancii nota ad illum versum, *Undae Taenaris aequorisque Regi*] „ Gaudeo supra quam literis explicare possim, quod versum hunc aliter primus ego reposuerim, quam passim legatur. Legitur enim *Unde Tenedos.* sed *Tenedos* non Neptuno, sed Apollini sacra est. deterius est, quod *Tenedos* primam corripit. Aliqui legunt *Undarum Taenos.* Sed quum *Taenos* primam producat, legerem,

Undae Taenares aequorisque Regi. AVANCIVS.

Ibid. pag. 550. *Raptam Cocitos ostreosa Divam.* sic legitur in antiquis edd. „ forte legendum *Raptam Cizicos.* nam Cizicena ostrea ceteris majora, v. Plinium XXXII. estque prope Cizicon „ ad inferos aditus. Sed quod ibi celebretur Proserpina, non legi. AVANCIVS. Emendationes autem Hieronymi hujus Avancii, quas passim in notis ad haec Epigrammata produxi, leguntur post Catullum & Tibullum editionis Venetae anni 1500. in fol. cum Ant. Parthenii & Bernardini Cyllenii, ejusdemque Avancii castigationibus editum post illius Emendationes Catullianas. Idem vero hic Avancius est, qui variis Aldi editionibus castigandis praefuit, sed quem in illa officina multos scriptores bonos malo mangonio saepe interpolasse, plus semel in notis suis ad Propertium queritur Broukhusius.



INDEX

INDEX

RERVM ET VERBORVM,

in Notis ad Tom. II.

ANTHOLOGIAE LATINAE.

A

Aula,

Coro-

E.

Excla-

Hinni-

Lucce-

N.

Nomi-

Eeeee 2 Pro-

Q.

R.

Re-

T.



INDEX

AVCTORVM VETERVM,

Emendatorum vel Illustratorum.

A.

B.

C.

Co-



INDEX RECENTIORVM,

Laudatorum vel Notatorum.

A.

B.

Boni-

E.

E.

F.

G.

H.

N.

O.

P.


Q.

Q.

R.

S.

T.



Corrigendis addantur.

Pag. 79. in fragmento Pacuvii fervetur vulgata lectio,

Nunc primum opacat flore lanugo genas.

eft enim verfus jambicus.

Pag. 143. deleatur conjectura in mutilo verfu Epigrammatis CXIII. *L... haec conjux* &c. & forte cum Muratorio nomen Viri proprium defiderari cenfendum eft.

Pag. 162. col. 2. Not. l. 3. fed pro *Ofius* legendum videtur *Theoaofius*] haec deleantur.

Pag. 172. col. 1. Not. l. ult. legendum, Forte in *rudi* latet *equidem* (omiffo *quidem*) adeoque emendari poffet,

Forma equidem puerum, Prifcum at cognomine &c.

Pag. 202. in Infcript. Epigr. T. ARRIO. T. F. ETROM. fed praeftat forte cum Cl. Schradero, T. ARRIO. T. F. TROMENTINA. *tribu* nempe fubintellecta, ut in Infcriptt. haec vox paffim omiffa fubintelligitur.

Pag. 215. *Eripuit nobis... undevigefimus annus.*] Nihil mutandum aut fupplendum docent illa quae Cl. Schradaeus notavit in Epift. Crit. huic Volumini praefixa pag. LVI.

Pag. 220 col. 1. not. l. 1. *obftat* enim prima fyllaba, quae brevis eft] haec intelligenda de prima Scriverii conjectura MARIVS. nam in MANIVS producitur. ut Perfio Sat. VI. 56. *praefto eft mihi Manius heres.*

Pag. 231. col. 1. l. 14. Erant vero *Mofae* five *Mefae* illae] deleantur, five *Mojae*.

Pag. 237. col. 1. not. l. 17. An forte *properantia.* conjectura haec in fpongiam incumbat.

Pag. 242. col. 2. not. l. 5. *averfis aetatis vicibus actus.*] haec ita fupplenda, *diverfis aetatis curfibus*, vel *cafibus*. quia *vicibus* metro obftat. ut indicet genitorem diverfis vitae cafibus &c.

Pag. 327. col. 2. Notar. l. 26. vel forte *repens* legendum] *deleatur* & *reponatur*, vel forte deleta copula legendum *volucrem repens teftudo moloffum.*

Pag. 357. col. 1. not. l. 11. verfum excidiffe fufpicor] deleantur haec, quia ubique ternis verfibus interloquuntur.

Pag. 591. col. 1. not. l. 8. forte pro *Phrygica*] haec ita fuppleantur: quomodo forte pro *Phrygica* fcripferit librarius, fed metro invito. fequenti nota conjectura *suorum temporiem munerum* deleatur. & cum Cl. Schradero refcribatur *nemorum*. ibidem in nota ad Ep. XIX. pro illis, an pro *Cyriace? fubftituatur:* fed hoe nomen proprium corruptum videtur.

Pag. 596. col. 1. Not. l. 5. forte pro *locis* corrigendum *voce*, ut cum *indicto* jungatur] haec ejiciantur.

Pag. 598. col. 2. not. l. 7. Unde reftitui poffe opinor. &c.] deleantur haec, & reponantur ifta. Sed verfus mendofiffimus fic forte poffet refingi,

Scire vel ipfam filius unquam &c.



